XXXVI. Conventio per Dominum Campinum, Marchionis Mantuæ Commiſſarium facta cum Alexandro, Saxatello, S. R. Eccleſiæ Rebelle, qua hic præfato Commiſſario arcem & caſtrum Bagnariæ ceſſit, d. d. 28. Nov. An. 1522. 1881
XXXVII. Caroli V. Romanorum Imperatoris diploma, quo Fridericus de Gonzaga, Mantuæ Marchio, Capitaneus 100. cataphractorum & 300. levis armaturæ equitum declaratus eſt, d. d. 13. Sept. An. 1529. 1883
XXXIIX. Diploma Caroli V. Roman. Imp quo Fridericus de Gonzaga, Marchio Mantuæ, Capitaneus generalis exercitus Cæſarei ex germania in Italiam venientis conſtituitur, d. d. 21. Septembr. An. 1529. 1885

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX. Protestatio nomine Caroli II. de Gonzaga Mantuæ Marchionis, per Comitem Sannalarium, legatum ipsius interposita contra pacem monasterii inter imperium & Gallos conclusam in puncto jurium ipsi competentium in status Montisferrati per Ducem Sabaudiæ detentos, d. d. 20. Januar. An. 1649. Cui mandatum plenum præfato Comiti ad hunc actum datum in calce est adjectum d.d.20.Nov.An.1648. 1885
XL. Capitulatio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Carolum III. Mantuæ Ducem de Montisferrato Gallis tradendo inita, d. d.20. Aug. & 16. Sept. An. 1681. 1887
XLI. Protestatio Comitis Balliani, Legati Mantuæ Ducis extraordinarii, contra pacem Rysvvicensem, quoad passus ejusdem Principi suo præjudiciales, d.d. 4. Nov. An. 1697. 1891
XLII. Monitorium vigore specialis chirographi Pontificii expeditum contra Carolum Josephum Juniperum, Præpositum curatum Odolengi, Casalensis Diœcesis, ob recursum ab eodem Præposito habitum ad laicalem potestatem, ad effectum impediendi executionem Decretorum Episcopi Casalensis, nec non contra officiales ac alios ejusdem laicalis potestatis ministros, qui ecclesiasticam immunitatem & ordinariam Domini Episcopi Jurisdictionem multipliciter ea occasione violarunt, d. d. 29. Jul. An. 1715. 1893

CAPVT V.

DE MVTINENSI ET RHEGIENSI DVCATIBVS.

I. Sacramentum filiorum Manfredi & pacta ab ipsis percussa, quum civitate Mutinensi donati fuerunt, d. d. 17. Kal. Febr. An. 1168. 1905
II. Rainuccini & Guidonis, Dominorum Gomolæ Sacramentum, quo se suaque castra Reipublicæ Mutinensi subjecerunt, d.d. 15. Kal. Aug. An. 1123. 1905
III. Literæ Communitatis Bononiensis, quibus Azzoni, Marchioni Estensi promittit, se pacem cum ipso conclusam exactissime observaturam esse, d. d. 11. Januar. An. 1299. 1907
IV. Literæ Communitatis Bononiensis ad Azzonem, Marchionem Estensem, de reparatione damnorum invicem illatorum paceque inita fideliter observanda agentes, d. d. 20. Januar. An. 1299. 1909
V. Literæ Azzonis, Marchionis Estensis ad Commune Bononiense, quibus omnes conclusæ pacis conditiones a se adimpletum iri promisit, d. d. 29. Jan. An. 1299. 1909
VI. Literæ Communis atque populi Florentini ad Communitatem Bononiensem exhortatoriae, ut per copias auxiliares Mediolanensibus missas Marchiones Estenses non offendant, d. d. 13. Jun. An. 1299. 1910
VII. Laudum pacis a Bonifacio P. P. IIX. inter Bononienses & Marchiones Estenses conclusae, d.d. 24. Decembr. An. 1299. 1911
VIII. Instrumentum, quo Corradinus de Confaloneriis, miles & Bonaugurius Judex, curatores Domini Fulchi, haeredis Domini Azzonis, Marchionis Estensis, constituti fuerunt, d.d. 2. Febr. An. 1308. 1915
IX. Formula sponsionis Bonifacio Papae IX. nomine Alberti, Marchionis Estensis praestitae, d. d. 9. Kal. Jun. An. 1390. 1915
X. Breve Bonifacii P. P. IX. quo Nicolaum, Marchionem Estensem monuit, quo minus cum Nanne de Gozadinis, Rom. Ecclesiæ hoste, fœdus sanciret, d. d. 8. Id. Febr. An. 1404. 1917
XI. Capitula, ligæ & confœderationes inter Herculem, Ferrariæ Ducem & Fridericum, Mantuæ Marchionem, pro mutua statuum suorum defensione, stabilitæ, d. d. 29. Maji An. 1480. 1919
XII. Julii P. P. II. Bulla declarationis incursus censurarum & pœnarum contentarum in Bulla privationis Alphonsi Estensis, tunc Ducis Ferrariæ, contra magnificum Carolum de Amboisia de Ciamonte, Magnum Magistrum, & nominatim contra reliquos capitaneos & exercitus Christianissimi Regis Francorum, ac generaliter contra omnes, qui in defensionem & auxilium Domini Alphonsi Estensis, contra S.D. Nostrum & S. Rom. Ecclesiam militant & ejus, terras atque loca hostiliter invaserunt & deprædati sunt, d. d. prid. Id. Octobr. An. 1510. 1923
XIII. Reversales Eugenii, Sabaudiæ Principis, quibus Raimaldo, Mutinæ Duci promisit, Berscellum ipsi, si a Gallis evacuaretur, per Cæsareos restitutum iri, de An. 1702. 1927
XIV. Promissio Leopoldi, Rom. Imperatoris facta Rainaldo, Mutinæ Duci, de plenaria ejus in pristinum statum restitutione, ac damnis ipsi illatis inferendisque, per futuras pacis generalis tractatus refarciendis, d. d. 9. Jul. An. 1703. 1929

Digitized by Google

& Mediolani, quibus Treugam per Guidonem Taurellum Comitem, cum Marchione Mantuæ, pro loco & territorio Guastallæ factam, confirmant, d. d. 2. & 9. Dec. An. 1447. 1811
XIX. Friderici III. Roman. Regis literæ, quibus Alexandrum de Gonzaga, de Castris, villis & jurisdictionibus in ipsis literis nominatis atque in diœcesi Brixiensi sitis, investivit, d. d. 21. Martii, An. 1451. 1813
XX. Transactio inter Ludovicum, Mantuæ Marchionem, & Guidonem de Gonzaga concluſa, qua hic Marchioni castrum Bozuli cum pertinentiis ejusdem restituit, Marchio vero prædicto Guidoni castrum Bagnoli cum eidem adnexis reddidit, d. d. 14. Aug. An. 1451. 1817
XXI. Ratificatio Galeatii Mariæ Sfortiæ & Blancæ Mariæ, Ducum Mediolani super capitulis conductæ Marchionis Mantuæ concluſis, per Ferdinandi Siciliæ Regis Mandatarium, superque promiſſionibus præfato Marchioni per ſupradictos Duces factis, d. d. 14. April. An. 1466. 1819
XXII. Ratificatio Galeazii Mariæ Sfortiæ & Blancæ Mariæ, Ducum Mediolani, ſuper facta conducta Friderici de Gonzaga primogeniti Marchionis Mantuæ, ad ſervitia dictorum Ducum, d. d. 14. April. An. 1466. 1821
XXIII. Friderici III. Rom. Imp. Diploma, in quo Ludovico, Marchioni Mantuæ libertatem conceſſit, ſalvo jure imperii, cum quibusvis Principibus fœdera ineundi d. d. 1. Aug. An. 1474. 1821
XXIV. Tractatus permutationis inter Rudolphum atque Ludovicum de Gonzaga & Fridericum Mantuæ Marchionem, de caſtris Caneti & Luzariæ cum eorundem pertinentiis commutandis, concluſus, d. d. 28. Jun. An. 1478. 1823
XXV. Conventio inter Fridericum, Mantuæ Marchionem ejusque fratres de diviſione paternæ hæreditatis ſtabilita, d. d. 3. Febr. An. 1479. 1827
XXVI. Literæ, quibus Fridericus III. Rom. Imperator Ludovicum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem, de caſtris in ipsis literis nominatis, eorumque pertinentiis inveſtivit, d. d. 22. April. An. 1478. 1837
XXVII. Conventio inter Franciſcum de Gonzaga Cardinalem, & Fridericum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem, de facta inter eos permutatione quorundam caſtrorum, villarum atque jurisdictionum agens, d. d. 31. Jul. An. 1478. 1841
XXIIX. Iterata permutatio indiviſae partis Caſtri, terrae & jurisdictionis Vintelianae, nomine Joannis Franciſci de Gonzaga, per Dominam Barbaram Marchioniſſam Mantuae, Matrem & Procuratricem ejus, facta cum Friderico de Gonzaga, Mantuae Marchione, d. d. 31. Jul. An. 1478. 1849
XXIX. Literae Friderici III. Romanorum Imperatoris, qnibus Fridericum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem ejusque ſucceſſores de Marchionatu Mantuæ illiusque appertinentiis inveſtivit, ac ſimul conventiones ipſius cum fratribus ſuis factas confirmavit, d. d. 10. Jun. An. 1479. 1857
XXX. Franciſci, Marchionis Mantuæ Donatio Canalis Cerianæ facta Sigismundo, Petri Johannis Pauli de Cantelmis, Sorae Ducis filio, die 6. Jul. An. 1486. 1836
XXXI. Ludovici XII. Francorum Regis Protectorium Franciſco, Marchioni Mantuæ, ejusque uxori, liberis, familiæ, ſubditis, ac univerſo Dominio conceſſum, d. d. 7. Sept. An. 1502. 1865
XXXII. Capitula, quorum vigore Franciſcus de Gonzaga, Mantuæ Marchio, a republica Florentina in Capitaneum generalem exercitus Florentini ad duos annos aſſumptus eſt, d. d. 25. Jun. An. 1505. cum ratificatione prædictorum Capitulorum a Marchione præfato data d. 26. Jun. A. 1505. 1867
XXXIII. Breve Julii II. Pontificis maximi ad Franciſcum Gonzagam, Mantuæ Marchionem directum, quo eum generalem locumtenentem ſui & Romanæ Eccleſiæ exercitus conſtituit, d. d. 25. Octobr. Anno 1506. cui aliud Breve, d. d. 30. Decembr. Anno 1507. adjectum eſt. 1873
XXXIV. Breve Julii II. Pontificis maximis ad Franciſcum de Gonzaga, Marchionem Mantuæ datum, in quo ipſi ſanctæ Rom. Eccleſiæ Conſaloneriatus officium contulit, d. d. 5. Non. Octobr. An. 1510. 1875
XXXV. Capitulatio, qua nomine Leonis X. Pontificis maximi, Fridericus, Mantuæ Marchio, ut pro ipſo arma gerat, ejusque per tres annos ſtipendia mereatur conductus atque Capitaneus 300. equitum conſtitutus eſt, d. d. 11. Dec. An. 1520. 1877
XXXVI. Conventio per Dominum Campinum, Marchionis Mantuæ Commiſſarium facta cum Alexandro, Saxatello, S. R. Eccleſiæ Rebelle, qua hic præfato Commiſſario arcem & caſtrum Bagnariæ ceſſit, d. d. 28. Nov. An. 1522. 1881
XXXVII. Caroli V. Romanorum Imperatoris diploma, quo Fridericus de Gonzaga, Mantuæ Marchio, Capitaneus 100. cataphractorum & 300. levis armaturæ equitum declaratus eſt, d. d. 13. Sept. An. 1529. 1883
XXXIIX. Diploma Caroli V. Roman. Imp quo Fridericus de Gonzaga, Marchio Mantuæ, Capitaneus generalis exercitus Cæſarei ex germania in Italiam venientis conſtituitur, d. d. 21. Septembr. An. 1529. 1885

XXXIX.

Digitized by Google

XXXIX. Protestatio nomine Caroli II. de Gonzaga Mantuæ Marchionis, per Comitem Sannalarium, legatum ipsius interposita contra pacem monasterii inter imperium & Gallos conclusam in puncto jurium ipsi competentium in status Montisferrati per Ducem Sabaudiæ detentos, d. d. 20. Januar. An. 1649. Cui mandatum plenum præfato Comiti ad hunc actum datum in calce est adjectum d.d.20.Nov.An.1648. 1885
XL. Capitulatio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Carolum III. Mantuæ Ducem de Montisferrato Gallis tradendo inita, d. d.20. Aug. & 16. Sept. An. 1681. 1887
XLI. Protestatio Comitis Balliani, Legati Mantuæ Ducis extraordinarii, contra pacem Rysvvicensem, quoad passus ejusdem Principi suo præjudiciales, d.d. 4.Nov. An.1697. 1891
XLII. Monitorium vigore specialis chirographi Pontificii expeditum contra Carolum Josephum Juniperum, Præpositum curatum Odolengi, Casalensis Diœcesis, ob recursum ab eodem Præposito habitum ad laicalem potestatem, ad effectum impediendi executionem Decretorum Episcopi Casalensis, nec non contra officiales ac alios ejusdem laicalis potestatis ministros, qui ecclesiasticam immunitatem & ordinariam Domini Episcopi Jurisdictionem multipliciter ea occasione violarunt, d. d. 29. Jul. An. 1715. 1893

CAPVT V.

DE MVTINENSI ET RHEGIENSI DVCATIBVS.

I. Sacramentum filiorum Manfredi & pacta ab ipsis percussa, quum civitate Mutinensi donati fuerunt, d. d. 17. Kal. Febr. An. 1168. 1905
II. Rainuccini & Guidonis, Dominorum Gomolæ Sacramentum, quo se suaque castra Reipublicæ Mutinensi subjecerunt, d. d. 15. Kal. Aug. An. 1123. 1905
III. Literæ Communitatis Bononiensis, quibus Azzoni, Marchioni Estensi promittit, se pacem cum ipso conclusam exactissime observaturam esse, d. d. 11. Januar. An. 1299. 1907
IV. Literæ Communitatis Bononiensis ad Azzonem, Marchionem Estensem, de reparatione damnorum invicem illatorum paceque inita fideliter observanda agentes, d. d. 20. Januar. An. 1299. 1909
V. Literæ Azzonis, Marchionis Estensis ad Commune Bononiense, quibus omnes conclusæ pacis conditiones a se adimpletum iri promisit, d. d. 29. Jan. An. 1299. 1909
VI. Literæ Communis atque populi Florentini ad Communitatem Bononiensem exhortatoriae, ut per copias auxiliares Mediolanensibus missas Marchiones Estenses non offendant, d. d. 13. Jun. An. 1299. 1910
VII. Laudum pacis a Bonifacio P. P. IIX. inter Bononienses & Marchiones Estenses conclusae, d.d. 24. Decembr. An. 1299. 1911
VIII. Instrumentum, quo Corradinus de Confaloneriis, miles & Bonaugurius Judex, curatores Domini Fulchi, haeredis Domini Azzonis, Marchionis Estensis, constituti fuerunt, d. d. 2. Febr. An. 1308. 1915
IX. Formula sponsionis Bonifacio Papae IX. nomine Alberti, Marchionis Estensis praestitae, d. d. 9. Kal. Jun. An. 1390. 1915
X. Breve Bonifacii P. P. IX. quo Nicolaum, Marchionem Estensem monuit, quo minus cum Nanne de Gozadinis, Rom. Ecclesiæ hoste, fœdus sanciret, d. d. 8. Id. Febr. An. 1404. 1917
XI. Capitula, ligæ & confœderationes inter Herculem, Ferrariæ Ducem & Fridericum, Mantuæ Marchionem, pro mutua statuum suorum defensione, stabilitæ, d. d. 29. Maji An. 1480. 1919
XII. Julii P. P. II. Bulla declarationis incursus censurarum & pœnarum contentarum in Bulla privationis Alphonsi Estensis, tunc Ducis Ferrariæ, contra magnificum Carolum de Amboisia de Ciamonte, Magnum Magistrum, & nominatim contra reliquos capitaneos & exercitus Christianissimi Regis Francorum, ac generaliter contra omnes, qui in defensionem & auxilium Domini Alphonsi Estensis, contra S.D. Nostrum & S. Rom. Ecclesiam militant & ejus, terras atque loca hostiliter invaserunt & deprædati sunt, d. d. prid. Id. Octobr. An. 1510. 1923
XIII. Reversales Eugenii, Sabaudiæ Principis, quibus Raimaldo, Mutinæ Duci promisit, Berzellum ipsi, si a Gallis evacuaretur, per Cæsareos restitutum iri, de An. 1702. 1927
XIV. Promissio Leopoldi, Rom. Imperatoris facta Rainaldo, Mutinæ Duci, de plenaria ejus in pristinum statum restitutione, ac damnis ipsi illatis inferendisque, per futuras pacis generalis tractatus resarciendis, d. d. 9. Jul. An. 1703. 1929

Digitized by Google

CLASSIS II

CAPVT I.

DE DVCIBVS ET PRINCIPIBVS PICIS MIRANDVLANIS.

I. Mandatum plenum Johannis & Franciſci, fratrum de la Mirandula Comitum Concordiæ, datum Aduardo del Fante ad contrahendam Treugam cum Johanne Franciſco, Mantuæ Marchione per annum & 15. dies de Contrabanno duraturam, d. d. 20. Jun. An. 1437. 1929

CAPVT II.

DE DVCIBVS ATQVE PRINCIPIBVS E FAMILIA GONZAGANA ORIVNDIS SABLONETTANIS ET BOZVLANIS.

I. Concluſum Conſilii Imperialis aulici in cauſa ſucceſſionis in Ducatu & feudo Imperii Sablonettano, d. d. 2. Maji, An. 1640. 1931

CLASSIS III.

CAPVT I.

DE MARCHIONIBVS SAVONAE E FAMILIA CARRETTANA ORIVNDIS.

I. Inſtrumentum, quo Johannes de Carretto conventionem inter ſe & Januenſem Rempublicam die 7. Aug. An. 1451. initam nec non inveſtituram tertiæ partis Finarii & caſtri Govoni, pro indiviſo nuper factam ratificavit, d. d. 12. Aug. An. 1451. 1933

II. Maximiliani I. Rom. Imperatoris Diploma, quo, ad Alphonſi de Carretto, Marchionis Finarii requiſitionem, Marchionatus Finarienſis Ducatui Mediolanenſi, conjunctus atque titulo feudali & ſub pacto debitæ defenſionis ſubjectus fuit, d. d. 8. Febr. An. 1500. 1935

CAPVT II.

DE BARONIBVS DE CASTRO BARCO.

I. Teſtamentum Gvilielmi, nobilis militis de Caſtro Barco, d. d. 13. Aug. An. 1319. 1937

II. Inſtrumentum de juramento fidelitatis & obedientiæ Baronibus de Caſtro Barco a ſubditis Vicariatus Alæ præſtito agens, d. d. 20. Januar. An. 1655. 1949

CAPVT III.

DE MARCHIONIBVS PALLAVICINIS.

I. Caroli IV. Roman. Imperatoris literæ quibus Ubertum Marchionem de Pallavicinis, de Marchionatu Pallavicinorum ac Caſtro Raverani eorundemque pertinentiis inveſtivit, d. d. 2. Non. Jun. An. 1360. 1955

CAPVT IV.

DE DOMINIS DE ROMANO.

I. Ecelini de Romano literæ invitatoriæ ad Fridericum II. Rom. Imperatorem & Siciliæ Regem, ut hoſtium Imperii in Italia reliquias conterat pacatamque reddat Italiam, de An. 1238. 1857

II. Literæ Friderici II. Roman. Imperatoris, quibus ad antea inſertas Ecelini de Romano invitatorias reſpondet, d. d. 12. Kal. Januar. An. 1238. 1959

Digitized by Google

Codex Italiæ Diplomaticus.

TOMUS III.

PARS I.

SECTIO I.

De jure Sacræ Cæsareæ Majestatis Sacrique Romani Imperii in Italiam hujusque Proceribus Sacro Romano Imperio nexu clientelari obstrictis, in genere.

I.

Juramentum fidelitatis, quod Romani Lothario, Ludovici Pii Imperatoris filio, a parente hunc in finem Romam misso præstiterunt, ac quo promiserunt, se non consensuros esse, ut Pontifex Maximus prius consecretur, quam fidelitatem Imperatori jure jurando firmaret, de An. 824.

Promitto Ego ille per Deum omnipotentem & per ista sacra quatuor Evangelia, & per hanc Crucem Domini nostri Jesu Christi, & per Corpus beatissimi Petri principis Apostolorum, quod ab hac die in futurum fidelis ero Dominis nostris Imperatoribus Hludovico & Hlotario, diebus vitæ meæ juxta vires & intellectum meum sine fraude atque maligno ingenio, salva fide, quam repromisi Domino Apostolico, & quod non consentiam, ut aliter in hac sede Romana fiat Electio Pontificis, nisi canonice & juste, secundum vires & intellectum meum; & ille, qui electus, me consentiente consecratus Pontifex non fiat priusquam tale Sacramentum faciat in præsentia missi Domini Imperatoris & populi cum juramento, quale Dominus Eugenius Papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum.

II.

Pax publica per Fridericum I. Rom. Imperatorem, Constantiæ pro partibus Italiæ sancita, d.d. 7. Kal. Jul. An. 1177.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

FRidericus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & filius ejus Henricus Sextus Romanorum Rex Augustus, Imperialis Clementiæ immensa serenitas mansueta, eam semper in subditis suis dispensationem favoris & gratiæ habere consuevit, ut quamvis districta severitate excessuum delicta debeat & possit corrigere magis tamen studeat propitia tranquillitate pacis & piis affectibus misericordiæ Romanum Imperium regere, & rebellium insolentiam ad debitam fidem, & debitæ devotionis obsequium revocare. Quapropter cognoscat universitas fidelium Imperii tam præsentis ætatis, quam successivæ posteritatis, quod nos solidæ benignitatis nostræ gratia ad fidem & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos & imperium nostrum offende-

Digitized by Google

rant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos & societatem ac fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes, & culpas, quibus nos ad indignationem provocaverunt, clementer eis remittentes, eosque propter fidelia devotæ sinceritatis servitia, quæ nos ab eis credimus certissime recepturos, in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus. Pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus, præsenti pagina jussimus subscribi & auctoritatis nostræ sigillo communiri, cuius est hic tenor & series. Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noster Henricus Romanorum Rex, concedimus vobis Civitatibus, locis & personis Societatis Regalia, & Consuetudines nostras tam in civitate, quam extra Civitatem, videlicet Veronæ & castro eius, suburbiis etiam, & aliis Civitatibus, & suburbiis, locis & personis societatis in perpetuum, videlicet ut in ipsa Civitate omnia habeatis, sicut hactenus habuistis vel habetis; Extra vero omnes consuetudines sine contractione nostra exerceatis quas ab antiquo exercuistis vel exercetis tam in foro, vel in nemoribus, & pascuis, & pontibus, aquis & molendinis sicut ab antiquo habere consueviſtis, vel habetis, in exercitu, in munitionibus Civitatum, in jurisdictione, tam in causis Criminalibus, quam in causis pecuniariis intus & extra, & in cæteris, ad commoditatem spectant Civitatum. Volumus ut regalia, quæ vobis non concessimus, in hunc modum cognoscantur, per Episcopum loci & homines tam de Episcopatu, quam de civitate eligantur, viri bonæ opinionis, & qui ad hoc idonei esse credantur, tales qui nec contra Civitatem, nec nostram Majestatem privato, vel speciali odio teneantur, qui jurent, quod bona fide & sine fraude perquirent & inquisita consignabunt, ea, quæ specialiter ad nostram excellentiam spectant. Si autem huic inquisitioni supersedendum esse putaverint, censum duorum millium marcharum argenti per singulos annos petimus. Attamen competenti moderatione moderabimur etiam quantitatem istam, si enormis visa fuerit. Si quis autem super iis, quæ vobis concessimus, vel permisimus, sive in civitate, vel extra Civitatem, querimoniam apud Majestatem ipsam deposuerit; eius querimoniam non admittemus, & silentium ei imponemus. Hoc quod nos vel noster Antecessor Rex vel Imperator Episcopis, Ecclesiis vel civitatibus, vel aliis quibuscunque personis, Clericis vel Laicis, ante tempus guerræ dedit, vel quolibet Concessionis Titulo concesit, firmum & ratum habemus, salvis superioribus Concessionibus, ut pro eo solita nobis servitia exhibeantur; sed census non præstetur. Commoditates, quas pro bono pacis civitatibus concessimus in Civitatibus, vel extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus census debeat præstari.

Privilegia omnia, & data & concessiones, quæ in privilegium, vel damnum Civitatum vel locorum vel personarum societatis occasione guerræ in alicujus injuriam prædictorum a nobis, vel nuntiis nostris indulgata sunt cassentur & in irritum deducantur. In Civitate illa, in qua Episcopus per privilegium Imperatoris vel Regis comitatum habet, si consules per ipsum Episcopum consulatum recipere solent; ab ipso recipiant, sicut consueverunt recipere: alioqui unaquæque Civitas a nobis Consulatum recipiat. Consequenter vero in singulis Civitatibus Consules constituentur a Nuncio Nostro, qui sit in civitate, vel Episcopatu: & investituram recipient, & hoc usque ad quinquennium, finito quinquennio una quæque Civitas a nobis recipiat. Eadem observentur in Successore nostro. Et omnes investituræ gratis fiant. Cum autem nos Imperator divina vocatione decesserimus: vel Regnum filio nostro concesserimus: Simili modo a filio nostro, vel eius Successore investituram recipietis.

In causis appellationum, si quantitas XXV. lib. Imperialium summam excesserit, appellatio ad nos fiat, salvo jure & moribus Brix. Ecclesiæ in appellationibus: ita tamen, ut non cogantur in Alamanniam ire, sed nos habebimus proprium nuncium in civitatibus vel Episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat, & juret, quod bona fide, & sine fraude causas examinabit, & definiet secundum leges, & mores ipsius Civitatis, intra duos Menses a Contestatione litis, vel a tempore appellationis receptæ, nisi justo impedimento, vel consensu utriusque partis remanserit.

Consules qui in Civitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant antequam consulatum recipiant.

Vasalli nostri a nobis investituram recipiant, & fidelitatem faciant, sicut vasalli, cæteri omnes sicut Cives a XVI. annis usque a LXX. nisi tales personæ sint quibus debeant & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore guerræ vel non postulaverint investituram, vel debita servitia nobis non exhibuerint: hac occasione feudum non amittant. Libellariæ & precariæ in suo statu permaneant secundum consuetudinem uniuscuiusque Civitatis, non obstante lege nostra, damna omnia & ablata, etiam injurias, quas nos per nos & per nostros ab universitate societatis, vel ab aliquo de societate, vel Coadjutoribus societatis sustinuimus, per nos cum nostra parte remittimus gratias, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. Moram superfluam in Civitate vel Episcopatu pro damno Civitatis non faciemus. Civitates mutare vel extra munitiones facere eis licet. Item Societatem quam nunc habent, tenere; & quoties voluerint removere eis liceat; pactiones timore nostro, vel per impressionem Nuntiorum factæ cassentur, & pro infectis habeantur, nec pro eis aliquid exigatur.

Pacta Placentinorum, scilicet Pactum Pontis Padi, & fictum ejusdem Pontis, & Regalium, & datium & pactum quod Episcopus Hugo fecit de castro arquato, & si aliqua facta sunt similia ab ipso Episcopo, vel a communi, vel ab aliis de societate nobiscum, vel nostro Nuntio, ipso Ponte remanente, cum omnibus suis utilitatibus

Pla-

Digitized by Google

Placentinis: ita tamen quod teneantur persolvere fictum Abbatissæ Sanctæ Juliæ de Brixia, & si qua sunt similes.

Sententiæ quoque, quæ de jure & secundum leges, & consuetudines contra aliquem, vel aliquos de societate latæ sunt, teneant sicut de jure contra eos tenerent, si gratiam nostram non habuissent. Quæ vero contra aliquem, vel aliquos de societate latæ sunt, occasione guerræ seu discordiæ in irritum deducantur. Possessiones omnes, quas quisque de Societate tempore guerræ tenebat juste: si per vim ablatæ ab eis, qui de societate non sint cum fructibus & sine damno restituantur: vel si eas recuperaverit qui &c. possideat, nisi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis assignetur: Opizoni Marchioni omnem offensam quam nobis vel alicui partis nostræ fecerit postquam in societate fuerit, vel per se, vel per aliquam personam cum societate, vel defendendo aliquem de societate: Imperiali Clementia per nos & nostram partem remittimus, & in plenitudinem nostræ gratiæ eum recipimus, nec per nos, nec per interpositam personam, pro præteritis offensis sibi, vel parti ipsius aliquam inferemus injuriam, lesionem, vel coercionem. Amplius eam jurisdictionem, quam Mediolanenses exercere consueverunt in comitatibus Seprii, Mattexanæ, & Burgariæ, & in aliis comitatibus. Exceptis locis, quæ Bergamenses nomine nostro tenent inter Alduam & Oleum, excepto Romano veteri, & Bariano, & eam, quam modo exercent, libere & quiete habeant, & possideant sine contradictione nostra & successorum nostrorum, salvis pactis, & datis & concessionibus in suo robore durantibus, quæ Mediolanenses per commune fecerunt Civitatibus Bergamo, Novariæ, & Laudo: nec per hanc concessionem ledendis, nec ullum præjudicium fiat juri aut consuetudini alicujus Civitatis & societatis præter dictas Concessiones. Pacta inter civitates & societates quondam facta nihilominus firma, & illibata permaneant: nec aliquid intelligatur acquisitum Mediolanensibus in Episcopatu Laudensi præter dictas Concessiones, salvo jure aquæ Lambri Mediolanensibus, si quod habent, vel in pædagio. Omnes de societate, qui fidelitatem nobis jurabunt, in sacramento fidelitatis adjicient, quod possessiones, & jura, quæ nos habemus in Lombardia, & possidemus extra societatem, jurabunt bona fide nos manu tenere, si opus fuerit, & cum super hoc per nos, vel per certum Nuntium nostrum fuerint requisiti, & si amiserimus, recuperare: ita videlicet, quod finitimæ Civitates obnoxiæ sint principaliter ad hoc faciendum: Et si opus fuerit, aliæ teneantur ad competens auxilium præstandum. Civitates, quæ sunt extra Lombardiam in suo confinio, similiter teneantur facere. Si qua vero Civitatum ea, quæ in conventione pacis ex parte nostra statuta sunt, non observaverit, cæteræ Civitates eam ad id observandum bona fide compellant: pace nihilomin suo robore permanente. Nobis autem intrantibus Lombardiam, sodrum consuetum & regale quæ solent & debent, præstabunt: & vias & pontes bona fide & sine fraude & sufficienter reficient: in eundo & redeundo mercatum sufficiens nobis & nostris euntibus & redeuntibus bona fide & sine fraude præstabunt: in omni decimo Anno fidelitates renovabunt, in iis, qui eas nobis non fecerunt, cum nos petierimus, vel per nos, vel per nostrum nuntium. Si qui ex parte nostra de suis justis possessionibus, expulsi sunt, restituantur sine fructibus & damno, nisi in causa principali suæ proprietatis jure possit se tueri possessor: salvis prioribus concessionibus: & omnes offensæ eis remittantur: eodem jure servando iis qui sunt ex parte nostra circa restitutionem: nisi Civitas adstringatur juramento, ut non restituat: quo casu arbitrium boni viri volumus pro restitutione succedere. Et si qua controversia fuerit orta de feudo inter nos & alium qui sit de societate, per partes illius Civitatis vel Episcopatus in quo descendit, agetur: & secundum consuetudinem illius Civitatis, in eodem Episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuerimus. Tunc enim in audientia nostra si nobis placuerit agitabitur. Item volentibus venire contra pacta, non per violentiam facta & juramento firmata intra civitates societates & societates vel Civitatem & alias personas: nos audientiam denegabimus. Item nos restituimus stratam Veronensibus: & nominatim recipimus Drolinum in plenitudinem gratiæ nostræ & omnem offensam ei remittimus, &c. Datum apud Constantiam solemni Curia VII. Kal. Julii.

III.

Sacramentum, quod Comes Diedo in animam Imperatoris Friderici I. Chiogiæ dixit, de pace cum Alexandro II. Pontifice Maximo ejusque assecis servanda, d. d. mens. Jul. An. 1177.

EGo Comes Diedo juro, quod Dominus Imperator mandavit mihi, ut in anima sua jurarem juramentum, quod nunc facturus sum. Et postquam mandavit, non revocavit mandatum. Et ego ex eodem Imperatoris mandato juro in anima sua, quod ex quo venerit Venetias, omni quæstione & contradictione semota, faciet jurare in anima sua, quod pacem Ecclesiæ, sicut disposita est per mediatores ex scripto & pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, sicut scriptum est, & treguam Lombardorum usque ad septem annos, sicuti est per mediatores utriusque partis dispositum in scripto, quod & apud eosdem mediatores continetur, bona fide servabit, & Principes suos, hoc ipsum jurare faciet.

Simili modo præcepit Sigilboth Camerario suo, in hunc modum jurare: Ego Sigilboth juro quod ex quo Dominus Imperator venerit Venetias, juramentum ipsum pacis Ecclesiæ & Regis Siciliæ, & treguæ Lombardorum faciet præstari in anima sua & principes suos similiter jurare faciet.

IV.

Diploma Securitatis per Fridericum I. Rom. Imperatorem Ordinibus Italiæ datum, quod, durantibns induciis, neminem de eorum ſocietate judicare velit, propter fidelitatem ſibi non præſtitam, aut inveſtituram non petitam, d. d. menſ. Aug. An. 1177.

NOs Fridericus Imperator, interventu venerabilis Patris D. Alexandri Pontificis, & Fratrum ejus Cardinalium, promittimus Lombardis, Marchianis & Romaniolis, & reliquis de ſocietate ipſorum, vaſallis noſtris, & iis qui debent eſſe vaſalli noſtri, nos pro fidelitate nobis non præſtita, vel opera non navata, vel inveſtitura non petita, quamdiu induciæ manebunt, neminem de ſocietate judicaturum aut judicari juſſurum nec feudum alicui ademturum. Actum Parmæ.

V.

Sacramentum de ſervanda pace per Imperatorem Fridericum I. & Alexandrum II. Pontif. Max. facta a nonnullis Imperii Principibus interpoſitum Kal. Aug. An. 1177.

EGo Chriſtianus Moguntinus
Ego Philippus Colonienſis.
Ego W. Magdeburgenſis. } Archiepiſc.
Ego B. Trevirenſis.
Ego P. Patavienſis.
Ego C. Electus Wormatienſis.
Ego R. Imperiali auctoritate Protonotarius.
Ego C. Mantuanus Epiſcopus.
Ego G. Cancellarius.
Ego D. Comes.

Juramus in manibus veſtris ſuper hæc ſancta Dei Evangelia, quod pacem Eccleſiæ & Imperii, & Pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, & Treguam Longobardorum, usque ad ſex annos, ſicut ſtatutum eſt, & ſcriptum per Mediatores utriusque partis, bona fide ſervabimus, & absque fraude. Sic Deus nos adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ex parte vero Siciliæ Regis, eodem modo juravit Romualdus, Salernitanus Archiepiſcopus, & Rogierus Comes Andrienſis.

Ex parte vero Lombardorum jurarunt, qui præſentes erant, ſcilicet de Mediolano Gerardus Piſcis, Rogerius & Marcellinus Conſules.
De Placentia, Willelmus Letatorius.
De Brixia, Albertus de Gambara.
De Bergamo, Alberatus,
De Verona, Cæcius Conſul.
De Parma, Vetulus.
De Regio, Antemanus.
De Bononia, Picamontes Poteſtas eorum.
De Novaria, Willelmus Gueliri,
De Alexandria, Hubertus de Foro.
De Padua, Teſſulanus Poteſtas.
De Venetia, Gozelinus.

VI.

Friderici I. Roman. Imperatoris Confirmatio pacis cum Alexandro II. Pontifice Max. conſtitutæ, d. d. 15. Kal. Octobr. An. 1177.

REverendo in Chriſto Patri, Domino Papæ Alexandro, ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo & univerſali Pontifici Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus debitam obedientiam & filialis devotionis affectum. Cum Imperatoria ac Regia Majeſtas ad hoc in terris ordinata ſit, ut per ejus operam totus Orbis pacis gaudeat incremento: nos, quos Deus in ſolio Imperii Romani conſtituit, eam diligenter amplecti & ferventius conſervare debeamus ac volumus. Inde eſt quod Pacem Eccleſiæ & Imperii ſecundum quod a Principibus noſtris & Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ diſpoſita eſt & ordinata, & in ſcripto Principum noſtrorum ſigillis ſignata continetur, ſicut per interpoſitam perſonam jurare fecimus, ſic præſenti ſcripto nos obſervare promittimus & confirmamus, & ratum inpoſterum permanere volumus, & ſic deinceps firmiter obſervabimus, & faciemus quatenus in nobis fuerit, Deo propitio, obſervari. Datum apud Venetias in palatio Ducis, decimo quinto Kalendas Octobris, indictione decima.

VII.

Pax publica per Fridericum I. Romanorum Imperatorem, pro partibus Italiæ An. 1185. Roncaliæ conſtituta.

FRidericus, Dei gratia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, univerſis objectis ſuo Imperio ſalutem.

Hac edictali lege perpetuum valitura jubemus, ut omnes noſtro ſubjecti imperio veram & perpetuam pacem inter ſe obſervent, & ut inviolata inter omnes perpetuo obſervetur. Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvaſores, & omnium locorum Rectores cum omnibus locorum primatibus & plebeis, a decimo octavo anno usque ad ſeptuageſimum obſtringantur juramento, ut pacem teneant, & Rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda; & in fine uniuscujusque quinquennii, de prædicta pace tenenda omnium Sacramenta renoventur. Si quis vero aliquod jus de quacumque re, vel facto contra aliquem ſe habere putaverit, judicialem adeat poteſtatem, & per eam jus ſibi competens exequatur. Si quis vero auſu temerario prædictam pacem violare præſum-

ſumpſerit; Si Civitas eſt, pœna centum librarum auri Cameræ noſtræ inferenda puniatur: Oppidum vero triginta libris auri multetur: Duces autem, Marchiones & comites quinquaginta auri libras præſtent: Capitanei quoque & majores valvaſores, viginti auri libris puniantur, minores Valvaſores & omnes prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum paſſo ſecundum leges reſarciant. Injuria ſeu furtum legitime puniatur. Homicidium quoque & membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

Judices vero, & locorum defenſores, vel quicunque Magiſtratus ab Imperatore, vel ejus voluntate conſtituti ſeu confirmati, qui juſtitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitime ſuperſederint, damnum omne injuriam paſſo reſarcire compellantur: & inſuper, ſi major judex eſt, ſacro Ærario pœnam decem librarum auri præſtet, minor autem pœna trium librarum auri multetur. Qui vero ad prædictam pœnam perſolvendam inopia dinoſcitur laborare, corporis ſui coercionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Conventiculas quoque in Civitatibus, omnesque conjurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ & inter Civitatem & Civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter Civitatem & Civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritum factas caſſamus, ſingulis conjuratorum pœna unius libræ auri puniendis. Epiſcopos vero locorum Eccleſiaſtica cenſura violatores hujus ſanctionis donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coërcere. Receptatoribus etiam malefactorum, qui prædictam pacem violaverint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eisdem pœnis feriendis. Præterea bona ejus publicentur, & Domus ejus deſtruatur, quæ pacem jurare & tenere noluerit, & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones maxime ab Eccleſiis, quarum abuſio jam per longa tempora inolevit, per Civitates & caſtella omnino condemnamus & prohibemus, & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem & juſtum metum etiam a majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, nullius eſſe momenti jubemus.

Ad hæc, qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & juriſdictionem Imperatoris vendere non præſumat, & ſi fiat, non valeat. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum conferri Eccleſiæ, vel per emptionis & venditionis alteriusve hujusmodi contractum infeudatus, niſi per gratiam Eccleſiæ tanquam de novo receperit, feudum quod habebat retinere non poterit. Ut autem æquitas, quæ in paribus cauſis paria jura deſiderat, per univerſitatem totius Imperii ſervetur; firmiter ſtatuimus, tam in Italia quam in Alamannia, ut quicumque indicta publica expeditione Romam ad ſuſcipiendam Imperii Coronam, Regem, aut ſub Rege Dominum ſuum non adjuvaverit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſolvendo (ſi de vocatione legitima a Domino ſuo convinci per compares ſuos poterit) feudum perdat, & Dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

VIII.

Conſtitutio Friderici II. Rom. Imperatoris ad Poteſtates, Conſules atque Comites univerſorum Comitatuum & caſtrorum Italiæ, pro libertate Eccleſiarum directa, d. d. Kal. Octobr. An. 1220.

FRidericus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ Poteſtatibus, Conſulibus ac Comitibus Univerſorum Comitatuum, & Caſtrorum Italiæ.

Cum diuæ memoriæ Imperatores Romani Sacroſanctam Eccleſiam multiplici libertate dotarint; Nos diſponente Deo, a quo eſt omnis poteſtas ad faſtigium culminis Imperialis Electi, quæ pie ab illis, & a ſanctiſſimæ ſedis Præſulibus pro ſtatu Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum Virorum ſunt edita, conſervare volumus inconcuſſa; & illis contraria, ſicut ad nos ſpectare dignoſcitur, amputare. Cum igitur ad aures celſitudinis noſtræ pervenerit, nonnullos veſtrum cupidine cæca ſeductos quædam deteſtanda ediciſſe ſtatuta præjudicantia Eccleſiaſticæ libertati ac diuino & humano iuri obuiantia: Manifeſte nos ea tanquam de radice prauitatis hæreticæ prouenientia, auctoritate præſentium caſſamus ſub pœna mille marcharum, diſtrictius inhibentes, ne quis veſtrum illis de cætero inhærere præſumat, aut eorum prætextu Eccleſias & Eccleſiaſticos Viros contra ſanctiones Canonicas & legitimas moleſtare, quinimo ea de noſtris Capitularibus, ſeu breuiariis condemnata penitus abolentes, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas permittatis indulta ſibi libertate gaudere, ſi vultis pœnam effugere prænotatam, & indignationem Regiam euitare. Datum in Caſtris apud Sanctum Leonem, Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo, Indictione octaua, Kalendis Octobris.

IX.

Friderici II. Rom. Imperatoris Diploma amneſtiæ hoſtibus ſuis in Italia degentibus conceſſæ, d. d. 1. Febr. An. 1226.

FEdericus Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex, Rectoribus Mediolani, Placentiæ, Bononiæ, Alexandriæ, Thaurin. Lauden. Faventiæ, Bergami, Brixiæ,

Digitized by Google

Brixiæ, Mantuæ, Veronæ, Paduæ, Vicentiæ, Tarviſii, Cremonæ, Marchioni Montiſferrati, Comiti Gottifredo de Banderato, aliisque locis & perſonis quibuslibet de Lombardia, Marchia, & Romaniola, quæ nuper circa Majeſtatem noſtram, & Imperium commiſerunt offenſam, fidelibus ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Cauſam offenſam, quam nuper circa celſitudinem noſtram, & noſtrum Imperium commiſiſtis, quia videbatur impedimentum afferre negotio terræ ſanctæ in providentia, & diſpoſitione domini Papæ, ac fratrum ſuorum venerabilium Cardinalium poſuimus abſolute. Eorum igitur proviſione ſuper hoc plenius intellecta, pro reverentia Jeſu Chriſti, & ipſius terræ ſanctæ negotio, vobis univerſis & ſingulis, de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malevolentiam, injurias & offenſas, omniaque banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, quæ fecimus, vel impoſuimus per nos, vel per alium, aliusque pro nobis impoſuit, vobis, ſeu alicui de Civitatibus, locis & perſonis ejusdem, & quemcumque ex eis, vel ob ea ſecuta ſunt, penitus revocamus & ſpecialiter conſtitutionem factam de Studio, & ſtudentibus Bonon. univerſos & ſingulos, qui occaſione alicujus prædictorum læſi videntur, reſtituentes in integrum in omnibus, & per omnia ſuo ſtatui atque famæ. Remittendo infamiam omnem & pœnam, quæ ſecutæ ſunt ex aliquo prædictorum. Ita quod ea, quæ per eos medio tempore acta ſunt non obſtantibus ſupradictis robur obtineant, quod alias debuerant obtinere, & ad hoc civitates, & loca, & perſonas veſtras recipimus in noſtræ gratiæ plenitudinem, & vobis reddimus firmam pacem, præſervantes tamen nobis circa prædictum Marchionem Montiſferrati omnia jura, omnesque actiones, quæ nobis competunt, tam de debito, qui noſtræ celſitudini eſt aſtrictus, quam de terra, quæ per ipſum debitum nobis extitit obligata: Faciemus etiam reſtitui captos occaſione prædictæ offenſæ cum bonis ſuis, ac alia quæ occaſione hujusmodi capta ſunt, vel detenta. Faciemus fieri patentes litteras ex parte Reverendiſſimi filii noſtri Henrici Romanorum Regis illuſtris, quod pacem, & remiſſionem iſtam ratam habebit, & firmam, quodque remittet vobis omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, ad plenam autem certitudinem hujus rei præſentes litteras juxta ipſius Domini Papæ beneplacitum, fieri juſſimus, Sigillo Majeſtatis noſtræ munitas. Datum Cathan. I. die Februarii, quintæ decimæ indictionis.

X.

Breve Johannis P. P. XXII. quo Italos ad pacem mutuò ſervandam hortatus eſt, d. d. 4. Kal. Febr. An. 1317.

Dilectis filiis nobilibus viris univerſis marchionibus, comitibus, baronibus, cæteriſque nobilibus; poteſtatibus quoque capitaneis, aliisque rectoribus, communitatibus & univerſitatibus, ac perſonis civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum per Lombardiæ, marchiæ Tarviſinæ, & Venetiarum; ac Aquilejenſis & Gradenſis patriarchatuum, nec non archiepiſcopatus Januenſis terras ac partes conſtitutis.

Etſi divinæ legis teſtetur auctoritas, parentum in filios dilectionis propagari dulcedinem, naturæ tamen id congruit, ſenſus efflagitant, ac vigor id rationis expoſcit, & ipſorum ſolicitudinis ſtudio communis parentum pietas effectum apertius manifeſtat. Quid namque naturæ magis perceptum illabitur? Cui ſenſum vires magis aſſentiunt? Aut quid parentes iidem libentius ut impleant proſequuntur, quam amare quos generant, fovere quos pariunt, diſcordesque concordare quos conjunxerunt, eosdemque reducere devios quos lactarunt? Nunquid, juxta propheticum dictum, obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Ubi ex perſona omnipotentis Dei, cujus ſapientia conditi ſumus, & providentia gubernamur, indilate ſubjungitur: Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui.

Quo fit, ut nos, quos ſuum univerſalem in terris vicarium, dignatione ſua non noſtris exigentibus meritis, patremque multarum gentium ipſe conſtituit; ac ſacroſancta Romana & univerſalis eccleſia & unica ſponſa ejus, cui præſidemus indigni, cunctorum Chriſti fidelium vera quidem non carne mater, ſed ſpiritu, quos fide docet, ſacramentis regenerat, ſpe refovet, charitate vivificat, nec habet enim aliquod viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis; nequaquam Vos noſtros, & ejusdem eccleſiæ ſpiritualis benevolentiæ filios neglectui relinquamus, ſed indefeſſæ vigilantiæ cura vias quæramus prudentiæ, quibus procelloſis terrarum & partium veſtrarum guerrarum turbinibus, rerum jacturis, animarum corporumque periculis, ac venenoſis partialitatum diſſidiis profligatis, vobis ac ipſis terris & partibus quietis & ſalutis, & pacis propinemus. Nam tribulationes civitatum veſtratum & partium audivimus, quas paſſæ ſunt, cum non ſolum hoſtilium bellorum ſæva, ſed & civilium ſeditionum tumultuoſa, quinimmo plusquam civilia, ſcilicet fratrum propinquorum violato neceſitudinis jure inteſtina bella multiplici ſunt afflictione perpeſſæ; ac in terris prædictis domus contra domum, contra civitatem civitas, gens contra gentem, pars ſurrexit contra partem: ex quibus fuere ruinæ, depræ dationes, depopulationes, incendia, aliaque animarum & damnoſa pericula, rerumque nociva diſpendia ſubſecuta.

Verum, quia pater filiis Dei notam faciet veritatem, ut ſcriptura proloquitur; filioli, quos iterum parturimus, donec formetur Chriſtus in vobis, diligenter advertite, quod prædictis actibus, immo exceſſibus indubie Deus offenditur: peccatur in proximum, perſæpe læduntur innoxii; ac nonnunquam juſto Dei judicio in culpam pœnæ redundat, dum tantorum actio-

nes

Digitized by Google

nes criminum, atrociumque ſcelerum patratores, quietis turbatores & pacis intereunt, occiduntur & fugiunt, coacti deſerunt propria, qui cæci cupidine inhiaverant alienis. Nam diſſipat Dominus gentes, quæ bella volunt, qui etſi permiſſione Dei ſuperaverint proximos, ſeparaverint & exprobraverint & ejecerint tanquam malos; ipſi tamen victores ſua iniquitate vincuntur, dum juxta beati Auguſtini doctoris egregii dictum, nemo injuſtum habet lucrum ſine juſto damno: ubi lucrum, ibi & damnum; lucrum in arca, damnum in conſcientia: tulit veſtem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdit juſtitiam. Nec minus interdum circumagitata inſtabilitatis rota ſubſidunt, quia alta conſcenderant: optant pares fieri dudum minoribus, quos elati deſpexerant; ſupplicesque ſuper ſe illos evectos inimicos exorant, quia: Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles: eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes; cum & dives ille guttam aquæ petierit, qui micas panis Lazaro negavit.

Nec tantum ſingulariter ſinguli; ſed quod perniciosius eſt, univerſaliter univerſi gravantur ex talibus: creſcit quippe nefas in publicum, & damnum in commune redundat. Suis non eſt terminis contenta nequitia; ſed univerſum commaculans, ingreditur aliena: nam dum ſe invicem partes præponere nituntur alterutri, ambæ deficiunt: & quæ humilitate & charitate proficerent, odiis & jactantia corruunt; quia ut parvæ res creſcunt concordia, ſic magnæ diſcordia dilabuntur: dumque partis hinc inde nomen aſſumitur, totum enervatur & deperit, cum nec totum inibi conſiſtat ex partibus, quæ non ipſum earum ad invicem aggregatione vivendo conficiunt; ſed potius ipſum earundem disgregatione dividendo confundunt. Ergo in illis diviſus eſt Chriſtus, qui fecit utraque unum, qui cum ſit juſtus judex, fortis, atque longanimis, reddet retributionem ſuperbis: Gladium, quippe, ſuum vibravit, arcum tetendit & paravit illum, & in ipſo mortis vaſa paravit. Manet namque illos, ſi non reſipuerint, ignis gehennæ perpetuus, exteriores tenebræ, fletus & ſtridor dentium, remordens conſcientiæ vermis ſecunda mors, horrida ſocietas dæmonum, profundum barathrum, animæ perennis ac corporis cruciatus. Hortamur itaque univerſitatem veſtram in Domino, dilectiſſimi filii, & monemus ac per aſperſionem pretioſi ſanguinis quaſi agni incontaminati & immaculati Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui pendens in cruce Patrem pro ſuis perſecutoribus exoravit, obſecramus attentius in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus, &c. Sollicitat ut ſtricta in mutuas cædes arma abjiciant, ponant inimicitias, extinguant odia, coitiones præteritas diſſolvant, atque arctiſſimi amoris fœdere ſuas vinciant voluntates. Dat. Avin. IV. Kal. Februarii anno I.

XI.

Bulla Johannis P. P. XXII. adverſus Ludovicum Bavarum Roman. Imperatorem ejusque per Italiam aſſeclas promulgata, d. d. 10. Kal. April. An. 1324.

IOannes, &c. ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Quamvis præfati electi (nempe Ludovici) in non parendo noſtris monitionibus & mandatis inobedientia pertinax, nec infra ſecundum terminum ſibi humiliter hujusmodi dilatione conceſſum comparendo coram nobis per ſe vel procuratorem legitimum, nec etiam poſtea, de benignitate ſedis Apoſtolicæ diebus pluribus expectati contemptus ejusdem exigant; ſcandalum quoque, & pericula plurima, quæ profecto præmiſſorum diſſimulatio & impunitas vel dilata juſtitia probabiliter comminatur, deſiderent ſuper præmiſſis contra dictum electum de remedio celeri per opportunam & rigoroſam juſtitiam provideri; nos tamen adhuc volentes cum eodem electo uti potius manſuetudine, quam rigore, ac probare, utrum manſuetudinis noſtræ benignitas ipſum a tam periculoſo devio valeat, quod deſideriis intenſis appetimus, revocare; de dictorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica per infra ſcriptum modum duximus ordinandum: videlicet, quod ad publicationem ſententiæ excommunicationis per nos, ut præmittitur, promulgatæ, in quam idem electus propter ſuam in præmiſſis commiſſam inobedientiam & contemptum incidiſſe dignoſcitur, procedentes ab aliarum pœnarum publicatione, in quas ſimiliter incidit, ſuperſedeamus ad præſens.

Ideoque præfatum electum de ipſorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica in prædictam excommunicationis ſententiam incidiſſe, præſente hac multitudine copioſa fidelium, declaramus; ipſumque prædicta excommunicationis ſententia innodatum, & velut excommunicatum, præter caſus exceptos, evitandum ab omnibus nuntiamus; eumque nihilominus, aſtante prædicta multitudine copioſa fidelium, per hoc præſens edictum publicum ſolemniter auctoritate prædicta monemus, ſibi auctoritate Apoſtolica, ſub pœna privationis omnis juris, ſi quod ſibi ex ſua electione prædicta, quæ de ipſo dicitur celebrata, vel ad regnum & imperium Romanum quoquo modo competit & poſſit competere; quam, ſi monitioni & mandato hujusmodi efficaciter non parebit, eum incurrere volumus ipſo facto; diſtrictius injungentes, ut infra trium menſium ſpatium a data præſentium in antea computandum, ſe Regem Romanorum non intitulet, non denominet, nec deſcribat, nec per alios faciat, quantum in eo fuerit, tali intitulari modo vel etiam nominari; ab intitulatione & denominatione regali hujusmodi, per eum indebite uſurpata, ac adminiſtratione regni & imperii prædictorum, & rerum & jurium eorundem (denominationem & intitulationem, & adminiſtrationem præfatas non reſumpturus ulterius, niſi, ſi, & quando perſonam ipſius & electionem, quæ de ipſo celebra-

Digitized by Google

lebrata fuisse dicitur, per sedem eamdem approbari contigerit, & admitti) a fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium rebellium Dei & Ecclesiæ (nimirum Galeatii & fratrum vicecomitum) quam Ferrarienſium, videlicet Raynaldi & Opizonis filiorum dilecti filii nobilis viri Ildebrandini, Marchionis Estensis, qui quidem filii sunt similiter de labe pravitatis hæreticæ condemnati, ac rebelles Ecclesiæ memoratæ, eorumque fautorum, valitorum, & sequacium prorsus abstinere procuret; fidelitati etiam & homagio, quæ ratione civitatis Ferrarienſis, quæ ipsius Rom. Ecclesiæ pleni juris & proprietatis existit, præsumpsit recipere ab eisdem, in nostrum & ejusdem Ecclesiæ magnum contemptum, atque dispendium & præjudicium manifestum, publice & omnino renuntiet; illaque prorsus a se abjiciat, quasi nunquam sibi præstita extitissent: nec ratione illarum aliquid penitus juris usurpet in civitate Ferrarienſi prædicta, ejusque districtu vel civibus ac districtualibus eorundem; sed potius omnia prædicta usurpata, præsumpta & attentata per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsarum, curet effectualiter infra dictum terminum, prout sibi possibile fuerit, solemniter & publice revocare; ac parere in omnibus prædictis nostris monitis, inhibitionibus & mandatis; nec non & ad ejusdem Ecclesiæ redire gremium studeat, satisfactionem debitam impensurus de offensionibus & injuriis supradictis: ac nihilominus infra dictum terminum, quod prædicta omnia revocaverit, ac paruerit in eisdem omnibus hujusmodi nostris monitionibus, inhibitionibus & mandatis plenarie cum effectu, nos per autenticas personas, literas vel instrumentum publicum certificare procuret: ac insuper infra dictum terminum per se vel procuratorem seu procuratores idoneos compareat coram nobis, super dictis excessibus, offensionibus & injuriis; ac super pœna privationis juris, si quod sibi competit vel competierit ad regnum seu imperium supradicta, declaranda vel inferenda; nec non & pœnis aliis, quibus excessus ac inobedientia & contemptus prædicti eundem electum obnoxium reddiderunt, definitivam sententiam, & nostrum beneplacitum, quantum officium nostrum patitur, auditurus, & alias facturus & recepturus, quod justitia suadebit, &c.) Addit plura graviora imperia ac præsules, proceres & populos Rom. imperii Ludovico ut Regi parere vetuit, antequam cæsarea electio sedis Apost. auctoritate confirmata esset, & contra nitentibus divinas humanasque pœnas intentavit. Tum quorumcumque principum cum Ludovico inita fœdera rescidit. Dat. Avin. X. Kal. April. Pontificatus Anno VIII.

XII.

Bulla Johannis P. P. XXII. adversus Ludovicum Bavarum, Rom. Imperatorem & Matthæum de Vice-Comitibus, Mediolani ac per Lombardiam Vicarium Imperii generalem eorumque assecias & exercituum in Italia ductores, d. d. Id. April. An. 1324.

Ad futuram rei memoriam.

Vineæ Domini Sabaoth, licet immeriti, divina gerentes permissione solicitudinem atque curam, providere & agere circumspectius nos oportet, ut non solum prætergredientes Catholicos fidei semitam & prævaricationem addentes, ut eandem vineam valeant demoliri; sed etiam favores & auxilia ministrantes eisdem tanquam degeneres propagines notificant, & a veris fidei cultoribus evitentur. Sane quia, licet dudum Galeatius, Luchinus, Marcus, Joannes, & Stephanus fratres filii damnatæ memoriæ Matthæi de vicecomitibus de Mediolano, de labe pravitatis hæreticæ convicti fuerunt legitime, & per competentes judices sententialiter condemnati, & processus & sententiæ hujusmodi condemnationis tam in Lombardiæ, quam aliis diversis partibus solemniter publicati; multique Catholicæ fidei professores non solum de circumvicinis, sed etiam de aliis partibus contra dictos hæreticos in expugnationem eorum arma sumpserint, qui cum exercitu Ecclesiæ accesserunt Bertoldus de Marsteron dictus de Nisen, & Bertoldus de Groyspach, & Fridericus de Truendingen, qui se magnifici viri Ludovici Ducis Bavariæ in Regem Romanorum electi, quem Regem nominant Romanorum, ambaxiatores & nuntios fore dicebant, dictusque Bertoldus de Marsteron ejusdem electi in illis partibus pro vicario publice se gerebat, dictis Galeatio & fratribus favorem multiplicem impendendo, eosdemque hæreticos velut complices & fautores eorum defendere nequiter præsumebant, ordinantes per civitates Lombardiæ, ac mandata & præcepta ex parte ejusdem electi sub pœnis gravibus facientes in dictorum hæreticorum favorem & auxilium manifestum, gentes armigeras per unum ex eis, videlicet præfatum Bertoldum de Marsteron Mediolanum mittendo adversus exercitium fidelium ejusdem Ecclesiæ contra dictos hæreticos congregatum; dicti Bertoldus de Marsteron, & alter Bertoldus & Fridericus per competentes judices, quibus legitime constitit de præmissis, sententialiter judicati pronuntiati & declarati fuerunt fore fautores & defensores hæreticorum supradictorum, ac propter fautoriam hujusmodi excommunicationis sententiæ & perpetuæ infamiæ subjacere, omnesque pœnas reales & personales, spirituales & temporales contra fautores hæreticorum editas incurrisse, prout in processibus & sententia super his habitis & prolata contra eos plenius continetur.

Ut autem excessus hujusmodi ipsorum Bertoldi de Marsteron, & Bertoldi de Groyspach & Friderici, & sententia contra ipsos promulgata in publicam notitiam deducantur, eosdem fuisse & esse fautores, complices & defensores hæreticorum publicos & notorios, ac propterea excommunicationis sententiæ & perpetuæ infamiæ

Digitized by Google

miæ ſubjacere, omnesque alias pœnas reales & perſonales, ſpirituales & temporales contra fautores & complices & defenſores hæreticorum editas incurriſſe, de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica nuntiamus & publicamus, præſente hac multitudine fidelium copioſa.

Cæterum multorum infinuatio fide digna ad Apoſtolatus noſtri perduxit auditum, quod idem Bertoldus de Marſteron dictus de Niſſen, poſt & contra proceſſus noſtros ſuper his habitos, & in illis partibus ſolemniter publicatos velut vicarius (ut prædicitur) in partibus Italiæ electi prædicti, quem Regem nominant Romanorum, gentes armigeras & exercitum congregavit, & congregat de diverſis civitatibus, caſtris, terris & locis in dictorum Galeatii & fratrum ſuorum favorem, præſidium & juvamen contra exercitum fidelium Eccleſiæ memoratæ contra præfatos hæreticos eorumque fautores & defenſores per ipſam Eccleſiam ordinatum; & quod cum gentibus illis, non absque hæreticorum prædictorum fautoria notoria & ſequela, ejusdem Eccleſiæ gentes invaſit, & bellum movit, & exercuit & excercet contra eas; nec his contentus ad fragendum vota fidelium præſumpſit & præſumit facere mandata communitatibus & perſonis ſingularibus civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum illarum partium ſub gravibus pœnis, ne ipſæ & gentes ipſarum ad exercitum fidelium Eccleſiæ conveniant, vel eisdem inhæreant, vel ſequantur eos, ſeu aſſiſtant eisdem, & tanquam vicarius ejusdem electi communitatibus civitatum, caſtrorum, & locorum prædictorum obedientibus ſibi privilegia dudum conceſſa eisdem de facto innovat & confirmat, aliaque eis de novo concedit. Privilegia vero dictis communitatibus in devotione ejusdem Eccleſiæ conſiſtentibus, ſibique minime obedientibus conceſſa de facto revocat, adimit & annullat; pœnas etiam fidelibus eisdem infligit, ipſosque condemnat & punit rerum & famæ jactura, quamquam nullam faciendi prædicta habeat quomodolibet poteſtatem. Propter quod tantæ præſumptioni & uſurpationi (prout ad Apoſtolatus noſtri ſpectat officium) occurrere intendentes, eundem Bertoldum de Niſſen per publicum præſentis proceſſus edictum, de ipſorum fratrum conſilio monuimus, ei ſub excommunicatonis ac privationis privilegiorum & feudorum, quæ a Romana vel aliis quibuscumque tenet eccleſiis, pœnis & ſententiis, quas eum ipſo facto incurrere volumus, ſi monitioni & mandato hujus modi non parebit, diſtrictius injungentes, ut infra duorum menſium ſpatium, quod ſibi pro peremptorio termino aſſignamus, præmiſſa omnia & ſingula, quatenus ad illa de facto proceſſit, eatenus quantum in ipſo erit & poſſibile fuerit, ipſa de facto ſtudeat revocare, ſimilia proprio vel ejusdem vicariatus vel alio quocunque vocabulo ſeu colore quæſito impoſterum nullatenus præſumpturus; quinimmo a fautoria, defenſione, omnique adhæſione dictorum hæreticorum & rebellium, ac prædicto præſumto uſurpato vicariatus officio, & quolibet exercitio ejusdem officii infra dictum terminum omnino deſiſtat, nec ſe de illis per ſe vel per alios directe vel indirecte, publice vel occulte aliquatenus intromittat: nosque nihilominus prædicta omnia & ſingula, per dictum Bertoldum de Niſſen ſub ejusdem nomin's vocabulo vel alio quovis modo præſumpta vel attentata, auctoritate prædicta revocamus, caſſamus, & irritamus, & viribus vacuamus, ac caſſa, vacua, & irrita nuntiamus, & nullius exiſtere decernimus firmitatis.

Mandamus nihilominus univerſis & ſingulis patriarchis, Archiepiſcopis & aliis Eccleſiarum prælatis, nec non Ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & nobilibus, univerſitatibus quoque & communitatibus civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum, & aliis perſonis ſingularibus quibuſcumque, cujuſcumque ſtatus, conditionis vel dignitatis exiſtant, ſub excommunicationis in perſonas eorum, & interdicti in communitates, univerſitates, civitates, caſtra, & loca prædicta pœnis & ſententiis, quas ex nunc in ipſos ferimus, & eos (niſi infra duorum menſium ſpatium a data præſentium computandos hujusmodi monitioni & mandato noſtris parere curaverint cum effectu) incurrere volumus ipſo facto, ut dicto Bertoldo de Marſteron, ſeu de Niſſen, tamquam vicario, ut præmittitur, vel alias ſuper præmiſſis vel ſimilibus in nullo pareant vel intendant, proceſſibus aliis quibuſcumque per nos ſeu per dilectum filium noſtrum Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem A. S. L. vel alios judices competentes habitis tam contra dictum Bertoldum de Marſteron, quam alios & parentes eisdem, in ſuo robore duraturis. Datum Avin. id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno VIII.

XIII.

Capitula pacis inter Gregorium XI. Pontificem Maxim. pro ſe & Joannæ, Siciliæ Reginæ, necnon Amadei VII. Sabaudiæ Comitis, Scanidoti, Marchionis Montisferrati, Nicolai & Alberti, Marchionum Eſtenſium, ac omnium aſſeclarum nomine ab una; Galeatium vero, Vicarium Mediolani Imperialem, ejusque filium, nepotem & fœdere junctos ab altera parte ſancitæ, d. d. 19. Jul. An. 1376.

AD laudem, & gloriam illius ſummi Boni, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, cujusve immenſa clementia ſors aſpera manſueſcit, Populorum ceſſat afflictio, ſit pœna ſolatium, dulcis labor, odium verterur in amorem, & malarum rerum eventus placide terminatur. Quoniam procurante malivolo prævaricationis auctore, Chriſtianæque converſationis emulo infelici, qui tranquillitati hominum, ac vitæ pacificæ Bellorum furio-

Digitized by Google

ris hoc inviolabiliter obſervare; & in caſu, quo Epiſcopus Vercellenſis, ſive Capitulum Vercellenſe, aut alius nomine Epiſcopi, ac Capituli prædictorum dicerent Civitatem prædictam ſpectare ad Eccleſiam Vercellenſem, quoad Dominium temporale, teneantur, & debeant infra ipſum annum de jure ſuo docere coram dicto Domino Cardinali, vel deputando, & deputandis ab eo tali tempore, quod infra dictum annum poſſit pronunciari, poſſitque ipſe Dominus Cardinalis, vel deputandus, & deputandi ab eo in hujus modi cauſa procedere ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola rei veritate inſpecta, juris ordine ſervato, & non ſervato, prout ſibi videbitur expedire, & ubi per eventum cauſæ repertum fuerit, & pronunciatum per ipſum Dominum Cardinalem, vel deputandum, aut deputandos ab eo, dictam Civitatem ad Epiſcopum, & Capitulum Vercellarum, conjunctim vel diviſim, in temporalibus pertinere debere, ipſe Dominus Cardinalis teneatur, & debeat operari cum effectu, quod Dominus noſter Papa dignetur dare licentiam Epiſcopo Vercellenſi, & Capitulo, conjunctim vel diviſim, infeudandi dictam Civitatem quoad temporalia prædicto Domino Azoni nato Domini Comitis Virtutum Nepoti præfati Sereniſſimi Principis Regis Franchorum, ejusque Hæredibus, & Succeſſoribus ſub certo annuo cenſu, de quo dicto Domino Cardinali videbitur, & placebit, & dictus Dominus Epiſcopus, ſive Capitulum, ut ſupra, teneatur, & debeat infeudare dictam Civitatem, & Terras Diocæſis Vercellarum ſupraſcriptas ipſi Domino Azoni, ſeu Hæredibus, & Succeſſoribus ejus, qui teneatur ipſam infeudationem dicti Domini Cardinalis Gebennenſis acceptare, omologare, & approbare, & cenſum annuum ſolvere in terminis, & prout per ipſum Dominum Cardinalem Gebennenſem fuerit ordinatum; Ita tamen, quod ipſe Dominus Cardinalis teneatur, & Dominus Papa dignetur procurare, quod prædicta infeudatio, & cenſus ſolutio fieri, & recipi poſſit de conſenſu, & licentia Sereniſſimi Domini Imperatoris, ſine præjudicio aliquorum Imperialium Privilegiorum conceſſorum dicto Domino Galeaz, & Comiti Virtutum; Si vero infra annum prædictum probatum, aut pronunciatum non fuerit, aut dictus Dominus Epiſcopus, ſeu Capitulum, communiter, vel diviſim, non inveſtiverit, aut licentia a Domino Imperatore obtenta non fuerit, tunc, & eo caſu dictus Gubernator teneatur, & debeat libere reſtituere, & tradere ſupra ſcriptam Civitatem cum Caſtro, Cittadella, & Terris, prout ſuperius in hoc Capitulo continetur.

Item præfatus Dominus noſter Papa, ſeu dictus Dominus Cardinalis teneatur & debeat in continenti publicata Pace prædicta procurare ſuo poſſe, quod quicumque ex Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis ipſorum, vel qui adhæſerunt ipſis in præſenti Guerra, & qui tenent, ſeu quorum nomine tenerentur aliqua aliæ ex Terris occupatis in præſenti Guerra pertinentibus ad ipſum Dominum Galeaz vel Comitem Virtutum ejus natum, ſeu ad eorum Colligatos, Sequaces, & Subditos, tempore inchoatæ Guerræ præſentis, tenebantur, regebantur & gubernabantur, eas Terras non ſpectantes ad aliquas Eccleſias, de quibus Dominus Cardinalis cognoſcat ut ſupra, ipſi Domino Azoni Filio dicti Domini Comitis Virtutum Nepoti Sereniſſimi Regis Franchorum, & Succeſſoribus ſuis libere, & expedite infra duos menſes reſtituent, aut Adhærentibus, Colligatis, Sequacibus, & Subditis dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, quorum ipſæ Terræ eſſent, & ad quos ſpectarent, vel quorum nomine tenebantur tempore inchoatæ præſentis Guerræ in, & ſuper Territorio Domini Galeaz, & Comitis Virtutum; & ſi reſtituere recuſarent juxta declarationem dicti Domini Cardinalis, quam facere teneatur, & debeat infra alios duos menſes, tunc & eo caſu præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, & ipſe Dominus Cardinalis, & alii eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, Stipendiarii & Subditi non poſſint, nec debeant ipſis tenentibus aliquam, vel aliquod ex Terris, ſeu caſtris ipſis ſpectantibus, ut ſupra dictum eſt, dare auxilium, conſilium, vel favorem contra prædictos Dominos Galeaz & Comitem Virtutum, & Dominum Azonem, eorumque Hæredes, & Succeſſores, ſeu Adhærentes, Colligatos, Sequaces, & Subditos eorum, quorum eſſent ipſæ Terræ, ſeu Caſtra, vel quorum nomine tenebantur ut ſupra; & è contra ſi dictus Dominus Galeaz, ſeu Dominus Comes Virtutum, ſeu ſui Adhærentes, Colligati, Sequaces, Subditi, vel eorum aliquis, etiam qui adhæſerunt ipſis, & eorum cuilibet in præſenti Guerra teneant, ſive teneat ſeu eorum nomine teneantur aliqua Loca, Caſtra, vel Terræ ad præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & Romanam Eccleſiam, ſive Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos ejus, vel qui adhæſerunt ei in præſenti Guerra, ſpectantia occupata in præſenti Guerra, ſeu quæ per ipſum Dominum noſtrum, ſeu Sanctam Romanam Eccleſiam, ſeu per Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos, aut eorum nomine tempore inchoatæ Guerræ præſentis tenebantur, regebantur, ſeu gubernabantur, teneantur eas Terras, Caſtra, & Loca reſtituere, & tradere illi, vel illis, quorum dicta Loca erant, & ad quos ſpectabant, vel quorum nomine tenebantur, regebantur, ſeu gubernabantur, & ſi non reſtituerint juxta declarationem dicti Cardinalis infra duos menſes, tunc, & eo caſu præfati Domini Galeaz, & Comes Virtutum, & Dominus Azo, ſeu eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Subditi, & Stipendiati, ſeu ipſorum aliqui non poſſint, nec debeant ipſis tenentibus aliquam, vel aliquod ex Terris, ſeu Caſtris eisdem ſpectantibus, ut ſupradictum eſt, dare auxilium, conſilium, vel favorem contra præfatum Dominum noſtrum Papam, ſeu dictum Dominum Legatum, eorumque Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos, quorum eſſent dictæ Terræ, vel dicta Caſtra, vel quorum nomine tenebantur ut ſupra, & quod eo caſu tales nolentes reſtituere non gaudeant beneficio præſentis Pacis, hoc addito, quod ſi de Terra Cuneji dubium aliquod moveretur, ipſe Dominus Cardinalis Geben-

Digitized by Google

bennenſis ſuper hoc declarare, & determinare poſſit, prout ſibi videbitur, & placebit.

Item quod dictus Dominus Galeaz, & ejus Filius Dominus Comes Virtutum, ac prædictus Dominus Azo Nepos Sereniſſimi Regis Franchorum, & ille in cujus manibus dictæ Terræ tradentur, ſeu reſtituentur, & quilibet alius Succeſſor ipſorum, ad quem ſpectabit, ſeu cui dicta reſtitutio fiet, teneantur, & debeant immediate, Pace publicata, rebellibus, & omnibus, & ſingulis, qui in præſenti Guerra adhæſerunt præfato Domino noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel qui in favorem dicti Domini noſtri, & Eccleſiæ, ac Adhærentium, Colligatorum, Sequacium, & Subditorum ſuorum, & cujuslibet eorum aliquid operati ſunt, vel fecerunt contra ipſum Dominum Galeaz, ſeu Comitem, Colligatos, Sequaces, vel Subditos ſuos, & eorum, & cujuslibet eorum ſtatum parcere, remittere, & indulgere, & ex nunc parcunt, quietant, remittunt, & indulgent omnes, & ſingulas injurias, dampna, delicta, & offenſas quaslibet, quæ ipſis Dominis, vel eorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, vel Subditis, vel contra ſtatum ipſorum etiam diviſim illatæ fuiſſent, vel commiſſa, vel perpetrata dici poſſent quommodolibet in præſenti Guerra Eccleſiæ, & ante, quandocumque, & qualitercumque, & quommodocumque uſque in præſentem diem firmatæ Pacis, ita quod nihil de præteritis commiſſis, exceſſibus, dictis, aut factis poſſit, aut debeat eis aliquo modo quocumque colore quæſito imputari, vel imponi, & proceſſus, & condempnaciones atque banna contra ipſos, vel aliquem ipſorum facta, promulgata, ſeu data facere libere canzellari, & annullari, & pro canzellatis, & annullatis ex nunc, & nullis reputari, haberi, & teneri, & ipſos, & eorum quemlibet, reſtituere ad omnia, & ſingula bona, & jura ſua quæcumque, ac permittere ſtare in Terris; & etiam quod poſſint, & debeant gaudere, & utifrui bonis, juribus, & rebus ſuis, ſicut poterant, & debebant ante præſentem Guerram, ita quod in omnibus, & per omnia ſint in priſtino ſtatu reſtituti, & reintegrati, prout erant ante præſentem Guerram, quantum eſt ad res mobiles extantes tempore publicatæ Pacis penes occupatores, & etiam ad res immobiles in eo ſtatu, quo eſſe reperirentur, omni fraude ceſſante; & quod aliqui eorum Fidejuſſores obligati pro ipſis de tenendo ipſorum Fortalitia, & Caſtra ad honorem, & obedientiam præfatorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, occaxione dictarum Fidejuſſionum, ſeu promiſſionum nullatenus moleſtentur, nec moleſtari aliqualiter debeant, ſive poſſint propter rebellionem ipſorum, ſeu alicujus ipſorum, quin immo tam ipſi, quam eorum Fidejuſſores ſint liberi, & quieti ipſo jure, & ipſo facto, & quod pro aliquibus hinc retro commiſſis, ſeu quoquomodo perpetratis, aliqua eorum Caſtra, ſeu Fortalicia, vel Loca non dirvantur, nec dirui poſſint; & quod omnia & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta, & omnia in præſenti contractu contenta ratificare, & omologare ac jurare teneantur infra quindecim dies a die publicatæ Pacis dictus Dominus Galeaz, & Dominus Comes Virtutum proprio Sacramento, & per fidem corporis ſui, & etiam permittere per patentes Litteras ipſorum ſigillis ſigillatas, & in manibus alicujus deputandi per præfatum Dominum Cardinalem, ut hoc poſſit perpetuo demonſtrari, & ſimiliter Officiales præfatorum Dominorum, & prædicti Domini Azonis Filii dicti Domini Comitis, qui pro tempore erunt in Terris prædictis, jurare debeant, & obſervare prædicta omnia, & ſingula teneantur, ac etiam dicti Subditi tractari debeant æque bene, & favorabiliter prout tractabuntur alii Subditi præfatorum Dominorum, & quod nulla gravamina ipſis reſtitutis imponentur, ac ſi nunquam contra ſtatum dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum feciſſent, vel attemptaſſent, & non obſtantibus aliquibus commiſſis per eos; & ſimiliter verſa vice, Adhærentes, Colligati, & Subditi dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, ſeu qui pro parte, & in favorem ipſorum, vel alterius eorum aliquid contra Eccleſiam, ſeu Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos ſuos fecerunt, & operati fuerunt, poſſint, & debeant gaudere, & utifrui omnibus bonis, juribus, & rebus ſuis, ſicut poterant, ſeu debebant ante præſentem Guerram, quantum ſit in poteſtate Eccleſiæ, ſeu Adhærentium, Colligatorum, Sequacium, & Subditorum ſuorum; & quod eis, & cuilibet ipſorum parcantur, remittantur, & indulgeantur, & ex nunc remiſſæ, & indultæ ſint omnes, & ſingulæ injuriæ, dampna delicta, & offenſæ, quæ ſtatui Eccleſiæ, vel prænominatorum Adhærentium, Sequacium, & Subditorum ſuorum illatæ fuiſſent, vel commiſſa, ſeu perpetrata dici poſſent, quommodolibet in præſenti Guerra, & quod proceſſus condempnationes, atque banna contra ipſos, vel ipſorum aliquem facta, promulgata, ſeu data libere canzellentur, & annullentur, & pro canzellatis, & nullis ex nunc habeantur, teneantur, & reputentur, ita quod in omnibus, & per omnia ſint in priſtino ſtatu reſtituti, & reintegrati, prout erant ante præſentem Guerram, quantum eſt ad res mobiles extantes tempore publicatæ Pacis penes occupatores, & etiam ad res immobiles in eo ſtatu, quo eſſe reperirentur, omni fraude ceſſante, ut ſupra; Salvo tamen, quod illi ex prædictis, qui eſſent de Terris Romanæ Eccleſiæ immediate ſpectantibus in ipſis ſtare, & habitare non poſſint, niſi, ſi, & prout placuerit Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ.

Item in caſu quo aliquis ſeu aliqui ex illis, qui vigore præſentis Pacis reſtituendi veniunt, & reſtitui debent præfato Domino Azoni Filio dicti Domini Comitis Virtutum, Nepotisque Sereniſſimi Regis Franchorum ad eum non venirent cum eorum Terris, Locis, & hominibus obedientia, ſicut vigore præſentium Capitulorum venire, & reſtitui debent, vel Caſtra, Loca, & Terras, quas habent, tenebunt & regent ſub dominio, & Territorio Dominorum Galeaz, Comitis, & Azonis præfatorum, & alicujus ipſorum non facerent ipſis Dominis, ſub cujus

Digitized by Google

Dominio erunt, obedire, requisiti ipsi tales ad obedientiam venire nolentes, vel non facientes ipsorum Terris obedire ut supra, non gaudeant beneficio hujus Pacis, sed ab ipsa Pace sint, & esse intelligantur, tamquam protinus inobedientes, excluſi, & quod Dominus noster Papa, seu dictus Dominus Legatus vel aliquis ex Colligatis, Adhærentibus, & Sequacibus suis non possint, neque debeant dare ipsis inobedientibus aliquod auxilium, consilium, vel favorem; & similiter versa vice, si restituendi vigore præsentis Pacis & Capitulorum ejus præfato Sanctissimo Domino nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu Colligatis, Adhærentibus, & Sequacibus suis ad ipsorum non venirent, cum eorum Locis, Terris, & hominibus, obedientiam, vel Castra, Loca, possessiones & Terras, quas tenebunt, & regent sub Dominio præfati Domini nostri Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu Colligatorum, Sequacium, & Adhærentium ejus non facient, ei, & ipsis, sub cujus Dominio erunt, obedire, requisiti ipsi tales, ad obedientiam venire recusantes, seu nolentes, & non facientes, ipsorum Terras, & Castra obedire, non gaudeant benefitio hujus Pacis &c. ut supra.

Item quod processus Papales, si qui facti sunt, occaxione præsentis Guerræ, contra dictos Dominos Galeaz, & Comitem Virtutum, eorumque Adhærentes, Colligatos, Officiales, Subditos, & Sequaces, seu alios, qui dederint iis auxilium, consilium, vel favorem, tollantur tam contra personas Ecclesiasticas, quam Sæculares, ita & taliter, quod absolvantur ab omnibus sententiis, Excommunicationibus, & irregularitatibus quibus cumque, & quod in statum pristinum per omnia reducantur, & reduci debeant, servata tamen forma juris, & quod Dominus noster Papa, etiam ipse Dominus Cardinalis procurabunt suo posse, quod processus, & Sententiæ Imperiales, si qui fuerint contra eos, occaxione præsentis Guerræ, tollentur, & canzellabuntur ita, & taliter quod ipsi Dominus Galeaz, & Comes Virtutum sint in eodem statu, & in eodem suo jure, in quibus erant tempore inchoatæ Guerræ præsentis.

Item quod tempore quo fiet restitutio Civitatis Vercellarum prædictæ, & Terrarum Diocæsis ejusdem, juxta Capitula prædicta, debeant Partes dictæ Civitatis, videlicet Pars illorum de Advocatis cum Parte illorum de Tizonibus pacificari ad invicem per dictum Dominum Legatum, & Vicarium, & per dictum Dominum Comitem Virtutum, aut eorum Commissarios, & ita taliter ordinari, quod simul ambæ Partes prædictæ possint in dicta Civitate, & Diocæsi cum eorum amicis pacifice commorari, & æqualiter communicare in dignitatibus & honoribus prout ipsis videbitur convenire, & hoc infra duos menses a die factæ restitutionis prædictæ.

Item quod dictus Dominus Galeaz, ejus Filius Dominus Comes Virtutum, natus dicti Domini Comitis, Nepos Sereniſſimi Principis Regis Franchorum, Hæredes, & Successores, ac Officiales ipsorum, seu aliqua alia persona pro eis, vel eorum nomine, vel aliqui eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Subditi sub aliquo colore quæsito non possint, nec debeant quoquomodo, publice vel occulte, directe vel indirecte, turbare, inqvietare exigere, vel extorquere, capere, tenere, aut usurpare, vel injurias, aut dampna inferre, vel inferri facere per se, vel alium, seu alios, contra Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vel ipsorum Jurisdictiones, jura, & bona quæcumque ad ipsas personas Ecclesiasticas, & Ecclesias spectantes, & pertinentes quoquo modo, sed quod dictæ Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ suis juribus, jurisdictionibus, redditibus, & bonis pacifice gaudeant, & bene tractari, & manuteneri debeant per dictos Dominos, eorumque Successores, Officiales cum pura, & mera Ecclesiastica libertate, prout, & secundum quod jure cavetur, & cautum est.

Item quod per aliqua actitata, & facta in præsenti Contractu non præjudicetur, vel derogetur, neo præjudicatum esse intelligatur, seu derogatum aliquibus Juribus, Privilegiis, & Honoribus Imperialibus datis, seu conceſſis Ecclesiis, seu personis Ecclesiasticis, nec non præfatis Dominis Galeaz, & ejus genito Comiti Virtutum, salvis tamen Capitulis supra, & infrascriptis in præsenti Contractu.

Item quod dampna restaurabilia data hinc inde a die publicationis Treguarum usque in diem publicationis præsentis Pacis pro observatione ipsarum Treguarum restituantur, & emendentur per illos, qui dicta damna fecerunt, ad arbitrium tamen, & ordinationem præfatorum Dominorum Cardinalis, & Comitis Virtutum.

Item quod pro bono Pacis prædictæ, & pro majori roboris firmitate ipsius, & ad hoc ut tollatur omnis materia litis & quæstionis, & recidivæ Guerrarum, actum est, quod prædicti Magnificus Dominus Dominus Galeaz, & Illustris Dominus Comes Virtutum ex una parte, & Illustris Dominus Marchio Montisferrati, ejusque Fratres ex altera, de omni lite, quæstione, contentione, debato, peticione, & requesta, quæ inter Partes prædictas hactenus mota fuisset, vel esset de præsenti, vel moveri contingeret quommodolibet in futurum occaxione Guerrarum antiquarum, quæ inter Partes, & Prædecessores, seminante Satore Zinzaniæ, motæ, ortæ, & agitatæ fuerunt, compromittunt se se solempniter, de alto, & de basso, de jure & de facto, in præfatum Dominum Cardinalem Gebennensem, secundum formam Compromissi, seu Instrumenti Compromissi inferius denotati, & ex nunc præfatus Dominus Pinotus Procurator habens ad hoc plenum, & sufficiens mandatum, prout constat publico Instrumento scripto per Pasquinum de Capellis de Cremona Notarium publicum tenoris inferius descripti, compromittit nomine Procuratorio quo supra in eumdem Dominum Cardinalem de alto, & de basso, ac de jure & de facto, modo prædicto. Hoc addito, & adjecto in præsenti Contractu inter Partes prædictas, quod si prædicti Marchio, & Fratres alia Pars non se compromittant similiter, & eodem modo, & forma, & secundum tenorem dicti Instrumenti Compromissi, inferius annotati per se, vel eorum Procuratores habentes plenum, solem-

Digitized by Google

ſolempne, & ſufficiens mandatum, intra tres menſes, in prædictum Dominum Cardinalem, tunc & eo caſu careant omni beneficio Pacis quo ad Guerras ante præſentem Guerram Eccleſiæ agitatas, & motas, ac movendas inter Partes prædictas, & ſi facto dicto Compromiſſo non declaretur, & pronunciaretur inter Partes prædictas per ipſum Dominum Cardinalem, in termino limitando in dicto Inſtrumento Compromiſſi, tunc, & eo caſu non ſit, nec intelligatur Pax ipſa facta eſſe, quantum inter præfatos Dominos Galeaz, & Marchionem Montiſferrati, niſi pro præſenti & de præſenti Guerra Eccleſiæ tantum, & quod hæc Pax, quantum ad contentiones antiquas agitatas inter dictas Partes ante motam præſentem Guerram Eccleſiæ non vendicet ſibi locum, nec aliquid operetur, ſed eo caſu liceat dicto Domino Galeaz, & Comiti Virtutum, eorumque Succeſſoribus agere, & facere contra Dominum Marchionem Montiſferrati, & ejus Fratres, & Succeſſores pro ſuis Juribus conſequendis, & recuperandis, abſque eo quod dici poſſit, quod per hoc hanc Pacem infringerint; nec eo caſu poſſint, nec debeant dictus Dominus noſter Papa, ſeu Colligati Adhærentes, & Sequaces ſui dare, vel præſtare dictis Domino Marchioni, & Fratribus auxilium, conſilium, vel favorem, ſalvo tamen, & hoc adjecto, quod ſi ipſe Dominus Cardinalis occaxione juſti impedimenti infra dictum terminum ſententiare non poſſet inter Partes Prædictas, tunc, & eo caſu debeant dictæ Partes infra unum menſem à die expirati Compromiſſi eligere duos communes amicos, videlicet unum pro qualibet Parte, qui infra duos alios menſes incepturos in fine dicti primi menſis ſententiare, pronunciare, & declarare inter prædictas Partes ſuper omnibus ſupraſcriptis, & ſi dicti eligendi invicem concordare non poſſent, Sanctiſſimus Dominus noſter Papa debeat dare eis de confidentibus Partium tertium, qui confidentes per Partes ipſas dari debeant præfato Domino noſtro Papæ infra primum menſem dictorum duorum menſium, & quicquid per dictos tres, vel majorem partem pronunciatum, & arbitratum fuerit infra terminum ſupraſcriptorum duorum menſium debeat per Partes inviolabiliter obſervari; Et in caſu quo prædictæ Electiones non fierent modo prædicto, vel ſi fiant, & non pronuncietur per eligendos ut ſupra, tunc, & eo caſu utrique parti remaneant jura ſua ſalva, ſicut erant ante præſentem Guerram Eccleſiæ; & ſi pronuncietur, & pronunciamentis non ſtent, & pareant, Pars non parens, & non ſtans dictis pronunciamentis incidat in pœnam contentam in Inſtrumento dicti Compromiſſi.

Item quod omnes, & ſinguli carcerati, & detenti in præſenti Guerra, ſeu ejus occaxione hinc inde libere, & ſine ſolutione etiam expenſarum aliquarum relaxentur infra quindecim dies à die publicationis præſentis Contractus numerandis.

Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod ſi aliquod dubium emergeret, vel oriretur in præſenti Contractu, aut circa eum, vel aliquod ex Capitulis ſupra & infra ſcriptis, in intellectu verborum, aut aliter quommodocunque, ſtetur, & ſtari debeat ordinationi, & declarationi præfati Domini Cardinalis Legati, & Vicarii, ut ſupra.

Item quod utraque Partium teneatur, & debeat nominare & in ſcriptis dare Domino Cardinali, aut deputando, & deputandis per eum infra duos menſes a die publicationis præſentis Pacis omnes Colligatos, Adhærentes, Complices, & Sequaces; & neutra Partium poſſit, vel debeat nominare, vel in ſcriptis dare pro Colligato, Adhærente, vel Sequace aliquem, qui ſit de Civitate, Territorio, vel Comitatibus, ſeu Diſtrictibus, quæ reguntur, & gubernantur per aliquem de alia Parte, qui nunc ſtet, vel habitet in ipſis Civitatibus, vel Terris, & Territoriis, ſeu Diſtrictibus, qui reguntur, & gubernantur per aliquem ex altera Parte; Hoc addito, quod omnes, & ſinguli qui per dictas Terras pro Colligatis, Adhærentibus, Complicibus, & Sequacibus nominabuntur, & dabuntur in ſcriptis ut ſupra, teneantur & debeant infra duos menſes a die, quo dati in ſcriptis fuerint, per ſe, vel eorum legiptimos Sindicos, ſeu Procuratores plenum, & ſufficiens mandatum habentes ad hoc, comparere coram Domino Legato prædicto, ſeu alio, & aliis, per ipſum ad hoc deputando, & deputandis, & ipſam Pacem, ac præſentem Contractum, & omnia, & ſingula, Capitula, & quæcumque in ipſis contenta, in quantum quemlibet ipſorum tangit, ratificare, omologare, & approbare, & promittere, & ſe ſolempniter ad obſervationem Pacis ipſius obligare in iis, quæ Adhærentes ipſos reſpiciant, & Prout obligantur Partes prædictæ, nominibus, quibus ſupra, per quas ut Adhærentes, Colligati, Complices, & ſequaces fuerint nominati; & ſi intra dictum terminum prædicta non fecerint, vel etiam ſi fecerint, & per eos promiſſa obſervata non fuerint, vel in aliquo contrafecerint, benefitio, & lenitate Pacis minime pociantur, quin immo habeantur, & ſint penitus excluſi, & nihilominus Pars, quæ illos tales nominaverit pro Adhærentibus, ut ſupra, non poſſit, nec debeat ipſos adjuvare, niſi, & pro ut in proximo ſequenti Capitulo continetur; Illi autem, qui nominati ſunt ſpecialiter in præſenti Contractu pro Adhærentibus, Sequacibus, & Colligatis, infra duos menſes, excepta Domina Regina, quæ habeat quatuor a die Contractus, & publicationis præſentis Pacis, teneantur, & debeant ſimiliter comparere, ſeque obligare, & omnia facere, quæ ſuperius & inferius continentur, alias excluſi ſint, & pro excluſis habeantur ut ſupra.

Item quod ſi quæſtio aliqua, vel dubium aliquod oriretur inter Partes Prædictas, vel aliquem ipſorum, ſeu Adhærentes, & Sequaces Partium prædictarum, eo quod per aliquem ipſorum diceretur Pacem ſibi ruptam eſſe, tunc, & eo caſu ſuper tali quæſtione, vel dubio procedatur, cognoſcatur, & decidatur modo ſupra ſcripto, videlicet quod ſi talis ruptio eſſet clara, & notoria, ut pote, quia unus auctoritate

propria

Digitized by Google

propria de facto invaderet, occuparet, acciperet, vel accipi, seu occupari faceret, Civitatem, Castrum, vel Terram alterius, liceat Parti læsæ, & offensæ se defendere quoquo modo, & sine alia denuntiatione vel solempnitate recuperare Civitatem, Terram, vel Locum cum toto extortio suæ Partis, & ejus, cujus fuerit Adhærens, Colligatus, vel Sequax, & etiam invasores expellere, & nihilominus denunciatio fiat, si placebit offenso, & per Partem læsam ad exactionem pœnæ quommodolibet procedatur. Si vero aliter, quam dictum sit, clare pateret, eum non servasse promissa, tunc ad requisitionem talis offensi teneantur omnes alii de parte offensi talia non servanti per eorum Nuncios, & Litteras intimare, ut statim quicquid contrafecerit resarciat, & restituat, & pœnam promissam, quam inciderit talia committendo, persolvat. Et si hoc non fecerit intra mensem, tunc omnes alii de Parte prædicta esse possint, & debeant in favorem, & subsidium offensi contra eum, & contra ipsius Subditos, & Terras bona fide ad prædictorum observantiam, & pœnæ solutionem; Si vero ad huc super prædictis talis, cui foret denunciatio facta, prætenderet excusationem aliquam, quæ rationabilis esse aliqualiter videretur, tunc ad requisitionem læsæ Partis, duo pro qualibet Partium eligantur, qui jurare teneantur, & debeant in manibus dicti Domini Legati, vel cui duxerit committendum, ad Sancta Dei Evangelia, talem excusationem in dictum tempus, summarie, & expedite, ac sine ullo litigio decidere, & quod ipsorum decisioni stetur, & quæcunque præceperint, si concordare poterint, observentur, & si discordaverint, tunc præfatus Dominus Legatus determinet, quicquid sibi videbitur una cum eis, vel saltem duobus ex eis, & hoc in casibus restaurabilibus; in casibus vero inrestaurabilibus jus commune servetur, & ultra secundum quod dicto Domino Legato videbitur convenire; si autem dubium aliquod foret in aliquo puncto vel negligentia præmissorum hinc inde factorum, vel de aliqua re, vel de jure debendo juxta promissa in præsenti Contractu per unam alteri, vel alteram alteri, tunc eligantur per Partes contendentes duo valentes Viri, videlicet unus pro una Parte, & alter pro altera Parte, qui convenient & jurent, ac terminent ut supra, & si non essent concordes, præfatus Dominus Legatus pro tercio sit, & quicquid terminabitur per eos, vel majorem partem ipsorum, hinc inde firmiter, & fideliter observetur.

Item cum Dominus noster Papa, & Sancta Romana Ecclesia cum aliquibus Colligatis, & Adhærentibus suis Ligas habeat, ut asseritur, sub diversis terminis, & temporibus finiendis, convenerunt dictæ Partes nominibus quibus supra, quod per aliqua contenta in Capitulis suprascriptis, & in toto præsenti Contractu non teneatur Dominus noster Papa, seu Romana Ecclesia facere ullo modo contra formam, & tenorem alicujus Ligæ, quam hodie cum aliquibus habeat, nec obligetur quo minus dictas Ligas usque ad tempus, ad quod factæ sunt, & possit, & debeat absque læsione præsentis Pacis plenarie observare; Ita tamen, quod præfatus Dominus Cardinalis, teneatur, & debeat dare in scriptis præfatis Dominis Galeaz, & Comiti Virtutum illa Capitula dictarum Ligarum, quæ de tempore ipsarum Ligarum faciunt mentionem infra tres menses proxime subsequentes; aliter suprascripta Capitula, & præsens Contractus locum habeant, sicut jacent.

Quæ quidem Pacta, promissiones, liberationes, quietaciones, absoluciones, annullaciones, obligationes, reservaciones; & omnia alia, & singula suprascripta, præfatus Dominus Legatus suo, & nominibus, quibus supra, ex parte una, & præfatus Dominus Pinotus Procurator, & Procuratorio nomine prædictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, Nati ipsius, & utriusque ipsorum, & nomine Communitatum, & Colligatorum supradictorum ex parte altera, solempnibus stipulationibus intervenientibus convenerunt, & promiserunt inviolabiliter observare perpetuo, pure, & bona fide, absque dolo, fraude, & aliqua calliditate, & machinatione, remota etiam qualibet juris, vel facti exceptione, attendere, observare, & firma, rata, & grata habere, & tenere, & in nullo contrafacere, vel venire per se, vel per alium, seu alias, clam vel palam, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aliqua ratione; vel modo, vel ingenio, sive causa, sub pœna, & in pœnam florenorum centum millium boni auri, & justi ponderis per contrafacientem, seu contrafacientes attendenti, & observanti, seu attendentibus, & observantibus applicandorum, & effectualiter persolvendorum, etiam cum refectione dampnorum, & expensarum litis, & extra, de quorum dampnorum & expensarum quantitatibus credatur Sacramento illius, contra quem pactum fuerit, absque aliqua probatione; quæ pœna supra scripta tocins committatur, & committi, & exigi possit cum effectu, quociens in præmissis, vel aliquo præmissorum fuerit contrafactum, vel contraventum, vel aliquod de prædictis non servatum; & pœna soluta, vel non, nihilominus præsens Contractus Pacis in suis robore, & firmitate remaneant in damnum, & præjudicium contrafacientium, in præmissis, vel aliquo præmissorum; & insuper non attendens, vel non observans præmissa omnia, vel aliquod præmissorum, possit ubicumque locorum, coram quocumque Principe, ac Domino appellari, ac reputari perjurus, pro quibus omnibus, & singulis firmiter observandis, & attendendis obligaverunt omnes, & singuli suprascripta omnia, & singula bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura illorum, quorum nominibus agunt, & contrahunt, ubicumque posita, & sita sint renuntiantes omnes, & singuli suprascripti, nominibus antedictis, per Pactum specialiter, & expresse in antedictis omnibus, & quolibet ipsorum, exceptioni omnium, & singulorum suprascriptorum non sic factorum, nec celebratorum, nec promissorum, ut superius continetur, exceptioni doli mali, vi metusve causa, sine

Digitized by Google

ne cauſa, vel ex injuſta cauſa, fori privilegio, remedio appellationis, ſupplicationis, nullitatis, & beneficio reſtitutionis in integrum, omnique juris auxilio tam Canonico, quam Civili, vel Municipali, cum quo, vel quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum poſſet aliquid objici, vel opponi, & ſpecialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere. Cæterum præfati Procuratores nominibus quibus ſupra, tactis Scripturis corporaliter, jurant ad Sancta Dei Evangelia in animabus dictorum Dominorum ſuorum conſtituentium ſupraſcripta omnia, & ſingula realiter, efficaciter, & inviolabiliter, bona, & pura fide & absque fraude, vel dolo adimplere, attendere, & obſervare, & rogant omnes, & ſinguli antedicti me Notarium, ut de prædictis omnibus, & ſingulis ego, & alius conficerem, & conficeremus inſtrumentum unum, duo, vel plura, & quot voluerint, & voluerimus ad peticionem cujuslibet ipſorum in Conſonantiam ſine diſcrepantia, & ſimilia, & convenientia publica Documenta.

Actum in Territorio Oliveti Vallis Salmoziæ Diocæſis Bononienſis, in quo dictus Dominus Cardinalis caſtrametatus eſt anno a Nativitate Domini MCCCLXXVI. Indictione decima quarta, die decima nona menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Gregorii, Divina providencia Papæ undecimi, anno ſexto; præſentibus Reverendiſſimis Patribus Domino Steffano de la Columpna, dicti Domini noſtri Papæ Prothonotario, Guillielmo Senenſi, Lucha Narnienſi, Fratre Angelo Penſaurienſi, Franciſco Aguenſi, & Ademario Betelemitano Epiſcopis, ac Magnifico Milite Domino Ugone de Ruppe, nec non Venerabilibus, & Nobilibus Viris Domino Petro Zambono, Decano Ligonienſi Sacri Palatii Auditore, & Johanne de Marolio Archidiacono Camaricenſi, ac Egregiis Viris Gaſparro Filio Nannis de Ubaldinis, Bernardo Solberii, & Ubertino Balardi, & Sapientibus Viris Domino Stefano de Aniſeto Ambaxiatore Domini Marchionis Montisferrati, ac Domino Martino de Vaſſallis Legum Doctoribus, & Johanne de Ponte Ambaxiatore Reverendiſſimi Patris Domini Epiſcopi Vercellenſis, Teſtibus ad præmiſſa rogatis, & vocatis.

XIV.

Bulla Pauli II. Pontif. maxim. qua expeditio contra Turcas decreta, perpetua pax inter Principes Italiæ indicta veterisque Concordiæ inter eos pactiones redintegratæ fuerunt, d. d. 4. Non. Febr. An. 1467.

Ad futuram rei memoriam.

UT liberius juſtiſſimum bellum contra ipſos infideles, & crucis ſacratiſſimæ ſpurciſſimos hoſtes per ſanctæ recordationis prædeceſſores noſtros jam dudum ſuſceptum, indictum, & publicatum, quantum vires noſtræ patiuntur proſequi poſſimus, & effrænatam eorum rabiem, impiosque arcere conatus, quemadmodum pro ipſius Salvatoris gloria, & cunctorum quiete fidelium præ cunctis aliis rebus in noſtræ mentis conſideratione ſemper habuimus, opportune providere cupientes, & pacem inter univerſos Chriſticolas componendam, compoſitam vero tuendam, & conſervandam, permittenteque Altiſſimo, ad effuſi ſanguinis Chriſtianorum ipſiusque Dei noſtri injurias propulſandas, Chriſticolas omnes, & inprimis Italiam ipſam inhabitantes veluti propinquiores hoſtibus prædictis excitare atque impellere, quantum paſtorali dignitati liceat affectuoſiſſime properavimus. Qua quidem in re, quid hactenus egerimus, quos Reges, & principes quos potentatus præſertim ipſius Italiæ convocaverimus, quæ & quanta eis curaverimus ſuadere, quo inſuper animo, qua diligentia omni alio intermiſſo negotio, ad rem hanc dumtaxat componendam intenti fuerimus, quæ & qualia nos ipſi primo obtulerimus, & non ſolum publicatione, ſed promiſſione efficaci ad effectum usque perducta Eccleſiæ pecunias, facultes, & bona Chriſtianis ad cohibendam Turcorum eorundem rabiem obſtinatam ultro ſolverimus, exhibuerimusque, quas denique legationes ad eosdem Reges, Principes, potentatus, atque dominia, ad diverſas mundi partes, & extra Italiam, non ſine maximis ſumptibus, duxerimus deſtinandas, quantumve in pace prædicta conſervanda, atque illius fœderibus in omnium Italorum partibus renovandis refarciendisque inſudaverimus, ac legatis, nuntiis, literis, & exhortationibus eos, quos præmiſſa concernebant, ſtuduerimus commonere, aliorum ſit enarrare: quæ omnia tanquam notiſſima prætermittimus, ne oſtentationi, ſed utilitati & unitati gregis dominici inſiſtere videamur.

Sed quoniam humani generis hoſtis Zizaniæ ſator eo magis ſe ad obſiſtendum glorioſis rebus geſtis gerendisve ſolet accingere, quo ferventius Dei populus fidelesque catholici res ſaluberrimas amplectuntur ſoletque ſupernæ providentiæ diſpoſitio interdum ad probationem conſtantiæ & firmitatis credentium ipſorumque profectum permittere, quod tumidus aliquantiſper prævaleat hoſtis, ſuperetque fideles, ut tandem elatus inaniter in ſuperbiam corruat, & ſuperatus ſuæ divinitatis potentia penitus confundatur, ipſique ſoli Deo vivo & vero ſit gloria; ac populi domini hæreditas ejus una cum principibus ſuis ſuperna beneficia recognoſcant, illiusque potentiæ non propriæ virtuti victoriæ decus attribuant, & propterea hæc, quæ ſummo optabamus affectu, huc usque nequiverimus adimplere, de unanimi conſenſu potentatuum prædictorum, attendentes quod magnitudo periculi, quod Occaſione ipſorum infidelium Chriſtianæ reipublicæ aperriſſime imminet, diſſidentibus inter ſe Italis cæteris principibus, & populis Chriſtianorum perſuaderi non poteſt, quod durante bello Italico nationum principes aliarum ullum ſint veriſimiliter ſubſidium allaturi, opitulante Altiſſimo ad renovanda, roboranda, & ſi qua forte dubietas, ſi quis ſcrupulus inde emerſerit reintegrandæ nationis Italicæ pacis, & unionis fœde-

ra eo enixius aſpiramus, quo per plures potentatuum ejusdem nationis legati apud nos pro hac re diuturno tempore inſtiterunt, & ad noſtrum paſtorale officium pertinet disſidentibus Chriſtianis populis pacem indicere, pacem præferre, & prædicare, atque ſuperna nobis in hac parte poteſtate conceſſa illa obſervari facere, & tueri, juxta illud, quod inter cætera in Deuteronomio præcepit Altiſſimus, ut ſi quid difficile & ambiguum foret in cauſis, & dubiis judiciis faciendis qvisque a ſacerdotibus poſtularet, & quæ illi dicerent procul dubio facerent nullique ſuperbire liceret, aut ſacerdotis imperio eo tempore, quo miniſtraret, ſub pœnis graviſſimis contraire, & quod in canone Agathenſis concilii legitur exaratum, quod ſi disſidentes inter ſe ad pacem revocari diuturna obſtinatione nequirent, a ſacerdotibus civitatis argui oportere primum: qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione contemnerent, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellerentur, in ipſo pacis auctore ſperantes indubie, quod filii prudentes illius eruditionis evangelicæ, qua Dominus dicit: Qui vos audit, me audit, nequaquam immemores paſtoris ſui præcipui vocem intelligentes, ad evitandum calamitates & pericula hujuscemodi atque majora, & ut bona plurima, ad quæ omnis noſtra aſpirat intentio, ſubſequantur, pacem pronis animis amplectentur; cum juxta beati Cypriani ſententiam nemo poſſit Deum habere placatum, qui cum fratribus non pacem ſed Zeli diſcordiam habet, nec non obedientiam debitam noſtris, immo verius dominicis monitis & mandatis ſaluberrimis utilitatem ipſorum præcipue & commoda concernentibus, exhibebunt, & in hoc etiam arduo difficilique negotio expeditionis prædictæ ſingularem illam devotionem, & fidei ſinceritatem, qua erga ſacroſanctam Romanam eccleſiam antedictam, & ſedem Apoſtolicam, ac illi pro tempore præſidentem amiſtitem habuerunt, experimento noviſſimo comprobabunt; tandem legatis omnibus potentatuum prædictorum apud nos longo tempore agentibus ac ſæpenumero cum omni charitate auditis poſt multos variosque tractatus præmiſſorum occaſione peractos ac ſuper his habitam, & ſæpius repetitam deliberationem maturam cum venerabilibus fratribus noſtris ejusdem Romanæ eccleſiæ Cardinalibus noviſeum una provide conſiderantibus, neceſſarium atque expediens fore ad cohibendos Turcorum conatus prædictos, qui peccatis facientibus augeri videntur in dies, Vota multorum Regum principum, & potentatuum quod non aliter niſi pacata, ut præfertur, Italia huic communi periculo ſunt auxilia præbituri, in unam convenire ſententiam, unicam plurimorum potentiam efficere, viresque fidelium pro experientia præmiſſorum unaniter expetiri oportere, Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & totius cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia pro gerendorum ſubſiſtentia humiliter imploramus, auctoritate, deque noſtræ & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis inter univerſos Italiæ potentatus & principes, etiamſi regali, vel qua vis alia præfulgeant dignitate, & præcipue inter charisſimum in Chriſto filium noſtrum, Ferdinandum, Regem Siciliæ citra pharum, Regem illuſtrem, ac dilectos filios nobiles viros Chriſtophorum Maurum Venetorumque dominium, Galeas Mariam, Vicecomitem Mediolani, duces, & communitatem civitatis Florentinæ ipſorumque Regis, & ducum hæredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſisque adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis eorundem inviolabiliter obſervandam, & infra triginta dierum ſpatium a publicatione præſentium acceptandam harum ſerie promulgamus, & declaramus, illamque ac etiam unitatem & concordiam perpetuam, omnemque armorum ceſſationem, & a quavis injuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis & ipſorum cuilibet indicimus, nuntiamus, atque injungimus, integram & illæſam volentes, ac etiam decernentes, ipſosque potentatus, & principes nihilominus in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortantes, eisque ac dilecto filio Bartholomæo de Pergamo nonnullarum armigerarum gentium capitaneo, apoſtolica auctoritate mandantes, quatenus, pro ejusdem Salvatoris gloria & honore, ac noſtræ & ſedis Apoſtolicæ reverentia, Chriſtianæ reipublicæ, & univerſale bonum privatis commodis ante ponere, hoſtilia, quæ in alterutros concitata ſunt, arma deponant, & deponi faciant cum effectu, a via facti abſtineant, nec ſe invicem armis neque injuria provocent, ſed Regis pacifici ſe filios, & cohæredes eſſe commemorantes Chriſtianam pacem obſervent, fraterna ſe amplectantur charitate, & diligant repetentes animis, quod ex concordia parvæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur, ac nos qui etſi cum omnibus Chriſti fidelibus, prout officii noſtri debitum exigit, pacem continuo habuerimus, & annuente Domino, quantum ad nos attinet, ſimus in poſterum habituri, pro majori tamen firmitatis robore, & obſervantia præmiſſorum, continuatione quoque ejusdem, quam ſemper non partem fovere conſuevimus, ſed veluti mediatores, & conſervatores, quemadmodum providum decet paſtorem procurabimus, ſolicitabimus, tum etiam pro ipſorum potentatuum reputatione, & honore nos ipſos, & ſucceſſores noſtros canonice intrantes Romano Pontifici cum omnibus vaſallis, vicariis, dominiis, provinciis, civitatibus omnibus, terris & caſtris ipſarumque communitatibus, univerſitatibus, & ſubditis nobis mediate vel immediate ſubjectis ita in ipſa pace includi volumus, & prout ſingulis de principalioribus potentatibus ante dictis includimus, ita etiam nos ejusdem pacis conſervatores, protectores, & defenſores omnino etiam in poſterum promittimus.

Ut autem huic, ut ſperamus, acceptæ paci, & concordiæ potiora adjiciamus robora firmitatis, & ipſius perſeverantia enixius procuretur, atque altera & potiſſima noſtra intentio magnopere ponderanda, accelerandave, principalem tenens locum in noſtræ mentis arcano ſcilicet Chriſtianorum tuitio, & infidelium humiliatio ſuperborum cum ſperata converſione ad Dominum optatum quantocius ſortiatur effectum, inter Ferdinandum Regem, duces, dominium, & communitatem prædictos, nec non dilectum filium, nobilem virum Borſium, ducem Mutinæ & Marchionem Eſtenſem, ac quoſcumque alios principes, civitates, communitates, batones, milites & nobiles totius Italicæ nationis prædictæ, qui infra quinquaginta

dies

dies similiter a publicatione præsentium numerandos sub pace, concordia, unitate & confœderatione hujusmodi includi voluerint, & veluti concordiæ amatores sub ipsius pacis amœnitate lætari confœderationem, unionem, intelligentiam & ligam olim inter claræ memoriæ Alfonsum Aragonum, & Siciliæ Regem, qvondam Franciscum foscari, & dominium Venetorum, Franciscum Sforziam, Vicecomitem Mediolani, duces, & communitatem Florentiam prædictos initas ac perfirmatas, ac ipsum ducem Mutinæ postea acceptatas, & in quibusdam publicis instrumentis, in forma capitulorum confectis, contentas, auctoritate prædicta, ex certa scientia innovamus, reintegramus, stabilimus, & approbamus, ac ipsa confœderationis, unionis, & ligæ fœdera toto tempore in ipsis capitulis designato duratura, stabilita, ac firmissima esse decernimus, & non modo a potentatibus atque omnibus aliis, & singulis ante dictis, sed & a dictis filiis Senensis & Lucensis civitatum communitatibus, nec non quibus libet tam nostris, quam aliorum vasallis, vicariis, & subditis civitatum aliarum communitatibus, proceribus, principibus, baronibus, & nobilibus cujuscunque, ut præmittitur, eminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis fuerint, infra similium quinquaginta dierum spatium includendis, & aggregandis, ac infra dictum terminum per documenta publica acceptantibus, quibus & eorum singulis honorabilem, & convenientem locum juxta ipsorum qualitates reservamus, & quos ea ex nunc prout ex tunc auctoritate, scientia, & potestate præmissis includimus & inclusos confœderatosque esse declaramus, præsentes inviolabiliter volumus observari; pro cujus rei stabilitate, & observantia potiori, nos cujus fiducia non in humanis præsidiis, sed tota consistit in Domino, qui nostros gressus pro sua clementia dirigit universalem Ecclesiam orthodoxam mirum in modum tuetur & protegit, inhærentes prædecessorum nostrorum vestigiis, qui sub ipso unitatis, & concordiæ inito fœdere bonis respectibus, ac ex rationabilibus, & urgentissimis causis tunc latius explicatis includi voluerunt, uniones, & confœderationes prædictas ratas habentes & gratas, illas tenore præsentium acceptamus, atque eis munus cœlestis benedictionis adiicimus cum inviolabili observantia præmissorum.

Præterea licet præsentis pacis concordiæve conditio, prout in misericordia Redemptoris nostri confidimus, universo Christianorum cœtui maxima allatura sit commoda, maximum Christianis omnibus robur, & contra detestabiles crucis, & fidei catholicæ eversores auctura sit animum, hostibus vero formidolosa & illatura terrorem; quia tamen tumidus & insolens hostis prædictus Turcorum dux multarum gentium, quas suæ tyrannidi subjugavit numerositate munitus est, ut illi præteritorum successuum prosperitate elato universi Christianorum potentatus, & principes præsertim ipsius Italicæ nationis eo efficacius, eoque validius resistere possint, & annuente Domino, gentem pertidam expugnare, atque a finibus Christianorum expellere, pro majori quoque robore & firmitate ipsius pacis Italiæ, utque pro tuitione fidelium aliquod initium præbeatur, eundem Bartholomæum maturi consilii virum strenuum, & fidelem nostrum, ac ipsorum potentatuum, quemadmodum alias pro reprimendis Turcorum eorundem conatibus tractatum & expedientissimum fore tam a nobis, quam ab oratoribus potentatuum eorundem laudatum extitit, nostris, ac ipsorum communibus stipendiis expeditionis hujusmodi contra Turcos prædictos generalem Capitaneum facimus, & deputamus, sibi stipendia per nos, & potentatus prædictos usque ad summam centum millium florenorum auri in hunc, qui sequitur, modum persolvendam constituentes, & assignantes, videlicet nos, ut aliis præbeamus exemplum in tribus terminis, scilicet aprilis, augusti & Decembris annuatim summam florenorum similium decem, & novem millium per Cameram apostolicam supra dictis Kalendis integre persolvendam dare, solvere, & assignare offerimus, & bona fide pollicemur; & similiter præfatus Rex Ferdinandus totidem: dux vero, & dominium Venetorum totidem: Galeas Sforziar, Vicecomes dux Mediolani prædicti totidem: priores libertatis, vexillifer justitiæ, & commune ejusdem civitatis Florentinæ quindecim millium; reliqui vero tres prænominati adhærentes & confœderati novem millium, videlicet duo primi ex ipsis tribus quatuor mille pro quolibet, & communitas civitatis Lucanæ præfatas millium florenorum summas in eisdem terminis annuatim solvere teneantur, ita tamen quod idem Bartholomæus infra quinquaginta dierum spatium a notificatione præsentium computandorum communitati Florentinæ prædictæ, vel eorum sindico Dovadulæ, Mordianense vero, & Bubanum castra comitatus nostri Imolensis dilecto filio Tacco de Manfredis civitatis nostræ Imolensis in temporalibus generali vicario absque ulteriori mora dispendio restituat, & restitui faciat cum effectu & insuper commissum sibi exercitum in Albaniam, sive regiones decernendas sibi per nos & potentatus prædictos pro defensione ejusdem Catholicæ fidei, & insolentiis infidelium reprimendis trajiciat, ac providi & fidelis capitanei more conducere, & alia ad opus fidei necessaria, & illius hostium propugnatione conficere, nec non opus Dei, & ejusdem fidei absque fraude, vel dolo prono & obsequenti animo pergere teneatur & debeat, sicuti consvevit, cui interim usque ad præfinitum tempus prædictum pro stativis & mansionibus expedienti sui tripartiti exercitus, & armigerarum gentium prædictarum, videlicet pro persona ipsius Bartholomæi & una tertia exercitus supradicti, Christophori Mauri ducis, & dominium Venetorum prædictorum ultra Padum: pro alia vero ducis Mutinensis, & marchionis ejusdem: pro reliqua autem tertia partibus civitatum nostrarum Forlivii Ravennatis, & Faventinæ territoria assignamus.

Volumus autem, quod idem Bartholomæus per se vel procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, de officio prædicto bene, diligenter, & fideliter exercendo in nostris, ac aliorum potentatuum prædictorum manibus fidelitatis debitæ corporale teneatur præstare in forma solita juramentum. Cæterum, ut præmissa omnia singula illibata serventur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub anathematis, ac divinæ maledictionis interminatione, ac etiam interdicti sententiis, censuris, & pœnis partibus ipsis, earumque adhærentibus,

IV.

Diploma Securitatis per Fridericum I. Rom. Imperatorem Ordinibus Italiæ datum, quod, durantibns induciis, neminem de eorum ſocietate judicare velit, propter fidelitatem ſibi non præſtitam, aut inveſtituram non petitam, d. d. menſ. Aug. An. 1177.

NOs Fridericus Imperator, interventu venerabilis Patris D. Alexandri Pontificis, & Fratrum ejus Cardinalium, promittimus Lombardis, Marchianis & Romaniolis, & reliquis de ſocietate ipſorum, vaſallis noſtris, & iis qui debent eſſe vaſalli noſtri, nos pro fidelitate nobis non præſtita, vel opera non navata, vel inveſtitura non petita, quamdiu induciæ manebunt, neminem de ſocietate judicaturum aut judicari juſſurum nec feudum alicui ademturum. Actum Parmæ.

V.

Sacramentum de ſervanda pace per Imperatorem Fridericum I. & Alexandrum II. Pontif. Max. facta a nonnullis Imperii Principibus interpoſitum Kal. Aug. An. 1177.

EGo Chriſtianus Moguntinus
Ego Philippus Colonienſis. } Archiepiſc.
Ego W. Magdeburgenſis.
Ego B. Trevirenſis.
Ego P. Patavienſis.
Ego C. Electus Wormatienſis.
Ego R. Imperiali auctoritate Protonotarius.
Ego C. Mantuanus Epiſcopus.
Ego G. Cancellarius.
Ego D. Comes.

Juramus in manibus veſtris ſuper hæc ſancta Dei Evangelia, quod pacem Eccleſiæ & Imperii, & Pacem Regis Siciliæ usque ad quindecim annos, & Treguam Longobardorum, usque ad ſex annos, ſicut ſtatutum eſt, & ſcriptum per Mediatores utriusque partis, bona fide ſervabimus, & absque fraude. Sic Deus nos adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Ex parte vero Siciliæ Regis, eodem modo juravit Romualdus, Salernitanus Archiepiſcopus, & Rogierus Comes Andrienſis.

Ex parte vero Lombardorum jurarunt, qui præſentes erant, ſcilicet de Mediolano Gerardus Piſcis, Rogerius & Marcellinus Conſules.
De Placentia, Willelmus Letatorius.
De Brixia, Albertus de Gambara.
De Bergamo, Alberatus,
De Verona, Cæcius Conſul.
De Parma, Vetulus.
De Regio, Antemanus.
De Bononia, Picamontes Poteſtas eorum.
De Novaria, Willelmus Gueliri,
De Alexandria, Hubertus de Foro.
De Padua, Teſſulanus Poteſtas.
De Venetia, Gozelinus.

VI.

Friderici I. Roman. Imperatoris Confirmatio pacis cum Alexandro II. Pontifice Max. conſtitutæ, d. d. 15. Kal. Octobr. An. 1177.

REverendo in Chriſto Patri, Domino Papæ Alexandro, ſacro-ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo & univerſali Pontifici Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus debitam obedientiam & filialis devotionis affectum. Cum Imperatoria ac Regia Majeſtas ad hoc in terris ordinata ſit, ut per ejus operam totus Orbis pacis gaudeat incremento: nos, quos Deus in ſolio Imperii Romani conſtituit, eam diligenter amplecti & ferventius conſervare debeamus ac volumus. Inde eſt quod Pacem Eccleſiæ & Imperii ſecundum quod a Principibus noſtris & Cardinalibus Romanæ Eccleſiæ diſpoſita eſt & ordinata, & in ſcripto Principum noſtrorum ſigillis ſignata continetur, ſicut per interpoſitam perſonam jurare fecimus, ſic præſenti ſcripto nos obſervare promittimus & confirmamus, & ratum inpoſterum permanere volumus, & ſic deinceps firmiter obſervabimus, & faciemus quatenus in nobis fuerit, Deo propitio, obſervari. Datum apud Venetias in palatio Ducis, decimo quinto Kalendas Octobris, indictione decima.

VII.

Pax publica per Fridericum I. Romanorum Imperatorem, pro partibus Italiæ An. 1185. Roncaliæ conſtituta.

FRidericus, Dei gratia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, univerſis objectis ſuo Imperio ſalutem.

Hac edictali lege perpetuum valitura jubemus, ut omnes noſtro ſubjecti imperio veram & perpetuam pacem inter ſe obſervent, & ut inviolata inter omnes perpetuo obſervetur. Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valvaſores, & omnium locorum Rectores cum omnibus locorum primatibus & plebeis, a decimo octavo anno usque ad ſeptuageſimum obſtringantur juramento, ut pacem teneant, & Rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda; & in fine uniuscujusque quinquennii, de prædicta pace tenenda omnium Sacramenta renoventur. Si quis vero aliquod jus de quacumque re, vel facto contra aliquem ſe habere putaverit, judicialem adeat poteſtatem, & per eam jus ſibi competens exequatur. Si quis vero auſu temerario prædictam pacem violare præſum-

Digitized by Google

ſumpſerit; ſi Civitas eſt, pœna centum librarum auri Cameræ noſtræ inferenda puniatur: Oppidum vero triginta libris auri multetur: Duces autem, Marchiones & comites quinquaginta auri libras præſtent: Capitanei quoque & majores valvaſores, viginti auri libris puniantur, minores Valvaſores & omnes prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre cogantur, & damnum paſſo ſecundum leges reſarciant. Injuria ſeu furtum legitime puniatur. Homicidium quoque & membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

Judices vero, & locorum defenſores, vel quicunque Magiſtratus ab Imperatore, vel ejus voluntate conſtituti ſeu confirmati, qui juſtitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitime ſuperſederint, damnum omne injuriam paſſo reſarcire compellantur: & inſuper, ſi major judex eſt, ſacro Ærario pœnam decem librarum auri præſtet, minor autem pœna trium librarum auri multetur. Qui vero ad prædictam pœnam perſolvendam inopia dinoſcitur laborare, corporis ſui coerctionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Conventiculas quoque in Civitatibus, omnesque conjurationes, & extra, etiam occaſione parentelæ & inter Civitatem & Civitatem, & inter perſonam & perſonam, ſive inter Civitatem & Civitatem & perſonam, modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritum factas caſſamus, ſingulis conjuratorum pœna unius libræ auri puniendis. Epiſcopos vero locorum Eccleſiaſtica cenſura violatores hujus ſanctionis donec ad ſatisfactionem veniant, volumus coërcere. Receptatoribus etiam malefactorum, qui prædictam pacem violaverint, & prædam ementibus, noſtram indignationem ſubituris, & eisdem pœnis feriendis. Præterea bona ejus publicentur, & Domus ejus deſtruatur, quæ pacem jurare & tenere noluerit, & lege pacis non fruatur. Illicitas etiam exactiones maxime ab Eccleſiis, quarum abuſio jam per longa tempora inolevit, per Civitates & caſtella omnino condemnamus & prohibemus, & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inviolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem & juſtum metum etiam a majoribus (maxime ne querimoniam maleficiorum commiſſorum faciant) extorta, nullius eſſe momenti jubemus.

Ad hæc, qui allodium ſuum vendiderit, diſtrictum & jurisdictionem Imperatoris vendere non præſumat, & ſi fiat, non valeat. Si vero contigerit allodium aliquod etiam infeudatum conferri Eccleſiæ, vel per emptionis & venditionis alteriusve hujusmodi contractum infeudatus, niſi per gratiam Eccleſiæ tanquam de novo receperit, feudum quod habebat retinere non poterit. Ut autem æquitas, quæ in paribus cauſis paria jura deſiderat, per univerſitatem totius Imperii ſervetur; firmiter ſtatuimus, tam in Italia quam in Alamannia, ut quicumque indicta publica expeditione Romam ad ſuſcipiendam Imperii Coronam, Regem, aut ſub Rege Dominum ſuum non adjuvaverit, aut eundo cum ipſo, aut pro quantitate feudi ſtipendia militiæ perſolvendo (ſi de vocatione legitima a Domino ſuo convinci per compares ſuos poterit) feudum perdat, & Dominus in ſuos uſus illud habeat redigendi liberam facultatem.

VIII.

Conſtitutio Friderici II. Rom. Imperatoris ad Poteſtates, Conſules atque Comites univerſorum Comitatuum & caſtrorum Italiæ, pro libertate Eccleſiarum directa, d. d. Kal. Octobr. An. 1220.

FRidericus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ Poteſtatibus, Conſulibus ac Comitibus Uniuerſorum Comitatuum, & Caſtrorum Italiæ.

Cum diuæ memoriæ Imperatores Romani Sacroſanctam Eccleſiam multiplici libertate dotarint; Nos diſponente Deo, a quo eſt omnis poteſtas ad faſtigium culminis Imperialis Electi, quæ pie ab illis, & a ſanctiſſimæ ſedis Præſulibus pro ſtatu Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum Virorum ſunt edita, conſervare volumus inconcuſſa; & illis contraria, ſicut ad nos ſpectare dignoſcitur, amputare. Cum igitur ad aures celſitudinis noſtræ peruenerit, nonnullos veſtrum cupidine cæca ſeductos quædam deteſtanda ediciſſe ſtatuta præjudicantia Eccleſiaſticæ libertati ac diuino & humano iuri obuiantia: Manifeſte nos ea tanquam de radice prauitatis hæreticæ prouenientia, auctoritate præſentium caſſamus ſub pœna mille marcharum, diſtrictius inhibentes, ne quis veſtrum illis de cætero inhærere præſumat, aut eorum prætextu Eccleſias & Eccleſiaſticos Viros contra ſanctiones Canonicas & legitimas moleſtare, quinimo ea de noſtris Capitularibus, ſeu breuiariis condemnata penitus abolentes, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas permittatis indulta ſibi libertate gaudere, ſi vultis pœnam effugere prænotatam, & indignationem Regiam euitare. Datum in Caſtris apud Sanctum Leonem, Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo, Indictione octaua, Kalendis Octobris.

IX.

Friderici II. Rom. Imperatoris Diploma amneſtiæ hoſtibus ſuis in Italia degentibus conceſſæ, d. d. 1. Febr. An. 1226.

FEdericus Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, Hieruſalem, & Siciliæ Rex, Rectoribus Mediolani, Placentiæ, Bononiæ, Alexandriæ, Thaurin. Lauden. Faventiæ, Bergami,

Digitized by Google

Brixiæ, Mantuæ, Veronæ, Paduæ, Vicentiæ, Tarviſii, Cremonæ, Marchioni Montisferrati, Comiti Gottifredo de Banderato, aliisque locis & perſonis quibuslibet de Lombardia, Marchia, & Romaniola, quæ nuper circa Majeſtatem noſtram, & Imperium commiſerunt offenſam, fidelibus ſuis gratiam ſuam & bonam voluntatem. Cauſam offenſam, quam nuper circa celſitudinem noſtram, & noſtrum Imperium commiſiſtis, quia videbatur impedimentum afferre negotio terræ ſanctæ in providentia, & diſpoſitione domini Papæ, ac fratrum ſuorum venerabilium Cardinalium poſuimus abſolute. Eorum igitur proviſione ſuper hoc plenius intellecta, pro reverentia Jeſu Chriſti, & ipſius terræ ſanctæ negotio, vobis univerſis & ſingulis, de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malevolentiam, injurias & offenſas, omniaque banna, conſtitutiones, ſententias, & ordinamenta, quæ fecimus, vel impoſuimus per nos, vel per alium, aliusque pro nobis impoſuit, vobis, ſeu alicui de Civitatibus, locis & perſonis ejusdem, & quemcumque ex eis, vel ob ea ſecuta ſunt, penitus revocamus & ſpecialiter conſtitutionem factam de Studio, & ſtudentibus Bonon. univerſos & ſingulos, qui occaſione alicujus prædictorum læſi videntur, reſtituentes in integrum in omnibus, & per omnia ſuo ſtatui atque famæ. Remittendo infamiam omnem & pœnam, quæ ſecutæ ſunt ex aliquo prædictorum. Ita quod ea, quæ per eos medio tempore acta ſunt non obſtantibus ſupradictis robur obtineant, quod alias debuerant obtinere, & ad hoc civitates, & loca, & perſonas veſtras recipimus in noſtræ gratiæ plenitudinem, & vobis reddimus firmam pacem, præſervantes tamen nobis circa prædictum Marchionem Montisferrati omnia jura, omnesque actiones, quæ nobis competunt, tam de debito, qui noſtræ celſitudini eſt aſtrictus, quam de terra, quæ per ipſum debitum nobis extitit obligata: Faciemus etiam reſtitui captos occaſione prædictæ offenſæ cum bonis ſuis, ac alia quæ occaſione hujusmodi capta ſunt, vel detenta. Faciemus fieri patentes litteras ex parte Reverendiſſimi filii noſtri Henrici Romanorum Regis illuſtris, quod pacem, & remiſſionem iſtam ratam habebit, & firmam, quodque remittet vobis omnem rancorem, malevolentiam, injurias, & offenſas, ad plenam autem certitudinem hujus rei præſentes litteras juxta ipſius Domini Papæ beneplacitum, fieri juſſimus, Sigillo Majeſtatis noſtræ munitas. Datum Cathan. I. die Februarii, quintæ decimæ indictionis.

X.

Breve Johannis P. P. XXII. quo Italos ad pacem mutuò ſervandam hortatus eſt, d. d. 4. Kal. Febr. An. 1317.

Dilectis filiis nobilibus viris univerſis marchionibus, comitibus, baronibus, cæteriſque nobilibus; poteſtatibus quoque capitaneis, aliisque rectoribus, communitatibus & univerſitatibus, ac perſonis civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum per Lombardiæ, marchiæ Tarviſinæ, & Venetiarum; ac Aquilejenſis & Gradenſis patriarchatuum, nec non archiepiſcopatus Januenſis terras ac partes conſtitutis.

Etſi divinæ legis teſtetur auctoritas, parentum in filios dilectionis propagari dulcedinem, naturæ tamen id congruit, ſenſus efflagitant, ac vigor id rationis expoſcit, & ipſorum ſolicitudinis ſtudio communis parentum pietas effectum apertius manifeſtat. Quid namque naturæ magis perceptum illabitur? Cui ſenſum vires magis aſſentiunt? Aut quid parentes iidem libentius ut impleant proſequuntur, quam amare quos generant, fovere quos pariunt, diſcordesque concordare quos conjunxerunt, eosdemque reducere devios quos lactarunt? Nunquid, juxta propheticum dictum, obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Ubi ex perſona omnipotentis Dei, cujus ſapientia conditi ſumus, & providentia gubernamur, indilate ſubjungitur: Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui.

Quo fit, ut nos, quos ſuum univerſalem in terris vicarium, dignatione ſua non noſtris exigentibus meritis, patremque multarum gentium ipſe conſtituit; ac ſacroſancta Romana & univerſalis eccleſia & unica ſponſa ejus, cui præſidemus indigni, cunctorum Chriſti fidelium vera quidem non carne mater, ſed ſpiritu, quos fide docet, ſacramentis regenerat, ſpe refovet, charitate vivificat, nec habet enim aliquod viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis; nequaquam Vos noſtros, & ejusdem eccleſiæ ſpiritualis benevolentiæ filios neglectui relinquamus; ſed indefeſſæ vigilantiæ cura vias quæramus prudentiæ, quibus procelloſis terrarum & partium veſtrarum guerrarum turbinibus, rerum jacturis, animarum corporumque periculis, ac venenoſis partialitatum diſſidiis profligatis, vobis ac ipſis terris & partibus quietis & ſalutis, & pacis propinemus. Nam tribulationes civitatum veſtrarum & partium audivimus, quas paſſæ ſunt, cum non ſolum hoſtilium bellorum ſæva, ſed & civilium ſeditionum tumultuoſa, quinimmo plusquam civilia, ſcilicet fratrum propinquorum violato neceſſitudinis jure inteſtina bella multiplici ſunt afflictione perpeſſæ; ac in terris prædictis domus contra domum, contra civitatem civitas, gens contra gentem, pars ſurrexit contra partem: ex quibus fuere ruinæ, depræ-dationes, depopulationes, incendia, aliaque animarum & damnoſa pericula, rerumque nociva diſpendia ſubſecuta.

Verum, quia pater filiis Dei notam faciet veritatem, ut ſcriptura proloquitur; filioli, quos iterum parturimus, donec formetur Chriſtus in vobis, diligenter advertite, quod prædictis actibus, immo exceſſibus indubie Deus offenditur: peccatur in proximum, perſæpe læduntur innoxii; ac nonnunquam juſto Dei judicio in culpam pœnæ redundat, dum tantorum actiones

Digitized by Google

nes criminum, atrociumque ſcelerum patratores, quietis turbatores & pacis intereunt, occiduntur & fugiunt, coacti deſerunt propria, qui cæci cupidine inhiaverant alienis. Nam diſſipat Dominus gentes, quæ bella volunt, qui etſi permiſſione Dei ſuperaverint proximos, ſeparaverint & exprobraverint & ejecerint tanquam malos; ipſi tamen victores ſua iniquitate vincuntur, dum juxta beati Auguſtini doctoris egregii dictum, nemo injuſtum habet lucrum ſine juſto damno: ubi lucrum, ibi & damnum; lucrum in arca, damnum in conſcientia: tulit veſtem, & perdidit fidem: acquirit pecuniam, & perdit juſtitiam. Nec minus interdum circumagitata inſtabilitatis rota ſubſidunt, quia alta conſcenderant: optant pares fieri dudum minoribus, quos elati deſpexerant; ſupplicesque ſuper ſe illos evectos inimicos exorant, quia: Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles: eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes; cum & dives ille guttam aquæ petierit, qui micas panis Lazaro negavit.

Nec tantum ſingulariter ſinguli; ſed quod perniciosius eſt, univerſaliter univerſi gravantur ex talibus: creſcit quippe nefas in publicum, & damnum in commune redundat. Suis non eſt terminis contenta nequitia; ſed univerſum commaculans, ingreditur aliena: nam dum ſe invicem partes præponere nituntur alterutri, ambæ deficiunt: & quæ humilitate & charitate proficerent, odiis & jactantia corruunt; quia ut parvæ res creſcunt concordia, ſic magnæ diſcordia dilabuntur: dumque partis hinc inde nomen aſſumitur, totum enervatur & deperit, cum nec totum inibi conſiſtat ex partibus, quæ non ipſum earum ad invicem aggregatione vivendo conficiunt; ſed potius ipſum earundem disgregatione dividendo confundunt. Ergo in illis diviſus eſt Chriſtus, qui fecit utraque unum, qui cum ſit juſtus judex, fortis, atque longanimis, reddet retributionem ſuperbis: Gladium, quippe, ſuum vibravit, arcum tetendit & paravit illum, & in ipſo mortis vaſa paravit. Manet namque illos, ſi non reſipuerint, ignis gehennæ perpetuus, exteriores tenebræ, fletus & ſtridor dentium, remordens conſcientiæ vermis ſecunda mors, horrida ſocietas dæmonum, profundum baratrum, animæ perennis ac corporis cruciatus. Hortamur itaque univerſitatem veſtram in Domino, dilectiſſimi filii, & monemus ac per aſperſionem pretioſi ſanguinis quaſi agni incontaminati & immaculati Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui pendens in cruce Patrem pro ſuis perſecutoribus exoravit, obſecramus attentius in remiſſionem peccatorum injungentes, quatenus, &c. Sollicitat ut ſtricta in mutuas cædes arma abjiciant, ponant inimicitias, extinguant odia, coitiones præteritas diſſolvant, atque arctiſſimi amoris fœdere ſuas vinciant voluntates. Dat. Avin. IV. Kal. Februarii anno I.

XI.

Bulla Johannis P. P. XXII. adverſus Ludovicum Bavarum Roman. Imperatorem ejusque per Italiam aſſeclas promulgata, d. d. 10. Kal. April. An. 1324.

JOannes, &c. ad certitudinem præſentium, & memoriam futurorum.

Quamvis prafati electi (nempe Ludovici) in non parendo noſtris monitionibus & mandatis inobedientia pertinax, nec infra ſecundum terminum ſibi humiliter hujusmodi dilatione conceſſum comparendo coram nobis per ſe vel procuratorem legitimum, nec etiam poſtea, de benignitate ſedis Apoſtolicæ diebus pluribus expectati contemptus ejusdem exigant; ſcandalum quoque, & pericula plurima, quæ profecto præmiſſorum diſſimulatio & impunitas vel dilata juſtitia probabiliter comminatur, deſiderent ſuper præmiſſis contra dictum electum de remedio celeri per opportunam & rigoroſam juſtitiam provideri; nos tamen adhuc volentes cum eodem electo uti potius manſuetudine, quam rigore, ac probare, utrum manſuetudinis noſtræ benignitas ipſum a tam periculoſo devio valeat, quod deſideriis intenſis appetimus, revocare; de dictorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica per infra ſcriptum modum duximus ordinandum: videlicet, quod ad publicationem ſententiæ excommunicationis per nos, ut præmittitur, promulgatæ, in quam idem electus propter ſuam in præmiſſis commiſſam inobedientiam & contemptum incidiſſe dignoſcitur, procedentes ab aliarum pœnarum publicatione, in quas ſimiliter incidit, ſuperſedeamus ad præſens.

Ideoque præfatum electum de ipſorum fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica in prædictam excommunicationis ſententiam incidiſſe, præſente hac multitudine copioſa fidelium, declaramus; ipſumque prædicta excommunicationis ſententia innodatum, & velut excommunicatum, præter caſus exceptos, evitandum ab omnibus nuntiamus; eumque nihilominus, aſtante prædicta multitudine copioſa fidelium, per hoc præſens edictum publicum ſolemniter auctoritate prædicta monemus, ſibi auctoritate Apoſtolica, ſub pœna privationis omnis juris, ſi quod ſibi ex ſua electione prædicta, quæ de ipſo dicitur celebrata, vel ad regnum & imperium Romanum quoquo modo competit & poſſit competere; quam, ſi monitioni & mandato hujusmodi efficaciter non parebit, eum incurrere volumus ipſo facto; diſtrictius injungentes, ut infra trium menſium ſpatium a data præſentium in antea computandum, ſe Regem Romanorum non intitulet, non denominet, nec deſcribat, nec per alios faciat, quantum in eo fuerit, tali intitulari modo vel etiam nominari; ab intitulatione & denominatione regali hujusmodi, per eum indebite uſurpata, ac adminiſtratione regni & imperii prædictorum, & rerum & jurium eorundem (denominationem & intitulationem, & adminiſtrationem præfatas non reſumpturus ulterius, niſi, ſi, & quando perſonam ipſius & electionem, quæ de ipſo celebra-

Digitized by Google

lebrata fuisse dicitur, per sedem eamdem approbari contigerit, & admitti) a fautoria quoque & defensione tam dictorum hæreticorum Mediolanensium rebellium Dei & Ecclesiæ (nimirum Galeatii & fratrum vicecomitum) quam Ferrarienſium, videlicet Raynaldi & Opizonis filiorum dilecti filii nobilis viri Ildebrandini, Marchionis Estensis, qui quidem filii sunt similiter de labe pravitatis hæreticæ condemnati, ac rebelles Ecclesiæ memoratæ, eorumque fautorum, valitorum, & sequacium prorsus abstinere procuret; fidelitati etiam & homagio, quæ ratione civitatis Ferrarienſis, quæ ipsius Rom. Ecclesiæ pleni juris & proprietatis existit, præsumpsit recipere ab eisdem, in nostrum & ejusdem Ecclesiæ magnum contemptum, atque dispendium & præjudicium manifestum, publice & omnino renuntiet; illaque prorsus a se abjiciat, quasi nunquam sibi præstita extitissent: nec ratione illarum aliquid penitus juris usurpet in civitate Ferrarienſi prædicta, ejusque districtu vel civibus ac districtualibus eorundem; sed potius omnia prædicta usurpata, præsumpta & attentata per ipsum sub denominatione & intitulatione prædictis, seu colore vel occasione ipsarum, curet effectualiter infra dictum terminum, prout sibi possibile fuerit, solemniter & publice revocare; ac parere in omnibus prædictis nostris monitis, inhibitionibus & mandatis; nec non & ad ejusdem Ecclesiæ redire gremium studeat, satisfactionem debitam impensurus de offensionibus & injuriis supradictis: ac nihilominus infra dictum terminum, quod prædicta omnia revocaverit, ac paruerit in eisdem omnibus hujusmodi nostris monitionibus, inhibitionibus & mandatis plenarie cum effectu, nos per autenticas personas, literas vel instrumentum publicum certificare procuret: ac insuper infra dictum terminum per se vel procuratorem seu procuratores idoneos compareat coram nobis, super dictis excessibus, offensionibus & injuriis; ac super pœna privationis juris, si quod sibi competit vel competierit ad regnum seu imperium supradicta, declaranda vel inferenda; nec non & pœnis aliis, quibus excessus ac inobedientia & contemptus prædicti eundem electum obnoxium reddiderunt, definitivam sententiam, & nostrum beneplacitum, quantum officium nostrum patitur, auditurus, & alias facturus & recepturus, quod justitia suadebit, &c.) Addit plura graviora imperia ac præsules, proceres & populos Rom. imperii Ludovico ut Regi parere vetuit, antequam cæsarea electio sedis Apost. auctoritate confirmata esset, & contra nitentibus divinas humanasque pœnas intentavit. Tum quorumcumque principum cum Ludovico inita fœdera rescidit. Dat. Avin. X. Kal. April. Pontificatus Anno VIII.

XII.

Bulla Johannis P. P. XXII. adversus Ludovicum Bavarum, Rom. Imperatorem & Matthæum de Vice-Comitibus, Mediolani ac per Lombardiam Vicarium Imperii generalem eorumque assecias & exercituum in Italia ductores, d. d. Id. April. An. 1324.

Ad futuram rei memoriam.

Vineæ Domini Sabaoth, licet immeriti, divina gerentes permissione solicitudinem atque curam, providere & agere circumspectius nos oportet, ut non solum prætergredientes Catholicos fidei semitam & prævaricationem addentes, ut eandem vineam valeant demoliri; sed etiam favores & auxilia ministrantes eisdem tanquam degeneres propagines notificant, & a veris fidei cultoribus evitentur. Sane quia, licet dudum Galeatius, Luchinus, Marcus, Joannes, & Stephanus fratres filii damnatæ memoriæ Matthæi de vicecomitibus de Mediolano, de labe pravitatis hæreticæ convicti fuerunt legitime, & per competentes judices sententialiter condemnati, & processus & sententiæ hujusmodi condemnationis tam in Lombardiæ, quam aliis diversis partibus solemniter publicati; multique Catholicæ fidei professores non solum de circumvicinis, sed etiam de aliis partibus contra dictos hæreticos in expugnationem eorum arma sumpserint, qui cum exercitu Ecclesiæ accesserunt Bertoldus de Marsteron dictus de Nisen, & Bertoldus de Groyspach, & Fridericus de Truendingen, qui se magnifici viri Ludovici Ducis Bavariæ in Regem Romanorum electi, quem Regem nominant Romanorum, ambaxiatores & nuntios fore dicebant, dictusque Bertoldus de Marsteron ejusdem electi in illis partibus pro vicario publice se gerebat, dictis Galeatio & fratribus favorem multiplicem impendendo, eosdemque hæreticos velut complices & fautores eorum defendere nequiter præsumebant, ordinantes per civitates Lombardiæ, ac mandata & præcepta ex parte ejusdem electi sub pœnis gravibus facientes in dictorum hæreticorum favorem & auxilium manifestum, gentes armigeras per unum ex eis, videlicet præfatum Bertoldum de Marsteron Mediolanum mittendo adversus exercitium fidelium ejusdem Ecclesiæ contra dictos hæreticos congregatum; dicti Bertoldus de Marsteron, & alter Bertoldus & Fridericus per competentes judices, quibus legitime constitit de præmissis, sententialiter judicati pronuntiati & declarati fuerunt fore fautores & defensores hæreticorum supradictorum, ac propter fautoriam hujusmodi excommunicationis sententiæ & perpetuæ infamiæ subjacere, omnesque pœnas reales & personales, spirituales & temporales contra fautores hæreticorum editas incurrisse, prout in processibus & sententia super his habitis & prolata contra eos plenius continetur.

Ut autem excessus hujusmodi ipsorum Bertoldi de Marsteron, & Bertoldi de Groyspach & Friderici, & sententia contra ipsos promulgata in publicam notitiam deducantur, eosdem fuisse & esse fautores, complices & defensores hæreticorum publicos & notorios, ac propterea excommunicationis sententiæ & perpetuæ infamiæ

Digitized by Google

miæ ſubjacere, omnesque alias pœnas reales & perſonales, ſpirituales & temporales contra fautores & complices & defenſores hæreticorum editas incurriſſe, de fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica nuntiamus & publicamus, præſente hac multitudine fidelium copioſa.

Cæterum multorum inſinuatio fide digna ad Apoſtolatus noſtri perduxit auditum, quod idem Bertoldus de Marſteron dictus de Niſſen, poſt & contra proceſſus noſtros ſuper his habitos, & in illis partibus ſolemniter publicatos velut vicarius (ut prædicitur) in partibus Italiæ electi prædicti, quem Regem nominant Romanorum, gentes armigeras & exercitum congregavit, & congregat de diverſis civitatibus, caſtris, terris & locis in dictorum Galeatii & fratrum ſuorum favorem, præſidium & juvamen contra exercitum fidelium Eccleſiæ memoratæ contra præfatos hæreticos eorumque fautores & defenſores per ipſam Eccleſiam ordinatum; & quod cum gentibus illis, non absque hæreticorum prædictorum fautoria notoria & ſequela, ejusdem Eccleſiæ gentes invaſit, & bellum movit, & exercuit & excercet contra eas; nec his contentus ad fragendum vota fidelium præſumpſit & præſumit facere mandata communitatibus & perſonis ſingularibus civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum illarum partium ſub gravibus pœnis, ne ipſæ & gentes ipſarum ad exercitum fidelium Eccleſiæ conveniant, vel eisdem inhæreant, vel ſequantur eos, ſeu aſſiſtant eisdem, & tanquam vicarius ejusdem electi communitatibus civitatum, caſtrorum, & locorum prædictorum obedientibus ſibi privilegia dudum conceſſa eisdem de facto innovat & confirmat, aliaque eis de novo concedit. Privilegia vero dictis communitatibus in devotione ejusdem Eccleſiæ conſiſtentibus, ſibique minime obedientibus conceſſa de facto revocat, adimit & annullat; pœnas etiam fidelibus eisdem infligit, ipſosque condemnat & punit rerum & famæ jactura, quamquam nullam faciendi prædicta habeat quomodolibet poteſtatem. Propter quod tantæ præſumptioni & uſurpationi (prout ad Apoſtolatus noſtri ſpectat officium) occurrere intendentes, eundem Bertoldum de Niſſen per publicum præſentis proceſſus edictum, de ipſorum fratrum conſilio monuimus, ei ſub excommunicationis ac privationis privilegiorum & feudorum, quæ a Romana vel aliis quibuscumque tenet eccleſiis, pœnis & ſententiis, quas eum ipſo facto incurrere volumus, ſi monitioni & mandato hujus modi non parebit, diſtrictius injungentes, ut infra duorum menſium ſpatium, quod ſibi pro peremptorio termino aſſignamus, præmiſſa omnia & ſingula, quatenus ad illa de facto proceſſit, eatenus quantum in ipſo erit & poſſibile fuerit, ipſa de facto ſtudeat revocare, ſimilia proprio vel ejusdem vicariatus vel alio quocunque vocabulo ſeu colore quæſito impoſterum nullatenus præſumpturus; quinimmo a fautoria, defenſione, omnique adhæſione dictorum hæreticorum & rebellium, ac prædicto præſumto uſurpato vicariatus officio, & quolibet exercitio ejusdem officii infra dictum terminum omnino deſiſtat, nec ſe de illis per ſe vel per alios directe vel indirecte, publice vel occulte aliquatenus intromittat: nosque nihilominus prædicta omnia & ſingula, per dictum Bertoldum de Niſſen ſub ejusdem nomin's vocabulo vel alio quovis modo præſumpta vel attentata, auctoritate prædicta revocamus, caſſamus, & irritamus, & viribus vacuamus, ac caſſa, vacua, & irrita nuntiamus, & nullius exiſtere decernimus firmitatis.

Mandamus nihilominus univerſis & ſingulis patriarchis, Archiepiſcopis & aliis Eccleſiarum prælatis, nec non Ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & nobilibus, univerſitatibus quoque & communitatibus civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum, & aliis perſonis ſingularibus quibuſcumque, cujuſcumque ſtatus, conditionis vel dignitatis exiſtant, ſub excommunicationis in perſonas eorum, & interdicti in communitates, univerſitates, civitates, caſtra, & loca prædicta pœnis & ſententiis, quas ex nunc in ipſos ferimus, & eos (niſi infra duorum menſium ſpatium a data præſentium computandos hujusmodi monitioni & mandato noſtris parere curaverint cum effectu) incurrere volumus ipſo facto, ut dicto Bertoldo de Marſteron, ſeu de Niſſen, tamquam vicario, ut præmittitur, vel alias ſuper præmiſſis vel ſimilibus in nullo pareant vel intendant, proceſſibus aliis quibuſcumque per nos ſeu per dilectum filium noſtrum Bertrandum tit. S. Marcelli presbyterum Cardinalem A. S. L. vel alios judices competentes habitis tam contra dictum Bertoldum de Marſteron, quam alios & parentes eisdem, in ſuo robore duraturis. Datum Avin. id. Aprilis, Pontificatus noſtri anno VIII.

XIII.

Capitula pacis inter Gregorium XI. Pontificem Maxim. pro ſe & Joannæ, Siciliæ Reginæ, necnon Amadei VII. Sabaudiæ Comitis, Scanidoti, Marchionis Montiſferrati, Nicolai & Alberti, Marchionum Eſtenſium, ac omnium aſſeclarum nomine ab una; Galeatium vero, Vicarium Mediolani Imperialem, ejusque filium, nepotem & fœdere junctos ab altera parte ſancitæ, d. d. 19. Jul. An. 1376.

AD laudem, & gloriam illius ſummi Boni, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, cujusve immenſa clementia ſors aſpera manſueſcit, Populorum ceſſat afflictio, ſit pœna ſolatium, dulcis labor, odium verteturi in amorem, & malarum rerum eventus placide terminatur. Quoniam procurante malivolo prævaricationis auctore, Chriſtianæque converſationis emulo infelici, qui tranquillitati hominum, ac vitæ pacificæ Bellorum furio-

Digitized by Google

furiosis tumultibus, ut animas illaqueet, & demergat jugi versucia adversatur. Multo tempore jam exacto in partibus Lompardiæ inter partes nominatas inferius, letalis discordia agebatur, qua ne dum innumerabilis Populi vehementi strage extitit causata pernicies, rerumque atrox depopulatio, & Castrorum, verum etiam, quod est scelerius, multimoda periclitatio animarum. Id circo Pax inextimabilis virtutis principum spes, & summa laborum, Belli Partium jam sedati cælorum stabilitas, terrestrium bonorum ageries, & hic hæreditas sola Christi, utque laudes ipsius brevibus prosequantur sermonibus, Pax summum bonum in Terris, sine qua nil stabile, nil utile, vel jocundum, tanti discriminis in remedium, favente Altissimo, est adepta, ut fletus mutetur in risum, dolor in gaudium, necessitati copia, & quies tot, & tantis sudoribus suffragetur, & ut mentes, quæ importabilibus fessæ laboribus defecerunt, pie, & devotis operibus ad Dominum revertantur. Invocato itaque Sanctæ, Individuæque Trinitatis auxilio Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatissimæ Virginis Matris Mariæ, Sanctorumque Apostolorum Petri & Pauli, & Johannis Baptistæ, nec non solempnissimi Doctoris Sancti Ambroxii, omniumque Sanctorum, sine quibus nullum rite fundari exordium repertum est; ad reverentiam ulterius, & honorem Sanctissimi, & Beatissimi Patris Domini Gregorii undecimi Sacrosanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ dignissimi summi Pontificis, sacrique Collegii Reverendissimorum Cardinalium, atque ad prosperum, & tranquillum statum Magnifici, & Excelsi Domini Domini Galeaz, Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, & Illustris Nati ipsius Dominum, Comitis Virtutum, & Domini Azonis Filii dicti Domini Comitis Virtutum, Nepotis Serenissimi Principis Regis Francorum, & ad solamen, & requiem Subditorum Partium suprascriptarum. Universis, & singulis inspecturis hoc publicum Instrumentum liquido innotescat, quod Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus Dominus Robertus Basilicæ duodecim Apostolorum, divina Dei providentia Presbyter Cardinalis, in nonnullis partibus Italiæ pro Sancta Romana Ecclesia Apostolicæ Sedis Legatus, ac Vicarius Generalis, ut constat Litteris Papalibus vera bulla plumbea munitis, quarum tenor inferius annotatus, nomine, & vice prædicti Sanctissimi Domini nostri Domini Gregorii Papæ undecimi, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, atque suo, nec non nomine, & vice Serenissimæ Dominæ Joannæ Jerusalem, & Siciliæ Reginæ, Illustriumque Principum Dominorum Amadei Comitis Sabaudiæ, Scanidoti Marchionis Montisferrati, Nicolai, & Alberti Marchionum Estensium, ac Colligatorum, Sequacium, Adhærentium, Officialium, Gentium, & Subditorum omnium, & singulorum dicti Domini nostri Papæ, & aliorum quorumcumque Locorum ad ipsum Sanctissimum Dominum nostrum, Romanam Ecclesiam, & Colligatos prædictos mediate, vel immediate spectantibus, & pertinentibus quoquo modo, & quæ vice, & nomine dicti Domini nostri Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac dictorum Dominorum Colligatorum, Adhærentium, & Sequacium, Castellanorum, Officialium, Familiarium, Subditorum, & Stipendiatorum eorumdem etiam divisim reguntur, & gubernantur nomine Domini Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in quibus præfatus Sanctissimus Dominus noster Papa, seu prænominati Colligati, Adhærentes, & Sequaces ipsorum, tam conjunctim, quam divisim, habent aliquam superioritatem, præheminentiam, vel custodiam ex parte una. Et egregius, & Sapiens Vir, Dominus Pinotus de Pinotis, Legum Doctor, natus quondam Domini Bonvisini de Regio, Procurator & Procuratorio nomine Magnifici, & Excelsi Domini Domini Galeaz Vicecomitis Mediolani, Papiæ, Cumarum, Placentiæ, Alexandriæ, Terdonæ, Novariæ, Vercellarum, ac Bobii &c. Imperialis Vicarii Generalis ac Illustris Principis Domini Galeaz Vicecomitis, Virtutum Comitis, Geniti sui, de quibus quidem Procura, & mandato constat, publico Instrumento tradito, & rogato per Pasquinum de Capellis Notarium Filium Domini Baldesarri, cujus tenor inferius est descriptus; Et Egregius & laudandæ Scientiæ Vir, Dominus Filippus de Caxolis de Regio, famosus Legum Doctor, & prudens Vir Pasquinus de Capellis Canzellarius, Ambaxiatores præfatorum Dominorum, nomine, & vice ipsorum Magnifici Domini Galeaz, & Illustris Domini Geniti sui Domini Comitis Virtutum, & Domini Azonis Filii dicti Domini Comitis, Nepotisque Serenissimi Domini, Regis Franchorum, Filiorumque, Hæredum, & Successorum eorumdem per rectam lineam ex eorum corporibus procreandorum, & descendentium, & insuper nomine, & vice omnium, & singulorum Colligatorum, Adhærentium, Sequacium, Castellanorum, Rectorum, Officialium, Familiarium, Subditorum, Stipendiatorum, ac singularium personarum præfatorum Dominorum Galeaz & Comitis Virtutum, & pro Civitatibus, Castris, Terris, Burgis, Villis, & aliis quibuscumque Locis mediate vel immediate spectantibus, & pertinentibus quoquo modo, & quæ vice, & nomine dictorum Dominorum Galeaz & Comitis Virtutum, vel ipsorum alterius, seu Colligatorum, Adhærentium, & Sequacium ipsorum reguntur vel gubernantur mediate vel immediate, & in quibus ipsi, seu ipsorum aliquis, habent superioritatem, præeminentiam, vel custodiam qualemcumque ex parte altera; sponte, deliberate, pure, benivole, ac ex certa scientia, omnibus via, modo, & jure, & forma, quibus melius potuerunt, & possunt, fecerunt & faciunt, inierunt & iniunt, contraxerunt & contrahunt, ad invicem & vicissim, puram, veram, liberam, stabilem, & solempnem, & irrevocabilem Concordiam, atque Pacem, favente Altissimo, duraturam perpetuo inter Prædictos, eorumque Successores, de omni guerra, discordia, offensione, læsione, & perturbatione vigentibus, seu quæ viguerint, & ortæ, agitatæ, ventilatæ, seu illatæ fuerint inter Partes prædictas

Digitized by Google

ctas hinc retro usque ad præsentem diem, vel inter aliquem prædictorum & ipsorum, & cujuslibet eorum Colligatos, Adhærentes, Subditos & Sequaces, vel aliquas quascumque gentes, & Personas Partium prædictarum, quæ in prædictis, vel aliquo prædictorum se intromiserint, vel immiscuerint usque in diem præsentem quacumque occaxione, vel causa, sub modis tamen, formis, Conventionibus, Pactis & Capitulis infrascriptis.

In primis namque dicti contrahentes dictis nominibus, fecerunt, & faciunt sibi invicem, & vicisim remisionem, liberationem, quietationem, renuntiationem, & solemnem finem, & refutationem de omnibus, & singulis guerris, odiis, rancoribus, inimicitiis, dissensionibus, depopulationibus, injuriis, homicidiis, incendiis, robariis, dampnis, rapinis, pœnis, interesse, expensis, & offensis, & quibuscumque læsionibus, & nocumentis, quomodocumque, & qualitercumque inter dictas Partes, seu alteram ex ipsis, seu Colligatos, & Adhærentes, Complices, Sequaces, Subditos, Cives, Homines, Districtuales, vel alias quascumque Gentes Partium prædictarum, vel alterius eorum, communiter, vel divisim, hinc retro datis, factis, commisis, perpetratis, illatis, vel qualitercumque obvenientibus, vel occursis, ita quod ex nunc remissa, sopita, extincta, illata generaliter, vel specialiter ipso jure & facto sint, & esse intelligantur inter Partes prædictas, eorumque, & cujuslibet eorum Colligatos, Adhærentes, Sequaces, complices & Subditos prædictos omnia odia, omnes injuriæ, extorsiones, & dampna quæcumque, ac omnes pœnæ conventionales, seu legales, homicidia, crimina, ut delicta etiam magna, vel maxima facta, data, illata, vel occursa, vel qualitercumque, vel quommodocunque obvenientia dictu, verbo vel scripto, seu quæ evenerint in guerra prædicta, & ejus occaxione per unam Partem alteri, vel alteram alteri, vel per ipsarum Partium Complices, Adhærentes, & Sequaces, Homines, Subditos, vel Stipendiatos, vel alias cujuscumque generis sint personæ, usque in præsentem diem, salvis tamen, ac firmis remanentibus infrascriptis Capitulis, & omnibus, & singulis contentis in eis, & quolibet eorum.

Item præfatus Dominus Cardinalis, Legatus, & Vicarius, considerata bona Voluntate, & firma constantia dictorum Dominorum Galeaz, & Nati sui Comitis Virtutum, quam per experientiam monstraverunt circa observationem Treguarum, nec non ad honorem, & contemplationem Serenisimi Principis Regis Franchorum, qui pro hac Pace, tam per Litteras, quam solempnes Ambaxiatas Domino nostro summo Pontifici sæpius supplicant, contentatur, promittit, & vult tradere, seu restituere, & asignare, seu tradi, restitui, & asignari facere prædicto Domino Azoni, Filio ejusdem Domini Comitis Nepoti ipsius Serenisimi Regis Franchorum, et ejus Hæredibus, & Succesoribus, infra duos menses a die publicatæ Pacis, omnes illas, & singulas Terras occupatas in præsenti Guerra eisdem Domino Galeaz, & Domino Comiti Virtutum, seu Adhærentibus, Colligatis, vel Sequacibus, seu Subditis eorumdem, & quæ tempore inchoatæ præsentis Guerræ per ipsum Dominum Galeaz, vel ipsum Dominum Comitem Virtutum, seu per alium eorum nomine, sive per Adhærentes, Colligatos, Subditos, & Sequaces tenebantur, regebantur, & gubernabantur in Diocæsi Placentina, Papienssi, Terdonenssi, Alexandrina, Novarienssi, vel in Diocæsi Vercellarum, & alibi ubicumque, quas præfatus Dominus noster Papa dumtaxat tenet, seu quæ ejus nomine, & Sanctæ Romanæ Eccleiæ tantummodo tenentur & gubernantur, ut præfertur. Exceptis tamen Terris cum earum exitibus, Districtibus, & Territoriis Bugellæ, & Sanctæ Agathæ, pro parte videlicet dictæ Terræ Sanctæ Agathæ cum suis Pertinentiis, quæ reperirentur per ipsum Dominum Cardinalem, Legatum, & Vicarium, esse Eccleiae, & Domini Episcopi Vercellenssis, seu alterius Eccleiae, & ad ipsas spectare; & exceptis aliis Terris, si quae essent, quae spectarent ad aliquas Eccleias, de quibus cognoscere habeat dictus Dominus Cardinalis, & disponere prout sibi videbitur summarie, & de plano, & sine lite, remotis exceptionibus quibuscumque; salvo, & hoc specialiter dicto, quod ipse Dominus Cardinalis debeat & teneatur, publicata Pace, infra tres menses computandos a die dicta Proclamationis, accipere in se libere, & expedite Civitatem Vercellarum cum Cittadella, & Castro, & cum omnibus aliis Terris Diocaesis Vercellarum occupatis in praesenti Guerra praefato Domino Galeaz, seu Domino Comiti Virtutum, vel eorum Adhaerentibus, Colligatis, Subditis, & Sequacibus, quae nunc tenentur, & gubernantur nomine praefati Sanctisimi Domini nostri, & Sanctae Romanae Eccleiae; quas quidem Civitatem, Cittadellam, & Castrum, & alias Terras praedictas non spectantes ad aliquas Eccleias, de quibus ipse Dominus Cardinalis cognoscat ut supra, teneatur, & debeat praefatus Dominus Cardinalis, cum per se ipsum occupatum ad majora, easdem regere non posset, infra alios duos menses immediate & proxime secuturos ponere in manibus alicujus probi, & valentis viri, non suspecti Partibus suprascriptis, qui dictas Civitatem, Cittadellam, & Castrum, & Terras bene, & diligenter custodire debeat nomine, & vice praefati Sanctisimi Domini nostri, & Sanctae Romanae Eccleiae usque ad annum unum incaepturum post tres menses a die publicationis praesentis Pacis numerandos, & qui Gubernator, seu Rector Civitatem, Cittadellam, & Castrum Vercellarum, & Terras praedictas, elapso dicto anno, in continenti teneatur, & debeat tradere, seu restituere suprascripto Domino Azoni Nato dicti Domini Comitis Virtutum, Nepotique praefati Serenisimi Principis, Regis Franchorum, & Haeredibus, & Succesoribus suis, exceptis tamen Terris suprascriptis spectantibus Eccleiae, ut supra, & qui Dominus Rector, seu Gubernator teneatur, & debeat jurare super fide sui corporis

Digitized by Google

ris hoc inviolabiliter obſervare; & in caſu, quo Epiſcopus Vercellenſis, ſive Capitulum Vercellenſe, aut alius nomine Epiſcopi, ac Capituli prædictorum dicerent Civitatem prædictam ſpectare ad Eccleſiam Vercellenſem, quoad Dominium temporale, teneantur, & debeant infra ipſum annum de jure ſuo docere coram dicto Domino Cardinali, vel deputando, & deputandis ab eo tali tempore, quod infra dictum annum poſſit pronunciari, poſſitque ipſe Dominus Cardinalis, vel deputandus, & deputandi ab eo in hujus modi cauſa procedere ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura Judicii, ſola rei veritate inſpecta, juris ordine ſervato, & non ſervato, prout ſibi videbitur expedire, & ubi per eventum cauſæ repertum fuerit, & pronunciatum per ipſum Dominum Cardinalem, vel deputandum, aut deputandos ab eo, dictam Civitatem ad Epiſcopum, & Capitulum Vercellarum, conjunctim vel diviſim, in temporalibus pertinere debere, ipſe Dominus Cardinalis teneatur, & debeat operari cum effectu, quod Dominus noſter Papa dignetur dare licentiam Epiſcopo Vercellenſi, & Capitulo, conjunctim vel diviſim, infeudandi dictam Civitatem quoad temporalia prædicto Domino Azoni nato Domini Comitis Virtutum Nepoti præfati Sereniſſimi Principis Regis Franchorum, ejusque Hæredibus, & Succeſſoribus ſub certo annuo cenſu, de quo dicto Domino Cardinali videbitur, & placebit, & dictus Dominus Epiſcopus, ſive Capitulum, ut ſupra, teneatur, & debeat infeudare dictam Civitatem, & Terras Diœceſis Vercellarum ſupraſcriptas ipſi Domino Azoni, ſeu Hæredibus, & Succeſſoribus ejus, qui teneatur ipſam infeudationem dicti Domini Cardinalis Gebennenſis acceptare, omologare, & approbare, & cenſum annuum ſolvere in terminis, & prout per ipſum Dominum Cardinalem Gebennenſem fuerit ordinatum; Ita tamen, quod ipſe Dominus Cardinalis teneatur, & Dominus Papa dignetur procurare, quod prædicta infeudatio, & cenſus ſolutio fieri, & recipi poſſit de conſenſu, & licentia Sereniſſimi Domini Imperatoris, ſine præjudicio aliquorum Imperialium Privilegiorum conceſſorum dicto Domino Galeaz, & Comiti Virtutum; Si vero infra annum prædictum probatum, aut pronunciatum non fuerit, aut dictus Dominus Epiſcopus, ſeu Capitulum, communiter, vel diviſim, non inveſtiverit, aut licentia a Domino Imperatore obtenta non fuerit, tunc, & eo caſu dictus Gubernator teneatur, & debeat libere reſtituere, & tradere ſupra ſcriptam Civitatem cum Caſtro, Cittadella, & Terris, prout ſuperius in hoc Capitulo continetur.

Item præfatus Dominus noſter Papa, ſeu dictus Dominus Cardinalis teneatur & debeat in continenti publicata Pace prædicta procurare ſuo poſſe, quod quicumque ex Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, & Subditis ipſorum, vel qui adhæſerunt ipſis in præſenti Guerra, & qui tenent, ſeu quorum nomine tenerentur aliqua aliæ ex Terris occupatis in præſenti Guerra pertinentibus ad ipſum Dominum Galeaz vel Comitem Virtutum ejus natum, ſeu ad eorum Colligatos, Sequaces, & Subditos, tempore inchoatæ Guerræ præſentis, tenebantur, regebantur & gubernabantur, eas Terras non ſpectantes ad aliquas Eccleſias, de quibus Dominus Cardinalis cognoſcat ut ſupra, ipſi Domino Azoni Filio dicti Domini Comitis Virtutum Nepoti Sereniſſimi Regis Franchorum, & Succeſſoribus ſuis libere, & expedite infra duos menſes reſtituent, aut Adhærentibus, Colligatis, Sequacibus, & Subditis dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, quorum ipſæ Terræ eſſent, & ad quos ſpectarent, vel quorum nomine tenebantur tempore inchoatæ præſentis Guerræ in, & ſuper Territorio Domini Galeaz, & Comitis Virtutum; & ſi reſtituere recuſarent juxta declarationem dicti Domini Cardinalis, quam facere teneatur, & debeat infra alios duos menſes, tunc & eo caſu præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, & ipſe Dominus Cardinalis, & alii eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, Stipendiarii & Subditi non poſſint, nec debeant ipſis tenentibus aliquam, vel aliquod ex Terris, ſeu caſtris ipſis ſpectantibus, ut ſupra dictum eſt, dare auxilium, conſilium, vel favorem contra prædictos Dominos Galeaz & Comitem Virtutum, & Dominum Azonem, eorumque Hæredes, & Succeſſores, ſeu Adhærentes, Colligatos, Sequaces, & Subditos eorum, quorum eſſent ipſæ Terræ, ſeu Caſtra, vel quorum nomine tenebantur ut ſupra; & è contra ſi dictus Dominus Galeaz, ſeu Dominus Comes Virtutum, ſeu ſui Adhærentes, Colligati, Sequaces, Subditi, vel eorum aliquis, etiam qui adhæſerunt ipſis, & eorum cuilibet in præſenti Guerra teneant, ſive teneat ſeu eorum nomine teneantur aliqua Loca, Caſtra, vel Terræ ad præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & Romanam Eccleſiam, ſive Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos ejus, vel qui adhæſerunt ei in præſenti Guerra, ſpectantia occupata in præſenti Guerra, ſeu quæ per ipſum Dominum noſtrum, ſeu Sanctam Romanam Eccleſiam, ſeu per Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos, aut eorum nomine tempore inchoatæ Guerræ præſentis tenebantur, regebantur, ſeu gubernabantur, teneantur eas Terras, Caſtra, & Loca reſtituere, & tradere illi, vel illis, quorum dicta Loca erant, & ad quos ſpectabant, vel quorum nomine tenebantur, regebantur, ſeu gubernabantur, & ſi non reſtituerint juxta declarationem dicti Cardinalis infra duos menſes, tunc, & eo caſu præfati Domini Galeaz, & Comes Virtutum, & Dominus Azo, ſeu eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Subditi, & Stipendiati, ſeu ipſorum aliqui non poſſint, nec debeant ipſis tenentibus aliquam, vel aliquod ex Terris, ſeu Caſtris eisdem ſpectantibus, ut ſupradictum eſt, dare auxilium, conſilium, vel favorem contra præfatum Dominum noſtrum Papam, ſeu dictum Dominum Legatum, eorumque Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos, quorum eſſent dictæ Terræ, vel dicta Caſtra, vel quorum nomine tenebantur ut ſupra, & quod eo caſu tales nolentes reſtituere non gaudeant beneficio præſentis Pacis, hoc addito, quod ſi de Terra Cuneji dubium aliquod moveretur, ipſe Dominus Cardinalis Geben-

Digitized by Google

bennenſis ſuper hoc declarare, & determinare poſſit, prout ſibi videbitur, & placebit.

Item quod dictus Dominus Galeaz, & ejus Filius Dominus Comes Virtutum, ac prædictus Dominus Azo Nepos Sereniſſimi Regis Franchorum, & ille in cujus manibus dictæ Terræ tradentur, ſeu reſtituentur, & quilibet alius Succeſſor ipſorum, ad quem ſpectabit, ſeu cui dicta reſtitutio fiet, teneantur, & debeant immediate, Pace publicata, rebellibus, & omnibus, & ſingulis, qui in præſenti Guerra adhæſerunt præfato Domino noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel qui in favorem dicti Domini noſtri, & Eccleſiæ, ac Adhærentium, Colligatorum, Sequacium, & Subditorum ſuorum, & cujuslibet eorum aliquid operati ſunt, vel fecerunt contra ipſum Dominum Galeaz, ſeu Comitem, Colligatos, Sequaces, vel Subditos ſuos, & eorum, & cujuslibet eorum ſtatum parcere, remittere, & indulgere, & ex nunc parcunt, quietant, remittunt, & indulgent omnes, & ſingulas injurias, dampna, delicta, & offenſas quaslibet, quæ ipſis Dominis, vel eorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, vel Subditis, vel contra ſtatum ipſorum etiam diviſim illatæ fuiſſent, vel commiſſa, vel perpetrata dici poſſent quommodolibet in præſenti Guerra Eccleſiæ, & ante, quandocumque, & qualitercumque, & quommodocumque uſque in præſentem diem firmatæ Pacis, ita quod nihil de præteritis commiſſis, exceſſibus, dictis, aut factis poſſit, aut debeat eis aliquo modo quocumque colore quæſito imputari, vel imponi, & proceſſus, & condempnaciones atque banna contra ipſos, vel aliquem ipſorum facta, promulgata, ſeu data facere libere canzellari, & annullari, & pro canzellatis, & annullatis ex nunc, & nullis reputari, haberi, & teneri, & ipſos, & eorum quemlibet, reſtituere ad omnia, & ſingula bona, & jura ſua quæcumque, ac permittere ſtare in Terris; & etiam quod poſſint, & debeant gaudere, & utifrui bonis, juribus, & rebus ſuis, ſicut poterant, & debebant ante præſentem Guerram, ita quod in omnibus, & per omnia ſint in priſtino ſtatu reſtituti, & reintegrati, prout erant ante præſentem Guerram, quantum eſt ad res mobiles extantes tempore publicatæ Pacis penes occupatores, & etiam ad res immobiles in eo ſtatu, quo eſſe reperirentur, omni fraude ceſſante; & quod aliqui eorum Fidejuſſores obligati pro ipſis de tenendo ipſorum Fortalitia, & Caſtra ad honorem, & obedientiam præfatorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, occaxione dictarum Fidejuſſionum, ſeu promiſſionum nullatenus moleſtentur, nec moleſtari aliqualiter debeant, ſive poſſint propter rebellionem ipſorum, ſeu alicujus ipſorum, quin immo tam ipſi, quam eorum Fidejuſſores ſint liberi, & quieti ipſo jure, & ipſo facto, & quod pro aliquibus hinc retro commiſſis, ſeu quoquomodo perpetratis, aliqua eorum Caſtra, ſeu Fortalicia, vel Loca non dirpantur, nec dirui poſſint; & quod omnia & ſingula ſuprafcripta, & infraſcripta, & omnia in præſenti contractu contenta ratificare, & omologare ac jurare teneantur infra quindecim dies a die publicatæ Pacis dictus Dominus Galeaz, & Dominus Comes Virtutum proprio Sacramento, & per fidem corporis ſui, & etiam permittere per patentes Litteras ipſorum ſigillis ſigillatas, & in manibus alicujus deputandi per præfatum Dominum Cardinalem, ut hoc poſſit perpetuo demonſtrari, & ſimiliter Officiales præfatorum Dominorum, & prædicti Domini Azonis Filii dicti Domini Comitis, qui pro tempore erunt in Terris prædictis, jurare debeant, & obſervare prædicta omnia, & ſingula teneantur, ac etiam dicti Subditi tractari debeant aeque bene, & favorabiliter prout tractabuntur alii Subditi præfatorum Dominorum, & quod nulla gravamina ipſis reſtitutis imponentur, ac ſi nunquam contra ſtatum dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum feciſſent, vel attemptaſſent, & non obſtantibus aliquibus commiſſis per eos; & ſimiliter verſa vice, Adhærentes, Colligati, & Subditi dictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, ſeu qui pro parte, & in favorem ipſorum, vel alterius eorum aliquid contra Eccleſiam, ſeu Colligatos, Adhærentes, Sequaces, & Subditos ſuos fecerunt, & operati fuerunt, poſſint, & debeant gaudere, & utifruî omnibus bonis, juribus, & rebus ſuis, ficut poterant, ſeu debebant ante præſentem Guerram, quantum ſit in poteſtate Eccleſiæ, ſeu Adhærentium, Colligatorum, Sequacium, & Subditorum ſuorum; & quod eis, & cuilibet ipſorum parcantur, remittantur, & indulgeantur, & ex nunc remiſſæ, & indultæ ſint omnes, & ſingulæ injuriæ, dampna delicta, & offenſæ, quæ ſtatui Eccleſiæ, vel prænominatorum Adhærentium, Sequacium, & Subditorum ſuorum illatæ fuiſſent, vel commiſſa, ſeu perpetrata dici poſſent, quommodolibet in præſenti Guerra, & quod proceſſus condempnationes, atque banna contra ipſos, vel ipſorum aliquem facta, promulgata, ſeu data libere canzellentur, & annullentur, & pro canzellatis, & nullis ex nunc habeantur, teneantur, & reputentur, ita quod in omnibus, & per omnia ſint in priſtino ſtatu reſtituti, & reintegrati, prout erant ante præſentem Guerram, quantum eſt ad res mobiles extantes tempore publicatæ Pacis penes occupatores, & etiam ad res immobiles in eo ſtatu, quo eſſe reperirentur, omni fraude ceſſante, ut ſupra; Salvo tamen, quod illi ex prædictis, qui eſſent de Terris Romanæ Eccleſiæ immediate ſpectantibus in ipſis ſtare, & habitare non poſſint, niſi, ſi, & prout placuerit Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ.

Item in caſu quo aliquis ſeu aliqui ex illis, qui vigore præſentis Pacis reſtituendi veniunt, & reſtitui debent præfato Domino Azoni Filio dicti Domini Comitis Virtutum, Nepotisque Sereniſſimi Regis Franchorum ad eum non venirent cum eorum Terris, Locis, & hominibus obedientia, ficut vigore præſentium Capitulorum venire, & reſtitui debent, vel Caſtra, Loca, & Terras, quas habent, tenebunt & regent ſub dominio, & Territorio Dominorum Galeaz, Comitis, & Azonis præfatorum, & alicujus ipſorum non facerent ipſis Dominis, ſub cujus

Digitized by Google

Dominio erunt, obedire, requiſiti ipſi tales ad obedientiam venire nolentes, vel non facientes ipſorum Terris obedire ut ſupra, non gaudeant beneficio hujus Pacis, ſed ab ipſa Pace ſint, & eſſe intelligantur, tamquam protinus inobedientes, excluſi, & quod Dominus noſter Papa, ſeu dictus Dominus Legatus vel aliquis ex Colligatis, Adhærentibus, & Sequacibus ſuis non poſſint, neque debeant dare ipſis inobedientibus aliquod auxilium, conſilium, vel favorem; & ſimiliter verſa vice, ſi reſtituendi vigore præſentis Pacis & Capitulorum ejus præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſeu Colligatis, Adhærentibus, & Sequacibus ſuis ad ipſorum non venirent, cum eorum Locis, Terris, & hominibus, obedientiam, vel Caſtra, Loca, poſſeſſiones & Terras, quas tenebunt, & regent ſub Dominio præfati Domini noſtri Papæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſeu Colligatorum, Sequacium, & Adhærentium ejus non facient, ei, & ipſis, ſub cujus Dominio erunt, obedire, requiſiti ipſi tales, ad obedientiam venire recuſantes, ſeu nolentes, & non facientes, ipſorum Terras, & Caſtra obedire, non gaudeant benefitio hujus Pacis &c. ut ſupra.

Item quod proceſſus Papales, ſi qui facti ſunt, occaxione præſentis Guerræ, contra dictos Dominos Galeaz, & Comitem Virtutum, eorumque Adhærentes, Colligatos, Officiales, Subditos, & Sequaces, ſeu alios, qui dederint iis auxilium, conſilium, vel favorem, tollantur tam contra perſonas Eccleſiaſticas, quam Sæculares, ita & taliter, quod abſolvantur ab omnibus ſententiis, Excommunicationibus, & irregularitatibus quibus cumque, & quod in ſtatum priſtinum per omnia reducantur, & reduci debeant, ſervata tamen forma juris, & quod Dominus noſter Papa, etiam ipſe Dominus Cardinalis procurabunt ſuo poſſe, quod proceſſus, & Sententiæ Imperiales, ſi qui fuerint contra eos, occaxione præſentis Guerræ, tollentur, & canzellabuntur ita, & taliter quod ipſi Dominus Galeaz, & Comes Virtutum ſint in eodem ſtatu, & in eodem ſuo jure, in quibus erant tempore inchoatæ Guerræ præſentis.

Item quod tempore quo fiet reſtitutio Civitatis Vercellarum prædictæ, & Terrarum Diocæſis ejusdem, juxta Capitula prædicta, debeant Partes dictæ Civitatis, videlicet Pars illorum de Advocatis cum Parte illorum de Tizonibus pacificari ad invicem per dictum Dominum Legatum, & Vicarium, & per dictum Dominum Comitem Virtutum, aut eorum Commiſſarios, & ita taliter ordinari, quod ſimul ambæ Partes prædictæ poſſint in dicta Civitate, & Diocæſi cum eorum amicis pacifice commorari, & æqualiter communicare in dignitatibus & honoribus prout ipſis videbitur convenire, & hoc infra duos menſes a die factæ reſtitutionis prædictæ.

Item quod dictus Dominus Galeaz, ejus Filius Dominus Comes Virtutum, natus dicti Domini Comitis, Nepos Sereniſſimi Principis Regis Franchorum, Hæredes, & Succeſſores, ac Officiales ipſorum, ſeu aliqua alia perſona pro eis, vel eorum nomine, vel aliqui eorum Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Subditi ſub aliquo colore quæſito non poſſint, nec debeant quoquomodo, publice vel occulte, directe vel indirecte, turbare, inquietare exigere, vel extorquere, capere, tenere, aut uſurpare, vel injurias, aut dampna inferre, vel inferri facere per ſe, vel alium, ſeu alios, contra Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas, vel ipſorum Jurisdictiones, jura, & bona quæcumque ad ipſas perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſias ſpectantes, & pertinentes quoquo modo, ſed quod dictæ Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſuis juribus, jurisdictionibus, redditibus, & bonis pacifice gaudeant, & bene tractari, & manuteneri debeant per dictos Dominos, eorumque Succeſſores, Officiales cum pura, & mera Eccleſiaſtica libertate, prout, & ſecundum quod jure cavetur, & cautum eſt.

Item quod per aliqua actitata, & facta in præſenti Contractu non præjudicetur, vel derogetur, neque præjudicatum eſſe intelligatur, ſeu derogatum aliquibus Juribus, Privilegiis, & Honoribus Imperialibus datis, ſeu conceſſis Eccleſiis, ſeu perſonis Eccleſiaſticis, nec non præfatis Dominis Galeaz, & ejus genito Comiti Virtutum, ſalvis tamen Capitulis ſupra, & infraſcriptis in præſenti Contractu.

Item quod dampna reſtaurabilia data hinc inde a die publicationis Treguarum uſque in diem publicationis præſentis Pacis pro obſervatione ipſarum Treguarum reſtituantur, & emendentur per illos, qui dicta damna fecerunt, ad arbitrium tamen, & ordinationem præfatorum Dominorum Cardinalis, & Comitis Virtutum.

Item quod pro bono Pacis prædictæ, & pro majori roboris firmitate ipſius, & ad hoc ut tollatur omnis materia litis & quæſtionis, & recidivæ Guerrarum, actum eſt, quod prædicti Magnificus Dominus Dominus Galeaz, & Illuſtris Dominus Comes Virtutum ex una parte, & Illuſtris Dominus Marchio Montisferrati, ejusque Fratres ex altera, de omni lite, quæſtione, contentione, debato, peticione, & requeſta, quæ inter Partes prædictas hactenus mota fuiſſet, vel eſſet de præſenti, vel moveri contingeret quommodolibet in futurum occaxione Guerrarum antiquarum, quæ inter Partes, & Prædeceſſores, ſeminante Satore Zinzaniæ, motæ, ortæ, & agitatæ fuerunt, compromittunt ſe ſe ſolempniter, de alto, & de baſſo, de jure & de facto, in præfatum Dominum Cardinalem Gebennenſem, ſecundum formam Compromiſſi, ſeu Inſtrumenti Compromiſſi inferius denotati, & ex nunc præfatus Dominus Pinotus Procurator habens ad hoc plenum, & ſufficiens mandatum, prout conſtat publico Inſtrumento ſcripto per Pasquinum de Capellis de Cremona Notarium publicum tenoris inferius deſcripti, compromittit nomine Procuratorio quo ſupra in eumdem Dominum Cardinalem de alto, & de baſſo, ac de jure & de facto, modo prædicto. Hoc addito, & adjecto in præſenti Contractu inter Partes prædictas, quod ſi prædicti Marchio, & Fratres alia Pars non ſe compromittant ſimiliter, & eodem modo, & forma, & ſecundum tenorem dicti Inſtrumenti Compromiſſi, inferius annotati per ſe, vel eorum Procuratores habentes plenum, ſolem-

Digitized by Google

ſolempne, & ſufficiens mandatum, intra tres menſes, in prædictum Dominum Cardinalem, tunc & eo caſu careant omni beneficio Pacis quo ad Guerras ante præſentem Guerram Eccleſiæ agitatas, & motas, ac movendas inter Partes prædictas, & ſi facto dicto Compromiſſo non declaretur, & pronunciaretur inter Partes prædictas per ipſum Dominum Cardinalem, in termino limitando in dicto Inſtrumento Compromiſſi, tunc, & eo caſu non ſit, nec intelligatur Pax ipſa facta eſſe, quantum inter præfatos Dominos Galeaz, & Marchionem Montisferrati, niſi pro præſenti & de præſenti Guerra Eccleſiæ tantum, & quod hæc Pax, quantum ad contentiones antiquas agitatas inter dictas Partes ante motam præſentem Guerram Eccleſiæ non vendicet ſibi locum, nec aliquid operetur, ſed eo caſu liceat dicto Domino Galeaz, & Comiti Virtutum, eorumque Succeſſoribus agere, & facere contra Dominum Marchionem Montisferrati, & ejus Fratres, & Succeſſores pro ſuis Juribus conſequendis, & recuperandis, absque eo quod dici poſſit, quod per hoc hanc Pacem infringerint; nec eo caſu poſſint, nec debeant dictus Dominus noſter Papa, ſeu Colligati Adhærentes, & Sequaces ſui dare, vel præſtare dictis Domino Marchioni, & Fratribus auxilium, conſilium, vel favorem, ſalvo tamen, & hoc adjecto, quod ſi ipſe Dominus Cardinalis occaxione juſti impedimenti infra dictum terminum ſententiare non poſſet inter Partes Prædictas, tunc, & eo caſu debeant dictæ Partes infra unum menſem à die expirati Compromiſſi eligere duos communes amicos, videlicet unum pro qualibet Parte, qui infra duos alios menſes incepturos in fine dicti primi menſis ſententiare, pronunciare, & declarare inter prædictas Partes ſuper omnibus ſupraſcriptis, & ſi dicti eligendi invicem concordare non poſſent, Sanctiſſimus Dominus noſter Papa debeat dare eis de confidentibus Partium tertium, qui confidentes per Partes ipſas dari debeant præfato Domino noſtro Papæ infra primum menſem dictorum duorum menſium, & quicquid per dictos tres, vel majorem partem pronunciatum, & arbitratum fuerit infra terminum ſupraſcriptorum duorum menſium debeat per Partes inviolabiliter obſervari; Et in caſu quo prædictæ Electiones non fierent modo prædicto, vel ſi fiant, & non pronuncietur per eligendos ut ſupra, tunc, & eo caſu utrique parti remaneant jura ſua ſalva, ſicut erant ante præſentem Guerram Eccleſiæ; & ſi pronuncietur, & pronunciamentis non ſtent, & pareant, Pars non parens, & non ſtans dictis pronunciamentis incidat in pœnam contentam in Inſtrumento dicti Compromiſſi.

Item quod omnes, & ſinguli carcerati, & detenti in præſenti Guerra, ſeu ejus occaxione hinc inde libere, & ſine ſolutione etiam expenſarum aliquarum relaxentur infra quindecim dies à die publicationis præſentis Contractus numerandis.

Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod ſi aliquod dubium emergeret, vel oriretur in præſenti Contractu, aut circa eum, vel aliquod ex Capitulis ſupra & infra ſcriptis, in intellectu verborum, aut aliter quommodocunque, ſtetur, & ſtari debeat ordinationi, & declarationi præfati Domini Cardinalis Legati, & Vicarii, ut ſupra.

Item quod utraque Partium teneatur, & debeat nominare & in ſcriptis dare Domino Cardinali, aut deputando, & deputandis per eum infra duos menſes a die publicationis præſentis Pacis omnes Colligatos, Adhærentes, Complices, & Sequaces; & neutra Partium poſſit, vel debeat nominare, vel in ſcriptis dare pro Colligato, Adhærente, vel Sequace aliquem, qui ſit de Civitate, Territorio, vel Comitatibus, ſeu Diſtrictibus, quæ reguntur, & gubernantur per aliquem de alia Parte, qui nunc ſtet, vel habitet in ipſis Civitatibus, vel Terris, & Territoriis, ſeu Diſtrictibus, qui regantur, & gubernantur per aliquem ex altera Parte; Hoc addito, quod omnes, & ſinguli qui per dictas Terras pro Colligatis, Adhærentibus, Complicibus, & Sequacibus nominabuntur, & dabuntur in ſcriptis ut ſupra, teneantur & debeant infra duos menſes a die, quo dati in ſcriptis fuerint, per ſe, vel eorum legiptimos Sindicos, ſeu Procuratores plenum, & ſufficiens mandatum habentes ad hoc, comparere coram Domino Legato prædicto, ſeu alio, & aliis, per ipſum ad hoc deputando, & deputandis, & ipſam Pacem, ac præſentem Contractum, & omnia, & ſingula, Capitula, & quæcumque in ipſis contenta, in quantum quemlibet ipſorum tangit, ratificare, omologare, & approbare, & promittere, & ſe ſolempniter ad obſervationem Pacis ipſius obligare in iis, quæ Adhærentes ipſos reſpiciant, & Prout obligantur Partes prædictæ, nominibus, quibus ſupra, per quas ut Adhærentes, Colligati, Complices, & ſequaces fuerint nominati; & ſi intra dictum terminum prædicta non fecerint, vel etiam ſi fecerint, & per eos promiſſa obſervata non fuerint, vel in aliquo contrafecerint, benefitio, & lenitate Pacis minime pociantur, quin immo habeantur, & ſint penitus excluſi, & nihilominus Pars, quæ illos tales nominaverit pro Adhærentibus, ut ſupra, non poſſit, nec debeat ipſos adjuvare, niſi, & pro ut in proximo ſequenti Capitulo continetur; Illi autem, qui nominati ſunt ſpecialiter in præſenti Contractu pro Adhærentibus, Sequacibus, & Colligatis, infra duos menſes, excepta Domina Regina, quæ habeat quatuor a die Contractus, & publicationis præſentis Pacis, teneantur, & debeant ſimiliter comparere, ſeque obligare, & omnia facere, quæ ſuperius & inferius continentur, alias excluſi ſint, & pro excluſis habeantur ut ſupra.

Item quod ſi quæſtio aliqua, vel dubium aliquod oriretur inter Partes Prædictas, vel aliquem ipſorum, ſeu Adhærentes, & Sequaces Partium prædictarum, eo quod per aliquem ipſorum diceretur Pacem ſibi ruptam eſſe, tunc, & eo caſu ſuper tali quæſtione, vel dubio procedatur, cognoſcatur, & decidatur modo ſupra ſcripto, videlicet quod ſi talis ruptio eſſet clara, & notoria, ut pote, quia unus auctoritate

propria

Digitized by Google

propria de facto invaderet, occuparet, acciperet, vel accipi, seu occupari faceret, Civitatem, Castrum, vel Terram alterius, liceat Parti læsæ, & offensæ se defendere quoquo modo, & sine alia denuntiatione vel solempnitate recuperare Civitatem, Terram, vel Locum cum toto extortio suæ Partis, & ejus, cujus fuerit Adhærens, Colligatus, vel Sequax, & etiam invasores expellere, & nihilominus denunciatio fiat, si placebit offenso, & per Partem læsam ad exactionem pœnæ quommodolibet procedatur. Si vero aliter, quam dictum sit, clare pateret, eum non servasse promissa, tunc ad requisitionem talis offensi teneantur omnes alii de parte offensi talia non servanti per eorum Nuncios, & Litteras intimare, ut statim quicquid contrafecerit resarciat, & restituat, & pœnam promissam, quam inciderit talia committendo, persolvat. Et si hoc non fecerit intra mensem, tunc omnes alii de Parte prædicta esse possint, & debeant in favorem, & subsidium offensi contra eum, & contra ipsius Subditos, & Terras bona fide ad prædictorum observantiam, & pœnæ solutionem; Si vero ad huc super prædictis talis, cui foret denunciatio facta, prætenderet excusationem aliquam, quæ rationabilis esse aliqualiter videretur, tunc ad requisitionem læsæ Partis, duo pro qualibet Partium eligantur, qui jurare teneantur, & debeant in manibus dicti Domini Legati, vel cui duxerit committendum, ad Sancta Dei Evangelia, talem excusationem in dictum tempus, summarie, & expedite, ac sine ullo litigio decidere, & quod ipsorum decisioni stetur, & quæcunque præceperint, si concordare poterint, observentur, & si discordaverint, tunc præfatus Dominus Legatus determinet, quicquid sibi videbitur una cum eis, vel saltem duobus ex eis, & hoc in casibus restaurabilibus; in casibus vero inrestaurabilibus jus commune servetur, & ultra secundum quod dicto Domino Legato videbitur convenire; si autem dubium aliquod foret in aliquo puncto vel negligentia præmissorum hinc inde factorum, vel de aliqua re, vel de jure debendo juxta promissa in præsenti Contractu per unam alteri, vel alteram alteri, tunc eligantur per Partes contendentes duo valentes Viri, videlicet unus pro una Parte, & alter pro altera Parte, qui convenient & jurent, ac terminent ut supra, & si non essent concordes, præfatus Dominus Legatus pro tercio sit, & quicquid terminabitur per eos, vel majorem partem ipsorum, hinc inde firmiter, & fideliter observetur.

Item cum Dominus noster Papa, & Sancta Romana Ecclesia cum aliquibus Colligatis, & Adhærentibus suis Ligas habeat, ut asseritur, sub diversis terminis, & temporibus finiendis, convenerunt dictæ Partes nominibus quibus supra, quod per aliqua contenta in Capitulis suprascriptis, & in toto præsenti Contractu non teneatur Dominus noster Papa, seu Romana Ecclesia facere ullo modo contra formam, & tenorem alicujus Ligæ, quam hodie cum aliquibus habeat, nec obligetur quo minus dictas Ligas usque ad tempus, ad quod factæ sunt, & possit, & debeat absque læsione præsentis Pacis plenarie observare; Ita tamen, quod præfatus Dominus Cardinalis, teneatur, & debeat dare in scriptis præfatis Dominis Galeaz, & Comiti Virtutum illa Capitula dictarum Ligarum, quæ de tempore ipsarum Ligarum faciunt mentionem infra tres menses proxime subsequentes; aliter suprascripta Capitula, & præsens Contractus locum habeant, sicut jacent.

Quæ quidem Pacta, promissiones, liberationes, quietaciones, absoluciones, annullaciones, obligationes, reservaciones; & omnia alia, & singula suprascripta, præfatus Dominus Legatus suo, & nominibus, quibus supra, ex parte una, & præfatus Dominus Pinotus Procurator, & Procuratorio nomine prædictorum Dominorum Galeaz, & Comitis Virtutum, Nati ipsius, & utriusque ipsorum, & nomine Communitatum, & Colligatorum supradictorum ex parte altera, solempnibus stipulationibus intervenientibus convenerunt, & promiserunt inviolabiliter observare perpetuo, pure, & bona fide, absque dolo, fraude, & aliqua calliditate, & machinatione, remota etiam qualibet juris, vel facti exceptione, attendere, observare, & firma, rata, & grata habere, & tenere, & in nullo contrafacere, vel venire per se, vel per alium, seu alias, clam vel palam, tacite vel expresse, directe vel indirecte, aliqua ratione; vel modo, vel ingenio, sive causa, sub pœna, & in pœnam florenorum centum millium boni auri, & justi ponderis per contrafacientem, seu contrafacientes attendenti, & observanti, seu attendentibus, & observantibus applicandorum, & effectualiter persolvendorum, etiam cum refectione dampnorum, & expensarum litis, & extra, de quorum dampnorum & expensarum quantitatibus credatur Sacramento illius, contra quem pactum fuerit, absque aliqua probatione; quæ pœna supra scripta tocies committatur, & committi, & exigi possit cum effectu, quociens in præmissis, vel aliquo præmissorum fuerit contrafactum, vel contraventum, vel aliquod de prædictis non servatum; & pœna soluta, vel non, nihilominus præsens Contractus Pacis in suis robore, & firmitate remaneant in damnum, & præjudicium contrafacientium, in præmissis, vel aliquo præmissorum; & insuper non attendens, vel non observans præmissa omnia, vel aliquod præmissorum, possit ubicumque locorum, coram quocumque Principe, ac Domino appellari, ac reputari perjurus, pro quibus omnibus, & singulis firmiter observandis, & attendendis obligaverunt omnes, & singuli suprascripta omnia, & singula bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura illorum, quorum nominibus agunt, & contrahunt, ubicumque posita, & sita sint renuntiantes omnes, & singuli suprascripti, nominibus antedictis, per Pactum specialiter, & expresse in antedictis omnibus, & quolibet ipsorum, exceptioni omnium, & singulorum suprascriptorum non sic factorum, nec celebratorum, nec promissorum, ut superius continetur, exceptioni doli mali, vi metusve causa, sine

Digitized by Google

ne causa, vel ex injusta causa, fori privilegio, remedio appellationis, supplicationis, nullitatis, & beneficio restitutionis in integrum, omnique juris auxilio tam Canonico, quam Civili, vel Municipali, cum quo, vel quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum posset aliquid objici, vel opponi, & specialiter juri dicenti generalem renuntiationem non valere. Cæterum præfati Procuratores nominibus quibus supra, tactis Scripturis corporaliter, jurant ad Sancta Dei Evangelia in animabus dictorum Dominorum suorum constituentium suprascripta omnia, & singula realiter, efficaciter, & inviolabiliter, bona, & pura fide & absque fraude, vel dolo adimplere, attendere, & observare, & rogant omnes, & singuli antedicti me Notarium, ut de prædictis omnibus, & singulis ego, & alius conficerem, & conficeremus instrumentum unum, duo, vel plura, & quot voluerint, & voluerimus ad peticionem cujuslibet ipsorum in Consonantiam sine discrepantia, & similia, & convenientia publica Documenta.

Actum in Territorio Oliveti Vallis Salmoziæ Diocæsis Bononiensis, in quo dictus Dominus Cardinalis castrametatus est anno a Nativitate Domini MCCCLXXVI. Indictione decima quarta, die decima nona mensis Julii, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Gregorii, Divina providencia Papæ undecimi, anno sexto; præsentibus Reverendissimis Patribus Domino Steffano de la Columpna, dicti Domini nostri Papæ Prothonotario, Guillielmo Senensi, Lucha Narniensi, Fratre Angelo Pensauriensi, Francisco Aguensi, & Ademario Betelemitano Episcopis, ac Magnifico Milite Domino Ugone de Ruppe, nec non Venerabilibus, & Nobilibus Viris Domino Petro Zambono, Decano Ligonienſi Sacri Palatii Auditore, & Johanne de Marolio Archidiacono Camaricensi, ac Egregiis Viris Gasparro Filio Nannis de Ubaldinis, Bernardo Solberii, & Ubertino Balardi, & Sapientibus Viris Domino Stefano de Aniseto Ambaxiatore Domini Marchionis Montisferrati, ac Domino Martino de Vassallis Legum Doctoribus, & Johanne de Ponte Ambaxiatore Reverendissimi Patris Domini Episcopi Vercellensis, Testibus ad præmissa rogatis, & vocatis.

XIV.

Bulla Pauli II. Pontif. maxim. qua expeditio contra Turcas decreta, perpetua pax inter Principes Italiæ indicta veterisque Concordiæ inter eos pactiones redintegratæ fuerunt, d. d. 4. Non. Febr. An. 1467.

Ad futuram rei memoriam.

UT liberius justissimum bellum contra ipsos infideles, & crucis sacratissimæ spurcissimos hostes per sanctæ recordationis prædecessores nostros jam dudum susceptum, indictum, & publicatum, quantum vires nostræ patiuntur prosequi possimus, & effrænatam eorum rabiem, impiosque arcere conatus, quemadmodum pro ipsius Salvatoris gloria, & cunctorum quiete fidelium præ cunctis aliis rebus in nostræ mentis consideratione semper habuimus, opportune providere cupientes, & pacem inter universos Christicolas componendam, compositam vero tuendam, & conservandam, permittentequeAltissimo, ad effusi sanguinis Christianorum ipsiusque Dei nostri injurias propulsandas, Christicolas omnes, & inprimis Italiam ipsam inhabitantes veluti propinquiores hostibus prædictis excitare atque impellere, quantum pastorali dignitati liceat affectuosissime properavimus. Qua quidem in re, quid hactenus egerimus, quos Reges, & principes quos potentatus præsertim ipsius Italiæ convocaverimus, quæ & quanta eis curaverimus suadere, quo insuper animo, qua diligentia omni alio intermisso negotio, ad rem hanc dumtaxat componendam intenti fuerimus, quæ & qualia nos ipsi primo obtulerimus, & non solum publicatione, sed promissione efficaci ad effectum usque perducta Ecclesiæ pecunias, facultes, & bona Christianis ad cohibendam Turcorum eorundem rabiem obstinatam ultro solverimus, exhibuerimusque, quas denique legationes ad eosdem Reges, Principes, potentatus, atque dominia, ad diversas mundi partes, & extra Italiam, non sine maximis sumptibus, duxerimus destinandas, quantumve in pace prædicta conservanda, atque illius fœderibus in omnium Italorum partibus renovandis resarciendisque insudaverimus, ac legatis, nuntiis, literis, & exhortationibus eos, quos præmissa concernebant, studuerimus commonere, aliorum sit enarrare: quæ omnia tanquam notissima prætermittimus, ne ostentationi, sed utilitati & unitati gregis dominici insistere videamur.

Sed quoniam humani generis hostis Zizaniæ sator eo magis se ad obsistendum glorioſis rebus gestis gerendisve solet accingere, quo ferventius Dei populus fidelesque catholici res saluberrimas amplectuntur soletque supernæ providentiæ dispositio interdum ad probationem constantiæ & firmitatis credentium ipsorumque profectum permittere, quod tumidus aliquantisper prævaleat hostis, superetque fideles, ut tandem elatus inaniter in superbiam corruat, & superatus suæ divinitatis potentia penitus confundatur, ipsique soli Deo vivo & vero sit gloria, ac populi domini hæreditas ejus una cum principibus suis superna beneficia recognoscant, illiusque potentiæ non propriæ virtuti victoriæ decus attribuant, & propterea hæc, quæ summo optabamus affectu, huc usque nequiverimus adimplere, de unanimi consensu potentatuum prædictorum, attendentes quod magnitudo periculi, quod Occasione ipsorum infidelium Christianæ reipublicæ apertissime imminet, dissidentibus inter se Italis cæteris principibus, & populis Christianorum persuaderi non potest, quod durante bello Italico nationum principes aliarum ullum sint verisimiliter subsidium allaturi, opitulante Altissimo ad renovanda, roboranda, & si qua forte dubietas, si quis scrupulus inde emerserit reintegrandæ nationis Italicæ pacis, & unionis fœde-

ra eo enixius aſpiramus, quo per plures potentatuum ejusdem nationis legati apud nos pro hac re diuturno tempore inſtiterunt, & ad noſtrum paſtorale officium pertinet diſſidentibus Chriſtianis populis pacem indicere, pacem præferre, & prædicare, atque ſuperna nobis in hac parte poteſtate conceſſa illa obſervari facere, & tueri, juxta illud, quod inter cœtera in Deuteronomio præcepit Altiſſimus, ut ſi quid difficile & ambiguum foret in cauſis, & dubiis judiciis faciendis qvisque a ſacerdotibus poſtularet, & quæ illi dicerent procul dubio facerent nullique ſuperbire liceret, aut ſacerdotis imperio eo tempore, quo miniſtraret, ſub pœnis graviſſimis contraire, & quod in canone Agathenſis concilii legitur exaratum, quod ſi diſſidentes inter ſe ad pacem revocari diuturna obſtinatione nequirent, a ſacerdotibus civitatis argui oportere primum: qui ſi inimicitias deponere pernicioſa intentione contemnerent, de Eccleſiæ cœtu juſtiſſima excommunicatione pellerentur, in ipſo pacis auctore ſperantes indubie, quod filii prudentes illius eruditionis evangelicæ, qua Dominus dicit: Qui vos audit, me audit, nequaquam immemores paſtoris ſui præcipui vocem intelligentes, ad evitandum calamitates & pericula hujuscemodi atque majora, & ut bona plurima, ad quæ omnis noſtra aſpirat intentio, ſubſequantur, pacem pronis animis amplectentur; cum juxta beati Cypriani ſententiam nemo poſsit Deum habere placatum, qui cum fratribus non pacem ſed Zeli diſcordiam habet, nec non obedientiam debitam noſtris, immo verius dominicis monitis & mandatis ſaluberrimis utilitatem ipſorum præcipue & commoda concernentibus, exhibebunt, & in hoc etiam arduo difficilique negotio expeditionis prædictæ ſingularem illam devotionem, & fidei ſinceritatem, qua erga ſacroſanctam Romanam eccleſiam antedictam, & ſedem Apoſtolicam, ac illi pro tempore præſidentem amiſtitem habuerunt, experimento noviſſimo comprobabunt; tandem legatis omnibus potentatuum prædictorum apud nos longo tempore agentibus ac ſæpenumero cum omni charitate auditis poſt multos variosque tractatus præmiſſorum occaſione peractos ac ſuper his habitam, & ſæpius repetitam deliberationem maturam cum venerabilibus fratribus noſtris ejusdem Romanæ eccléſiæ Cardinalibus nobiſcum una provide conſiderantibus, neceſſarium atque expediens fore ad cohibendos Turcorum conatus prædictos, qui peccatis facientibus augeri videntur in dies, Vota multorum Regum principum, & potentatuum quod non aliter niſi pacata, ut præfertur, Italia huic communi periculo ſunt auxilia præbituri, in unam convenire ſententiam, unicam plurimorum potentiam efficere, viresque fidelium pro experientia præmiſſorum unanimiter experiri oportere, Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, & totius cœleſtis curiæ triumphantis, quorum præſidia pro gerendorum ſubſiſtentia humiliter imploramus, auctoritate, deque noſtræ & apoſtolicæ plenitudine poteſtatis inter univerſos Italiæ potentatus & principes, etiamſi regali, vel quavis alia præfulgeant dignitate, & præcipue inter charissimum in Chriſto filium noſtrum, Ferdinandum, Regem Siciliæ citra pharum, Regem illustrem, ac dilectos filios nobiles viros Chriſtophorum Maurum Venetorumque dominium, Galeas Mariam, Vicecomitem Mediolani, duces, & communitatem civitatis Florentinæ ipſorumque Regis, & ducum hæredes, & ſucceſſores pacem perpetuam ab eis omnibus, ipſisque adhærentibus, ſequacibus, & ſubditis eorundem inviolabiliter obſervandam, & infra triginta dierum ſpatium a publicatione præſentium acceptandam harum ſerie promulgamus, & declaramus, illamque ac etiam unitatem & concordiam perpetuam, omnemque armorum ceſſationem, & a quavis injuria, vel offenſa abſtinentiam, & quietem omnimodam eis & ipſorum cuilibet indicimus, nuntiamus, atque injungimus, integram & illæſam volentes, ac etiam decernentes, ipſosque potentatus, & principes nihilominus in Domino, & per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortantes, eisque ac dilecto filio Bartholomæo de Pergamo nonnullarum armigerarum gentium capitaneo, apoſtolica auctoritate mandantes, quatenus, pro ejusdem Salvatoris gloria & honore, ac noſtræ & ſedis Apoſtolicæ reverentia, Chriſtianæ reipublicæ, & univerſale bonum privatis commodis ante ponere, hoſtilia, quæ in alterutros concitata ſunt, arma deponant, & deponi faciant cum effectu, a via facti abſtineant, nec ſe invicem armis neque injuria provocent, ſed Regis pacifici ſe filios, & cohæredes eſſe commemorantes Chriſtianam pacem obſervent, fraterna ſe amplectantur charitate, & diligant repetentes animis, quod ex concordia parvæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur, ac nos qui etſi cum omnibus Chriſti fidelibus, prout officii noſtri debitum exigit, pacem continuo habuerimus, & annuente Domino, quantum ad nos attinet, ſimus in poſterum habituri, pro majori tamen firmitatis robore, & obſervantia præmiſſorum, continuatione quoque ejusdem, quam ſemper non partem fovere conſuevimus, ſed veluti mediatores, & conſervatores, quemadmodum providum decet paſtorem procurabimus, ſolicitabimus, tum etiam pro ipſorum potentatuum reputatione, & honore nos ipſos, & ſucceſſores noſtros canonice intrantes Romano Pontifici cum omnibus vaſallis, vicariis, dominiis, provinciis, civitatibus omnibus, terris & caſtris ipſarumque communitatibus, univerſitatibus, & ſubditis nobis mediate vel immediate ſubjectis ita in ipſa pace includi volumus, & prout ſingulis de principalioribus potentatibus ante dictis includimus, ita etiam nos ejusdem pacis conſervatores, protectores, & defenſores omnino etiam in poſterum promittimus.

Ut autem huic, ut ſperamus, acceptæ paci, & concordiæ potiora adjiciamus robora firmitatis, & ipſius perſeverantia enixius procuretur, atque altera & potiſſima noſtra intentio magnopere ponderanda, accelerandave, principalem tenens locum in noſtræ mentis arcano ſcilicet Chriſtianorum tuitio, & infidelium humiliatio ſuperborum cum ſperata converſione ad Dominum optatum quantocius ſortiatur effectum, inter Ferdinandum Regem, duces, dominium, & communitatem prædictos, nec non dilectum filium, nobilem virum Borſium, ducem Mutinæ & Marchionem Eſtenſem, ac quoſcumque alios principes, civitates, communitates, barones, milites & nobiles totius Italicæ nationis prædictæ, qui infra quinquaginta

dies

dies similiter a publicatione præsentium numerandos sub pace, concordia, unitate & confœderatione hujusmodi includi voluerint, & veluti concordiæ amatores sub ipsius pacis amœnitate lætari confœderationem, unionem, intelligentiam & ligam olim inter claræ memoriæ Alfonsum Aragonum, & Siciliæ Regem, quondam Franciscum foscari, & dominium Venetorum, Franciscum Sfortiam, Vicecomitem Mediolani, duces, & communitatem Florentiam prædictos initas ac perfirmatas, ac ipsum ducem Mutinæ postea acceptatas, & in quibusdam publicis instrumentis, in forma capitulorum confectis, contentas, auctoritate prædicta, ex certa scientia innovamus, reintegramus, stabilimus, & approbamus, ac ipsa confœderationis, unionis, & ligæ fœdera toto tempore in ipsis capitulis designato duratura, stabilita, ac firmissima esse decernimus, & non modo a potentatibus atque omnibus aliis, & singulis ante dictis, sed & a dictis filiis Senensis & Lucensis civitatum communitatibus, nec non quibus libet tam nostris, quam aliorum vasallis, vicariis, & subditis civitatum aliarum communitatibus, proceribus, principibus, baronibus, & nobilibus cujuscunque, ut præmittitur, eminentiæ, dignitatis, status, vel conditionis fuerint, infra similium quinquaginta dierum spatium includendis, & aggregandis, ac infra dictum terminum per documenta publica acceptantibus, quibus & eorum singulis honorabilem, & convenientem locum juxta ipsorum qualitates reservamus, & quos ea ex nunc prout ex tunc auctoritate, scientia, & potestate præmissis includimus & inclusos confœderatosque esse declaramus, præsentes inviolabiliter volumus observari; pro cujus rei stabilitate, & observantia potiori, nos cujus fiducia non in humanis præsidiis, sed tota consistit in Domino, qui nostros gressus pro sua clementia dirigit universalem Ecclesiam orthodoxam mirum in modum tuetur & protegit, inhærentes prædecessorum nostrorum vestigiis, qui sub ipso unitatis, & concordiæ inito fœdere bonis respectibus, ac ex rationabilibus, & urgentissimis causis tunc latius explicatis includi voluerunt, uniones, & confœderationes prædictas ratas habentes & gratas, illas tenore præsentium acceptamus, atque eis munus cœlestis benedictionis adiicimus cum inviolabili observantia præmissorum.

Præterea licet præsentis pacis concordiæve conditio, prout in misericordia Redemptoris nostri confidimus, universo Christianorum cœtui maxima allatura sit commoda, maximum Christianis omnibus robur, & contra detestabiles crucis, & fidei catholicæ eversores auctura sit animum, hostibus vero formidolosa & illatura terrorem; quia tamen tumidus & insolens hostis prædictus Turcorum dux multarum gentium, quas suæ tyrannidi subjugavit numerositate munitus est, ut illi præteritorum successuum prosperitate elato universi Christianorum potentatus, & principes præsertim ipsius Italicæ nationis eo efficacius, eoque validius resistere possint, & annuente Domino, gentem perfidam expugnare, atque a finibus Christianorum expellere, pro majori quoque robore & firmitate ipsius pacis Italiæ, utque pro tuitione fidelium aliquod initium præbeatur, eundem Bartholomæum maturi consilii virum strenuum, & fidelem nostrum, ac ipsorum potentatuum, quemadmodum alias pro reprimendis Turcorum eorundem conatibus tractatum & expedientissimum fore tam a nobis, quam ab oratoribus potentatuum eorundem laudatum extitit, nostris, ac ipsorum communibus stipendiis expeditionis hujusmodi contra Turcos prædictos generalem Capitaneum facimus, & deputamus, sibi stipendia per nos, & potentatus prædictos usque ad summam centum millium florenorum auri in hunc, qui sequitur, modum persolvendam constituentes, & assignantes, videlicet nos, ut aliis præbeamus exemplum in tribus terminis, scilicet aprilis, augusti & Decembris annuatim summam florenorum similium decem, & novem millium per Cameram apostolicam supra dictis Kalendis integre persolvendam dare, solvere, & assignare offerimus, & bona fide pollicemur; & similiter præfatus Rex Ferdinandus totidem: dux vero, & dominium Venetorum totidem: Galeas Sfortiar, Vicecomes dux Mediolani prædicti totidem: priores libertatis, vexillifer justitiæ, & commune ejusdem civitatis Florentinæ quindecim millium; reliqui vero tres prænominati adhærentes & confœderati novem millium, videlicet duo primi ex ipsis tribus quatuor mille pro quolibet, & communitas civitatis Lucanæ præfatas millium florenorum summas in eisdem terminis annuatim solvere teneantur, ita tamen quod idem Bartholomæus infra quinquaginta dierum spatium a notificatione præsentium computandorum communitati Florentinæ prædictæ, vel eorum sindico Dovadulæ, Mordianense vero, & Bubanum castra comitatus nostri Imolensis dilecto filio Tacco de Manfredis civitatis nostræ Imolensis in temporalibus generali vicario absque ulterioris morædispendio restituat, & restitui faciat cum effectu & insuper commissum sibi exercitum in Albaniam, sive regiones decernendas sibi per nos & potentatus prædictos pro defensione ejusdem Catholicæ fidei, & insolentiis infidelium reprimendis trajiciat, ac providi & fidelis capitanei more conducere, & alia ad opus fidei necessaria, & illius hostium propugnatione conficere, nec non opus Dei, & ejusdem fidei absque fraude, vel dolo prono & obsequenti animo pergere teneatur & debeat, sicuti consvevit, cui interim usque ad præfinitum tempus prædictum pro stativis & mansionibus expedienti sui tripartiti exercitus, & armigerarum gentium prædictarum, videlicet pro persona ipsius Bartholomæi & una tertia exercitus supradicti, Christophori Mauri ducis, & dominium Venetorum prædictorum ultra Padum: pro alia vero ducis Mutinensis, & marchionis ejusdem: pro reliqua autem tertia partibus civitatum nostrarum Forlivii Ravennatis, & Faventinæ territoria assignamus.

Volumus autem, quod idem Bartholomæus per se vel procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, de officio prædicto bene, diligenter, & fideliter exercendo in nostris, ac aliorum potentatuum prædictorum manibus fidelitatis debitæ corporale teneatur præstare in forma solita juramentum. Cæterum, ut præmissa omnia singula illibata serventur, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub anathematis, ac divinæ maledictionis interminatione, ac etiam interdicti sententiis, censuris, & pœnis partibus ipsis, earumque adhærentibus,

tibus, confœderatis, colligatis, fautoribus ſequacibus, & etiam colligandis, & confœderandis, atque aliis, quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum diſtrictius inhibemus, ne pacis, concordiæ, confœderationis, & unitatis fœdera hujusmodi per ſe, vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, quovis quæſito colore, aut quavis occaſione, vel eam violare, turbare, aut eis quovis modo contra facere, ſeu venire præſumant.

Erſi quod abſit, quisquam præmiſſæ noſtræ inhibitionis Contemptor, ſive pacis, concordiæ, confœderationis, & unitatis prædictarum temerarius violator extiterit, ſi talia præſumens ſingularis cujuscumque eminentiæ, aut dignitatis, ut præfertur, vel privata perſona fuerit, majoris excommunicationis, anathematis, & maledictionis æternæ ſententias, cenſuras & pœnas, quas ex nunc prout ex tunc in ipſos violatores, contemptores, atque rebelles ſententialiter ferimus, in his ſcriptis ipſo facto incurrant, a quibus, præterquam per nos, vel Succeſſores noſtros canonice intrantes, debita tamen prius Satisfactione præmiſſa, abſolutionis beneficium nequeant obtinere, ipſorum vero regna, & dominia, ducatus, marchionatus, comitatus, civitates, & loca, ac etiam quæcumque alia dominia, civitates, & oppida ſub libertate viventes, eorumque communitates, et univerſitates interdictio in eis ſtrictiſſimo obſervando ſubjaceant, & nihilominus pacis, concordiæ, confœderationis, unionis, et ligæ prædictarum fœdera, quoad reliquos potentatus, et confœderatos illa ſervantes violata minime cenſeantur; ſed contemptore, violatore, & rebelli uno, vel pluribus excluſo, vel excluſis, pax, concordia, confœderatio, unio et liga prædictæ quoad alios potentatus, & confœderatos firmae, ſtabiles, et illibatæ perdurent juxta præmiſſa, & capitulorum continentiam prædictorum, adjicientes etiam ſupra dictis, quod ſi hoſtis antiqui proditoris calliditate praemiſſorum occaſione ambiguitatem aliquam ſeu ex verborum ſignificatione, vel alias dubietatis ſcrupulum exoriri contingat forſitan in futurum, nobis & ipſis ſucceſſoribus ſit libera, & plena facultas, pro ipſarum partium quiete, ac pacis, concordiae, confœderationis, & ligae praedictarum ſubſiſtentia, & obſervantia firmiori, omnes & ſingulas ambiguitates, et dubia noſtrae declarationis Oraculo tollere, et penitus amputare, interque potentatus ipſos differentias, controverſias et ſimultates, ſi, quod abſit, occaſione praemiſſorum emerſerint, dirimere, terminare, ac decidere, prout nobis, et eisdem ſucceſſoribus pro omnium praemiſſorum ſubſiſtentia neceſſarium viſum fuerit, ac etiam opportunum, capitulis ligae alias in ſuo robore permanentibus. Nulli ergo, &c. Datum Romae apud S. Marcum anno incarnationis dominicae MCCCCLXVII. IV. non. februarii pontificatus noſtri anno IV.

XV.

Tractatus de pace publica inter Principes Italiæ in Inſtrumento ſuper eisdem tractatibus confecto nominatos facienda, Romæ An. 1467. incepti & tandem die 8. Maji An. 1468. abſoluti, quibus varia approbationis & nominationis fœderatorum atque ſociorum Diplomata eodem anno data acceſſerunt.

In Nomine Domini Amen.

ANno milleſimo quadringentiſimo ſexageſimo octavo, indictione prima, die Veneris decima Septima menſis Junii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri Domini Pauli divina Providentia Papæ ſecundi Anno quarto, Noverint. univerſi præſentes, et futuri hoc publicum Inſtrumentum inſpecturi, quod cum Sanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Paulus Papa ſecundus Supradictus pet ſuas Litteras datas Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo CCCC. LXVII. quarto Nonas Februarii Pontificatus ſui anno quarto, de Omnipotentis DEi, et Beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli auctoritate et ſuæ ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex juſtis rationibus, et cauſis in ipſis Litteris expreſſis inter univerſos, & ſingulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam ſi regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, et præcipue inter Sereniſſimum, & Invictiſſimum Dominum Dominum Ferdinandum, Regem Siciliæ, ac Illuſtriſſimum, et Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro, Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum; et ſimiliter illuſtriſſimum et Excellentiſſimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sforziam, Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, et illuſtrem et Excelſam Communitatem Florentinorum ipſorumque Dominorum Regis Ducum et Communitatis ſucceſſores, et hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus et ſingulis ipſorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, et Subditis inviolabilitet obſervandam publicaverit, promulgaverit, et declaraverit, quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cæli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem et Dominum F. Sancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem, publicari juſſit, et deinde die vigeſima quinta menſis Aprilis Anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo in qua Feſtum ſancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia Sancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit poſt Miſſarum ſolemnia prædictorum Dominorum Regis Ducum, & Communitatis Oratores ante ejus Sanctitatis præſentiam conſtituti ob Apoſtolicæ ſedis, et ſuae Sanctitatis reverentiam Pacem prædictam per Contractum et Capitula mutuis ſtipulationibus fieret fieri conſuevit poſtea firmandam ſponte, et reverenter acceptaverint, approbaverint

et

et emologaverint, ac ſucceſive die octava menſis Maii Anno praedicto. Idem Sanctiſſimus Dominus noſter tamquam omnium Pater univerſalis et Caput ad tollendum difficultates quaslibet, et quo facilius ad ipſammet inheundam contrahendamque Pacem, cujus laudabili exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui ſtatus temporalis ſecuritate Felicis etiam Recordationis Domini Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis prædeceſſoris veſtigiis inherere volens, et ut comodius, faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra impiiſſimos Turcas intendi valeat Pacem ejusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire, et protegere, ſed etiam ſe ipſum in eadem Pace partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, contrahere dignatus fuerit, quemadmodum ſua Beatitudo, et dictorum Dominorum Regis, Ducum, et Communitatis Oratores ad id ſpecialem poteſtatem habentes inierunt, firmarunt, contraxerunt, prout in Capitulis, et Inſtrumentis inde per Nos infraſcriptos, et certos alios publicos Notarios confectis plenius continetur. Cumque inter Capitula Pacis prædictæ tria ſint tenoris qui infra de verbo ad verbum ſequitur:

Item convenerunt prædictæ partes nominibus, quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum incipiendo à die ſtipulationis hujus Contractus, teneantur declarare, et intimare hinc inde Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, et Recommendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida et autentica per publica Inſtrumenta vel Litteras ratificari per eorum Principales, & ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item Partes prædictæ convenerunt quod omnibus & ſingulis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fulgentibus & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium pacem etiam ut principales intrare, & illa gaudere cum omnibus & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia conſiſtentibus dumtaxat. Præfati Sereniſſimus Dominus Rex, ac Dominium Venetorum, nec non Illuſtris ac Eccelſa Communitas Florentiæ volentes promiſſionibus per ſupradictos eorum Oratores, Procuratores & Sindicos in prædictæ Pacis Contractu ipſorum nominibus factis, & conventis plene ſatisfacere, Præfatus videlicet Sereniſſimus Rex per Reverendum Patrem Dominum Petrum Guillielmum Rocha Prothonotarium & Referendarium Apoſtolicum, ac ſui Sacri Conſilii Præſidentem, & in Romana Curia ad præſens Oratorem, & Procuratorem, & Mandatarium cum pleniſſimo Mandato, & poteſtate ad infraſcripta peragenda ſpecialiter conſtitutum per ejus Majeſtatis patentes Litteras, datas in Caſtello novo Civitatis Neapolis die ſecunda Menſis Junii præſentis anni ſua Regia, & Spectabilis Domini Antonelli de Petruciis, &c. manibus ſubſcriptas, ac Magno ſuæ Majeſtatis pendente Sigillo munitas, quæ ibidem ad omnium aſtantium plenam intelligentiam lectæ fuerunt, & quæ infra de verbo ad verbum inſertæ ſunt Pacis prædictæ, & omnium & ſingulorum in ea inſtrumentisque ſuper ea confectis contentorum Ratificationem per ſuam Majeſtatem in, & per easdem Litteras ſpecialiter, & ſpecifice factam Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ præfato & Magnifico Equiti Domino Petro Mauroceno Patritio Veneto illuſtriſſimi Domini Ducis, & Dominii Venetorum Oratori, & Sindico ac Procuratori ad id active, & paſſive agendum Mandatum ſpeciale, quod tunc ſimiliter alta, & intelligibili voce lectum fuit, & quod infra de verbo ad verbum inſeretur, habenti. Nec non Magnifico etiam Equiti & Doctori, Domino Othoni Lapi de Nicolinis Oratori, & Sindico, ac Procuratori Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſimiliter ad id active, & paſſive agendum ſpeciale Mandatum quod tunc eodem modo lectum fuit, & quod infra etiam ad verbum inſeretur, habenti, omnibus ſimul, & ſingulis de per ſe in eodem tamen loco permanentibus intimavit, & notificavit. Cum nondum eſſet lapſum tempus quadraginta dierum in Capitulo ſupra inſerto deſignatum ſimiliter etiam præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Dominium Venetorum per ſupradictum Magnificum Dominum Petrum Mauroceno Oratorem & Sindicum ac Procuratorem præfatum Ratificationem, Approbationem & Confirmationem & Emologationem Pacis ejusdem, & omnium ac ſingulorum in alio Inſtrumento deſuper manu Ser. Dionifii Floriano quondam Ser. Nicolai de Venetiis publici Notarii die decima præſentis menſis Junii ſtipulato, quod infra etiam inſertum eſt contentorum. Eisdem Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Reverendo Patri Domino Petro Guillelmo Roccha, Prothonotario & Referendario Conſilii Præſidenti, Oratori, ac Procuratori Sereniſſimi Domini Regis plenam ad id active & paſſive agendum facultatem ex eisdem litteris habenti. Nec non Magnifico Domino Othoni Oratori, Sindico & Procuratori Excelſæ Communitatis Florentiæ ſimiliter plenam facultatem ad id active & paſſive agendum ex alio Inſtrumento tunc lecto & infra inſerto, habenti, præfatis omnibus ſimul & ſingulariter ſingulis in eodem loco tamen permanentibus intimavit, & pari modo ſupradicta Illuſtris & Excelſa Communitas Florentiæ per ſupradictum Magnificum Dominum Othonem Oratorem, Sindicum, & Procuratorem eorum præfatum ſimilem ejusdem Pacis cum omnibus partibus, & effectibus in omnibus, & per omnia, de quibus, & quemadmodum in ipſius Pacis Inſtrumento continetur, & ſcriptum eſt, Ratificationem, Approbationem, Emologationem & Confirmationem per publicum Inſtrumentum manu Ser. Bartholomæi olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis publici Notarii Florentiæ die quarta præſentis menſis Junii ſtipulatum tunc etiam prælectum; & infra de verbo ad verbum inſertum, factam ſepedictis Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Reverendo Domino Prothonotario Roccha Regio, nec non Magnifico Domino Petro Mauroceno Venetorum Oratoribus, & Procuratoribus, ac Sindico intimavit omnibus, & ſingulis

gulis simul, ac singulis eorum de per se in eodem tamen loco permanentibus. Præfatus autem Sanctissimus Dominus noster Papa auditis, & plene intellectis omnibus præmissis, facta enim sunt in ejus Sanctitatis conspectu & Camera secreta firmiter, & constanter prosequens suum primum pium, ac gloriosum propositum nihil permittendi, quod ad prædictæ Pacis soliditatem, & firmitatem pertineat pro satisfactione intimationis sibi factæ, quod de juris peritorum etiam ad præsens negotium Pacis interesse habentium judicio & consilio se facere asseruit, legit cedulam, quam habebat in manibus & quam perlectam tradidit nobis Notariis infrascriptis in præsenti Instrumento inserendam. Erat autem ejus tenor, qui sequitur de verbo ad verbum videlicet.

Quia non videtur necessaria responsio, propterea tacemus. Nolumus tamen, quod nostra taciturnitas habeat afferre aliquod præjuditium contentis in Contractu & Conclusione Pacis, quam longo tempore multis laboribus impensis, & vigiliis auctoritate Apostolica procuravimus, & qua media intendimus DEO propitio rem fidei Christianæ contra immanissimos Turcas diligenter agere, & feliciter prosequi pro salute omnium Christianorum. Subsequenter autem ad hæc cum Magnificus Dominus Petrus Muroceno Orator Venetus exivisset de præfata Camera & a præfato Sanctissimi Domini nostri Papæ conspectu eandem Cameram, & ante eundem conspectum illico intraverunt Magnifici Juris utriusque Doctores Dominus Johannes Jacobus Ritius Papiensis Consiliarius, & Dominus Johannes Andreas de Cagnolis, Mediolanensis, Illustrissimi & Excellentissimi Principis Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini Oratores, Procuratores, Sindici, & Mandatarii spetialiter & expresse, ac specifice constituti ad acceptationem, & Ratificationem Pacis suprædictæ per præfatum illustrissimum Dominum Ducem Mediolani factam, & item nominationem Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, Recommendatorum, & Complicum ejus una cum Confederationum & obligationum, quibus tenetur Serenissimo Domino Regi Francorum & Serenissimæ Ligæ italiæ, & certis aliis reservationibus, notificandum, præsentandum, & intimandum coram præfatis Sanctissimo & Magnifico Oratore, seu Oratoribus Illustrissimi Domini Ducis & Domini Venetorum, nec non Serenissimo Domino Ferdinando Rege, & Excelsa Communitate Florentina, aut eorum Oratoribus, prout de dicto eorum Mandato constat patentibus Litteris præfati illustrissimi Domini Ducis Mediolani propria manu subscriptis, & magno rotundo sigillo in alba Cerra signatis, ibidem tunc alta voce lectis, & infra ad verbum insertis. Quidquid Domini Oratores, & Mandatarii, præter, & ultra præsentationem, & exhibitionem suprascripti eorum Mandati seu Litterarum, præsentaverunt etiam alia duo publica instrumenta per Magnificum Virum Cichum Simonettam, publicum Notarium, & ejusdem illustrissimi Domini Ducis Secretarium eadem die vicesima septima mensis Maji proxime præteriti stipulata & magno rotundo sigillo ejusdem Domini Ducis signata. In quorum altero Ratificatio Pacis sepedictæ per eundem Illustrissimum Dominum Ducem Mediolanicum, prædictis reservationibus, & limitationibus facta continetur; in altero vero specificantur nomina, & cognomina omnium, & singulorum, quos idem Dominus Dux ad prædictam Pacem nominavit pro suis Colligatis, Confæderatis, Adhærentibus, Complicibus, & Recommendatis, quorum tenores infra de verbo ad verbum sunt inserti ad quæ Instrumenta se referentes præfati duo Domini Oratores Sanctissimo Domino nostro præfato, & aliis illic existentibus Oratoribus, videlicet Reverendo Domino Prothonotario Roccha, & Magnifico Domino Othoni sæpedictis simul & eorum singulis singulariter intimaverunt tam Pacis ratificationem, ut præmittitur, factam, quam prædictam denominationem. Cum autem inter sic nominatos Confederatos, & Colligatos ejusdem Domini Ducis sint, & exprimantur Illustris, & Potens Dominus Federicus Comes Urbini pro Statu, & Terris suis, & Illustr. Dominus Alexander Sfortia pro Pisauro, & Terris suis, Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Anchonæ, Magnificus & Potens Dominus Thadeus Incola &c. Qui omnes Domini & Communitates sunt immediate Subditi Sanctissimi Domini nostri Papæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Præfatus Sanctissimus Dominus noster Papa, ut audivit, dixit Dominis, Oratoribus prædictis, & aliis omnibus ibidem præsentibus, non esse justum, neque conveniens, quod aliquis Potentatuum in Pace prædicta comprehensorum nomine alterius Potentatus similiter in dicta Pace comprehensi Subditos pro Confederatis, Colligatis aut Adhærentibus, vel Complicibus &c. & quod protestabatur ex tunc talem nominationem non debere valere, nec tenere, quoad prædictos Subditos suæ Sanctitatis, & sic non admittere nisi, si & in quantum de jure teneatur aut debeat. Et casu quo de jure admittere debeat ejus Sanctitas, ex tunc, & a simili nominabat, & nominavit pro suis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Confederatis, & Colligatis Magnificas Communitates Papiensem, Laudensem, Parmensem, Novanensem & Teribnensem, & earum omnium, & singularum Populos, & Communitates, reservata sibi usque in finem termini in predicto Capitulo expressi, ulteriori facultate nominandi alios quoscunque voluerit. Declaravit tamen ejus Sanctitas suæ intentionis eatenus numquam fuisse, neque esse velle nominare aliquem Subditum alicujus aliorum Potentatuum prædictorum, nisi quatenus aliorum in simili casu factæ, aut faciendæ nominationis eam ad id impellant. His autem peractis Reverendus Pater Dominus Petrus Guilelmus Rocha Protonotarius Orator, qui supra, & similiter Magnificus Dominus Otho Orator jam sæpedictus præfatis Magnificis Dominis Johanni Jacobo, & Johanni Andreæ Oratoribus Domini Ducis Mediolani præfati intimaverunt Ratificationes per prædictum Serenissimum Dominum Regem & Excelsam Communitatem Florentinam Principales suos factas, sicut præmissum est. Præfatus vero Sanctissimus Dominus noster Papa repetita de manibus nostris cedula supra inserta, eam rursus in responsionem dictorum Dominorum Oratorum Domini Ducis

Medio-

Digitized by Google

Mediolani, ſicut prius fecerat, ſe id de Juris Peritorum etiam in ipſo negotio Pacis intereſſe habentium, judicio & Conſilio facere, eandemque nobis Notariis prædictis reſtituit ſic, ut præmiſſum eſt, inſerendam. Cum autem eadem ejus Sanctitas, ut aſſeruit, ex lectione Mandatorum Singulorum ex dictis Oratoribus per alterum ex nobis infraſcriptis Notariis omnibus audientibus ibidem perlectorum deprehendiſſet Mandatum præfatorum Dominorum Oratorum Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, quo ad continentia trium ex Capitulis præfatis, quorum tenores inferius inſerti ſunt, non usquequaque correſpondere certæ conventioni poſt Celebrationem Pacis prædictæ die ſecunda menſis Junii præſentis, ut tunc narravit, & aſſeruit inter ejusdem Sanctitatem & Dominos Oratores Sereniſſimi Domini Regis & Excelſæ Communitatis Florentinæ ibidem præſentes, ac Magnificum Dominum Laurentium de Terrentiis de Piſauro in contrahenda præfata Pace & ipſa conventione facienda adhuc ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Oratorem, Procuratorem, & Mandatarium ſufficiens Mandatum habentem, quem etiam ibidem vocari fecit de Communi ipſorum omnium conſenſu, conſilio, & voluntate ac judicio factæ & conventæ videlicet. Quod non obſtante, quod in ipſis Capitulis diceretur, & dicatur, quod declarationes, & intimationes Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, & Recommendatorum. Et ſimiliter intimatio Ratificationis & Approbationis dictæ Pacis infra ſuos Terminos fieri debeant, & intimari hinc inde. Nihilominus pro majori commoditate ipſarum omnium Partium, & propter alios bonos, & laudabiles reſpectus, tam declarationes, & intimationes Colligatorum, Confœderatorum, Adhærentium, & Recommendatorum, quam Intimatio Ratificationis Pacis prædictæ aliaque quæ ex forma ipſorum Capitulorum intimanda ſunt, fieri poſſint, & debeant hic in Alma Urbe, in ipſius Sanctitatis, & eorumdem, aut aliorum prædictorum Dominorum Regis, Ducum, Dominii, & Communitatis Oratorum, quos tunc hic eſſe contingeret præſentia, & conſpectu active, & paſſive, & quod ſic factæ valeant ad plenam & omnimodam ſatisfactionem formarum eorundem Capitulorum quoad præfatam intimationem, videretque non eſſe amplius poſſibile pro anguſtia imminentium jam terminorum præfatorum, quod hi, qui hucusque non deſtinaverant ſuos Oratores, aut Nuntios ad prædictas intimationes ſingulis eorumdem Regis, Ducum, & Communitatis faciendas, poſſint eas intra debitum tempus peragere attento maxime, quod tam præfatus Sereniſſimus Dominus Rex, quam Illuſtriſſimus Dominus, Dux Venetiarum, & Illuſtris Communitas Florentinorum prætextu, & ratione prædictæ Conventionis die ſecunda menſis Junii præſentis factæ dederunt eorum Oratoribus & Mandatariis præfatis plenam facultatem ad easdem intimationes ſic, ut præmittitur, in ejus Sanctitatis Conſpectu faciendæ active, & paſſive, ex eo quod provide conſideraret eo voluiſſe non debere alibi quam in dicto conſpectu fieri tales intimationes, cum exiſtiment ipſas debere ibidem fieri active & paſſive, ut prædicitur, volens, & intendens tali in commodo emergenti opportune ratione media providere præfatis Magnificis Dominis Johanni Jacobo Ritio, & Domino Johanni Andreæ de Cagnolis Oratoribus antedictis nuper huc miſſis, & præfatis Regio, & Venetorum ac Florentinorum Oratoribus, & Domino Laurentio de Piſauro antedicto, & Nobis Notariis infraſcriptis videntibus & audientibus expoſuit Conventionem eandem prædicta die ſecunda Junii antedicti, ſicut præmiſſum eſt, factam fuiſſe de eorum omnium, & ſingulorum, qui tunc erant in Urbe conſilio, conſenſu, voluntate & judicio propter cauſas, & reſpectus præmiſſos. Et quod idem omnes, & ſinguli dicti Oratores promiſerunt tunc de eodem ſic facta Conventione celeriter dare notitiam per Litteras eorum Principalibus præfatis; interrogavitque eos ſingulos ſingulariter videlicet primo præfatum Reverendum Patrem Ducem Petrum Guillelmum Roccha, Prothonotarium Oratorem Regium, & deinde dictum Magnificum Dominum Petrum Maurocenum Oratorem Venetum ad finem, & effectum infraſcriptæ teſtificationis faciendæ ad eundem ſuæ ſanctitatis conſpectum revocatum; & intromiſſum, & ſucceſsive prædictum Magnificum Dominum Othonem Oratorem Florentinorum, & poſtremo dictum Dominum Laurentium de Terrentiis de Piſauro ibi, ſicut præmiſſum eſt, vocatum, an conventio ſupraſcripta dicta die ſecunda menſis Junii ſit, ut præmittitur, inter ipſius Sanctitatem, & eos omnes, & ſingulos ita, ut ejus Sanctitas tunc dumtaxat, ut ſupraſcriptum eſt, facta fuerit, requirens eos, ut ſuper eo de veritate perhiberent teſtimonium, Qui quidem Domini Oratores, & primo Dominus Petrus Guillelmus Roccha, Prothonotarius, & Orator prædictus & deinde Magnificus Dominus Petrus Maurocenus, ac Succesſive Magnificus Dominus Otho, Oratores ſupraſcripti, ſic, ut præmittitur, interrogati, & requiſiti, ratificando, dixerunt, & aſſeruerunt verum eſſe, quod die ſecunda Junii Conventio prædicta ita facta fuit, ſicut ejus Sanctitas dixerat in omnibus, & per omnia, & quod quilibet ipſorum de ea ſcripſerat ſuis Principalibus & etiam miſerat quandam notam Inſtrumenti, in & ſuper facultate, & poteſtate ad præmiſſa omnia & ſingula agendum per dictos eorum Principales mittenda, prout ipſa Inſtrumenta miſſa eis ſunt eidem notæ conformia, vel quaſi, & quæ Inſtrumenta ibidem paulo ante perlecta fuerant, ad quæ ſe retulerunt. Similiter etiam prædictus Dominus Laurentius de Terrentiis de Piſauro olim Orator præfati Domini Ducis eodem modo interrogatus & requiſitus teſtificando dixit, & aſſeruit verum fuiſſe, & eſſe, quod ſepedicta die ſecunda menſis Junii dicta Conventio ita geſta fuerat, quemadmodum Sanctiſſimus Dominus noſter Papa retulerat, & prædicti Domini Oratores fuerant teſtificati, & quod ipſe diverſas Litteras ſuper eadem re ad plenum ſcripſerat prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci ſuo Principali, & Domino, & quod non poterat cogitare cauſam, quare ad ejusmodi ſuas Litteras reſponſum aut ſaltem mandata præfatis duobus Dominis Oratoribus data non fuerant ad tenorem ejusdem Conventionis adaptata. Quia ſicut præmittitur plene, & ad liquidum ſcripſerat, & habebat ſic ſcriptarum Litterarum Regiſtrum,

quod

Digitized by Google

quod obtulit exhibere, si opus esset. Quibus sic dictis Sanctissimus Dominus noster solemniter & expresse protestatus fuit, & protestabatur, quod quandocunque hæc intimatio & ratificatio Pacis, & aliorum contentorum in Capitulis Conventionis Pacis aliter, quam ut præmittitur facta non fuerit per suam Sanctitatem, ac alios Potentatus non debeat in aliquo præjudicare præfato Contractui Pacis, aut eisdem partibus. Iidem autem Magnifici Domini Oratores Illustrissimi Domini Ducis Mediolani rursus ad ea cum Summa reverentia, & submissione responderunt ejus Sanctitati, quod talis protestatio non videbatur eis necessaria, quia cum ejus Sanctitas Pater, & Caput, ac Dominus ipsorum omnium Potentatuum sicut cæterorum Christianorum, esset, ipsique omnes & præcipue præfatus Illustrissimus eorum Dux essent ejus Sanctitatis devotissimi filii, non videbatur eis requirendum ab ipsius Sanctitate, quod ad unguem servaret circumstantias contentorum in præfatis Capitulis, sicut erat illud de Intimatione, & Ratificatione Pacis, & Declaratione & Intimatione Confœderatorum, &c. hic in Urbe, vel alibi faciendis, & quod pro eo, quod spectaret ad præfatum eorum Ducem, ipsi non dubitabant, imo tenebant pro certo, & promittebant ejus Sanctitati, quod futurus esset bene contentus de Ratificatione, & intimatione tunc facta, & Declaratione, seu nominatione, & intimatione Confœderatorum, ac aliis ejusmodi imposterum ibidem, tam per ejus Sanctitatem quam per dictos alios Dominos Oratores faciendis. Quamquam ipsi super eo non haberent aliquod Mandatum, quod certissime tenebant eveniſſe solum, quia idem eorum Dominus Dux non fuerat debite informatus, aut bene non intellexerat mentem ejus Sanctitatis super eo, & deliberationem ac Conventionem per eam, & dictos alios Dominos Oratores prædicta die secunda præsentis mensis factam circa ipsum Negocium Ratificationis, & Declarationis, ac Intimationis faciendæ. De quibus omnibus & singulis sic ut præmittitur, per ejus Sanctitatem, ac præfatos Dominos Oratores, & Dominum Laurentium actis, gestis, responsis, & testificatis, ac assertis præfatus Sanctissimus Dominus noster Papa mandavit Nobis Notariis publicis, & infrascriptis, & praedicti Oratores singulariter, prout ad unumquemque eorum spectabat, requisierunt tam pro suo, quam aliorum omnium & singulorum quomodolibet habentium, vel imposterum habiturorum interesse, ut unum, & plura conficeremus publica Instrumenta ejusdem tenoris, ad futuram rei memoriam. Tenores vero Litterarum Regiarum, & Instrumentorum publicorum, de quibus supra facta est mentio sequuntur ad verbum, & sunt tales videlicet:

Ferdinandus Dei Gratia Rex Siciliae, Hierusalem, et Hungariæ Universis et singulis praesentem seriem inspecturis pateat evidenter. Quod cum superioribus mensibus motis tunc per nonnullos Italiae Potentatus et Principes Armis magna bellorum pericula imminere viderentur nisi eis celeris Pacis remedio occurreretur Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster, Dominus Paulus, Divina Providentia Papa secundus, prout in Apostolicis inde confectis Litteris sub data Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicae millesimo CCCC. sexagesimo septimo, quarto Nonas Februarii Pontificatus sui Anno quarto quas eadem die, qua fuit Festum Purificationis Beatae Mariae Virginis in Ecclesia Sanctae Mariae de Ara Caelli de Urbe solemniter publicari fecit inter universos Italiae Potentatus, et Principes etiamsi Regali vel quavis alia perfulgerent dignitate, et præcipue inter Illustrissimum et Excellentissimum Principem, Dominum Christophorum Mauro, Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, et similiter inter Illustrissimum et Excellentissimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sfortiam, Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, & Illustrem ac Excelsam Communitatem Florentinorum, & Nos ipsorum quoque Ducum, & Communitatis, ac nostri hæredes & Successores, Pacem perpetuam ab eis & nobis omnibus, eorumque ac nostris colligatis, Adhærentibus, Sequacibus & Subditis inviolabiliter observandam promulgaverit, & declaraverit, ipsamque Pacem per contractum, et Capitula mutuis stipulationibus, sicut consuevit fieri postmodum firmandam, depositis hinc inde odiis, et rancoribus, ac remissis vicissim injuriis et damnorum illatione cum restitutione tamen Castrorum, et Locorum hinc inde ablatorum, ac salvis semper, et integris manentibus juribus Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, et utrique parti in illis vel in aliquo ipsorum competentibus. Oratores, Procuratores, et Sindici præfatorum Ducum, Dominii, Communitatis et nostri ad hæc sufficienti potestate suffulti olim die vicesima quinta mensis Aprilis proxime præteriti, quæ fuit dies lunæ, qua Festum Sancti Marci Evangelistæ in dicta Ecclesia celebratum extitit post Missarum solemnia juxta voluntatem, et exortationes præfati Sanctissimi Domini nostri emologaverint, ratificaverint acceptaverint et approbaverint: Et exinde eodem anno Domini millesimo CCCC. LXVIII. Indictione prima die vero octava mensis Maji inter sextam, et septimam horam noctis in quorundam Notariorum publicorum et testium ad id vocatorum et rogatorum præsentia, constituti omnes, et singuli Oratores prædicti coram præfato Sanctissimo Domino nostro Papa animo, et intentione, ac ad finem, ut Pacem eandem, ut præmittitur, vicesima quinta mensis Aprilis in Ecclesia sancti Marci inter eos initam juxta conventionem tunc habitam in Capitula, et Instrumentum publicum deducerent, celebrarent et firmarent, et publice stipulari facerent, idem Sanctissimus Dominus noster, quamvis cum omnibus Pacem habuerit, et haberet, ut patet universalis illam servaverit, et servaret, nihilominus volens inhærere vestigiis felicis Recordationis Nicolai Papæ quinti suæ Sanctitatis Prædecessoris, qui Publicam Italiæ Pacem tunc etiam confectam inivit, contraxit, recepit, acceptavit, benedixit approbavit, et confirmavit ut commodius Reipublicæ Christianorum adversus Impios Turcas consuli, faciliusque expeditioni Exercitus Christianorum contra eosdem Turcas intendi valeat et possit ad tollendum difficultates alias, quæ inter partes oriebantur ut exemplo ipsius Pacem spetialiter contrahentis facilius ad ipsam Pacem acceptan-

Digitized by Google

ptandam inducerentur, ac etiam pro ſecuritate ſui ſtatus temporalis, et ad honorandum omnes et ſingulos Potentatus ac ad majorem futuram ipſius Pacis firmitatem, Pacem eandem, ſicut præfertur ratificatam, et acceptatam Apoſtolicæ Sedis, ac ſuæ Sanctitatis præheminentia, dignitate, auctoritate, et reverentia ſemper ſalvis, motu proprio, et ex certa animi ſcientia ſponte, et libere inire, et contrahere pro ejusdem Dominio temporali, ut infra latius declaratur, propoſuit, et inde ad laudem, et reverentiam Omnipotentis DEI, et Glorioſæ Virginis Mariæ ejus Matris, ac Sacroſanctæ Romanæ, et Univerſalis Eccleſiæ Matris, et Magiſtræ omnium Chriſtianorum ejusque Patronorum Beatorum Apoſtolorum Petri, et Pauli, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Johannis Baptiſtæ, Sanctorum Marci Evangeliſtæ, et Ambroſii Epiſcopi, et Confeſſoris totiusque Curiæ Cæleſtis triumphantis et ad perpetuam Italiæ Pacem, et infraſcriptarum Partium, Statuumque, Terrarum quietem et tranquillitatem Præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter pro ſe et Succeſſoribus ſuis canonice intrantibus, Romanis Pontificibus, ſuisque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis, et Stipendiariis ex una et Reverendus Pater Petrus Guillelmus Rocca Apoſtolicus Prothonotarius et Referendarius ac noſtri Sacri Concilii Præſidens, et Magnificus Nicolaus Antonius de Montibus de Capua, Legum Doctor, noſtri Magni Camerarii, Regni Siciliæ Locumtenens, noſtri Conſiliarii, Oratores, Procuratores et Mandatarii pro nobis, noſtrisque filiis, et hæredibus ac Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, et Reccommendatis, Subditis et Stipendiariis, ex una alia; et Magnificus Petrus Maurocenus, quondam Domini Marci Patritius Venetus, ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis et inclyti Dominii Venetorum Orator, Sindicus, Procurator & Mandatarius pro ipſo Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Duce ejusque Succeſſoribus, & Dominio Venetorum, eorumque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis, & Stipendiariis ex una alia; & Magnificus Laurentius de Terrentiis Piſaurienſis Eques, & Juris utriusque Doctor, Conſiliarius, Orator, Procurator & Mandatarius præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini pro ipſo Domino Duce ejusque filiis, hæredibus, & Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis & Stipendiariis ex una alia; & Magnificus Otho Lapi de Nicolinis Eques, & Juris Conſultus, Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentinorum Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius pro Communitate Florentinorum, eorumque Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Reccommendatis, Subditis & Stipendiariis ex una alia partibus ſponte & ex certa ſcientia, & non per errorem, omni meliori via, & modo, quibus potuerunt coram Notariis & Teſtibus ad id vocatis, & rogatis inierunt, fecerunt contraxerunt, & firmaverunt unam veram, puram, finceram, & inviolabilem Pacem DEO dante, perpetuis temporibus duraturam cum Capitulis, pactis, Conditionibus, modis, formis, promiſſionibus, obligationibus & Clauſulis in Inſtrumento ſeu Inſtrumentis exinde confectis, contentis. Et inter cætera Capitula Pacis ejusdem contineatur, quod Pax ipſa infra terminum quadraginta dierum tunc proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras per Principales ipſorum Oratorum, Procuratorum & Sindicorum ratificari, & ratificatio hujusmodi intimari debeat. Nos propterea volentes omnia, quæ noſtro nomine per dictos noſtros Oratores, Procuratores & Mandatarios propterea, ſicut promiſſa, adimplere, & integraliter obſervare, ex certa ſcientia, animoque deliberato omni modo, via, jure, & forma, quibus melius potuimus, & poſſumus, ratificamus Pacem prædictam cum omnibus, & ſingulis in ea ejusque Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis contentis, de quibus omnibus & ſingulis habuimus, & habemus plenam ſufficientemque notitiam, ac omnia & ſingula in Inſtrumento, ſeu Inſtrumentis inde confectis contenta, & promiſſa per præfatos noſtros Oratores, Procuratores & Mandatarios, firma & rata habere promittimus, & firmiter attendere & inviolabiliter obſervare. Mandantes propterea earundem tenore præſentium præfato Reverendo in Chriſto Patri Petro Guillelmo Roccha, quem ad hæc noſtrum Procuratorem omni modo, quo melius fieri poteſt, ſpetialiter conſtituimus, quatenus noſtro nomine, & pro nobis hujusmodi noſtram ratificationem infra tempus prædictum intimare debeat præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, & Oratoribus, Procuratoribus & Mandatariis in Romana Curia præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum & Dominii Venetorum, ac Mediolani, & Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentinorum, & alia facere ad quæ ex ſupra dicto Capitulo propterea teneremur. Et de his quæ propterea agenda duxerit inde confici facere unum, ſive plura publicum Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta pro noſtri, & omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit, certitudine, & cautela, nec non pro reverentia Sedis Apoſtolicæ ac Beatitudinis præfati Domini noſtri faciliorique expeditione & complemento propterea agendorum volumus, & eidem Procuratori noſtro earum tenore præſentium expreſſe concedimus, quod infra dictum quadraginta dierum terminum eidem pro nobis intimari poſſit, & valeat Ratificatio ſive Ratificationes Pacis prædictæ quæ per Principales prædictos dictorum aliorum Procuratorum Sindicorum & Mandatariorum, juxta tenorem præmentionati Capituli facta fuerit, ſive factæ fuerint infra terminum ſupradictum, quodque intimatio inde ſibi propterea facta ſeu intimationes hujusmodi, quæ inde ipſi Procuratori noſtro fieri contigerit pro parte ipſorum Principalium ſcilicet Illuſtriſſimi Ducis & Dominii Venetorum Illuſtriſſimi Ducis Mediolani & illuſtris et Excelſæ Communitatis Florentiæ conjunctim, vel diviſim perinde habeantur, ac ſi nobis perſonaliter fierent, vel factæ fuerint. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & magno Majeſtatis noſtræ pendente Sigillo muniri, Datum in Caſtello noſtro

Digitized by Google

Novo Civitatis Neapolis, die ſecundo Menſis Junii, milleſimo cccc. ſexageſimo octavo. Rex Ferdinandus Dominus Rex. Mandatum mihi Antonello de Petrutiis, Regiſtratum in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Ligæ primo.

In Chriſti nomine, Amen.

Anno Nativitatis ejusdem milleſimo CCCC. ſexageſimo octvo menſis Junii die decimo, Indictione prima. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Paulus Divina Providentia Papa ſecundus per Litteras Apoſtolicas datas Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo CCCC. Sexageſimo ſeptimo quarto Nonas Februarii Pontificatus ſui Anno quarto de Omnipotentis DEI, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, & ſuæ, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ex juſtis rationibus, & cauſis in dictis Litteris ſerioſius expreſſis inter univerſos, & ſingulos Italiæ Potentatus & Principes, etiamſi Regali, vel quavis alia perfulgerent dignitate, et præcipue inter Sereniſſimum et Excellentiſſimum Dominum Ferdinandum, Regem Siciliæ, ac Illuſtriſſimum, et Excellentiſſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro Ducem, Inclitumque Dominium Venetorum, et ſimiliter Illuſtriſſimum et Excellentiſſimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem ac Januæ Dominum, et Illuſtrem et Excelſam Communitatem Florentiæ ipſorumque Dominorum Regis, Ducum et Communitatis Succeſſores, et hæredes Pacem perpetuam, ab eis omnibus et ſingulis Ipſorum Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus & Subditis inviolabiliter obſervandam, promulgaverit & declaraverit; quas quidem Litreras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cœli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendiſſimum Dominum Franciſcum ſancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſerit. Et de inde XXV. menſis Aprilis Anno milleſimo CCCC. Sexageſimo octavo, in qua Feſtum Sancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt in Eccleſia Sancti Marci de Urbe ubi prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit poſt miſſarum ſolemnia predictorum Dominorum Regis, Ducum & Communitatis Oratores ante ſuæ Sanctitatis præſentiam conſtituti, ob Apoſtolicæ Sedis & ſuæ Beatitudinis reverentiam Pacem prædictam per Contractum, & Capitula mutuis Stipulationibus, ſicut fieri conſuevit, poſtea firmandam reverenter & ſponte acceptaverint, & emologaverint, ac & ſucceſſive die octavo menſis Maji, Anno prædicto, Idem Sanctiſsimus Dominus noſter, tanquam omnium Pater Univerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaslibet, & quo facilius ad ipſam ineundam, contrahendamque Pacem ejus laudabili Exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis Securitate felicis etiam Recordationis Nicolai Papæ quinti Suæ Sanctitatis Prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut commodius faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra Impiiſsimos Turcas intendi valeat, Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eandem Pacem partem Principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, contrahere dignatus fuerit, quemadmodum ſua Beatitudo & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ad id ſpetialem poteſtatem habentes inierunt, firmarunt & contraxerunt, pro ut in Capitulis, & in Contractibus inde confectis ſerioſius continetur, pace itaque ſuæ benignisſimæ, ac Clementisſimæ Sanctitatis Exemplo, opera, ſtudio, & auctoritate, ut prædicitur, inter eandem Beatitudinem & jam dictas partes firmata. Quoniam inter cætera ejusdem Pacis atque Contractus Capitula hæc tria ſubſequentis tenoris continentur, Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum, incipiendo a die ſtipulationis hujus Contractus teneantur declarare, & intimare hinc inde, eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Reccommendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus, & ſingulis quacumque dignitate, etiam Regali fungentibus & habentibus Dominium aliquod in Itala, & Potentatibus Italiæ, liceat infra Terminum duorum menſium Pacem etiam ut Principales intrare & illa gaudere cum omnibus & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat. Pro honore igitur & reverentia Sedis Apoſtolicæ & Beatitudinis ejusdem faciliori, promptiorique expeditione eorum, quæ pro firmamento, ſtabilitate & validatione Pacis prædictæ fieri juxta ſupradictorum Capitulorum continentiam neceſſarium Illuſtriſsimus Princeps, & Excellentiſsimus Dominus, D. Chriſtophorus Mauro, DEi gratia inclitus Dux Venetiarum, &c. una cum ſuis Conſiliis, habentibus ad infraſcripta & alia exercenda plenisſimam libertatem. Et ipſa Conſilia una cum ipſo Illuſtriſſimo Domino Duce more ſolito congregata unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, ac nomine & vice inclíti Dominii Venetiarum ſponte & libere, & ex certa ſcientia animoque deliberato omnibus melioribus & validioribus modis, via, jure & forma, quibus magis melius, validius & efficatius potuerunt & poſſunt cum interventu omnium, & ſingularum ſolemnitatum, quæ in hujusmodi actibus requiruntur tam de hujus Almæ Civitatis Conſuetudine, quam de jure fecerunt, conſtituerunt, & ſolemniter ordinaverunt, ac faciunt, creant, & ſolemniter ordinant Spectabilem & generoſum Militem Dominum Petrum Maurocenum, quondam Domini Marci honorabilem Civem Venetiarum & Oratorem præfati Illuſtriſsimi Ducalis Dominii ad Summum Pontificem abſentem, tamquam præſentem, & hoc præſens Mandatum ſuſcipi-

entem

Digitized by Google

entem dicti Dominii Venetiarum verum Sindicum, Actorem, Factorem, Procuratorem, legitimum negotiorum gestorem, ad comparendum coram Sanctissimo Domino nostro prædicto & ad approbandum, & acceptandum, confirmandum & ratificandum Pacem suprascriptam cum omnibus in ipsa Capitulis & conditionibus contentis, & declaratis, et per partes alias audiri, acceptari, ratificari, & approbari petendum atque instandum, & illorum, & cujuslibet eorum Ratificationes, & approbationes recipiendum, & acceptandum. Item ad declarandum & intimandum ratificationem prædictæ Pacis in forma valida, & authentica per publica Instrumenta, et Litteras tam præfato Sanctissimo Domino nostro, quam dictorum Serenissimi, & illustrissimorum Dominorum Regis, Ducis, & Excelsæ Communitatis Oratoribus ad id sufficientem potestatem habentibus conjunctim, vel divisim, nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum intimationem jamdictæ Ratificationis, quæ per Oratores dictorum Dominorum Regis, Ducis & Communitatis fieri contigerit, Volentes intimationem hujusmodi eandem Vim, robur, & potestatem habere, ac si eidem Illustrissimo Domino Duci, & inclito Dominio Venetiarum personaliter facta fuisset. Item ad denominandum, declarandum, & intimandum, tam præfato Sanctissimo Domino nostro, quam etiam prædictorum Serenissimi, & Illustrissimorum Dominorum Regis; Ducis & Excelsæ Communitatis Oratoribus ad id sufficientem potestatem habentibus conjunctim vel divisim ipsorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Reccommendatos. Nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum denominationem per præfatos sanctissimum Dominum nostrum, & dictorum Serenissimi & Illustrissimorum Dominorum Regis, Ducis, & Excelsæ Communitatis, Oratores, & eorum quemlibet de ipsorum & cujuslibet eorum communiter vel divisim Colligatis, Confederatis, Adhærentibus, & Recommendatis. Volentes declarationem & manutentionem hujusmodi, quam, seu quas præfatus Sanctissimus Dominus noster, et Oratores ut prædicitur, eidem Procuratori suo fieri contigerit, eandem vim & potestatem habere, ac si eidem Illustrissimo Domino Duci et Inclyto Dominio Venetiarum personaliter factæ fuissent. Item ad recipiendum & acceptandum omnes et singulos quacunque dignitate etiam si Regali fulgentes, et habentes Dominium aliquod in Italia, & Potentatus etiam Italiæ, Volentes ut principales ingredi Pacem supradictam, & illa gaudere cum omnibus, & singulis in ea contentis pro Dominiis in Italia existentibus dumtaxat, & si fuerit opus ad ineundum, firmandum, contrahendum cum præfato Sanctissimo Domino nostro, ac supradictis, & omnibus aliis & singulis Dominiis, et Potentatibus Italiæ communiter & divisim una vice, vel pluribus cum supradictis Capitulis, vel aliis de quibus poterunt convenire, & pro præmisfis omnibus, et eorum quolibet Instrumenta, et Contractus Ratificationis, approbationis, emologationis, confirmationis, intimationis & denominationis, acceptationis & Compositionis, & omnia, et singula alia quævis documenta faciendum, recipiendum, et acceptandum, à suprascriptis omnibus, seu eorum quolibet semel, & pluries et toties quoties opus fuerit, cum pactis, promissionibus, renunciationibus, pœnis ac pœnarum adjectionibus, hypothecationibus, emologationibus, confirmationibus, Sacramento, articulis, clausis stipulationibus et solemnitatibus tam de consuetudine, quam de jure requisitis et usitatis, ac etiam prorsus extraneis, et remotis, uti et sicut dicto Sindico, & Procuratori videbitur, et placebit. Et generaliter ad omnia alia et singula dicendum, gerendum, faciendum, procurandum, et exercendum, quæ in prædictis, et circa prædicta, et in connexis et dependentibus ab eisdem fuerint necessaria utilia et quomodolibet opportuna et quæ ipsimet constituentes facere possent, si personaliter interessent, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent spetiale. Dantes et concedentes prædicti Domini Constituentes prædicto eorum sindico & Procuratori in prædictis & circa prædicta in connexis, et dependentibus ab eisdem plenum, liberum et generale Mandatum, ac etiam spetiale, ubi exigitur, cum plena, libera et generali administratione et potestate. Promittentes que dicti Domini Constituentes mihi Notario infrascripto, ut publicæ personæ stipulanti et recipienti nomine, et vice omnium, et singulorum quorum interest, se perpetuo firma, rata, et grata habituros quæcumque dictus eorum Sindicus, & Procurator in prædictis et circa prædicta et quolibet prædictorum duxerit facienda, et promittenda, et contre ea, vel eorum aliquod ullo unquam tempore non facere, dicere, vel venire per se, vel alium aliqua ratione, vel causa de jure vel de facto sub hypotheca, et obligatione omnium et singulorum bonorum ipsius Illustrissimi Domini Ducis, et Dominii Venetiarum præsentium et futurorum. In præmisforum autem fidem et evidentiam pleniorem Idem Illustrissimus Dominus Dux presens Sindicatus Instrumentum fieri jussit et Bulla sua plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducali Pallatio in Salla Aucellarum præsentibus Egregio, et Sapientibus Viris Ser. Alexandro à Fornacibus, Phebo Capella, et Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis spetialiter et rogatis. Ego Bartholomeus de Brandis, quondam Ser. Gasparis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, et judex ordinarius, ac præfati Illustrisfimi Principis, et Dominii Venetiarum Scriba prædictis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus scribere ac de mandato prælibati Illustrisfimi Domini Ducis scripsi, et publicavi, et in evidentiam me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

In Christi nomine, Amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo CCCC. sexagesimo octavo, indictione prima, mensis Junii die decimo. Cum Sanctissimus Dominus noster, Dominus Paulus, divina providentia Papa secundus per Litteras Apostolicas datas Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo CCCC. LX. septi-

Digitized by Google

ſeptimo quarto Nonas Februarii Pontificatus ſui anno quarto de Omnipotentis DEi, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate, & ſuæ, ac Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine ex juſtis rationibus, & cauſis in dictis Litteris ſeriosius expreſsis. Inter univerſos & ſingulos Italiæ Potentatus, & Principes, etiam ſi Regali vel quavis alia perfulgerent dignitate, & præcipue inter Serenisſimum & Excellentisſimum Dominum Ferdinandum, Regem Siciliæ, ac Illuſtrisſimum, & Excellentisſimum Principem Dominum Chriſtophorum Mauro Ducem Inclitumque Dominium Venetorum, & ſimiliter Illuſtrisſimum & Excellentisſimum Principem, Dominum Galeatium Mariam Sfortiam, Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, ac illuſtrem & Excelſam Communitatem Florentiæ, ipſorum Dominorum Regis, Ducum & Communitatis Succeſſores, & hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus, & ſingulis, ipſorumque Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, et Subditis inviolabiliter obſervandam publicaverit, promulgaverit et declaverit, quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ Virginis Mariæ in Eccleſia Beatæ Mariæ de Ara Cœli de Urbe ſolemniter in ſua præſentia per Reverendisſimum Dominum Franciſcum Sancti Euſtachii Diaconum Cardinalem Senenſem publicari juſſerit, & deinde die viceſima quinta menſis Aprilis Anno milleſimo CCCC. Sexageſimo octavo in qua Feſtum Sancti Marci Evangeliſtæ celebratum eſt, in Eccleſia Sancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctisſimus Dominus noſter reſidentiam ſuam facit, poſt Miſſarum Solemnia prædictorum Dominorum Regis, Ducum & Communitatis Oratores ante ſuæ Sanctitatis præſentiam conſtituti ob Apoſtolicæ Sedis, ſuæ Beatitudinis reverentiam Pacem prædictam per Contractum, & Capitula mutuis Stipulationibus, ſicut fieri conſuevit, poſtea firmandam reverenter & ſponte acceptaverint, approbaverint & emologaverint. Ac ſucceſsive die octavo menſis Maji anni prædicti idem Sanctisſimus Dominus noſter, tamquam omnium Pater Univerſalis, & Caput ad tollendum difficultates quaslibet, & quo facilius ad ipſam ineundam, contrahendamque Pacem ejus laudabili Exemplo cæteri ſupradicti inducerentur, ac pro ſui Status temporalis Securitate felicis etiam recordationis Nicolai Papæ quinti ſuæ Sanctitatis Prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut commodius faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra Impiisſimos Turcas intendi valeat, Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, confirmare, cuſtodire, & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eandem Pacem partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare & contrahere dignatus fuerit, quemadmodum ſua beatido, & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores, ad id ſpetialem poteſtatem habentes inierunt, firmaverunt & contraxerunt, prout in Capitulis & in Contractibus inde confectis ſeriosius continetur. Pace itaque benignisſime et clementisſime ſuæ Sanctitatis exemplo, opera, Studio & auctoritate, ut prædicitur inter eandem Beatitudinem, & jam dictas Partes firmata. Quam obrem inter cetera ejusdem Pacis atque Contractus eſt Capitulum infraſcripti tenoris videlicet. Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida et authentica per publica inſtrumenta vel Litteras ratificari per eorum principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Idcirco præfatus Illuſtrisſimus Princeps, Dominus Chriſtophorus Mauro, DEi gratia inclitus Dux Venetiarum &c. cum ſuis Conſiliis oportunis more ſolito ſolemniter congregatis & ipſa Conſilia, una cum ipſo Domino Duce, in quibus omnimoda poteſtas, arbitrium & bailia conſiſtit. Volentes omnia, quæ eorum nomine ſunt promiſſa ad implere & generaliter obſervare unanimiter, & concorditer nemine diſcrepante ex certa ſcientia animoque deliberato omni modo, jure, via, & forma, quibus melius & validius potuerunt, & poſſunt, ratificaverunt, approbaverunt, confirmaverunt, & emologaverunt, ac ratificant, approbant, confirmant, ac emologant, ſupraſcriptam Pacem, ac omnia & ſingula in inſtrumento ſuperinde confecto contenta. De quibus omnibus aſſerunt, & affirmant habuiſſe & habere plenam ſufficientemque notitiam, ac omnia & ſingula in dicto inſtrumento Pacis contenta, & promiſſa firma, & rata habere, & tenere promittunt, ac firmiter attendere & inviolabiliter obſervare. Et ad declarationem & robur omnium præmiſſorum præfatus Illuſtrisſimus Dominus Dux, & inclytum Dominium Venetiarum cum ſuis Conſiliis antedictis voluerunt, & mandaverunt per me Notarium infraſcriptum de his omnibus hoc publicum confici Inſtrumentum. Quod ad majorem certitudinem & firmitatem Idem Illuſtrisſimus Dominus Dux juſſit ejus Bulla plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducale Pallatio in Salla Aucellarum præſentibus Egregio, & Sapientibus Viris Ser. Alexandro à Fornacibus, Ser. Phebo Capella, & Ser. Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis ſpecialiter et rogatis. Ego Dioniſius Floriano quondam Ser. Nicolai de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, et judex Ordinarius et præfati Illuſtrisſimi Principis et Dominii Venetiarum etiam Notarius prædictis omnibus et ſingulis interfui, et ea rogatus ſcribere ac de mandato præfati Illuſtrisſimi Principis ſcripſi et publicavi et in evidentiam me ſubſcripſi ſignumque meum appoſui conſuetum.

Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Cum inpræſentiarum nonnulla nobis incumbant honori pariter, et Statui noſtro importantia agenda cum Sanctisſimo Domino, Domino Paulo ſecundo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifice, Serenisſimo Principe, et Excellentisſimo Domino Ferdinando, Siciliæ Rege, Communitate Florentiæ & nonnullis Italiæ Potentatibus tam in materia Pacis his proxime diebus in Urbe Romæ inter Italos Poten-

Digitized by Google

tentatus initæ et firmatæ, quam etiam Ligarum, et Confœderationum et Obligationum, quas habemus cum Serenissimo Principe, et Christianissimo Domino, Domino Ludovico, DEi gratia Francorum &c. Rege. Quæ omnia prælibato Summo Pontifici, Serenissimo Domino Regi Ferdinando & Excelsæ Reipublicæ Florentinorum notificanda atque intimanda sunt, proterea ad hæc ipsa perficienda eligendos & designandos duximus Spectabilem Dominum Johannem Jacobum Ritium, Papiensem Consiliarium, et Egregium Dominum Johannem Andream de Cagnollis, Mediolanensem, Juris Utr. Doctores, Oratores nostros catissimos de quorum fide, & devotione erga Nos & Statum nostrum, nec minus probitate, & rerum gerendarum experientia, & in cunctis peritia non secus, quam de persona nostra confidimus, & ita ipsos ambos & utrumque eorum in solidum præsentes & acceptantes Procuratores, Sindicos, Nuntios, & certos, & indubitatos Mandatarios nostros, & quicquid melius dici & esse possit, facimus, constituimus, deputamus speciaaliter, & expresse ad pro nobis, & nomine nostro comparendum coram prælibato Summo Pontifice, & Magnifico Oratore sed Oratoribus & Mandatariis Illustrissimi Ducalis Dominii Venetorum, nec non Serenissimo Domino Ferdinando, Siciliæ &c. Rege, & Excelsa Communitate Florentiæ, seu eorum Oratoribus, & Mandatariis legitime constitutis, sive constituendis sive simul, sive divisim existentibus, & eis & unicuique eorum notificandum, præsentandum & intimandum acceptationem, & Ratificationem per Nos factam dictæ Pacis, ut præmittitur initæ, & firmatæ, & item nominationem Colligatorum, & Confederatorum, Adhærentium & Recommendatorum, & Complicum nostrorum una cum reservationibus confederationum, & obligationum, quibus tenemur Serenissimo Domino Regi Francorum, & Serenissimæ Ligæ nostræ, prout in Instrumentis dictarum Ratificationis, & denominationis, præmittitur, præsentandis plenius continetur, & hæc omnia cum modis, & solemnitatibus opportunis, Dantes & concedentes eisdem Oratoribus & Mandatariis nostris & utrique eorum plenum & amplum Mandatum cum plena, & libera Administratione in prædictis omnibus, & singulis & ex eis dependentibus, & connexis agendi, & procurandi, prout utile & expediens eis videbitur, & necessarium, & de ipsis Instrumentis, eorumque præsentationibus fieri rogandum opportuna Mandata, & Documenta, & alia exequendi quæ sibi opportuna videbuntur, & quæ nos ipsi facere possemus, si personaliter interessemus, & prædicta omnia faceremus, quæ omnia ex nunc prout ex tunc rata & firma habituri sumus, & in nullo contrafacturi. In quorum Testimonium præsentes fieri & registrari jussimus, nostrique Sigilli munimine roborari & ad majus robur manu nostra subscripsimus. Datum Papiæ die XXVI. Maij M. CCCC. sexagesimo octavo. Galeaz Maria Sfortia Vicecomes manu propria subscripsi. Cicus.

In Nomine Domini, Amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo CCCC. sexagesimo octavo, indictione prima, die Veneris vicesimo septimo Mensis Maji, in Terris. Cum Illustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus Galeaz Maria Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus, ut est natura, & sponte sua ad Pacem proclivis, quam velut hæreditariam ab Illustrissimo Principe, & Excellentissimo Domino Francisco Sfortia Vicecomite quondam ejus Patre, & Domino Magno labore partam accepit, continue affectaverit, atque affectet Pacis, & justitiæ Studia amplecti, & cum omnibus Italiæ Potentatibus amice, & concorditer vivere, & jura, ac fœdera, quibus Illustrissimus quondam Genitor suus, & ipse aliis tenebatur, & tenetur pure ac inconcusse servare Populo, ac Cives sibi Subditos ab injuria Violentiaque tueri, atque protegere. Cumque Superioribus mensibus ad hunc finem, & effectum Mandatum, & Specialem Instructionem, ac litteras dedisset Spectabili Militi Juris utriusque Doctori Domino Laurentio de Terrentiis, de Pisauro Consiliario, Oratori, & Mandatario suo; ad Romanam Curiam profecto, ut una cum aliis Oratoribus, & Mandatariis Serenissimi Domini Ferdinandi, Siciliæ &c. Regis, ac Excelsæ Reipublicæ Florentinorum, quibus jure Antiquæ Amicitiæ, & Caritatis ac Confœderationis Ligæ superiore Anno in Alma Urbe Roma inter eos tres Potentatus initæ & firmatæ conjunctissimus etiam interveniret, consuleret & tractaret circa materiam Pacis & concordiæ, quæ a Sanctissimo Domino, Domino Paulo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifice inter Italos Potentatus pronuntiata erat, & pro prælibato Domino Duce Mediolani vices interponeret, & omnia ageret, quæ hujusmodi Pacem & concordiam justis & equis conditionibus ineundam firmare possent. Salvis semper Juribus & Federibus ipsius initæ Ligæ & salva Liga, quam superioribus annis præfatus Illustrissimus Dominus Franciscus Sfortia, Dux Mediolani, ejus Genitor cum Serenissimo & Christianissimo Domino Ludovico, Francorum &c. Rege, contraxerat, in qua specialiter idem Illustrissimus Dominus Franciscus Sfortia, Genitor præfati Illustrissimi Domini Galeaz Mariæ Ducis eidem Serenissimo Domino Francorum Regi quotiescumque ab aliquibus Potentatibus, seu Dominis Majestas sua, vel Regnum ejus offenderetur, et ab ea requisitus esset, omne auxilium et juvamen præstare promisit, et obligatus est pro ejus deffensione. Quæ quidem Ligae, et Confaederationes ad mutuam Statuum deffensionem juste, et rationabiliter factae fuerunt, nec veteri universali Italiae Ligae contradicunt, salvo etiam jure, et obligationibus feudi Januae, et Savonae, pro quibus ipse Illustrissimus quondam Princeps Dominus Franciscus Sfortia Dux, et succesive idem Illustris Dominus Galeaz Maria, ejus legitimus Successor, qui eas ipsas obligationes renovavit, et juravit, praefato Serenissimo Francorum Regi tenetur, quibus contrafacere seu venire aliquo pacto praefatus Dominus Dux non in-

Digitized by Google

tendit. Cumque ſucceſſive per omnes Oratores et Mandatarios praelibatorum Sereniſſimi Domini Ferdinandi Regis et Illuſtriſſimi Domini Galeaz Mariae Sfortiae, Ducis Mediolani, et Excelſae Communitatis Florentiae vigore dictae univerſalis Pacis per Summum Pontificem pronuntiatae die vigeſimo quinto Aprilis proxime praeteriti et ſuaſionibus et hortationibus ipſius Summi Pontificis deventum fuerit ad Contractum et ſtipulationem Pacis hujusmodi cum praelibato Summo Pontifice, et Illuſtriſſimo Ducali Venetorum Dominio, ſeu ejus Procuratore, et Mandatario pro ipſis omnibus et ſingulis Partibus, et Potentatibus, eorumque filiis, haeredibus et Succeſſoribus, Confederatis, Adhaerentibus et Complicibus, prout haec et alia plenius dicitur continere in ipſo Pacis Contractu inter ipſas Partes inito, et celebrata in Urbe Roma, die octavo Maji anni praeſentis milleſimi CCCC. ſexageſimi octavi. Cumque inter caetera dictae Pacis Capitula caveatur quod quaelibet partium principalium dictum Pacis Contractum ratificare teneatur intra terminum quadraginta dierum, a die ſtipulationis proxime futurorum. Et cum ipſe Dominus Laurentius Orator, & Mandatarius praelibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani ad dictum Pacis Contractum, ut ſupra ſimul cum aliis Oratoribus, & Mandatariis devenerit, nulla in eo facta mentione aut reſervatione Ligarum, & Confederationum, ac obligationum praedictarum. In quo Mandata & Inſtructiones ac limitationes praefati Domini Ducis Mediolani ſepius repetitas praeteriiſſe, & neglexiſſe manifeſte apparet, cum ea omnia praeſertim clariſſima & notiſſima eſſent ipſi Summo Pontifici, & Oratori, & Mandatario Veneto non minus quam praedictis Oratoribus, & Mandatariis praelibati Sereniſſimi Regis Ferdinandi, & Excelſae Communitatis Florentiae. Coram quo Summo Pontifice, & multis Reverendiſſimis Cardinalibus, & Praelatis ad ea deputatis, & coram omnibus ipſis Oratoribus tractata & intellecta fuerunt, ita ut notoria merito dici poſſint, & etiam ipſi Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetorum non ignota. Idcirco praelibatus Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Galeaz Maria Sfortia, Dux Mediolani &c. plenam habens notitiam de praedictis omnibus & ſingulis ſic ut praemittitur agitatis, & concluſis, licet ipſe Contractus Pacis juſte, & aeque factus videatur nec in aliquo contradicere, aut praejudicare tacite aut expreſſe praedictis federibus, & obligationibus ſuperius expreſſis: tamen ad majorem expreſſionem & declarationem mentis praefati Domini Ducis Mediolani & ex abundanti primo, & ante omnia inhaerendo & continuando in dicto animi inſtituto, & Pacis deſiderio & nullatenus a praedictis federibus, & juribus Ligarum, & obligationum, ut, ſupra expreſſarum recedendo ſed in eis perſiſtendo. Tenore praeſentium ex certa ſcientia, & aliis omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, & validius fieri, & eſſe poteſt praedictam celebratam, & concluſam Pacem, & omnia & ſingula in ea contenta, ſalvis omnibus federibus, juribus, & obligationibus praedictis & ſine earum praejuditio, quae omnia ex fide data, & religione juramenti in eis inſerti omnino ſervare intendit, acceptavit, & acceptat, & ratam, gratam ac firmam & rata; grata & firma habuit & habet, & ratificat & approbat, & ita perpetuo habere, & tenere promiſit, & promittit & in nullo contrafacere, vel venire directe, nec per indirectum, aut aliquo quovis quaeſito colore, ſub poena ſeu poenis juramentis & renunciationibus & clauſulis in eo Contractu Pacis contentis, ad quem Contractum debita, & congrua relatio habeatur. Et ita promiſit, & juravit et promittit et jurat praelibatus Dominus Dux in manibus mei Notarii infraſcripti ad Sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis Scripturis in omnibus, et per omnia prout ſupra continentur et de praedictis juſſit, et jubet per me Notarium, et Secretarium infraſcriptum publicum, debere confici Inſtrumentum unum, et plura ejusdem tenoris. Actum in Caſtro Civitatis Papiae in Camera Cubicularia praelibati Domini Ducis praeſentibus Illuſtri et potenti Domino Frederico, Comite Urbini, praefati Domini Ducis Affini, et ejus pariter, et Sereniſſimae Ligae Capitaneo generali, Illuſtri Domino Ludovico Maria Sfortia, Vicecomite, Comite Mortarii praefati Domini Ducis fratre, Magnificis Jur. Utr. Doctoribus Domino Rafaele de Buxeto, et Domino Johanne Jacobo Ritio Ducalibus Conſiliariis, et Oratoribus, Spectabili Milite Domino Johanne Antonio Cotta, filio Domini Petri Camerario, et Enſifero praefati Domini Ducis et Egregiis Viris Carolo de Fabagroſſis de Cremona filio Domini Manfredini Aulico, Johanne Grappano Hyeronimo de Beccharia filio Domini Johannis Lucchini Johanne Antonio quondam Angeli de Capeſelvis Gaſpare de Caymis, Franciſco Pagnano filio Domini Chriſtophori Camerariis, et Jacobo Allifero filio Domini Thomae Cancellario, Ducalibus omnibus teſtibus idoneis, notis ad praedicta vocatis, et rogatis. Et Ego Cichus Simonetta, quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius ac praelibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius praedictis omnibus, dum ſic agerentur, rogatus interfui, ſed aliis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis negotiis occupatus per alium idoneum et fidum Virum ſcribi feci, poſtmodum legi, et auſcultavi, et concordare inveni, nihilque varium a veritate rei geſtae comperi. Ideo ad majorem omnium praemiſſorum fidem me propria manu Subſcripſi ac ſignum meum appoſui conſuetum, et de Ducali Mandato, Ducali conſueto Sigillo muniri feci.

In Nomine Domini Amen.

Anno a Nativitate ejusdem milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, indictione prima die Veneris XXVII. Maji in Tertiis. Cum in Contractu Pacis initae & firmatae in Alma Urbe Roma die VIII. menſis praeſentis per Oratores & Mandatarios Sereniſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Ferdinandi Dei gratia Siciliae &c. Regis & Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini, Domini Galeaz Mariae Sfortiae Vi-

ceco-

Digitized by Google

cecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitis ac Januæ Domini, & Excelsæ Communitatis Florentiæ cum Sanctissimo Domino, Domino Paulo secundo Sanctæ Rom. Ecclesiæ Summo Pontifice ac Illustrissimo & Excellentissimo Ducali Venetorum Dominio, seu ejus legitimo Procuratore & Mandatario. Inter cætera ipsius Pacis Capitula conventum sit, & conventum inter ipsas partes, quod infra terminum quinquaginta dierum a die Stipulationis ipsius Contractus proxime futurorum, teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, Complices Sequaces, & Recommendatos, prout in ipso Capitulo latius continetur; Cumque prælibatus Illustrissimus Dominus Galeaz Maria Sfortia Dux Mediolani &c. dictam Pacem acceptaverit, & ratificaverit cum reservatione tamen, & sine præjuditio Ligarum, & Confœderationum, & aliarum Obligationum quas habet ipse Dominus Dux tam cum præfatis Serenissimo Domino Ferdinando Rege, & Excelsa Communitate Florentiæ, quam etiam cum Serenissimo & Christianissimo Domino, Domino Ludovico, Francorum &c. Rege, de qua acceptatione, & ratificatione apparet & constat per publicum Instrumentum proinde tradditum, & rogatum per me Notarium infrascriptum die hodierna paulo ante hoc Instrumentum ad quod congrua & debita relatio habeatur. Et propterea ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani dicte Pacis beneffitio uti & gaudere velit, et intendat, idcirco in executione Capituli et in ipso Pacis Contractu inserti et contentorum in ea: Tenore presentium ex certa scientia, et aliis omnibus modo, jure, via, causa et forma, quibus melius, et validius fieri possit cum reservatione et sine præjuditio dictarum Ligarum, et Confederationum, ac obligationum ut præmittitur, declaravit et intimavit, ac declarat et intimat, praedictis Potentatibus, et partibus infrascriptis ejus Colligatos, Confederatos, Adhaerentes, Complices, et Recommendatos, ut infra, quorum nomina sunt haec videlicet: In primis siquidem praefatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, &c. dixit, declaravit, intimavit, et dicit, declarat et intimat, et cum ea, quae convenit reverentia, et honorificentia nominavit, et nominat Serenissimum Principem et Christianissimum Dominum, Dominum Ludovicum Dei gratia Francorum &c. Regem, pro ejus Colligato et Confederato, jure et vigore perpetuae intelligentiae, Confederationis, et Ligae alias initae et contractae inter Serenissimum Dominum Dominum Regem, et Illustrissimum Fel. Mem. Principem, Dominum Franciscum Sfortiam, Vicecomitem ejus Domini Ducis Mediolani Patrem, et Dominum observandissimum, et successive jure et vinculo feudi pro Civitatibus Januae et Savonae earumque juribus et pertinentiis, quae omnia inter praelibatum Serenissimum Dominum Regem Francorum, et praefatum Illustrissimum Dominum Ducem ipsius Illustrissimi Domini Francisci Sfortiae Ducis legitimum Successorem mutuis Stipulationibus et juramentis renovata sunt. Deinde dixit, et declaravit, et dicit, et declarat, quod ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani cum praefato Serenissimo Domino Ferdinando Rege et praefata Excelsa Communitate Florentiae est colligatus, et confederatus, et ipsi tres Potentatus simul et invicem sunt colligati et confederati. Item declaravit et declarat infrascriptos omnes, et singulos pro ejus Confœderatis, & Colligatis, quorum nomina sunt haec videlicet: Illustris & excellsus Dominus Sigismundus Dux Austriæ præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Affinis pro Statu suo, Illust. & Ex. Dominus Guillimelmus Marchio Montisferrati cum ejus Statu, & Terris; Ill. & Potens Dominus Ludovicus Marchio Mantuæ, cum statu & Terris Ill. & Potens Dominus Fredericus, Comes Urbini præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Affinis, & ejus pariter Serenissimæ Ligæ Capitaneus generalis pro Statu, & Terris suis; Ill. Dominus Alexander Sfortia, præfati Domini Ducis Mediolani Patruus pro Pisauro & Terris suis; Magnificus Dominus Bosius Sfortia ejus Domini Ducis Patruus pro Sancta Flora, & aliis Terris suis in partibus Tusciæ; Magnifica Communitas Senarum cum Civitatibus & Terris suis; Magnifica Communitas Bononiæ cum Terris & Locis suis; Magnifica Communitas Lucensis cum Territorio & Locis suis; Magnifica Communitas Anconæ; Magnificus Dominus Thadeus de Manfredis Imolæ &c. Magnifici & potentes Domini de Liga Confederatorum Allemaniæ; Reverendus Dominus Episcopus & Communitas totius Provinciæ Valesii; Reverendus Dominus Episcopus & Communitas Curicensis; Magnificus Comes Henricus de Saccho, Comes Galeaz de Archo infrascripti vero dantur pro Adhærentibus, & nominantur Recommendatis, & Complicibus, quorum etiam nonnulli in parte Subditi sunt, præfati Domini Ducis Mediolani videlicet: Marchiones Ancifiæ pro Terris suis, Nobiles de Coconeto ex Comitibus Radicatæ, Comites Tendæ, Comites Ventimilii, Dominus Antonius ex Comitibus Romagnani pro Terris, & Locis Polentii & Sanctæ Victoriæ. Phisellus Azo, Antonius Marchiones Mulatii. Floramons, & Johannes Spineta, Marchiones Malaspinæ de Villafranca cum Terris eorum præsentibus, & cum illis quæ injuste, & violenter eis occupantur per Galeotum de Campofregosio, Marchiones de Lusolo. Antonettus de Campofregosio filius & hæres quondam Magnifici Domini Spinetæ pro Locis Carrariæ Laventiæ & Monetæ. Henricus de Auria, Dominus dulcis Acquæ. Ricardus. Azonus. Mornellus. Bernardus. Antonius. Ricardus. & Petrinus, Marchiones Petregrottæ filii, & hæredes quondam Franceschini de Carreto de Novello. Antonius, Johannes, Franciscus de Carretto Condomini Carreti. Hæredes Domini Johannis de Carreto. Georgius, Carolus de Carretto Condomini Zuccarelli Condomini Pancepaleæ. Bartholomeus Gabriel Lambertus, & Simonetus de Aurea Condomini Sesselli. Borruel de Grimaldis & Affines sui Condomini Carosii. Ubertus, Jacobus Leonellus, Andreas, Franciscus, & Nicolaus de

Fran-

Digitized by Google

Franchavilla. Galeottus, & Hector de Spinolis, Condomini Taſſaroli. Baptiſta Spinula della Labella. Baptiſta, & Gotfredus de Spinolis, Condomini Sancti Chriſtophori Ubertus, Carrocius. Philippus. Andreas, Nicolaus Lucheſius. Paulus. Georgius. Galeottus, Jacobus & Julianus, ac cæteri de Spinolis Condomini Arquatæ. Jacobus. Emanuel. Petrus. Sigismundus. Bernardus. & Cattanenus de Spinolis Condomini Petræ Biſſariæ Montis Canearum, & Darneſii. Damianus Spinola, Dominus Inſulæ, & Varianæ. Baptiſta, Nicolaus. Antonius. & Carolus de Spinolis Condomini Ronchi Corracius & Elianus de Spinulis Condomini Burgi Fornariorum Condomini Buzalæ. Heſtorinus. Burnozus. Alexander. Baptiſta. Franciſcus Johannes Antonius. Thomas. Conradus. Carolus & Johannes de Spinulis, Condomini Montis Giardini Principallus & Nepotes de Guttueriis pro locis ſuis. Marchus. Georgius. Mattheus, & Franciſcus de Carretto, pro loco Carretti Jacobus Spinula della Roccha Johannes Antonius. Baptiſtinus. Bartholomeus, & Perinus de Spinulis Condomini Belignani, Condomini Mezadii. Marchiones Cevæ. Hæredes Domini Ludovici de Boleris. Nicolaus. Macetus pro loco Funchii. Domini de Feliſto de Meſſerano Comites Sancti Martini. Nobiles de Spinulis Condomini Montiſauri. Nobiles de ſpinulis Condomini Lucuculi. Nobiles de Aurea Condomini Morneſii. Johannes Antonius Spinula, & Frater pro loco Lermæ. Et de prædictis omnibus & ſingulis prælibatus illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani juſſit & jubet per me Notarium & Secretarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Caſtro Civitatis Papiæ in Camera cubicularia prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis præſentibus Illuſtri Domino Ludovico Maria Sfortia, Vicecomite, Comite Mortarii præfati Domini Ducis Fratre. Magnificis Viris Utriusque Doctoribus Domino Raphaele de Buxeto, & Domino Johanne Jacobo Ritio Ducalibus Conſiliariis, & Oratoribus. Spectabili Milite Domino Johanne Antonio Cotta filio Domini Petri Camerario, & Enſifero præfati Domini Ducis, Egregiis Viris Carolo de Fabagroſſis de Cremona Filio Domini Manfredini. Johanne Chiappano Aulicis. Hyeronimo de Beccharia, filio Domini Johannis Luchini. Johanne Antonio quondam Angeli de Campoſilvis, Gaſpare de Caymis, Franciſco Pagnano filio Domini Chriſtophori Camerariis, & Jacobo Alferio filio Domini Thomæ Cancellario, Ducalibus omnibus teſtibus idoneis, notis ad prædicta vocatis & rogatis. Et ego Cichus Simoneta, quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prædicti Illuſtriſſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur, rogatus interfui, ſed aliis ipſius Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis negotiis occupatus per alium idoneum & fidum Virum ſcribi feci, poſtmodum legi, & auſcultavi, & concordare inveni, nihilque varium à veritate rei geſtæ comperi. Ideo ad majorem omnium præmiſſorum fidem, majusque robur me propria manu ſubſcripſi, ac ſignum meum conſuetum appoſui & de Ducali Mandato, Ducali conſueto ſigillo muniri feci.

In Dei Nomine Amen.

Anno Incarnationis Domini noſtri JEſu Chriſti milleſimo CCCC. ſexageſimo octavo, Indictione prima, die vero quarta menſis Junii Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Priores Libertatis & Vexilifer Juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles ac Spectabiles Viri Confalonerii ſocietatum Populi & duodecim boni Viri, ac decem Officiales baliæ Communis Florentiæ, quorum nomina inferius deſcribentur. Habentes notitiam, qualiter die octava menſis Maji proxime præteriti in Urbe Roma, ad laudem & reverentiam Omnipotentis Dei, & glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, ac Sacroſanctæ Romanæ, & univerſalis Eccleſiæ Matris, & Magiſtræ omnium Chriſtophorum ejusque Patronorum Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, Beati Michaelis Arcangeli, Beati Johannis Baptiſtæ, Sanctorum Marci Evangeliſtæ, & Ambroſii Epiſcopi, & Confeſſoris totiusque Curiæ Cæleſtis triumphantis ad perpetuam Italiæ, infraſcriptarum partium, Statuumque earum quietem, & tranquilitatem Sanctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Paulus Divina providentia Papa ſecundus inivit, contraxit, recepit, acceptavit, benedixit, approbavit, & confirmavit pro ſe, & Succeſſoribus ſuis canonice intrantibus Romanis Pontificibus ſuisque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis Subditis & Stipendiariis ex parte una & Reverendus Pater Dominus Petrus Guiellielmus Roccha, Apoſtolicus Prothonotarius & Referendarius ac Sacri Conſilii Sereniſſimi, & invictiſſimi Domini Domini Ferdinandi Regis Siciliæ &c. Præſidens, & Magnificus Dominus Nicolaus Antonius de Montibus de Capua Excellentis Magni Camemerarii Regni Siciliæ Locumtenens, ejusdem Serenisſimi Domini Regis, Conſiliarii, Oratores Procuratores & Mandatarii pro ipſo Sereniſſimo Domino Rege ejusque filiis & hæredibus, ac Succeſſoribus, Colligatis, Confederatis, Complicibus, Sequacibus Recommendatis Subditis & Stipendiariis ex una alia, ac Magnificus Dominus Petrus Maurocenus, Orator, Sindicus, Procurator & Mandatarius Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini Ducis & Incliti Dominii Venetorum pro ipſo Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Domino Duce, ejusque Succeſſoribus, Dominio Venetorum, eorumque Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis, ex una alia, & Magnificus Dominus Laurentius de Terrentiis Piſaurienſis Eques, & Utriusque Juris Doctor, Conſiliarius, Orator, Procurator, Sindicus & Mandatarius Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis Domini Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani Papiæ Angleriæque Comitis ac Januæ Domini pro ipſo Domino Duce ejusque filiis & hæredibus, & Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recom-

Digitized by Google

Recommendatis, Subditis, & Stipendiariis, ex una alia, & Magnificus Dominus Otho Lapi de Niçolinis Eques, & Legum Doctor, Orator, Sindicus, & Procurator, & Mandatarius Ill. & Excelſæ Communitatis Florentinorum, ejusque Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis, Subditis & Stipendiariis ex una alia partibus, ſponte & ex certa ſcientia & non per errorem inierunt, contraxerunt, fecerunt, & firmaverunt bonam, veram, & puram pacem, DEO dante, perpetuo duraturam per quam, & in qua plures Conventiones & Capitula continentur, & inter alia, quod ipſa præſens Pax infra terminum quadraginta dierum tunc proxime futurorum hinc inde in forma valida & authentica per publica Inſtrumenta, vel Literas ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Et quod infra terminum quadraginta dierum initiatorum a die ſtipulati Contractus dictæ Pacis, teneantur Partes prædictæ declarare & intimare hinc inde earum Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, Complices, Sequaces & Recommendatos prout de prædictis omnibus latius & plenius conſtare dicitur per publicum Inſtrumentum inde rogatum, & ſcriptum in dicta urbe Roma per plures Spectabiles, & Egregios Viros Notarios publicos fideles, & authenticos Partium prædictarum, videlicet Dominum Gaſparem Domini Blondi in Camera Apoſtolica Pieti Cubicularium Papæ Summi Pontificis Dominum Jacobum de Trillo Oſtenſis Diœceſis, Jacobum Caſtellucia de Crigiano, Regis Ferdinandi, Chriſtophorum de Venetiis Venetorum, Johannem Blanchum de Cremona, Georgium de Roëzis de Mediolano Ducis Mediolani, & Dandum de Sancto Geminiano Florentinorum, & anno & Menſe & die ſupraſcriptis, & lectis per me Bartholomeum Notarium infraſcriptum atque diligenter expoſitis ipſis Ill. & Excelſis Dominis Prioribus, & Vexilifero Juſtitiæ ac Confalonerüs & duodecim & decem Officialibus baliæ prædictis, ad ipſorum claram intelligentiam, omnibus, & ſingulis pactis & Capitulis, tenoribus, partibus, & effectibus in dicto Inſtrumento dictæ Pacis appoſitis & declaratis & nominatim dictis Capitulis de Ratificatione dictæ Pacis & de declaratione Colligatorum, Adhærentium, &c. hinc inde facienda & intimanda & ipſis omnibus per eosdem diligenter examinatis, ipſi quidem Illuſtriſſimi, & Excelſi Domini, Domini Priores Libertatis, & Vexilifer juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles & Spectabiles Viri Confalonerii Societatum Populi, & duodecim boni Viri, ac decem Officiales baliæ Communis Florentiæ, quorum omnium nomina inferius apparebunt, Aſſerentes, ſe de omnibus, & ſingulis in dicto Inſtrumento dictæ Pacis contentis claram, certam ac pleniſſimam habuiſſe, & habere notitiam, & conſiderantes, quod Excelſus Populus Florentinus ſuapte natura bonam, veram, atque ſinceram Pacem cum omnibus, & præſertim cum Partibus ſupraſcriptis habere ſemper affectaverit & affectet. Et propterea volentes juxta formam, in dicto Inſtrumento dictæ Pacis, & præcipue in dictis Capitulis de Ratificatione, & declaratione & intimatione prædicta loquentibus omnia & ſingula facere, quæ pro parte dictæ Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ fieri modo aliquo poſſint, aut debent pro pleniſſima obſervatione & effectu contentorum in dicto Inſtrumento Pacis prædictæ habentes ad ipſa & infraſcripta omnia peragenda pleniſſimam auctoritatem, poteſtatem & baliam per proviſiones & decreta opportuna dictæ Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ ſecundum ejusdem Excelſæ Communitatis Florentiæ inſtituta & conſuetudines obtentas, & obtenta de menſe Maji proxime præteriti, ac etiam noviter de præſenti menſe Junii, & ipſum Excelſum Populum & Commune Florentiæ, & Illuſtrem Communitatem Univerſamque Rempublicam Florentinam in prædictis & infraſcriptis omnibus totaliter repræſentantes prout de proviſionibus & decretis prædictis apparet, manu mei Bartholomei Notarii publici infraſcripti vigore dictæ eorum auctoritatis, poteſtatis & baliæ & ſervatis omnibus inſtitutis & ſolemnitatibus ſecundum ordinem dictæ Ill. & Excelſæ Communitatis Florentiæ debitis & requiſitis, & omni modo, via, jure & forma, quibus melius & efficacius potuerunt pro ipſo Excelſo Populo, & Communi, & Illuſtriſſimo Communitate Florentiæ et ipſius vice, et nomine Pacem prædictam per eos alias videlicet die XXI. dicti menſis Maji proxime præteriti ſolenniter, ratificatam, approbatam & emologatam cum omnibus & ſingulis in dicto Inſtrumento ipſius Pacis contentis, de qua Ratificatione plene conſtat manu mei Bartholomei Notarii publici infraſcripti, noviter iterato, ad abundantiorem cautelam ratificaverunt, approbaverunt emologaverunt, & confirmaverunt cum omnibus partibus, & effectibus, & in omnibus & per omnia, & quoad omnes & omnia, de quibus, & quemadmodum, & pro ut, & ſicut in Inſtrumento dictæ Pacis præfato continetur, & ſcriptum eſt, & inſuper comiſerunt ſupraſcripto Magnifico Domino Othoni Sindico & Procuratori prædicto licet abſenti ut ratificationem prædictam dictæ Pacis ſic factam pro parte ipſius Excelſi Populi, & Communis & Ill. Communitatis Florentiæ intimet ac notificet infra tempus debitum, & opportunum Sanctiſſimo ac beatiſſimo Summo Pontifici præfato, & aliis Partibus in dicto Inſtrumento dictæ Pacis comprehenſis & cuilibet earum, vel ipſarum Sindicis, Procuratoribus, Oratoribus, ſeu Mandatariis legitimum ad id Mandatum habentibus. Ac etiam recipiat, & acceptet Ratificationem dictæ Pacis factam, ſeu quæ fieret per dictas alias partes in dicta Pace comprehenſas, & per quamlibet ipſarum. Conſtituentes ipſum Dominum Othonem, licet abſentem, ſed tanquam præſentem ultra alia quæcumque ſibi pro parte ipſius Ill. Communitatis Florentiæ commiſſa & mandata, & abſque revocatione alicujus alterius mandati alias ſibi ab eadem Ill. Communitate collati, Sindicum & Procuratorem, Actorem, factorem & certum nuntium ſpeciam,

Digitized by Google

lem, negotiorumque gestorem & quicquid melius dici potest ipsis Ill. & Excelsæ Communitatis Florentiæ specialiter & nominatim ad intimandum & notificandum eidem Sanctissimo Summo Pontifici, & aliis partibus in dicta Pace comprensis & cuilibet earum dictam Ratificationem dictæ Pacis factam pro parte ipsius Ill. Communitatis Florentiæ. Et ad recipiendum & acceptandum Ratificationes aliarum Partium prædictarum & cujuslibet earum factas, seu quæ fierent de dicta Pace, prout superius dicitur. Item ad acceptandum & recipiendum ad Pacem prædictam una cum præfato Reverendo ac Magnificis Oratoribus, Sindicis, Procuratoribus, ac Mandatariis Serenissimi Domini Regis Ferdinandi & Illustrisimi Domini Ducis Mediolani quoscunque habentes Dominium in Italia, Volentes etiam ut Principales intrare dictam Pacem pro Dominiis in Italia existentibus prout eis licet, vigore ultimi Capituli in Instrumento dictæ Pacis appositi & secundum formam & effectum ipsius Capituli antedicti. Item ad intimandum & notificandum præfato Sanctissimo Summo Pontifici & aliis Partibus in dicta Pace comprensis, & cuilibet earum infra tempus debitum & opportunum, declarationes & nominationes factas, seu faciendas de Colligatis, Confederatis, Adhærentibus, Complicibus, Recommendatis & Sequacibus dictæ Ill. Communitatis Florentiæ, qui in ipsa Pace comprehendantur, & ejus beneffitio gaudere debeant. Et ad recipiendum declarationes & intimationes Colligatorum, Confederatorum, Adhærentium, Complicium, Recommendatorum, & Sequacium aliarum Partium prædictarum in dicta Pace comprehensarum, & cujuslibet earum, videlicet illas dumtaxat declarationes, & intimationes, quas eidem Sindico, & Procuratori recipere debere videbitur, & placebit. Et propterea etiam in prædictis & circa prædicta, & quodlibet eorum quascumque protestationes faciendum, seu fieri faciendum semel & pluries etiam per publicum seu publica Instrumenta vel aliter quomodocunque contra quoscumque, & quacumque de causa, & cum modis, & conditionibus, ac partibus & effectibus, quibus & quemadmodum, & prout ipsi Domino Othoni Sindico, & Procuratori prædicto una simul cum præfatis Reverendo & Magnificis Oratoribus, Sindicis Procuratoribus, ac Mandatariis Serenissimi Domini Regis Ferdinandi & Illustrisimi Domini Ducis Mediolani videbitur aliquam seu aliquas hujusmodi protestationes fieri debere, & prout una simul cum prædictis facere voluerit, etiam si talia essent, quæ mandatum exigerent magis spetiale. Et generaliter ad omnia, & singula alia gerendum, procurandum & exercendum, quæ in prædictis, & quolibet, vel altero prædictorum fuerint quomodolibet utilia, vel opportuna & quæ ipsimet constituentes facere possent, si adessent. Dantes, concedentesque Constituentes prædicti dictis modis, & nominibus eidem Domino Othoni Sindico, & Procuratori prædicto in prædictis, & circa prædicta omnia & singula supra scripta, & independentibus, vel emergentibus ab eis, vel aliquo ipsorum, seu cum eis, vel aliquo eorum quomodolibet connexis plenum, liberum, & generale Mandatum, ac etiam spetiale, ubi spetiale requiritur, cum plena, libera, generali, ac spetiali auctoritate, & potestate, Promittentes mihi Bartholomeo Notario infrascripto ut & tanquam publicæ personæ recipienti, & stipulanti pro omnibus & singulis, quorum interest, seu posset in futurum quomodolibet interesse, se dictis modis, & nominibus perpetuo firma & rata habere omnia & singula, quæ sic per ipsum Dominum Othonem in prædictis & circa prædicta, & in dependentibus seu emergentibus ab eisdem, vel cum eis quomodolibet connexis, quomodolibet gesta, & facta fuerunt, & contra ea vel aliquod eorum nullo unquam tempore facere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione, vel causa, de jure vel de facto sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum dictæ Ill. & Excelsæ Communitatis Florentiæ præsentium & futurorum. Mandantes mihi Bartholomeo Notario publico, & Scribæ Reformationum infrascripto, ut de hujusmodi ratificatione & Sindicatu prædicto unum, & plura, prout opus fuerit conficiam Instrumenta danda, & assignanda, mittenda & præsentanda & intimanda, prout in dicto Instrumento dictæ Pacis continetur. Et simili modo, si opus fuerit, scribantur, & fiant de prædictis pro parte ipsorum Ill. Dominorum Priorum & Vexiliferi Justitiæ per eorum Cancellarium Litteræ opportunæ dandæ, mittendæ prout superius de Instrumentis dictum est. Nomina vero dictorum agentium sunt hæc, videlicet: Pietus Caroli Domini Ristori de Canigianis. Guidettus Francisci Guidetti de Guidettis. Zenobius Pieri Salamonis de Garbo, Tmorus Marci del Bello de Bellatiis. Scolaius Gentilis Valorini de Sommaia. Raynerius Andreæ Naldi de Ricasolis. Jacobus Silvestri Leonardi Pucci. Julianus Ser. Bonacursi Pieri Bonacursi. Domini Priores libertatis & Carolus Nicolæ Domini Nerii de Medicis. Vexilifer Justitiæ Populi Florentini. Et Dominus Simon Bernardi Ugoccionis Lupi, Bettus Francisci del Buonbramanti, Bartholomeus Bartoli Gregorii Fetti Ubertini. Thomasius Antonii Scarlatti. Petrus Angeli Berti Cecchi. Rossus Ubertini Gherardi Risaliti. Bernardus Caroli Zenobii de Giacceto. Lucas Pierozi Johannis Delphini, Laurentius Pieri, Nicolai Davanzati. Johannes Brunetti Dominici Brunetti. Daniel Francisci Figronanni. Sylvester Aldobrandini Georgii Aldobrandini, Bernardus Matthei Boni Setaviolus. Lapus Joannes Ser. Lapi Mazei de Officio Confaloneriorum Societatum Populi. Et Auguſtinus Juliani Auguſtini Comi. Franciſcus Nicolai, Michaelis Tucci. Robertus Franciſci Blaſii Lioni. Philippus Antonii Philippi Guigni. Benedictus Ser. Franciſci Guardi. Nicolaus Domini Caroli de Federighis Vannozus Philippi Paveratii de Oricellariis. Nicolaus Cennis Nannis. Dominicus Nerii Dominici Bartholini. Cambius Nicolai Zenobii Buonannis. De Offitio duodecim bonorum Virorum. Et Dominus Loyſius Pieri Domini Loyſii

Digitized by Google

sii de Guicciardinis. Dominus Antonius Domini Laurentii de Ridolfis, Bernardus del Nero Philippi del Nero. Franciscus Pieri Johannis Dini, Johannes Antonii Silvestri Ser. Ristori. Bartholomeus Jacobi de Zacheria. Franciscus Laurentii Cigliamochi. Andreas Nicolai Andreæ Carducti. Jacobus Domini Andreæ de Paccis de Officio decem Baliæ. Absentibus Nobilibus, & Spectabilibus Viris Johanne Miniati Dini, & Francisco Chiarissimi Bernardi ambobus de Offitio Confaloneriorum prædictorum. Et Tuccio Leonardi Ferrucci, & Hyeronimo Gentilis Ristori ambobus de dicto Officio duodecim bonorum Virorum & Magnifico & Generoso Viro Piero Cosmæ de Medicis de Offitio dictorum decem Baliæ. Remanente tamen in aliis agentibus suprascriptis per eorum nomina declaratis integra autoritate, potestate ac balia ad faciendum omnia, & singula suprascripta neque propter absentiam ipsorum quinque in aliquo diminuta. Acta fuerunt prædicta in Civitate Florentiæ in Pallatio Populi Florentini residentiæ ipsorum Illustrissimorum Dominorum Priorum, & Vexiliferi Justitiæ, & in eorum solita audientia præsentibus Egregiis Viris Ser. Johanne Gherardi de Legri, tunc Notario præfatorum Dominorum, & Ser. Antonio Adami Gratiæ Notario extractionum Officiorum, & Conductarum Communis Florentiæ præfati, ac Religiosis & honestis Viris Domino Nicolao Bernardi, & Fratre, Gulielmo Amerigi, Custodibus Sigilli Florentini & aliis testibus ad prædicta vocatis habitis, & rogatis. Ego Bartholomeus filius olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Civis, & Notarius Florentinus Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, & Notarius publicus, & nunc Officialis & Scriba Reformationum Consiliorum dictæ Illustris, & Excelsæ Communitatis Florentiæ suprascriptis omnibus & singulis dum sic agebantur, interfui, & ea rogatus scripsi, sed nunc aliis occupatus negotiis ea omnia hic transcribenda, & publicanda commisi Prudenti Viro Ser. Johanni Petri Coadjutori meo Notario publico infrascripto, & ad ipsorum omnium fidem me hic cum meo solito sigillo subscripsi. Ego Johannes olim Petri de Stia Imperiali autoritate Judex Ordinarius Notarius, & Civis Florentinus Coadjutor Providi & Egregii Viri Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Officialis, & Scribæ Reformationum Consiliorum Populi, & Communis Florentiæ suprascripti prædicta omnia, & singula ex actis, & libris Actorum dicti Populi & Communis in Pallatio suprascripto penes dictum Ser. Bartholomeum existentibus, vigore Commissionis mihi per eum factæ fideliter sumpsi, scripsi & publicavi. Ideoque me subscrisi, & signum meum apposui consuetum.

Priores Libertatis, & Vexilifer Justitiæ Populi Florentini. Universis & singulis ad quos præsentes advenerint salutem, & prosperos ad vota successus integram atque plenissimam vobis facimus fidem, quatenus suprascripti Egregius Vir Ser. Bartholomeus olim Ser. Guidonis, & Ser. Johannes olim Petri de Stia sunt Veri, legitimi, & authentici Notarii publici Florentini, & in arte Judicum & Notariorum Civitatis nostræ descripti, quorum Scripturis publicis & privatis, semper adhibita est, & nunc etiam adhibetur fides indubitatissima. In cujus rei testimonium hoc fieri jussimus, & nostri consueti Sigilli munimine roborari. Valete ex Pallatio nostro die quarto Junii millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

In Dei Nomine Amen.

Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo CCCC. sexagesimo octavo, indictione prima, die vero quarta mensis Junii. Cum Sanctissimus Summus Pontifex Dominus Paulus divina Providentia Papa secundus per Litteras Apostolicas datas Romæ apud Sanctum Marcum Anno Dominicæ Incarnationis millesimo CCCC. sexagesimo septimo quarto Nonas Februarii Pontificatus sui Anno quarto de Omnipotentis DEi & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate, & suæ ac Apostolicæ potestatis plenitudine & justis rationibus & causis in dictis Litteris seriosius expressis. Inter universos & singulos Italiæ Potentatus & Principes, etiamsi Regali vel quavis alia perfulgerent dignitate & præcipue inter Invictissimum, & Serenissimum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ, ac Illustrissimum & Excelcentissimum Principem Dominum Christophorum Mauro Ducem Inclitumque Dominium Venetorum, & similiter Illustrissimum & Excellentissimum Principem Dominum Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem ac Januæ Dominum: Et Illustrem & Excelsam Communitatem Florentiæ. Ipsorumque Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Successores & hæredes Pacem perpetuam ab eis omnibus, & singulis, eorumque Colligatis, Adhærentibus. Sequacibus, & Subditis inviolabiliter observandam promulgaverit & declaraverit. Quas quidem Litteras eadem die, quæ fuit Purificationis Beatæ & Gloriosæ Virginis Mariæ in Ecclesia etiam Beatæ Mariæ de Ara Cœlli de Urbe solemniter in sua præsentia per Reverendissimum Dominum Franciscum Tituli Sancti Eustachii Diaconum Cardinalem Senensem publicari jusserit, & deinde die XXV. mensis Aprilis Anno millesimo CCCC. LXVIII, in qua Festum Sancti Marci Evangelistæ celebratum est in Ecclesia Sancti Marci de Urbe, ubi prædictus Sanctissimus Dominus noster residentiam suam facit post Missarum solemnia, prædictorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ante suæ Sanctitatis præsentiam constituti ob Apostolicæ Sedis, & suæ Beatitudinis reverentiam, Pacem prædictam per Contractum & Capitula, & mutuis stipulationibus fieri consuevit, postea firmandam reverenter, & sponte acceptaverunt, approbaverunt & emologaverunt. Ac successive die octava mensis Maij anno prædicto idem Sanctissimus Dominus noster tanquam omnium Pater, & universalis, & Caput ad tollendum difficultates quaslibet, & quo facilius ad ipsam ineundam contrahendamque Pacem ejus laudabili Exemplo cæteri suprædicti inducerentur, ac pro sui Status temporalis securitate Felicis etiam Recordationis Nicolai Pa-

Digitized by Google

pæ quinti ſuæ Sanctitatis Prædeceſſoris veſtigiis inhærere volens, & ut commodius faciliusque expeditioni Exercitus Chriſtianorum contra impiisſimos Turcas intendi valeat Pacem hujusmodi non modo benedicere, approbare, & confirmare, cuſtodire & protegere, ſed etiam ſe ipſum in eadem Pace partem principalem conſtituere, eamque ingredi, inire, firmare, & contrahere dignatus fuerit. Quemadmodum ſua Beatitudo, & dictorum Dominorum Regis, Ducum, & Communitatis Oratores ad id ſpecialem poteſtatem habentes inierunt, firmaverunt, & contraxerunt, prout in Capitulis, & Contractu inde confectis ſeriosius continetur. Cumque Pace ipſa ſic ſuæ benignisſimæ & clementisſimæ Sanctitatis exemplo, opera, ſtudio, & auctoritate, ut prædicitur, inter eandem Beatitudinem & jam inter dictas Partes firmata. Inter cætera ejusdem Pacis & Contractus Capitula hæc tria ſubſequentis tenoris contineantur videlicet:

Item convenerunt prædictæ Partes nominibus quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum, incipiendo a die ſtipulationis hujus Contractus, teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Reccommendatos. Item convenerunt dictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod præſens Pax infra terminum quadraginta dierum proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Inſtrumenta, vel Litteras ratificari per eorum Principales, & Ratificatio hujusmodi intimari debeat. Item partes prædictæ convenerunt, quod omnibus & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, & habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium Pacem etiam ut Principales intrare & illa gaudere cum omnibus & ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat, prout de ipſius Pacis Contractu, & de Capitulis prædictis & aliis plene apparere dicitur per publicum Inſtrumentum per plures publicos, & fideles Notarios rogatum, & ſcriptum Romæ dicta die octava menſis Maji proxime præteriti cum Capitulis, modis, formis, conditionibus, promisſionibus, obligationibus, pœnis, renunciationibus, juramentis, & aliis Clauſulis opportunis, & in ſimilibus apponi conſuetis. Propterea volentes nunc Illuſtrisſimi & Excelſi Domini, Domini Priores Libertatis, & Vexilifer Juſtitiæ Populi Florentini, & Nobiles, ac Spectabiles Viri Confalonerii Societatum Populi, & duodecim boni Viri ac decem Officiales Baliæ Communis Florentini, quorum omnium nomina inferius deſcribentur pro honore & reverentia ipſius Summi Pontificis, Sedisque Apoſtolicæ atque pro faciliori expeditione eorum, quæ fieri poſſunt, & debent pro parte ipſius Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ pro obſervantia contentorum in dicto Inſtrumento, & Capitulis Pacis prædictæ. Lectis primo eisdem ad ipſorum claram Intelligentiam per me Bartholomeum Notarium infraſcriptum omnibus & ſingulis in Inſtrumento, & Capitulis dictæ Pacis contentis, & præcipue tribus Capitulis ſupraſcriptis de quibus omnibus aſſeruerunt ſe plenam habuiſſe, & habere notitiam. Habentes ad ipſa, & ad infraſcripta omnia peragenda plenisſimam auctoritatem poteſtatem & bailiam per proviſiones, & decreta opportuna dictæ Illuſtris & Excelſæ Communitatis Florentiæ obtentas, & obtenta de menſe Maji proxime præteriti, ac etiam de præſenti menſe Junii ſecundum Inſtituta & conſvetudines ejusdem Illuſtr. & Excelſæ Communitatis Florentiæ, & ipſam illuſtriſſimam & Excelſam Communitatem Florentiæ univerſamque Rempublicam Florentinam in prædictis, & infraſcriptis omnibus totaliter repreſentantes prout de proviſionibus, & decretis prædictis apparet manu mei Bartholomei Notarii publici infraſcripti vigore dictæ eorum auctoritatis, poteſtatis & baliæ, & obſervatis omnibus inſtitutis & ſolemnitatibus ſecundum ordinem dictæ Illuſtrisſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ debitis, & requiſitis, & omni modo via, jure, & forma, quibus magis, & efficatius potuerunt pro Illuſtrisſima & Excelſa Communitate Florentiæ, & ejus vice & nomine conſtituerunt, ordinaverunt, ac fecerunt Magnificum & generoſum Equitem Legumque Doctorem præſtantisſimum Dominum Othonem Lapi de Nicolinis, Civem Florentinum Oratoremque ad præſens pro ipſa Illuſtrisſima Communitate Florentiæ apud Sanctiſſimum Summum Pontificem præfatum. Sed tanquam præſentem, Sindicum, Procuratorem, Actorem, Factorem, & certum Nuntium ſpetialem, negotiorumque geſtorem, & quicquid melius dici poteſt ipſius Illuſtriſſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ ultra alia quæcumque ſibi pro parte ipſius Illuſtrisſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ comiſſa & mandata, & abſque revocatione alicujus alterius Mandati alias ſibi ab ſeu pro eadem Illuſtrisſima Communitate collati ſpetialiter, & nominatim ad faciendum infraſcripta videlicet. In primis ad declarandum, & intimandum tam præfato Sanctisſimo Summo Pontifici, quam etiam prædictorum Domini Regis, Ducumque Oratoribus ad id ſufficientem auctoritatem habentibus conjunctim, vel diviſim Colligatos, Confederatos, Adhærentes, & Recommendatos ipſius Illuſtrisſimæ & Excelſæ Communitatis Florentiæ. Nec non ad audiendum, intelligendum, & recipiendum declarationes & intimationes, quæ per præfatos Sanctisſimum Summum Pontificem & dictorum Dominorum Regis, & Ducum Oratores fierent de ipſorum & cujuslibet eorum communiter vel diviſim Colligatis, Confederatis, Adhærentibus, & Recommendatis. Volentes Conſtituentes prædicti, Declarationes, & intimationes hujusmodi, quam ſeu quas per præfatum ſanctisſimum ſummum Pontificem & per dictos Oratores, & quemcumque ipſorum ipſi Domino Othoni Oratori, Sindico & Procuratori prædicto ſic fieri contingerit eandem vim, robur, ac poteſtatem habere, ac ſi ipſismet Conſtituentibus qui totam ipſam Illuſtriſſimam Communitatem Florentiæ repræſentant perſonaliter factæ fuiſſent, item ad mandandum Ratificationem dictæ Pacis per ipſos Conſtituentes pro ipſa Illuſtriſſima & Excelſa Communitate Florentiæ in forma valida, & authentica fa-

Digitized by Google

factam per publica Instrumenta vel litteras tam præfato Sanctissimo Summo Pontifici, quam prædictorum Dominorum Regis, & Ducum, & cujuslibet eorum Oratoribus communiter, vel divisim. Nec non ad audiendum, & intelligendum, & recipiendum intimationes dictarum Ratificationum dictæ Pacis, quas per ipsum Beatissimum Summum Pontificem, & per Oratores Regis, & Ducum prædictorum, & cujuslibet eorum fieri contigerit communiter, vel divisim ut supra. Volentes ex nunc Constituentes prædicti intimationes hujusmodi eandem vim & robur, ac potestatem habere, ac si ipsismet Constituentibus personaliter factæ fuissent ut supra. Item ad ineundum, firmandum & contrahendum una cum Sanctissimo Summo Pontifice præfato, & aliis partibus suprascriptis Pacem cum omnibus & singulis aliis Dominis, & Potentatibus Italiæ, seu habentibus Dominium in Italia quacumque dignitate etiam Regali fungentibus communiter vel divisim, una vice, vel pluribus cum supradictis Capitulis, vel aliis de quibus potuerint convenire, & cum Clausulis, pœnis juramentis, & aliis prout invicem ut supra convenerunt. Item ad faciendum confici, & fieri de declarationibus, & intimationibus, & aliis prædictis & in tribus proxime præcedentibus Capitulis supra comprehensis unum, & plura Instrumentum & instrumenta publica præsentanda, mittenda, assignanda, & relaxanda illi, vel illis, cui seu quibus, & apud quos, & eo modo, et forma, et cum conditionibus, ac partibus, et effectibus, quibus, et prout eidem Domino Othoni Oratori, Sindico et Procuratori prædicto videbitur convenire, et prout libere voluerit. Et generaliter ad omnia et singula gerendum, procurandum, et exercendum, quæ in prædictis, et quolibet, vel altero prædictorum fuerint quomodolibet utilia, vel opportuna, et quæ ipsimet Constituentes facere possent, si a dessent. Dantes et concedentes Constituentes prædicti dictis modis, & nominibus eidem Domino Othoni, Oratori, Syndico & Procuratori prædicto in prædictis & circa prædicta omnia, & singula suprascripta, & in dependentibus, vel emergentibus ab eisdem, vel aliquo eorum quolibet connexis plenum, liberum, & generale Mandatum, ac etiam spetiale, ubi spetiale requiritur cum plena, libera, generali ac spetiali autoritate, et potestate. Promittentes mihi Bartolomeo Notario infrascripto ut et tamquam publicæ personæ recipienti, et stipulanti pro omnibus, et singulis quorum interest, seu posset quomodolibet in futurum interesse, se de dictis modis et nominibus perpetuo firma, et rata habere omnia, et singula, quae sic per ipsum Dominum Othonem dicto nomine in praedictis, et circa praedicta, et in dependentibus seu emergentibus ab eisdem, vel cum eis quomodolibet connexis, quomodolibet gesta et facta fuerint, et contra ea, vel aliquod eorum nullo unquam tempore facere vel venire per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, vel causa, de jure, vel de facto sub hypotheca et obligatione omnium bonorum dictae Illustrissimae et Excelsae Communitatis Florentiae praesentium et futurorum. Mandantes mihi Bartholomeo Notario publico, et scribae Reformationum infrascripto, ut de praedictis unum, et plura, prout opus fuerit, conficiam Instrumenta assignanda, mittenda, praesentanda, & intimanda, prout videbitur expedire pro meliori observantia contentorum in in Instrumento, & Capitalis Pacis prædictæ. Nomina vero dictorum Agentium sunt hæc videlicet. Pierus Caroli Domini Ristori de Canigianis. Guidettus Francisci Guidetti de Guidettis. Zenobus Pieri Salomonis del Garbo. Tinorus Marci del Bello de Bellatis. Scolarius Gentilis Valorini de Sommaia. Rainerius Andreæ Naldi de Ricasolis. Jacobus Silvestri Leonardi Pucci. Julianus Ser. Bonacursi, Pieri Bonacursi, Priores Libertatis. Et Carolus Nicolæ Domini Verii de Medicis Vexilifer Justitiæ Populi Florentini. Et Dominus Simon Bernardi Uguccionis Lippi, Petrus Francisci del Buonbramanti Bartholomeus Bartholomei Gregorii Fetti Ubertini. Thomasius Antonii Scarlatti. Pirrus Angeli Berti Cecchi. Rosius Uberrini Gherardi Risaliti. Bernardus Caroli Zenobii de Giacetto. Lucas Pierozzi Johannis Delphini. Laurentius Pieri Nicolai Davazati Johannes Brunetti Dominici Brunetti. Daniel Francisci Figiovanni. Silvester Aldobrandini, Georgii Aldobrandini. Bernardus Matthei Boni. Setamolus Lapus Johannis Ser. Lapi Mazei de Offitio Confaloneriorum Societatum Populi. Et Augustinus Viliani Augustini Comi. Franciscus Nicolai Michaelis Tucci. Robertus Francisci Blasii Lioni. Philippus Antonii Philippi Giugni. Benedictus Ser. Francisci Guardi. Nicolaus Domini Caroli de Federighis. Vanozzus Philippi Pancratii de Oricellariis. Nicolaus Cennis Vannii. Dominicus Nerii Dominici Bertolini. Cambius Zennobii Bonnannis de Offitio duodecim bonorum Virorum. Et Dominus Aloysius Pieri Domini Loysii de Guicciardinis. Dominus Antonius Domini Laurentii de Ridolfis. Bernardus del Nero Philippi del Nero. Franciscus Pieri Johannis Dini, Johannes Antonii Silvestri Ser. Ristori. Bartholomeus Jacobi del Zaccheria. Franciscus Laurentii Cigliamochi. Andreas Nicolai Andreæ Carducci. Jacobus Domini Andreæ pe Paczis de Offitio decem Baliæ. Absentibus Nobilibus, & Spectabilibus Viris Johanne Miniatti Dini, & Francisco Chiarissimi Bernardi ambobus de Offitio Gonfaloneriorum. Et Tuccio Leonardi Ferrucci, & Hyeronimo Gentilis Ristori ambobus de dicto Officio bonorum Virorum. Et Magnifico Piero Cosmæ de Medicis de Officio dictorum decem Baliæ. Remanente tamen in aliis Agentibus suprascriptis eorum nomina declaratis integra autoritate, potestate, ac Bailia ad faciendum omnia, & singula suprascripta, neque propter absentiam ipsorum quinque in aliquo diminuta. Acta fuerunt prædicta in Civitate Florentiæ in Pallatio Populi Florentini residentiæ ipsorum Ill. Dominorum Priorum, & Vexiliferi Justitiæ, & in eorum solita audientia præsentibus Egregiis Viris Ser. Johanne Gherardi de Legri tunc Notarii præfatorum Dominorum, & Ser. Antonio Adami Gratiæ Notarii Extractidonum

Digitized by Google

num Officiorum, & Conductarum Communis Florentiæ præfati. Ac Religiosis, & honestis Viris Donno Nicolao Bernardi, & Fratre, Guilielmo Amerigi. Custodibus Sigilli Florentini, & aliis testibus ad prædicta vocatis, habitis & rogatis. Ego Bartholomeus olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Civis, & Notarius Florentinus Imperiali autoritate Judex Ordinarius & Notarius publicus, & nunc Officialis, & Scriba Reformationum Consiliorum dictæ Illustrissimæ & Excelsæ Communitatis Florentiæ suprascriptis omnibus, & singulis, dum sic agebantur, interfui, & ea rogatus scripsi. Sed nunc aliis occupatus negotiis ipsa omnia hic transcribenda & publicanda commisi prudenti Viro Ser. Johanni Petri Coadjutori meo Notario publico infrascripto. Et ad ipsorum omnium fidem me cum solito sigillo subscripsi. Ego Johannes olim Petri de Stia Imperiali autoritate Judex Ordinarius Notarius & Civis Florentinus Coadjutor Providi & Egregii Viri Ser. Bartholomei Ser. Guidonis Jacobi de Guidis Officialis & Scribæ Reformationum Consiliorum Populi dictæ Illustrissimæ, & Excelsæ Communitatis Florentiæ suprascripta omnia, & singula ex Actis & libris Actorum dicti Populi & Communitatis Florentiæ vigore Commissionis factæ per dictum Ser. Bartholomeum fideliter sumpsi, scripsi & publicavi ideoque me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

Priores Libertatis, & Vexillifer Justitiæ Populi Florentini. Universis & singulis, ad quos præsentes advenerint, salutem, & prosperos ad vota successus. Noveritis per præsentes, quemadmodum suprascriptus Ser. Bartholomeus olim Ser. Guidonis Jacobi de Guidis, qui de suprascripto Instrumento & omnibus in eo contentis rogatus fuit. Et Ser. Johannes olim Petri de Stia qui ea de Commissione dicti Ser. Bartholomei scripsit ipsi, & quilibet eorum fuerunt, & sunt publici, legales, & authentici Notarii descripti in Matricula Judicum, & Notariorum Civitatis nostræ, eorumque scripturis, de quibus fuerunt rogati, & quas confecerint tam publice, quam privatim adhibita fuit, et adhibetur ab omnibus, & singulis certa et indubitata fides. In quarum rerum testimonium has fecimus literas confici, et nostri Sigilli munimine communiri. Datæ in Pallatio nostro, die IX. Junii MCCCC. Sexagesimo octavo.

Acta fuerunt hæc Romæ in Pallatio Apostolico apud Sanctum Marcum in Camera Secreta, & in conspectu Sanctissimi Domini nostri Papæ suprascripti Anno, Indictione, die, mense, et Pontificatu quibus supra, præsentibus Reverendissimo in Christo Patre, et Domino, Domino Marco tituli Sancti Marci, Presbitero, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, Episcopo Vicentino, et Reverendo in Christo Patre, et Domino Domino Petro, Episcopo Tirasonensi S. D. N. Papæ Referendario, nec non Nobili, et Generoso Viro Domino Antonio Natali Patricio Veneto, et Venerabilibus Viris Domino Guillelmo Temmao Presbitero Valentinensi ac Petro Castilionis Clerico Germinden. Diœcesis testibus ad præmissa omnia et singula vocatis, adhibitis, specialiter et rogatis.

Ego Gaspar filius quondam Clarissimi Viri Domini Blondi Forlivienſis Apostolici Secretarii Sanctissimi Domini nostri Papæ Secretarius, et Apostolicæ Cameræ Notarius ac ejusdem Regist. Magister, et Custos nec non publicus Apostolica, et Imperiali auctoritatibus Notarius.

Ego Johannes Pietti Clericus Belvatensis publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius.

Ego Jacobus de Trillo Clericus Oscensis Diœcesis publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius præfatique Reverendi Patris Domini Prothonotarii de Roccha Regii Oratoris, & Procuratoris, &c.

Ego Dandus Taddei de Dandis de Sancto Geminiano Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius publicus Florentinus, ac ad præsens præfati Magnifici Domini Otthonis Oratoris Cancellarius, &c.

XVI.

Instrumentum publicum actorum Romæ in conspectu Pauli II. Pontificis Maximi, occasione nominationis foederatorum Principum atque Communitatum Italiæ, paci publicæ die 8. Maji An. 1468. factæ includendorum, nimirum Ducum Sabaudiæ & Mutinæ, Reipublicæ Senensis, nec non Communitatis & Populi Lucensis, d. d. 26. Jun. An. 1468, Inserta sunt eidem varia foederatorum, qui laudatæ paci acceſſerunt, acceſſionis Diplomata.

In Dei Nomine, Amen.

ANno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo die Dominica vigeſima Sexta Menſis Junii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli divina Providentia Papæ ſecundi Anno quarto. Noverint univerſi & futuri hoc inſtrumentum viſuri, lecturi, & audituri. Quod cum eodem Anno, die octava Menſis Maji, ſingulari Miſericordis Dei munere, Miniſterio indefeſſo, laboribusque & vigiliis pæne infinitis Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli Papæ ſecundi antedicti, Pax inter omnes Potentatus Italiæ incluſa, celebrata & in certa Capitula ſtipulata fuiſſet, eſſetque ex forma dictæ Pacis & Capitulorum. Quod ſinguli ex Potentatibus inter quos principaliter erat facta Pax intra conſtitutam diem ſuos Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recomendatos declarare, & intimare hinc inde deberent, & deinde conſulte, & mature inter Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & Oratores dictorum Potentatuum conventum etiam fuiſſet, ut propter adductas tunc in medium cauſas efficaces intimationes dictarum declarationum per ipſos omnes Potentatus, vel eorum Procuratores in

Alma

Digitized by Google

Alma hac Urbe, & Conſpectu ejusdem Sanctiſſimi Domini noſtri fieri ad dictam diem deberent: Ipſaque dies jam proxima eſſet Reverendus Pater D. Petrus Guillermus Roccha, Apoſtolicus Prothonotarius & Refferendarius, ac Sacri Conſilii Sereniſſimi, atque invictiſſimi Principis Domini Ferdinandi, Regis Siciliæ Præſidens, ejusdemque Domini Regis in Romana Curia Orator, & ad declarationem & intimationem faciendam prædictus Procurator & Mandatarius ſpecialiter conſtitutus ex Litteris, quarum tenores infra ad verbum inſerentur. Et Magnificus Eques Dominus Petrus Maurocenus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Principis, Domini Chriſtophori Mauro, Ducis, & inclitii Dominii Venetorum Orator, Procurator, & Sindicus ſpetialiter ad ſimilem declarationem & intimationem faciendam conſtitutus ex Inſtrumento quod alias inſertum fuit de verbo ad verbum in alio Inſtrumento Ratificationis dictæ Pacis inter easdem Partes die XVII. præſentis menſis celebrato per nos Gaſparem, & Johannem, ac Jacobum, & Dandum Notarios infraſcriptos ſtipulato. Nec non & Magnificus Eques, & Doctor Dominus Ottho Lapi de Nicolinis Illuſtris, & Excelſæ Communitatis Florentiæ Orator, Sindicus, & Procurator ſimiliter ad prædictam declarationem & intimationem faciendam conſtitutus, & deputatus ex Inſtrumento quod in ſupraſcripto alio Inſtrumento Teſtificationis Pacis die XVII. præſentis menſis celebrato, & per nos ſupraſcriptos Notarios ſtipulato, inſertum fuit. Conſtituti ante conſpectum Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ præfati, ubi ad finem declarationum, & intimationum infraſcriptarum intra debitum tempus ex forma dictorum Capitulorum faciendarum convenerant. Primo & ante omnia dixerunt, ſe vicisſim, unum alterius mandata ſupraſcripta vidiſſe, & quod erant bene ſufficientia, & contentabantur, quod absque alia electione haberentur, & cenſerent bene idonea & ſufficientia. Deinde præfatus Reverendus D. Prothonotarius Roccha, Orator Regius, exhibuit Cedulam tenoris, qui ſequitur videlicet:

Reverendus in Chriſto Pater Dominus Petrus Guillermus Roccha, Jur. Utr. Doctor Apoſtolicus Prothonotarius, & Refferendarius, ac Sereniſſimi ac Invictiſſimi Domini Ferdinandi Siciliæ &c. Regis Conſiliarius, & ſui Sacri Conſilii Præſidens, Orator Procurator, & Mandatarius ad infraſcripta plenam Poteſtatem habens. Ac Magnificus Eques & Legum Doctor Dominus Ottho Lapi de Nicolinis, Illuſtris & Excelſæ Reipublicæ Florentinæ Orator, Sindicus & Mandatarius, & ad infraſcripta etiam plenam poteſtatem habens nomine, vice, & pro parte prædictorum Dominorum ſuorum, & Sereniſſimæ Ligæ declarant & intimant Sanctiſſimo, & Beatiſſimo Domino noſtro Paulo ſecundo, Summo Pontifici, ac Magnifico Domino Petro Mauroceno Equiti, Oratori, Sindico & Mandatario Illuſtriſſimi Domini Ducis & Inclitii Dominii Venetiarum Magnificam Communitatem Lucanam fore, & eſſe cum prædicta Sereniſſima Liga ac Sereniſſimo Domino Rege, Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani, & Illuſtri Republica prædictis communiter & diviſim, Colligatam, Adhærentem, & Benevolam. Dictus item Reverendus Dominus Prothonotarius nomine ſupradicto declarat, & intimat præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, ac Domino Petro Mauroceno, & Domino Ottohoni Lapi de Nicolinis nominibus, quibus ſupra, omnes, & ſingulos infraſcriptos etiam Colligatos, Recommendatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, Benevolos, & devotos præfato Sereniſſimo Domino Regi Ferdinando, videlicet Magnificam Communitatem Senarum. Item Illuſtrem & Potentem Dominum Ludovicum de Gonzaga, Marchionem Mantuæ prædicti Sereniſſimi Domini Regis Capitaneum generalem. Item Illuſtrem & Potentem Dominum Fredericum Montisferretri Urbini &c. Comitem & prædictæ Sereniſſimæ Ligæ Capitaneum Generalem. Item Magnificum & Potentem Dominum Jacobum Tertium de Aragona de Appiano Plumbini &c. Dominum. Item Magnificum & Potentem Dominum Julium Camerini, &c. Dominum. Item Magnificum & Potentem Dominum Aldobrandum Suanæ & Pitiliani Comitem. Item Magnificum & Potentem Dominum Manfredum de Corrigia Corrigiæ, & Sillæ Comitem. Item Magnificum Dominum Andream de Picolominibus Caſtilionis de Piſcaria & Gigli Dominum. Item Magnificum Dominum Stephanum de Columna. Item Magnificum Dominum Laurentium de Columna legendam ut ab omnibus intelligeretur. Dixitque in ea contineri Confederatos, Colligatos, Recommendatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, Benivolos, quos Sereniſſimus Dominus Rex ejus principalis declarabat ſe habere. Et ſucceſſive Magnificus Dominus Petrus Maurocenus Orator Venetus antedictus exhibuit Inſtrumentum, cujus tenor infra ad verbum ſequitur.

In Chriſti Nomine Amen.

Anno à Nativitate ejusdem milleſimo CCCC. LXVIII. Indictione prima die XXIV. menſis Maji. Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Chriſtophorus Mauro DEi gratia Dux, & inclytum Dominium Venetiarum advertentes, & conſiderantes quod die octavo præſentis menſis Pax, & bona concordia facta, contracta, celebrata, & firmata fuit Romæ, auctoritate, & medio Sanctiſſimi & Beatiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Pauli digna DEi prudentia ſacroſanctæ Romanæ, ac Univerſalis Eccleſiæ Summi Pontificis inter Sereniſſimum & Excellentiſſimum Dominum Ferdinandum Siciliæ &c. Regem, Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Galeatium Mariam de Vicecomitibus, Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ & Cremonæ Dominum, & Excelſam Communitatem Florentiæ ſuos colligatos, Confederatos, Complices, Sequaces Recommendatos, ſubditos & Stipendiarios ex una parte, & ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem & Inclitum Dominium Venetiarum cum ſuis Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, & aliis, ut ſupra nominatis ex altera parte modis, Pactis, Capitulis, & Condicionibus in Inſtrumento dictæ celebratæ Pacis deſcriptis, particulariterque contentis, inter quæ quidem Capitula eſt

unum

Digitized by Google

unum ſpetiale, quod intra terminum dierum quinquaginta a die ſtipulationis Contractus Pacis inchoandorum unaquæque Partium teneatur, & debeat nominare Colligatos, Adhærentes, Confoederatos, Complices, ſequaces & Recommendatos ſuos, eosque in ſcriptis dare. Volentes qu. & intendentes ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux & inclitum Dominium Venetiarum ea omnia, quæ conventa & firmata ſunt per Pacem prædictam effectualiter adimplere juxta continentiam Capituli Pacis ejusdem ex certa ſcientia, ac firmo propoſito dederunt, & denominaverunt ac dant, & denominant præfatis Serenisſimo Domino Regi Ferdinando, Illuſtriſſimo Domino Galeatio Mariæ Duci Mediolani, & Excelſæ Communitati Florentiæ, infraſcriptos eorum Colligatos, Adhærentes, Confederatos, Recommendatos, Complices, & ſequaces, qui in dicta Pace, & concordia concludantur, earumque beneffitio habeant gaudere cum omnibus Colligatis, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, Complicibus & Sequacibus, Stipendiariis, & Subditis ſuis. Nomina autem Colligatorum, & aliorum ut ſupra hæc ſunt videlicet; Illuſtris Dominus, Dux Sabaudiæ, cum univerſa illa Excelſa Domo, Illuſtris Dominus Sigismundus, Dux Auſtriæ. Illuſtris Dominus Dux Mutinæ & Regii, ac Marchio, Eſtenſis. Illuſtris Dominus Marchio Montisferrati. Illuſtris Dominus Marchio Saluciarum. Illuſtris Dominus Marchio Mantuæ. Reverendus in Chriſto Pater, Dominus Epiſcopus Tridentinus. Illuſtris Capitaneus, Dominus Bartholometus Colionus. Illuſtris Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis. Magnifica Domina Iſotta, & Magnificus Dominus Saluſtius Arimini. Illuſtris Dominus Comes Urbini. Illuſtris Dominus Alexander Sfortia Piſauri. Magnificus Dominus Pinus Forlivii. Magnifici Domini, Carolus Galeottus, & Lancellotus Faventiæ. Magnifica Communitas Senarum. Magnifica Communitas Lucenſis, Magnifica Communitas Bononiæ, & Magnifica Communitas Anconæ, Supraſcripti omnes nominati ſunt pro Colligatis, Confederatis, & Adherentibus. Infraſcripti vero pro Recommendatis. Magnificus Comes Goriciæ. Magnifici Nobiles de Corrigia; Magnifici Galeottus & Antonius Mariæ della Mirandula. Magnificus Johannes Veglæ & Segnæ. Magnificus Dominus Petrus, & Nepotes de Lodrono. Magnifica Domina Eliſabeth de Angreſta ſive filii, & hæredes ſui. Filii Ill. Domini Ducis Sanctæ Savæ, & filius Magnifici Domini Scanderbegi, ſalvis ſemper, & reſervatis juribus debita reverentia ſummiſſioneque quam ſupraſcripti Vicarii, & Communitates erga Summum Pontificem, & Apoſtolicam Sedem habere ſunt obligati. Mandantes mihi Notario infraſcripto, ut de prædicta nominatione publicum & authenticum conficiam inſtrumentum, quod ad majorem certitudinem & firmitatem prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit ejus Bulla plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducali Pallatio in Salla Aucellarum. Præſentibus Egregio, & Sapientibus Viris Ser. Alexandro à Fornacibus. Phebo Capella, et Marco Aurelio Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis, ſpetialiter & rogatis. Ego Dominicus Stella quondam Ser. Johannis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate, ac prælibati Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum Notarius, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur agerentur, & fierent, interfui, Et ea rogatus, juſſusque ſcribere ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi ſigno, & nomine meo appoſitis conſuetis. Legendo & dixit in eo contineri nomina omnia quos Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum declarat eſſe ſuos Confederatos, Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, Complices, & Sequaces. Similiter etiam & Magnificus Dominus Ottho prædictus Orator Florentiæ exhibuit Cedulam legendam tenoris, qui infra ſequitur, videlicet.

Magnificus Dominus Ottho Lapi de Nicolinis Eques, & Legum Doctor, Eximius Orator, Procurator, Sindicus, & Mandatarius Illuſtris, & Excelſæ Reipublicæ Florentinæ ad infraſcripta plenam habens poteſtatem vice, & nomine, & pro parte Dominorum ſuorum, & prædictæ Reipublicæ Florentinæ declarat, & intimat Sanctiſſimo Domino noſtro Paulo ſecundo Summo Pontifici, ac Reverendo in Chriſto Patri Domino Petro Guillermo Roccha Apoſtolico Prothonotario & Refferendario, ac Serenisſimi, & Invictiſſimi Domini Ferdinandi Siciliæ &c. Regis Conſiliario, & ſui ſacri Conſilii Præſidenti, Oratori, Procuratori & Mandatario præfati Serenisſimi Regis, ac etiam Magnifico Domino Petro Mauroceno Equiti, Oratori, Sindico, & Mandatario Illuſtriſſimi Domini Ducis, & incliti Dominii Venetiarum, præfatis nominibus omnes, & ſingulos infraſcriptos eſſe Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, ſequaces, & Recommendatos præfatæ Illuſtris, & Excelſæ Reipublicæ Florentinæ: Videlicet, Illuſtrem & Potentem Dominum Ludovicum de Gonzaga, Marchionem Mantuæ. Item Illuſtrem & Potentem Dominum Fredericum Montisferretri, Urbini &c. Comitem & Serenisſimæ Ligæ præfatorum Serenisſimi Regis, Illuſtriſſimi Ducis Mediolani, ac Illuſtris Rei Publicæ Florentinæ Capitaneum Generalem. Item Magnificam Communitatem Bononiæ. Item Magnificam Communitatem Perusii. Item Illuſtrem Dominum Alexandrum Sfortiam, Piſauri &c. Item Illuſtrem Dominum Sigismundum Pandulfum de Malateſtis &c. Item Magnificam Communitatem Tiferni, Item Magnificum Dominum Jacobum Terzo de Appiano Plombini &c. Item Magnificum Dominum Tadeum Imolæ &c. Item Magnificum Dominum Spinectum de Maleſpinis de Verrucula, Item Magnificum Dominum Jacobum, et Fratres de Maleſpinis de Fodisnovo, et Magnificum Leonardum ejus Nepotem. Item Magnificum Dominum Ludovicum de Campo Fregoſio, et Magnificum Dominum Thomaſium ejus Nepotem, Item Magnificum Dominum Pier Nofrium, Comitem Montis Dolii, Item Magnificum Dominum Ugolinum Marchionem Montis ad ſanctam Mariam, Item Nobiles Viros filios Johannis de Monte Acuto. Item Nobiles Viros filios Johannis de Alidoſiis. Item Nobiles Viros filios Rainerii della Saſecta. Item Dominum Barnabo, et Dominum Nicolaum Fratres et Filios Domini

Ri-

Digitized by Google

Ricardini Marchionis de Maliſpinis. Item Dominum Bartholomeum Marchionem Malaſpinam, filium Domini Nicolai de Malgrado. Item Dominum Spinectam filium Domini Bartholomei Marchionem de Bognono. Item Dominum Azolinum, Domini Todeſchi de Tireſchieto & omnes alios Marchiones de Terzerio et dixit in ea deſcripta eſſe nomina eorum, quos Illuſtris et Excelſa Communitas Florentina declarat eſſe ſuos Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, Sequaces, et Recommendatos.

Sanctiſſimus autem Dominus noſter Papa antedictus, auditis Cedulis, et Inſtrumento præfatis, et quodlibet ex dictis Potentatibus nominaverat plures ex Subditis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſuæ Sanctitatis pro Confederatis &c. Egit gratias Domino Petro Oratori Veneto prædicto, et ejus Principalibus, licet abſentibus, qui quanquam in effectu egiſſent non magis eque quam cæteri Potentatus antedicti nominando ſuæ Sanctitatis Subditos, quos non debebant, ſaltem uſi fuerant ea modeſtia qua honeſtaverant eorum factum qualecumque illis verbis, videlicet ſalvis ſemper, et reſervatis Juribus debita reverentia, ſumiſſioneque, quam ſupraſcripti Vicarii et Communitates erga Summum Pontificem et Apoſtolicam Sedem habere ſunt obligati. Et nihilominus proteſtatus eſt ſe exiſtimare quod Nominationes, ſeu Declarationes ſubditorum ſuæ ſanctitatis et Sanctae Romanae Eccleſiae, tam per Regium, quam per ipſum Venetorum, et prius per Domini Ducis Mediolani ſeu etiam per Florentiæ Oratores aut eorum Principales factæ, non teneantur neque valeant, aut debeant admitti, & quod ideo eas non recipiebat, neque admittebat, niſi ſi, & quatenus deberent de jure admitti, & caſu, quo eas deberet de jure admittere ex oppoſito nominavit deſcriptos in Cedula, quam habebat in manibus, & quam omnibus audientibus legit, & in præſenti Inſtrumento inſeri mandavit pro ſua nominatione & declaratione, ac intimatione, cujus tenor ad verbum ſequitur, & eſt talis videlicet:

Paulus Papa ſecundus pro noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Colligatis & Confederatis &c. in Pace Italica nuper celebrata coreſpondendo declarationi & intimationi cariſſimi in Chriſto Filii Ferdinandi Regis &c. ante omnia tamen proteſtantes nos omittere Declarationem Ducis Soræ ejusque Matris, & aliorum ſuorum cum eorum Terris, & Subditis univerſis, quia per Fel. Record. Dominum Pium Papam ſecundum, Prædeceſſorem noſtrorum Statui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ incorporatæ fuerunt: alias pro Recomendatis nominaviſſemus eos, prout nominamus, quatenus opus eſt, & ſimiliter de Abbatia Montis Caſſini, et de Monte Caſino, Terrisque, Locis, Vaſſalis, & pertinentiis ſuis univerſis, quia ſubditi ſunt noſtri immediate. Declaramus et intimamus infraſcriptos dilectos filios, & Nobiles Viros videlicet. Civitatem Caſeranam, et Rogeronem de Celano Domini Balcerani &c. cum Terris, Vaſſallis, & Subditis ſuis. Similiter coreſpondendo declarationi, & intim[illegible]ni dilectorum filiorum Nobilis Viri Ducis & Pat[illegible]nii Venetiarum proteſtamur nos omittere intimationem Patriarum Fori, Julii & Hiſtriæ, ac Civitatum Ravennæ, & Cerviæ, cum de jure ſpectent, & pertineant ad Romanam Eccleſiam. Declaramus autem, & intimamus &c. ut ſupra diximus dilectos filios, Civitatem Paduanam, Vicentinam, Veronenſem, Porixienſem, Tarviſinam, Bergomenſem, & Jadrenſem. Et ſimiliter correſpondendo declarationi, & intimationi dilectorum filiorum Communitatis Florentinæ proteſtamur nos obmittere intimationem Terræ Burgi ſancti ſepulchri, quia eſt de proprietate, Dominio, & Patrimonio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, licet pignorata ſit pro ſumma Florenorum auri de ſigillo XXV. M. Anno Domini M. CCCC. XL. ſexto Kalendas Martii per Fel. Rec. Dominum Eugenium Papam quartum noſtrum prædeceſſorem, prout ex Regiſtris, & Bullis ſuis apparet, ſed declaramus, & intimamus &c. ut ſupra diximus, dilectos filios. Civitatem Piſarum, Aretinam, Corronenſem, Vulteranam, Piſtonenſem, dilectos filios Oppidanos, et Oppida Piſciæ atque etiam Prati pariter etiam proteſtamur, quod nos nuper cum præſentibus Oratoribus dilecti Filii Galeaz. Ducis Mediolani correſpondendo declarationi per eum ex inſtrumento factæ declaravimus, & intimavimus noſtros Confederatos &c. conſulto obmiſiſſe intimationem Inſulæ Corſicæ quia pertinet, & ſpectat ad Sanctam Romanam Eccleſiam, idque doceri poteſt per diverſa documenta. Quia vero Regius, et Florentiæ Oratores antedicti, audita laudatione ſuæ Sanctitatis de Venetis pro ſupraſcriptis verbis, facta et diſplicentia per ejus Sanctitatem forte ex tali eorum nominatione ſuſcepta addiderant ſinguli verbo ad dictas eorum Cedulas formaliter verba ſimilia ſupraſcriptis, quæ ſunt in Inſtrumento Venetorum videlicet ſalvis ſemper & reſervatis juribus debita reverentia ſubmiſſioneque, quam ſupraſcripti Vicarii, & Communitates erga Summum Pontificem & Apoſtolicam ſedem habere ſunt obligati. Idem Sanctiſſimus Dominus noſter volens ſicut dictam nominationem præter ſuum inſtitutum, & eorum exemplo tantum indutus fecerat, ita ubi modeſte agerent eos aut equare, aut ſuperare. Addidit ſimiliter ſupradictus ſuis nominationibus, ſeu declarationibus, ſalvis tamen in illis Dominiis, Civitatibus et Locis, quæ nominaſſet, juribus ſingulorum ex ipſis Potentatibus, quæ jura in eisdem Locis ſalva eſſe debent eorum Principalibus prædictis, tam Regius, quam Venetus & Florentinus Oratores prædicti proteſtati fuerunt, et ſunt. Et quod declarationes per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum de Subditis Dominiorum ſuorum factas non admittebant, niſi ſi et quatenus deberent de jure admitti. Poſt autem ea verba Idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, & prædicti omnes Domini Oratores ut Capitulo prædicto Pacis plene ſatisfacerent, & ejus tenorem adimplerent, viciſſim ſibi prædictis nominibus intimarunt declarationes Confederatorum &c. per eos ut præmittitur, factas, videlicet: Idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa Regio, Veneto, ac Florentino, & Regius ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, & Veneto, ac Florentino, et item Venetus eidem Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ, ac Regio & Florentino & Florentinus eidem Sanctiſſimo Domino

mino nostro Papæ, ac Regio & Veneto Oratoribus protestantes omnes, & singuli, se tunc eodem modo intimare, et eandem intimationem factam Oratoribus præfatis Illustrisimi Domini Ducis Mediolani, seu ipsi Domino Duci licet absentibus: Quod se facere posse, & debere asseruerunt virtute supradictæ Conventionis, die secunda præsentis mensis Junii factæ: Cum autem inter sæpe dicta Capitula Pacis ultimo loco sit Capitulum tenoris infrascripti videlicet. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus, & singulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, et habentibus Dominium aliquod in Italia, & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum mensium Pacem, etiam ut Principales intrare, et illa gaudere cum omnibus et singulis in ea contentis pro Dominiis in ea existentibus dumtaxat. Essentque extra Cameram infrascriptam, ut dicebatur, nonnullorum Principum, et Communitatum Italiæ Oratores, & Procuratores, qui aut ipsam Pacem vigore Capituli prædicti de novo intrare, aut intratam prius de suorum Principalium spetiali Mandato ratificare intendebant, et ut ad mitterentur instabant. Sanctisimus Dominus noster Papa sepedictus prædictis Dominis Oratoribus Regio Veneto, & Florentino audientibus et intelligentibus jusit primo vocari et introduci Ducum, et Principum qui Pacem prædictam ingredi, aut aliquid ad eam spectans, agere vellent, Oratores. Ad eamque Vocationem ingressi Reverendus Pater Dominus Johannes de Campesio, Abbas de Siis, & Filsaci, Magnificus Eques Dominus Ugo Dominus Caudeati. Dominus Johannes Bariaci, et Humbertus Condominus Lucingii Oratores, Procuratores et Mandatarii Illustrisimi Principis Domini Amadei Sabaudiæ &c. Ducis ad infrascripta peragenda spetialiter constituti ex patentibus ejusdem Domini Ducis Literis datis Caregnani, die XXIII. Maii præsentis anni subscriptis ejus propria, et spectabilis Viri Domini L. de Puteo ejus Secretarii manibus, Sigillatisque ejus rotundo Sigillo in Cera rubea pendenti, infra ad verbum insertis, et quas præfati Regius, et Venetus ac Florentinus Oratores asseruerunt, se vidisse, et examinasse, ac quod essent idoneæ, et Sufficientes, exposuerunt præfatum Illustrisimum Dominum Ducem Sabaudiæ eorum Principalem accepto Nuntio conclusæ Pacis supradictæ, cognitaque reservatione, ingrediendi eandem Pacem tam sibi, quam reliquis Potentatibus Italiæ ex supradicto Capitulo facta; Illico pro innato sibi desiderio Pacis, & quietis statuisse Pacem ipsam; sicuti ex dicto ultimo Capitulo poterat, & sibi erat permissum pro suis Dominiis in Italia existentibus ut Principalem ingredi, ac intrare, ac illa gaudere cum omnibus, & singulis in ea contentis, eaque causa misisse ipsis Facultatis prædictæ Litteras; quarum virtute, et vigore ipsi Domini Oratores Pacem ipsam pro sæpedicto eorum Duce pro Dominiis, quæ habet in Italia ut Principales intraverint, illaque velle uti, et gaudere cum omnibus et singulis in ea contentis, eo ampliori, et validiori modo quo vigore prædicti eorum Mandati poterant, et eis licebat: dicto nomine asseruerunt, et protestati sunt. Et idem spectabilis et generosus Vir Jacobus de Trotis Illustrisimi Principis Domini Borsii Ducis Mutinæ &c. Orator et Procurator ad infra scripta peragenda spetialiter constitutus ex patentibus Litteris ejusdem Domini Ducis Principalis sui datis Ferrariæ die XX. mensis Maij præsentis Anni ejusque magni Sigilli in alba Cera impressione munitis infra ad verbum insertis. Quas præfati Domini Regius, Venetus et Florentinus Oratores similiter se vidisse, et examinasse, ac quod essent bene sufficientes asseruerant una cum eisdem Oratoribus Ducis Sabaudiae eamdem Cameram ingressus; peractisque per eosdem Sabaudienses Oratores pra misis, exposuit praefatum Illustrisimum Dominum Ducem Mutinae Principalem suum, ut primum accepit Nuntium conclusionis Pacis supradictae, et item ingressus ejusdem Pacis per ipsum Jacobum eodem pene momento et puncto facti, et celebrati eo modo, quo constat publico Istrumento per nos Notarios infrascriptos confecto. In primis totius Italiae glorioisimae Parentis suae, cui post gravisimum Praelium amena dulcisque Pax obtigisset. Tum etiam suo nomine, cui per Capitulum praedictum postremo loco positum Pacis ingrediendae amplectendae simul cum caeteris Italiae Potentatibus daretur facultas exultaviisse, et ingressum sive introitum praedictum Pacis per dictum Jacobum, ut dictum est, factum omniaque in dicto Instrumento contenta rata, grataque, et accepta habuisse, et solemniter per supradictas Litteras ratificasse, et emologasse, et se ejusdem sui Principalis Mandato ea rursus ibidem ratificare et emologare ac ipsam Pacem, quatenus opus sit, et non praejudicet priori ingressui, et instrumento prædictis, dicto nomine de novo ut principalem, et unum ex Capitulis Principalibus, intrare, et ea gaudere, ac uti velle, et intendere cum omnibus et singulis Capitulis in ipsa contentis, et descriptis, & ipsi suo Principi pertinentibus, prout intravit, et ingressus est eo ampliori et validiori, ac solemniori modo, quo vigore prædictarum suae facultatis Litterarum poterat, et potuit, ac sibi licuit. Successive autem, his peractis, jussit Sanctissimus Dominus noster vocari, et introduci Oratores Communitatum Pacem eandem intrare, aut aliquid ad eam pertinens agere volentes. Ingressisque ad eam vocationem Magnifico Equite, & Doctore Domino Nicolao Suerino, Magnificæ Communitatis Senarum Oratore, Procuratore et Sindico ad infrascripta omnia peragenda spetialiter constituto ex instrumento publico rogato die XII. mensis Maji, praesentis anni , et publicatum per Ser. Matthiam de Casulis Civem Senarum et Notarium publicum ac Sigillato impressione duorum Sigillorum dictae Communitatis in alba cera, altero magno, alteroque parvo infra ad verbum inserto. Et Ventura Petri del Trito de Civitate Castelli. Ac Thoma Spada Give Lucensi Institoribus, et Nuntiis spetialibus Spectabilis Viri Galeotti de Franciottis, Magnificæ Communitatis Lucensis Oratoris absentis Curuae ab Urbe metu Pestis Praefatus Dominus Nicolaus Orator Senensis cujus Mandatum supra memoratum praefati Domini Regius, Venetus, ac Florentinus Oratores asseruerunt se vidisse, et quod esset idoneum, et sufficien[illegible] posuit suam Magnificam Communitatem praefatam, accepto Nuntio jucundisimo Pacis antedictae et

ac-

Digitized by Google

acceptationis ejus, et ingreſſus ſive introitus per ipſum Oratorem eorum nominibus eadem fere hora, qua Pax ipſa concluſa fuit facti ſicut conſtat publico Inſtrumento per nos Notarios infraſcriptos jam confecto, introitum ejusmodi, ita ut ſupra dicitur factum, et omnia, et ſingula in dicto Inſtrumento contenta rata, grataque, et accepta habentes ratificaviſſe, et emologaviſſe ex inſtrumento ejus Facultatis, eique commiſiſſe, et mandaviſſe, ut Ratificationem eandem Sanctitati ejus, et Dominis Oratoribus illis præſentibus denuntiare, et intimare deberet, prout ipſe ex tunc denuntiavit et intimavit, et nihilominus ad abundantiorem cautelam, quatenus opus eſſet, aut dicto priori ingreſſui per eum facto et ratificato non derogaret eamdem Pacem de novo, ut Principalis, et unus de Principalibus in ea nominatis prædictis omnibus intravit, et ingreſſus eſt, dixitque, et eſt proteſtatus ſe velle et intendere ea gaudere, et frui cum omnibus clauſulis in ea contentis, et deſcriptis dictis ſuis Principalibus competentibus, et quæ competere poſſunt, eo ampliori, et validiori ac ſolemniori modo, quo vigore dicti ſui Mandati, et Facultatis poterat, et potuit, ac ſibi licuit. Ventura vero Petri del Trito, et Thomas Spada Inſtitores, et Nuntii Galeotti, Franciotti Oratoris Lucenſis antedicti exhibuerunt Inſtrumentum Ratificationis prædictæ Pacis, et ingreſſus ejus per dictum Galeottum Oratorem apud Viterbium juxta ipſius Inſtrumenti tenorem, & continentiam facti vigore Mandati ei à dicta Communitate Lucenſi conceſſi, quod Inſtrumentum ſtipulatum fuit die XVII. præſentis menſis Junii, et publicatum per honorabilem Virum Ser. Roſatum, quondam Matthei de Viterbio publicum Notarium. Et quod præfati Domini Oratores Regius, Venetus, ac Florentinus aſſeruerunt ſe vidiſſe, et legiſſe, et quod eſſet idoneum, et ſufficiens, et quod infra ad verbum eſt inſertum. Quibus omnibus ita, ut præmiſſum eſt, peractis, Sanctiſſimus Dominus noſter Papa, et Reverendus Dominus Protho-notarius Roccha Regius, et Magnificus Dominus Petrus Maurocenus Venetus, nec non Magnificus etiam Dominus Ottho Lapi de Nicolinis Florentinus Oratores omnes ſimul, et ſingulariter dixerunt primo præfatis Oratoribus Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, deinde Oratori Illuſtriſſimi Domini Ducis Mutinæ, et ſucceſſive Oratori Magnificæ Communitatis Senarum ac poſtremo Venturæ, et Thomæ Nuntiis Oratoris Lucenſis præfatis ſe omnes, et ſingulos nominibus antedictis, ipſos, et eorum quamlibet pro ſuis Principalibus in prædicta Pace, et ad eam alacri jucundoque animo recipere, acceptare, et complecti, ac receperunt, acceptaverunt, et complexi ſunt. Et ſanctiſſimus Dominus noſter prædictus eosdem omnes et ſingulos Oratores in ſignum veræ ſolidæque Pacis, et Caritatis contractæ, ad ſe vocatos ad Beatiſſimorum Pedum, Manuum et Oris. Venturam vero, et Thomam antedictos Nuntios Oratoris Lucenſis ad Beatitudinis pedum oſcula admiſit et recepit, eisque omnibus et ſingulis, ac contractæ, ut præmittitur, Paci tanquam pius Pater, et Paſtor benedixit. De quibus omnibus et ſingulis, ſic ut præmittitur, geſtis præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter Papa mandavit nobis Notariis publicis et infraſcriptis. Et prædicti omnes Oratores, et Nuntii, ſingulariter prout ad unumquemque eorum ſpectabat requiſiverunt tam pro ſuo, quam aliorum omnium, et ſingulorum quolibet habentium, vel impoſterum habiturorum intereſſe, ut unum, et plura conficeremus Inſtrumenta publica ejusdem tenoris ad futuram rei memoriam. Tenores vero omnium et ſingularum, Litterarum patentium, et inſtrumentorum prædictorum, de quibus ſupra facta eſt mentio, et quæ actu tunc exhibita fuerunt ſequuntur, et ſunt tales.

Ferdinandus DEI gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, et Hungariæ Univerſis, et ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis quoquomodo ſeu viſuris pateat evidenter. Quodcumque, die videlicet octavo præſentis menſis annuente DEO, opera ſtudio, auctoritate Sanctiſſimi ac Beatiſſimi Domini noſtri Pauli Pontificis Maximi inter ipſum ac Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, Illuſtriſſimum inſuper et Potentiſſimum Dominum Galeaz Mariam Sfortiam, Vicecomitem, Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, Excelſam item Communitatem Florentiæ ac nos, vera Pax perpetuaque ſit contracta, inita et firmata, ut in Contractu Capitulisque inde celebratis continetur, et inter cætera in Capitulis ipſis contineatur, ac ſit capitulum infraſcriptum. Item Partes prædictæ convenerunt, quod omnibus, et ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, et habentibus Dominium aliquod in Italia, et Potentatibus Italiæ, liceat infra terminum duorum menſium Pacem etiam, ut Principales intrare et illa gaudere cum omnibus, et ſingulis in ea contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat, et quando quidem nobis animo inſidet, non ſolum cum prædictis Potentatibus, ſed cum cæteris quibuscumque Pacem, concordiamque perpetuam habere, ac conſervare contenti ea forte quam omnipotens ſua Clementia nobis donavit, cum nunquam niſi propulſandæ injuriæ cum Arma ceperimus: Volentes quod in Contractu et Capitulis prædictis continetur ad unguem ſervare confiſi de fide, prudentia, ſufficientia, et animi probitate Reverendi in Chriſto Patris Petri Guillielmi Roccha Apoſtolici Prothonotarii et Referendarii ſacri noſtri Conſilii Præſidentis, Oratorisque noſtri apud eundem Sanctiſſimum Dominum noſtrum licet abſentem velut præſentem harum ſerie omni meliora via & modo, quo melius & validius fieri poteſt & debet Procuratorem noſtrum Actorem factorem & negotiorum geſtorem, & ſi quo alio nomine melius cenſeri poteſt, & debet facimus, creamus, conſtituimus, & ordinamus ad ineundum ſcilicet, contractandum, firmandumque, Pacem, vel acceptandum in Pacem ipſam quodvis Dominium, ac perſonam etiam regali dignitate fulgentem quæ juxta formam Capituli præinſerti in Pacem ipſam includi & acceptari voluerint cum illis Capitulis, pactis et conditionibus, de & cum quibus concordari poterunt. Et de acceptatione, et Capitulis inde faciendis, firmandisque fieri faciendum publica inſtrumenta mutuis

ſtipulationibus vallanda, pœnis, juramentis, obligationibus, renuntiationibus, & clauſulis aliis, quibus eidem expedire videbitur, & cum ejusdem hujusmodi Pacem ipſam intrantibus melius poterit convenire pro noſtra ac Contrahentium, omniumque quorum intereſt, cautela, & inſuper, cum inter Capitula prædicta ſit aliud Capitulum tenoris ſequentis: Item convenerunt prædictæ Partes nominibus, quibus ſupra, quod infra terminum quinquaginta dierum incipiendo à Die Stipulationis hujus Contractus teneantur declarare, & intimare hinc inde eorum Colligatos, Confederatos, Adhærentes, Complices, ſequaces, & recommendatos, earumdem ſerie præſentium facimus, conſtituimus, ordinamus Procuratorem noſtrum eundem Reverendum Prothonotarium pro nobis ſive noſtro nomine, & parte ad declarandum & intimandum eidem Sanctiſſimo Domino noſtro, & aliis quibus declaratio, et intimatio hujusmodi propterea facienda fuerit, omnes noſtros tam ſingulariter & proprio nomine, quam communiter ſive ſimul & conjunctim, aut una cum Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani, & Illuſtri et Excelſo Dominio Florentinorum, noſtrique, et ipſorum Ducis, et Dominii cum Liga & Confederatione Colligatos, Confederatos, Ahærentes, Complices, Sequaces & Reccommendatos, & de prædictis declaratione & intimatione fieri faciendum Inſtrumentum unum publicum, ſive plura publica Inſtrumenta, prout ſibi videbitur expedire nec non pro Reverentia Sedis Apoſtolicæ, & Beatitudinis præfati Domini noſtri, ac faciliori expeditione & Complemento propter ea agendorum volumus, & eidem Procuratori expreſſe concedimus, quod ſibi pro nobis per alias Partes prædictas, & quamlibet ipſarum conjunctim vel diviſim infra dictum quinquaginta dierum terminum declarari poſſint, & intimari earum, & cujuslibet ipſarum Colligati, Confederati, Adhærentes, Complices, Sequaces, & Recommendati. Volentes | & declarantes expreſſe, quod declarationes & Intimationes hujusmodi, quas infra prædictum quinquaginta dierum terminum juxta præinſerti Capituli tenorem propter ea eidem noſtro Procuratori fieri contigerit perinde habeantur, & eundem ſortiantur effectum, ac ſi nobis perſonaliter fierent, ſeu factæ forent. Nos enim in prædictis, ac quolibet prædictorum, aa incidentibus, emergentibus, connexis, & annexis eidem harum ſerie eidem Reverendo Prothonotario tribuimus omnem noſtram poteſtatem, auctoritatem & plenum poſſe tanquam ſi nos ibidem præſentes eſſemus, Promittentes inſuper, ac jurando ad Dominum DEum, & ejus ſancta quatuor Evangelia noſtris manibus corporaliter tacta nos habituros ratum, gratum & firmum omne totum & quicquid in prædictis, & circa prædicta per ipſum Reverendum Prothonotarium actum fuerit, et in nullo contra venire ſub hypoteca, & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum. Quod eſt datum, & actum in Caſtello Novo Civitatis noſtræ Neapolis die XX. Maij M. CCCC. LXVIII. Rex Ferdinandus. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Ligæ primo.

Amedeus Dux Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Niciæque Vercellarum, ac Friburgi &c. Dominus, Univerſis modernis, & Poſteris ſerie præſentium fiat manifeſtum, quod cum ſuperioribus diebus inter Principes & Potentatus Italiæ, mediisque perſonis Oratorum & Procuratorum, & Mandatorum eorundem Pax perpetua & inviolabilis contracta, inita & firmata extiterit, ſic volente, conſentiente & declarante Sanctiſſimo & Beatiſſimo Domino noſtro Domino Paulo Divina Providentia Papa ſecundo, cujus Offitia & exercitia in omni re digna ſunt, & laudanda. Cumque inter cætera Capitula hujusmodi Pacis amenæ & dulcis unum legatur inſertum & inter Principes, & Potentatus ſupra nominatos conventum. Quod omnibus, & ſingulis aliis Dominis quacumque dignitate etiam Regali fungentibus, habentibus Dominium aliquod in Italia & Potentatibus Italiæ liceat infra terminum duorum menſium Pacem hujusmodi, etiam ut Principales intrare, & illa gaudere cum omnibus, & ſingulis in illa contentis pro Dominiis in Italia exiſtentibus dumtaxat. Ecce quod nos Pacem, & quietem Populi noſtri magnopere diligentes, & quæcunque beneplacita prælibati Domini noſtri Papæ, qui non ſine urgentiſſima cauſa & deliberatione matura dictam Pacem proſecutus & amplexus eſt, tota mente, & reverentia imitari. Harum tenore declarandum duximus, & declaramus pro nobis & noſtris velle etiam connominari, numerari & comprehendi in Tractatu, concluſione & inſtrumento Pacis prædictæ. Nec non Capitulis, Pactis, Conventionibus, modis, formis, promiſſionibus, obligationibus & clauſulis in prædicto Inſtrumento recepto ſub Anno, & indictione præſentibus, die octava hujus menſis Maji latius deſcriptis. Ut Principales pro Principatu Pedemontium, ac Dominiis noſtris in Italia exiſtentibus facientes propterea, & conſtituentes ex noſtra certa ſcientia, & omnibus melioribus modo, & via & jure & forma quibus melius & validius fieri poteſt Oratores, Procuratores, & Mandatarios noſtros Reverendum in Chriſto Patrem & Compatrem Dominum Johannem de Compeſio Abbatem de Syx & Filiaci, Dominum Ugoninum, Dominum Caudeazi Militem, Dominum Johannem Bariatti, Dominum Euſebium de Margaria, Archidiaconum Vercelenſem, Dominum Antonium Lamberti Cantorem Gebenni, & Heimbertum Condominum Lucingii apud Urbem agentes abſentes tanquam præſentes, & ipſorum quemlibet in ſolidum ſpecialiter & expreſſe ad declarandum, ſignificandum, ſolidandum & firmandum ac jurandum Evangeliis Dei tactis in animam noſtri nos velle, & intendere Federa, Capitula, & Effectum Pacis prædictæ ut Principales intrare, eaque gaudere modis, ac formis omnibus in prædicto Inſtrumento declaratis, & pro declaratione & obſervantia ipſius Pacis, Capitulorum, conventionum, pactorum, & obli-

Digitized by Google

obligationum & aliorum in eadem contentorum, confirmationes, Litteras & publica inſtrumenta facienda, & fieri rogandum in præſentia prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & manibus Notariorum, qui dictum Inſtrumentum Pacis recæperint, & alibi ubi, & quotiens fuerit opportunum & omnia dicendum, confirmandum, declarandum, firmandum, promittendum, & faciendum, quæ in promiſſis & circa neceſſaria fuerint, etiam ſi mandatum exigerent magis ſpetiale, & quæ nosmet facere, promittere & confirmare, ac concludere poſſemus ſi præſentes & perſonaliter intereſſemus. Promittendo nos Dux præfatus in verbo Principis, & bona fide noſtra, & ſub expreſſa obligatione, & ypotheca omnium & ſingulorum bonorum noſtrorum mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorum in Italia exiſtentium habere, tenere, & perpetuo, ac inviolabiliter obſervare omne id, & quicquid per dictos Oratores, Procuratores & Mandatarios noſtros, & quemlibet ipſorum in præmiſſis, & circa cum dependentibus, emergentibus & connexis ex eis actum, dictum, conventum, confirmatum, declaratum, initum, geſtumve fuerit, vel alias quomodolibet negotiatum, & nullo unquam tempore contrafacere, dicere, opponere vel venire. Renuntiantes in præmiſſis omnibus, & ſingulis omnibus Juris, & facti excæptionibus, quibus contra ea, vel ipſorum aliqua nos juvare poſſemus, vel alias quomodolibet tueri, & præſertim juri dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit ſpetialis; Intervenientibus etiam ad præmiſſa omnibus aliis ſolemnitatibus, & clauſulis opportunis. In quorum omnium perpetuam memoriam, & teſtimonium, has literas noſtras per Secretarium noſtrum ſubſcriptum fieri, & ſignari juſſimus, & ſigillo Cancellariæ noſtræ impendenti ſigillari, quas & nos manu quoque ad majorem robur & declarationem ſignavimus. Datum Cargnani, die XXIII. Maji Anno Domini MCCCCLXVIII. Amedeus. Per Dominum. Præſentibus Dominis Reverendo Joh. Epiſcopo Lauſann. Cancellario, Claudio de Sayſello Marco Prothonotario Domino Sancti Juliani, Antonio Domino Decorant, Ambroſio de Vignate, Dominico de Plozaſcho Condomino Ayraſche, Johanne Locten. Theſaurario. L. de Puteo.

Borſius, Dux Mutinæ & Regii, Marchio Eſtenſis Rogidegiique Comes, &c. Cum Sanctiſſimus ac Ben. Dominus noſter Paulus ſecundus ſummus Rom. Pontifex, & Paſtor Univerſalis Eccleſiæ digniſſimus, multos dies, & multos menſes incubuerit, & inſudaverit circa reſtinguendos hoş motus bellicos in Italia, & concurſus hoſtiles hinc, & hinc factos, & tandem, poſt multos, & infinitos labores, & vigilias prælibatus Sanctiſſimus Dominus noſter, ad laudem & Gloriam Omnipotentis Dei & ejus Glorioſiſſimæ Matris Virginis Mariæ, ac totius Curiæ triumphantis. Nec non ad exaltationem, & triumphum ſui tanti divini Operis & nunquam delendi e memoria eorum, qui nunc ſunt & qui venturi ſunt, in hunc Mundum conduxerit pro ſua incredibili humanitate, ac divina gratia, ac pro ſuo Offitio Pontificiali ad bonam Concordiam ac veram & perpetuam Pacem Sereniſſimum Principem & Dominum Dominum Ferdinandum Regni Neapolitani ac Siciliæ &c. Regem, & Illuſtriſſimum Principem & Dominum Dominum Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, nec non Magnificam & Excelſam Communitatem Florentiæ ex una Parte & Sereniſſimum Ducale Dominium Venetiarum &c. ex altera parte ut conſequenter Pax ipſa impartiret honorem, & ſtatum non ſolum ipſis Partibus Principalibus, & ſupranominatis cum ſuis omnibus, & ſingulis, Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus, Complicibus, Sequacibus, & Populis, ac ſubditis earum, ſed etiam foret Pax ipſa ad commodum, tranquilitatem, & ſalutem, ac conſervationem & augumentum omnium aliorum Dominiorum, ac Dominorum, ac Statuum per totam Italiam, ut ſicut ipſe Sanctiſſimus Pontifex eſt verus & optimus Paſtor, & libertatis Italiæ Conſervator, & deffenſor, ita omnes alii regnantes ſua ſancta veſtigia, & puram, ac ſinceram intentionem, & mentem immittentur & adorent. Quemadmodum de ipſa Pace ſic firmata conſtat per ſolemnem Contractum, & Documentum publicatum & ſtipulatum in conſpectu prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri die nono præſentis menſis ſummo mane in Urbe Roma, & in Pallatio Pontificiali. Aſtantibus tunc, & intervenientibus ac ſic paciſcentibus, & remanentibus in concordia, & Pace Oratoribus & Mandatariis ipſarum Partium ad obedientiam, & implementum Mandatorum prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri. Cumque facti ſimus certiores ad Mandatum ejusdem Summi Pontificis per litteras ſpectati, & præſtantis Oratoris noſtri Jacobi Trotti illic in Curia Romana apud Apoſtolicos Pedes reſidentis, quod in eo Contractu & Inſtrumento feliciſſimæ Pacis fuerit nobis reſervatus locus ob recordationem de nobis ſpecialiter factam per prælibatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, ſuper intrando in ipſam Pacem, tanquam Ducem Mutinæ, & tanquam unum Caput, & membrum Principale, ſicuti ſupra nominati Principales Contrahentes fuerunt, & ſunt deſcripti & nominati. Ad quam quidem rem omnes illi Oratores, & Mandatarii ipſarum Partium una voce ac promto, ac libero animo pro ſuis Principalibus Dominis & Dominiis devenere, Admittentes, & accæptantes eundem Jacobum Trottum pro nobis, & nomine noſtro in caput unum, & pro capite uno principali ipſius Pacis: eo Jacobo promittente tunc pro nobis de rato & ratihabitione, ac etiam jurante in animam noſtram pro obſervatione, & implemento, ſicuti tunc fuit etiam notatum, & ſolemniter ſtipulatum. Propterea ut qui ſumus devotus filius, & benevolentiſſimus præfatarum inclitarum potentiarum, & ut qui ſumus pro virili noſtra intentus, & diſpoſitus, ac totaliter prædeſtinatus ad Pacem, & ad omnia & ſingula, quæ toti Italiæ grata, & commodo eſſe poſſint, & incrementum & conſervationem quietis, & libertatis Italicæ ſint allatura. Volentes parere libero animo Mandatis præfati Sanctiſſimi Domini noſtri, qui tam honeſte ac tam clementer introduci fecit nos & rem noſtram pro uno principali Capite ipſius Pacis, & ut ipſe laudabilis affectus pro nobis etiam

Digitized by Google

fortiatur effectum gratam & accæptam habentes in majorem modum ipſam noſtram admiſſionem & accæptationem tenore præſentium noſtrarum Patentium Litterarum, & decenti ſerie quas, & quod habere volumus vim, & robur unius publici & authentici Inſtrumenti ſponte & ex certa ſcientia, ac animo deliberato, & omni via, modo, forma, & cauſa, quibus magis, & melius, ac validius facere potuimus et poſſumus cum interventu etiam quarumcumque ſolemnitatum, tam a jure quam a conſuetudine, requiſitarum, et opportunarum ratificamus, et approbamus plene, et ſolemniter omnia quæcumque geſta, et acta per ipſum Jacobum Oratorem noſtrum, et ad cautellam dicimus, et declaramus nos contentari, et eſſe velle incluſum in ipſa Pace tanquam Caput unum Principale cum cæteris. Admittentes et accæptantes omnem incluſionem & accæptationem de nobis factam. Nec non plenisſime et ex omni parte confiſi de integritate, ac fide ac diligentia ipſius Jacobi Trotti, facimus, conſtituimus et ordinamus eundem Jacobum abſentem, tamquam præſentem noſtrum verum, certum, indubitatum et legitimum Procuratorem, Mandatarium, et Nuntium ſpetialem, et quidquid dici melius, et cenſeri poteſt ſpetialiter, et expreſſe ad noſtro Procuratorio nomine firmandum, ineundum, et concludendum cum præfatis Inclitis Potentiis, et cum aliis quibuscunque ad quos pertinuerit, vel cum ſuis Oratoribus, et Mandatariis quascumque obligationes mutuas, et promiſſiones conventiones et pacta cujuscunque generis et maneriei fuerint, et illis modis, formis et conditionibus, qualitatibus, et intelligentiis, ac juramentis cum quibus, et prout ipſæ Partes melius poterunt convenire, et ipſi noſtro Procuratori magis et melius viſum fuerit, et placuerit tanquam de intentione noſtra uberrime informato. Committentes etiam ſibi omnes noſtras vices, et omnem noſtram in præmiſſis, et quolibet præmiſſorum poteſtatem et bailiam, et generaliter ad omnia alia, et ſingula faciendum, gerendum et exequendum, quæ in præmiſſis, circa præmiſſa, et quolibet præmiſſorum neceſſaria fuerint, et opportuna, et quæ nos facere poſſemus ſi perſonaliter intereſſemus, et de prædictis et quolibet Prædictorum fieri et rogari faciendum unum, et plura Inſtrumenta ſolemnia, et manu publici Notarii conficienda cum omnibus, et ſingulis clauſulis, et ſolemnitatibus, pœnis, et pœnarum adjectionibus, ac omnibus aliis, et ſingulis neceſſariis, et opportunis tam ex forma juris, quam ex conſuetudine Loci, ubi ea fieri contigerit. Dantes et attribuentes ipſi noſtro Procuratori, et Mandatario plenam licentiam, liberam facultatem, ac latum et amplisſimum Mandatum cum plena et libera, ſpetiali et generali adminiſtratione in prædictis, et quolibet prædictorum, etiam ſi talia forent, quæ Mandatum exigerent ſpetiale, et ſpetialisſimum, et etiam ſi majora forent expreſſis, nam ad ea omnia, et ſingula ex nunc, prout ex tunc facimus eum, et conſtituimus Procuratorem et Mandatarium ſpetialem Promittentes nos firmam, ratam, gratam habituros hujusmodi Ratificationem & approbationem, & quicquid per ipſum Procuratorem noſtrum factum fuerit, ſive geſtum in prædictis omnibus & ſingulis & quolibet eorum, non ſecus ac ſi per nos perſonaliter facta eſſent: Nec non promittentes ipſum Procuratorem noſtrum non revocare a præſenti Mandato, nec præſens Mandatum ab eo. Et hæc omnia ſub fide noſtra, & legali, & juſti Principis, & ſub hypotheca omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, & ad majorem fidem & robur præſens noſtrum Decretum noſtro ſolito ſigillo muniri fecimus. Datum Ferrariæ in Pallatio noſtro Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti M CCCC LXVIII. Indictione prima die XI. Menſis Maji.

In Nomine Domini Amen.

Anno ab ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti Salutifera Incarnatione M CCCC LXVIII. Indictione prima ſecundum morem, ſtilum & conſuetudinem Notariorum Civitatis Senarum. Die vero undecimo menſis Maji, tempore Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pauli divina providentia Papæ ſecundi Regnante Sereniſſimo Principe, & Domino Domino Federico Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, ſecundum comunem uſum loquendi in dicta Civitate Senarum. Pateat omnibus evidenter præſens hoc publicum Inſtrumentum inſpecturis quod Magnifici et Excelſi Domini Domini Priores, Gubernatores Communis et Capitaneus Populi, Vexiliferque Juſtitiæ Civitatis Senarum convocati, et in ſufficienti numero congregati in Conſiſtorio Pallatii eorum ſolitæ et deputatæ reſidentiæ una cum Spectabilibus Vexiliferis Magiſtris Civitatis prædictæ pro negotiis Reipublicæ Senarum utiliter peragendis. Viſa auctoritate, poteſtate, Mandato et Balia ipſis data et conceſſa hac præſenti die ab opportunis conſiliis Civitatis prædictæ, prout de mandato et auctoritate prædictis conſtat manu mei Notarii infraſcripti, nec non manu Ser. Mini de Tricirculis Notarii publici Senenſis ad ratificandum Pacem per Sanctiſſimum Dominum noſtrum, Dominum Paulum, divina providentia Papam ſec. et accæptatam, firmatam et concluſam intra infraſcriptos Italiæ Potentatus in præſentia præfati Sanctiſſimi Domini noſtri et ipſius auctoritate, qui tanquam divinus Paſtor, et cælitus datus nunquam ceſſavit omni vigilantia Pacem dare ovibus ſibi commiſſis, et omnem animorum turbulentiam ſerenare, Pacemque veram, et ſinceram componere potiſſime inter Italiæ Potentatus inter quos Bellum extiterat, et periculoſius timebatur etiam futurum. Quæ Pax, licet prius fuiſſet, ut prædicitur, per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam pronuntiata, et acceptata per Oratores dictorum Potentatuum, noviſſime fuit iterum per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam ſolemniter pronuntiata, concluſa, affirmata, et approbata per dictos Potentatus de præſenti menſe Sanctiſſimo Domino noſtro approbante, et ad majoris roboris firmitatem pro uno Capite, et Principaliori confirmante, et ratificante dictam Pacem, et per Spectabilem Equitem Clariſſimumque Juris Conſultum Dominum Nicolaum Severinum, apud præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam Oratorem præfatæ Magnificæ Communitatis Senarum extitit

extitit etiam approbata et ratificata. Viso etiam quod inclusione dictæ Pacis inter Communitates, et Potentatus Italiæ, quibus fuit reservatus locus approbandi et ratificandi dictam Pacem, est Magnifica Communitas Senarum, et sibi reservata est potestas illam pacem ratificandi pro uno Capite infra duos menses, cognita universi Reginminis voluntate disposita ad Pacem prædictam per præfatum Dominum Nicolaum Oratorem ratificatam ut supra dicitur amplexandam, recipiendam, comprobandam, et ratificandam, prout hodierna die in dictis Consiliis fuit conclusum, et deliberatum, Desiderantes exequi commissa præfatis Magnificis Dominis Capitaneo Populi, et Vexilifero Magistris circa dictam Pacem approbandam, et ratificandam, cujus Pacis semper Civitas Senarum fuit studiosa et amica, servatis servandis, omni meliori modo via, jure, causa, et forma, qua, et quibus melius, et efficatius facere potuerunt, concorditer decreverunt deliberare, et deliberaverunt constituere, et constituerunt eorum et dictæ Magnificæ Communitatis Senensis verum, et legitimum Sindicum, Procuratorem, Actorem, Factorem, et certum Nuntium spetialem præfatum Spectabilem Equitem, et Clarissimum Juris Consultum, et ipsorum, et dictæ Communitatis Oratorem prædictum Dominum Nicolaum Severinum absentem tanquam præsentem ad comprobandum, accæptandum, ratificandum, et emologandum ex parte et vice et nomine dictæ Magnificæ Communitatis Senarum dictam Pacem novisime, ut prædicitur conclusam, pronuntiatam per præfatum Sanctissimum Dominum nostrum Papam, et solemniter firmatam de præsenti mense inter dictos Italiæ Potentatus, et per præfatum Summum Pontificem confirmatam, et ratificatam, ac etiam in continenti ratificatam a præfato Domino Nicolao dicto nomine, et dictam Ratificationem per ipsum Dominum Nicolaum dicto nomine factam etiam approbandum et confirmandum omni meliori modo, quo eidem Domino Nicolao dictis nominibus seu altero dictorum nominum videbitur et placebit. Concedentes eidem Domino Nicolao Sindico, et Procuratori prædicto potestatem pro observantia dictæ Pacis, obligandi Magnificum Commune Senarum, et ipsius bona præsentia et futura cum Promissionibus, pœnarum adjectionibus, Renunciationibus, juramentis, et generaliter, et cum aliis Capitulis, Articulis, Clausulis, et solemnitatibus necessariis, et opportunis, et ad omnia alia, et singula faciendum, gerendum, procurandum, et exercendum, quæ in prædictis, et quolibet prædictorum necessaria fuerint, et opportuna, et prout eodem Sindico, et Procuratori visum fuerit. Dantes et concedentes Constituentes prædicti dicto nomine dicto eorum Sindico, et Procuratori in prædictis, et quolibet prædictorum plenum, liberum, generale, et spetiale Mandatum cum plena, libera, generali, et spetiali Administratione, Promittentes mihi Notario infrascripto tanquam publicæ personæ Officio publico fungenti præsenti, recipienti, et stipulanti vice, et nomine omnium, et singulorum quorum interest, interfuit, seu interesse poterit in futurum, se firmum ratum atque gratum habere, et tenere omne totum, et quidquid per dictum eorum Sindicum, et Procuratorem actum, factum, gestum, seu procuratum fuerit, sub hypotheca, et obligatione dicti Magnifici Communis Senarum, suorumque bonorum omnium præsentium, et futurorum, rogantes me Notarium infrascriptum ut de prædictis publicum confitiam instrumentum. Actum Senis in Consistorio Pallatii dictorum Magnificorum Dominorum Senensium præsentibus Clarissimo Jur. Cons. Domino Johanne Baptista de Caccilupis de Sancto Severino Judice Reformationum Magnificæ Communitatis Senarum. Pietro Fundio Doctissimo Senensi Cancellario, et Ser. Simone Bartholomei Pocreo Notario de Senis testibus ad prædicta adhibitis, præsentibus, et rogatis.

Ego Matthias Antonii de Catulis Civis Senensis publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Judex Ordinarius, prædictis omnibus et singulis, dum sic agebantur, interfui, et tamquam Notarius et Scriba dictorum Magnificorum Dominorum, et eorum Consistorii de prædictis rogatus scribere, manu propria scripsi, et publicavi, signumque meum apposui consuetum ad fidem, et testimonium, omnium præmissorum. Universis et singulis præsentes Litteras inspecturis fidem facimus, et pariter attestamur Nos prior Guber. Communis, et Capitaneus Populi Civitatis Senarum qualiter Egregius Vir Ser. Matthias Antonii Notarius suprascriptus, et suprascripto Mandato, & publico Instrumento rogatus jam plura sunt tempora fuit, & hodie est authenticus, fidelis ac legalis Notarius & in Matricula Universitatis Judicum & Notariorum Civitatis nostræ descriptus, approbatus & matricolatus, & ita pariter ab omnibus eum cognoscentibus, habetur, tenetur, & reputatur pro publico authentico, fideli ac legali Notario, suisque scripturis, et publicis Instrumentis præstatur, & adhibetur tam in Judicio, quam extra indubitata fides. In cujus rei testimonium præsentes Literas fieri fecimus, & nostri soliti Sigilli majoris, & minoris jussimus impressione muniri. Datum Senarum, die XI. Maij M. CCCC. LXVIII.

In Nomine Domini nostri JEsu Christi, Amen.

Anno ab ejusdem salutifera Nativitate M. CCCC. LXVIII. Indictione prima Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pauli divina Providentia Papæ secundi Pontificis maximi die vero XVII. mensis Junii. Omnibus, & singulis hoc præsens Instrumentum publicum inspecturis pariter & audituris pateat evidenter, qualiter in præsentia mei Notarii & Testium infrascriptorum ad hæc omnia & singula spetialiter vocatorum, habitorum & rogatorum. Cum fluctuant Bell. Italiæ superioribus diebus DEI immortalis beneficio, Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Pauli divina Providentia Papæ secundi Pontificis maximi studiis & opera, Pax redita, & quies fundata sit, quemadmodum per publica Documenta, & edita omnibus licuit innotuisse, cumque inter cæteras laudabiles Sanctissimæ Pacis Conditiones & Capitula contineatur Quod

omni-

Digitized by Google

omnibus Italiæ Potentatibus, aut aliis pariter in Italia Potentatum seu Dominium habentibus liceat infra certum in præfatis conditionibus & Capitulis expressum & nondum decursum terminum Pacem prædictam amplecti, inire, firmare, ingredi, & ea frui perpetuo & gaudere; Id circo clarus Vir Galeottus de Franciottis, Civis Lucensis, Orator Syndicus & Procurator Magnificorum Dominorum Communitatis & Populi Lucensis ad infrascripta omnia spetialiter deputatus, quemadmodum de ejus Mandato manu Ser. Aloysii constat, cujus tenor de verbo ad verbum ita sequitur, & est talis ut infra, videlicet:

In Nomine Domini Amen.

Magnifici & Potentes Domini Domini Antiani, & Vexilifer Justitiæ Populi & Communis Lucensis simul colegialiter in sufficienti numero congregati una cum infrascriptis spectabilibus Civibus Lucensibus ad infrascripta spetialiter Deputatis, & auctoritate Magnifici Majoris, & generalis Consilii Populi, & Communis præfati die XII. mensis Martii proxime præteriti solemniter propterea celebrati prout de ipsa auctoritate & Decreto, ac etiam Civium electione constat in actis Cancellariæ, & Reformationibus ejusdem Magnifici Lucani Communis, sub dicta die manu mei Notarii, & Cancellarii infrascripti. Quod quidem majus, & generale Consilium facit, & representat totum ipsum Populum, & Commune Lucanum, quorum Magnificorum Dominorum nomina sunt videlicet Angelus de Bambatariis. Petrus Pauli de Podio, Bartholomeus Magistri Nicolai de Martinis pro Terserio Sancti Paulini. Johannes Trenta Vexilifer Justitiæ. Martinus de Cænamis, Bartolomeus Robertus de Angiorellis absente Johanne de Bernardis infirmo extra Pallatium pro Terserio Sancti Salvatoris. Ser. Jahannes Nocci. Georgius Viviam. Manfredus de Manfredis pro Terserio Sancti Martini. Nomina autem omnium electorum, & Deputatorum ut supra sunt videlicet: Eximius Legum Doctor, Dominus Christophorus de Bernardis. Paulus de Podio. Johannes de Gilis. Petrus de Datis, Leonardus de Tortis, Nicolaus Ser. Justi pro Terserio Sancti Paulini, absente de ipso Terserio Eximio legum Doctore. Domino Johanne Vannis, & Bartholomeo de Arnolphinis, requisitis tamen, & debite expectatis. Paulus Trenta. Lazur de Franchis, Franciscus de Michaelibus. Silvester Trenta, Infredus de Cœnamis. Jacobus de Girozano, Stephanus de Bernardis. Johannes de Guidiccionibus pro Terserio Sancti Salvatoris. Laurentius de Arrigis, Franciscus de Balbanis. Petrus de Gunigiis Ser. Matheus della Vacca. Johannes de Arrigis. Georgius de Franciottis, Bartholomeus de Bernardinis pro Terserio Sancti Martini absente de ipso Terserio Petro de Guercis, requisito tamen, & expectato ut supra. Utentes omnes prædicti Magnifici Domini, & Cives auctoritate, potestate & Balia eis ut supra in omnibus infra scriptis concessis tam vivæ vocis oraculo, quam dato, & misso inter se se partito ad Pixides, & Pallottas Mandatto Præceptoris Colleggii, & obtento secreto scrutinio secundum Statuum, & Ordinamentum Lucani Communis unanimes & concordes ipsorum nemine discrepante, omnibus solemnitatibus observatis ad laudem Omnipotentis Dei ex certa scientia, & non per aliquem errorem hoc publico instrumento, vice, & nomine Magnifici Lucani Communis, & Populi, non discedendo a Mandato, alias facto in personam Spectabilis Viri Galeotti de Franciottis Civis Lucensis eorum Oratoris, Sindici, & Procuratoris constituti ad accæptandum Pacem a Sanctitate Domini nostri promulgatam secundum continentiam, & tenorem Bullæ super ipsa Pace secutæ, & emanatæ, de quo Mandato constat publico Instrumento manu mei Notarii, & Cancellarii infrascripti rogato hoc præsenti anno millesimo CCCC. LXVIII. Indictione prima die XIII. Martii; sed potius illud confirmando addendo dicto Mandato, & illud declarando, fecerunt, constituerunt, creaverunt, & ordinaverunt præfatum Spectabilem Dominum Galeottum, licet absentem, Oratorem, Sindicum, & Procuratorem ipsorum Constituentium dicto nomine, & dicti Magnifici Lucani Communis, ad ipsam Pacem acceptandum, ineundum, intrandum, ratificandum, & approbandum secundum modum, & formam ultime ac proxime tractatum, concluſum & firmatum, & cum Capitulis, & Conditionibus propterea, & super ipsis factis, & conventis, & prout, & sicut ipsa Pax, & Capitula, ratificata, accæptata, & approbata fuerunt per Partes principales & Potentatus in ipsa Pace, & Capitulis principaliter nominatos quatenus concernat, & spectet ad dictam Civitatem Lucanam, & locum ipsi Lucanæ Civitati in ipsa Pace in Instrumento & Capitulis ejusdem reservatum principaliter ineundum, intrandum, & accæptandum juxta ipsam reservationem, & facultatem concessam in dicta Pace & Capitulis, & Instrumento ipsius Pacis & propterea omnes promissiones, obligationes, pœnas & renunciationes, juramenta & alia quæcumque faciendum, & interponendum ac stipulandum, quæ in prædictis & circa prædicta requiruntur, & necessaria sunt, & facienda occurrerunt pro Parte dictæ Civitatis, & Communitatis Lucensis cum pleno Mandato concesso continetur manu mei Notarii, & Cancellarii infrascripti sub Anno, Indictione, mense, & die suprascriptis. Promittentes suprascripti Constituentes modis, & nomnibus quibus supra Sanctitati præfatæ Domini nostri, & omnibus aliis & singulis, quorum interest, vel posset quomodolibet interesse, licet absentem, & mihi Notario infrascripto, tamquam personæ publicæ Officio publico fungenti præsenti, & stipulanti pro prædictis, & quolibet prædictorum omnia, & singula per dictum Oratorem, Sindicum, & Procuratorem in prædictis, & circa prædicta facienda, & procuranda vigore tam dicti primo concessi Mandati, quam præsentis omni tempore perpetuo firma, rata, grata, & incorrupta habere, tenere, attendere, & observare, & non contrafacere, vel venire aliquo jure,

Digitized by Google

jure, causa vel modo, directe, vel per obliquum, seu quovis quæsito colore sub obligatione, & hypotheca ipsorum Constituentium dicto nomine, & dicti Magnifici Lucani Communis, & bonorum ipsius præsentium, & futurorum. Mandantes mihi Notario infrascripto, quatenus de prædictis publicum conficerem instrumentum. Actum Lucæ in Aula magna residentiæ solitæ suprascriptorum Magnificorum Dominorum, & eorum Pallatii siti in Contrata sancti Petri in Cortina coram, & præsentibus Spectabilibus Viris Ser. Nicolao olim Rainerii de Manfis Notario, & Hyeronimo Liena omnibus Lucensibus Testibus ad prædicta adhibitis & rogatis Anno Nativitatis Domini M. CCCC. LXVIII. Indictione prima, die XIII. Maji. Ego Luisius olim Antonii Bonaccursii Civis Lucensis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex Ordinarius, & in præsentiarum Magnificorum Dominorum Cancellarius prædictis dum sic agerentur, interfui, eaque scripsi, & in publicam atque authenticam formam in actis Cancellariæ & Reformationum Magnifici Lucani Communis vigore mei Offitii redegi. Ideoque hic in fidem me subscripsi, & meum signum apposui consultum: Revolvens animo, & non ignarus, quod studiosa, & amatrix Pacis, & quietis Italiæ semper fuerit, & sit Magnifica Res-Publica Lucensis, & quod promptis animis ad illam semper intenderit, non volens idem Galeottus Orator, Sindicus, & Procurator antedictus per seipsum infrascriptum actum perficere, & adimplere, detentus extra Urbem Romam in præsentiarum Pestis terrore in Urbe coram præfato Pontifice, quæ Almam Civitatem vexat & aliis rationabilibus causis impeditus omni meliori modo, via, jure, causa, & forma quibus magis & melius seu validius fieri potuit, & potest tenore hujus publici instrumenti adivit, ingressus & amplexatus est ac acceptavit, emologavit, confirmavit & approbavit, nec non adit, ingreditur, amplectitur, & acceptat, emologat, confirmat, & approbat nomine & vice Magnificæ Communitatis, & Rei-Publicæ Lucensis, & Magnificorum Domini, & Populi ejusdem Pacem prædictam in omnibus & per omnia prout, & sicut facta & firmata est per Capitula, & Documenta manu publicorum Notariorum sub eorum annis, mensibus, diebus, & locis confecta, ad quæ idem Galeottus dicto nomine se refert, & hic pro sufficienter expressis haberi vult, & intendit perinde, ac si de eis, & unoquoque eorum hic facta esset mentio spetialis, vel etiam particularis de verbo ad verbum, insertio. Protestans dicto nomine, dicens, asserens, & affirmans prædictam Magnificam Communitatem Rem publicam, ac Magnificos Dominos, & Populum suprædictum Pace suprascripta, & ejus Capitulis, & conditionibus frui & gaudere ac in ea esse, & perpetuo manere velle in omnibus & per omnia, prout, & sicut in prænominatis Capitulis, ad quæ iterum se refert dicto nomine, continetur, & ut hujusmodi accæptatio, ingressio, aditio, amplexio, emologatio, confirmatio, & approbatio. Nec non de ea fruenda, & gaudenda, ac in ea standi protestatio, intentio, & voluntas pleniorem habeat roboris firmitatem. Præfatus Galeottus Orator, Sindicus, & Procurator, quibus supra nominibus promisit, et convenit, et corporaliter ad sancta Dei Evangelia juravit in manibus mei Notarii infrascripti præsentis stipulantis, et recipientis nomine, et vice omnium et singulorum quorum interest, intererit, seu quomodolibet interesse poterit in futurum præfatam Magnificam Communitatem, Rempublicam, Dominos et Populum Lucensem Pacem suprædictam cum omnibus Capitulis, et conditionibus de ea extantibus et confectis. Nec non Pacis ipsius aditionem, ingressionem, amplexionem, acceptationem, emologationem, approbationem, et confirmationem perpetuo durante tempore dictæ Pacis, ac Capitulorum conditionem ratas, gratas, firmas, et illesas, habituram, et tenturam, nec contra Pacem prædictam, et conditiones et Capitula suprascripta, et conditiones eorum venturam, facturam aut dicturam de jure, vel de facto, vel quovis quæsito colore, sub publica dictæ Reipublicæ, et Communitatis Lucensis fide. Nec non sub pœnis et ad pœnas in dictis Pacis Capitulis, et conditionibus contentis, insuper præfatus Galeottus, Orator, Sindicus et Procurator prædictus adit, intrat, ratificat, approbat, et emologat, amplectitur, et ingreditur, ac stipulatus est in manibus mei Notarii infrascripti præsentis et recipientis, et stipulantis, ut supra, prout ipsa Pax, et Capitula ratificata, acceptata, emologata, et approbata fuerunt per Partes Principales, et Potentatus in ipsa Pace et Capitulis principaliter nominatos, cum stipulationibus, pœnis et conditionibus in ipsa Pace declaratis, descriptis, et appositis in omni juris validiori forma. De quibus omnibus, et singulis præfatus Galeottus rogavit me, Notarium infrascriptum, dictis nominibus, ut de prædictis conficerem publicum Instrumentum. Actum Viterbii in Domibus olim Domini Christophori de Malvicinis de Viterbio sitis in contrata Sancti Nicolai juxta res Egregii Legum Doctoris Domini Francisci de Brigidis ab uno latere, Res Fratris ipsius Domini Christophori, stratam publicam, et alia latera. Præsentibus ibidem Domino Philippo de Luca Secretario, Reverendissimi Domini Cardinalis Theanensis, Domino Johanne Parissi Scutifero ejusdem, et Petro Bartholomei Contii Civibus Viterbiensibus Testibus ad prædicta vocatis, habitis, et rogatis.

Et ego Rosatus quondam Matthei de Viterbio publicus Imperiali auctoritate Notarius, et judex Ordinarius prædictis omnibus, et singulis interfui et ea rogatus scribere aliis me occupato negotiis per alium mihi fidum scribi feci, tamen fideliter publicavi, et ad fidem præmissorum signumque meum solitum et consuetum infra signavi. Acta fuerunt hæc Romæ in Pallatio Apostolico, apud Sanctum Marcum in Camera secreta, & in conspectu Sanctissimi Domini nostri Papæ suprascripti Anno, Indictione, die, mense, et Pontificatu, quibus supra, Præsentibus Reverendissimo in Christo Patre, et Domino, Domino Marco, Tituli Sancti

Digitized by Google

Marci Præsbitero, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale, Episcopo Vincentino, & Reverendis in Christo Patribus & Dominis, Domino Dominico Episcopo Brixiensi, & Domino Petro, Episcopo Tirasonensi Referendario: Et Domino L. Episcopo Massano, Secretario Sanctissimi Domini nostri Papæ. Nec non Nobili, & generoso Viro, Domino Antonio Natali, Patritio Veneto, & Venerabili Domino Johanne Aburisano de Ferraria Artium, & Medicinæ Doctore Sanctissimi Domini Nostri Papæ, Accolito, & Petro Castilionis Clerico Gerundensis Diocesis, ac Antonio de Malvenda Clerico Tirasonensis Diocesis Testibus ad præmissa omnia & singula vocatis, adhibitis, & rogatis.

Et ego Gaspar filius quondam Clarissimi Viri Domini Blondi Forlivienſis Apostolici Secretarii Sanctissimi Domini nostri Secretarius & Apostolicæ Camaræ Notarius, ac ejusdem Registri Magister & Custos nec non publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius. Quia præmissis &c.

Et Ego Johannes Pietti, Clericus Belvatensis publicus Appostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius Præpositus Ecclesiæ Sancti Gangerici Cameratenſ. ac ejusdem Sanctisſimi Domini nostri Papæ Cubicularius. Quia præmissis &c.

XVII.

Fœdus novum inter Ferdinandum, Siciliæ Regem, Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem & Communitatem Florentiæ, pro defensione statuum suorum, contra quoscunque aggressores initum atque per annos 25. duraturum, d. d. 8. Jul. An. 1470.

In Dei Nomine Amen.

PAteat universis hujusmodi seriem audituris quoquo modo, seu visuris quod Serenissimus & Excellentissimus Dominus Ferdinandus, DEI gratia Rex Siciliæ, Hierusalem, & Hungariæ, ac Illustrissimus & Potentisſimus Dominus Galeaz Maria Sforzia, Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ & Cremonæ Dominus, & Illustris ac Excelsa Communitas Florentiæ. Animadvertentes quo pluribus Populis amplioribusque Regnis & Dominiis Reges & Principes, & Potentatus donat Deus Omnipotens, eo magis illorum Interesse uti prudentia ac cautos esse, ut a periculis, quæ sibi ut majoribus ita magis formidolosis imminent, se, Regna ac Populos sibi commissos tutos reddant, cogitantesque nihil magis ad Pacem, & quietem Statuum ipsorum ac totius Italiæ, quam toto pectore sitiunt conducere, quam si inter se indissolubili vinculo, Fœderis nexu colligentur. Unde etiam facile Sanctissimi Domini nostri Pauli secundi, Pontificis maximi votis, ac desiderio satisfactum iri intelligunt, qui nihil magis cupit, quam omnes Italas Potentias unire, & in Christi Hostes, ac nefandissimum Turcum, qui nominis Christiani excidium anhelat convertere, & propterea cum dictæ Partes inter se de fœdere ipso firmando concordes essent, & ob id convenissent, in Civitate Neapolis, in Castello Novo Civitatis ejusdem, in præsentia nostri Secretarii, & Notariorum, ac Testium infra scriptorum dictus Serenissimus Dominus Rex pro se suisque Hæredibus, & Successoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, ac Subditis, & Magnifici Dominus Johannes Andreas de Cagnolis, Legum Doctor, dicti Illustrissimi Domini Ducis Consiliarius, Orator, Sindicus, Procurator, & Mandatarius vice, & nomine, ac pro parte ejusdem Illustrissimi Domini Ducis ejus Principalis seu Constituentis similiter pro ipso Illustrissimo Domino Duce Mediolani, ejusque Hæredibus, & Successoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, & Subditis ac Dominus Otho Lapi de Nicolinis Eques & Legum Doctor, Orator, Sindicus & Procurator, & Mandatarius dictæ Illustris & Excelsæ Communitatis Florentinorum vice & nomine, & pro parte ejusdem Illustris & Excelsæ Communitatis similiter etiam pro ipsa Illustri & Excelsa Communitate Florentiæ, suisque Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, Confederatis, Recommendatis, & Subditis, prout de eorum, & cujuslibet ipsorum Mandatis & Procurationibus clare apparet tenore quorumdam publicorum Instrumentorum, omni qua decet solemnitate roboratorum, quorum tenores inferius de verbo ad verbum describentur, ad infrascriptam Confederationem Unionem & intelligentiam, & Ligam amice, & unanimi Concordia, devenerunt, eamque optimo consilio contraxerunt, & firmaverunt invicem, & vicissim, mutuis stipulationibus intervenientibus & per singula Capitula spetialiter repetitis, quorum quidem Capitulorum, Confederationis, Unionis, Intelligentiæ, & Ligæ prædictæ tenor est hujusmodi:

Ad laudem & gloriam Omnipotentis DEI, ejusque glorioſæ Matris Virginis Mariæ, totiusque Cælestis Curiæ triumphantis, ad felicitatem, & Pacem totius Italiæ, Serenisſimus & Excellentisſimus Dominus, Dominus Ferdinandus, Dei gratia Siciliæ &c. Rex Illustrissimus ex una, & Illustrisſimus ac Potentisſimus Dominus, Dominus Galeaz Maria Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes ac Januæ & Cremonæ Dominus, sive Magnificus & Eximius Legum Doctor, Dominus Johannes Andreas de Cagnolis, ejusdem Illustrisſimi Domini Ducis Consiliarius, Procurator, & Orator ex alia & Magnifica & Excelsa Communitas Florentiæ, sive Magnificus Eques, & Eximius Legum Doctor Otto Lapi de Nicolinis ejusdem Communitatis Procurator & Orator apud præfatum Serenisſimum Dominum Regem ex alia partibus, habentes spetiale Mandatum & plenariam auctoritatem, & potestatem, ac facultatem ad infrascripta omnia, & singula peragenda, prout constat publicis Instrumen-

Digitized by Google

mentis, pro tutela, firmitate, & securitate & Conservatione Statuum eorumdem & tranquillitate, & quiete ipsorum, & robore, ac vinculo strictiori conservationis ipsorum: Contrahunt, firmant, ineunt simul, ac vicissim, mutuis stipulationibus intervenientibus per singula Capitula specialiter repetita infrascriptam Confederationem, Unionem Ligam & intelligentiam cum Capitulis, & Condicionibus infrascriptis.

Primo namque Partes prædictæ pro se, filiis, hæredibus, & Successoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus supra, faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, puram, & meram Unionem, Confederationem, Colligationem, Intelligentiam, & Ligam duraturam, usque ad annos viginti quinque & ulterius usquead illud totum tempus, quod ipsis Partibus placitum fuerit ad conservationem & defensionem Statuum ipsarum Partium, & pro Statibus ipsarum, quos ipsæ Partes, & quælibet earum de præsenti habent, sive quovis modo possident, vel in futurum legitime habuerint per Terram in Italia contra omnes de cætero non lacessitos, aut provocatos ex nova scilicet guerra, aut invasione, quæ post præsentem Contractum Ligæ per aliquam ex ipsis Partibus de novo moveri, aut fieri contigerit ubicumque sive in Italia, sive extra Italiam Statum habentes, sive etiam non habentes, turbantes, sive molestantes, seu turbare, aut molestare, aut inquietare volentes Partes prædictas, seu earum aliquam, aut earum Colligatos, Adhærentes, Complices, & Recommendatos, neminem turbantem, molestantem, sive inquietantem excipiendo, undecumque venerit, cujuscumque gradus, & dignitatis existat, etiamsi suprema dignitate fulgeret temporali, vel spirituali, etiamsi tales essent, de quibus necesse esset mentionem fieri specialem etiam in individuo, quæ hic pro facta habeatur, ac etiam per Mare ubique si aliqua dictarum Partium a Dominiis aut Communitatibus habentibus Statum in Italia offenderetur in Italia, sint quicumque velint.

Item convenerunt Partes prædictæ, atque expresse declararunt, quod lacessiti, & provocati, de quibus in præcedenti Capitulo mentio habetur, non intelligantur alicujus Partium prædictarum Feudatarii, Vassalli vel Subditi, contra quos Pars ipsa in suo Territorio qualitercunque procederet.

Item convenerunt Partes prædictæ post publicationem præsentium Capitulorum infra mensem mittere Oratores ad Sanctissimum Dominum nostrum illi supplicaturos, ut præsentem Ligam benedicere dignetur, & in illam intrare cum Capitulis honestis, de quibus cum eadem Sanctitate concordes fuerint pro quiete, & Pace totius Italiæ, ac ut possint postmodum unanimes una cum aliis Principibus, & Dominiis Christianis Sanctissimæ Expeditioni faciendæ contra immanissimum Turchum attendere, hoc etiam intellecto, quod quandocumque re integra præfatus Sanctissimus Dominus noster una cum illustrissimo Venetorum Dominio, vel aliquis eorum supradictam generalem Ligam olim Venetiis initam, & postea Neapoli firmatam, confirmare seu renovare dignabitur, atque voluerint, teneantur Partes prædictæ, & earum quælibet, cum præfata Sanctitate, & præfato Dominio, ut præfertur, in eadem confirmatione, seu renovatione concurrere, firmis semper inter dictas Partes manentibus omnibus, & singulis Capitulis in præsenti Contractu Ligæ contentis.

Item promiserunt, & convenerunt Partes prædictæ, quod post publicationem præsentis Ligæ infra terminum unius mensis teneantur per suos Oratores ad id destinandos supplicare Sanctissimo Domino nostro, pro quiete & Pace totius Italiæ dignetur ad gratiæ suæ sinum reducere, & acceptare Magnificum Robertum de Malatestis Arimini Dominum, illique ignoscere, cum sit paratus recipere reverenter veniam a Beatitudine sua, & contentari de talibus condicionibus, quibus ipse, & Civitas Ariminensis possint sub convenientibus & honestis vivendi rationibus se habere.

Item promiserunt, & convenerunt Partes prædictæ, quod annuente Sanctissimo Domino nostro prædictæ supplicationi, & concedente dicto Magnifico Roberto Civitatem ipsam Ariminensem ac Terras, Comitatus illius, quas de præsenti possidet, dare operam debeant pro eorum posse, ut ipse Magnificus Robertus restituat infra Mensem ipsi Sanctissimo Domino nostro, seu ejus Procuratoribus Terras Comitatus Fani, & Vicariatus Mondanii, & Senegaliæ, quas de præsenti tenet, & possidet: Si autem ipse Sanctissimus Dominus noster Compositionem prædictam intra duos menses, postquam de hoc supplicatus fuerit, facere recusaverit, quod Deus avertat, Partes ipsæ teneantur prædictum Robertum, ac Civitatem Ariminensem, & Terras Comitatus ipsius, ac Comitatus Fani, & Vicariatus Mondanii, & Senegaliæ, quas de præsenti reperiatur, possidere, et cum reliquo Statu, quem de præsenti possidet, defendere tam a Sanctissimo Domino nostro, quam a quibuscunque aliis Dominiis, vel Potentatibus hostiliter illum offendentibus in præsentiarum vel imposterum quandocumque durante præsenti Liga; Et si in futurum contigerit, præfatum Magnificum Robertum aliquid, durante ejus protectione tantum, acquirere, quod olim fuerit de Malatestis, tunc dictæ Partes teneantur similiter defendere ut supra; Et hoc durante tempore præsentis Ligæ, et non ultra, immo dictus Robertus cum toto Statu prædicto possit, et debeat gaudere beneficio præsentis Ligæ, tanquam Recommendatus Partium prædictarum.

Item convenerunt Partes prædictæ, quod si contigerit, quod DEus avertat, prædictas res Ariminenses non componi, & Sanctitas Domini nostri perseveraret in offensione, contra prædictum Robertum, quem Partes ipsæ defendere tenentur, & promittunt; et ideo ob causam defensionis prædictæ, vel alia quavis occaxione, & causa, etiamsi in jure prætenderetur, per Sanctissimum Dominum nostrum moveretur bellum contra aliquam ex ipsis Partibus, vel

earum Satum, vel ſuorum Adhærentium, & Recommendatorum, & præſertim Illuſtris Comitis Urbini, & Adhærentium, & Recommendatorum ipſius, & ſeu alias Partes ipſæ, vel aliqua earum, aut earum, vel alicujus earum Recommendati, & Adhærentes hoſtiliter offenderentur, teneantur Partes ipſæ ſibi invicem ſuccurrere de gentibus armorum, & aliis, ut infra, nec per Partem, aut Partes prædictas, vel aliam earum dici, aut prætendi poſſit, Partem, contra quam ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter, vel alius quivis Dominus, vel Potentatus bellum moveret, provocaſſe ipſum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, et ideo ad auxilia præſtanda non teneri, immo teneantur Partes ipſæ ſibi invicem ſuccurrere contra omnes, qui hoſtiliter non provocati de cætero hoſtiliter Partes ipſas, ſeu earum aliam vel Adhærentes vel Recommendatos, & Specialiter dictum Urbini Comitem, & ipſius Comitis Adhærentes & Recommendatos, quavis occaxione, & cauſa, etiamſi jure prætenderetur, offenderetur, ſeu moleſtaretur, etiamſi offendentes ſuprema dignitate fulgerent, declarando, quod ad effectum præſentium Capitulorum guerra, & offenſio hoſtilis etiam intelligatur mota, & facta, ſi aliqua Civitas, Terra, vel Feudatarius ipſarum Partium, vel alicujus earum, vel eorum Recommendatorum ſe rebellaret, & ad dictum ſanctiſſimum Dominum noſtrum, vel alios quoſcumque deficeret, quos ſic rebellantes, & deficientes ipſe Sanctiſſimus Dominus noſter, vel alius quivis ſub ejus protectione, vel cura reciperet, & acceptaret, vel ipſis ſic rebellantibus & deficientibus, etiamſi ſub protectione, & cura non reciperet, auxilia & favores ſumminiſtraret, vel alias quovis modo offendentibus ut ſupra, auxilia præſtaret.

Item convenerunt & promiſerunt, Partes prædictæ, habere, & tenere toto tempore dictæ Unionis Ligæ, videlicet Sereniſſimus Dominus Rex tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille bonarum gentium ſuis propriis ſumptibus, Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani ſimiliter tempore Pacis ſaltem equites ſex mille, & pedites duos mille; Excelſa vero Communitas Florentiæ ipſo tempore Pacis equites duos mille, & pedites mille; tempore autem belli obligentur Partes ipſæ habere, & tenere, videlicet Sereniſſimus Dominus Rex ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille, illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani equites octo mille, & pedites quatuor mille, & prædicta Excelſa Communitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites duos mille, omnes ſumptibus propriis Partium prædictarum.

Item ſi fortè contingeret, quod DEus avertat, quod ad guerram deveniretur, non poſſit quovis modo per aliquam Partium prædictarum fieri Pax, ſeu ad aliquam concordiam deveniri, niſi de communi voluntate, & conſenſu Partium, dum tamen debita ſubſidia & opportuno tempore juxta formam præſentium Capitulorum Parti offenſæ præſtita, & continuata fuerint.

Item quod facta concluſione præſentis Ligæ ulla Partium prædictarum devenire non poſſit ad aliquam aliam intelligentiam, ſeu Ligam in Italia niſi de Communi Conſenſu, & voluntate Partium prædictarum, niſi illam fecerint ſine præjudicio, ſed cum reſervatione præſentis Ligæ, cui nullo pacto derogari liceat.

Item convenerunt Partes ipſæ prædictæ, occurrente guerra, vel evidenti aut probabili ſuſpicione guerræ ſibi invicem ſuccurrere de gentibus prædictis ſecundum exigentiam, opportunitatem et requiſitionem Partis offenſæ, vel quæ offendi dubitaretur, & ſaltem usque ad medietatem numeri gentium præmiſſarum ut ſupra, & etiam gentes ipſas mittere ad omnem locum & Partem contra Partem offendentem ſeu offendere volentem, vel de qua fuerit evidens vel probabilis ſuſpicio offendendi per Terram, ſeu per Mare ad omnem reqviſitionem Partis, ſeu Partium prædictarum, usque ad guerram ipſam per Pacem, aut Victoriam finitam, ſuſpicionem ipſam ceſſantem; et hoc totiens fieri debeat, quotiens occurreret caſus guerræ, vel ſuſpicionis, ut prædicitur, & gentes ut ſupra mittendæ parere debeant Parti, in cujus auxilium miſſæ fuerint vel ejus Capitanco, & Officialibus, quemadmodum gentes propriæ ipſius Partis, ad quam miſſæ fuerint.

Item ſi forte occurreret, quod propter offenſam, quæ fieret per Mare ut ſupra, Sereniſſimus Dominus Rex neceſſarium judicaret claſſem maritimam parari contra offendentes, ſeu offendere volentes, vel de quibus fuerit evidens aut probabilis offendendi ſuſpicio, habentes Statum in Italia eo caſu teneantur Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & Excelſa Communitas Florentiæ ad omnem requiſitionem ipſius Sereniſſimi Domini Regis contribuere proportione ſua expenſæ prædictæ claſſis, omni menſe Ducatos quinque mille auri, ſi, & in quantum armata ipſa fuerit galearum viginti, qui quidem Ducati quinque mille æqua portione & pro medietate ſolvantur per ipſos Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, & Excelſam Communitatem Florentiæ, vel ſi maluerint medietatem ſimul aut alter quartam dictæ Claſſis partem parare poſſint, & valeant; & ſi armabuntur naves, computetur, & intelligatur in eo numero expenſa cujuslibet navis pro duabus galeis; ſi vero armata prædicta minor fuerit galearum viginti, expenſa navium computata ut ſupra tanto minus per ratam ſolvi, aut parari debeat, per præfatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem & Excelſam Communitatem; Reliquum autem expenſæ Claſſis prædictæ, etiamſi major fuerit, ſolvi debeat per Sereniſſimum Dominum Regem, & præmiſſa totiens bona fidei fieri, & ſervari debeant, quotiens caſus prædictus advenerit; illud idem penitus obſervetur ſi propter offenſam hujusmodi, vel ſuſpicionem ut ſupra prædicti Illuſtriſſimus Dominus Dux, vel Excelſa Communitas Florentiæ ſimul, vel ſeparatim Claſſem parari judicarent, quod prædictus Dominus Rex pro medietate, reliqui vero ſimul pro alia medietate, unusquisque videlicet pro quarta parte Claſſis aut pecuniarum contribuere teneantur,

ad

Digitized by Google

ad ipsius contribuentis electionem; residuum vero expensæ classis prædictæ etiamsi major fuerit, per requirentem solvi debeat.

Item si contingeret, quod ab altera dictarum Partium ad alteram in subsidium alterius Patris, gentes mitterentur, illa Pars in cujus Succursum, & præsidium gentes ipsæ missæ fuerint, teneatur, & debeat eisdem gentibus missis, quando se reperirent in Terris, & Dominiis suis providere de Logiamentis, stationibus, & victualibus, quæ tamen victualia vendi debeant gentibus Partis mittentis, eo pretio quo vendentur gentibus Partis, cui mittentur, & etiam in omnibus aliis necessariis, & in similibus consuetis gentes ipsas tractare, quemadmodum gentes Partis, ad quam mittentur, tractabuntur.

Item convenerunt Partes prædictæ, quod quælibet earum teneantur intra terminum unius mensis inchoandi a die publicationis præsentis Contractus nominare suos Colligatos, Adhærentes & Recommendatos, qui quidem nominandi infra terminum duorum mensium numerandorum a dicto die publicationis præsentis Contractus ratificasse, & intra alium Mensem dictos duos immediate sequentem, nominationem, ratificationemque prædictas intimare debeant ipsis Partibus, qui sic nominati, ac ratificantes comprehensi in præsenti Liga intelligantur.

Item conventum est inter dictas Partes, quod omnes & singuli Contractus hactenus inter ipsas simul celebrati, post obitum scilicet Illustrissimi quondam Domini Ducis Francisci, & præsertim ille, qui apud Marinum die vigesima nona mensis Junii M. CCCC. LXVIII. celebratus fuit, censeantur annullati, & pro infectis habeantur, nec de eis aliqua ratio habeatur.

Item quia Magnifica Communitas Senarum est inter Italiæ Potentias notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipsi Magnificæ Communitati reservetur & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum Pactis, modis & Conventionibus honestis, & rationabilibus.

Item quia Illustrissimus Dominus Dux Mutinæ est inter Potentias Italiæ notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipsi Illustrissimo Duci reservetur, & reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi præsentem Ligam cum pactis, modis, & conventionibus honestis, & rationabilibus.

Item quia Magnifica Communitas Lucæ est inter Italiæ Potentias notabile Membrum, convenerunt Partes prædictæ, quod ipsi Magnificæ Communitati reservetur, & reservatus esse intelligatur honorabilis locus intrandi præsentem Ligam cum pactis, modis, & condicionibus honestis, & rationabilibus.

Item ut prædicatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis, convenerunt prædictæ partes, quod si contingeret alios Potentatus Italiæ ingredi præsentem Ligam, & aliqua ex ipsis Partibus, & Potentatibus Italiæ, quæ in præsenti Liga comprehenduntur, & imposterum comprehendentur, vel hi, qui pro Colligatis, Adhærentibus & Recommendatis dabuntur, offenderet aliquam ex Partibus Principalibus, aut Colligatos, & Adhærentes, & Recommendatos alicujus, vel non servaret præsentia Capitula, vel aliquod ipsorum, non intelligatur Liga violata, quo ad alias Partes non contrafacientes, & servantes, sed omnes aliæ Partes, quæ in Liga comprehendentur, teneantur ad requisitionem Partis offensæ contra offendentem, vel non observantem subsidia præstare offenso pro ejus defensione, & offensione offendentis toto posse, & bona fide secundum casus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent, si talis offendens, vel non observans non esset in Liga tamquam principalis, aut accessorius ullo modo comprehensus, & talis offendens vel non servans remaneat exclusus a præsenti Liga.

Item contingente casu guerræ, vel evidentis, aut probabilis guerræ suspicionis cum aliqua ex prædictis Partibus in Liga comprehensis, aut quæ comprehendentur in futurum, vel aliquo ex Colligatis & Adhærentibus ipsarum, Partes aliæ teneantur, non dare transitum & receptum, & victualia gentibus ad offensam Partis alicujus transeuntibus, sed illis transitum interdicere & non solum denegando sibi prædicta, sed etiam toto suo posse, & omni suo conatu obsistendo ne transitum habeant, bona fide & secundum casus exigentiam.

Item per præsentem Contractum Ligæ Illustris Dominus Comes Urbini censeatur reintegratus ad titulum Capitanei Generalis præsentis Ligæ.

Item quod præsens Liga publicetur die quinta decima mensis Augusti proxime futuri cum solemnitatibus & processionibus in similibus consuetis, stipulata fuerunt præsentia Capitula in Castello Novo Neapolis die VIII. Mensis Julii M. CCCC. LXX. Præsentibus Illustr. Spectabilibus, & Magnificis Viris Dominis Roberto de Sancto Severino, Principe Salerni, Francisco de Baucio, Duce Andriæ, Urso de Ursinis, Duce Ascoli, Honorato Gaytano, Comite Fundorum, Regni hujus Logotheta, & Protonotario, Inico de Davolos, Comite Montis Hodorisii, dicti Regni magno Camerario, & Diomede Carrafa Comite Matalonæ, Antonio Carrafa Milite, Turco de Antonello Cincinello, Militibus, Nicolao Antonio de Montibus, de Capua, Legum Doctore, Antonio de Tricio, Johanne Baptista, de Bentivoliis de Saxoferrato Legum Doctore, Johanne Sanchis, Pasquasio Diazgarlon, Milite majore Guardarobba, Berardino Lapi de Nicolinis, Petro Andea de Barazano, Petro Paulo Tommasii Antonii Junii Melchione de Berardino, & Thomasio de Cagnolis. Pro quorum omnium, & singulorum observantia prædictus Serenissimus Dominus Rex, præfatique Oratores, Sindici, Procuratores, & Mandatarii, nominibus quibus supra, promiserunt sibi in vicem, & vicissim unus alteri, & alter alteri, ac unus omnibus, & omnes uni, stipulationibus debitis hinc inde intervenientibus & nobis infrascriptis Secretario, & Notariis ut publicis Personis stipulantibus, & recipientibus vice, & nomine omnium ipsorum, & aliorum quorum interest, vel interesse poterit,

quomodolibet in futurum, Ligam, Confœderationem, Unionem, & Intelligentiam ipſam, omniaque, & ſingula ſupradicta firmam, ratam, gratamque, ac firma, rata, grata habere, tenere, attendere, obſervare, & obſervari facere inviolabiliter, & adimplere effectualiter, & in totum, & non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios, modo aliquo, vel ingenio, directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, palam quommodolibet, vel occulte, de jure, aut de facto, vel aliquo quæſito colore, in judicio vel extra judicium ſub pœna ducentorum millium Ducatorum auri Parti obſervanti, & in fide ſtanti applicandorum, quam pœnam conſtituunt ſe ſoluturos Neapoli, Mediolani, & Florentiæ, & in quolibet alio loco, Civitate, vel Caſtro ſolemni ſtipulacione præmiſſa, quæ pœna totiens committatur, & commiſſa intelligatur, & per obſervantem Partem, & in fide ſtantem, à Parte non obſervante, & in fide non ſtante, quociens prædictis vel aliquo prædictorum fuerit quommodolibet contra factum, aut contraventum, vel non obſervatum, ſeu omiſſum, & pœna ſoluta, vel non, exacta, vel non, una vice, vel pluribus, nihilominus prædicta omnia & ſingula firma perdurent, & ſub eadem pœnæ ſtipulatione debeant à Partibus inviolabiliter obſervari. Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis obligaverunt dictus Sereniſſimus, & invictiſſimus Dominus Rex bona ſua omnia mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, præfatique Dominus Johannes Andreas, & Dominus Otho Oratores, Sindici & Procuratores, & Mandatarii prædicti omnia eorum, & cujuslibet eorum Conſtituentium, ſeu Principalium bona mobilia, & immobilia, præſentia & futura; Renunciantes invicem ſibi, & vicißim ſupradictis omnibus, & ſingulis exceptioni dictæ Unionis, Confederationis, Intelligentiæ, & Ligæ non factæ, non ſic factarum promiſſionum & conventionum ſupraſcriptarum, & prædictorum omnium non ſic geſtorum, & non ſic celebrati Contractus, & cuicumque Legi dicenti, quod pœna ſemel exacta amplius peti, vel exigi non poſſit, & omni conditioni, & exceptioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, privilegio fori, doli mali, & in facto novarum conſtitutionum, beneficio Epiſtolæ Divi Adriani, & omni alii Legum, Juſium, conſtitutionum auxilio & legi dicenti, generalem renunciationem non valere nec non omni Privilegio, Litteris & abſolutionibus impetratis, vel impetrandis, quibus contra prædicta, vel aliquod prædictorum poſſent ſe tueri, vel defendere, dicere, facere, vel venire, & ad majorem expreſſionem, & firmitatem omnium prædictorum idem Sereniſſimus Dominus Rex in animam ſuam, & Dominus Johannes Andreas, & Dominus Otho Oratores prædicti, & quilibet ipſorum in animas eorum Principalium vel Conſtituentium manibus propriis corporaliter tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia juraverunt, ſicut præmiſſum eſt, in omnibus, & ſingulis, ſuperius contentis, & declaratis attendere, & obſervare, & attendi & obſervari facere ad ſanum, bonumque ſenſum, & purum intellectum, omni cavillacione, & ſiniſtra interpretacione remota, Mandantes rogantes, & volentes Partes prædictæ, quod per nos Secretarium, & Notarios infra ſcriptos unum, & plura conſici debeant Inſtrumenta ejusdem tenoris, & continentiæ, prout fuerit opportunum. In quorum teſtimonium, & fidem ac Partium prædictarum, & eorum quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, cautelam & certitudinem factum eſt præſens publicum Inſtrumentum, quod eſt actum in Caſtello novo Civitatis Neapolis die octavo Menſis Julii, Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Tenor Procurationis, & Mandati ejusdem Domini Johannis Andreæ de Cagnolis Procuratoris, Nuncii & Oratoris prædicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani in quodam pergameno Sigillo ipſius illuſtriſſimi Domini Ducis in cerea alba impreſſo ſequitur per hæc verba.

In Nomine Domini Amen.

Anno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Indicione tertia, die Sabbati vigeſimo ſexto menſis Maij. Quamvis ſuperioribus diebus nonnulla ſecuta, & in medium adducta eſſe videantur, ex quibus per aliquos in dubium revocari poſſet an ea Confœderatio, & Liga, quæ alias Romæ ſcilicet die quarta menſis Januarii Anni 1467. proxime præteriti, indictione quinta decima inter Sereniſſimum Principem & Excellentiſſimum Dominum Dominum Ferdinandum, Siciliæ &c. Regem parte una, & Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Galeaz Mariam Sfortiam, Vicecomitem, Ducem Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ & Cremonæ Dominum parte alia, & Illuſtrem & Excelſam Rempublicam, & Communitatem Florentiæ parte alia inita, & contracta fuit, à qua præfatus Dominus Dux minime diſcedere intendit etiam in futurum pro dicta ejus parte durare habebat, & in ſuo robore perſiſtere. Volens tamen prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Galeaz Maria Dux, pro ut vehementer cupit, voluntati prælibati Sereniſſimi Domini Regis pro ſingulari ejus in Regiam Maeſtatem fide & devotione, atque obſervantia proſequi, & in omnibus pro virili ſua ſe ſi conformem reddere, multis ac plurimis intercedentibus ultro citroque cum veteris amicitiæ & caritatis, tum affinitatis, & neceſſitudinis vinculis, quæ non Italiæ modo, ſed toto fere orbi notiſſima ſunt; ad tollendam etiam, & præcidendam quamcumque ſuſpicionem, aut dubitationem, quæ proinde orta eſſet, aut oriri poſſet. Tenore præſentium ex certa ſcientia, atque animo mature deliberato, nulloque juris vel facti errore ductus, & alias omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, efficacius fieri & eſſe poſſit, cum infraſcriptis peragendis propter Locorum diſtantiam, intereſſe nequeat, ſalvis prædictis, fecit, conſtituit, ordinavit, & deſignavit, & facit, conſtituit, ordinat & deſignat Spectabilem ac Sapientem Juris utriusque Doctorem Dominum

Jo-

Digitized by Google

Johannem Andream de Cagnolis Consiliarium & Oratorem suum absentem tamquam præsentem, de cujus fide, rectitudine, integritate, & rerum gerendarum experientia omni ex parte Excellentia sua confidit, suum etiam certum, & indubitatum, solemnem & autenticum Nuncium, Procuratorem, Sindicum, & Mandatarium, & quicquid melius dici, & esse possit, Specialiter, & expresse ad pro Illustrissimo Domino Duce constituente, & ejus Procuratorio & Mandatario nomine comparendum, & se exhibendum coram prælibato Serenissimo Domino Ferdinando Rege, seu quibuscumque Procuratoribus, & Mandatariis per ejus Regiam Maestatem legitime deputatis & deputandis, & cum ipsa Regia Maestate, seu suis, ut supra, ac etiam cum quibuscumque Oratoribus & Mandatariis Excelsæ Communitatis Florentiæ apud ipsam Regiam Maestatem existentibus, seu qui adesse reperiantur, praticandum, tractandum, ineundum firmandum, & concludendum quamcumque ratificationem redintegrationem, & consolidationem, prædictæ Confederationis, & Ligæ, Romæ, ut prædicitur, inter dictos tres Potentatus contractæ, & celebratæ, seu de novo ad abundantiorem cautelam, si, & in quantum expediat, & prædicto Domino Regi, & dictis Oratoribus, & Mandatariis Florentinis magis placuerit, ipsam Confederationem, & Ligam ineundum, faciendum & celebrandum cum ipso Serenissimo Domino Rege, & aliis pro excelsa Communitate Florentiæ, ut præmittitur, intervenientibus, & hæc omnia, & singula cum, & sub iisdem Capitulis, Conditionibus, pactis, Promissionibus, obligationibus, terminis, cautionibus juramentis, modis formis, clausulis, solemnitatibus in ipsa Liga Romæ contentis & comprehensis congrue, & debite referendo, & seu etiam cum, & sub aliis quibusvis limitationibus, moderationibus, seu amplificationibus, Capitulis, & obligationibus denuo ineundis, & contrahendis, tam in facto Magnifici Domini Roberti de Malatestis, pro Civitate Arimini, & Terris sui Comitatus, quam pro aliis causis exinde dependentibus, & dictam redintegrationem concernentibus, pro ut melius prælibato Serenissimo Domino Regi, & dictis Oratoribus & Mandatariis Florentinis & ipsi Domino Johanni Andreæ Cagnolæ Procuratori, & Mandatario prælibati Domini Ducis conducere videbitur; & de ipsis omnibus fieri mandandum, & rogandum quodlibet publicum Instrumentum, & Documentum, seu Instrumenta, & Documenta cum clausulis, & solemnitatibus debitis, & opportunis dando, & tribuendo, & concedendo, & dedit, tribuit & concessit ipse Illustrissimus Dominus Dux Mediolani prædicto Domino Johanni Andreæ Procuratori, & Mandatario suo in prædictis omnibus & singulis, & quolibet prædictorum, & ex eis dependentibus, annexis, & emergentibus plenissimum arbitrium, potestatem, facultatem, auctoritatem & Baillam cum plenissimo Mandato, & libera, & larga, & generali, & speciali administratione agendi, faciendi, transigendi, & concludendi in præmissis ut supra, omnia, & singula utilia, necessaria & opportuna, etiamsi, talia agenda essent, quæ Mandatum exigerent magis speciale, & specialissimum, quæque majora, & graviora essent præmissis, & quæ demum ipse Illustrissimus Dominus Dux constituens agere posset, si personaliter interesset, & ea ipsa ageret, promittens in verbo & fide recti, & legalis Principis, & sub obligatione sui & omnium bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium, & futurorum se semper, & omni tempore ratum, gratum, & firmum habiturum quicquid per ipsum Dominum Johannem Andream Procuratorem, & Mandatarium suum prædictum actum, & concluſum fuerit in præmissis omnibus ut supra, & contra ea, aut aliquod eorum non facturum, nec venturum directe nec per indirectum de jure, nec de facto, aut alio quovis quæsito colore, præsentibus menses sex proxime futuros valituris; & de prædictis prælibatus Illustrissimus Dominus Dux jussit, & jubet per me Christophorum de Cambiago Notarium publicum, & prælibati Illustrissimi Domini Ducis Cancellarium, & scribam publicum debere confici Instrumentum unum, & plura ejusdem tenoris, Actum in Castro Papiæ, videlicet in Camera Turris; præsentibus Magnificis & Reverendis, ac spectabilibus Domino Angelo de la Stupha Cive, & Oratore Florentino, Domino Johanne Arcymboldo, Episcopo Novariensi, Domino Laurentio de Terentiis de Pisauro Milite, & Doctore, Domino Thoma Thebaldo de Bononia Milite, Domino Augustino de Rubeis de Parma Milite & Doctore Domino Johanne de Borromeis Milite & Comite, Domino Johanne Jacobo Ritio Juris utriusque Doctore, & Domino Antonio de Bracellis Cive Januensi Ducalibus Consiliariis, nec non Johanne Symonecta, filio quondam Domini Antonii, & Jacobo Alifero filio Thomasii Secretariis, & Alexandro de Colletis Cancellario Ducalibus, omnibus Testibus notis, idoneis, vocatis, & rogatis. Ego Christoforus de Cambiago natus quondam Jacobi Civis Mediolanensis Portæ Ticinensis, Porochiæ Sancti Georgii in palatio prælibati Illustrisimi Domini Domini Galeaz Mariæ Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & scriba, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius præmisis omnibus, & singulis, dum sic agerentur, interfui, & proinde jussus ac rogatus præsens Mandati Instrumentum tradidi, sed aliis prælibati Principis negotiis occupatus per alium idoneum scribi feci, & cum originali concordavi, ideo manu propria subscripsi, signumque mei Tabellionatus apposui consuetum in fidem & Testimonium omnium præmissorum. Et ego Cichus Symonetta quondam Domini Antonii de Calabria Eques prælibati Illustrisimi Domini Galeaz Mariæ Ducis Mediolani &c. Secretarius prædictis omnibus, dum sic agerentur, interfui. & de Mandato ipsius Illustrisimi Domini Ducis me propria manu subscripsi, ac signum mei Secretariatus apposui, & solito Ducali Sigillo muniri feci ad fidem, & majus robur omnium præmissorum.

CICHUS

Tenor

Tenor vero alterius Procurationis et Mandati ipsius Domini Ottonis Oratoris, Procuratoris, et Nuncii dicti Illustris, et Excelsi Dominii Florentinorum cum Sigillo in cera viridi impresso subsequitur per hæc verba:

In Dei nomine, Amen.

Anno Incarnationis Domini nostri JEsu Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo, Indictione tertia, secundum Cursum Florentinorum, die vero sexta decima mensis Junii. Magnifici, et Excelsi Domini, Domini Priores Libertatis et Vexillifer justitiæ Populi Florentini una cum eorum Collegiis Venerandis, quorum nomina inferius describentur, pro, et vice, et nomine Magnificæ, et Excelsæ Communitatis Florentiæ omni modo, via, jure et Forma, quibus magis, melius, validius, et efficacius potuerunt, non revocando propter hoc aliquod aliud Mandatum in infrascriptum Dominum Ottonem factum, sed potius confirmando fecerunt, constituerunt, creaverunt, et ordinaverunt suum dictæque Magnificæ, et Excelsæ Communitatis Florentiæ Sindicum, Procuratorem, Mandatarium, et certum spetialem Nuncium Magnificum Equitem, et Egregium Legum Doctorem, Dominum Othonem de Nicolinis, Civem Florentinum impræsentiarum eorum Oratorem spetialiter, et nominatim ad agendum simul cum Serenissimo Principe, et Glorioſissimo Domino, Domino Ferdinando DEI gracia Sicilie Rege &c. ac etiam Illustrissimo Principe et Excellentissimo Domino, Domino Galeaz Maria Sforcia, Vicecomite, Duce Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comite, ac Januæ et Cremonæ Domino, et ad tractandum, ineundum, firmandum, et concludendum omnes conventiones, Pacta, et Capitula, et omnem Societatem, Confederationem, Intelligentiam, et Ligam, cum quocunque Potentatu, et Dominatu Italiae, id est cum omnibus simul, et cum singulis separatim, prout, et quemadmodum, et sicut ipsi Procuratori et Sindico nostro simul cum praefata Regia Maestate, et praefato Illustrissimo Domino Duce Mediolani libere videbitur, et placebit, et cum illis modo et forma conditionibus, partibus et effectibus de quibus contrahentes convenerint, quidve ipsi Sindico et Mandatario nostro dicto nomine placuerit, de quibus rebus, eisque annexis, aut ab ipsis dependentibus liceat ipsi Sindico, et Mandatario rogari, et confici facere semel, et pluries, et quociens voluerit Instrumenta publica cum illis stipulationibus, promissionibus, obligationibus, pœnis et renunciationibus, et juramentis, solemnitatibus et cautelis, quae in hujusmodi Pactis, Convencionibus, et Instrumentis jure, vel consuetudine apponi solent, ac postremo addere, et apponere quicquid ad ejusmodi Contractum roborandum utile fore videbitur a dicto Sindico, et Procuratore. Et generaliter possit dictus Sindicus, et Mandatarius dicto nomine in praedictis, et circa praedicta gerere, et facere omnia, et singula, quae sibi utilia et opportuna videbuntur; et quae ipsimet Constituentes facere possent si adessent, etiamsi talia forent, quae expressam, particularemque mentionem, spetialeque Mandatum exigerent, quae omnia hic pro declaratis et nominatim expressis haberi voluerunt. Dantes & concedentes praefati Constituentes ipsi Sindico, & Mandatario in praedictis gerendis plenum liberum & generale Mandatum, cum plena, libera, & generali administracione. Promittentes, & solemniter nobis Cancellariis, & Notariis infrascriptis ut publicis personis recipientibus, & stipulantibus vice, & nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut poterit in futurum quommodolibet interesse, se, dictamque Excelsam Communitatem Florentiæ, ratum, firmumque habituros omni ex parte quicquid per dictum Sindicum & Mandatarium ut supra in hujusmodi rebus actum, factum, gestumve fuerit, pro quibus omnibus firmiter observandis, & adimplendis obligaverunt nobis Cancellariis, & Notariis infrascriptis ut publicis personis recipientibus, & stipulantibus ut supra omnia, & singula ipsius Magnificæ & Excelsæ Communitatis bona praesentia & futura. Quod quidem Mandatum valere voluerunt, & vires habere tribus mensibus proxime futuris. Mandantes nobis Cancellariis infrascriptis, ut de praedictis unum, & plura, & prout Opus fuerit, conficeremus Instrumenta. Nomina autem dictorum Constituentium sunt ista videlicet: Antionus Leon ardi Francisci Ferucci, Nicolaus Antonii Nicolai Benori, Alexander Pieri de Filicaria, Pier Antonius Honofrii de Cenninis, Mannus Signorini de Signorinis, Antonius Benvenuti de Benvenutis, Salvius Nicolai Jacobi de Panuciis, Laurentius Dominici Laurentii, Priores Libertatis Populi Florentini, Domino Karolo Angeli de Pandolfinis Vexillifero Justitiæ absente. Antonius Neri Philippi del Nero, Rogerius Nicolai de Corbinellis, Stephanus Betti Stephani, Franciscus Arnighi Corsi, Scolajus Tomasii de Ciachis, Antonius Karoli de Ghiacceto, Johannes Nicolai de Cavonibus, Salvius Lucæ de Stephanis, Jacobus Dini Dominii Gucii de Gucis, Brancacius Nicolai de Oricellariis, Johannes Angeli de Gaddis, Andreas Andreæ Clementis Stephani Gonfalonerii Societatum Populi. Rogerio Thadei de Carucis, Antonio Michaelis Pesfioni, Baroncino Johannis de Baroncinis, & Antonio Pucii Antonii de Puciis absentibus. Bartholomeus Jacobi Bardi, Honofrius Symonis de Bonacursiis, Loctus Pieri de Loctis, Ludovicus Thadei de Antilla, Antonius Symonis de Orlandinis, Pierus Pieri de Tazis, Franciscus Domini Karoli de Federigis, Dominus Mannus Johannis de Temperanis, Dominicus Symonis de Cambinis, Scolajus Laurencii de Vivianis, Guidacius Bartholomei de Pecoris, Blasius Laurencii de Monte duodecimi boni Viri Communis Florentiæ. Acta fuerunt praedicta omnia, & singula in Palatio Populi Florentini, residentiæ praefatorum Magnificorum Dominorum, anno, indicione, mense, & die suprascriptis. Præsentibus Honestis, & Religiosis Viris Fratre Nicolao Bernardi, & Fratre Gulielmo Amerigi Custodibus sigilli Populi Florentini, & Prudentibus Viris Ser. Antonio

tonio Adami Gratiæ officiali exactionum Populi Florentini, & Ser. Johanne Ser. Bartholomei de Guidis Civibus, & Notariis Publicis, Testibus ad supraſcripta omnia, & ſingula vocatis, habitis & rogatis, Bartholomeus ſcalá Cancellarius rogavi, Ego Antonius Mariani Nuncii Civis, & Notarius Publicus & Cancellarius ſecundus Florentinus ſupraſcriptis omnibus & ſingulis in præſenti Contractu contentis, dum ſic agerentur, interfui, eaque rogatus una cum ſupraſcripto Viro Eloquentisſimo Domino Bartholomeo Scalla primo Cancellario Florentino nos ambo gravioribus occupati eadem ſcribenda, & in hanc publicam formam redigenda commiſimus Ser. Nicolao Michelozi Bartholomei Viro prudenti & Notario Florentino & ad fidem ſupradictorum me ſolito meo ſigno ſubſcripſi. Ego Nicolaus Michelozi Bartholomei Civis Notarius publicus Florentinus Coadjutor præfati Eloquentisſimi Viri Domini Bartholomei Scalæ Cancellarii Florentini prædicta omnia in præſenti Contractu Mandati contenta de commiſsione præfatorum Cancellariorum Florentinorum ſcripſi, & publicavi, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum apposui. Nos Priores Libertatis, & Vexilifer Juſtitiæ Populi Florentini integram facimus fidem, qualiter ſupradicti Dominus Bartholomeus Scala, & Ser. Antonius Mariani Mutii, qui de prædicto Contractu Mandati rogati fuerunt, & Ser. Nicolaus Michelozi Bartholomei, qui ipſum ſcripſit & publicavit, fuerunt, & ſunt publici, & autentici Notarii deſcripti in Matricula artis Judicum, & Notariorum noſtræ Civitatis, eorumque ſcripturis adhibita fuit, & adhibetur plena & indubitata fides. In quarum rerum Teſtimonium has litteras noſtras fieri juſsimus, & ſignari noſtro ſolito ſigillo. Datum Florentiæ in Palatio noſtro die XVII. Junii milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo.

Signum Ferdinandi Dei gratia Regis Siciliæ, Iheruſalem, & Hungariæ, qui præmiſſa laudamus, acceptamus, ratificamus, & confirmamus, ac Magnum Maeſtatis noſtræ ſigillum in pendenti apponi juſsimus. REX FERDINANDUS.

Ego Johannes Andreas Cagnola Juris utriusque Doctor, Conſiliarius, Orator, & Mandatarius prædictus ad majorem omnium prædictorum fidem me propria manu ſubſcripſi, Teſtes, qui præmisſis interfuerunt ſunt Illuſtres, Spectabiles, & Magnifici Viri Dominus Robertus de Sancto Severino Princeps Salerni Franciſcus de Baucio Dux Andriæ, Urſus de Urſinis Dux Ascoli, Honoratus Gaetanns Comes Fundorum Regni Siciliæ Logotheta, & Prothonotarius, Inicus de Davoles, Comes Montis Odoriſii dicti Regni Magnus Camerarius, Diomedes Caraffa, Comes Mataloni, Antonius Caraffa Turcus, & Antonius Cincinellus Milites; Nicolaus Antonius de Montibus de Capua, Legum Doctor, Antonius de Tricio Miles, Johannes Baptiſta de Bentivoliis de Saxo Ferrato Legum Doctor, Johannes Sancis, Paſquaſius Diasgarlon Miles major Regius Guardaroba, Bernardinus Lapi de Nicolinis, Petrus Andreas de Borazano, Petrus Paulus Thomaſii, Antonius Junii, Melchion de Berardino & Thomaſius de Cagnolis.

Signum mei Antonelli de Petruciis ejusdem Serenisſimi Domini Regis Secretarii, & Notarii publici, qui præmisſis interfui, eaque de ipſius Domini Regis Mandato, rogatuque Partium prædictarum ſcribi feci, publicavi, & clauſi, una cum infraſcriptis Notariis, corrigitur autem in ſecunda facie quinti folii linea XI. *& in quolibet*, & linea XVI. ejusdem faciei, & folii, *non ſtante*.

Ego Ilarius Cagnola Filius Domini Jacobi præfati Domini Oratoris, & Conſiliarii Illuſtriſsimi Domini Ducis Mediolani &c. Secretarius & Cancellarius ſupraſcriptus, publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus & ſingulis interfui juſſus, ac rogatus una cum Clariſſimo Viro, Domino Antonello de Petruciis Equite Regio Conſiliario, & Secretario prædicto, & Egregio Viro Ser. Gracino de Gracinis de Florentia Secretario, & Cancellario & Notario ſupraſcripto præſens Inſtrumentum ſcribi feci, & publicavi. Conſtat autem mihi de omnibus abraſionibus, & correpcionibus ſuperius annotatis per ipſum Dominum Regium Secretarium prænominatum, quas per me annotari etiam ſupervacuum exiſtimavi. Itaque in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum me ſubſcripſi cum ſigno Inſtrumentis, quæ à me fiunt apponi conſueto.

Ego Gracinus Antonii de Gracinis de Stagia præfati Domini Ottonis Excelſæ Reipublicæ Florentinorum Oratoris Cancellarius ſupraſcriptus Imperiali auctoritate Notarius, prædidictis omnibus, ſingulis interfui, juſſusque, & rogatus una cum Clariſsimo Viro Domino Antonello de Petruciis Equite Regio Conſiliario & Secretario prædicto, & Egregio Viro Ilario Cagnola Secretario & Cancellario, ac Notario ſupraſcripto præſens Inſtrumentum ſcribi feci, ac publicavi. Conſtat autem mihi de omnibus abraxionibus, & correptionibus ſuperius annotatis per ipſum Dominum Regium Secretarium prænominatum, quas per me annotari jam ſupervacaneum exiſtimavi; itaque in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum me ſubſcripſi cum ſigno Inſtrumentis, quæ à me fiunt, apponi conſueto. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petruciis in cujus Poſſe partes firmarunt & jurarunt.

Ego Nicolaus Michelozi Civis, & Notarius Florentinus imperiali auctoritate Judex ordinarius, Notarius publicus prædicta omnia, & ſingula in præſenti, & aliis octo Cartis de membranis proxime præcedentibus in ſimul ſutis fideliter ſumpſi & tranſcripſi ex libris, & Inſtrumento Originali dictæ ſupraſcriptæ Ligæ rogatæ ſcriptæ, & publicatæ pro, & manu publicorum Notariorum & ſubſcriptæ manu propria Sereniſſimi & Glorioſiſſimi Principis, & Domini Domini Ferdinandi DEi gratia Regis ſupraſcripti, & aliorum ſupraſcriptorum, nec non munitæ Magno pendenti Regio ſigillo in cera rubea, & ad præſens exiſtentes penes Magnificos, & Excelſos Dominos Dominos Priores Libertatis, &

Digitized by Google

Vexilliferum Juſtitiæ Populi Florentini, & in Cancellaria Palatii reſidentiæ dictorum Excelſorum Dominorum, nil addens neque minuens, quod ſenſum mutet, vel varium reddet intellectum, Corrigitur autem in prima facie ſecundi folii linea quinta & in fine lineæ habentibus, & in ſecunda facie dicti folii linea vigeſima, atque in margine adduntur hæc verba, quæ ego lapſu Calami prætermiſeram; *Et præſertim Illuſtris Comitis Urbini, & Adhærentium, & Recommendatorum:* Quæ verba mea propria manu ſunt ſcripta & notata, & accentuata inter verbum *Recommendatorum*, & verbum *ipſius*; Item corrigitur in prima facie quarti folii & linea XVII. in verbo *Antonio*. In quorum omnium Teſtimonium & fidem, & majus robur me propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Notariatus conſuetum appoſui.

Priores Libertatis, & Vexillifer Juſtitiæ Populi Florentini Univerſis & ſingulis, ad quos præſentes advenerint, integram facimus fidem, quatenus ſupraſcriptus Ser. Nicolaus Micholetii Bartholomei, qui ſupraſcriptum Contractum Ligæ fideliter ſumpſit & tranſcripſit ab originali ut ſupra in ejus ſubſcriptione patet, fuit & eſt publicus & autenticus & fide dignus Notarius & deſcriptus in Matricula artis Judicum & Notariorum noſtræ Civitatis ejusque ſcripturis adhibita eſt ſemper, & adhibetur plena & indubitata fides. In quorum omnium Teſtimonium & robur has noſtras Litteras fieri juſſimus, & noſtri ſoliti ſigilli munimine corroborari. Datum Florentiæ in Palatio noſtro die ſexto Februarii M. CCCC. LXX. ſecundum curſum & morem noſtræ Civitatis quarta indictione.

XVIII.

Communitatis Florentinæ nominatio fœderatorum ac ſociorum laudatum fœdus ut participent, d.d. 1. Octobr. An. 1470.

Illuſtriſſimo ac Excellentiſſimo Domino Galeaz Mariæ Sforziæ Vicecomiti Duci Mediolani, Papiæ Angleriæque Comiti, ac Januæ Domino, Fratri & Amico Cariſſimo.

Ut impleremus Conditiones voti noſtri Fœderis, Dux Illuſtriſſime, ſcripſimus poſt diem quintum decimum Auguſti, quo die publicum ex conditionibus ipſis fedus factum eſt, ad Colligatos, Adhærentes, & Commendatos noſtros, eosque nominatos eſſe à nobis in federe novo noſtro, ſignificavimus, ab iisque petivimus, ut antequam alter menſis a die publicationis præteriret, reſponderent, ratamne haberent eam nominationem, ut in tertio ſaltem menſe ex condicionibus & nominatos fuiſſe, & ratam habitam nominationem, Socios, & Confederatos noſtros certos faceremus. Cum igitur jam reſpondiſſent, & ratam habuiſſent, differendam ſine cauſa ſignificationem non cenſuimus. Sunt ergo infraſcripti Colligati, Adhærentes & Commendati nobis, quos federis novi noſtri beneficio gaudere volumus; Hi videlicet: Bononienſes, Perufini, Federicus, Comes Urbini cum Statu ſuo, Tifernates, Robertus de Malateſtis, Arimini Dominus cum Statu ſuo, Tadeus Manfredus Imolæ Dominus cum Statu ſuo, Spineta de Malaſpinis Marchio Verucolæ, &c. cum Statu ſuo, Petrus Nofrius, Comes Montis dolii &c. Ugolinus, Marchio Montis Sanctæ Mariæ, Nicolaus Marchio Malaſpina de Filatta. Nicolaus Marchio Malaſpina ſuo nomine, & Procuratorio nomine Marchionum Traſchieti, & Malgrati &c. Tadea & Albericus Marchiones Malaſpinæ de Fosdenovo Maſper, &c. Chriſtianus, & Fratres Marchiones Malaſpinæ de Bagnono, Ludovicus de Andoſiis, Jacobus & Paulus dalla Saxetta, & Pier Franciſcus Nicolaus, Joannes & Tancredus de Barbolanis de Monte acuto. Vale. Ex Palatio noſtro Kalendis Octobris 1470.

Priores Libertatis, & Vexilifer Juſticiæ Populi Florentini.

Bartholomeus Scala

XIX.

Tractatus fœderis & pacis generalis inter Italiæ Principes, mediante ſummo Pontifice, Paulo II. ſanciti, d. d. 22, Decembr. An. 1470.

In Dei Nomine Amen.

Anno à Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti M. CCCC. LXX. Indictione III. die Sabbathi XXII. Decembris hora XXII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli divina Providentia Papæ II. Anno VII. cum idem Sanctiſſimus Dominus noſter Papa ab ipſo ſui Pontificatus initio in Sacri ſui pectoris ſcrinio perſæpe revolveret, quod poſt captam ab immaniſſimis Turcis Conſtantinopolim & Orientale occupatum Imperium tunc duodecim, nunc vero ſeptendecim anni ferme ſunt, quod ab Ægeo Mari usque ad Danubium & Alpes Julias quotidie Chriſtianorum ſanguis effunditur, ac quod Traciam, Macedoniam, Epirum, Myſiam, Illiricum &c. inimici nominis Chriſti vaſtarunt, diripuere, & occupavere, pii, boni atque providi Paſtoris more tantæ Chriſtianorum infelicitati providere cupiens, propoſuit inter Italiæ Potentatus, & Principes Pacem primum firmare, & ſucceſſive generalem unionem, Confœderationem, & Ligam tempore felicis recordationis Domini Nicolai Papæ V. die videlicet XXX. Auguſti, Anno Domini M. CCCC. LV. Venetiis initam & XXVI. Januarii ſubſequentis anni Neapoli firmatam de cujus robore & firmitate propter multa, quæ poſtea acciderunt non improbabiliter dubitabatur, confirmare & renovare, ut pacata & unita Italia, & charitatis atque unionis vinculo conglutinata ferocitati Turcorum quam celerrime occurreret.

2. Et licet ad hoc tam ſanctum piumque opus peragendum perpluribus annis elaboraſſet, atque Legatos de latere, ac Nuntios ad prædictos

Poten-

Digitized by Google

Potentatus perſæpe mandaſſet, ita ut Pacem primum in omnem Italiam Opera, Induſtria, & vigiliis dediſſet, firmaſſet, atque conſtituiſſet; non minori ſtudio atque diligentia ad colligendos & unanimes conſtituendos prædictos Italiæ Potentatus elaboravit, ut omnium Chriſtianorum ad ſanctam expeditionem contra eundem Turcum ineundam cor eſſet unum, & anima una: Tandem Sereniſſimus Dominus Dominus Ferdinandus Siciliæ &c. Rex ac Illuſtriſſimus Dominus Galeas Dux Mediolani, &c. Et Illuſtris & Excellens Communitas Florentinorum, dum Ligam Neapoli die VIII. Julii proxime decurſi particularem inter ſe inirent atque contraherent, ob admonitionem Sanctiſſimi Domini noſtri, & fidei defenſionis univerſalis rationem inter cætera voluere & ſolemni ſtipulatione promiſerunt, quod quandocumque prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter una cum Illuſtriſſimo Venetorum Dominio, vel aliquis eorum ſuprædictam Ligam generalem confirmare ſeu renovare dignaretur atque vellet, ut facilius ad fidei defenſionem deveniretur, omnium animis pacatis tenerentur Partes prædictæ, & earum quælibet cum præfata Sanctitate & Dominio, ut præfertur in confirmationem ſeu renovationem hujusmodi concurrere firmis ſemper inter dictas Partes manentibus omnibus & ſingulis Capitulis in prædictæ Ligæ Contractu. (Pluribus interjectis de eo fœdere adverſus Turcam inſtaurato ſubdit.)

3. Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Marcus tit. S. Marci Presbyter S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Vincentinus ibidem ſimul cum infraſcriptis aliis Reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus conſiſtorialiter in conſpectu præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ congregatis exiſtens de Mandato ejusdem Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ; ejus nobis omnibus & aliis illic aſtantibus, audientibus, & intelligentibus, vivæ vocis oraculo facto; Confœderationem & Ligam eandem generalem ſicut præmittitur, per dictos Dominos Oratores confirmatam & renovatam pro effectu & Complemento verborum, quæ ſupra poſita ſunt, videlicet, ut præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter prædictam Ligam generalem pariter benedixit & confirmavit, benedicit confirmat, & renovat; hoc tamen declarato ipſo Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, ejusque Succeſſoribus Romanis Pontificibus canonicè intrantibus, & eorum ſtatu, cum omnibus & ſingulis reſervationibus & declarationibus ſupra in dicto loco inde factis, ac promiſſionibus, obligationibus & aliis in ea & præſenti confirmationis, & renocationis Contractu contentis & appoſitis ſimiliter confirmavit, & renovavit, &c.

XX.

Acceſſio Herculis, Ferrariæ & Mutinæ Ducis ad fœdus inter Dominium Venetorum, nec non Mediolani Ducem ac Comunitatem Florentiæ nuper ictum, d. d. 13. Febr. An. 1475.

In Chriſti Nomine, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octava die decima tertia menſis Februarii. Diu eſt, quod Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus quondam Dominus Dominus Nicolaus Martellus Dux, & Inclytum Dominium Venetorum, Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus, & Illuſtris, & Excelſa Communitas Florentiæ imminentia conſiderantes pericula, & eventura inde mala, & incommoda univerſæ Italiæ prævidentes, ſummo affectu cupiere per generalem Unionem & Confœderationem quorumcunque Potentatuum non ſolum internæ quieti, & tranquillitati, ſed propugnationi quoque, & ſaluti illius ab omni externa vi & hoſtili potentia proſpectum iri, & ſtudioſe quæritavere hujusmodi generalem conjunctionem, & nexum, non ſolum nihil honeſti recuſantes, quod ad hujusmodi omnium ſocietatem pertineret, ſed ultro & ſponte omnia pollicentes, omnes hortantes, & perſuadere nitentes. Sed plurifariam labore, & ſtudio eorum fruſtrato inter ſe tandem ad id devenere conjunctionis & inſeparabilis glutini quod inter omnes neceſſarium exiſtimaverant, & pro benigno ingenio ſuo voluere, ut nemo frui beneficio honeſtiſſimæ eorum Confœderationis volens excluderetur, quin potius invitarentur omnes, & omnibus pro dignitate, & meritis locus honorificus ingrediendi eſſet reſervatus & inter cæteros Italiæ Principes mentionem ſpecialem habuere de Illuſtri, & Excell. Domino Hercule, Duce Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, cujus majores Pacis & quietis Sectatores, & amici præcipui fuere uniuscujusque Principum, & Potentatuum prædictorum, & tam ſuorum quam propriis meritis dignus ab eis judicatus eſt, de quo hujusmodi ſpecialis haberetur mentio & particulare de Excellentia ſua Capitulum fieret; quæ cum ad ipſius Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ &c. notitiam perveniſſent, ut eſt ſingulari prudentia, virtute & probitate prædictus Princeps tam præclaram occaſionem perpetuo ſtabiliendæ tranquillitatis, & ſecuri otii ſui amplexus, quam primum Oratores ſuos huc miſit cum pleniſſimis Mandatis ad ea omnia peragenda, quæ bonum & tranquillum ſtatum Italiæ reſpicere videantur; Et ad ea onera ſubeunda, quæ præfatis Illuſtriſſimis Dominis Dominis, & Potentatibus pro eorum æquitate, & modeſtia viſa fuerunt ſuis viribus convenire. Quare Illuſtriſſimus Princeps & Excellentiſſimus Dominus Dominus Petrus Mocenigo Dei gratia Dux Succeſſor præfati quondam Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Nicolai Marcello. & prælibatum Inclytum Dominium Venetiarum, & ante dicti Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus Dux Mediolani &c. et Illuſtris, ac Excelſa Communitas Florentina per ſuos Sindicos, Oratores, Mandatarios, & Procuratores videlicet, pro Illuſtriſſimo Prin-

Principe, & Inclyto Dominio Venetiarum Spectatisſimos, & Clariſſimos Patricios Venetos Dominos Johannem Mocenigo quondam Domini Leonardi Procuratoris ſancti Marci et Antonium Venerio quondam Domini Delphini Syndicos, Procuratores et Mandatarios, ut ſupra ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis et inclyti Dominii Venetiarum, ut apparet publico Sindicatus Inſtrumento, ſcripto, & publicato per me Dominicum Stellam infraſcriptum in præſentibus milleſimo, Indictione et die à nobis Notariis viſo, & lecto pro Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani &c. Spectabiliſſimum et Clariſſimum Dominum Leonardum Bottam Secretarium, Oratorem, Procuratorem, et Nuncium ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis pro ut patentibus Litteris Excellentiæ ſuæ datis Mediolani ſub die decimo nono Januarii 1475. & ejus propria manu ſubſcriptis, à Nobis Notariis viſis, & lectis amplisſime conſtat, pro Illuſtri autem, et Excelſa Communitate Florentiæ Spectatisſimum & Clariſſimum Equitem Dominum Loviſium de Guicciardinis Sindicum, Oratorem & Procuratorem ipſius Excelſæ Communitatis, ut patet publico Inſtrumento ſcripto et publicato in 1474. Indictione octava, die vero vigeſimo ſexto menſis Januarii proxime præteriti per Prudentem Virum Antonium Mariani Mutii publicum auctoritate imperali Notarium a nobis Notariis ſimiliter viſo, et lecto, et ipſi Sindici, Oratores, Mandatarii, & Procuratores dicto Sindicario, Mandatario et Procuratorio nomine hanc ſinceram et benivolam oblationem benivole, et amice ſuſcipientes, poſt habitam dignam conſiderationem conſenſerunt, ac convenerunt cum præfatis Oratoribus Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ, videlicet Spectatisſimis et Clariſſimis Dominis Andrea Valengo Equite & Conſiliario ſuo ſecreto, Gulielmo Pincharo Juris Conſulto ex Conſiliariis ſuis Juſtitiæ, et Antonio Valentino etiam Juris Conſulto Oratore ſuo hic Venetiis Sindicis, Mandatariis et Procuratoribus ipſius Illuſtris Domini Ducis, pro ut patet publico Inſtrumento ſcripto et publicato per prudentem Virum Franciſcum quondam Jacobi de Naſello publicum Imperiali auctoritate Notarium in præſentibus milleſimo, et indictione, die decima Januarii à Nobis Notariis viſo et lecto eumdem illuſtrem Dominum Herculem Ducem Ferrariæ, Mutinæ, et Regii &c. et filios, ac Hæredes ſuos, Colligatosque, Adhærentes, Recommendatos, Complices, et Subditos in Ligam, Intelligentiam, Confœderationem, et bonam Unionem ſuſcipere, et habere et ex nunc ipſum cum filiis, et Hæredibus ſuis, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis Complicibus, et ſubditis ut ſupra ſuſcipiunt, admittunt, et habent in Colligatum, Confœderatum et Unitum cum Commodis Ligæ, et beneficio defenſionis Status ſui, quem de præſenti tenet, et poſſidet, pro ut in Capitulis ipſius Ligæ continetur, et cum Commodis et Oneribus infraſcriptis, videlicet quod tempore Pacis, de qua in Contractu ejusdem Ligæ fit mentio, ſit immunis et abſolutus ab omni onere tenendi equites, vel pedites ad ſua ſtipendia, tempore vero belli obligatus, et obnoxius ſit tenere ſuis propriis ſumptibus et expenſis equites mille tran[illegible]mittendos ad ſubſidia et favores Ligæ in omnibus, et per omnia pro ut de gentibus Ligæ in Capitulis ipſius Ligæ dictum eſt; Hoc tamen intellecto et expreſſe declarato quod per hujusmodi ſuum ingreſſum pro ejus Statu tantum quem de præſenti tenet et poſſidet in hanc Confœderationem in nihilo ſit, vel aliquo modo eſſe poſſe intelligatur, derogatum ſupraſcriptæ trium Principum, et Potentatuum Confœderationi, neque Capitulis utriusque Contractus Pacis Laudæ celebratæ, ſalvis tamen præmiſſis, de cujus reſervatione facta eſt in Capitulis Confœderationis prædicta particularis mentio, quin potius omnia in utroque Contractu contenta, firma valida et efficacia ſint, et in præſenti ſuo robore maneant, et firmitate. Quæ quidem omnia, et ſingula ſupraſcripta et infraſcripta præfati Syndici Oratores, Mandatarii et Procuratores tam illuſtriſſimi Domini Ducis, et inclyti Dominii Venetiarum, quam illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. et Illuſtris et Excelſæ Communitatis Florentiæ ac præfati Illuſtris Domini Ducis Ferrariæ per ſolemnem ſtipulationem ſibi invicem, et vicisſim promiſerunt, et convenerunt, ac nobis Notariis infraſcriptis ſtipulantibus, et recipientibus vice et nomine cujuslibet eorum rata, grata firma, et valida, habere, tenere, attendere, obſervare, et non contradicere, vel venire per ſe, vel alium, ſeu alios aliqua ratione, vel cauſa, de jure, vel de facto ſub poenæ integræ reſtitutionis ſeu refectionis omnium et ſingulorum damnorum, expenſarum, et intereſſe litis, et extra, et pœna ſoluta, vel non, commiſſa vel non, nihilominus omnia et ſingula prædicta firma perdurent, et ſub eadem pœnæ ſtipulacione debeant a partibus prædictis inviolabiliter obſervari. Pro quorum quidem omnium obſervatione præfati Syndici, Oratores, Mandatarii et Procuratores nominibus quibus ſupra obligaverunt ſeſe, Dominia, Subditos, et bona quælibet ſua atque Statum præſentia, et futura; Renunciantes in præmiſſis omnibus, et ſingulis exceptioni Contractus non ſic celebrati, rei non ſic geſtæ, promiſſionum et obligationum non ſic factarum, et omni exceptioni et condicioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, Privilegio fori, doli mali, vel metus cauſa factum, novæ, et novarum Conſtitutionum beneficio, Epiſtolæ Divi Adriani, et de fidejuſſoribus et pluribus reis debendis, ſtatutis reformationibus, proviſionibus, et quibuscunque aliis ordinamentis atque conſuetudinibus et legi dicenti generalem renunciationem non valere, et Legi qua cavetur quod dictæ Legi non poſſit renunciari, et omnibus et ſingulis, aliis exceptionibus, auxiliis, privilegiis et beneficiis, quibus, et per quæ contra præmiſſa vel aliquod præmiſſorum poſſet aliquid quommodolibet excipi, vel opponi, et ad majorem expreſſionem, et firmitatem omnium præmiſſorum antedicti Sindici, Oratores, Mandatarii, et Procuratores, et quilibet eorum in animabus eorum, quorum ſunt Procuratores, et Sindici manibus tactis Sacris Scripturis, ad Sacra DEi Evangelia ſicut præmiſſum eſt, in omnibus, et ſingulis ſuperius annotatis attendere, et obſervare, ac attendere, et obſervare, ac attendi et obſervari facere corporaliter juraverunt. Et de prædictis Partes

ipſæ

Digitized by Google

ipſæ voluerunt per Nos Notarios infraſcriptos unum, et plura Inſtrumenta confici debere unius ejusdem tenoris, et continentiæ. In præmiſſorum autem fidem, et robur præfatus Illuſtriſſimus Princeps, et Excellentiſſimus Dominus, Dominus Petrus Mocenigo, Dux Venetiarum mandavit præſens Inſtrumentum Bulla ſua plumbea pendente muniri.

Actum Venetiis in Ducali in Camera alba præſentibus Spectabili Viro Domino Aluiſio Mauro Nobili Veneto quondam Domini Gabrielis. Circumſpecto Viro Stephano Bontempo Ducali Secretario quondam Domini Bartholomei Egregio Viro Franciſco Beaqua Mediolanenſi quondam Domini Donati, et Nobilibus Viris Ludovico Valengo, filio ſupraſcripti Domini Andreæ, et Petro Pincharo filio prælibati Domini Guilielmi, et aliis Teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter, et rogatis.

Ego Dominicus Stella quondam Domini Joannis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius et judex ordinarius, nec non præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis et Inclyti Dominii Venetiarum Secretarius, prædictis omnibus, et ſingulis dum ſic agerentur, et fierent, interfui, et rogatus una cum Egregiis Viris Johanne de Valentia quondam Ser. Franciſci, Gaſparino de Laude Cive Cremonenſi Ser. Johannis et Bartholomeo de Piſcia, quondam Ser. Jacobi de Florentia Notariis publicis infraſcriptis ſcripſi, et publicavi, et in evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ego Johannes de Valentia filius quondam Egregii Viri Ser. Franciſci Imperiali auctoritate Notarius Publicus Ferrarienſis, nec non pro præclibato Illuſtriſſimo Domino Duce Hercule Eſtenſi &c. Cancellarius prædictis omnibus, et ſingulis, dum ſic agerentur et fierent, præſens fui et rogatus una cum ſupraſcripto Spectabili Viro Dominico Stella Notario, et inclyti Dominii Venetiarum Secretario, ac cum infraſcriptis Egregiis Viris Gaſparino de Laude infraſcripti Domini Leonardi, et Bartholomeo de Piſcia infraſcripti Domini Aloyſii Cancellariis ſubſcriptis Notariis etiam publicis ſcripſi, publicavi, et in evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego Gaſparinus de Laude Civis Cremonenſis filius Ser. Johannis publicus Imperiali auctoritate Notarius et Magnifici Domini Leonardi Bottæ pro Illuſtriſſimo Mediolani Duce apud Sereniſſimum Venetiarum Dominium Oratoris Cancellarius, ſupraſcriptis omnibus et ſingulis interfui, et rogatus una cum ſupraſcriptis Spectabilibus Viris Domino Dominico Stella et Johanne de Valentia Notariis publicis ac infraſcripto Ser. Bartholomeo de Piſcia etiam Notario publico ſcripſi et publicavi, ac in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignum meum appoſui conſuetum.

Ego Bartholomeus de Piſcia Ser. Jacobi publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Magnifici et Generoſi Equitis Domini Aloyſii de Guicciardinis pro Magnifico Populo Florentino apud Sereniſſimum Venetiarum Dominium Oratoris Cancellarius ſupraſcriptis omnibus et ſingulis interfui, et rogatus una cum ſupraſcriptis ſpectabilibus Viris Domino Dominico Stella, Johanne de Valentia, et Ser. Gaſparino de Laude Notariis publicis ſcripſi et publicavi et in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

XXI.

Pactum obligationis, tributi & æſtimationis triennis Principum Europæ, imprimis Italicorum, adverſus Turcas, de An. 1481.

IN nomine Domini amen. Anno Incarnationis Dominicæ MCCCCLXXXI. indictione XIV. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini, Domini Sixti divina providentia Papæ IV. anno X. pateat omnibus evidenter præſens publicum Inſtrumentum inſpecturis, qualiter cum proxima ſuperiori æſtate, dum Turci Chriſtianæ religionis, & orthodoxæ fidei, ac profitentium eam atrociſſimi hoſtes inſulam Rhodi arcta obſidione tenerent, & in Apulia Hydruntinam civitatem cum miſerabili incolarum illius clade, & horrenda crudelitate occupaſſent, præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter, qui cum Sereniſſimo Ferdinando, Rege Siciliæ Illuſtri & nonnullis aliis Italiæ potentatibus, pro inſulæ defenſione & Hydruntinæ civitatis recuperatione poſſibilia remedia ex tempore adhibuit, & pro ſedandis, & ſubmovendis non ſine labore grandi per ſanctitatem ſuam potentatuum Italiæ diſſenſionibus in quibus plurimum Turci confidebant, inter eosdem potentatus treuguas & ſuffe-rentias ad certum tunc tempus expreſſum indixit; proinde attendens Rempublicam Chriſtianorum, Turcis jam Italiam calcantibus, quod antea inauditum fuerat, in longo majori periculo conſtitutam fore, quam unquam retroactis temporibus fuiſſet, & ejus defenſionem etiam Romanorum Imperatori, ac univerſis Catholicis Regibus, & potentatibus fidelium incumbere, ex parte Domini noſtri JEſu Chriſti, cujus vices gerit in terris, eosdem Imperatorem, Reges, Principes & potentatus Chriſtianorum ubilibet exiſtentes, tam intra quam extra Italiam per legatos, nuntios, & litteras cum inſtantia requiſivit, ut per eorum oratores inſtructos cum opportunis mandatis in alma urbe coram Sanctitate ſua certo & determinato tempore convenirent ad conſuetandum, deliberandum, & concludendum, cum eadem ſanctitate, & reverendiſſimis in Chriſto patribus Sanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus ſuper hujusmodi imminenti graviſſimo fidei periculo, & Chriſtianæ religionis defenſione; convenerint quoque ad hanc dietam, oratores habentes ad infraſcripta plenum & ſufficiens mandatum per illorum authenticas literas, & Inſtrumenta per eos exhibita, & penes Sanctiſſimum Dominum noſtrum, & cameram apoſtolicam exiſtentia, & in diverſis ac repetitis conventionibus & tractatibus ſuper defenſione prædicta habitis inter eos, ut dixerunt, quam plurima ſalubria, & utilia, ac

Digitized by Google

perneceſſaria, ad defenſionem eandem remedia propoſita, diſcuſſa, & mature examinata fuerint, & præſertim ſalubre conſilium, prædicti Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſulentis, & ſuadendentis, quod præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, utpote capiti Chriſtianæ religionis & fidei univerſæ Chriſtianorum Imperator, Reges, Principes, & alii potentatus debeant ſe ipſos, eorumque ampliſſimas vires ad profugandos fidei hoſtes, propugnatores adjungere, & unire, & ad hoc faciendam juxta ſuarum virium facultates ſe ſuæ ſanctitati obligare, & unam ſanctiſſimam unionem animorum, & virium eorundem cum ſua ſanctitate inire.

Quod non immerito fuit a Sanctiſſimo Domino noſtro & reverendiſſimis Dominis Cardinalibus & oratoribus præfatis collaudatum, cum nihil conſultius, nihil ſalubrius, & ad expellendos a finibus Chriſtianorum Redemptoris noſtri immaniſſimos hoſtes efficacius, quam ut ii, qui militiæ Chriſtianæ Stipendiis ſunt aſtricti, quique unum Deum colunt, unam fidem, unum profitentur baptisma, eidem omnipotenti Deo, ejusque vicario tanquam capiti adhæreant, confirmentur, uniantur omnes ſicut vir unus eadem mente, unoque conſilio in id ipſum conveniant, ut quorum unum eſt myſticum Chriſti corpus, unus ad bene operandum, & expugnandum communes hoſtes, ſit animus; & ſicut una fides, una etiam ſit pietas actionum. Idcirco præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter, ad quem ut JEſu Chriſti vicarium hujusmodi orthodoxæ fidei, & Evangelicæ veritatis, illiusque cultorum, quorum pater eſt, defenſio principaliter pertinet, quique dum adventus prædictorum oratorum ultra quam rei magnitudo, & immonens periculum exigeret, differre videretur, cum prædicto Sereniſſimo Rege Ferdinando defenſioni hujusmodi intendere ſub certis tunc expreſſis modo, & forma convenit: & deinde triennales inducias inter univerſos Imperatorem, Reges, & alios diſſidentes per totum orbem conſtitutos noviter indixit, hos continuatos labores ad effectum deducere cupiens: ſuadente præſertim hoc, ut præfertur, Chriſtianiſſimo Francorum Rege, qui inter alios Catholicos Reges, & Principes ſpontaneus ad hoc opus adjutor, & cooperator accedit, & tantæ expeditionis molem amplecti, & cum ſuo potentiſſimo exercitu prædeceſſorum ſuorum Regum Francorum Sequendo veſtigia, hoſtis ejusdem infeſtiſſimi atroces injurias ulciſci tota mente affectat, cum præfatis reverendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio ſuo ſecreto congregatis vice, & nomine Romanæ eccleſiæ, & oratores præfati agentes omnia, & ſingula infraſcripta vice, & nomine eorum potentatuum, a quibus reſpective ad dictam dietam miſſi ſunt volentes conſulta, diſcuſſa, examinata, tractata, & concluſa inter eos ad optatum finem perducere coram nobis notariis, & teſtibus infraſcriptis devenerunt ad hujusmodi ſanctam, & unanimem, ac laudabilem convenientem concordiam, & animorum, ac virium cujuslibet eorundem Regum, principum, & potentatuum cum præfato Sanctiſſimo Domino noſtro, Romana eccleſia, & ſede Apoſtolica, illiusque potentia, & viribus unionem ſolemni ſtipulatione intervenientе vallatam, per quam voluerunt, quod præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter, ut caput Chriſtianæ religionis & fidei, hujusmodi ſanctiſſimæ unionis, ad hujusmodi fidei confeſſionem caput, ductos, & directos, exiſteret, & una cum collegio prædictorum reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium, pro ejusdem fidei defenſione & hoſtium profligatione viginti quinque triremes inſtruere & armare annis ſingulis teneatur, Sereniſſimo Rege Ferdinando prædicto quadraginta triremes ſecundum conventionem inter eundem, & ipſum Regem alias unitam inſtruente & armante, ac aliis potentatibus Italiæ ſummas & quantitates infraſcriptas juxta taxas ejus per Sanctiſſimum Dominum noſtrum alias proinde moderatas modo & forma in præſentibus capituslis expreſſa ſolventibus, & cum per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum & alios incorporatos ſeu incorporandos fuerit deliberatum, quod Sereniſſimus Dominus Rex Hungariæ, contra Turcum bellum gerat, eadem ſanctitas quinquaginta millia florenorum auri de camera, & Rex Ferdinandus prædictus centum millia, & alii potentatus taxam eis convenientem prædicto Regi Hungariæ dare, & ſolvere teneantur, modo & forma per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum ac incorporatos prædictos ſtatuendis & ordinandis.

Item voluerunt, quod præfatus Chriſtianiſſimus Francorum Rex cum ſua potentia ex nunc præfato Sanctiſſimo Domino, Romanæ eccleſiæ, & ſedi Apoſtolicæ, illiusque potentiæ, & viribus adj ejusdem fidei defenſionem, unitus ſit, & in unione hujusmodi, ut una ex principalioribus ejusdem ſanctiſſimæ unionis, eo laudante initæ, columnis interveniat, & pro ejusdem fidei defenſione, ac illius perſecutoris exterminatione, eam quantitatem dumtaxat, ad quam Rex ipſe ſe ipſum in pecunia, vel in claſſe taxabit anno quolibet, ſimiliter ſtatutis temporibus ad perneceſſarium opus defenſionis hujusmodi perſolvere debeat; ſperantes quod Rex ipſe more ſuorum prædeceſſorum Chriſtianiſſimorum Francorum Regum, qui pro fide præfata, & Apoſtolica ſede ſe, & ſua exponere ſæpenumero non formidarunt, ſe ipſum tali ſolutionis onere prægravabit; quale recognoſcet rei magnitudinem exigere, & ſuæ regiæ celſitudini in tanta catholicæ fidei neceſſitate convenire.

Item ſimiliter voluerunt, quod ſinguli alii potentatus prædicti, pro quibus oratores præfati reſpective, ut præfertur, intervenerunt, ex nunc cum omni eorum potentia Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Romanæ eccleſiæ, & ſedi Apoſtolicæ præfatis cenſeantur uniti, & in hujusmodi ſanctiſſima, & apud Deum meritoria, ac commendabili animorum & virium unione, ad fidei præfatæ defenſionem ordinata, recepti & incorporati, ut præfatæ unionis honorabilia, & principalia membra, teneantur ad opus defenſionis, & expugnationis perſecutorum fidei memoratæ ſolvere annis ſingulis ſummas, & quantitates infraſcriptas, juxta taxas per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum, alias provide moderatas.

Item

Digitized by Google

Item voluerunt, quod Serenisſimus Imperator, & omnes ſinguli alii catholici Reges, principes, & potentatus Chriſtianorum cujuscumque ſtatus gradus, & conditionis exiſtant, & quacumque eccleſiaſtica vel mundana dignitate, præfulgeant poſſint ſe ipſos, & eorum vices, & potentiam in fidei favorem præfato Sanctisſimo Domino noſtro unire, & adjungere, prout pro eorum Zelo fidei, & religionis indubitanter eos, facturos eſſe ſperatur: debeantque ſuper hoc per præfatum Sanctiſſimum Dominum noſtrum ſolicitare, & eis, de quibus ſanctitati ſuæ videbitur, mediis induci ad intrandum, & ſe incorporandum hujusmodi unioni, & contribuendum pro eorum virili ad fidei memoratæ defenſionem.

Item quod omnes & ſinguli incorporati, & quos incorporari contingat, in unione, & ſanctiſſima concordia præfata debeant quantitates, ad quas taxæ eorum aſcendunt, promptas & paratas tenere quolibet anno, & dum deſuper requiſiti per præfatum Sanctisſimum Dominum noſtrum fuerint, illas in aliquo loco certo, & tuto deponere ad opus ipſum perneceſſarium defenſionis fidei, & non in alios uſus exponendas juxta declarationem præfatorum Sanctisſimi Domini noſtri, & collegii reverendisſimorum Dominorum Cardinalium, ac potentatuum unioni hujusmodi incorporatorum, & deinde incorporandorum in locis, & cauſis, quam expoſitionem hujusmodi, & ſubventionem celerius indigere, & majori periculo ſubjici videbuntur; nec in hujusmodi taxis, & quantitatibus poſſint aut debeant computari illæ quantitates, quas unus potentatuum prædictorum virtute particularium confœderationum earundem perſolvere teneretur, & ſolveret etiam in defenſionem ejus, cui ſolveret ab infidelibus memoratis.

Item quod præfata ſanctisſima unio, & concordia ad hoſtium fidei exterminationem duret, & durare debeat per triennium, a die ſtipulationis præſentis contractus computanda, & ultra ad Sanctisſimi Domini noſtri, & Regum ac potentatuum unioni hujusmodi incorporatorum, & deinceps incorporandorum, vel majoris partis ipſorum beneplacitum.

Item voluerunt, & convenerunt, quod omnes & ſinguli Reges, Principes, & potentatus qui in hac unione, ut præfertur, incorporati ſunt, & uniti, ad majoris roboris firmitatem teneantur & debeant, omni excuſatione ſemota, ultramontani videlicet infra tres, citramontani vero infra unum menſes in forma de jure valida omnia & ſingula in præſenti ſanctisſimæ unionis, & concordiæ fidelium in Turcos inſtrumento contenta ratificare: & idem Chriſtianisſimus Rex Francorum infra trimeſtre taxam ſuam declarare, & per publica deſuper confecta inſtrumenta, aut literas avthenticas cum inſertione tenoris præſentis inſtrumenti de ratificatione & taxatione hujusmodi præfatum Sanctisſimum noſtrum, vel reverendisſimum Cardinalem Sabinenſem, ſedis Apoſtolicæ legatum nomines, & vice ſuæ ſanctitatis certificare, qui ut ejusdem unionis caput hujusmodi ratificationes, & taxationes ad ſingulorum ejusdem unionis membrorum, & potentatuum notitiam deducere, non poſtponet.

Item voluerunt, & convenerunt, quod omnia, & ſingula præmiſſa bona fide efficaciter adimplere debeant ſub pœna mille marcarum argenti per illos, qui non adimplerent, eo ipſo incurrenda, medietate videlicet ad opus hujusmodi defenſionis, & expugnationis præfatæ, & reliqua aliis adimplentibus applicanda: quam pœnam Sanctisſimus Dominus noſter, et ſingulorum potentatuum oratores præfati dare, et ſolvere promiſerunt toties, quoties fuerit contrafactum, volentes quod pœna hujusmodi commiſſa exacta, vel non exacta nihilominus præmiſſa omnia in ſua firmitate remaneant, et obſerventur. Pro quibus omnibus adimplendis, et obſervandis, ac jam dicta pœna præfatus Sanctisſimus Dominus noſter ſe, et omnia bona Romanæ eccleſiæ, oratores vero præfati eorum potentatus prædictos et cujusque illorum bona præſentia, et futura ſolemniter invicem reſpective obligarunt, &c.

XXII.

Tractatus, pacis ſanctisſimæ ligæ, h. e. Principum ſancto fœdere junctorum nimirum Sixti IV. Pontif. maximi, Ferdinandi, Siciliæ Regis, Johannis Galeatii Mariæ Sfortiæ, Mediolani Ducis, Reipublicæ Florentinæ & Herculis Ferrariæ Ducis, ab una, nec non Reipublicæ Venetorum ab altera parte, d. d. 7. Aug. An. 1484.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, indictione ſecunda, die Sabbathi, ſeptimo Menſis Auguſti hora vigeſima quarta.

Sono le coſe humane condicionate per forma, che naturalmente hanno in eſſe ad ſuccedere de li ſcandali: Et per che li ſcandali ſono ſeminario delle diſcordie, & delle contentione, e neceſſario che appreſſo vengano le Guerre con perturbatione prima de le Citate, & Populi, deinde de le Provincie, gente, & nacione, ma eſſendo li homini dotati de intelecto & de raſone con la quale ſe pone freno ad l'impeto, & irregolato, & ad li transportamenti ſcandaloſi de la natura come ſuccede in infirmitate naturale, che con la raſone medicinale, & con li remedii accomodati eſſe infirmitate ſe conducono ad ſalute, coſi advene etiam in le guerre che non temperarſi l'impeto, refrenarſe l'ira & moderarſi lappetito ſe vene alla concordia nutrice della quiete & Pace, la quale è cauſa, del ben vivere, multiplicatione de li Populi, produtrice de abundantia, & vinculo del humana Societate. Quanto ſia grande el bene, & beneficio depſa parte lo dechiarano quelle ſancte parole le quale come due coſe ſupreme, & convenientiſſime danno a Dio Gloria in lo Excelſo & ad l' homini Pace in Terra. Eſſendo aduncha queſti anni paſſatti ſequita guerra tra li Potentati de Italia, per la quale ſe venuto quaſi alla univerſale contentione in Italia, civé da uno

Digitized by Google

uno canto de la Sanctissima, & Serenissima Liga, & Colligatione de quella, da l' altro canto de la Illustrissima Signoria de Venetia, in la quale Guerra sono succesſe *hinc inde* depredatione, invasione occupatione, de Citate, Terre, & Lochi, Districti, & Regione, & altri danni, & jacture, quale le Guerre portano. Finalmente per beneficio de nostro Signore Dio & quale è Principio, & Casone de ogni bene se venuto tra epse parte ad vera Concordia, Pace & Unione per confirmatione, mantenimento, & vinculo de la quale se venuto ad li pacti Capituli, & Conventioni infrascripte.

In primis ergo el Magnifico Mesſier Zoanne Francesco da Tolentino Procuratore, & Mandatario de la Sanctita de nostro Signore Sixto Papa quarto, & Magnifico Mesſier Zoanne Pontano Secretario, Procuratore & Mandatario substituito dall' Illustrissimo & Excellentissimo Signore Alphonso de Aragonia Duca de Calabria, Primogenito, & Vicario generale & Procuratore & Mandatario del Serenissimo Signore Re Ferrando *Sicilie* &c. el Magnifico Mesſier Zoanne Jacomo da Triultio, Procuratore, & Mandatario dell Illustrissimo, & Exellentissimo Signore Zoanne Galeaz Maria Sforza Vesconte Duca de Milano in presentia, & con licentia, & consentimento dell' Illustrissimo Signore Ludovico Maria Duca de Bari, Barba, Curatore, e Luogo tenente generale depto Illustrissimo Signore Duca de Milano, el Magnifico Mesſier Piero Philippo Pandolfini Sindico, & Mandatario de la Excelsa Republica Florentina, & el Magnifico Mesſier Jacomo Trotto Procuratore & Mandatario dell' Illustrissimo Signore Hercule Duca di Ferrara tutti Colligati & Confederati insieme de la prædicta Sanctissima, & Serenissima Liga per una parte, & lo Ill. & Excelso Signore Roberto de Aragonia de Sanctò Severino Locumtenente generale, & Sindico & Mandatario de la prefata Illustrissima Signoria de Venetia per l' altra, come appare per li loro Sindicati, e Mandati de li tenori infrascripti *dictis nominibus* & per tutti li loro Fioli. Heredi & Successori, Colligati, Adhærenti & Recommendati, Complici & Sequaci, Soldati & Subditi, *sponte, deliberate, & ex certa scientia*, & per ogni altra rasone, modo, via, casone, & forma, che meglio, & piu validamente & efficacemente hanno possuto, & possono ad laude & gloria del omnipotente Dio, & de la Corte celeste, & ad perpetua quiete, & reposso de loro Stati & pacificatione, & asserti de tutta l' Italia sono convenuti & mutua stipulatione, interveniente concordati che dal presente d' inante siano totalmente levate l'offese, Guerre, odii, debati, dissensione, discordie, inimicitie, injurie, homicidii, robbarie, & banni, che hanno havuto, & hanno insieme remettendosi liberamente l'una Parte ad l' altra, & reciproce tutte & singule inimicitie, injurie, pasſione, offese, captivatione, danni, incendii, homicidii, rapine, & depredationi quomodocunque factefin al primo di, che sono state, levate l' offese, & quelle intimate insieme reintegrano, stabiliscono & firmano vera, ferma, & perpetua Pace, con plenissima securita, reiecta omni fraude, dolo, malignitate, cavillatione, siniſtra interpretatione, & ogni altra dolositate. Ita quod sit inter Partes ipsas, ac esse intelligatur vera Pax, firma Concordia, integra & fidelis Amicitia, & cosi stà li Populi, Citá, Subditi, Vassalli, Amici, Adherenti, Reccommendati, Sequaci, & Soldati loro, & de ciaschuno di loro presenti & futuri quali se habbino per expresi, quanto pertiene ad li Subdito. Ita che in lavenire possino liberamente, & Securamente, & senza alcuno impedimento, reale, ò personale, stare, & praticare, negociare, uno con l' altro, & in le Citate, Terre, Provincie, & Lochi l' uno con l' altro & fare li loro exercitii, Commercii, & Negotiationi come facevano & potevano fare avanti la presente Guerra & quanto pertiene alli prefato Illustrisſimo Signore Duca de Milano, & Illustrisſima Signoria de Venezia per Confine loro, & ben vicinare, & praticare delli loro Subditi, & l' altre particularitate sue, li prefati Ill. Signore Roberto Sindicario & Procuratorio nomine quo supra, & el Magnifico Mesſier Jo. Jacomo da Triultio mandatario nomine depso Illustrisſimo Signore Duca de Milano per virtute del presente Contracto, hanno approbato, & confirmato, & approvano, & confermano tutti, & singuli Capituli, Pacti, & Conventione, che se contengono nel Contracto de la Pace facta ad Lode l' anno curso M. CCCC. L. IIII. a di VIIII. del Mese de Aprile tra epsa Illustrisſima Signoria de Venetia & la felice memoria dell Illustrisſimo Signore Duca Francesco Mediolani, &c. Li quali Capituli, Pacti & Conventioni in Omnibus, & per omnia come contengono ad literam hic habeantur pro expresis dicendo, & protestando volerli hinc inde inviolabilmente observare.

Item li prefati Contrahenti, dictis nominibus, se sono convenuti, e concordati, che cadauna delle Parti predicte sii obligata, & debbia infra el termine de dui mesi, che poso la publicazione de la presente Pace immediate sequiranno havere denominato li loro Colligati, Adherenti, & Recomendati ad l' altra parte, & deinde finiti dicti dui Mesi debbiano quelli, che saranno denominati, havere infra el termine d' un altro mese immediate sequente solemnemente ratificato & approbato el presente Contracto de Pace; altramente non s' intendano ne debbiano goldere del beneficio depsa Pace ne de li presenti Capituli, & Conventione.

Item essendo la Santià de Nostro Signore, & la Sede Apostolica de la merita reverentia, dignitate, & veneratione, quale e & deve essere appresso tutti li fideli Christiani, & meritamente da tutti li Prencipi, Potentati, & Signori dovendoseli exhibire, tutta quella reverentia, quale merita il Mantho Appostolico, s' è convenuto, & accordato tra epse Parte, dictis nominibus, circa la conservatione de la libertate Eccleſiastica che la prefata Illustrisſima Signoria de Venezia observara el Capitolo terzo secundum ordinem facto in questa materia in la Pace, & Liga contracta l' anno proximo passatto

Digitized by Google

to tra la Santità de nostro Signore la Maesta del prefato Re, lo Illustrissimo Signore Duca de Milano, la Excelsa Republica de Fiorenza, & lo Illustrissimo Signore Duca de Ferrara juxta la piena continentia, vigore, et tenore depso Capitulo, al quale se habbia piena relatione, el qual Capitolo è del tenore subsequente videlicet:

Item quamvis pro honore, statu, et tranquillitate prefati Sanctissimi Domini nostri, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ cunctorum fidelium Mater est, et Magistra quilibet fidelis Christianus operari et laborare teneatur; tamen considerantes prædictæ Partes, quod Reges, Principes, et Potentatus Christiani majore quodam ad hoc vinculo tenentur, & obligantur, promiserunt, quod præfatæ Sanctitatis Domini nostri Papæ, & suorum Successorum canonice intrantium, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dignitas, præheminentia, honor, & status bona fide & pro posse conservabitur & manutenebitur pacificus, & tranquillus per omnes & singulas Partes in præsenti Pacis, Unionis, & Ligæ Contractu comprehensas, & earum quamlibet earumque Complices, & sequaces, nec aliquo quæsito colore, directe vel indirecte, in damnum, jacturam, præjudicium, vel dedecus ipsius Sanctissimi Domini nostri, & dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ aliquid attentetur, innovetur, vel moveatur, quinimo quod præfati Sanctissimi Domini nostri, & dictorum successorum suorum, ac præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Patrimonium, Provincias, Civitates, Terras, Castra, Loca, Dominia, Jurisdictiones & Jura, Vassallos, Pheudetarios, Vicarios, ac Subditos quoscunque, mediate vel immediate in Italia subjectos tueri, & defendere teneantur cum effectu ab omni Impugnatione invasione, & molestatione contra quamcumque personam, quacumque dignitate perfulgeat; Domum communitatem, Universitatem, Capitaneum, Societatem, vel Congregationem gentium armorum quorumcumque, nec non auxilium & favorem realiter, & cum effectu impendere ac præstare teneantur, & debeant, positque præfatus Sanctissimus Dominus noster suique dicti Successores, ut predicitur, omnibus & singulis Capitulis, quæ in præsenti Pace, & Unione, & Liga apposita forent, uti & gaudere, pro se recipere & acceptare, & quod præfatus Sanctissimus Dominus noster sit, & esse debeat, censeatur & intelligatur Caput, Pater, & Protector præsentis Pacis, Confederationis, Unionis, & Ligæ, Partiumque omnium comprehensarum in ea. Ac etiam voluerunt prædictæ Partes, & se contentaverunt, quod circa Spiritualia præfatus Sanctissimus Dominus noster manuteneatur, & conservetur ac etiam redintegretur sicut est de jure, & approbata consuetudine secundum determinationem Dei & Sanctorum Patrum.

Item per che la Sede Apostolica e constituita in tale grado, & dignitate, che meritamente hà potestate solvendi & ligandi, & de punire, & assolvere quelli, li quali sono commessi & submessi al suo Pastorato si e similmente convenuto, & concordato tra le dicte Parte, dictis nominibus, che la prefata Illustrissima Signoria de Venetia in lo castigare & punire suoi Subditi, & Rebelli, cioè tanto Baroni, quanto Communitate, debia observare lo Capitulo vigesimo facto, & apposto in la Liga predicta juxta sui continentiam & tenorem: el quale Capitulo è del tenore infrascripto:

Item convenerunt Partes prædictæ, quod si casus occurreret, quod Sanctissimus Dominus noster, vel ejus legitimus Successor vellet corigere, & castigare, seu punire aliquem ex suis subditis, vel Vicariis seu aliquam Civitatem sibi subditam, qui in futurum fierent suæ Beatitudinis, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Rebelles, & aliquis alicujus Potentatus vellet suam Sanctitatem impedire et tali subdito puniendo, seu castigando præstare subsidia, omnes Partes in prædicta Liga comprehensæ teneantur, & obligatæ sint eidem sanctitati favere, & subsidia ipsius Ligæ præstare cum de hoc à sanctitate sua fuerint requisiti, salvis prædictis & sine eorum præjuditio. Et quale Capitulo s' intenda extenderse, è comprendere non tanto quelli che in lo Advenire seranno Rebelli de la Santità de nostro Signore, ma ancora quelli che de presenti se trovassero essere in tale desobedienza e Rebellione.

Item se sono convenute le predicte Parte, dictis nominibus, che fra di vinti poso la stipulatione del presente Contracto immediate secuturi debiano epse Parte mandare loro solemni, & legitimi Procuratori, Sindici, & Mandatarii in Roma ò pieni Mandati ad li Oratori, quali per alcuna depse Parti se trovano in Roma al conspecto de la Santità desso nostro Signore per contrahere tra la prefata Santissima, & Serenissima Liga per una Parte, & epsa Illustrissima Signoria de Venezia per l' altra Liga, e Confederazione generale contra quoscunque statim in Italia habentes duratura per anni dece, che immediate sequiranno, & ultra ad beneplacitum Partium ipsarum; de la quale Liga el prefato Illustrissimo Signore Roberto de San Severino fii declarato, & constituito Capitaneo generale durante el tempo dessa Liga, & cosi ex nunc epsi Procuratori & Mandatarii, dictis nominibus, lo constituiscono loro Capitaneo con lo infrascripto Stipendio & li Capituli che se dechiariano in la Conducta sua che se fara de presente; de la quale Liga la Santità de nostro Signore fii Capo Principale, Patre & Protectore, & per casone, & rispecto, del dicto Capitaneato generale la Santità de nostro signore, la Maestà del Signore Relo Illustrissimo Signore Duca de Milano, & la Excelsa Republica Fiorentina siano obligati, & debbiano dare al prefato Signore Roberto, cioè la Santità de nostro Signore Ducati sei millia, la Maesta del Re Ducati octo millia, lo Illustrissimo Signore Duca de Milano Ducati cinquanta millia, la Excelsa Republica Fiorentina Ducati se millia, tutti da libre quatro dimperiali per Ducato, & dall' altro canto la Illustrissima Signoria de Venezia Ducati cinquante millia de provisione l' anno, el quale stipendio se dabba pagare in questo

modo,

Digitized by Google

modo, cioè per tempo de Guerra la mittate de cadauna delle parte avanti tracto, & el resto de dui mesi in dui mesi alla rata. Tempore vero Pacis si habbia pagare de dui mesi in dui mesi pro rata. Exceptuando el presente anno, nel quale licet se habia ad pagare esso Signore Roberto come ad tempo de Pace. Tamen s' è convenuto, che facta la stipulatione, & publicazione della presente Pace, & sequita la effectuale restitutione delle Terre, che se hanno ad restituire. Alquale tempo comenzara correre el stipendio del prefato Signor Roberto se li debiano dare da lo Illustrisimo Signore Duca de Milano Ducati vinti millia fra uno mese, & altri tanti da la Illustrisima Signoria de Venezia & el simile l' altri Potentati per rata, poi el resto de dui mesi in dui mesi per rata, como è dicto, & cusi li Magnifici Messier Luca Pisano, & Messier Nicolo da Cadepesaro Procuratori, & Mandatarii della prefata Illustrisima Signoria de Venezia, como appare per el loro mandato del tenore etiamdio infrascripto, ejus Procuratorio, & Mandatario nomine, hanno promesso & promettono chessa Illustrisima Signoria darà singulo anno la predicta provisione de dicti Ducati cinquanta millia al prefato Signore Roberto nel modo, & forma, che predicta, & ex nunc hanno conducto, & conducono el prefato Signor Roberto nel modo, e forma suprascripta, per lo quale stipendio el prefato Signore Roberto habia ad servire con le gente, tempo & condictione, & pacti de specificarsi da presente com'e dicto. Intendando, & dechiarandosi esso Signore non habia obligatione con quello da chi non sii pagato, & satisfacto, & nihilominus non s' intenda per questo, ni debia mancarli il titulo del Capitaneato generale, & quanto pertiene alle stantie, e convenuto che Do. Signore Roberto habbi stantie per mille septecento Cavalli nel Stato dell' Illustrisimo Signore Duca de Milano incomenzando al di che incomenzarà la Conducta, & stipendio suo, & el resto nel Dominio dell' Illustrisima Signoria di Venetia, & circa & stantiare depso Illustrisimo Signore Roberto al tempo de Pace nel predicto Stato depso Illustrisimo Signore Duca de Milano s' e convenuto, & concordato de Starse ad quello in che sua Signoria se convenera con lo Illustrisimo Signore Duca de Milano.

Item se sono convenuti, & concordati li prefati Procuratori, Sindici, Mandatarii dictis nominibus del prefato Ill. Signore Roberto in hoc agente nomine proprio siano restituite tutte le Terre, & Luochi, quali ha nel Reame cum tutte le Jurisdictione, e rasone sue restando el Magnifico Messier Zoanne Francesco suo Fiolo Conte de Cayacia, el dicto contato de Cayacia con quelle Conventione quale sono tra epsi Patre, & Figliolo.

Item e convenuto tradicte Parte, dictis nominibus che al prefato Signore Roberto siano etiandio restituite dell' Illustrisimo Signore Duca de Milano tutte le Terre, Castelle, Ville, & Luoghi, possesione & Case quale avante la presente Guerra haveva nel Stato dessо Signore Duca, eo modo & forma chesso Illustrisimo Signore lo teneva, & posfideva. Similiter è convenuto tra dicte Parte quanto ad li beni mobili, quali el prefato Signore Roberto dice che al partire suo da Castel novo Derthonese gli furono tolte. Et quanto al servito quale anchora la Signoria sua dice esserli debuto dal prefato Signor Duca fin al sie richiesto andare ad Milano, quale servito repete con le robe antedicte che tutte queste due cose debbiano essere remesse al Judicio del prefato Magnifico Messier Zoanne Jacomo da Trivltio.

Item s' è convenuto, & concordato tra le predicte Parte, dictis nominibus che si debia fare vera, libera, & integra restitutione de tutte le Citate, Terre, Castelle, Ville, & Luochi hinc inde tolti, & occupati ne la presente Guerra tanto in Lombardia, quanto in Mantuana, Ferrarese, & Romagna, & nel Reame con tutte le rasone, e pertinence sue come erano avante la presente Guerra.

Item che la prefata Illustrisima Signoria de Venetia sii tenuta, & debia de qua per fin tutto di vinti del presente mese d' Agosto per el mezzo delli Comissarii da essere deputati ad cio restituire al prefato Illustrisimo Signore Duca de Milano, Duca de Ferrara, & Marchese de Mantua tutte le Citta, Terre, & Luochi, Como, e Adria, Adriano, Comachio, Mellara, Castel novo, Figarolo, Castel Gulielmo, la Bastita del Zeviolo, tutta la Riviera de Fillo, & generalmente tutte l' altre Castelle, Ville, Lochi, Fortezze, Bastie, Case, Possesione, e terreni, che l' avesse occupato ad li prefati Signori in la presente Guerra con tutte le rasone, Jurisdictione, & pertinentie sue, & vicisim infra el dicto termine li prefati Signori, & Cadaun de loro siano tenuti, & debiano restituire alla prefata Illustrisima Signoria de Venetia etiandio tutte le Terre, & Lochi, Castelle, Ville, Case, possesione, & altre cose, che li havessero occupate in la presente Guerra con tutte le rasone, Jurisdictione, & pertinentie sue excepto el Polesino de Ruygo, del quale fa mentione el Capitulo immediate sequente, & alla Maestà del Rè debia fare la restitutione de le Citta, Terre & Luochi occupati infra el Termine, che se dechiararà qui de sotto.

Item s' è convenuto, & concordato tra le dicte Parte, dictis nominibus, chel Polesino del Ruygo occupato da la prefata Illustrisima Signoria di Venetia in la presente Guerra resti ad epsa Signoria con tutte le sue rasone, Jurisdictione, habentie, & pertinentie, & le possessione de li Cittadini Ferraresi, & Subditi del prefato Illustrisimo Signore Duca de Ferrara & Entrate, che dependano da le possesione con le sue immunitate, libertate, exemptione, & decime, che sono in lo dicto Polesino, o sue pertinentie siano tutte liberamente restituite ad epsi Cittadini, e Subditi del prefato Signore Duca, & ad quelli de chi erano avante la presente Guerra, & lassate posfidere pacificamente, et senza contradictione alcuna, & cosi etiamdio l' Abbatia della Vangadicia, quale teneva, & ha Messier Leonello Trotto nel Polesino

pre-

Digitized by Google

predicto del Ruygo sii restituita & lassata goldere ad epso Mesier Leonello con tutte le possessione, habentie, pertinentie, & rediti soi. Item ogn' altro beneficio, che havessero li Subditi del prefato Signore Duca in detto Polesino, similmente siano al prefato Signore Duca de Ferrara, ò ad suoi Subditi restituiti tutti li Bestiami, o valuta depsi, & ogn' altra cosa, che li fu tolta in Romagna, essendo tra essa Illustrisima Signoria, & el prefato Signore Duca certa Tregua. Et e converso sii fatto in simile caso verso la prefata Illustrisima Signoria & soi Subditi. Item se restituisca al prefato Signore Duca liberamente la Casa da Venetia, & li Beni da Est, & lassatogli goldere pacificamente come faceva avante la presente Guerra, & Cosi se alcuno Zentilhomo Venetiano ò Citadino, ò Subdito, & Monastero, & Hospitale, & altri Beni Ecclesiastici dessa Illustrisima Signoria havesse possessione in Ferrarese, Mantuana, & Lombardia, & in caduno altro loco delli Stati de la Santisima e Serenisima Liga si siano liberamente restituite & lassatogli pacificamente goldere, come facevano avante la presente Guerra.

Item chel Magnifico Mesier Francesco Sicho, & qualunche Subdito delli prefati Potentati de la Sanctisima Liga prefata siano restituiti in le loro possessione che havessero nel predicto Dominio de la prefata Illustrisima Signoria de Venetia, quale li siano state occupate in la presente Guerra con tutti li fructi percepti non essendo pervenuti in le mane de la prefata Illustrisima Signoria, & lassate liberamente goldere.

Item se sono convenuti, & concordati li prefati Procuratori, Sindici, & Mandatarii, dictis nominibus che la prefata Illustrisima Signoria de Venezia sii restituita, & redintegrata, & conservata in tutti li soi Privilegi, Capituli, Jurisdictione & ogn' altra condicione, chel ha in Ferrara, & con el prefato Illustrisimo Signore Duca de Ferrara, & l' havia con li soi Ill. predecessori, & e contra parimente sii observato al prefato Illustrisimo Signore Duca per la prefata Illustrisima Signoria.

Item s' è convenuto, & concordato, che la prefata Illustrisima Signoria de Venetia sii obligato, & cosi il prefato Signore Roberto suo Sindico, & Mandatario ejus nomine pionamente ha promesso, & promette restituire, & fare restituire senza exceptione alcuna a la prefata Maestà vel Serenisimo Signore Re, & infra & termine di uno mese doppo la stipulatione del presente Contracto & tanto mancho, quanto se potera la Città, & Rocha de Galipoli, & cosi tutte le altre Citta, Terre, Fortezze, Ville, & Luoghi occupati, & occupate da epsa Illustrisima Signoria in la presente Guerra nel Reame, & per executione effectuale de dicta restitutione la prefata Illustrisima Signoria subito facta la dicta stipulatione del presente Contracto mandera uno suo Commissario con plenisimo Mandato per fare restituire, & de continenti asfignare, & dare la vera, & reale possessione in le mane del Commissario sopra cio deputato da dicta Maestà, overo dal prefato Signore Duca di Calabria de dicta Città de Galipoli con la sua Rocha, & cosi tutte, & singule l' altre Città, Terre, Castelle, Ville, Luochi, con le loro Fortezze in qualuncha parte del Reame se siano, & quocunque nomine nuncupentur, tanto del domanio quanto de Baroni, o de Chiesie.

Item s' è convenuto, & concordato tra le predicte Parte nominibus quibus supra, che ad li Illustrisimi Serenisimi Principi Rè, & Regina de Castelle, &c. sii lassato & reservato principale, & dignissimo loco de intrare in la presente Conventione, et Pace per lo Stato quale hanno in Italia, et sue pertinentie infra el termine de octo mesi proxime advenire.

Item s' è convenuto, & concordato tra dicte Parte, dictis nominibus, che alla Magnifica Communita de Zenoa sii reservato digno, & condecente loco de intrare in la presente Pace infra el termine de duoi mesi proximi avenire declarandosi per esse Parte, dictis nominibus, che per tale reservatione del loco non se intenda aliquo modo essere derogato ne doversi derogare ad le rasone, che ha la Excelsa Republica de Fiorenza in la Città de Sarzana, quale li sii licito usare ad ogni suo piacere, & alcuno Potentato compreheso in la presente Pace non possa ni debia dare favore alcuno directe vel indirecte, nec aliquovis quesito colore, alla prefata Communità de Zenoa contra essa Excelsa Republica de Fiorenza nel facto de dicta Città di Sarzana, & accadendo che per alcuna Terra, Castello, ò persona dicta Excelsa Republica de Fiorenza fosse impedita quella possa liberamente fare contra chi la volesse impedire, ne etiandio per dicta reservatione de loco de intrare in la presente Pace s' intenda in aliquo essere derogato ne facto prejudicio alcuno ad le rasone, che hà el prefato Illustrisimo Signore Duca de Milano nel Dominio de dicta Città de Zenoa quin libere & absque ullo impedimento uti possit prædictis Juribus suis semper, & quandocunque ei placuerit, & cosi el prefato Mesier Zoanne Jacomo Procuratore & Mandatario del prefato Illustrisimo Signore Duca de Milano in presentia, & con consentimento del prefato Illustrisimo Signore Duca de Bari ha dicto, & protestate, & dice e protesta chel non intende, ne vuole per essere resservata alla predicta Communita de Zenoa el predicto Loco se habia ad fare alcuno præjuditio ad le rasone depso Signore Duca, che ha nel Dominio de la predicta Cità de Zenoa, ma poterle sua Excellentia usare sempre, & quando li parira.

Item se sono convenute, & concordate le predicte Parte, dictis nominibus, che ad la Magnifica Communita de Sena con el presente suo Stato sii lassato digno & condecente luogo de intrare in la presente Pace infra el termine de doi mesi proximi avenire & intrando possa goldere del beneficio depsa Pace.

Item perche ne la Pace, & Capituli facti ad Lode com' è dicto de sopra, li quali sono stati confirmati, ut præfertur, è uno Capitulo, & Conventione, che li Illustrisimi Signori de Venezia, & lo Illustrisimo Signore Duca de Mila-

Digitized by Google

no non poſſeſſero pigliare ne condurre Soldati alcuni l' uno de l' altro ſenza licentia de la Parte ad li Servitii della quale foſſero, s' è convenuto, & concordato tra le Parte predicte che dicto Capitulo ſe intenda expreſſe dechiarato, & ſii, & debia eſſere in vera & viva obſervanti a de tutte le predicte Parte & potentie poſſa pigliare, ò condurre Soldáti de alcuna de l' altra parte ſenza expreſſa licentia de quella de la quale dicti Soldati ſerano.

Item s' è convenuto, & concordato, che ſe elegano doi, cioé uno per la prefata Illuſtriſſima Signoria de Venetia, & l' altro per el prefato Illuſtriſſimo Signore Duca de Ferrara con piena facoltà, & poſſanza de terminare le confine del Polefino de Ruygo & concordandoſe dicti dui electi, chel prefato Illuſtriſſimo Signore Ludovico Duca de Bari & el prefato Ill. Signore Roberto elegano el terzo al Judicio de la mazor parte de li quali ſe ſtaghi.

Item ſe ſono convenute, & concordate le predicte Parte, nominibus quibus ſupra, che la preſente Pace ſe debia ſolemnemente publicare, & bandire per eſſe Parte, & caduna de loro in le ſue principale Citate el di della Nativita de noſtra Donna, che ſera a dì octo de Septembre proxime, che vene.

Item ſe hanno promeſſo, & promettono li predicti Procuratori, Sindici & Mandatarii invicem fare, che caduno ſuo Principale ſolemnemente rattificara & approvarà el preſente Contracto de Pace, et quanto in epſo ſe contiene infra el termine de dece dì, da poi hinc inde facta la totale reſtitutione de le coſe predicte, et poi infra tempo conveniente ſe debiano mandare le ratificatione, et quelli, che non haveranno ratificato infra dicto tempo non habino ad goldere del beneficio depſa Pace remanendo firma et in robore ſuo per quelli che haverano ratificato.

Le quale tutte, et ſingule coſe ſopraſcripte li prefati Procurator, Syndici & Mandatarii dictis nominibus ſibi invicem mutua ſtipulatione interveniente ſe hanno promeſſo & promettano, et hanno giurato et giurano in l' anime de li ſoi principali ad Sanctæ DEi Evangelia corporalmente con le mane de caduno de lore dochate le Scripture in mane de nui Notari infraſcripti come publice perſone, che ſtipulano, & recevano nomine et vice, et ad parte, et utilitate de qualuncha perſona, che li haveſſe et poteſſe havere intereſſe de attendere, & inviolabilmente obſervare, et in aliquo non contravenire, directe, vel indirecte, tacite vel expreſſe, nec aliquovis quæſito colore, ſotto obligatione de tutti li beni mobili, et immobili, præſenti e davenire de caduna de le predicte Parte, et vinculo de juramento, & refectione, et reſtitutione de omne damni, intereſſe, et expeſe, ahe alcuna depſe Parte haveſſe ad fare, ò patire per caſone, e defecto de l' altra de li quali damni, intereſſe, et expeſe ſi debia ſtare, et credere al ſimplice dicto con Sacramento de la Parte damnificata ſenz' altra prova da eſſere facta, et ultra cio ſotto pena de Ducati cento millia doro in oro deſſere pagati per la Parte, che non obſervera à la Parte obſervante, firmis tamen ſemper et in robore ſuo manentibus omnibus, et ſingulis ſupraſcriptis. Ne pero ſi intenda pero eſſere rotta la preſente Pace, de le quale tutte, et ſingule coſe ſupraſcripte li prefato Procuratori, Sindici, et Mandatarii, dictis nominibus, hanno comandato et commandano ad Nuy Zoanne Antonio de Girardis Papienſi, Laurentio Euſtochio, et Philippo de Rediti de Fiorenza Notari publici infraſcripti, che ne debiano fare publico Inſtromento uno o piu de uno e medeſimo tenore.

Actum & celebratum in Hoſpitio Felici nuncupato le Chianege inter utraque Caſtra Agri Brixienſis inter Bagnolum, et Sanctum Zenonem. Preſentibus Magnificis, et Spectabilibus Viris Domino Guidone olim alterius Domini Guidone olim alterius Domini Guidonis de Balneo, et D. Matheo Antimacho Oratoribus Ill. D. Marchionis Mantuæ, Magnifico et Clariſſimo Juris utriuſque Doctore D. Joanne Andrea Cagnola Conſiliario, et D. Jacobo Gilino Cancellario prefati Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, D. David de Baſilea quondam Domini Joannis prefati Ill. D. Roberti de Sancto Severino Secretario, Domino Franciſco Aynclayta Ducali Venetiarum Secretario. D. Nicolao Michelocio Florentino, et Zanino de Annono quondam D. Georgii Cancellario prefati Ill. D. Roberti Teſtibus notis idoneis ad præmiſſa vocatis et rogatis.

In Nomine Domini Amen.

Anno Nativitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, Indictione ſecunda, die decima nona menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini noſtri, Domini Sixti Divina providentia Papæ quarti Anno tertio decimo. Univerſis et ſingulis per hoc præſens publicum Inſtrumentum pateat evidenter. Quod cum prefatus Sanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Sixtus, divina providentia Papa quartus, certo modo intellexerit, quod inter Illuſtriſſimum Dominum Dominum Alphonſum, Ducem Calabriæ et Illuſtriſſimum D. D. Ludovicum Sforziam Ducem Bari Illuſtriſſimi Dominii Mediolani Gubernatorem, tam ejusdem Sanctiſſimi noſtri Papæ, et Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quam Sereniſſimi D. D. Ferdinandi Siciliæ citra Farum &c. Regis præfati Illuſtriſſimi D. Mediolani et Excelſæ Reipublicæ Florentinæ, ac etiam Ill. D. Ducis Ferrariæ, quam aliorum Sanctiſſime Lige Potentatuum, et Confœderatorum nominibus ex una, et Ill. D. Robertum de Sancto Severino Illuſtriſſimi Domini Venetorum armorum Ducem, et Stipendiarium ſive alios ad id intervenientes pro præfato Illuſtriſſimo Dominio Venetorum, & aliorum quorum intererit nominibus et vice agentes habitus fuerit aliqualis Tractatus de inheunda, firmanda, et concludenda Pace inter præfatos Potentatus quoniam Tractatus Pacis hujusmodi concludendæ pro parte ejusdem Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ abſque ſpeciali Mandato ſuæ Sanctitatis, quæ Caput eſt, et Protector ejusdem Sanctiſſimæ Ligæ, adimpleri non poteſt, eadem Sanctitas vigili meditatione conſiderans quæ, quot et quanta bona ex Pace eveniunt, et è contra ex bello damna, et diſcrimina, et ut Italia ipſa, Italicique Potentatus in Pacis amenitate conquieſcunt, et ad tam Commune bonum Pacis et Confederationis, veluti Sanctitas

ipſa

Digitized by Google

ipsa omnes ejus exemplo imitari concurrant, cum prudentiam, et erga Satum Suæ Sanctitatis, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ fidem plurimasque animi dotes Magnifici Domini Johannis Franciſci de Tolentino Vallis Oppiæ, Comitis ejusdem Romanæ Ecclesiæ armorum Ductoris in Castris ejusdem Sanctissimæ Ligæ actu militantis jam pridem exploratum habeat, ac sperans, quod ea, quæ sibi nunc committentur fide, et diligentia solita adimplere curabit, eundem D. Johannem Franciscum absentem tanquam præsentem et onus Procurationis hujusmodi in se susciptentem, et ex certa ejus scientia, omnibus melioribus modo, via, causa, et forma, quibus validius, et efficacius potuit, fecit, creavit, et solemniter ordinavit, et designavit verum et indubitatum suum Nuntium, Procuratorem et Mandatarium et quicquid melius dici potest, specialiter et expresse ad suæ Sanctitatis nomine, tractandum, concludendum et stipulandum Pacem, Confederationem, et Ligam ad id tempus duraturam, et cum his pactis, conditionibus, formis et Capitulis, quibus invicem, cum præfatis Calabriæ et Bari Ducibus, vel quibusvis ad id concurrentibus, ac præfato Domino Roberto, aut aliis pro præfato Illustrissimo Dominio Venetorum intervenientibus aliisque Potentatibus colligandis concors fuerit, et prout eidem Domino Francisco videbitur, et generaliter ad omnia alia, et singula agendum, dicendum, capitulandum, et concludendum, ac paciscendum, quæ in prædictis, et singulis eorum, ac emergentibus, connexis et dependentibus ex eis necessaria fuerint, atque opportuna et quæ idem Sanctissimus Dominus noster faceret, si ante pedes suos, et ejus conspectum per se ipsum hæc tractarentur, etiam si talia forent, quæ Mandatum magis exigerent speciale. Volens etiam et mandans Sanctitas ipsa in præsenti Instrumento Procurationis, et Mandati pro expressis haberi, quæ in quolibet libero, et amplo Mandato deberent, aut exprimi necesse est. Concedens eidem Domino Johanni Francisco in his omnibus plenam et amplissimam facultatem et potestatem præmissa agendi, concludendi, promittendi, et sub quibusvis formis, et conditionibus paciscendi, et obligandi ratum, ex nunc prout ex tunc, habiturus idem Sanctissimus Dominus noster quicquid sic per ipsum Dominum Johannem Franciscum actum, tractatum, conclusum, gestum, capitulatum, promissum, et obligatum fuerit, et per eos ad quos spectat, inviolabiliter perpetuo, et efficaciter observari mandavit. Volens et mandans propterea mihi Notario Cameræ Apostolicæ Suæ Sanctitatis, ut de præmissis conficere debeam publicum, et authenticum Instrumentum, ad futuram rei memoriam. Acta fuerunt hæc Romæ apud Sanctum Petrum in Sala Pontificum Palatii Apostolici sedente ejus Sanctitate, et præsentibus Reverendissimo in Christo Patre, et D. Domino Raphaele Sancti Georgii Diacono Cardinale Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario et Domino Leonardo Griffo, Reverendissimo Archiepiscopo Beneventano ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ Secretario Testibus adhibitis et rogatis. Et ego Philippus de Ponte curvo, Clericus Aquitanensis Dioceſis Cameræ Apostolicæ præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ, Notarius præmissis interfui, et hoc Instrumentum exinde confeci, in hanc publicam formam redegi, scripsi et me subscripsi. Signo nomineque meis solitis appositis in fidem, et Testimonium præmissorum rogatus, et requisitus, Sixtus Papa quartus manu propria, subscripsi &c.

Ferdinandus DEi gratia Rex Siciliæ, Hierusalem &c. Illustrissimo et Carissimo Alphonso de Aragonia Duci Calabriæ, et Vicario generali paterni amoris affectum quodque omnia, quæ per nos nomine nostro agantur satis per se rata et firma esse videantur. Cum nobis filius primogenitus, et Vicarius generalis sitis nec ad quæcunque pro nobis, aut nostro nomine agendum alio à nobis Mandato opus vobis sit: tamen pro magnitudine, et pondere præsentis rei et negotii, cum præsertim ad alios etiam nostros Confederatos pertineat, non putavimus ab re esse presens vobis speciale Mandatum, et auctoritatem tribuere. Quocirca tenore præsentis nostræ paginæ vos supradictum Illustrissimum Calabriæ Ducem primogenitum et Vicarium nostrum generalem absentem tamquam presentem de certa nostra Scientia Procuratorem, Nuncium, et Negociorum gestorem specialem et ad infra scripta generalem, ita quod specialitati generalitas non deroget, nec è contra, constituimus, ordinamus, deputamus, decernimus ad agendum, tractandum, et practicandum cum Illustrissimo Dominio Venetiarum vel cum per ipsum Deputatis, aut Deputandis de compositione presentis Belli et Pacis Italicæ concurrentibus ad id unanimiter Sanctitate Domini nostri et aliis Serenissimæ Ligæ Potentatibus cum quibus semel et una, nemine ipsorum discrepante, de ipsa compositione et non aliter per Nos agi volumus, Dantes et concedentes vobis amplissimam potestatem, facultatem, et baliam, vice et nomine nostris simul et una cum supradictis omnibus Confederatis de prædicta compositione Belli et Pacis conclusione cum supra dicto Illustrissimo Domino, vel cum Deputatis, vel Deputandis, per ipsum agendi, tractandi et practicandi, ipsamque compositionem, et Pacem concludendi, et conficiendi cum illis Conventionibus, Pactis, et Capitulis, quibus inter nos simul cum dictis nostris Confederatis, et ipsum Illustrissimum Dominum vel Deputatis, aut Deputandis per ipsum melius concordari potuerit impartientes vobis vices, aut voces nostras plenarias. Ita ut libere positis, et valeatis in præmissis et circa præmissa cum dependentibus, emergentibus, et annexis, ea omnia, et singula agere, exequi, et adimplere, quæ vobis pro compositione et conclusione antedicta agenda videbuntur. Cum potestate omnia, et quæcumque, quæ vobis visa fuerint promittendi, et recipiendi Nos, et bona nostra omnia præsentia, et futura obligandi, in animam nostram jurandi, et alia, et omnia, et singula faciendi, quæ opportuna, et expedientia putaveritis. Promittentes et jurantes, tactis sacris Scripturis sub verbo, et fide legalis Principis nos habituros rata, et grata, et firma omnia quæcunque, quæ per nos simul, et una cum prædictis nostris Confederatis cum ipso Illustrissimo Dominio, vel Deputatis,

Digitized by Google

tatis, aut Deputandis, prædicta, gesta, acta, concluſa, firmata, promiſſa, et capitulata fuerint, et ea omnia, et unumquodque ipſorum integre adimpleturos, et obſervaturos, nec directe, aut per indirectum contraventuros aut contraveniri paſſuros. In cujus rei teſtimonium preſentes noſtro Sigillo munitas fieri fecimus. Datum in Caſtello Novo Neapolis die 16. Julii 1484. Rex Ferdinandus Dominus Rex mandat mihi Antonello de Petruciis.

Nos Alphonſus de Aragonia Dux Calabriæ Regius Primogenitus, & Vicarius generalis: cum in Tractatu et Conventione Pacis, quæ nunc agitatur ex una parte per Sanctiſſimam & Sereniſſimam Ligam, hoc eſt Sanctitatem Domini noſtri Sacram Regiam paternam Majeſtatem, Illuſtriſſimum D. Ducem Mediolani, Excelſam Rempublicam Florentinam, et Illuſtriſſimum Ducem Ferrariæ, et ex altera parte per Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, nequeamus ipſi præſentes et perſonaliter intereſſe cum aliis Mandatariis poteſtatem habentibus ad ipſam Pacem firmandam, et concludendam, ejusque Pacis Capitula faciendum; idcirco confiſi de fide, et probitate Joannis Pontani paterni ac noſtri Secretarii, cujus legalitatem in pluribus & maximis negotiis experti ſumus, eumdem Joannem Pontanum preſentem & hujusmodi onus acceptantem tenore preſentium de certa noſtra ſcientia conſulte, et deliberate facimus, ſubſtituimus, et ordinamus Procuratorem, et Mandatarium noſtrum, ac nomine, et pro parte noſtra ad interveniendum ad tractatum dictæ Pacis cum aliis Procuratoribus et Mandatariis Potentatuum prædictorum, ac Partes earumque, ac ad faciendam ejusdem Pacis, Conventiones, et Capitula, ipſamque Pacem firmandam, concludendam, et incundam, ut prædicitur, cum dicto Illuſtriſſimo Dominio Venetorum, ac cum Ill. D. Roberto de Aragonia de Sancto Severino ejusdem Dominii Locumtenente, Procuratore, et Mandatario, nec non cum Magnificis Nicolao de Cadepeſaro, et Luca Piſano Proviſoribus. Quin etiam ad faciendum & fieri faciendum, & ſtipulandum ſolemnem, & opportunum Contractum & Inſtrumentum de dicta Pace, ejusque Concluſione & firmatione, & alia in & circa hujusmodi agendum, quæ nos ipſi agere melius & plenius poſſemus ſi perſonaliter, ac præſentes intereſſemus. Promittentes ſub fide Principis habituros omni tempore ratum gratum et firmum illud omne, et quicquid per ipſum Joannem Pontanum in hujusmodi Tractatu, Capitulatione, Concluſione et Conventione actum, geſtum, factum, concluſum, firmatum, et conventum fuerit. In quorum Teſtimonium, et fidem præſentis Procurationis, et Subſtitutionis Litteras fieri fecimus manu noſtro ſignatas, & parvo ſigillo in pede munitas. Datum in Caſtris felicibus Sanctiſſimæ & Sereniſſimæ Ligæ prope Balneolum die 5. Auguſti 1484.

ALPHONSUS BERNARDINUS de BERNARDO, pro Secretario.

JOANNES GALEAZ MARIA SFORTIA Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes ac Genuæ & Cremonæ Dominus. Sicuti ingenti animo cum Sotiis noſtris Bellum hoc ſuſcepimus, contra Illuſtriſſimum Dominium Venetorum ad tuendam federati Principis ſalutem, et ad arcendam, quæ nobis inferebatur, injuriam. Ita libentiſſime Pacis ſtudium amplexuri ſumus, ſi honeſte quietem Italicam conſtitui poſſe perſpeximus, in quo nos quantum animo incubuerimus ſatis intelligi poteſt, ſi acta noſtra, et præſentis, et ſuperiorum annorum recte conſiderantur; quæ res cum in primis nobis cure ſit, neque alia magis ratione inducti arma cœperimus, quam ut ex Bello Pacem pariamus, ſtatuimus etiam in poſterum ei non deeſſe. Cum autem notiſſima ſit Nobis ſingularis fides, et ſapientia Magnifici Equitis, et armorum Ductoris Clariſſimi D. Joannis Jacobi Trivultii Conſiliarii noſtri, ſciamusque nullam rem adeo gravem eſſe, quam non facillime et libentiſſime is curare, & obire poſſit, ei hoc negotium tractandæ Pacis credere conſtituimus. Ipſum igitur de noſtræ poteſtatis plenitudine, accedente quoque ad hoc aſſenſu & voluntate Illuſtriſſimi D. Ludovici Ducis Bari Patrui, Curatoris, & Locumtenentis noſtri generalis, eligimus, creamus conſtituimus & facimus verum, certum et ſpecialem Procuratorem & Nuntium generalem & ſpetialem ut quocunque legitimo Mandatario Illuſtriſſimi Dominii Venetorum convenirè, nomine noſtro poſſit, & ea agere, ducere, facere, tractare, & concludere valeat, quæ ad Pacem componendam pertinent. Dantes ei plenum jus & poteſtatem omnia dicendi, agendi, tractandi, & concludendi, que in ejusmodi Pacis negotio neceſſaria, annexa, & conjuncta aliquo modo fuerint tanquam ſi eadem nos coram tractaremus, & quæ nos præſentes facere poſſemus. Promittimus autem in verbo juſti Principis et ſub bonorum omnium noſtrorum præſentium & futurorum obligatione nos omnia, quæ in hac Pacis compoſitione per ipſum Magnificum D. Joannem Jacobum Trivultium dicta, acta, & concluſa fuerint, rata, grata, & firma habituros, neque contra ea ullo tempore ituros, preſentibus menſes tres valituris, Datum Mediolani ſub fide noſtri Sigilli die X. Julii 1484. Joannes Galeaz Maria, Dux Mediolani ſubſcripſit. Ludovicus Maria, ſubſcripſit, B. Chalcus.

In Chriſti Nomine Amen.

Anno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quarto, Indictione ſecunda, die vero duodecima menſis Julii. Cum Sereniſſimus Princeps & Excellentiſſimus D. D. Joannes Mozenigo Dux, & Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum pro vetuſtiſſimo ſuo, majorumque ſuorum Inſtituto, nil unquam majori affectu & ſtudio fuerint proſecuti, nilque carius, & optabilius habuerunt, quam Pacem, & quietem univerſalem Italiæ, prout plurimis perſpicuis Documentis diverſis temporibus plenifariam editis omnibus eſt comparatiſſimum, nec ullo umquam tempore ad aliquod Bellum devenerit dictam quietem, & Pacem Italicam pertubaſſe videretur, niſi ad propulſandas injurias laceſſiti, impulſi, & eo acti. Perſeverantes propterea in prædicto eorum laudabili & conſtantiſſimo Propoſito, ad quod acceſſere, etiam efficaces plurimæ ſuaſiones

& fili-

Digitized by Google

& filiales hortatus Ill. Domini Roberti San. Severinatis ipsius Serenissimi D. Ducis, & Illustrissimi Dominii generalis Locum Tenentis, & Filii Carissimi. Quod quidem Illustrissimum Dominium omni tempore ipsius fidelia, & prudentissima memoramenta semper plurimi fecit, & merito facit una cum suis Consiliis ordinatis sponte, libere, & ex certa scientia animoque deliberato, omnibusque melioribus modis, via, jure & forma quibus magis melius, validius, & efficacius fieri potuit, ac potest cum interventu omnium & singularum solemnitatum, quæ in hujusmodi actibus requiruntur, tam de hujus Civitatis Venetiarum consuetudine, quam de jure dederunt, ac virtute presentis Instrumenti, & Sindicatus dant, & tribuunt præfato Ill. D. Roberto libertatem, facultatem, potestatem, & plenam auctoritatem tractandi, practicandi, contrahendi, ineundi, firmandi, & concludendi Pacem, & quietem universalem Italiæ, & levandi offensiones hinc inde: cum insuscriptis conditionibus, & Capitulis expresse, & particulariter appositis & declaratis videlicet, quod præfatus Serenissimus D. Dux, & inclytum Dominium restituatur, reponatur, & reintegretur in omnibus & singulis immunitatibus, Privilegiis, Jurisdictionibus, & Capitulis, quæ & quas idem Serenissimus Princeps, & Excellentissimum Dominium habebat & habet cum D. Hercule Estensi præsenti Duce Ferrariæ innita, & innitas cum Ill. illius Prædecessoribus. Item quod remanente præfato Serenissimo Duci & Illustrissimo Dominio Poliecino Rodigii cum omnibus habentiis, Juribus, & pertinentiis suis, reliqua in presenti Bello hinc inde ablata restituantur. In quidem Locis restituendis intelligantur, & comprehendantur etiam Status præfati Illustrissimi D. Roberti Locum Tenentis Generalis, & Domini Galeotti Mirandulæ ab Adversariis occupati & pro implemento & observatione omnium, & singulorum, quæ Ill. D. Robertus nomine & vice jam dicti Serenissimi D. Ducis, & Illustrisimi Dominii promiserit in præmisis et circa præmissa generaliter & specialiter obligandi ipsum serenissimum D. Ducem, & Inclytum Dominium, & bona sua, & rogandum, & fieri faciendum de prædictis omnibus, & singulis, quæ idem Ill. D. Robertus vigore hujus Syndicatus, & libertatis tractaverit, & convenerit ac promiserit unum & plura publica Instrumenta cum quibuscunque stipulationibus, pactis & obligationibus realibus, & personalibus, atque mixtis pœnarum adjectionibus, reservationibus juramentis, clausulis & cautelis necessariis & opportunis. Et generaliter omnia alia, & singula dicendi, faciendi, contrahendi, & fieri faciendi, quæ in, & circa prædicta utilia, necessaria, & expedientia fuerint, seu quomodolibet opportuna. Promittentes, prædicti Serenissimus D. Dux, & Illustrisimum Dominium mihi Notario infrascripto uti publicæ personæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum, quorum interest, seu poterit quomodolibet interesse se perpetuo firma, rata, & grata habituros quæcunque præfatus Ill. D. Robertus in prædictis & circa prædicta & quolibet prædictorum duxerit facienda & promittenda, & contra ea vel eorum aliquod ullo tempore non facere, opponere, dicere, vel venire per se vel alium, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, sub hypotheca & obligatione omnium & singulorum bonorum dicti Serenissimi Domini Ducis, & Illustrisimi Dominii Venetiarum præsentium & futurorum. In præmissorum autem fidem, & evidentiam pleniorem præfatus Serenisimus D. Dux & sua Consilia antedicta ordinaverunt, & mandaverunt fieri præsens publicum Sindicatus Instrumentum, quod ad majorem efficaciam, & robur jusserunt Bullæ suæ plumbeæ pendentis munimine roborari. Actum Venetiis in Ducali Palatio in Sala veteri Majoris Consilii. Præsentibus Magnificis, & Egregiis Viris D. Joanne Dedo Cancellario Venetiarum, D. Ludovico de Manentis, & D. Petro Blanco Ducalibus Secretariis testibus ad præmissa omnia specialiter habitis, & rogatis. Ego Johannes Petrus Stella quondam D. Dominici publicus imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac præfati Serenisimi Domini Secretarius prædictis omnibus & singulis dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent una cum prænominatis testibus affui, eaque rogatus scribere scripsi, & publicavi, signo & nomine consuetis appositis.

In Christi nomine Amen.

Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto Indictione secunda, die vero vigesimo tertio mensis Julii, Serenissimus Princeps & Excellentisimus D. D. Joannes Mozenigo DEI gratia inclytus Dux & Illustrissimum Dominium Venetiarum &c. una cum suis Consiliis ordinatis sponte, libere & ex certa scientia animoque deliberato omnibus melioribus modis via Jure & forma, quibus magis, melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest cum interventu omnium, & singularum solemnitatum, quæ in hujusmodi actibus requiruntur, tam de hujus Civitate Venetiarum consuetudine, quam de Jure constituunt, & solemniter ordinant magnificos & generosos Viros D. Lucam Pisani, & D. Nicolaum de Cadepesaro Nobiles Cives Venetos, & honorabiles Provisores præfati Serenisimi Domini apud Illustrem & potentem Virum Dominum Robertum de Arragonia de Sancto Severino Locum Tenentem generalem eorumdem Serenisimi Principis & Inclyti Dominii, suos veros, & indubitatos Procuratores, Actores, & negotiorum gestores, & legitimos Nuntios specialiter, & expresse ad consentiendum & promittendum nomine præfati Serenisimi D. ucis, & inclyti Dominii, quod Ill. & potens D. Robertus San. Severinus suprascriptus ejusdem Serenissimi Dominii Locum tenens generalis Ligæ universalis, quæ per illus Excellentiam nunc tractatur cum stipendio tam inter Partes convento responderi eidem Ill. D. Roberto, & pro implemento, & observatione omnium & singulorum, quæ ipsi Provisores in prædictis, & circa prædicta, nomine & vice jam dicti D. Serenisimi Ducis, & Illustrisimi Dominii promiserunt generaliter, & specialiter obigandum ipsum Serenissimum D. Ducem, & inclytum Dominium, & bona sua, ac rogandum, & fieri faciendum de prædictis omnibus & singulis, quæ præfati Provisores vigore hujus Syndicatus & libertatis tractaverint, convenerint, concluserint, & promiserint, unum & plura

Digitized by Google

plura publica Instrumenta cum quibuscumque Stipulationibus & obligationibus realibus & personalibus atque mixtis poenarum adjectionibus, reservationibns, juramentis, clausulis, & cautelis necessariis & opportunis, & generaliter omnia alia, & singula faciendum, dicendum, contrahendum, & fieri faciendum in & circa prædicta, quæ utilia necessaria & expedientia fuerint, seu quomodolibet opportuna. Promittentes prædicti Serenissimus Dominus Dux, & Illustrissimum Dominium mihi Notario infrascripto uti publicæ personæ stipulanti & recipienti nomine, & vice omnium, & singulorum quorum interest seu poterit quomodolibet interesse se perpetuo firma, rata & grata habituros quæcunque antedicti Provisores in præmissis & circa præmissa duxerint facienda & promittenda, & contra ea, vel eorum aliquod ullo tempore non facere opponere, dicere vel venire per se, vel alium, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto, sub hipotheca & obligatione omnium, & singulorum bonorum dicti Serenissimi D. Ducis & Incliti Dominii, præsentium, & futurorum. In præmissorum autem omnium fidem, & evidentiam pleniorem prefati Serenissimus D. Dux & Illustrissimum Dominium præsens publicum fieri jusserunt Instrumentum, Bullaque sua plumbea pendente muniri. Actum Venetiis in Ducali Palatio, in Sala Veteri majoris Consilii, Presentibus Magnifico, & Egregiis Viris D. Joanne Rodo Cancellario Venetiarum, D. Ludovico de Manentis, & D. Petro Blanco Ducalibus Secretariis Testibus ad hæc vocatis spetialiter habitis, & rogatis. Ego Joannes Petrus Stella quondam D. Dominici publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius ac præfati Serenissimi D. Secretarius prædictis omnibus dum sic, ut præmittitur, fierent, & agerentur cum prædictis Testibus affui, eaque rogatus scribere scripsi ac publicavi signo, & nomine meo consuetis appositis.

In Nomine Domini Amen.

Anno Domini nostri IEsu Christi ab ejus Salutifera Incarnatione 1484. Indictione secunda, & die 26. mensis Julii secundum cursum Florentinorum Magnifici, ac potentes Viri D. Thomas Laurentii de Sodorinis Eques, D. Antonius. D. Laurentii de Rodolphis Eques. & Bongianus de Zianfiglazis Eques Pierus Franciscus Ducer de Melinis. Nicolaus Joannis Mici de Caponibus, Antonius Putii Antonii de Putiis, Jacobus Pieri, D. Aloysii de Guizardinis, Michael Corsii de le Columbe & Antonius Bernardi Miniatis viri novem ex decem Baliæ Civitatis Florentiæ Pacique nihil insidiarum habitura sit libenti animo annuentes, servatis servandis, & solemni deliberatione facta, & viva voce vigore cujuscunque auctoritatis, ac potestatis eis eorumque offitio concessæ per quæcumque Statuta, & per leges quascumque, & Ordinamenta Populi, & Communis Florentiæ, & omni meliori modo, via, jure & forma, quibus magis ac melius potuerunt, vice & nomine Populi & Communis Florentiæ, fecerunt, constituerunt, creaverunt & ordinaverunt eorum, & dicti Offitii, & Populi & Communis Florentiæ verum, & legitimum Procuratorem, Actorem, Factorem, Sindicum & certum Nuntium spetialem, spectabilem Virum Pier Philippum de Giamocii de Pandulfinis, eorum Collegam, Oratoremque & Comissarium dignissimum ad nomine dicti Offitii, Populi & Communis Florentiæ, paciscendum, transigendum, & componendum, & Pacem & Concordiam ineundum, firmandum & faciendum cum quibuscumque Potentatibus, & Dominis & Communitate quacunque & aliis quibuscunque cujuscunque auctoritatis, dignitatis, vel potentiæ existant, & maxime cum Illustrisimo Dominio Venetorum, & seu pro eis vel altero eorum agentibus, de quocunque Bello & Guerra, & inimicitia quacunque & quibuscunque pactis, conditionibus remissionibus, & Capitulis de quibus dicto Syndico, Procuratori, Oratori & Commissario videbitur & placebit, & prout libere volet. Et ad ratificandum gesta per quemcunque nomine Populi, & Communis Florentiæ, nec non etiam ad faciendum, firmandum, & contrahendum quascunque Conventiones, Ligas, Intelligentias, Confederationem, & Unionem, & tam ipse solus dicto nomine ex parte una, quam cum aliis, vel alio pro una, vel pluribus Partibus, & tam ad tempus, quam in perpetuum, & prout ei libere videbitur, & prout libere volet, & exinde confici faciendum quæcumque Instrumenta vallanda & roboranda quibuscunque clausulis vel cautelis, & juramento, & pœnæ adjectione, & prout de sua processerit voluntate, & cum libera, & plena & generali administratione in prædictis, & circa prædicta: Et propterea etiam ad compromittendum, & remittendum in quoscumque, & prout libere sibi videbitur. Promittentes præfati Magnifici ac Potentes decem Viri Baliæ mihi Notario infrascripto ut publicæ personæ recipienti & stipulanti pro omnibus & singulis, quorum interest, intererit, aut poterit quomodolibet interesse, sese dictis nominibus firma, & rata habere, & tenere, attendere, & observare omne id totum & omnia & singula, & quicquid per dictum Procuratorem, Oratorem, & Commissarium actum, factum, & seu firmatum, aut procuratum fuerit in prædictis, & circa prædicta, sub Ipotheca, & obligatione, dicti eorum offitii & Populi & Communis Florentiæ, & bonorum omnium præsentium & futurorum dicti Communis & Populi Florentini. Quod quidem Mandatum vires habere voluerunt, et durare per tres integros menses proxime futuros. Rogantes me Symonem Notarium infrascriptum ut de præmissis publicum conficerem Instrumentum. Acta fuerunt omnia, et singula suprascripta Florentiæ in Palatio Dominorum Priorum, et Vexiliferi Justitiæ Populi Florentini in audientia præfatorum decem Virorum Baliæ. Præsentibus Spectabilibus Viris Dionysii Pucii de Puciis, et Ser. Joanne Ser. Bartolomei Girardi testibus ad prædicta omnia et singula vocatis, habitis, et rogatis. Ego Simon Gracini Jacobi Gracini Imperiali auctoritate Judex ordinarius, ac Notarius publicus, et Notarius Florentinus prædictis omnibus dum agerentur ad ea publica deputatus auctoritate interfui, et ea publice rogatus scribere scripsi, et ad fidem omnium prædicto.

Digitized by Google

dictorum me subscripsi, et signum meum apposui consuetum. Nos priores Libertatis, et Vexilifer Justitiæ Populi Florentini, singulis, atque Universis, in quos hæ literæ nostræ inciderint facimus fidem qualiter Egregius Vir Ser. Simon Gracini Jacobi Gracini suprascriptus est publicus, et authenticus Notarius, et matriculatus in arte Judicum, et Notariorum Civitatis nostræ, ejusque Scripturis in Judicio, et extra semper adhibetur, et adhibita est plena, atque indubitata fides. In quorum omnium fidem et verum Testimonium has nostras Litteras fieri jussimus et nostro solito Sigillo signari. Valete. Ex Palatio nostro, die 29. Julii 1484. BARTH. SCALA.

HERCVLES Dux Ferrariæ, Mutinæ, et Regii, Marchio Estensis, Rodigiique Comes &c. Serenissimæ Ligæ Locumtenens generalis; Etsi per hos superiores annos Bellum intercesserit inter Illustrissimum Ducale Venetorum Dominium, et Nos, quod profecto nescimus, quo pacto accidere debuerit nobis imitatione majorum nostrorum, naturaque nostram ad Pacem Concordiamque cum omnibus semper habendam institutionem, et proposito confirmatis. Nunquam tamen hoc in tempore fuit quidquid de rebus nostris, nisi bene sperare possemus, quin ad eam ut Christianum Principem decet animum bene inclinatum habuerimus, ac habeamus Quod cum ita sit ut re ipsa ad comprobemus vos Magnificum Equitem, et Generosum Virum Consiliarium, et Oratorem apud Illustrissimum D. Ducem Mediolani, &c. nostrum dilectissimum D. Jacobum Trottum, Procuratorem, Mandatarium, Nuntium, et Legatum nostrum, et quidquid melius dici, et esse potest harum patentium Litterarum nostrarum tenore vim publici, et authentici Instrumenti habituram ex certa scientia, et animo deliberato omni meliori modo, via, jure et forma quibus magis possumus, facimus, constituimus, et ordinamus ad Pacem, et Concordiam finceram, et immortalem cum ipso Illustrissimo Ducali Venetiarum Dominatu seu cum suis Legatis, Commissariis, et Oratoribus uno sive pluribus nomine nostro ineundam, et concludendam pariter et simul cum cæteris nostræ Sanctissimæ et Serenissimæ Ligæ Capitibus, et Principalibus, seu eorum Comissariis, Legatis et Oratoribus ad hanc rem constitutis. Et generaliter ad omnia alia, et singula dicendum, faciendum, consentiendum, et promittendum, quæ in prædictis, et circa prædicta, et quodlibet prædictorum necessaria fuerint, et opportuna, et quæ nos ipsi facere possemus si personaliter adesse mus. Dantes et concedentes vobis plenum, liberum, largum, speciale et generale Mandatum, cum plena, libera, speciali et generali administratione in prædictis et circa prædicta et quodlibet prædictorum, etiam si talia forent, quæ Mandatum exigerent speciale nominatum, et expressum ac specialissimum, Promittentesque sub fide nostra, et bona Principis nos firmum, ratum, et gratum habituros quidquid per vos in præmissis et quolibet præmissorum factum fuerit, sive gestum, et non contravenire sub obligatione omnium bonorum nostrorum presentium et futurorum. Ad quorum fidem et robur has nostras patentes litteras fieri et registrari jussimus, nostrisque Ducalis Sigilli impressione muniri. Datum Ferrariæ in Palatio Curiæ nostræ Anno Dominicæ Nativitatis 1484. Indictione secunda die 29. mensis Julii PAVLARD.

XXIII.

Mandatum, quo Henricus IIX. Angliæ Rex Legatos ad Pagos Helvetiæ mittendos instruxit, ut cum iis, tam suo, quam reliquorum pro conservanda Italiæ quiete fœderatorum nomine, fœdus sancirent, d. d. 8. Novembr. An. 1516.

REx universis et singulis &c. salutem. Cum retroactis temporibus inter antecessores sive progenitores nostros, præcarissimæ memoriæ, olim reges Angliæ, nosque regna, patrias, terras et dominia sua et nostra quæcunque ex una et magnificos spectabilesque Dominos, nobiles gentes, communitatem et cantonos superioris Ligæ Almaniæ, communiter dictos Elveticos, partibus ex altera, nulla unquam hactenus fuerit lis, bellum aut discordia; sed divino (ut credimus) instinctu, sine alicujus specialis fœderis, aut confœderationis pacto vel conventione semper fuerit sincera pax, mutuus amor et concors amicitia, nos, ad laudem Omnipotentis Dei, orthodoxæque fidei exaltationem et nostrorum ac prædictorum dominorum nobilium, gentium, communitatis et cantonorum, Statuum juriumque conservationem, et pro præcipua affectione, quam erga eosdem dominos, nobiles, gentes, communitates et cantonos intime gerimus et habemus Volentes eandem amicitiam, dilectionem, affectionem et concordiam viis et modis posibilibus cum eisdem non modo in perpetuum conservare, firmare et stabilire, verum etiam pro viribus nostris adaugere. De fidelitate igitur prudentia et circumspectione dilecti et fidelis nostri magistri Ricardi Pace, Archidiaconi Dorcestriæ, Secretarii nostri plurimum confidentes, ipsum nostrum verum et indubitatum oratorem, Commissarium, procuratorem et nuncium specialem facimus, constituimus et per præsentes deputamus; Dantes & concedentes ei, tenore præsentium auctoritatem, potestatem ac mandatum generale et speciale pro nobis et nomine nostro cum præfatis Dominis, nobilibus, gentibus, communitate et cantonis et eorum quolibet, conjunctim et divisim, solum vel pro nobis et nomine nostro cum sanctissimo Domino nostro Papa Leone decimo et sacratissimo Principe Maximiliano, Imperatore Romanorum, fratre et consanguineo nostro carissimo, nec non Illustrisimo Principe, Carolo, Catholico Rege Castellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ &c. Archiduce Austriæ, Duce Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ &c. Comite Flandriæ &c. consangvineis

Digitized by Google

neis noſtris dilectiſſimis ac cum præfatis Dominis nobilibus, gentibus, communitate et cantonis et eorundem Papæ, Imperatoris, Catholici Regis, Dominorum, gentium et communitatis et ipſorum Cantonorum quolibet, conjunctim et diviſim eorumve commiſſariis, procuratoribus et deputatis ſufficientem in ea parte commiſſionem habentibus de & ſuper perpetua pace, amicitia, unione et confoederatione inter nos et ipſos Dominos Helvetios et ſingulos cantonos eorundem qui ad id aſſentire voluerint, heredes & ſucceſſores noſtros et ſuos, regna, patrias terras et Dominia noſtra et ſua reſpective. Nec non ſuper una annua largitione Portione ſive proviſione dictis Dominis Elvetiis conſtituenda et quotannis ſolvenda, Ac, pro ejusdem largitionis Portionis ſive proviſionis annua ſolutione, locis diebus et terminis ad hoc limitandis et aſſignandis, nos tam nomine noſtro, quam nomine præfati præcharisſimi fratris et conſanguinei noſtri, Caroli, Regis Catholici &c. obligandi, tractandi, communicandi, paciſcendi, concordandi et concludendi cum illis pactis, vinculis, conditionibus, obligationibus, ſecuritatibus, juramentis in animam noſtram, literis, clauſulis aliis neceſſariis, quibus dictus noſter commiſſarius, Orator et procurator contentiendum eſſe duxerit, ac ſuper hujusmodi conventis concordatis et concluſis dictis Dominis, nobilibus, gentibus, communitati et cantonis eorumve commiſſariis, procuratoribus et Oratoribus literas validas et efficaces pro parte noſtra tradendi aliasque conſimilis effectus & vigoris, quatenus eos tangit et concernit, ab eisdem petendi et recipiendi.

Et generaliter omnia et ſingula, quæ in prædictis et circa ea nomine noſtro concordabunt, capitulabunt, jurabunt, firmabunt et concludent, ac illa ratificabimus et nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea aut eorum aliquod faciemus, vel quovis pacto veniemus; Promittentes bona fide et in verbo Regio, nos ratum gratum et firmum habituros id totum et quicquid per dictum oratorem, commiſſarium, procuratorem, nuncium et deputatum noſtrum actum, geſtum aut factum fuerit in præmiſſis, ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum patrimonialium et fiſcalium. In cujus rei teſtimonium his præſentibus magnum ſigillum noſtrum apponi fecimus. Datum London. octavo die Novembris, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexto decimo, regni vero noſtri octavo.

XXIV.

Articulus ſeparatus inter Maximilianum I. Roman. Imperatorem, Henricum IIX. Angliæ, nec non Carolum I. Hiſpaniæ Reges, de annua penſione pagis Helvetiæ exſolvenda, d. d. 7. Novembr. An. 1516.

QUamvis inter cætera, quæ in tractatu pacis amicitiæ & fœderis defenſivi, inter nos ambaſſiatores, commiſſarios & Oratores Maximiliani, Sacratiſſimæ Cæſareæ majeſtatis & Sereniſſimorum Principum, Henrici, Angliæ & Franciæ, ac Caroli, catholici Regum, jam dudum inito & concluſo de data viceſimi noni die menſis octobris, anni Domini milleſimi quingenteſimi decimi ſexti, proviſum concordatum & decretum fuerat, quod pro continendis & conſervandis Dominis Helvetiis in firma amicitia & ſolida benivolentia erga dominos noſtros ſupremos & eorum ſingulos, ſic, quod eis adhæreant, nullique alii Principi aut potentatui, ſive communitati contra eos, aut eorum aliquem hoſtiliter inſerviant, aut arma gerant, annua quædam largitio, portio, ſive proviſio eisdem Helvetiis largiretur, conſtitueretur & aſſignaretur, prout in dicto tractatu diffuſius & copioſius continetur. Quia tamen per dictum tractatum hujusmodi largitio, portio, ſive proviſio ſpecifice & in particulari nondum nominata, aut deſignata exiſtit, operæ pretium igitur & conducibile nobis oratoribus prædictis viſum eſt, ut omni poſtpoſita mora ulteriorique procraſtinatione ſemota ipſa largitio, portio, ſive proviſio, quotannis amicitia cum eisdem Helvetiis percutienda durante ſolvenda, ſpecifice & in particulari conſtituatur & deſignetur; Nos igitur oratores prædicti, vice & nomine principum noſtrorum prædictorum & autoritate commiſſionum noſtrarum à dictis principibus noſtris in ea parte nobis reſpective datarum, convenimus concordavimus & concluſimus, quod pro parte Sereniſſimorum Principum Angliæ & Catholici Regum, ſumma triginta millium florenorum auri bene & fideliter dictis Dominis Helvetiis, quotannis, durante dicta amicitia conſignabitur & ſolvetur: videlicet, pro parte Regis Angliæ quindecim millia florenorum auri, & pro parte Caroli, Catholici Regis alia quindecim millia ſimilium florenorum, Cæſarea quoque Majeſtas portionem, ſive largitionem, ad quam dictis Helvetiis ſe aliis confœderationibus dandam & annuatim contribuendam aſtrinxit pro parte ſua, fideliter perſolvet.

Quod ſi hujusmodi ſumma pro continendis dictis Dominis Helvetiis in hujusmodi amicitia non ſufficiat, ſed ampliori pro communibus & privatis largitionibus, vel ſarcinis opus erit, inter nos dictos Cæſareæ majeſtatis & Caroli Catholici Regis oratores, nominibus & autoritate principum noſtrorum prædictorum, conventum, concordatum & concluſum eſt, quod tunc & in eo caſu, dicti Cæſarea Majeſtas & Catholicus Rex totum & omne id, quod præter & ultra dictam ſummam triginta millium florenorum auri dictis Helvetiis pro eorum publica & privata largitione portione, ſive intertentione opus erit, æquis portionibus perſolvent, & eorum quilibet perſolvet, aut perſolvi faciet, modo portio hujusmodi ſupererogandæ ſummam ſex millium florenorum auri non excedat. Et inſuper, inter nos oratores prædictos conventum concordatum & concluſum eſt, quod

Digitized by Google

quod ſi dicta ſumma ſex millium florenorum auri per Cæſaream & Catholicam Majeſtates ad intertenendum Helvetios in publico ac privato & particulari minime ſufficiat, tum ſumma per dictos confœderatos principaliter contrahentes ſuper his, qui prædictam ligam communi conſenſu ipſorum confœderatorum admittent & ingredientur, taxabitur pro intertenendis dictis Helvetiis, in publico & privato applicabitur convertetur & erogabitur, ut eo prætextu dictis Helvetiis, ex omni parte proviſis, ipſi unanimiter eisdem confœderatis libentius adhæreant & indiſſolubili vinculo conjungantur. Ad quarum omnium & ſingularum ſummatum, ut præmittitur, ſolutionem modo & forma locisque & temporibus ad hoc per oratores dictarum Majeſtatum apud dictos Helvetios agentes deſignandis, deputandis, præfigendis, paciſcendis ac promittendis, ſicut præmittitur, bene & fideliter fiendam, nos dictorum Cæſareæ Majeſtatis, Angliæ & Catholici Regum commiſſarii & oratores, vigore & autoritate commiſſionum nobis per principes noſtros in hac parte datarum & conceſſarum, eosdem Principes noſtros & eorum ſingulos, quatenus eos reſpective tangit & concernit, bona fide & in vim Pacti aſtringimus & obligamus per præſentes:

Promittentes, quod dicti principes & eorum ſinguli præſentem articulum & omnia in eodem contenta infra duos menſes datam præſentium immediate & proxime ſequentes per literas ſuas patentes, magnis ſuis ſigillis reſpective munitas & manibus ſuis ſubſcriptas ratificabunt, ſeque ad hujusmodi articuli obſervantiam bona fide adſtringent & obligabunt, ſicque eorum quilibet ſe adſtringet & obligabit.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium nos oratores dictæ Cæſareæ Majeſtatis præſenti articulo, manibus noſtris ſubſcripto, ſigilla noſtra appoſuimus. Datum Londonii die - - Menſis Novembr. anno Domini ſupraſcripto.

Matheus, Cardinalis Sedinienſ.
B. de Com.

Sub ſigillis præfatorum commiſſariorum de cera rubea pendentibus a duplicibus caudis Pergamenæ.

Articulus pro Helvetiis:

Quamvis &c. ut ſupra
In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium nos orator dicti Catholici regis præſenti articulo, manu noſtra ſubſcripto, ſigillum noſtrum appoſuimus. Datum London. ſeptima die menſis Novembris anno Domini ſupraſcripto.

Bernardus Heluenſ. Epiſc.

Sub ſigillo præfati commiſſarii de cera rubea pendente a duplici cauda pergamenæ.

Nota: Fœderis Tabulæ, quarum in præſenti Diplomate fit mentio, videri poſſunt in Collectionis hujus Tom. I. p. 150.

XXV.

Caroli I. Hiſpaniarum Regis comprobatio Articuli illius ſeparati, d. d. 11. Maji An. 1517.

CArolus, Dei gratia Rex Caſtellæ, Legionis, Granatæ, Aragoniæ, Navarræ, utriusque Siciliæ, Jeruſalem, Majoricarum, Valentiæ, Sardiniæ, Corſicæ &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ & Geldriæ, Comes Flandriæ, Hasburgenſ. Thirolis, Artheſiæ, Burgundiæ Palatinus & Hanoniæ, Lantgrafius Alſatiæ, Princeps Sueviæ, Marchio Burgoviæ & Sacri Romani Imperii, Holandiæ, Zellandiæ, Ferretis, Friburgiæ, Namurci & Zutphaniæ Comes, Dominus Friſii, Marchiarum, Sclavoniæ, Portusnaonis, Salinarum & Mechliniæ, omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem.

Inſpeximus quendam articulum de data London. ſeptimo die menſis Novembris, anno Domini milleſimo, quingenteſimo, decimo ſexto, inter noſtros ac Maximiliani Sacratiſſimæ Cæſareæ Majeſtatis. & Henrici, Angliæ Regis, veros, certos, legitimos & indubitatos procuratores, Oratores, ambaſſiatores ſufficienter autoriſatos, conventum, concordatum & concluſum pro continendis & conſervandis Dominis Helvetiis in firma amicitia & ſolida benevolentia erga nos prædictos Principes, ſub eo, qui ſequitur tenore verborum:

Quamvis &c.
In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium nos orator dicti Catholici Hiſpaniarum Regis præſenti articulo, manu noſtra ſubſcripto, ſigillum noſtrum appoſuimus. Datum Londoniæ ſeptimo die menſis Novembris, anno Domini ſupradicto.

Notum facimus, quod nos omnia in ſupradicto articulo contenta & ſpecificata, rata, firma & grata habentes, ea omnia & ſingula, quatenus nos tangunt, aut tangere poterunt, acceptamus, confirmamus & ratificamus: renuntiantes ſpecialiter & expreſſe omnibus tam juris quam facti exceptionibus & exceptionum generibus, appellationibus, provocationibus, privilegiis, beneficiis & defenſionibus quibuscunque (quæ & quas pro hic inſertis haberi volumus) per quæ aliquid dici, allegari vel objici poteſt contra prædictum articulum, vel contenta in eodem, quo mediante à dicto articulo vel ab in eodem inſertis recedi poteſt directe vel indirecte quovis quæſito colore; Supplentes etiam omnes & ſingulos tam juris, quam facti defectus, maxime auctoritatis commiſſionis vel commiſſionum omnium confœderatorum vel aliquorum aut alicujus eorundem, ratione omiſſionis ſignaturæ vel alicujus rei cauſæ vel materiæ cujuscunque, vel ob inhabilitatem perſonarum vel perſonæ, quibus, vel cui autoritas commiſſa eſt vel fuit, vel quicqam aliud ad validitatem præmiſſorum hic defuerit, aut aliquid

Digitized by Google

sit insertum insertum in commissione, vel commissionibus confœderatorum prædictorum, quod substantiam & effectum prædicti articuli impediret, extenuaret, diminueret extingueret vel eundem abrogaret, id per has literas nostras confirmatorias, manu nostra signatas & magno sigillo nostro sigillatas, mero motu & ex certa scientia nostris supplemus, ut perinde firmitatem habeat, atque si omnia solemniter rite & recte facta essent; Promittentes bona fide & in verbo Regio omnia & singula in artulo prædicto contenta & specificata, quatenus nos tangunt aut subditos nostros tangere poterunt, pro parte nostra, realiter & cum effectu, bene & fideliter observare, adimplere & exequi.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium hiis præsentibus literis nostris patentibus, manu nostra subscriptis, magnum sigillum nostrum apponi fecimus.

Datum in oppido nostro Bruxellensi, die undecimo mensis Maji, anno Domini millesimo, quingentesimo decimo septimo, regni vero nostri secundo.

Charles
Per Regem in suo concilio
N. Haneton

Sub magno sigillo præfati Catholici Regis de cera rubea, pendente à duplici cauda pergamenæ.

XXVI.

Bulla Clementis P. P. VII. qua Henricum IIX. Angliæ Regem fœderis Italici An. 1526. facti, atque Tomo I. hujus Codicis inserti, defensorem declaravit, d. d. 18. Kal. Septembr. An. 1526.

Clemens Episcopus,
Servus servorum DEI ad futuram rei memoriam.

CUm nuper Liga, Confœderatio atque Sanctissimum Fœdus, non solum pro nostris & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Statibus, dominiis & territoriis conservandis & defendendis, sed etiam Pace universali reipublicæ Christianæ bellicis hactenus tumultibus nimium agitatæ plus quam necessaria propaganda, inter nos & charissimum in Christo Filium nostrum Franciscum Francorum Regem Christianissimum, ac dilectos Filios Nobiles Viros Andream Gritti Venetorum, & Franciscum Sfortia Mediolani Duces, ac ipsorum Venetorum initum, conclusum & processum sit. In quo charissimus etiam in Christo Filius Noster Henricus, Angliæ Rex, & Dominus Hyberniæ, Fidei Defensor tum quia orthodoxæ Fidei Religionisque incrementum unice spectans, Pacis inter Principes conciliandæ Auctor semperque Suasor & verbo & exemplo præ cæteris extitit, tum quia, ut tranquillis temporibus Prudentia Consilio & Auctoritate in cohibendis & refrenandis improbis hominum affectibus plurimum potest, ita bellico furore percitus, & per vim ac violentiam omnia molientes, nominis sui splendore Martiisque opibus, quibus maxime abundat, reprimere & domare ante cæteros valeat, Protector & Conservator nominatus est in eodemque Fœdere ferendum haud dubie existimemus, ne temporibus angustia ad celeriorem conclusionem urgens & impellens maturam & diligentem articulorum ejusdem deliberationem præverterit & impedierit, adeo quidem, ut præfato Henrico Regi, vel indemnitate sua vel de pensione annua tantæ, si hoc Onus protectionis subierit, gratitudini jure optimo debita, aliis denique multis in rebus haud satis diligenter cautum, undequaque & prospectum videatur, sintque etiam dicti fœderis nonnulli articuli, quos ad finceram & inviolabilem ejus observationem partim mature exequi, partim abrogare aliquos ampliare & explicare, tum nostra tum omnium contrahentium interfit. Nos itaque, vehementer affectantes fœdus prædictum, non minus salutare, quam his etiam temporibus necessarium suum optatum & desideratum consequi effectum, animadvertentes etiam, quanta cum majori felicitate omnia succederent, si prædictus Henricus Rex munus protectionis in se suscipere & obire, dictumque fœdus ingredi vellet, a quo illud avertere & deterrere posset, si non omnia, quæcunque in dicto fœdere comprehenduntur & conveniantur, plana, aperta, dilucida, æqua, etiam omnibus & convenientia esse, acre ipsius Henrici Regis judicium deprehenderit, De fidelitate, Circumspectione & Prudentia Dilectorum Filiorum Uberti de Gambara Brixiensis, & Johannis Baptistæ Sanga Romani Clericorum, Nostrorumque et hujus Sanctæ Sedis Notariorum et Nunciorum plurimum confidentes, ipsos et quemlibet ipsorum in solidum veros, certos et indubitatos Oratores, Legatos, Commissarios, Procuratores, et Deputatos constituimus, facimus et ordinamus per præsentes. Dantes et concedentes eis, et eorum cuilibet in solidum plenam potestatem, auctoritatem et facultatem, ac Mandatum generale et speciale, pro nobis et nomine nostro cum præfato Henrico Rege, ipsiusque et Francisci Regis, ac Ducum et Dominiorum prædictorum, aut alterius cujuscunque Principis, dictum fœdus sive Ligam ingredi volentis Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis et Deputatis, sufficientem ad id auctoritatem habentibus, simul et conjunctim, cum omnibus illorum ve duobus, tribus, aut uno, seorsim et separatim, seu etiam cum ipso Rege Francisco, de et super Reformatione, Immutatione, annotatione, Additione, Diminutione, Restrictione, Extensione, Moderatione, Qualificatione, Interpretatione, Ambiguitatumque Dissolutione et Explanatione omnium et singulorum Articulorum in dicto fœdere contentorum, nec non et desuper portione annua prædicto Henrico Regi, casu quo Onus Protectionis hujusmodi acceptaverit, vel alicuicunque annuatim præstanda et persolvenda,

deque

Digitized by Google

deque ſumma ſive ſummis, cautionibus et proviſionibus, ſub quacumque firmitate, pro ſecuritate ejusdem penſionis ſive earundem penſionum limitandis et interponendis, ac etiam de indemnitate ejusdem Henrici Regis fœdus prædictum ingredientis præſtanda, modo et forma proviſionis pro eadem valide et efficaciter concipienda, tractandum, communicandum, paciſcendum, conveniendum, concordandum, et concludendum, dicti fœderis Articulos omnes et ſingulos, aut eorum aliquos vel aliquem delendum, cancellandum et abrogandum, pro quæ et in locum eorumdem alios plures aut pauciores ſub quibuscunque verborum tenoribus conceptos, reponendum et ſubſtituendum. Ita tamen ut quacunque immutatione non obſtante fœdus prædictum non diſſolvi interim, ſed in ſuo robore et effectu manere, durare et ſubſiſtere intelligatur, idemque fœdus fuiſſe et eſſe habeatur, et reputetur perinde, ac ſi nulla talis immutatio, interpretatio, additio, aut diminutio intervenisſet. Nec non diſſoluto et abrogato fœdere prædicto, aut eodem, ſi ita videbitur, et nihilominus, ut præfertur, in ſuis viribus ſubſiſtente cum Franciſco et Henrico Regibus, ac Ducibus et Dominio prædictis, nec non aliis quibuscunque Regibus et Principibus Chriſtianis, Civitatibus, Communitatibus, et Nationibus, ac Dominiis Cismontanis et Ultramontanis, ſeu eorum Procuratoribus, Oratoribus et Legatis quibuscunque, ſufficientem auctoritatem habentibus, de quacunque nova confœderatione, unione, Fœdere, Liga, perpetua et temporali ac alias quocunque modo, inter nos et illos, ac eorum quemlibet tractandum, communicandum, paciſcendum, conveniendum et concludendum, et inſuper ad conventorum et concluſorum inviolabilem obſervantiam Nos, patrias, Territoria, Dominia et Subditos noſtros ſub quibuscunque pactis et Conventibus adſtringendum et obligandum, ac ſub verbo veri Romani Pontificis, quod conventa et Promiſſa fideliter perimplebimus, perimplerique, et obſervari curabimus et faciemus, juramentum ſubeundi et præſtandi, ſimileque juramentum à prædictis Regibus et Principibus eorumve Oratoribus, ac aliis contrahentibus quibuscunque petendum, ac ſuper conventis, concordatis et concluſis, Literas validas et efficaces pro parte noſtra tradendum: Aliasque conſimilis vigoris et effectus petendum et exigendum. Denique generaliter omnia alia et ſingula faciendum, gerendum, exercendum, et expediendum, quæ in præmiſſis, aliquove præmiſſorum aut circa ea neceſſaria videbuntur, aut quomodolibet opportuna, etiamſi talia ſint, quæ Mandatum exigant magis ſpeciale, quam præſentibus ſit expreſſum. Promittentes bona fide et in ſimili verbo Pontificio, Nos ratum, gratum et firmum habituros id totum et quidquid per ſupradictos Noſtros Oratores Legatos, Commiſſarios et Deputatos, ac eorum quemlibet actum, geſtum, aut factum fuerit in præmiſſis, non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis cæteris contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo vigeſimo ſexto, decimo octavo Kalendas Septembris Pontificatus Noſtri Anno tertio.

In Jo. Matthæus Epiſcopus Veronenſis,
Super plicam.

F. Vigoroſi,

Sub plumbo Sigillo pendente à filis ſericis flavi rubeique coloris.

XXVII.

Tractatus pacis atque fœderis defenſivi, pro conſervanda Italiæ tranquillitate inter Clementem VII. Pontificem Maxim. Carolum V. Roman. Imperatorem, Ferdinandum I. Hungariæ Regem, nec non Venetorum Dominium & Franciſcum Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem Sanciti, d. d. 23. Decembr. An 1529.

In Chriſti Nomine Amen.

QUum alias inter Sacratiſſimum, & Invictiſſimum Principem Carolum quintum Divina favente Clementia Romanorum Imperatorem ſempet Auguſtum, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ Regem Catholicum, Sereniſſimumque Regem Ferdinandum ejus fratrem, pro ſe eorumque Fœderatis, & Subditis, ſuisque Dominiis, parte ex una & Excelſum Dominium Venetorum parte ex altera, ſollicitante ac ſuadente id potiſſimum ſanctiſſimo Domino noſtro felicis recordationis Adriano Sexto Pontifice Maximo, cum aſſiſtentia Reverendi Epiſcopi Feltrenſis Nuntii ad id ſpecialiter deſtinati ac interventu Oratoris Anglici ad id etiam pro Chriſtianæ Reipublicæ quiete deputati inita fuerint perpetuæ Pacis, ac mutuæ Defenſionis, rerum italicarum Foedera & Capitula ſub die vigeſimo nono Menſis Julii Anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio inter ipſas Partes percuſſa & ſtipulata atque in præjuditialis habeatur relatio. Quumque id fata malaque ſors temporum publicæ quietis impatiens ipſius Pacis inimica non ſolum, ipſorum Capitulorum & Foederum obſervantiam non admiſerit, ſed nova Foedera penitus contraria ad ipſius Pacis, & quietis turbationem tendentia ſuſcitaverit, quorum pretextu majora & acriora exorta fuere variis Statuum Italiæ mutationibus cauſatis, pluribus quoque Civitatibus tam S. R. E. quam Regni Neapolitani acceptis, & ablatis non ſine maximis Chriſtianæ Reipublicæ detrimentis & incommodis, pro quibus ſedandis, & ut tandem tot malis finis imponeretur, Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Septimus Pontifex Maximus, ipſeque Sacratiſſimus Imperator Carolus quintus ambo Pacis & Quietis cupidiſſimi, ad ipſam univerſalem Pacem parandam primo inter ſe Foedera firmarunt, dehinc, cum Sereniſſimo Francorum & Anglorum Regi-

Digitized by Google

bus æqua etiam Pacis media amplexi sunt. Demum ipso Cæsare in Italiam veniente, nil magis cordi nihilque antiquius habuerunt, quam invicem ita corpore, sicut & animo convenire. Quod ut citius fieret, Sanctissimus, ex ejus innata Clementia & benignitate felici diplomate usa eidem Cæsari in hanc usque Civitatem Bononiæ occurrere dignata extitit, ac eum, post filialis observantiæ exhibitionem paterno amore, ut par erat, complexa fuit, hincque tanquam mutua vicissitudine sibi invicem corrispondentia Luminari universum Christianum Orbem Illustratura cupientes, gradatim ad universalem Pacem Christianam Gregem allicere, stabilitis ac concordatis prius rebus Status Mediolani, ac ex ipsius Cæsaris Clementia restituto Ill. Duce Francisco Sfortia in dicto Statu Mediolani cum nova investitura æquum & justum censuerint, ad hujusmodi etiam Pacem & Concordiam reducere dictum Excell. Dominium Venetorum tanquam potissimum Italiæ Membrum, in quo etiam non minor Pacis voluntas inventa extitit. Pro qua, (ut decet) concludenda mandatum dedit Magnifico Domino Gaspari Contareno, Civi ac Patricio Veneto, cum amplissima facultate & potestate, prout in ejus mandato inferius insertò latius continetur. Quapropter inter ipsos Sanctissimum Dominum nostrum, Cæsarem, ac Regem Ferdinandum ac Excell. Dominium Venetorum, medio Reverendi Domini Hieronimi Episcopi Vasionensis suæ Sanctitatis Domus Magistri, atque in hac parte nuntii & Mandatarii & Reverendissimi in Christo Patris & D. D. Mercurini Cardinalis, & Marchionis Gardinariæ Cæsareæ Majestatis Magni Cancellarii, ac Magnificorum Dominorum Ludovici à Flandria Domini Pratensis, Nicolai Perrenotti, Domini Granvellæ ejusdem Majestatis Consiliariorum ac Francisci de los Conos, supremi Militiæ Sancti Jacobi in Regno Legionis Perceptoris ejusdem Majestatis Primarii Secretarii, in hac parte ipsius Cæsaris Procuratorum, nec non Magnifici Domini Comitis Andreæ de Burgo ipsius Serenissimi Regis Hungariæ Consiliarii, & Oratoris, & præfati Magnifici Domini Gasparis Contareni Oratoris atque Mandatarii ipsius Excell. Dominii Venetorum, & Reverendi Domini Georgii Andreasii Protonotarii Apostolici ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Mandatarii & Procuratoris, in vim Mandatorum hinc inde concessorum, & in fine præsentium insertorum ad sequentia Capitula & Foedera deventum extitit.

In primis, quod Summo Pontifici Excelsum Dominium Venetorum tradere teneatur Civitates, Castra & Loca Ravennæ & Cerviæ, quas de præsenti tenet cum omnibus suis pertinentiis & Juribus, Artellariis, & Munitionibus ibidem tempore ingressus illarum Civitatum repertis, & hoc salvis Juribus per ipsum Illustr. Dominium in ipsis Locis prætensis, hocque addito, quod eadem Sanctitatis Pontificis pro sua bonitate & Clementia veniam dabit omnibus Civibus earum Civitatum, qui præ cæteris ostenderunt affectum & devotionem erga ipsum dominium, qui ubicumque terrarum degere maluerint bonis suis frui, ac de iis prout libuerit, disponere possint. Permittit præterea ejus Sanctitas, ut Nobiles Cives aliique subditi ejusdem Dominii, qui possident bona & Introitus in illis Civitatibus & earum Territoriis annuos fructus, & Proventus libere possint accipere, ac quocumque sibi libuerit eos deferre absque ulla nova vectigalis impositione, & solutione, possintque Privati Nobiles Cives & subditi, uti earum possessionum veri possessoris, eas possidere, ac de illis pro libito disponere, à jusdicentibus Pontificiis jus & justitiam exigere, & ab eisdem administretur petentibus justitia sicuti in præmissis, ante hujusmodi bellum fieri consueverat, et prædicta restitutio fieri debeat infra tempus quindecim dierum post diem Ratificationis.

Item quod per totum Mensem Januarii ipsum Excell. Dominium Venetorum realiter & cum effectu restituet & restitui faciet eidem Cæsareæ Majestati, seu pro ea agentibus, Civitates Iranæ, Monopolis, & alia quæcunque Castra, Loca, Oppida, Dominia, Territoria, quæ in regno Neapolitano de præsenti detinet cum omnibus suis pertinentiis, Artellariis, Munitionibus & aliis ad horum tutelam & defensionem paratis, quæ tempore ipsius Acquisitionis, in ipsis Locis reperta fuerint, aut ex aliis Locis & Provinciis dicti Regni illuc allata, seu redacta extiterint, & hoc omni dolo, & fraude cessantibus, et viceversa Cæsarea Majestas promittit præfato Illustrisimo Dominio confirmare, ac de facto confirmat omnia sua Privilegia, Immunitates, Exemtiones, Prerogativas, ac omnia hujuscemodi alia, quæ concessa apparebunt Nationi Venetæ, ejusque Subditis à Serenissimis Regibus Neapolis Prædecessoribus suis quibus semper, ante præsens bellum, Natio Veneta, & ejus Subditi solita est frui. Pariterque restituit ac restituendum decernit præfatum Illustr. Dominium in Possessionum Domus suæ positæ in Civitate Neapolis, quæ Domus Sancti Martii seu Dominii nuncupatur, prout ante Bellum prædictum tenebat, & possidebat.

Item quod enumeratio restantis Summæ Ducatorum ducentorum millium, quam idem Excellentisimum Dominium dare tenetur infra tempus annorum octo Cæsareæ Majestati, aut ejus Mandatum habentibus, prout continetur tertio Capitulo Pacis factæ Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio fieri debeat hoc modo, videlicet, quod circa finem Mensis Januarii proxime futuri fieri debeat per ipsum Dominium solutio Ducatorum viginti quinque millium, hac conditione, quod in termino unius anni proxime futuri fiet restitutio Locorum, quæ restitui debebant, si restituta non sint, prout contentum est in sexto Capitulo Pacis dicti Anni M. D. XXIII. & quum posset esse difficultas in hujusmodi restitutione fienda actum extit, quod infra viginti dies proximos eligi debeant arbitri seu arbitratores hinc inde unus videlicet pro qualibet Parte, & pariter unus communis Mediator, qui amicabiliter debeant cognoscere, et judicare difficultatem & controversiam

Digitized by Google

versiam quæ orta esset, illamque terminare debeant infra unum annum inde sequuturum, ita tamen, quod solutiones post dictum annum fiendæ singulo scilicet anno viginti quinque millium Ducatorum usque ad integram satisfactionem dicti restantis Ducatorum ducentorum millium non fiant, nisi prius per dictos Arbitros, & Mediatores dijudicata sit causa & facta sit effectualis restitutio juxta declarationem & pronunciationem per eos fiendam. Verum cum Cæsarea Majestas prætenderet majorem Summam nunc deberi aliarumque solutionem terminos jure merito breviandos, in qua re Orator ipse Excell. Dominii Venetorum limitatam (ut ait) potestatem habens & nolens fines Mandati excedere nequaquam consentire voluerit, ne tam sanctum opus imperfectum remaneret, Sanctissimus Dominus noster hujus Conclusionis cupidissimus, se prædicto Dominio Venetorum fortem faciens, & id onus in se assumens proprium etiam debitum faciendo promisit eidem Cæsari, quod super dicto termino ducentorum millium ultra viginti quinque millia jam pro parte dicti Excell. Dominii circa finem mensis Januarii solvi promissa solvet sua sanctitas, aut per dictum Dominium solvi faciet eodem contextu alia viginti quinque millia Ducatorum, ita ut circa finem dicti mensis Januarii exbursentur Cæsari, aut ab eo Mandatum habentibus usque ad integram summam quinquaginta millia Ducatorum ut aliorum annorum solutiones (quantum fieri poterint:) abbrevientur.

Item, actum extitit, ut Illustr. Dominium prædictum enumerare habeat deinceps singulis annis Ducatos quinque mille extorribus, prout conventum est in prædicto contractu Pacis, & Foederis MDXXIII. ad quem Contractum ut in ipsius quinto Capitulo continetur relatio habeatur.

Item, promittit præfatum Excell. Dominium, ut gratificetur Cæsareæ Majestati præfatæ, ultra dictam Summam ex prima Conventione promissam enumerare ac solvere alios centum mille Scutos auri à sole boni, & justi ponderis, aut valorem ipsorum ipsi Cæsari, seu pro eo agentibus, videlicet quinquaginta millia ad Festum omnium Sanctorum proxime venturum MDXXX.

Item quoniam in Capitulatione Wormatiensi reservantur Jura Patriarchæ Aquilegiensis, in quibus Patriarcha asserit se perturbari ab agentibus Serenissimi Regis Ferdinandi duo Arbitri & Mediator prædicti de hujusmodi juribus cognoscant, & si quæ restituenda sunt, restitui faciant, & omnia impedimenta, si quæ reperiantur, amoveant.

Item quod in prædicta Pace, & Foedere tanquam Amicus & Adhærens, & in protectione existens præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, de Consensu Sanctissimi Domini nostri comprehendatur, & concluſus & comprehensus esse censeatur Illustr. Franciscus Maria Feltrius pe Ruere, Dux Urbini, ac Almæ Urbis Præfectus cum Statu, & bonis nunc ab eo possessis.

Item, quod Comiti Brunotio de Gambara Cæsaris Camerario, & ejus Fratri per ipsum Excell. Dominium Venetorum remittatur omnis inobedientia, in quam incurrissent hactenus, liceatque deinceps dicto Comiti in servitiis Cæsaris perseverare in quovis Loco, & gradu, suisque bonis, & Privilegiis, ac Patria uti et frui, ac si in ipsa Venetiarum Civitate resideret. Et si qui Processus acta, seu etiam Condemnationes & Confiscationes contra eum factæ comperiantur per hanc Capitolationem omnino abolitæ & cancellatæ censeantur.

Item, convenerunt Partes prædictæ, quod communes Subditi libere, tute, atque secure possint in utriusque statibus & Dominiis tam tera, quam Mari morari, & negotiari cum bonis suis, beneque & humaniter tractentur, perinde ac si essent Incolæ, & Subditi illius Principis & Dominii, cujus Patrias & Dominium adibunt, provideatque ne vis aut aliqua injuria ulla de causa inferatur, celeriterque Jus administretur, manente in suspenso materia Represaliarum, & Marcarum hinc inde, donec per Cæsaream Majestatem & Illustr. Dominium præfatum, aliter provisum fuerit cum contrabando mensium sex hinc inde intimando. Et ut omnium scandalorum materiei occurratur, non permittantur aliqui exire ex Locis subditis dictis Partibus, cum Navigiis armatis nisi plus præstiterint idoneam fidejussionem de non offendendo subditos utriusque Partis, nec patientur in eorum Patriis, & Dominiis, tam Terra quam Mari, Piratas aut Prædones, ad damnificandum Subditos alterius.

Item, convenerunt, quod prædictus Illustr. Dux, & Excell. Dominium Venetorum continuet & continuare debeat pacifice, quiete, & secure omnes Civitates, Terras, Castra, & Oppida, Loca, & Villas cum suis Districtibus & Territoriis, & omnibus Locis, Fluminibus, Lacubus, & Aquis suis, & omnibus aliis quibuscumque Actionibus, Jurisdictionibus, Juribus, & Pertinentiis dictis Locis, & Terris spectantibus, quos & quæ inpræsentiarum tenet, & possidet, exceptis his, quæ in superioribus Capitulis restituenda decernuntur.

Item convenerunt, quod omnes & singuli qui à die moti belli exortæ controversiæ inter felicis recordationis Maximilianum Imperatorem & illustrissimum præfatum Dominium Venetorum usque in diem Capitulationis initæ in dicto Anno MDXXIII. præfatæ Cæsareæ Majestati ac præfato Serenissimo Regi Ferdinando adhæserunt & exilio mulctati bonis privati aut aliter contemnati fuerunt, aliqui etiam tanquam incapaces Successionibus legitimis privati remanserunt, nonnulli à parentibus exhæredati, multi etiam ex præmissis extorribus pro homicidiis, Incendiis, invasionibus, aliisque publicis & privatis delictis per eos commissis, tam conjunctim, quam divisim condemnati fuerunt in omnibus, & per omnia habeantur, & sint, ac si nullius criminis rei, vel culpabiles existant, & contra eos nulla condemnatio secuta foret; de qua & præmissis delictis etiamsi hactenus processum non sit tam agendo

quam

Digitized by Google

quam excipiendo & replicando quovis modo in judicio, & extra opponi non possit, etiamsi jus alteri quæsitum sit. Exceptuatis semper & exclusis bonis, quæ aliqualiter in Dominium & Fiscum pervenissent, quum pro omnibus in ipsum Dominium quomodocumque proventis solvantur Ducati quinque mille prout superius declarantes salvis præmissis ipsos cujuscunque Successionis & Hæreditatis capaces, exhæredationesque irritas & inanes, & causam intestati omnia reducentes, Arrestatique & carcerati pariterque & confinati in continenti utrinque libere relaxentur, non possintque aliqui præmissorum, aliorumque Cæsareæ Majestatis partes sequentium aut familiarium cogi ad aliquam rationem reddendam, vel reliquorum restitutionem, occasione alicujus administrationis per eos, nomine Cæsareæ Majestatis, sive ejus Agentium, gestæ tempore quo supra tam officiorum quam reddituum, tam privatorum quam Ecclesiasticorum, servata tamen auctoritate prædicti Pontificis Maximi, pecuniarumque publicarum, & privatarum, sive etiam vigore donationis, & Concessionis sibi facte, vel propria auctoritate gessisse aut se intrusisse dicantur, pariterque absolutione alicujus Canonis Census, aut ficti, pro temporibus, quibus non possederunt, cogi nequeant, sed liberatæ intelligantur, sintque in pristinum restitutæ contra quamcumque caducitatem causatam, declaratam, & executam, possintque propria authoritate, salvis semper præmissis ad possessionem redire præsensque Capitulum ut omnibus innotescat Civitatibus, proclametur.

Item, licet omnia & singula ita composita & concordata, firma satis ambabus Partibus videantur, tamen adhuc firmiora, & magis duratura putant, si inter se accedat etiam arctissimum vinculum Foederis; Propterea ipsæ Partes, cum interventu etiam præfati Serenissimi Regis Ferdinandi, & Illustrissimi Ducis Mediolani uti Principalium, jurarunt, sanciverunt, & inierunt Foedus, Ligam & sinceram intelligentiam inter se ad mutuam defensionem tantum perpetuo duraturam pro statibus in Italia existentibus contra quoscumque Reges, Principes, Potentatus, & Dominos, aliosve cujusvis gradus existant, quacumque etiam suprema Dignitate fulgeant, Christianos tamen tantum Capitulis, modis, & mutuis obligationibus infrascriptis videlicet.

Quod pro defensione & Conservatione illustrissimi Ducis Mediolani & status præfatus sacratissimus, & invictissimus Imperator promittit & se obligat, quod dictus Dominus Dux continue habebit in eodem statu Lanceas quingentas more Italico, & casu quo contra eundem Ducem & statum Mediolani, vel prefati Illustr. Ducis, & Dominii Venetiarum procederet, & descenderet, aut existeret in Italia Exercitus sufficiens ad invadendum status prædictos se obligat, & promittit prædictus Sacratissimus Imperator celeriter presto esse auxiliari, & tutari ambos dictos status, vel alterum eorum, qui sic invasus, aut invadendus esset cum Lanceis octingentis more Italico computatis illis quingentis, quas ut supra obligatus est tenere præfatus Illustr. Dux Mediolani. Item cum Equitibus quingentis levis armaturæ, Peditibus sex millibus bonis, & expertis in Bello, ac una bona banda artellariarum, earumque munitionibus necessariis usque ad Bellum finitum suis Impensis. Et e contra præfatus Illustr. Dux, & Excellentissimum Dominium Venetiarum promittit, & se obligat in casu prædicto, pro Defensione præfati Ill. Ducis & status Mediolani celeriter presto esse, & ferre auxilium ac tutari illum cum lanceis quingentis more Italico; Item quingentis Equitibus levis armaturæ ac Peditibus sex millibus Italicis bonis ac in Bello expertis & demum una bona banda artellariarum, & munitionibus necessariis suis expensis usque ad Bellum finitum, ut unitis & æquis viribus ambo status prædicti defendantur & conservenrur, ut superius dictum est; ex quibus octingentis lanceis ipsum Illustrissimum Dominium obligatum sit continue tenere, tempore Pacis, Lanceas quingentas, & tempore Belli, pro Defensione suprascripti, habere alias trecentas; ita quod in totum habeat ad dictam defensionem, Lanceas octingentas: Prohibebuntque prædictæ Partes, durante Bello contra alteram ipsarum Partium, victualia aliqua aut munitiones auxiliave quæcumque ex Locis, & Terris sibi subjectis ad inimicos deferri nec per eorum Terras, & Loca, Cursores, Nuntios, Oratores que Inimicorum, aut Victualia, aliave auxilia quæcumque defferentes admittent, nec ipsis transitum dabunt, imo pro eorum posse capient & occurrent, ac illis, quibus Bellum illatum fuerit consignabunt.

Item, conventum est, quod, pro Defensione & Conservatione regni Neapolis a quocumque Principe Christiano qui illud invaderet, etiamsi suprema Dignitate fulgeret, idem Illustr. Dux, & Excellentissimum Dominium Venetiarum promittit & se obligat mittere, ad defensionem dicti Regni, quindecim Triremes bene instructas, et ad Bellum armatas suis expensis usque ad Bellum finitum.

Item quod in præsenti Pace et Fœdere comprehensi intelligantur, et sint singuli ipsarum Partium et Contrahentium Confœderati et Colligati, exceptis apertis Hostibus seu Inimicis, eorumdem Principalium, Contrahentium seu alterius ipsorum, et ex nunc, tam pro Parte Sanctissimi Domini nostri, quam Cæsaris, et Serenissimi Regis Ferdinandi ejus Fratris, nominantur, et includuntur, ac pro inclusis habentur, Civitates, Respublicæ, Cives, ac Dominia Januensium, Senarum, et Lucensium Illustr. Dux Sabaudiæ, et Marchiones Montisferrati, ac Mantuæ, pro his duntaxat, quæ nunc in Italia possident, reservantes etiam Jus et facultatem ipsis, ac dicto Excellentissimo Domino alios nominandi, ac includendi infra tempus Rattificationis fiendæ, ita tamen, quod Dominium Venetum non teneatur, ad defensionem alicujus præterquam status Mediolani, et Regni Neapolitani, modis, et conditionibus supra expresis.

Item si Illustr. Dux Ferrariæ cum Sanctissimo Domino nostro et Cæsare concordaverit pariter incluſus, incluſus, et comprehensus censeatur.

Item quod omnia in præsenti Capitulatione contenta ratificentur per omnes Contrahentes, et Confœderatos in hoc Fœdere comprehensos, videlicet per Sanctissimum Dominum Nostrum, Cæsa-

Digitized by Google

Cæsarem, Excell. Dominium Venetorum ac Illustr. Ducem Mediolani intra quindecim dies proximos, et per dictum Serenissimum Regem Ferdinandum ac alios prænominatos infra unum mensem postquam huiusmodi Capitulatio eis innotuerit, et quod ipsis Rattificationibus jurent se sibi ipsis ad invicem respective, prout quemlibet ipsorum tangit observaturos omnia, et singula in dictis Capitulis contenta sincere, et bona fide, ac omni Dolo et fraude cessantibus.

Quæ quidem omnia, et singula suprascripta Ipsi Domini Mandatarii, et Procuratores dictis nominibus sibi ipsis invicem observare ac per dictos eorum Principales Contrahentes observari facere promittunt bona fide, omnibus dolo et fraude semotis, sub obligatione et hypotheca quorumcunque bonorum dictorum Dominorum Constituentium, tam præsentium quam futurorum, et in horum fidem, ac testimonium Fœdus hujusmodi et Capitula, et in eo contenta propriis suarum manuum subscriptionibus, suorumque Sigillorum appositionibus firmanda et roboranda sanxerunt eo Acto quòd hujusmodi subscriptionis cum Sigillis vim publicæ Scripturæ ac Contractus solemni stipulatione vallata obtinere censeatur, et ita hinc inde inviolabiliter observentur. Datum, et actum Bononiæ in Domo habitationis præfati Reverendissimi Domini Cardinalis Gattinariæ die XXIII. mensis Decembris, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono.

Sequuntur tenores Mandatorum.

Mandatum Sanctissimi Domini Nostri Venerabili Fratri Hieronimo Episcopo Vasionensi Procuratori, ac Nuntio nostro. CLEMENS P. P. VII.

Venerabilis Frater Salutem et Apostolicam benedictionem. Cum ab Alma Urbe nostra Bononiam totius pacandæ Italiæ, ac Regum et Principum Christianorum componendarum rerum causa venerimus, ad quam etiam Carissimus in Christo Filius noster Carolus, Romanorum et Hispaniarum Rex Catholicus, in Imperatorem electus, accessit huic nostro desiderio toto animo atque opera sua incumbens, nihilque superfit, nisi ut quæ fœliciter cœpta sunt fœlicius compleantur, atque perficiantur de fide, prudentia atque rerum experientia Fraternitatis tuæ in Domino confisi, Te Procuratorem Oratorem ac Nuntium specialiter et expresse ad tractandum, concludendum atque firmandum cum eodem Carolo Rege in Imperatorem electo, nec non cum Carissimo in Christo Filio nostro, Ferdinando, Hungariæ et Bohemiæ Rege, Illustr. Archiduce Austriæ, ac dilecto Filio, Nobili Viro Andrea Griti, Duce, et Dominio Venetorum, et quibusvis Italiæ Potentatibus, aut cum eorum agentibus, et Procuratoribus, ad id legitime deputatis quamcumque Pacem, Ligam, Amicitiam, et Concordiam cum Pactis et conditionibus, quæ ei bona, et recta videbuntur, facimus, constituimus et deputamus per præsentes, dantes et concedentes Tibi Procuratori, Mandatorio et Nuntio nostro amplissimam auctoritatem et facultatem ac potestatem prædictam Pacem, Ligam, amicitiam, et concordiam tractandi, concludendi et firmandi, atque pro harum securitate in animam nostram jurandi, et simile juramentum ab altera Parte petendi, et recipiendi promissiones, Juramenta et Scripturas quascumque faciendi, et firmandi, atque alia omnia. et singula agendi quæ ad id necessaria visa fuerint et opportuna, etiamsi talia forent, quæ expressam mentionem, et Mandatum exigerent magis speciale, et quæ non nisi per nosmet coram fieri possent; promittentes in fide et verbo Romani Pontificis Nos ratum, gratum et firmum habituros, et observaturos quidquid per Te actum, conventum, promissum atque firmatum fuerit, et nullo unquam tempore eis contraventuros harum testimonio Litterarum nostrarum non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Bononiæ sub Annulo Piscatoris die XXII. Decembris MD XXVIIII. Pontificatus nostri Anno septimo. *Evangelista.*

Tenor Mandati Cæsareæ Majestatis.

Carolus Quintus Divina favente Clementia electus Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem etc. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ etc. Comes Abspurgi, et Flandriæ etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore præsentium universis, Relicta Hispania eo animo in Italiam venimus ut ejus Principes, Populique, mente nostra cominus perspecta, consiliis nostris de ea pacanda facilius acquiescerent, domesticisque seditionibus profligatis nostra opera, nostroque beneficio sempiterna Pace fruerentur, quæ cum Beatitudinis Pontificis medio, atque studio omnia jam prope confecta esse videantur, nihilque supersit, nisi, ut quæ fideliter cœpta sunt fœlicius firmentur ac perficiantur; de fide, industria, atque prudentia Reverendissimi in Christo Patris Domini Mercurini Tituli S. Joannis ante Portam Latinam S. R. E. Presbyteri, Cardinalis, et Marchionis Gattinariæ supremi Cancellarii et Amici nostri charissimi et Magnificorum Ludovici a Flandria, Domini Pratensis Camerarii nostri Secreti, et Nicolai Perenotti Domini Granvelle, Consiliariorum nostrorum fidelium Dilectorum, nec non Franciſci de los Conos Militiæ S. Jacobi in Regno nostro Legionis supremi Perceptoris Consiliarii, et primarii Secretarii nostri fidelis dilecti plurimum confisi eosdem tenore præsentium facimus, instituimus, et creamus Oratores, Nuntios, et Mandatarios nostros specialiter et expresse ad tractandum, concludendum atque firmandum cum Sanctissimo in Christo Patre Domino Clemente septimo Romano Pontifice ac Serenissimo Principe Domino Ferdinando, Hungariæ et Boemiæ Rege, Archiduce Austriæ, Fratre nostro charissimo, et cum inclito Venetorum Dominio, et quibusvis aliis Italiæ Potentatibus, aut cum eorum Agentibus, et Procuratoribus ad id legitime deputatis quamcumque Pacem, Ligam, Amicitiam, et Concordiam cum Pactis et Conditionibus eis benevisis, dantes et concedentes eisdem Procuratoribus et Mandatariis nostris amplissimam auctoritatem, facultatem et potestatem prædictam Pacem, Ligam, amicitiam, et Concordiam tractandi, concludendi, et firmandi, atque pro horum securitate in animam nostram jurandi, et simile juramentum

Digitized by Google

ab altera Parte vel Partibus petendi, et recipiendi, Promisſiones, Inſtrumenta et Scripturas quascumque faciendi et firmandi, atque alia omnia, et ſingula agendi, quæ ad id neceſſaria viſa fuerint, et opportuna, etiamſi talia forent, quæ expreſſam mentionem, et Mandatum exigerent magis ſpeciale, et quæ non niſi per nosmet coram fieri poſſent. Promittentes in fide ac Verbo noſtro Cæſareo, Nos gratum ratum, ac firmum habituros et obſervaturos, quidquid per ipſos Procuratores noſtros actum, conventum promiſſum, atque firmatum fuerit, et nullo unquam tempore contraventuros. Harum Teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum et Sigilli noſtri magni appenſione munitarum. Datum Bononiæ die XXII. Menſis Decembris Anno Domini 1529. Regnorum noſtrorum Romani undecimo, aliorum vero omnium decimo quarto. *Carolus.* ad Mandatum Cæſareæ et Catholicæ Majeſtatis proprium. *Alphonſus Valdeſius.*

Tenor Mandati Sereniſſimi Regis Hungariæ.

Ferdinandus Dei gratia Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ etc. Rex Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ etc. Marchio Moraviæ etc. Comes Tirolis etc. Recognoſcimus, et notum facimus Univerſis, quod, cum Dei Optimi Maximi benignitate, qua Populum ſuum reſpicere dignatur, inter Sanctiſſimum Dominum noſtrum, Sacramque Cæſaream et Catholicam Majeſtatem, Dominum, et Fratrem noſtrum Chariſſimum, et nos erecta fuerit Pax, et Unio perpetua, ſicut in Capitulatione deſuper facta plenius continetur, ac ex ejusdem Dei Miſericordia et Clementia ſperatur reliquos Principes et Potentatus Italiæ hoc Exemplo, et via non incomode ad ſimilia Pacis media duci, et allici poſſe, nosque etiam cupiamus in tali quoque pro honoris, et exiſtimationis noſtræ exigentia mediis honeſtis, et tolerabilibus includi & comprehendi, de fide itaque, probitate, legalitate, & induſtria longaque rerum experientia Magnifici fidelis nobis dilecti Andreæ de Burgo, Comitis Caſtri Leonis, Majeſtatis Cæſareæ ac noſtri Conſiliarii & Oratoris ad Italiam deſtinati, plenam, & indubitatam fiduciam gerentes ſponte, & ex certa noſtra ſcientia animoque bene deliberato, ac omnibus melioribus modo & via, jure, cauſa, & forma quibus melius, validius, & efficacius de jure poſſumus, & debemus, præfatum Andream Comitem, Mandatarium, Actorem, Factorem noſtrum, negociique noſtri infraſcripti Geſtorem, & nuntium ſpecialem, & generalem, ita tamen, quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec e contra, eligimus, nominamus, facimus, & conſtituimus per præſentes; Dantes eidem Andreæ facultatem, & Poteſtatem tam cum Beatitudine Pontificis, ejusve Legatorum, aut Oratorum, quam Cæſareæ Majeſtatis prælibatæ aut ejusdem agentium vel Commiſſariorum ductu, interventu, medio vel fine, noſtro nomine, tam cum Venetis, Franciſco Sfortia, quam aliis quibuscumque, Italiæ Principibus, Potentatibus & Communitatibus, Pacem, Ligam, Confœderationem, & Amicitiam ineundi, tractandi, aſſumendi, paciſcendi, tranſigendi & concludendi ſuper hujusmodi conventis & concluſis, Litteras validas & efficaces pro parte noſtra tradendi, ac obligationes, Pacta & Conventiones firmandi aliasque conſimilis effectus ac vigoris, Obligationis, & Litteras, Conventiones, & Pacta ab ipſis petendi, aliasque & alia gerendi prout a nobis expreſſe accepit in Mandatis, & generaliter omnia alia, & ſingula faciendi, dicendi, exercendi & procurandi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna, quæ nosmet, ſi perſonaliter intereſſemus, agere, tractare, & facere poſſemus, etiamſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale quam præſentibus eſt expreſſum. Ponentes iccirco præfatum Andream in locum, & vicem perſonæ noſtræ; Promittentes item, & in verbo noſtro Regio pollicentes nos habituros, perpetuo, ratum, gratum, validum & firmum totum id, & quicquid per eumdem Andream Oratorem noſtrum in præmiſſis, & eorum occaſione actum, factum tractatum, transactum, pactum & concluſum fuerit, nosque contra ea, vel eorum aliqua nihil unquam, quovis quæſito colore, vel ingenio attentare dicere vel facere velle, dolo & fraude remotis. Harum teſtimonio Litterarum Sigilli noſtri impreſſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Eintio, die vigeſimo tertio menſis Septembris Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono Regnorum noſtrorum tertio. Signata *Ferdinandus.* Vt B. Epiſcopus Tridentinus Cancellarius. Ad Mandatum Sereniſſimi Regis proprium. *Joannes Majus.*

Tenor Mandati Illuſtr. Ducis & Excellentiſſimi Dominii Venetorum.

Andreas Griti, Dei gratia Dux Venetiarum, &c. Cum nulla res magis deceat Chriſtianum Principem quam ſincera Pax, & vera concordia cujus ſemper noſtra Reſpublica ſtudioſiſſima fuit; Idcirco freti ſingulari fide, & exacta prudentia dilectiſſimi Civis, & Nobilis Gaſparis Contareni, Oratoris noſtri apud Sanctiſſimum D. D. Clementem VII. ſummum Pontificem, cognoſcentesque nullam eſſe rem arduam, ac difficilem, quam ipſe Orator noſter ingenio, dexteritate, & prudentia ſua obire & perficere non poſſit, Conſiliorum noſtrorum ſolemnitate ſervata pro nobis Succeſſoribusque noſtris, ac Veneto Dominio, ex certa animi noſtri ſcientia, eundem Nobilem & Oratorem noſtrum creavimus, conſtituimus, ordinavimus & deputavimus, in Procuratorem noſtrum, Actorem, Syndicum & Mandatarium, ſpecialiter at expreſſe ad tractandum, agendum, firmandum, concludendum & ſigillandum bonam, ſinceram, veram & perpetuam Pacem & Concordiam cum prælibato Sanctiſſimo Domino D. Clemente ſummo Pontifice, Seren. & Invictiſſimo Principe & Dom. D. Carolo, divina favente Clementia electo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, ac cum Sereniſſimo Domino D. Rege Ferdinando Fratre ejusdem invictiſſimi Imperatoris Caroli, ſeu cum eorum agentibus & Procuratoribus ad id legitime deputatis dantes & concedentes eidem Sindico & Oratori noſtro facultatem ampliſſimam & poteſtatem cum præfatis Sanctiſſimo Pontifice Maximo, Cæſarea Majeſtate, & Sereniſſimo Rege Ferdinando ſeu cum eorum Nuntiis vel Delegatis, agendi, tractandi, concludendi & Sigillandi Pacem

Digitized by Google

cem & Concordiam cum illis Conditionibus, Pactis, & Capitulis, quibus inter Partes prædictas concordatum fuerit. In animam quoque noſtram jurandi, Promiſſiones, Inſtrumenta & Scripturas quaslibet faciendi & paciscendi, & omnia & ſingula agendi, quæ quilibet verus Tractator, Procurator & Sindicus facere poſſet quomodolibet, vel deberet etiamſi talia forent quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, & quæ nosmet ipſi cum noſtro Senatu facere poſſemus, ſi adeſſemus. Promittentes nos firma, rataque habere, & tenere quæcumque per dictum noſtrum Syndicum & Procuratorem acta, concluſa, promiſſa, firmata & capitulata fuerint in prædictis, & ea omnia & unum quodque ipſorum integra obſervare. In cujus Rei Teſtimonium haſce noſtras fieri juſſimus & Sigillo noſtro plumbeo pendente muniri. Datum in noſtro Ducali Palatio die XX. Novembris Inditione tertia, milleſimo quingenteſimo vigeſimo nono. Idem Andreas Griti Dux manu propria ſubſcripſit. Hier. *Sagundinus.*

Tenor Mandati Illuſtr. Ducis Mediolani.

Franciſcus LL. Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani, & Bari, Papiæ Princeps, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus, &c. Poſtquam Dei Optimi munere tandem nobis datum eſt ut in Cæſaris Auguſtiſſimi Domini noſtri ſupremi gratiam, Iniquorum ſcelere, non culpa noſtra tamdiu nobis ereptam, reſtitueremur, & Clementis Septimi Pontificis Maximi item Sacratiſſimi & Invictiſſimi Cæſaris beneficio nobis conceſſus eſt locus, in eo Fœdere, quod pro totius Reipublicæ Chriſtianæ ſalute percurietur nihil ex animo magis concupivimus, quam ut tanto beneficio quo hæc duo Orbis Luminaria nos dignos eſſe voluerunt reipſa frueremur, ad eam igitur perficiendam provinciam elegimus Reverendum Apoſtolicorum Protonotarium Dominum Georgium Andreaſium, ſium, Senatorem, & Oratorem penes Sanctiſſimum Dominum Noſtrum nomine noſtro reſidentem. De cujus inviolabili fide, integritate, prudentia, & rerum uſu plene edocti ſumus. Tenore itaque præſentium præfatum Dominum Georgium Andreaſium Procuratorem, & Mandatarium noſtrum ſpecialem & ſpecialiſſimum ad id facimus & conſtituimus cum omnimoda auctoritate, facultate, & arbitrio ad prædicta omnia tractanda, tranſigenda, componenda, & contrahenda cum præfatis SSmo. Domino noſtro & Cæſare, ſeu Agentibus & Mandatariis ad hoc per eorum Sanctitatem et Majeſtatem deputatis, item cum Agentibus, et Mandatariis Sereniſſimi Domini Ferdinandi, Hungariæ, et Boemiæ Regis ac Illuſtr. Domini Andreæ Griti et Excellentiſſimi Venetorum Dominii, et aliorum Principum in dicto Fœdere nominandorum eaque transacta rata habendi, et ſtabiliendi; Cum omnibus, et ſingulis Pactis, conditionibus et obligationibus quibuscumque et quomodocumque per præfatum Dominum Georgium Andreaſium, Mandatarium noſtrum tranſigere componere et contrahere continget. Promittentes etiam ſub hypotheca et obligatione ſtatus, et quorumcumque aliorum bonorum noſtrorum. Succeſſorumque noſtrorum nos ratum, gratum, et firmum habituros, quicquid per præfatum Dominum Georgium Andreaſium, Procuratorem et Mandatarium noſtrum noſtro nomine tractatum, actum, concluſum, et promiſſum fuerit, eique nullo unquam tempore, ullave de cauſa vel modo directe vel indirecte, contraventuros, ſed absque ulla exceptione et contradictione id omne obſervaturos et adimpleturos, non ſecus ac ſi prædictis omnibus tractandis, concludendis et promittendis interfuiſſemus. In quorum fidem et teſtimonium præſentes manu propria ſubſcriptas fieri et regiſtrari juſſimus, noſtrique Sigilli Impreſſione muniri. Datum Bononiæ die 23. Decembris M D XXIX. Franciſcus Ritius. Signatum et Sigillatum per ſupraſcriptos omnes Mandatarios.

XXIIX.

Bulla Clementis Papæ VII. qua juſtam judicavit coronationem Caroli V. Rom. Imper. duabus coronis, ferrea altera, altera aurea coronati, ut idem illa valeret, ac ſi in eccleſiis Modoecienſi, vel Mediolanenſi, aut Romæ in S. Petri Baſilica facta eſſet, ipſique Cæſari conceſſit, ut Regnum Neapolitanum ſimul cum Imperio Romano poſſideret, d. d. Kal. Mart. An. 1530.

CLemens &c. ad futuram rei memoriam. Cum proximo februarii menſe celebri cathedræ Petri die, cui diſpari quidem merito paritamen poteſtate ſucceſſimus dilectus filius noſter Guillelmus Tit. SS. Joannis & Pauli presbyter Cardinalis in capella palatii civitatis noſtræ Bononienſis, quod in præſentiarum habitamus, miſſarum ſacra noſtro juſſo eſſet peracturus, & priusquam ad ipſam capellam accederemus charisſimum in Chriſto filium noſtrum Carolum V. Imperatorem ſemper Auguſtum noſtra ex auctoritate inunxiſſet, reliquaſque ceremonias vetuſto more circa id fieri ſolitas peregiſſet; nos, qui poſtea iis ceremoniis & unctione peractis, capellam ingreſſi fuimus, infra ipſarum miſſarum ſolemnia regia imperatoria-que inſignia eidem Carolo tradidimus, ejusque caput corona ferrea decoravimus; ab hinc deinde triduum in ipſo ſcilicet die Matthiæ Apoſtoli feſto, qui primus dies natalis ipſi Carolo illuxit, cum aurea corona inſignire volentes, ex palatio per penſile tabulatum ob hoc ipſum inſtructum ad eccleſiam S. Petronii acceſsiſſemus, pontificiam miſſam celebraturi: & cum ipſe Carolus Imperator iis omnibus perfunctus eſſet, quæ ad ejusmodi ceremonias exiguntur, primo videlicet ante aram ad hunc uſum ſuper tabulato erectam in canonicum baſilicæ principis Apoſtolorum de urbe per nonnullos ejusdem baſilicæ canonicos Bononiæ tunc temporis degentes, & ibidem præſentes receptus, deinde oratione una ad hanc celebritatem accommodata in eccleſia hujusmodi fori-

Digitized by Google

bus per Prænestinum, rursus altera intra ipsos fores per Sabinensem episcopos super caput Caroli alta voce prolatis, idem Imperator ad quandam capellam divertit, ubi cultu & ornatu diaconorum indutus, & inde ad sedem pro eo paratam accedens, ibidemque ab episcopo ostiensi inunctus ad conspectum nostrum venit: Nos vero missam prosequentes evangelio Latina Græcaque lingua nondum enuntiato, eadem, quæ nudius tertius regia imperialiaque insignia Imperatori contulimus, annulum in primis ejus digito annulari imponentes, deinde ensem adversus fidei hostes vibrandum ad ejus femur accingi fecimus, deinde verò aurea corona ejus caput coronavimus; ac postmodum sceptrum peculiare Regibus insigne, ac globum totius mundi imaginem repræsentans, in ejus manus tradidimus, & ad pacis osculum, quam Christus nascens, prædicans, moriens, resurgens, ac regnans Ecclesiam suam docuit, admisimus. Quibus rite peractis, ille in solium imperiale dextero lateri nostro pene contiguum sese recepit. Sacrificio deinde absoluto & omnibus, quæ veteri ex instituto in hujusmodi coronatione fieri solent, peractis, ad palatium, unde profecti eramus, equo insidentes, regressi sumus.

Et ne animis curiosis ambigi posset, an corona ferrea, quæ olim Modoeciensi, vel in Ecclesia Mediolanensi, & aurea, quæ per Romanum Pontificem Romæ in dicta Petri basilica exhiberi fuit solita, jam utraque Bononiæ ad supplices Imperatoris preces, & ex causis legitimis id suadentibus per nos exhibita; tantundem virium & stabilitatis obtineat, ac si ambæ statutis in locis more veteri traditæ susceptæque fuissent; ut hic scrupulus ex animis evellatur, auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, & ad posteritatem transmitti volumus, omnia præmissa hoc tenore hocque in loco gesta perinde firma, valida & inconcussa esse, & suum robur & stabilimentum obtinere, ac si illa ferrea coronatio vel Modoeciæ, vel Mediolani, hæc aurea vero Romæ in dicta basilica, servatis omnibus ceremoniis servari solitis celebrata factaque fuissent, sicque per quoscumque judices & causarum palatii apostolici auditores, ac S. R. E. Cardinales interpretandum, judicandum, ac sententias promulgandas, adempta eis aliter interpretandi, judicandi, & sententiam promulgandi facultate, auctoritate & tenore prædictis decernimus; supplentes ex certa scientia & apostolicæ potestatis plenitudine omnes & singulos defectus, tam juris, quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Nos etiam cum eodem Carolo, cum quo alias felicis recordationis Leo Papa X. secundum carnem frater patruelis & prædecessor noster, ut regnum Neapolitanum una cum imperio retinere posset per suas literas dispensavit, pro potiori cautela ut regnum ipsum Neapolitanum una cum imperio, quoad vixerit, retinere libere & licite valeat, quibusvis constitutionibus ac literis, nec non statutis & consuetudinibus apostolicis ac legibus imperialibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate & tenore præmissis de speciali dono gratiæ dispensamus. Quocirca omnibus Christi fidelibus, vasallis & subditis præfati imperii, cujuscumque conditionis existant, etiam si regali aut pontificali dignitate præfulgeant, in virtute sanctæ obedientiæ, & pro quanto gratiam nostram caram habent, districte præcipiendo mandamus, quatenus præfato Carolo Imperatori ut tenentur, efficaciter pareant & intendant. Nulli ergo, &c. Datum Bononiæ anno Incarnationis Dominicæ MDXXX. Kal. Martii pontificatus nostri anno VII.

XXIX.

Capita induciarum in tres menses inter Carolum V. Roman. Imperatorem & Franciscum I. Galliæ Regem, in Italia bellum gerentes, die 16. Novembr. An. 1537. Nizæ pactarum.

A Tous ceux qui ces presentes verront, soit notoire. Comme par le moien, & enhortement de treshautes & tres excellentes Princesses les Reine de France & Reine Douceiriere d'Hongerie, ait été faite Treve & abstinence particuliere de Guerre aux côtez des Païs d'embas & Picardie, entre les Armées, qa'y avoient tres-hauts & trespecissans Princes, Charles, Empereur des Romains, Roi d' Espagne, &c. & François, Roi de France Tres Chretien en intention, esperance & desir, que lesdites Dames avoient de procurer la supersesion & abstinence des Armes d'iceux Princes en tous autres Lieux, & même au quartier de Piemont & Lombardie; & afin de pouvoir parvenir a bonne & sincere Paix, en quoi depuis elles ont continuellement insisté envers lesdits deux Princes, ils considerant, outre le parentage & affinité d'entre eux, combien ladite Paix est necessaire pour le bien commun de la Chretienté; & en acquiessant aux tres saintes & paternelles admonitions de nôtre Tres-Saint Pere le Pape, & a la tres-instante requisition d'aucuns Princes & Potentats, Parens & Alliez desdits Sieurs Empereur & Roi Tres-Chretien, ont commis & deputé leurs Procureurs speciaux, à savoir de la part dudit Sieur Empereur, Don Francisco de los Cobos, Chevalier, Grand-Commandeur de Leon en l' Ordre de S. Jaques, Adelontado de Cacorla Seigneur de la Ville de Sabiote, du Conseil d' Etat dudit Seigneur Empereur & Mesfire Nicolas Perrenot, aussi Chevalier, Sieur de Granvelle, Chantonnay, & Champagnay, Premier Conseiller, Maitre aux Requêtes, & Garde des Sceaux de Sa Majesté. Et de la part dudit Roi de France, Mesfire Claude Dodieu Chevalier, Sieur de Vely, Conseiller & Maitre des Requêtes de l' Hôtel de Sa Majesté Roiale, en leur donnant plein pou-

Digitized by Google

pouvoir de traiter ladite Treve abſtinence de Guerre & ſuperſeſſion d' Armes, ſelon & pour tel tems qu'ils verroint convenir & expedient pour entendre au Traité de ladite Paix, comme il apert par leurs Pouvoirs reſpectivement.

Lesquels Procureurs, en vertu d'iceux, ont traité convenu, & accordé, traitent, conviennent & accordent ladite Treve & Abſtinence de Guerret & ſuperſeſſion d'Armes entre les Armées desdits Empereur & Roi Tres-Chretien, qu'ils ont au Piemont & en Lombardie, & en tout ce côté-la, pour le temps & terme de trois mois, à commencer du jour de la publication de la Treve & abſtinence de Guerre, la quelle ſe fera dedans le vint-ſeptieme jour du preſent Mois, ou plûtoſt s'il eſt poſſible. Et deslors ſe retireront les Armées d'ne part & d'autre de tout ledit Pais de Piémont, & ceſſeront preciſement, tant generalement que particulierement, toutes forces, violences, envohiſſemens & incurſions, y comprenant les Pais de Savoye, Daufiné, Provence, la Cité, Riviere, & Etat de Gennes, Cité Château & Terre de Nice; delaiſſant ſeulement les Garniſons aux Villes & Places, que l' une & l' autre Partie y tiendront ſelon qu' il ſera aviſé, pleinement & de bonne foi, entre le Marquis de Guaſto & le Grand Maitre de France, ou ceux qu' ils deputeront à ce, demeurant au ſurplus les choſes d'une part & d'autre en l'état qu' elles ſe trouveront audit vint ſeptieme de cedit mois, que ſera faite ladite publication, ou plûtoſt ſi plûtoſt elle ſe fait; & ſans ce que durant ledit tems les Habitans dudit Piémont, & des autres Lieux circonvoiſins, chacun endroit ſoi, ne ſeront travaillez ni forcez, directement, en leurs Perſonnes, Maiſons & Biens, ni empechez en la culture de leurs Terres, ou autrement.

Et ſi aucuns ſe trouvent contrefaiſans d'un côté ou d' autre, ils ſeront punis & corrigez grievement & exemplairement comme s'ils étoient infracteurs de Paix, avec reſtitution & ſatisfaction de tous dommages & intereſts; demeurant au ſurplus cettedite Treve & Abſtinence de Guerre, enſemble tout le contenu au Traité en ſa force & vigeur. Et à cette fin que cette dite ſuperſeſſion & Abſtinence de Guerre ſe puiſſe plûtoſt & certainement effectuer & la notification & la publication d'icelle ſe faire en dedans le vint-ſeptieme, ledit Sieur de Vely a accordé & promis, que Jean Gallego, Officier de la Maiſon dudit Sieur Empereur, lequel ſadite Majeſté entende de pécher devers ledit Marquis, pour l'avertir & certifier de celui Traité, & afin qu'il puiſſe faire ladite publication pourra paſſer par le Roiaume de France en poſte, & diligence, librement & ſeurement, ſans contredit ni empêchement quelconque; ains pour ſondit paſſage lui fera bailler ledit Sieur de Vely toute aſſiſtance & adreſſe requiſe à la bonne direction & & avancement d'icelui, & auſſi pour ſon retour, ou d'autre tel que ledit Marquis voudra renvoier par ledit Roiaume de France devers ledit Sieur Empereur; eſt expreſſement convenu, que ſi par cas fortuit, & ſans faute & coulpe ledit Jean Gallego & celui qui s'envoira de la part dudit Sieur de Vely, ne puiſſent paſſer & arriver devers les Chefs desdites Armées étans au côté dudit Piémont en dedans ledit vint-ſeptieme, que ce non obſtant cettedite Treve & abſtinence de Guerre demeurera en ſon entier pour commencer, & ſortir effet le plûtôt que ladite publication ſe pourra de la en avant faire, ſans dol, fraude, ni malengin. Et afin que rien ne reſte par bonne diligence, à été acordé d'envoier duplicata dudit preſent Traité, & Depêche des deſſusdits, par la voie de Mer, tant pour la part dudit Seigneur Roi que d'icelui Marquis. Promettant lesdits Procureurs & chacun d'eux endroit ſoi reſpectivement en vertu de leursdits Pouvoirs, l'obſervance & accompliſſement de toutes & ſingulieres les choſes avant dites, le tout comme dit eſt bonne foi. Et pour ce obligent lesdits Sieurs Empereur & Roi enſemble leurs biens preſens & à venir. Et en têmoin de ce ont ſouſſigné ce preſent Traité de leurs ſeins manuels & fait ſouscrire par les Secretaires & Notaires ſouſſignez au lieu de Moncon le Seizieme jour de Novembre l'an. 1537.

XXX.

Caroli II. Sabaudiæ Ducis Diploma, quo ratas facit inducias inter Carolum V. Roman. Imperatorem & Franciſcum I. Galliæ Regem Nizæ pactas, d. d. 21. Nov. An. 1538.

Charles, Duc de Savoie, &c. A chacun ſoit notoire, comme par trois autres nos Lettres, les premieres en date du douzieme de Juillet, les autres du vint deuxieme dudit mois & les dernieres du dix-huitieme d' Octobre prochain échûs, Nous, aiant deja ratifie la derniere Treve faite entre l'Empereur & le Roi Tres-Chretien, toutefois pource que lesdits Seigneurs ne ſe ſont contentez de la forme d'icelle ratification, encore que l'aions eſtimée raiſonnable; & que nous y avons derechef été tres-inſtamment requis & interpellé, avons de noveau ladite Treve, en la maniere & forme ſouſcrite, ratifiée & aprouvée, ratifions & aprouvons quant à nous eſt, à ſavoir ſans prejudice ou derogation d' aucun nôtre droit tant pour reſpect de la proprieté & du poſſeſſoire, que de la reſtitution de nos biens occupez, & ſans auſſi aprobation de l'occupation d'iceux, & non point autrement. Promettant par ainſi, en foi & parole de Prince, ſous nôtre honneur, & obligation de nos biens, d' obſerver ladite Treve, entant que nos concerne, jouxta la forme & teneur d'icelle, & de non faire ni venir au contraire par armes, ni autres voies de fait durant ladite Treve. En têmoin de quoi avons ordonné les preſentes ſouſcrites de nôtre main, ſœllées de nôtre Scel, & contreſignées par Loffier, nôtre Secretaire: Donné à Nice, le Vint-unieme jour de Novembre, l'an de Grace 1538. ſigné *Charles*. Et plus bas

Digitized by Google

bas, par Monſeigneur, *Loſſier*, & ſcellé. Et plus bas eſt écrit, *René de Grimauld*, Seigneur & Baron de Bueil; *Louis de Chatillon*, Seigneur de Meismene, Grand-Ecuier. R. *Jean-Batiſte Provane*, Protonotaire & Grand Aumonier. *Pierre Lamberi*, Seigneur de la Croix, Preſident de la Chambre des Comptes. *Louis Valbue* premir Gentilhomme de ſa Chambre. *Pierre Antoine Bergroch*, Collateral du Conſeil. *Jaques de Bernix*, Seigneur de Roſſane, Maitres d'Hôtel, à ce preſens.

XXXI.

Maximiliani II. Roman. Imperatoris Literæ ad univerſum Cardinalium Collegium, quibus monuit illos, ne Ferrariæ atque Mutinæ Ducibus *Sereniſſimi & Altitudinis* titulos eis a ſe nunquam datos, atque illis nequaquam competentes, impoſterum tribuerent, d. d. 25. Maji An. 1575.

MAximilianus II. divina favente Clementia electus imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ Slavoniæ &c. Rex Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Vitembergæ, Comes Tirolis &c.

Rev*mis* in Chriſto Patribus Dominis N. S. R. E. Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis ac univerſo Collegio Cardinalium, amiciſſimis, chariſſimis ſalutem & beneuolentiæ noſtræ affectum. Rev*mi* in Chriſto Patres, amici charisſimi. Intelligimus nonnullos S. R. E. Cardinales Ill*ri* Alphonſo II. Duci Ferrariæ Mutinæ & Regii Duci, ac Guilielmo, Duci Mantuæ & Montisferrati, conſanguineis ſororiis & Principibus noſtris chariſſimis jam ab aliquo tempore Sereniſſimi & altitudinis titulos tribuere, ea perſuaſione ductos, quod non ſolum ex privilegiis præfato Ferrariæ Duci a Diuo &c. Maximiliano I. Romanor Imperat. & proauo noſtro piæ memoriæ in Mutinæ ac Regii Ducatuum, Mantuæ vero Duci per nos nuper in Marchionatus Montisferratenſis in Ducatum erectionibus conceſſis tales dilectionibus eorum tituli competant, verum etiam noſtro conſenſu iis tribuantur. Quoniam vero in neutra erectione illarum ejusmodi quid continetur, ex quo memoratos titulos ſibi deberi alteruterque dictorum ducum jure prætendere poſſet, neque etiam nos, ut vel dilectiones ſuæ iisdem uterentur, vel dilectionibus ſuis eos alii tribuerent unquam conſenſimus; Equidem nos rem hanc haud alio ſpectare proſpicimus, quam ut res, quæ jam antea inter quosdam Italiæ Principes vigent, ſimultatibus majus etiam fomentum non ſine gravi quietis & tranquillitatis publicæ turbandæ periculo addatur nequaquam diſſimulandum rati has ad paternitates veſtras R*mas* dare voluimus literas easdem benevole, ut apud eos ſacri iſtius Collegii Cardinales, qui hujusmodi inuſitatis ac præfatis ducibus minime competentibus titulis hactenus uſi ſunt authoritate ſua efficere velint, ut à novo iſto inſtituto deinceps abſtineant nedum huic vel illi plus æquo placere ſtudeant totiusque Italiæ quietem in diſcrimen adducant ac talibus ſcandalis, quæ præcaueri ſatius foret, materiam ſubminiſtrent. In quo Paternitates veſtræ reverendisſimæ facturæ ſunt rem ſolito ſuo quietis publicæ conſervandæ ſtudio dignam nobisque longe gratisſimam, quam mutuis benevolentiæ officiis nos compenſaturos eſſe pollicemur, quod reliquum eſt Paternitates veſtras Reverendisſimas recte valere cupimus. Datum in arce noſtra Regia Pragæ, die 25. Menſis Maji, anno 1575. Regnorum noſtrorum Romani XIII. Hungariæ XII. Bohemiæ XXVII.

Maximilianus.
V. Jo. Bpta. Rub.
Petrus Bernburger.

XXXII.

Cardinalis Moroni, Collegii Cardinalium Decani Reſponſio ad memoratas Maximiliani II. Rom. Imperat. literas, d. d. 27. Jul. An. 1575.

Sacra Ceſarea Maeſtà,

DI Roma mi fu mandata pochi di ſono copia delle lettere ſcritte dala Maeſta Noſtra per la revocatione dati da molti Card*li* alli Duchi di Mantoua & Ferrara, e uiddi come ella ſi doleua che eſſi Duchi haueſſero detto d'hauer da lèi conſenſo d'uſar tali titoli il che eſſi negano d' hauer mai detto & eſſendo io il che eſſi negano d'hauer mai detto et eſſendo io il piu antico de Card*li* in ordine & eſſendomi a quel tempo ritrouato in Roma fu neceſſario, ch' io haueſſi molta notitia di quanto fu trattato e pero ſono hora ricercato dal Sigr Duca di Mantoua di far fide del vero alla Maeſta Vra. Et bene potro parere imprudente ſe preſuppone che il do. ſignore eſſendo cognato di Vra Maeſta el Principe di tanta qualita poſſa hauer biſogno di mio teſtimonio. non dimeno non poſſo mancare di farlo, perche in effetto a me non fu mai detta tal coſa dell' aſſenſo di Vra Maeſta, ne manco uenne a mia notitia, che foſſe detto ad altri Card*li* ma io ſtato dopo molta conſideratione ſtimai, che al Duca di Mantoua dell quale all' hora ſi trattaua, non ſi poteſſero negarli detti Titoli, come anco topo hoſtimato non poterli negare al Duca di Ferrara Pnpe Nobiliſsimo. diſangue e di ſtati poi che l' Ill*mo* & l' Ecc*mo* fu anco letto diligentiſsimamente da huomini della profeſſione de leggi il privilegio conceduto dalla Maeſta noſtra al Duca di Mantoua, e ſe bene in eſſo non erano espreſſi i Titoli d' Alteſſa & di ſerenisſimo

Digitized by Google

In Nomine Sanctiſſimæ, ac Individuæ Trinitatis, Amen.

NOtum ſit omnibus ac ſingulis, quorum intereſt, aut quomodocunque intereſſe poteſt, Poſtquam ſuper introductione præſidiarii Hiſpani Militis, cui loco Militis neutrarum Partium, de quo in Quatruplice Fœdere convenerat, cuſtodiam munitorum Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ locorum Sua Majeſtas Catholica committi deſideraverat, varii motus non absque publicæ tranquillitatis periculo exorti ſint, Sua Majeſtas Cæſarea Catholica, & Sua Majeſtas Regio-Britannica prævertendis malis, quæ inde eruptura timebantur, Articulo Tertio Tractatus die decima ſexta Martii præſentis Anni Viennæ concluſi ſignatique, atque duabus Declarationibus eò pertinentibus ita deſuper convenerunt, ficati ex tenore hujus Articuli atque prædictarum Declarationum uberius elucescit: qui quidem tenor de verbo ad verbum ita ſeſe habet.

Articulus III.

Tractatus Die 16. Martii 1731. concluſi.

Cumque Sacræ Cæſareæ Catholicæ Majeſtati nomine Sacræ Regiæ Majeſtatis Britannicæ, & Celſorum ac Potentium Ordinum Generalium Fœderati Belgii amicisſimis verbis expoſitum ſæpius fuerit, non eſſe certius medium, exoptatam tam diu publicam tranquillitatem, quo fieri poteſt, promptiore modo ſtabiliendi, quam ſi per immediatam introductionem ſex millium Hiſpanorum militum in munita Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ loca deſtinata Serenisſimo Infanti Don Carlos in modo dictos Ducatus ſucceſsio magis adhuc firmetur; præfata Sua Majeſtas Cæſarea Catholica, quo & ipſa pacifica Suæ Majeſtatis Britannicæ, & Celſorum ac potentium Ordinum Generalium Fœderati Belgii Conſilia ac vota promoveret, ſua ex parte nulla prorſus ratione obſiſtet, prædictorum ſex millium Hiſpanorum Militum pacatæ introductioni in munita Hetruriæ, Parmæ & Placentiæ Ducatuum loca juxta ſponſiones a dicta Sua Majeſtate Britannica atque Ordinibus Generalibus deſuper initas. Cum vero hunc in finem Sua Majeſtas Cæſarea Catholica Imperii quoque Conſenſum neceſſarium cenſeat, ſimul Eadem promittit, quod omnem operam adhibere velit, quo Conſenſus iſte intra duorum Menſium Spatium, aut citius ſi fieri poterit, obtineatur. Atque ut promptius obviam eatur malis, publicæ quieti imminentibus, ſpondet præterea Sua Majeſtas Cæſarea Catholica, quod ſtatim poſt commutatas invicem Ratihabitionum Tabulas conſenſum a ſe qua Imperii Capite præfatæ pacatæ introductioni præbitum, tum Magni Hetruriæ Ducis,

Digitized by Google

cis, tum Parmenſi Miniſtro, in Aula ſua commorantibus, alibive, ubi conveniens viſum fuerit, notum factura ſit. Nec minus ſæpefata Sua Majeſtas Cæſarea Catholica promittit, ac ſpondet, jam longe a ſe abeſſe mentem, vel directe vel indirecte admiſſioni præſidiarii Hiſpani Militis in antedicta loca impedimentum ullum ſuſcitandi, aut afferendi, ut potius officia & Auctoritatem ſuam interpoſitura ſit, quo enaſcente præter ſpem obſtaculo aut contradictione, quicquid antememoratæ admiſſioni obeſſe poſſet, amoveatur, atque adeo ſex millia Hiſpanorum Militum tranquille & ſine mora in munita Magni Hetruriæ Ducatus, tum Parmæ, Placentiæque Ducatuum loca, quo antea dictum eſt, modo introduci queant.

Declaratio ſuper Parmenſi Succesſione.

Ne inopina mors Sereniſſimi Principis Antonii Farneſii, dum viveret, Parmæ & Placentiæ Ducis, qua in idipſum tempus, quo de concludendo præſenti Tractatu agebatur, incidit, ejusdem concluſioni moram aut obſtaculum afferret, Sua Majeſtas Cæſarea Catholica vigore hujus Inſtrumenti declarat, ac ſeſe obſtringit, quod illo in caſu, quo ſpes de graviditate Sereniſſimæ Ducis Viduæ, præfati Sereniſſimi Ducis Antonii, dum viveret, Conjugis concepta haud evaneſceret, ac dicta Vidua prolem maſculam in lucem ederet, cuncta ea, quæ de introducendo in Parma & Placentiæ munita loca præſidiario Hiſpano Milite, cum Articulo Tertio Tractatus hodierna Die concluſi, tum Declarationis Inſtrumento deſuper dato ſancita ſunt, eque locum obtinere debeant, ac ſi mors iſta inopina haud contigiſſet.

Quod ſi vero vel evaneſceret ſpes de graviditate prædicta Ducis Viduæ concepta, vel poſthumum illa in lucem ederet, tum anteſata Sua Majeſtas Cæſarea declarat, ac ſe ſe obſtringit, quod loco introducendi in munita Parmæ & Placentiæ loca præſidiarii Hiſpani Militis Ipſe Sereniſſimus Hiſpaniarum Infans Carolus juxta normam, de qua imperii accedente conſenſu cum Hiſpana Aula olim convenerat, literasque Inveſtituræ eventualis, quatenus eaque in omnibus Articulis, Clauſulis ac Conditionibus pro repetito, ac confirmato habendus eſt, in poſſeſſionem præfatorum Ducatuum mittendus ſit; ita tamen, ut prius tum dictus Hiſpaniarum Infans, quam Hiſpana Aula iis faciat ſatis, qua Tractatus anteriores, quorum Imperator accedente Imperii conſenſu Pars Contrahens extitit, requirunt. Cumque poſt mortem ante memorati Ducis Antonii Farneſii Miles Cæſareus in munita Parma & Placentiæ loca introductus ſit, non ea mente, ut obſtaculum afferretur Succesſioni eventuali, prouti illa Sereniſſimo Infanti Carolo per Tractatum Londinenſem, vulgo Fœdus Quadruplex nuncupatum, deſtinata fuerat, ſed, ut anteverterentur, quæcunque Italiæ tranquillitatem turbare poterant, conſilia, Sacra Sua Majeſtas Cæſarea Catholica quietem publicam juxta pacifica ſua Vota Tractatu hodierna die concluſo, in quantum fieri potuit, ſtabilitam, firmatamque cernens, denuo declarat, quod invittendo Copias ſuas in munita Parma & Placentiæ loca non alia ſibi mens fuerit, quam ut quantum penes Ipſam erat, Succesſionem Sereniſſimi Infantis Don Carlos, prouti illa Tractatu Londinenſi Eidem Infanti deſtinata fuit magis ſuffulciret, quodque tantum abſit, ut vel prædicta ſucceſſioni, ſi forſan proles maſcula Farneſia penitus foret extincta, obſiſtere, vel etiam introductioni præſidiarii Hiſpani Militis, ſi forſan Dux Vidua poſthumum in lucem ederet, opponere ſeſe velit, quod potiùs declaret & promittat, proprio juſſu Copias ſuas inde educendas fore, ſeu, ut Ipſe Infans Carolus in poſſeſſionem ſæpe memoratorum Ducatuum juxta tenorem Literarum Inveſtitura eventualis mittatur, ſeu, ut introduci ibidem pacatè & nemine obſiſtente Hiſpana præſidia queant: qua ipſa præſidia non alii uſui inſervire debebunt, quàm ut certior de executione promiſſa ſibi Succeſſionis in eum caſum, quo proles maſcula Farneſia penitus erit extincta, Infans Carolus reddatur.

Declaratio ſuper præſidiis Hiſpanis in munita Hetruriæ, Parmæ & Placentiæ loca introducendis.

Cum Sua Sacra Cæſarea Catholica Majeſtas, antequam ſua ex parte conſenſum præberet iis, qua Articulo Tertio Tractatûs hodiernâ die concluſi de immediata introductione præſidiarii Hiſpani Militis in munita Hetruriæ Parmæ & Placentiæ loca diſpoſita ſunt, ſuper vero ſcopo & objecto Sponſionum, qua deſuper in Tractatu Hiſpalenſi partim nonâ partim vigeſimâ primâ Novembris Die Anno Milleſimo Septingenteſimo Vigeſimo nono ſubſcripto continentur, ſecura omnino reddi voluerit; Sacra Sua Regia Magna Britannia Majeſtas, & Celſi ac Potentes Domini Status Generales Fœderati Belgii non tantùm Sponſiones istas, prouti hìc annexa reperiuntur, Sua Sacra Cæſarea Catholica Majeſtati bonâ fide exhibuerunt, verùm etiam firmiſſimè aſſeverare haud dubitârunt, non fuiſſe ſibi, cùm de introducendo in munita Hetruriæ, Parmæ & Placentiæ loca Hiſpano præſidiario Milite convenirent, mentem, ulla in re ab iis recedere, qua Articulo Quinto Fœderis Quadruplicis Londini $\frac{\text{ea. Julii}}{\text{2. Auguſti}}$ *Anno 1718. concluſi, tum de Cæſareis ac Imperii Juribus, tum pro ſecuritate Regnorum ac Ditionum, qua Sua Majeſtas Cæſarea in Italia actu poſſidet, tùm denique pro conſervanda quiete ac dignitate eorum, qui tunc erant, prædictorum Ducatuum legitimorum poſſeſſorum ſancita reperiuntur. Quapropter Sua Regia Magna Britannia Majeſtas, & Celſi & Potentes Domini Status Generales Fœderati Belgii declarârunt, prouti declarant & prompti paratiq; ſunt, ad dandas, prouti vigore præſentis Inſtrumenti dant, Sua Cæſarea, Catholica Majeſtati, tam ſuper rerum capitibus ſuperius recenſitis, quàm ſuper omnibus iis, qua ulteriùs adhuc prædicto Articulo Quinto Fœderis Quadruplicis nuncupati continentur, ſponſiones, evictiones, ſeu, uti vulgo vocant, Guarantias, quatùm deſiderari poterunt, validas ac ſolennes.*

Specification des Engagemens du Traité de Seville.

„Qu'on effectuera dés à preſent l'Introduction des Garniſons dans les Places de Livourne, Porto Ferrajo, Parma & Plaiſance, au nombre de ſix mille Hommes des Trouppes de Sa Majeſté Catholique & à ſa ſolde, leſquels ſerviront pour la plus grande aſſûrance, & conſervation de la Succeſſion immediate des dits Etats, en faveur du Sereniſſime Infant Don Carlos; & pour etre en êtat de reſiſter à toute entrepriſe & oppoſition, qui pourroit être ſcitée au prejudice de ce, qui été regié ſur la dite Succeſſion.

Digitized by Google

„ Que les Puiſſances Contractantes feront dés „ à preſent toutes les diligences, qu'elles croi- „ ront convenables à la Dignité & au repos des „ Sereniſſimes Grand Duc de Toſcane, & Duc de „ Parme, à fin que les Garniſons ſoient reçûes „ avec la plus grande tranquillité, & ſans oppoſi- „ tion, dés qu'elles ſe preſenteront à la vûe des „ Places où elles devront étre introduites.

„ Que les dites Garniſons feront aux preſens „ Poſſeſſeurs le ſerment, de defendre leurs Per- „ ſonnes, Souverainetés, Biens, & Etats, & ſujets, „ en tout ce qui ne ſera point contraire au Droit „ de Succeſſion reſervé au Sereniſſime Infant „ Don Carlos; & les preſens Poſſeſſeurs ne pour- „ ront rien demander ou exiger, qui y ſoit con- „ traire.

„ Que les dites Garniſons ne ſe mêleront di- „ rectement ni indirectement, ſous aucun pre- „ texte que ce puiſſe être, des affaires du Gou- „ vernement Politique, Economique, ni Civil; „ & auront ordre trés exprés, de rendre aux Sere- „ niſſimes Grand Duc de Toſcane, & Duc de Par- „ me, tous les Reſpects & Honneurs Militai- „ res, qui ſont dûs à des Souverains dans leurs „ Etats.

„ Que l'objet de l'introduction des dits ſix „ mille hommes, des Troupes de Sa Majeſté Ca- „ tholique, & à ſa ſolde, étant d'aſſurer au Sere- „ niſſime Infant Don Carlos la Succeſſion imme- „ diate des Etats de Toſcane, de Parme & de Plai- „ ſance, Sa Majeſté Catholique promet, tant „ pour Elle, que pour ſes Succeſſeurs, qu'auſſitôt „ que le Sereniſſime Infant Don Carlos ſon Fils „ ou tel autre, qui ſera à ſes Droits, ſera poſſeſſeur „ tranquille des dits Etats, & en ſureté contre „ toute invaſion & autres juſtes motifs de crain- „ te Elle fera retirer des places de ces Etats les „ Troupes, qui ſeront ſiennes, & non pas pro- „ pres à l'Infant Don Carlos, ou à celuy, qui ſera „ à ſes Droits, en ſorte que par là, ladite Succeſ- „ ſion & Poſſeſſion reſte aſſurée & exempte de „ tous Evenemens.

„ Que les Puiſſances Contractantes s'enga- „ gent d'établir, ſelon les Droits de Succeſſion, „ qui ont été ſtipulés, & de maintenir le Sereniſ- „ ſime Infant Don Carlos, ou celuy à qui paſſe- „ ront ſes Droits dans la poſſeſſion & jouiſ- „ ſance des Etats de Toſcana, Parme, & Plaiſan- „ ce, lors qu'il y ſera une fois etabli; de le de- „ fendre de toute inſulte contre quelque Puiſ- „ ſance que ce ſoit; qui penſeroit à l'inquieter, „ ſe declarant Garantes à perpetuité du Droit, „ Poſſeſſion, tranquillité & repos du Sereniſ- „ ſime Infant, & de ſes Succeſſeurs aux dits „ Etats.

„ Qu'à l'egard des autres details, ou Regle- „ mens concernant la manutention de dites Gar- „ niſons une fois établies dans les Etats de To- „ ſcane, de Parme & Plaiſance, comme il eſt à „ preſumer, que Sa Majeſté Catholique, & les „ Sereniſſimes Grand Duc, & Duc de Parme en „ conviendront par un accord particulier, les „ autres Puiſſances Contractantes promettent „ que dés que cet accord ſera fait, Elles le rati- „ fieront & garantiront, tant envers Sa Majeſté „ Catholique qu'envers les Sereniſſimes Grand „ Duc, & Duc de Parme.

Cum proinde Regia Sua Majeſtas Catholica facta ſibi hujus Articuli atque Declarationum eo pertinentium communicatione deſiderio ſuo, non niſi ad firmandam magis magisque Sereniſſimo Infanti Carolo filio ſuo eventualem in Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ Ducatus ſucceſſionem collimanti, atque Sponſionibus inter Eandem & Regiam Magnæ Britanniæ Majeſtatem initis, prouti illæ Suæ Majeſtati Cæſareæ Catholicæ communicatæ, atque prænſertis Declarationibus explanatæ fuerunt, penitus ſatisfactum cerneret; ſua quoque ex parte iis deeſſe noluit, quæ communi quieti firmius adhuc ſtabiliendæ inſervire poterant.

Quem quidem in finem Sacra Sua Majeſtas Cæſarea Catholica Celſiſſimum Principem ac Dominum Eugenium Sabaudiæ, & Pedemontium Principem, Altefatæ Suæ Majeſtatis Cæſareæ Catholicæ Conſiliarium Actualem Intimum, Conſilii Aulico-Bellici Præſidem, ſuumque Locum tenentem Generalem, Sacri Romani Imperii Campi-Mareſchallum, ac Ejusdem Regnorum, ac Statuum per Italiam Vicarium Generalem, & unius Deſultoriorum Legionis Præfectum, Aurei Velleris Equitem: Nec non Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum Philippum Ludovicum Sacri Romani Imperii Theſaurarium Hæreditarium Comitem à Sinzendorf, Liberum Baronem in Ernſtbrunn, Dominum Dynaſtiarum Gföll, ſuperioris Selowitz, Porlitz, Sabor, Mülzig, Loos, Zaan, & Droskau, Burggravium in Rheineck, Supremum Hæreditarium Scutiferum, ac Præciſorem in Superiori, & Inferiori Auſtria ad Anaſum, Aurei Velleris Equitem: Sacræ Cæſareæ Catholicæ Majeſtatis Camerarium, Actualem Conſiliarium Intimum, ac primum Aulæ-Cancellarium: ac Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Gundaccarum Thomam, Sacri Romani Imperii Comitem de Stahrenberg in Schaumburg, & Waxenberg, Dominum Ditionum Eſchelberg, Liechtenhaag, Rottenegg, Freyſtatt, Haus, Oberwalsée, Senftenberg, Bodendorf, Hattwan, Aurei Velleris Equitem, Sacræ Cæſareæ Catholicæ Majeſtatis Conſiliarium Intimum Actualem, Archiducatus Auſtriæ Superioris, & Inferioris Mareſchallum Hæreditarium: & denique Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Dominum Joſephum Lotharium, Sacri Romani Imperii Comitem à Königsegg, & Rothenfels, Dominum in Aulendorf, & Stauffen, Sacræ Cæſareæ Catholicæ Majeſtatis Conſiliarium Actualem Intimum, Conſilii Aulico-Bellici Vice Præſidem, Generalem Campi-Mareſchallum, Warasdini, & Confinium Petriniorum Præfectum Generalem, unius Legionis Pedeſtris Tribunum, & Ordinis albæ Aquilæ Polonicæ Equitem. Sacra verò Regio-Catholica Majeſtas Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominum Jacobum Franciſcum Fitz-

james,

Digitized by Google

james, Duca de Liria, & de Xerica, ex Magnatibus Hiſpaniæ primæ Claſſis, Aurei Velleris, & Sanctorum Andreæ, & Alexandri de Ruſſia Equitem, Primum Regentem perpetuum Civitatis ſancti Philippi, Sacræ Regiæ Catholicæ Majeſtatis Cubicularium, Caſtrorum Præfectum, Suumque apud Altefatam Majeſtatem Suam Cæſaream Catholicam Miniſtrum Plenipotentiarium: Et Sacra denique Regia Britannica Majeſtas Dominum Thomam Robinſon Armigerum, in Comitiis Parlamenti Magnæ Britanniæ Senatorem, & Miniſtrum ſuum apud prædictam Majeſtatem Suam Cæſaream Catholicam: plenâ poteſtate muniverunt, qui collatis inter ſe conſiliis, & commutatis prius plenipotentiarum Tabulis in ſequentes Articulos, & conditiones convenerunt.

Articulus I.

Sacra Sua Regia Catholica Majeſtas probe perpenſo præinſerto Articulo tertio Tractatus die 16. Martii præſentis anni concluſi, & probe perpenſis duabus Declarationibus, pariter præinſertis, cujus quidem Articuli, & quarum Declarationum tenor in eo jam eſt, ut effectui detur, nihil amplius a ſe deſiderari, quin potius iisdem ſe penitus acquieſcere profeſſa eſt. Atque ne ullus dubio aut controverſiæ locus ſuperſit, promptam ſeſe inſuper paratamque exhibuit, ut tum Tractatus Londini die 2da Auguſti Anno 1718. initus, ac vulgo Fœdus Quadruplex nuncupatus, tum pax Viennæ Auſtriæ die ſeptima Junii, Anno 1725. inter Sacram Cæſaream Catholicam Majeſtatem, Sacrumque Romanum Imperium ex una, atque Altefatam Sacr. Reg. Cathol. Maj. ex altera parte concluſa plene in omnibus Articulis, Clauſulis, ac Conditionibus renoventur, ac formentur: iis tantum exceptis, quæ de immutandis neutrarum Partium præſidiis in Hiſpania præſidia ſupra citato Articulo, ac Declarationibus mutuo conſenſu placuerunt, atque præſente Tractatu denuo corroborata ſunt. Hunc itaque in finem Sacra Sua Regia Catholica Majeſtas declaravit, ſicuti vigore hujus Articuli declarat, quod præcitati Tractatus plene renovati, ac denuo firmati cenſendi ſint, prout etiam præſente Articulo renovantur, ac denuo firmantur, promittitque Sacra Sua Regia Catholica Majeſtas tam pro ſe, quam pro hæredibus ſuis, ac Succeſſoribus, & ſpeciatim pro eo inſuper ex deſcendentibus ſuis maſculis, cui juxta modo memoratos Tractatus, tenoremque literarum inveſtituræ Eventualis, die 9. Decembris Anno 1723. expeditarum, extincta penitus Linea Medicea & Farneſia Maſcula Succeſſio in antedictos Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ Ducatus debetur, aut ad quem hæc ipſa Succeſſio futuris temporibus devolvetur, quod tam ipſa quam hæredes ſui ac Succeſſores, & ſpeciatim is ex deſcendentibus ſuis Maſculis, ad quem modo memorata Succeſſio devoluta fuerit, præſtare, atque adimplere omnia ea ſingula velint, ac teneantur, quæ in præcitatis duobus Tractatibus continentur.

Articulus II.

Viciſſim Sacra Cæſarea Catholica Majeſtas, & Sacra Regia Britannica Majeſtas promittunt, ac ſeſe Sacræ Regiæ Catholicæ Majeſtati, ipſiusque Hæredibus, ac Succeſſoribus obſtringunt, quod favore prolis maſculæ præſentis Hiſpaniarum Reginæ, prout illa juxta Tractatus antea citatos, ac tenorem literarum Inveſtituræ eventualis ad Succeſſionem Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ Ducatus vocata eſt, omnia ea ac ſingula adimplere velint, quæ in præinſerto Articulo tertio Tractatus die decima ſexta Martii hujus anni concluſi, ac duabus Declarationibus pariter præinſertis diſpoſita reperiuntur. Nec minus Sacra Cæſarea Catholica Majeſtas, & Sacra Regia Magnæ Britanniæ Majeſtas acceptando Renovationem Fœderis Quadruplicis nuncupati, Sacra autem Cæſarea Catholica Majeſtas acceptando inſuper Renovationem Pacis die 7. Junii Anno 1723. inter Eandem, & Sacrum Romanum Imperium ex una, tum Sacram Regiam Catholicam Majeſtatem ex altera parte concluſæ, promittunt, ac ſeſe pro ſe, ac ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus obſtringunt, quod ſua quoque ex parte, in quantum ad unamquamque Earundem ſpectat, erga Sacram Regiam Catholicam Majeſtatem, & ipſius Hæredes, & Succeſſores fideliter ſint adimpleturæ, quæcunque vigore hujus acceptationis præſtanda veniunt; nimirum Sacra Cæſarea Catholica Majeſtas quæcunque tum in Fœdere Quadruplice, tum in antememorata pace die 7. Junii, Anno 1725. concluſa ſancita ſunt, Sacra vero Regia Britannica Majeſtas, quæcunque juxta Fœdus Quadruplex nuncupatum ab Eadem adimplenda veniunt.

Articulus III.

Quæ hactenus mutuo, ac irrevocabili Partium Contrahentium conſenſu placuerunt, normæ loco inſervire debebunt, ſive unicè de introducendo præſidiario Hiſpano Milite, ſive caſu aperturæ in Quadruplice Fœdere expreſſo exiſtente, de immiſſione quoque Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis Caroli in Parmæ, Placentiæque Ducatus quæſtio ſit, ita nimirum, ut ultimo hoc in caſu præfatus Seren. Hiſpaniarum Infans Carolus, aut qui poſt eum Articulo Quinto Fœderis Quadruplicis ad Succeſſionem hanc eventualiter vocatur, poſſeſſionem horum Ducatuum ea plane ratione, quæ in Literis Inveſtituræ eventualis de die nona Decemb. Anno 1723. expreſſa eſt, adipiſci poſſit, ac debeat.

Articulus IV.

Cum ea, quæ favore Sereniſſimi Hiſpaniarum Infantis Caroli, aut eorum, qui in Jura Ipſius juxta antememoratos Tractatus ſubintrant, Articulo quinto Fœderis Quadruplicis diſpoſita reperiuntur, tum etiam Sponſiones deſuper inter Sacram Regiam Catholicam Majeſtatem, & Sacram Regiam Britannicam Majeſtatem initæ jam dudum Sereniſſimis, qui pro diſparitate temporis tunc in vivis erant, Magnæ Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ Ducibus exhibitæ; neque minus præinſertus Articulus tertius Tractatus Die 16. Martii præſentis Anni Viennæ concluſi, eoque pertinentes duæ Declarationes pariter præinſertæ Magni Hetruriæ Ducis, & Parmenſi in Aula Cæſarea commorantibus Miniſtris communicatæ fuerint, nihil autem pro corroboranda publica tranquillitate magis exoptandum ſit, quam ut omne obſtaculum &

Digitized by Google

contradictio, unde remora forsan iis, quæ mutuo Partium Contrahentium consensu hactenus placuerunt, afferri posset, quantocyus amoveatur; hinc est quod Sacra Cæsarea Catholica Majestas, Sacra Regia Catholica Majestas promiserint, ac sese obligarint, quod unaquæque Earundem statim ac præsens Tractatus signatus atque subscriptus fuerit, omnem operam bona fide sit impensura, quo Serenissimus quoque Magnus Dux Hetruriæ, non tantum sœpefatæ præsidarii Hispani Militis introductioni, sed & omnibus iis, quæ alias juxta antecitatos Tractatus, Conventiones, & Declarationes favore prolis Masculæ præsentis Hispaniarum Reginæ disposita reperiuntur, quantocyus assentiat: ita tamen, ut subsecuto etiam prædicti Magni Hetruriæ Ducis consensu cuncta, quæ hactenus memorata sunt, non nisi post permutatas invicem Ratihabitionum Tabulas locum habere queant.

Articulus V.

Præterea Sacra Cæsarea Catholica Majestas, Sacra Regia Catholica Majestas, & Sacra Regia Magnæ Britanniæ Majestas declarant, nihil sibi magis in votis esse, quam ut Serenissimus Magnus Hetruriæ Dux iis acquiescere velit, quibus in antememoratis Tractatibus tum Dignitati suæ ac quieti, tum etiam propriæ, & subditorum Statuum securitati consulitur. Quem quidem in finem præfatæ Partes Contrahentes non tantum sibimet invicem, sed & Regiæ Suæ Celsitudini promittunt, ac spondent, quod ea omnia & singula, quæ in antecitatis Tractatibus tum quoad Dignitatem suam, tum quoad propriam, & subditorum Statuum securitatem disposita reperiuntur, renovata, ac confirmata censeri debeant, quodque ea tuenda & explenda, seu, uti vulgo vocant, guarentigianda in se suscipiant.

Articulus VI.

Et quoniam pro assequendo, perficiendoque salutari, quem Partes Contrahentes intendunt, scopo, communis nimirum quietis penitus firmandæ, nihil magis expedire visum est, quam si Serenissimus Magnus Dux Hetruriæ præsenti Tractatui accesserit; hinc est, quod Eædem Partes Contrahentes ere esse judicarunt, Regiam Suam Celsitudinem amicissimis verbis ad hanc, quæ modo memorata est, accessionem invitare, sicuti Eandem præsente Articulo ad hoc ipsum invitant: quo nimirum Regia Sua Celsitudine ad opus tam proficuum pariter concurrente eo securior sit publica Europæ tranquillitas.

Articulus VII.

Præsens Tractatus ratihabebitur & approbabitur a Sua Sacra Cæsarea Catholica Majestate, a Sua Sacra Regia Catholica Majestate, & a Sua Sacra Regia Majestate Magnæ Britanniæ, & Ratihabitionum Tabulæ intra spatium duorum Mensium, a die Subscriptionis computandorum, aut citius si fieri poterit. Viennæ Austriæ invicem extradentur & commutabuntur.

In quorum fidem roburque tam Cæsarei Commissarii tanquam Legati Plenipotentiarii Extraordinarii, quam Regis Catholici, & Regis Magnæ Britanniæ Ministri plena pariter facultate muniti Tabulas has propriis manibus subscripserunt, & sigillis suis muniverunt. Acta hæc sunt Viennæ Austriæ die 22. Mensis Julii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Trigesimo Primo.

(L.S.) Eugenius à Sabaudia.
(L.S.) J. Dux de Liria.
(L.S.) T. Robinson.
(L.S.) Philip. Lud. C. à Sinzendorff.
(L.S.) Gundaccarus C. à Stahremberg.
(L.S.) J. L. C. à Königsegg.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO II.

De Proceribus Italiæ Sacræ Cæsareæ Majestati sacroque Romano Imperio nexu clientelari obstrictis, in specie.

Classis I.

CAPUT I.

De Ducatu Mediolanensi.

I.

Friderici I. Roman. Imperatoris Concessio Communitati Civitatis Mediolanensis facta de quibusdam locis inter Abduam & Olium existentibus, ac jam olim a dicta Communitate possessis, d. d. 9. Jun. An. 1186.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

FRidericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperatoriam Majestatem decet esse non solum legibus, & rigore justitiæ reverendam, verum etiam largifluis Imperialis Magnificentiæ beneficiis commendandam, cuius in rebus agendis, debet hæc esse providentia discretionis ut prospecta singulorum fidelitate unicuique pro qualitate & quantitate servitiorum ad eorum merita digne respondeat, illos autem præcipue familiaritatis suæ gratia dignetur, quos fidei constantia Principis favore dignos facit & in præteritæ strenuitatis alacritas reddit acceptos in quorum numero secure computantes, immo merito quam plurimis anteferentes dilectos ac fideles nostros, Potestatem & Consules, nec non & commune Civitatis Mediolani, ipsi Communi jam dictæ Civitatis ex mera liberalitate Imperialis gratiæ concedimus Rivoltam, Caxiratem, Agnianelum, Pandinum, Mixanum, Vaylate, Calvenzanum, Arzagum, Paradinum, Turinum, Comazanum, Gardellam, Diveram, Roncadellum, Pradam, Vidalengum, Pagazanum, Caravazium, Pontezo, Pregnanum, & omnia alia iis adjacentia loca, quæ Commune Mediolani quondam habuisse, & tenuisse inter Abduam, & Olium dignoscitur, & ut abhinc in antea in eis omnem jurisdictionem & consuetudines, bonasque usanzias habeat tam in fodris quam in Coltis & munitionibus, aliisque rationibus, & oneribus ad res & personas pertinentibus, sicut in aliis locis Mediolani Comitatus habere consuevit, & tenere sæpe dicto Communi Imperiali auctoritate confirmamus, cassatis quidem, & in irritum omnino revocatis omnibus privilegiis a nobis, sive Prædecessoribus nostris alicui alii Civitati, sive loco vel personæ collatis super prænumeratis locis. Statuimus igitur, & eadem Imperiali auctoritate sancimus, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes neque Capitaneus, nulla Civitas, nullum Commune, nullave potestas, nulla denique persona humilis, vel alta sæcularis, vel Ecclesiastica, hanc nostræ Majestatis paginam audeat violare, nec prædictos fideles nostros aliquibus injuriis sive dampnis præsumat aggravare, quod qui fecerit in ultionem temeritatis suæ componat centum libras auri puri, quarum medietas, Imperiali Cameræ, reliqua vero injuriam passis persolvatur. Hujus rei testes sunt Redulfus Trenerensis electus, Villinius Astensis, Bonifatius Novariensis Episcopi, Federicus Præpositus sancti Tomæ in Argentina, Bonifatius Marchio Montisferrati, Marchio Morœllus, Redulfus de Capretis Villiæ, Albertus Ferarensis, Ottobellus Mediolanensis judex Curiæ nostræ, Guido de Sancto Nazario & Reinerius Frater ejus, Villinius de Castello & Martinus Frater ejus, Redulfus Camerarius & alii quam plures. Signum Domini Federici Imperatoris invictissimi. Ego Gottofredus Imperialis Aulæ Cancellarius vice Filippi Colonensis Archiepiscopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi, acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo octuagesimo sexto, Inditione quarta, regnante Domino Federico Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus XXX. quarto imperii ejus XXX. secundo. Data in Territorio Cremonensi in Destructione Castri Manfredi Quinto Idus Junii feliciter. Amen.

II.

Ottonis IV. Romanor. Regis Confirmatio privilegiorum libertatum, Jurium & consvetudinum Communitatis Mediolanensis, de An. 1208.

OTto Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Dilectis fidelibus suis Potestati, sive Consulibus totique Communi Mediolani gratiam suam, & bonam voluntatem . . Si a memoria nostra aliquo modo permitteremus elabi, quantam fidem quantamque dilectionem sub

Digitized by Google

multa devotione nobis hactenus exhibuistis honori nostræ Regiæ Majestatis multum videremur derogare, sic enim alii, qui minus fideles & devoti nobis fuerunt ad obsequia nostra tardiores efficerentur, & nos meritis vestris condigne non responderemus, scilicet hæc a nobis absint, tanta est enim fidei vestræ integritas, & omnium factorum nostrorum firma constantia, quod nos illorum obsequiorum, quæ a fidelibus nostris exhibentur immemores nunquam erimus, nisi prius meritis ipsorum condigne respondeamus; Unde nos in armario pectoris nostri reposuimus & fideliter recondimus, multa, & præclara obsequia quæ a diebus nostræ electionis fidelissime, & devotissime nobis exhibuistis. Recognoscimus enim quod in multis tribulationibus nostris, quæ sicut DEO placuit, nos quantum tetigit, ab illa fide, quam erga nos a principio concepistis, & alia devotione, quam nobis semper exhibuistis nullo ingenio, nullo casu interveniente ab obsequiis nostris avelli noluistis, & non potuistis, pro quo quandiu vixerimus Universitatem vestram, Universosque vos & singulos diligimus, & semper intendimus honorare, omniaque jura vestra, & omnes consuetudines vestras, & omnem Libertatem vestram vobis non solum non minuerimus, immo inviolabiliter vobis conservabimus intacta & illesa, & super omnes Civitates totius Imperii in honore, & in rebus vos semper volumus exaltare, & inter præcipuos familiares, & devotos nostros Vos comparabimus: Et quoniam vel Nuntii Universitatis vestræ, vel quilibet ex vobis ad præsentiam nostram venerit benigne eos recipiemus, & honorabimus, obliviſci etiam non possumus, quod vos in jam pacato imperio, quod diu turbatum fuerat, tam discretos & honestos Nuncios vestros cum muneribus vestris ad nos destinastis, quos Nos sicut decuit, & sub illa gratia & dilectione, qua nos semper fovimus, & semper amplectemur recipimus quidem munera vestra tanto nobis fuerunt gratiosa, quanto magis illa scimus ex affectu puræ devotionis fuisse transmissa; Significamus ad hoc vobis, quod nos dilectissimo Principi nostro Noelfrago Patriarchæ Aquilianensi Legationem totius Italiæ commisimus, volentes, ut ipse Vice, & loco nostro per totam Italiam officio fungatur nostri & imperii Legati, & quicquid ipse de honore nostro & imperii tractabitur Nos per omnia tantum sumus habituri; Mandantes igitur & rogamus, ut vos ipsum Patriarcham tanquam Legatum nostrum, honorifice suscipiatis, & eum tanquam legatum nostrum & Imperii honoretis. Consilium sibi dantes, & auxilium ut ipse in Legatione nostra sic procedat, sicut honori nostro & imperii videbitur expedire & quicquid honoris sibi exhibueritis, nobis totum factum reputabimus.

III.

Adolphi I. Rom. Regis confirmatio privilegiorum, libertatum ac jurium per Roman. Reges Communitati Mediolanensi concessorum, d. d. XI. Kal. Mart. An. 1295.

ADolfus DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus. Prudentibus Viris Potestati, Capitaneo, Priori, Antianis, Consilio Communi Mediolani fidelibus suis dilectis graciam suam, & omne bonum. Dignum judicat nostra Serenitas, quod quia præ cæteris in Italia Romani Imperii fidelibus vestra fidelitas nobis & imperio prærogativa jungatur, ampliori nostris conservandis honoribus, & commodis procurandis ea sollicitudine, qua meliora subjectis teneamur prospicere & eorum dispendiis obviare proaliis graciosius intendamus: Dilatatur enim honor Regis & imperialis extollitur Dignitas, dum subjectorum fidelium bonum statum, & honorem ampliat, solidat, & confirmat: Quapropter ad instar Divorum Imperatorum & Regum Romanorum antecessorum nostrorum vos & Civitatem Mediolani, quos & quam ad nos & nostra tempora antecessorum nostrorum eorumdem in confirmacione jurium, libertatum, & honorum produxit prioritas: Cupientes in eadem gratia, qua ipsi nos confoverunt, confovere omnia Privilegia, Jura, Jurisdictiones immunitates libertates, gratias vestræ Universitati, seu Communi concessa, vel concessas a nostris Antecessoribus quibuscumque, sicut juste & rite factæ concessiones hujusmodi dignoscuntur, vobis, & Civitati vestræ in personis nostris præsentis Scripti patrocinio confirmamus, nostræ Majestatis sigilli robore communiri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam confringere, vel eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, se gravem indignationis nostræ offensam noverit incursurum. Datum in Ruelden XI. Kalendas Martii, Indictione octava, anno Domini MCCLXXXXV., Regni vero nostri anno tertio.

IV.

Literæ Comunitatis Bononiensis ad Matthæum de Vice-Comitibus, Vicarium Imperii in partibus Lombardiæ & populi Mediolanensis capitaneum, de continuanda cum ipso amicitia, d. d. 12. Januar. An. 1299.

MAgnifico & egregio viro Domino Matthæo de Vice comitibus, Generali Vicario sacri Imperii in partibus Lombardiæ, & honorabili Capitaneo Populi Mediolani &c. Ottolinus Potestas, Jacobus de Priovano Capitaneus Populi, Antiani, Consules Civitatis Bononiæ salutem, & felicia felicibus cumulare. Literas amicitiæ dominationis vestræ alacri manu recipimus inter cetera continentes, quod Nuntio Domini Alberti della Scala oretenus respondistis, quod Ambasciatores vestri Communis in brevi ituri sunt Venetias, qui ad partes Veronæ transitum facientes præ-

Digitized by Google

prædicto Domino Alberto, & ejus filio de intentione veſtra plenius reſpondebunt, & reſponſionem quam dicti Ambaſciatores habebunt a dictis Dominis Alberto, & filio, nobis notoriam facietis. De quibus omnibus, & de bona intentione, & bonis operibus habitis per vos in factis Communis Bononiæ, Vobis quantum poſſumus gratias agimus. Quando igitur reſponſum habebitis & ad noſtram notitiam pervenerit in prædictis deliberabimus, & vobis quamprimum reſcribemus, intendentes in iis veſtrum ſequi laudabilem conſilium, in quantum decenter fieri poterit per Commune & Populum. Quicquid autem in prædictis videbitur per nos fieri debere, placeat veſtris literis, vel nunciis ſignificare Data Bononiæ duodecimo Januarii.

V.

Matthæi de Vice-Comitibus, Imperii in partibus Lombardiæ Vicarii & Capitanei populi Mediolanenſis literæ, quibus Communitatem Bononienſem enixe rogat, ut ſibi cum omnibus ſuis copiis conteſtim ſuccurrat, d. d. 20. Mart. An. 1299.

NObilibus & potentibus viris Ottolino de Mandello Poteſtati, Blaſio de Tolomeis Capitaneo, Antianis, & Conſulibus, & Communi Bononiæ. Matthæus Vicecomes Dei gratia, &c. Salutem proſperitatem fæcundam. Intellecta placida reſponſione Veſtra, quam nobis feciſtis liberam de veſtris æquitibus ad noſtrum ſervitium transmittendis, nobilitatem, & benevolentiam veſtram, omni qua poſſumus cordis attentione requirimus, & rogamus, ut cum ſtatim inimicis noſtris potenter obſiſtere intendamus, incontinenti ſi ullo tempore fortiter, & utiliter nobis in arduiſſimis nobis ſuccurrere intenditis, juxta quod confidimus, & ſperamus univerſum effortium veſtrum, tam populi, quam militum, ad nos deſtinare velitis.

Data Mediolani die Veneris vigeſima Martii.

VI.

Literæ Communitatis Bononienſis ad Matthæum de Vice-Comitibus, Imperii in partibus Lombardiæ vicarium Capitaneumque populi Mediolanenſis, de transmiſſis ipſi copiis auxiliaribus, d. d. 7. April. An. 1299.

ILluſtri, & Magnifico viro Domino Matthæo Vicecomiti Sacri Imperii in Lombardia Vicario Generali, & Populi Mediolani Capit. &c. Ottolinus Poteſtas, Blaſius Capitaneus - - - Antiani, & Conſules, Conſilium, & Commune Civitatis Bononiæ, optatæ felicitatis ſalutem. Hodie quæ eſt dies Martis inſtantis Menſis Aprilis ſeparaverunt de Civitate Bonon. noſtri ducenti milites in veſtri favorem transmiſſi, & verſus partes Mediolani cæperunt dirigere greſſus ſuos per partes & vias Montaneæ, cum per Civitatem Mutinæ, & Regii, & eorum diſtrictus aliquomodo licentiam tranſeundi potuerimus minime obtinere a Marchione Eſtenſe. Quapropter magnitudini veſtræ præſentialiter declaramus dictos milites ſub dominio, & cura nobilium Militum Dominorum Franciſci Domini Alberti Odofredi Legum Doctoris & Gigli Domini Amadaſii de Ghiſileriis Capitaneorum ipſorum totaliter fore commiſſos, quibus tanquam nobis obedire tenentur. Scientes etiam ſtipendium pro uno menſe cum dimidio a nobis integraliter recepiſſe, parati ſemper ad alia, quæ veſtræ debeant altitudini complacere, placeat vobis ſæpiſſime nova deſcribere de veſtri ſtatus exiſtentia.

Data Bononiæ, die Martis ſeptimo Aprilis.

VII.

Literæ Communitatis Bononienſis ad Matthæum de Vice-Comitibus, Imperii in Lombardia Vicarium generalem atque Capitaneum populi Mediolanenſis, quibus eum rogant, ut eos, qui ex arbitrio ipſi per capitula pacis Provinciæ Romaniolenſis relicto, confirmationis pœna affici debeant, quantocyus indicet, d. d. 9. Maji An. 1299.

MAgnifico viro D. Matthæo de Vicecomitibus in Lombardia Sacri Imperii Vicario Generali & Capitaneo populi Mediolani, &c. Ottolinus Poteſtas, Blaſius Capitaneus - - - - Antiani & Conſules, & - - - Sapientes Credentiæ Civitatis Bononiæ ſalutem & honorifice terminare commiſſa. Quum ex forma arbitrii vobis conceſſi ex vigore reformationis noſtri ſpecialis Conſilii populi, veſtræ ſapientiæ arbitrium ſit conceſſum, & inter cætera pacis Capitula provinciæ Romaniolæ ſpecialiter continentur de confinatis faciendis, de numero ipſorum, & loco, maxime Civit. Imolæ præſentialiter terminandis, & ordinandis, ſecundum proviſionem, & deliberationem veſtram, ac etiam Magnifici viri D. Alberti della Scala. Altitudinem igitur, & potentiam veſtram omni qua poſſumus prece requirimus, & præcamur, quatenus vobis placeat brevem numerum confinatorum noſtrorum amicorum Civitatis Imolæ, prout commode poteſtis eligere & ordinare, ac etiam confinia deſignare ſolummodo in Civitate Bononiæ, propter eorum indigentiam, & ſecuritatem ipſorum, & quia potius veſtris parebunt mandatis, credentes hoc ſpecialiter convenire. Et prædicta placeat efficaciter adimplere noſtris præcibus gratia & amore; & quia credimus veſtro pertinere honori ſcientes firmiter, quod gratiſſimum erit nobis, quicquid in effectum deſideriorum noſtrorum gratanter duxeritis faciendum. Data Bonon. die nono Madii.

Digitized by Google

IIX.

Litteræ Alberti de la Scala, Communis Veronæ Capitanei generalis monitoriæ ad Communitatem Bononiensem, ut, pace, inter belligerantes jam concluſa, copias auxiliares Mediolanenſibus tranſmiſſas confeſtim revocet, d. d. 11. Jun. An. 1299.

NObilibus, & Magnificis Dominis Ortolino de Mandello Poteſtati, Blaſio de Tolomeis Capitaneo Antianis, & Conſulibus, Conſilio Octingentorum, honoratiſſimo Populo, & Communi Bonon. intima ſinceritate colendiſs. Albertus della Scala, Bartholomæus primogenitus ejus, penes eum Communis & Populi Veronæ Capitaneus Generalis ſalutis & felicitatis applauſum. Divina imminentibus caſibus clementia prompta ſuccurrere, & tam periculis hominum, quam rerum exitiis providere, nec paſſa guerrarum incommoda ulterius pervagari, cedente diſſidii turbine, & odii rancore propulſo, veſtros, & extrinſecorum veſtrorum animos pacis lenimento compoſuit, & diſſidia cordium redegit ad concordiæ unionem, nobilis, & Magnifici D. Matthæi Vicecomitis ſacri Imperii Vicarii Generalis in Lombardia, Populi Mediolani Capitanei, & noſtri arbitrorum ad tantum bonum veſtri, gratia delectorum die Sabbathi nono Maji proxime præteriti, ſuper hoc ſententia promulgata per viros providos - - - & - - - utriusque partis mandati auctoritate ſuffultos, emologata, confirmata, & juramenti religione firmata. Expectavimus igitur, & expetivimus, quod a laudatiſſima veſtra prudentia, & eminenti juſtitia tanti boni accelleraretur impletio, & civium veſtrorum, ac noſtris defideriis exequutionis commoda præberentur. Quod quia pendere durum eſt, & langvent animi expectantes & collectio frugum inſtat, quæ paſſos incommoda paupertatis, remediabiliter refoveret, nec in immenſum trahi decet finita litigia. Quæ n. dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis acquieſcatur ſententiis? ne dum quod veſtræ perſpicacitatem prudentiæ & clementiæ lenitatem, tanto bono nolle acquieſcere non putaram, quinimo prompte & laudabiliter exequi & proſequi, quæ debetis benevolentiam veſtram ex corde requirimus, & affectuoſe rogamus, quatenus præfatam pacis ſententiam celeriter qua decet quatenus honori veſtro congruit ac civibus veſtris & nobis, ſpes indubitata ſvadet, exequi, proſequi, obſervare, & adimplere velitis. Data Veronæ die Jovis undecimo Junii.

IX.

Henrici VII. Roman. Regis Confirmatio omnium privilegiorum, jurium, libertatum ac bonarum conſuetudinum Communitati Mediolanenſi per Reges Romanos conceſſarum, d. d. 13. Kal. April. An. 1311.

HEnricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Univerſis Sacri Romani Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam, & omne bonum. Tociens Regiæ Celſitudinis ſceptrum extollitur, & ipſius ſtatus ſolidatur ſolidius, quociens fidelium devotorum vota benigno reſpiciunt affectu, & ad ipſorum jura & libertates ſervandas, ac commoditates agendas gratioſa protectio Principis invenitur, cum omnis gloria, ſive potentia Principatus in ſubditorum præcipue conſiſtat ſolida fortius expediens arbitramur, & condecens, ut ſimus ſubjectis & cum juſticia faciles, & in gracia liberales. Devotis igitur prudentium Virorum Civium, & Communis Mediolani Dilectorum noſtrorum fidelium ſupplicationibus benignitate ſolita annuentes ac volentes eorum juſtis petitionibus benignum præbere conſenſum, quod eorum denotata fidelitas, & fidelis devotio ad ea, quæ honoris ſunt imperii atque noſtri promptiori ſtudio ferventibus animis ſe diſponant, omnia Privilegia, & jura, libertates, ac bonas conſuetudines à Dominis Romanorum Imperatoribus, & Regibus noſtris Prædeceſſoribus ipſis ſicut rite, & provide facta ſunt, & tradita de libertate Regia ratificamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio confirmamus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ ratificationis, approbationis, & Confirmationis paginam infringere, nec ei in aliquo auſu temerario contraire; quod qui facere præſumpſerit, gravem noſtræ Majeſtatis offenſam ſe noverit incurriſſe. In cujus rei teſtimonium præſentes Litteras conſcribi & noſtræ Majeſtatis Sigillo juſſimus communiri. Signum Domini Henrici Regis Romanorum invictiſſimi. Datæ Mediolani XIII. Kal. Aprilis anno Domini MCCCXI. Indictione nona, Regni vero noſtri anno tertio. Ego Frater Henricus Tridentinus Epiſcopus ſacræ Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Henrici Colonienſis Archiepiſcopi per Italiam Archi-Cancellarii recognovi.

X.

Inſtrumentum publicum de pace & concordia per Henricum VII. Roman. Regem inter Dominos de la Turre eorumque ſocios ab una; necnon Dominos Vice-Comites Mediolani ab altera parte ſancitis confectum, d. d. 27. Decembr. An. 1311.

In nomine Regis Pontificis Amen.

ANno Nativitatis ejusdem Milleſimo trecenteſimo undecimo, indictione nona die vigeſima ſeptima menſis Decembris Pontificatus Domini Clementis Papæ quinti Anno ſexto, ac Regni Sereniſſimi Principis Domini Henrici

DEI

Digitized by Google

DEI gratia Romanorum Regis ſemper Auguſti anno tertio. Per hoc præſens publicum inſtrumentum cunctis appareat præſentibus, & futuris, quod præfatus Dominus Rex remediis invigilans Subditorum & Regali providentia cupiens fideliſſimos Cives Mediolani diutius invicem diſſidentes, & inter duas partes diverſas, quarum una erat illorum de Turre & altera Vice-Comitum ad Concordiam revocare ſuper eorum diſſidiis & inimicis præſentibus Majoribus eorumdem quorum nomina inferius deſcribuntur, tam ex Regia auctoritate, quam eorum poteſtate in eum per ipſas partes collata pronuntiavit, & ſtatuit prout inferius continetur. Imprimis quod inter omnes Cives prædictos, & Partes prædictas, & eorum ſequaces, & ſibi adhærentes ſint, vigeant de cætero vera, & perpetua Pax & Unitas amputatis & depoſitis hinc inde diſſidiis, rancoribus, & odiorum furoribus ac ceſſantibus verbis, & actibus partialibus quibuscunque. Item quod iidem Cives invicem ſibi condonent, & remittant omnes injurias & offenſas hactenus alterutrum in perſonis vel rebus illatas, & quamlibet emendam & reſtitutionem eis hujusmodi injuriarum, & offenſarum occaſione debitam à quibus nihilominus omnibus idem Rex auctoritate & poteſtate prædictis ex nunc omnes, & ſingulos ipſorum abſolvit, & liberat perpetuo. Item quod illi ex memoratis Civibus qui exulabant à Civitate prædicta occaſione prædictæ diſcordiæ ex nunc revertantur ad jura & bona propria, eaque recipiant, & habeant, & ea gaudeant plene & libere ſicut prius ſine contradictione cujuscumque, ad quæ nihilominus idem d. Rex eos ex nunc reſtituit & vult, & decrevit pro reſtitutis haberi ita etiam quod nemini ipſorum in bonis, & juribus ſuis prædictis quævis obſiſtat præſcriptio à tempore quo Civitatem exiverunt prædictam. Item relaxavit omnia banna, quibus ſuppoſiti forent hactenus, à dicto tempore citra, Cives prædicti qui exulabant a Civitate prædicta ſive pro contumatia, ſive pro offenſa magna vel parva vel alia quacunque de cauſa, omnesque collectas ſeu taleas quocumque modo impoſitas remiſit eisdem, & abſolvens eosdem à prædictis omnibus, & à poenis, & mulctis quas hujusmodi occaſione incurriſſent, & quibuslibet condemnationibus, ſententiis, & pœnis propter hoc latis ſtatutis in eos. Item quod omnes cives prædicti hanc Pacem & ſuprascripta omnia, & ſingula obſervent, & obſervari faciant cum effectu ſub debito præſtitorum & Partibus juramentorum & ſub poena indignationis ipſius D. Regis ac mille librarum auri puri quotiens contrafecerint in ſingulis Capitulis committenda, & exigenda, à ſecus facientibus Complicibus & Fautoribus eorumdem. Item quod illi ex dictis Civibus, qui nunc ſe in ipſius d. Regis præſentia conſtituti pro ſe & omnibus ſuis pacem hujusmodi intervenientibus oſculis & prædicta omnia ex nunc acceptent, & approbent, & emologent, & à ſuis ſequacibus, & fautoribus curent, & faciant pro viribus obſervari. Hæc autem, ut præmittitur, dictus Dominus Rex ſuper diſcordiis prædictorum ad præſens pronunciavit, & ſtatuit; retenta videlicet, & reſervata ſibi omnimoda poteſtate, ea omnia, & ſingula interpretandi, declarandi, ſupplendi, & corrigendi, & ſuper aliis pronunciandi, & ſtatuendi ubi, quantum & quotiens viderit expedire. Nomina vero omnium prædictorum in præſentia Regiæ Majeſtatis exiſtentium ſunt hæc; primum de parentella illorum de la Turre Domini, Caſto Archiepiſcopus M. Paganus Epiſcopus Paduanus, Guido de Turre Filius quondam Domini Franciſci de Turre, Simoninus de Turre, Zanfredus de Turre, Johanninus de Turre, Caſonerius de Turre, Foebus, & Raymundus de Turre Fratres, Anfoxius & Jacobinus de Turre Fratres, Filippus de Turre, Paſſarinus de Turre, Oliverius de Turre, Leo de Turre, Vincentius de Turre, Raymundus de Turre d. Continus Juriſperitus, Binaſcus de Turre, Matthæus de Turre, Filippus niger de Turre Jacobus Griffus, Sambuellus de Turre, Villanus de Turre, Minaccius, & Bonifacius de Ozeno Fratres, Griffus Imperialis, & Singibaldus de Zavatariis, Ubertus, & Creſtinus de Cuticis. Sinagus Spanceta. Johannes de Vedano Merlus de Maziis. Tegniaca de Paravifino Jacobus de Concoritio, Filippus Mora, d. Jacobus Judex, Obizo & Thomaſius de Bernadigio, Paganus de Cisnuſculo, Inciranus de Barni, Karlotus de Barni, Beltraminus de Barni, Obertinus de Aleate, Jacobus Mirabilia. Item parte Vicecomitum D. Matthæus Vicecomes pro ſe & Dominis Galeacio, Johanne, & Stephanino Filius ſuis abſentibus, Johanninus Filius ejus præſens, Ludovicus Vicecomes Filius quondam Domini Petri pro ſe & Gaſparino Fratre ſuo abſente.

Qui omnes & ſinguli ſupraſcripti unanimites, & concorditer nominibus quibus ſupra audita, & intellecta ſupradicta D. Regis ſuam ipſam, & omnia ejus Capitula ſponte & gratanter acceptaverunt, approbaverunt, & emologaverunt. Promittentes ſibi ad invicem ac dicto Domino Regi per Pacta expreſſa & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, & in pœna & ſub poena prædicta ſupraſcripta univerſa & ſingula, attendere, facere, & complere & ad ſancta DEI Evangelia corporaliter tacta juraverunt. Condonantes ſibi & remittentes invicem omnes injurias reſtitutiones, & mendas prædictas ſe ſe in ſignum Pacis invicem oſculantes. Acta ſunt hæc in Civitate Mediolani in Aula Domus Communis præſentibus Dominis Balduino Archiepiſcopo Treverenſi, Teopaldo Epiſcopo Leodienſi, Papiniano Epiſcopo Parmenſi, Anone Epiſcopo Gebenenſi, Walereano Fratre dicti Domini Regis, Amedeo, Comite Sabaudiæ, Guidone, & Henrico de Flandria Fratribus, Theodoro Marchione Montisferrati, Ugone & Guidone Dalphini Fratribus, Manfredo Marchione. Henrico de Spanceta Præpoſito Conſtantienſi, Andrea de Garaz, Berardo Layala, & pluribus teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Et ego Bernardus de Mercato de Yenna ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ac ſacri imperii auctoritate publicus Notarius una cum Johanne de Diſt Notario infraſcripto præſens fui, & hanc cartam manu propria ſcripſi ſignoque meo conſueto

Digitized by Google

ſueto ſignavi, & tradidi feliciter rogatus. Et ego Johannes de Diſt dictus de Cruce Clericus Leodinenſis Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius una cum ſupraſcriptis teſtibus, & Bernardo Notario ſupraſcripto præmiſſis omnibus, & ſingulis præſens fui & hanc cartam ſcriptam manu dicti Bernardi, ſignavi & ſcripſi rogatus.

XI.

Diploma, quo Caſſonus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, Matthæum de Vice-Comitibus, Vicarium & Rectorem Mediolanenſem, ejusque filios & aſſeclas excommunicationi eccleſiaſticæ innodatos eſſe declaravit, de An. 1313.

CAſſonus &c. Viris utinam providis Matthæo Vicecomiti Vicario & Rectori, ſive Capitaneo, Poteſtati, Sapientibus Antianis, Conſiliariis, Conſulibus, concilio, communi Civitatis Mediolani. Et Galeazio Luchino, & Balatroni ejusdem Matthæi filiis ipſius Conſilii favori, & veſtris monitionibus & mandatis humiliter obedire. Quomodo ſedet ſola Civitas plena populo, facta eſt quaſi vidua. Heu ſuſpirat aſſidue vociferans voce magna ſic inquiens: O vos omnes qui tranſitis per viam, venite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Subjacet enim Civitas opulenta, quæ multis conſueverat divitiis, & privilegiis coruſcare, oppreſſionibus, angariis, & pro angarie intolerabilibus, & preſſuris tota quaſi eorum, qui ipſam inhabitant a rectoribus hujus temporis ſubſtantia eſt exhauſta. Eſt enim verum, certum, & notorium. Ita quod nulla poteſt tergiverſatione fieri, quod nos, & Mediolanenſis Eccleſia mater veſtra paſſi ſumus, & nunc patimur exilium, damna, violentias, injurias & offenſas quam plures facientibus, operantibus, conſentientibus, & negligentibus obviare, vobis Matthæi filiis, & memoratis, qui ſine veſtro facto, opere, conſilio, conſenſu non potuiſſent contra nos, & ipſam Eccleſiam Mediolanenſium, & jura noſtra committere, de quibus huic noſtro proceſſui plura duximus inſerenda. Certum eſt enim verum, atque notorium, quod tu Balatronus filius Matthæi præfati, & Rectores Mediolani Odoardus de Pirovano, Paganus de Mandello, Ingreſſonus de Sorexina, Zardinus de Beſſana, Martinus de Monte Orphano, Balatronus Beccarius, Philippus de Lomatio, Zamba de Pontirolo, Corradinus Comenſis, Jacomolus de Vaprio, Coipinus, & Zofrandinus de Præalonibus, Scaldamaza de Meda, Papinus Taberna, Franciſcus de Vicuono, Ambroſius de Derlo, Petro, & Johannes de Malnepotibus, Mazola de Merate, Leo Graſellus, quidam filii Othoboni de Plantello, Cavalionus, & quidam ejus frater, Paganus Scaravocius, Ardiganus de Raude, quidam ejus filius, Vicentiolus, & Antoniolus dicti de Marliano, Paganus de Reude, & quidem de Trulis. Multi alii in quantitate trecentorum hominum armatorum inter equites, & pedites. Nos ad domum Philippi de Vaprio portæ Orientalis civitatis Mediolani, ubi tunc cum noſtra familia morabamur manu armata, & ipſam familiam hoſtiliter aggreſſi fuiſtis, & nobis, & ipſi familiæ peſtiferas inſidias poſuiſtis circuncirca domum, Nos, & familiam noſtram invadendo, ſpoliando, & nepharie trucidando Urſinum Mulinarium Mediolanenſem, & Bonaventuram de Mantua domicellos & familiares noſtros prope hoſpitium cupientes, & quantum nobis placuit detinentes. Nos oportuit ſequenti die recedere ab Eccleſia, & a Civitate Mediolani, ut evitaremus mortis periculum exulare, quibus non contenti, dum in tali exilio permanſimus jam annos tres, ita operati ſunt, ut adhuc non potuimus ad ipſam Eccleſiam & Civitatem noſtram, aut diœceſim redire ſine mortis periculo, ubi poſſem exercere debitum officium paſtorale. Vosque ſupradicti de prædictis non contenti Corradinum de Camerino tunc Vicarium, & Magiſtrum Gualvanium de medicis præpoſitum ſancti Donati Camerarios noſtros moram in hoſpitale Brolii Mediolani gerentes pro nobis ad facta noſtra, & dicta officia procuranda ad præfatum hoſpitalem lethaliter perſecuti eſtis cum etiam eſſem in caſtro noſtro Caſſani ſupra Abduam dum tu Geronus de Civitate prædicta ut diximus. Mulus de Cropello tunc Capitaneus, & multi ſtipendiarii circa caſtrum ipſum inſidiis paraverunt. Et una cum Præcivallo Præalone, pontem noſtrum invaſerunt. Ita quod ne periculum perſonæ evitare poſſemus neceſſe habuimus relinquere ipſum caſtrum, & vix evadere potuimus, & ad Civitatem Cremonenſem perſonaliter nos transferendo cum etiam reverendus pater Dominus, ac Dei gratia Epiſcopus Sabinenſis, tunc Apoſtolicæ Sedis Legatus de Civitate Mediolani veniret ad Romanum Imperatorem a Siſino Pontifice deſtinatus, & diceretur in Civitate prædicta nos ad recipiendum eundem dominum legatum debere accedere verſus Civitatem prædictam communis rumor & tumultus Populi, ac Vicarii Officialium, & Rectorum in ipſa Mediolani Civitate involunt omnes clamabant ſi intraret Archiepiſcopus moreretur, & eum morti traderent. Deinde facientes ſtipendiarii veſtri camerarium noſtrum prædictum præ timore fugerunt de Civitate ipſa, & dimittere facta noſtra ac Mediolanenſis Eccleſiæ ſibi commiſſa nulli quoque honores, redditus, jurisdictiones, caſtra, Burgi, Montes, & alia bona noſtra fuerunt, Et adhuc veraciter & manifeſte in grande noſtrum, & dictæ noſtræ Eccleſiæ gravamen & præjudicium occupata facto favore, opere, conſilio, conſenſu, permiſſione, & negligentia, tui Matthæi Vicarii, & filiorum tuorum, ac prædictorum expreſſorum. Quas occupationes, & invaſiones ſerioſe duximus denotandas. Imprimis Dominus Mulus de Cropello occupavit Burgum, ſive Turrem de Caſſano ſupra Abduam ad nos, & Mediolanenſem Eccleſiam pertinentem, Lodriſius Vicecomes, & frater Caſſinani ſancti Donati quæ ſimiliter ad nos, & ad eccleſiam pertinet plano jure, & ſimiliter occuparunt Turres, & poſſeſſiones in terra de

Ab-

Digitized by Google

Abbiate Grasso. Item tu Matthæus Vicecomes, sive Rector, & Commune Mediolani Arcem nostram de Angleria ad nos, & Ecclesiam pertinentem totaliter pleno jure cum nostris decimis & possessionibus occupasti. Item tu ipse Vicarius occupasti decimas, & terras de Lisantia pertinentes, ut supra. Item jurisdictionem temporalium in Burgo, & Contatu de Angleria similiter pertinentem. Item jurisdictionem nostram, & Mediolanensis ecclesiæ quam habemus in terra & Curia de Varesio, & similiter decimis. Item quam plures Mediolanenses, & etiam tui Vicarii, Vicecomes familiares & officiales inter quos erat Beltramus Prandebonus, familiaris tuus nec non stipendiarii tui, & Commune præfatum ad Monasterium Sanctæ Redegondæ Mediolani nequiter accedentes, privilegia, scripturas, & jura Mediolanensis Ecclesiæ ibidem reposita violenti & temerario ausu asportaverunt. Item stipendiarii multi tui, & communes domos nostras Archiepiscopalis Ecclesiæ Mediolani, & contiguas intraverunt, unde nonnulla alia bona nostra asportarunt. Item nonnullos clericos notarios, & familiares nostros tu Matthæus capere fecisti, & ipsos pluribus mensibus valde cruciatos in vinculis tenuisti. Item ex tuo, & tuorum consilio & mandato Dilecta in Christo F. B. Abbatissa V. & M. moniales monasterii Majoris Mediolani per stipendiarios, & officiales vestros captæ fuerunt, & ad tormentum ductæ, ut quicquid ab eis peterent, confiterentur. Et de ipso Monasterio turpiter ejectæ & coactæ fuerunt civitatem, & diœcesim Mediolanensem exire in scandalum plurimorum. Item Cresonus Cribellus, & ejus filius occuparunt nonnulla loca nostra in riperia di Leuco montesque nostros, & Ecclesiæ ut supra, videlicet Derium Mugiascani, Gesanum, Bellanum, & Varenam, & eorum jurisdictionem temporalium, & honores nostros, & dictæ Ecclesiæ. Item Faciolus di Posterla civis Mediolanensis de consensu tuo prædatus est Vallasinam, & locum di Falegio dictam ecclesiam adpertinentem. Item tu Matthæus Vice-Comes Cimiliarca Mediolani Ecclesiæ pluribus majoribus excommunicationibus irretitus, inter alias suis exigentibus culpis; per Beatam memoriam. F. predecessoris vestri excommunicatus jam diu es, & excommunicatus publice nunciatus pro eo quod nostrum. P. tunc suum Vicarium generalem cœpit, & expelli fecit, de civitate Mediolani. Et postea multa loca, & villas, jurisdictiones, quæ ad nos sive ad ecclesiam nostram pertinent plano jure occupasti in Leuco, Belano, Valasinam, Castanum, Travaliam, Brebiam & redditus in Varesio de Bassano cum portu valle marcurioli cum pischeria de Pusiliano, & Consourexo. Item tu Luchinus prædictus cum stipendiariis Communis Mediolani Domum nostram de Coyrana hostiliter intravisti. Item vos Matthæus, Vicarius, Potestas, & sapientes &c. contra Canonicas sanciones multas, tales, multos præstas, Fodra auctoritate propria imposuistis præsumptione damnabili tasti clero nostro civitatis & Diœcesis Mediolani de decem millibus libris terxolis vel circa, & ab ipsis renuentibus extorsistis. Item damnatione Consimili ordinem fratrum, & domuum regularium humiliatorum decem millibus libris pariter extorsistis, deinde vinum, blada, & alia, quæ ipsi Fratres habebant in domibus suis consumi fecistis. Propter quod, & talia quam plura nefanda sicut est verum certum & notorium juxta verbum Dominicum decrevi: arborem quæ bonum fructum non facit abscidere. Et ideo tu Matthæus Vicecomes, & alii ut supra, nominati, nisi vos emendaveritis, de prædictis in perpetuum excommunicamus, anathematizamus omnique commercio humano ac Ecclesiastica sepultura atque Sacris ordinibus privamus &c.

XII.

Bulla excommunicationis a Joanne P. P. XXII. adversus Matthæum de Vice-Comitibus, Dominum Mediolani ejusque familiam promulgata, d. d. 10. Kal. April. An. 1324.

Joannes, &c. ad perpetuam rei memoriam.

DUdum ad nostri Apostolatus fama, quin immo infamia publica deduxit auditum, quod quondam damnatæ memoriæ Matthæus de Vice-Comitibus de Mediolano nonnullos de diversis mundi partibus ad sedem Apostolicam venientes capiebat, & etiam detinebat, eos bonis omnibus spoliando; ac literas clausas, quæ nobis per nonnullos Ecclesiæ Romanæ devotos filios & fideles de diversis partibus mittebantur, per se, officiales & ministros suos aperire & lacerare, & alias pro suo libito contrectare, & inspiciendas diversis exponere ausu damnabili præsumebat.

Expositum etiam fuit in publico consistorio coram nobis, quod ipse ecclesiis, monasteriis, & aliis piis locis, ac personis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, civitatis & districtus Mediolanensis talliam, seu collectam plurimum onerosam imponens, ad exactionem illius procedebat adeo violenter, quod illam ab aliquibus personis ecclesiasticis per expoliationem rerum, a quibusdam per captionem & detentionem ipsorum personarum, & ab aliis per diversos cruciatus corporum extorquebat; & nonnulla alia impia & iniqua in personas ecclesiasticas immaniter exercebat, quæ in gravem divinæ majestatis offensam, opprobrium catholicæ fidei, & magnum fidelium scandalum redundabant: quodque tam ipse, quam Galeatius Marcus, & alii filii sui, paternæ nequitiæ sectatores, bona cathedralium, & aliarum ecclesiarum, consistentia per civitates & diœceses, in quibus per se & alios tyrannidis sævitiam exercebat, vel majorem partem ipsorum occupare & occupata tenere damnabiliter præsumebat; ipsarumque prælatos amarissimas pœnas exilii cogebat miserabiliter experiri.

Idemque Matthæus adeo redditus erat religionis cujuslibet insolens persecutor, quod tam

Digitized by Google

prælatis eisdem, quam religiosis Prædicatorum, Minorum, ac Eremitarum sancti Augustini fratribus, & aliorum ordinum paupertatis, ne synodos & concilia, vel quælibet capitula congregarent, vel in eorum subditos visitationis vel prædicationis officium exercerent, interdicebant expresse; perversos dictorum ordinum fratres, suæque iniquitati conformes in eorum fovendo nequitia, eosque suis conventibus per violentiam præfici faciendo: & quod in ecclesiis sæcularibus & regularibus, tam virorum quam mulierum ausu sacrilego personas intrudebat indignas, utpote, qui in monasterio sancti Celsi Mediolanensis nonnullos monachos, abbate dicti monasterii exulare compulso, violenter intruserat. Nonnullas etiam puellas in monasterio monialium Mediolanensium, postquam illis fuerat impudenter abusus, per intrusionis reatum recipi fecerat violenter.

Nec veritus adhuc in Christum Deum rabiem diræ persecutionis armare, venerabilem fratrem nostrum episcopum Vercellensem in civitate Vercellensi, conflatis viribus, obsederat violenter, ac demum eumdem per violentiam captivarum in carcere præsumpserat detinere; quamvis postea de manibus ejus per fugæ subsidium divina fuit misericordia liberatus. Per sufficientem quoque informationem, de speciali mandato nostro habitam per bonæ memoriæ Berengarium, Episcopum Tusculanum, tunc viventem apud sedem prædictam, idem Matthæus repertus fuit super hujusmodi sacrilegiis, offensis, & excessibus publica infamia laborare.

Validus etiam clamor ad audientiam nostram deduxit, quod idem Matthæus, per Stephanum natum ejus, dilectum filium abbatem sancti Stephani Vercellen, ac præpositum, archiepresbyterum, & plures canonicos Vercellenses; ac per virum sacrilegum Scottum de sancto Geminiano, aliosque suos satellites & ministros iniquos & impios, nonnullas alias personas ecclesiasticas, seculares & religiosas, etiam in sacerdotio constitutas, capi fecit ac teneri carceri mancipatos, in illos diversorum tormentorum genera exercendo. Statuta etiam canonica, tanquam a fide catholica prorsus exorbitans, contemnens damnabiliter & impugnans, interdictum ecclesiasticum, cui dicta civitas Mediolanensis ejus culpis exigentibus subjacebat, ficut & adhuc subjacere dignoscitur, observare despexit, & fecit per alios violari defunctorum corpora laicorum in cœmeteriis ecclesiarum pulsatis campanis, ministris ecclesiarum ipsarum renitentibus & invitis, faciendo in contemptum clavium contra sanctiones canonicos tumulari: ididem per Galeatium in Placentina, & per Marcum filios suos in Terdonensi civitatibus, tunc sub eorum tyrannide consistentibus; & per alios tyrannos civitatum & locorum, quæ per eum & alios suos filios tenebantur, vel cum eis fuerant juramento vel confœderatione ligata, eidem interdicto subjecta, observari faciens, dictumque interdictum nequiter violari & divina, quantum in eo erat, profanari officia in eisdem in contemptum clavium earundem.

Itemque Galeatius, perfidia paternæ prævaricationis imbutus, bonæ memoriæ episcopum Placentinum, tunc viventem, bonis omnibus spoliavit, domos, vineas, & alia bona episcopalia devastando, ac ea, quæ de redditibus & proventibus dictorum bonorum percipi potuerunt, suis usibus applicando. Nonnullos etiam clericos Placentinos, gravibus afflictos vulneribus, bonis omnibus spoliavit; & quibusdam eorum horribili nece peremptis, ecclesiastica beneficia eorundem aliis nequitiæ suæ fautoribus, de facto concessit; dictum episcopum Placentinum cogens miserabiliter exulare, qui deinde Apostolicam Sedem petens, ibidem diem clausit extremum. Idem Galeatius, ad execrabiliora licentians manus suas, clerum Placentinum talliis, collectis, gabellis, & diversis angariis, pedagiisque novis afflixit: claustra etiam monialium civitatis ejusdem damnabiliter violavit, exinde nonnullas moniales adducens, eisque virginitatis lilium, quod perpetuo voto Christo spoponderant, effræni & damnata libidine auferendo. Nonnulla etiam bona, quæ tam clerici quam laici in locis Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum sancti Augustini & aliis diversis ecclesiis Placentinis pro securiori custodia duxerant deponenda, tam per se, quam per suos satellites asportavit. Diversas quoque ecclesias, hospitalia, & alia pia loca cremavit incendio, & contra claves ecclesiæ per se & alios labia detractionis aperiens, per quosdam clericos & religiosos, fautores suos, fecit coram omnibus prædicari, quod tenendæ non erant excommunicationis & aliæ sententiæ latæ contra eum. Propter quæ non erat dubium, dictos Matthæum ejusque filios diversarum excommunicationum fore sententiis innodatos.

Præter hæc idem Matthæus & filii ejus obstacula præstiterant, ne nostri vel dilecti filii Bertrandi tit. Sancti Marcelli presbyteri Card. in illis partibus A. S. L. nuntii civitatem Mediolanensem, vel terras & loca prædicta, seu territoria possent ingredi eorundem, vel infra illa nostras vel ejusdem legati deferre literas, ac quoscumque nuntios capi, incarcerari, & frequenter occidi crudeliter faciendo. Nec adhuc idem Matthæus contentus, quod ipse in profundum malorum demersus præceps abierat, sed laborans, ut alios secum traheret in ruinam, devotos ejusdem ecclesiæ a devotione ipsius avertere, & indevotos, ne ab erroris invio ad vitæ viam & devotionem redirent ejusdem ecclesiæ, impedire viis & modis omnibus, quibus poterat, conabatur: immo ut contra dictam ecclesiam & fidem catholicam execrabilius posset suam nequitiam exercere, cum schismaticis confœderationem & colligationem inivit. In provincia etiam Lombardiæ, ac circum adjacentibus locis, & partibus seminavit discordias, guerras movit, fructum pacis subvertens, scandalis & sciſſuris in tantum, quod ecclesiarum prælati, propter ejusmodi pressuras, & scandala multipliciter impediti, personas ecclesiasticas suarum civitatum & diœcesum, & alios eorum subditos non poterant visitare, nec corrigendos corrigere, nec illis proponere verbum Dei, aliaque spiritualia gerere, quæ exige-

Digitized by Google

gebat officium paſtorale. Ex quibus profecto pullularunt & pullulant in illis partibus hæreſes, creverunt ſchismata, diminutus eſt cultus divinus, fidelium animæ perditioni fuerunt expoſitæ, corpora patuere periculis & malis innumeris licentia præſtita; & ſcandala ſuſcitata fuere: propter quæ ſic licentioſe per dictos Matthæum ejusque filios adverſus Deum & eccleſias, & fidem Catholicam perpetrata, & alia quæ ſequuntur, habebantur graviter, nec indigne, ſuſpecti de labe hæreticæ pravitatis.

Notum eſt enim in partibus Lombardiæ, quod ejusdem Matthæi paterni avus & avia, dum vivebant, fuerunt habiti de memorata pravitate ſuſpecti: quinimmo propter hujusmodi labem peſtiferam eadem avia, judicio Eccleſiæ de hæreſi condemnata, tradita fuit flammarum incendio per judicium ſeculare. Communis etiam in partibus illis habet notitia, idque fama publica manifeſtat, quod quondam Manfreda mulier de Mediolano, dicti Matthæi ex linea materna propinqua, labe reſperſa pravitatis ejusdem, in perſona cujusdam, quæ Guillelma nomine vocabatur, Spiritum Sanctum aſſeruit incarnatum, ipſamque Guillelmam a Deo aſſumptam mirabiliter extitiſſe: poſt quæcum ſuper his, ac diverſis aliis articulis, hæreſim ſapientibus manifeſte, per inquiſitores pravitatis ejusdem tam contra eas, quam nonnullas alias credentes ipſarum, fuiſſet veritatis certitudo comperta, Manfreda & Guillelma prædictæ traditæ fuerunt judicio ſæculari, & demum ignis incendio concrematæ. Et quia inter alios credentes ipſarum præfatus Galeatius culpabilis fuit repertus, inquiſitores ipſi propter hoc caprivarunt & detinuerunt eundem: licet poſtmodum per ejusdem Matthæi potentiam coacti minis & terroribus eum duxerint dimittendum. Item quoque Matthæus in tantum exorbitabat a fidei Catholicæ veritate, quod carnis reſurrectionem negabat.

Cum ex præmiſſis præfati Matthæus & filii ejus ſe Dei adverſarios manifeſtos, & fidei Catholicæ corruptores patenter oſtenderent, inceſſanter deteriora prioribus committentes; nos conſiderantes attentius, quod non expediebat, quod tam horrendorum ſcelerum in ſuccedentia temporum ſecula ſine recordatione vindictæ memoria deferretur, venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Mediolanenſi, & dilectis filiis inquiſitoribus hæreticæ pravitatis in provincia ſuperioris Lombardiæ, noſtris dedimus literis in mandatis, ut ipſi, vel duo aut unus eorum contra præfatos Mattheum, Galeatium, Marcum, & alios præfati Matthæi filius ejusdem hæreſis fultos labe, quoad ea, quæ præmiſſa contingebant & alia, de quibus poterat haberi veriſimilis ſuſpicio contra eos, juxta formam canonum, & prout alias eis ex officio inquiſitionis contra hæreticos competebat, procedere cum omni diligentia procurarent. Qui ſuper præmiſſis earundem literarum noſtrarum forma ſervata, diligentius inquirentes, ac comperto legitime prænominatos Matthæum, Galeatium, Marcum, & alios ejus filios ſæpedictos de prædicta labe reſperſos; primo dictum Matthæum, & deinde Galeatium, & ſubſequenter Marcum Luchinum, Joannem & Stephanum natos ejusdem Matthæi legitime convictos de hæreſi, juxta formam canonum auctoritate noſtræ commiſſionis hujusmodi, & prout alies eis ex officio inquiſitionis contra hæreticos competebat, per diverſas ſententias diffinitivas ſucceſſive prolatas decreverunt & judicaverunt hæreticos manifeſtos: eosque de hæreſi condemnarunt, ipſorum bona omnia, mobilia & immobilia, jura, jurisdictiones, & quæcumque alia ubicumque eſſent, & quibuscumque nominibus cenſerentur, per easdem ſententias confiſcando, & confiſcata declarando: nonnullis aliis pœnis in præfatos Matthæum, Galeatium & Marcum, & alios ejusdem Matthæi filios & nepotes legitime promulgatis, prout in proceſſibus & ſententiis, per dictos Archiepiſcopum & inquiſitores ſuper his habitis & probatis, plenius continetur.

Cum autem, poſtquam idem Matthæus, in obſtinata pravitate deficiens, infeliciſſimæ mortis perſolvit occaſum, dicti Galeatius, Marcus, Luchinus, Joannes & Stephanus hæretici manifeſti ſecundum obſtinatam nequitiam & cor impœnitens eorundem, absque erubeſcentia ſcelerum, dura facie, & indomabili mente velut domus exaſperans adverſus Deum & Romanam Eccleſiam & orthodoxam fidem ſemper damnabilius & contumacius intumeſcant; pervictricis crucis ſuffragium de fratrum noſtrorum conſilio contra dictos hæreticos, eorumque fautores, adjutores, conſiliarios & valitores quoscumque eisque quomodolibet adhærentes, vel parentes eisdem, & eos, qui eisdem hæreticis impendent auxilium, conſilium, vel favorem, vel adhærebunt, aut parebunt eisdem; providimus in virtute Altiſſimi inſurgendum, ac univerſos Chriſti fideles ad tollendum de fidelium medio infideles eosdem & incredulos, ac ſubverſores Catholicæ fidei de Catholicorum gregibus extirpandos, donis ſpiritualibus invitandos, ut Dei cauſam fideique negotium tanto aſſumant ferventius, & animo ſuis perſequantur, quanto ſalutis æternæ clypeo communiri hujusmodi perſecutionis eventum poterunt ſecurius experiri. Ideoque nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, illa quam nobis, licet inſufficientibus meritis, Deus ligandi atque ſolvendi contulit, poteſtate, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui contra dictos Galeatium, Marcum, & Luchinum, Joannem & Stephanum ejusdem Matthæi filios, rebelles, hæreticos, excommunicatos, Dei adverſarios & hoſtes apertos, perſecutores & inimicos Eccleſiæ manifeſtos, ac quos libet adhærentes, vel parentes eisdem; nec non contra eos, qui in poſterum in hujusmodi hæretica pravitate, & excommunicatione durantibus impendent auxilium, conſilium vel favorem, vel adhærebunt, aut parebunt eisdem, proceſſerint. Illam ſuorum, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, concedimus veniam peccatorum quæ proficiſcentibus in terræ ſanctæ ſubſidium concedi per ſedem Apoſtolicam conſuevit, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum &c. Datum Avinione X. Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno VIII.

Digitized by Google

XIII.

Instrumentum Treugæ, quam Commune Cremonense cum Domino Gregorio de Summo confecit, d. d. 15. Mart. An. 1329.

ANno ab Incarnatione D. N. Jesu Christi MCCC XXIX. Indictione tertia decima, die XV. mensis Martii, super Pallatio veteri Communis Cremonæ, præsentibus Dominis Ponzino de Ponzonibus milite, Oldofredo de Piperariis, & Maphino de Cleraschis, ac pluribus aliis testibus ibi rogatis. Congregato Consilio centum habentium bayliam super negotiis communis Cremonæ super Pallatio veteri communis sono campanæ, & voce præconia, ut est moris, de mandato nobilis militis D. Guidonis de Camilla, pro Imperatoria Majestate Vicarii civitatis, & districtus Cremonæ. In quo consilio erant DD. Proconss. ac Sapientes, & quinquaginta Consiliarii secundum formam statutorum prædictus D. Vicarius cum prædict. Proconss. Sapientib. & Consiliariis & ipsi Proconss. Sapientes, & Consiliarii, cum eo sibi adinvicem præstantes consensum, nomine, & vice communis Cremonæ, & omni modo, jure & forma quibus melius potuerunt, fecerunt, & firmaverunt, cum nob. & potenti viro D. Gregorio de Summo, treguam bonam, & legalem, secundum capitula infrascripta. Primo quod aliquæ personæ alicujus conditionis, stantes & habitantes in civitate Cremonæ vel Terris districtus Cremonæ, obedientes Communi Cremonæ, vel inde se moventes, non possint, nec debeant dare damnum ultra Padum, in districtu Cremonæ, seu Territorio, intra flumina Tarri, & Lardæ, aliquibus personis nec rebus; Et e converso quod aliquæ personæ cujuscunque conditionis existant, stantes, & inhabitantes, in Plebe Altisvillarum, seu ibi reducentes, vel in aliquibus aliis locis, vel Terris existentibus ultra Padum, in Territorio Cremonæ, intra flumina Tarri, & Lardæ, vel inde se moventes, non possint transire citra Padum, nec dare aliquod damnum aliquibus personis, in personis, nec rebus, in civitate Cremonæ, nec Episcopatu, nec in districtu Cremonæ. Item quod liceat libere, & impune omnibus, & singulis personis stantibus, & habitantibus, seu se reducentibus in Plebe Altisvillarum, vel Terris, seu locis positis in Territorio Cremonæ ultra Padum, intra dicta flumina Tarri, & Lardæ, navigare per flumen Padi cum personis, & rebus, intra prædicta flumina, dummodo non possint, nec debeant descendere nec exire de navibus citra Padum in aliqua parte. Et e converso quod liceat omnibus, & singulis personis libere, & secure stantibus, & habitantibus, seu se reducentibus in civitate Cremonæ, vel Terris obedientibus communi Cremonæ, vel inde se moventibus, navigare per flumen Padi cum personis, & rebus ad eorum liberam voluntatem, dummodo non possint, nec debeant descendere, nec exire, de navibus ultra Padum in aliqua parte intra prædicta flumina Tarri, & Lardæ; Eo salvo quod aliqua persona non audeat navigare a pratis de Malumbris infra, nec a bucca Tarri supra per flumen Padi sine licentia dicti D. Gregorii, salvo & addito dicto capitulo. Quod omnes, & singulæ personæ stantes, & habitantes, & reducentes se in civitate Cremonæ, & obedientes dicto communi Cremonæ possint, & eis licitum sit navigare, ire, & redire per Padum, intra dicta flumina Tarri, & Lardæ cum personis, absque eo quod teneantur habere licentiam navigandi a dicto D. Gregorio secundum quod in dictis capitulis continetur, dum tamen ex ipsis navibus cum quibus ita navigarent non sint, nec conducantur aliquæ res, de quibus solvi debeat aliqua Gabella; Faciendo promissionem D. Ponzino de Ponzonibus cum quatuor de melioribus civitatis Cremonen. prout ei videbitur convenire, quod per ipsos existentes in ipsis navibus non fiet, nec conducetur aliquid contra capitula dictæ Treguæ. Item quod Terra Sabloneta, & homines ibi habitantes, & Casalis maioris, & Martignanæ, & aliarum Terrarum existentium a Sabloneta citra possint, & eis liceat esse addictam Treguam. Et quod dictus D. Gregorius possit habere, & tenere homines, qui sint laboratores terrarum in Terra Sabloneta, qui possint laborare Terras quas habet ibi dictus D. Gregorius sine aliquo impedimento communis Cremonæ, nec subjectorum dicti communis, nec hominum Sabloneta. Item quod homines stantes, & se reducentes in Castro Plebis, seu Terris obedientibus ipsi D. Gregorio ultra Padum in Territorio Cremonæ, possint, & eis liceat ascendere, & descendere, stare, & habitare, & laborare Mezaninos sitos in flumine Padi, ad eorum liberam voluntatem. Et quod aliqui stantes, habitantes, seu se reducentes in civitate, seu districtu Cremonæ, non audeant dictos Mezaninos ascendere. Item si accideret aliqua damna in personis, & rebus dari, vel inferri contra capitula dictæ Treguæ, quod pars quæ dederit dictum damnum, seu damna, seu pro cujus parte data fuerint ipsa damna, teneatur infra decem dies numerandos a die notificationis factæ de ipsis damnis, emendare, & restituere in totum ipsa damna, parti quæ passa fuerit, ipsa, seu illis personis quæ sustinuerint, vel receperint ipsa damna, vel malefactores qui dederint ipsa damna dare in fortiam parti passæ damna prædicta & nihilominus dantes damna hinc inde possent licite, & impune offendi realiter, & personaliter per illum, seu illos de illa parte cui darentur ipsa damna. Item quod dicta Tregua duret, & durare habeat usque ad sex annos proxime venturos: Salvo semper præcepto D. Romani Imperatoris, seu ejus Vicarii in Lombardia, quod præceptum notificari debeat per unum mensem ante, dicto D. Gregorio antequam rumpatur ipsa Tregua. Et e converso per ipsum D. Gregorium communi Cremonæ notificari debeat. Item quod dictus D. Gregorius possit mandare boves suos, & homines ad nemora Columbæ ad suam liberam voluntatem semel, & pluries sine periculo averis, & personarum pro accipiendo lignamina sibi necessaria, & opportuna, & quod homines stantes, & habitantes in Terra Plebis, vel in Terris quæ sunt inter Lardam, & Tarrum, obedientes ipsi D. Gregorio, possint cum personis, & rebus ipsorum propriis sine aliquibus mercatoribus conductis per Padum, ire libere, & secure ad eorum liberam voluntatem ad Castrum Florenzolæ, & de dicto Castro

Digitized by Google

ſtro redire ad Caſtrum Plebis, ad eorum liberam voluntatem ſemel, & pluries, taliter quod offendi non poſſint, nec debeant per homines Cremonæ, nec obedientes communi Cremonæ, nec habitantes, nec ſe reducentes in Cremona, dummodo non dent, nec faciant aliquod damnum in nemoribus hominum civitatis, & diſtrictus Cremonæ exiſtentibus ad mandata ipſius communis. Item quod per commune, & dictum D. Gregorium fiant promiſiones, & ſecuritates de prædictis omnibus, & ſingulis pactis, & capitulis attendendis et obſervandis.

XIV.

Breve Johannis P. P. XXII. ad Azonem de Vice-Comitibus, Rectorem Mediolani, quo eum ad ſinum Eccleſiæ reducem in bono propoſito confirmat, d. d. 6. Id. Novembr. Anno 1329.

Joannes, &c. Azoni de Vicecomitibus rectori Mediolani.

PRofecto, niſi Spiritus ille, a quo te motum credimus, ut derelicto devio, in quo currendo ad inferos properabas, ad regalem viam, quæ ad regnum ducit perpetuum, greſſus tuos dirigeret, ſpem nobis firmiorem, quam tua opera tribuiſſent, ſpes de ſalute tua concepta a noſtro prorſus animo excidiſſet. Sed ſpiritus ille, cujus perfecta ſunt opera, in ſpe illa nos firmos tenuit, quod in cœptis debeas perſiſtere, ac ea perducere ad effectum. Cogita igitur, fili, & recogita diligenter in quo ſtatu fueris, & ad quem te converteris: & attende, quod nemo ponens manum ad aratrum, & retro reſpiciens aptus eſt regno Dei. Memorare inſuper quales ſucceſſus habuerint hæretico Bavaro adhærentes, & quod facis fac citius, in luceque ſtude conceptus tuos deducere, qui diu latuerunt in tenebris. Ne locum des dæmonibus, eorumque membris, ne concepta valeant impedire. Quod ſi feceris, aſſiſtet tibi Altiſſimus, & proſperabuntur, ipſo faciente, qui peccatorum converſionem expectat miſericorditer & ſalutem deſiderat, ut firmiter credimus, facta tua: aliter expectare non absque formidine convenit finem illum, quem non converſi fuerunt his diebus preteritis (a quo tamen te præſervet Dominus) aſſecuti. De illis autem tuis operibus, quæ ſpei noſtræ de tua converſione videbantur prima facie obvia, nuntii tui prædicti præſentium bajuli referre tibi poterunt aliqua oraculo vivæ vocis. Gratia Dei ad ea, quæ ſibi ſunt placida, in his & aliis dirigat mentem tuam, Amen. Datum Avin. VI. id. novembris anno XIV.

XV.

Mandatum Johannis, Epiſcopi Novarienſis, ac Luchini, fratris ejus, filiorum Matthæi de Vice-Comitibus, Rectoris Mediolani, datum Procuratoribus ipſorum ad Benedictum P. P. XII. miſſis, ut ſedi Apoſtolicæ eorum nomine fidem præſtarent ligiam, d. d. 28. Octobr. Anno 1339.

IN Chriſti Nomine. Amen. Pateat univerſis hoc inſtrumentum inſpecturis, quod reverendus in Chriſto Pater Dominus Joannes DEI & apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Novarienſis & comes ejusque civitatis & diſtrictus dominus generalis, & magnificus miles Dominus Luchinus frater ejus filii quondam magnifici militis Matthæi vicecomitis de Mediolano, civitatum & diſtrictuum Mediolani, Pergami, Brixiæ, Cremonæ, Placentiæ, Laudæ, Cumarum & Vercellarum, nec non Cremæ, Burgi S. Donnini, Sonzini, Martinegni, Caſtri novi Buceaduæ & Caravazii caſtrorum diœceſis, Parmæ, Cremonæ, Pergami & Placentiæ, domini generales in mei Notarii publici & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, ſua mera libera & ſpontanea voluntate, ac cætera ſcientia fecerunt atque conſtituerunt, & creaverunt ſuum verum & legitimum procuratorem, actorem, factorem, negotiorum geſtorem, & nuntium ſpecialem providum & diſcretum virum Guidolum de Calice, filium quondam domini Benedicti civem Mediolanenſem, præſentem ac in ſe onus procurationis hujusmodi ſuſcipientem, ad comparendum, ac ſeſe devote & humiliter ipſorum dominorum Joannis & Luchini nomine præſentandum coram Sanctiſſimo in Chriſto patre & Domino, Domino Benedicto, divina providentia Papa XII. ac ſacro collegio reverendorum patrum Dominorum Cardinalium S. R. E. tam in conſiſtorio publico & privato, quam in camera & aliis quibuscunque locis, de quibus & quotiescumque pro infra Scriptis perficiendis & complendis opus fuerit: & ad exponendum reverenter coram eis devotam & debitam ſubjectionem, & filialem devotionem, & ſincerum ac verum affectum, quo iidem Domini Joannes & Luchinus ad dictos ſanctiſſimum patrem & dominos Cardinales & Romanam Eccleſiam gerunt, habent, & conſtanter diſponunt & volunt gerere in futurum: ac ipſos dominum Joannem & Luchinum, & ſubditos ſuos, nec non civitates & caſtra prædicta, & alias terras quaslibet & loca, ſub eorum regimine & jurisdictione conſiſtentia, & poſſe ipſorum Dominorum Joannis & Luchini eiisdem Dominis, Summo Pontifici & Cardinalibus, & ad eorum obedientiam & mandatum & beneplacita totaliter offerendum, ac ſe & ipſas tanquam veros & fideles Sanctæ Romanæ eccleſiæ filios, ſubditos, & devotos: & ut hujusmodi devotionis, ſubjectionis, & ſinceritatis affectus ipſis Domino ſummo Pontifici & Cardinalibus clarius liqueat, ad promittendum ipſorum Dominorum Joannis & Luchini nomine, ac jurandum in animas ipſorum, quod ipſi Domini Joannes & Luchinus ſunt, erunt, & permanebunt devo-

Digitized by Google

devoti ſubditi, obedientes, & fideles, præfato Domino ſummo Pontifici & ſucceſſoribus ejus canonice intrantibus, ſicut Chriſti vicariis, & eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, velut veri ſubditi & Catholici Chriſtiani.

Et ad confidendum & firmiter aſſerendum, quo ſupra nomine, ac jurandum, quod ipſi Domini Joannes & Luchinus non credunt nec crediderunt, quod ſpectat ad Imperatorem Papam deponere & alium facere; ſed reputant taliter credere errorem nefandum & abominabilem, & hæreſin per Eccleſiam damnatam, quam & ipſi Domini Joannes & Luchinus, quantam ad eos ſpectat, anathematizant ſecundum determinationem Eccleſiæ. Et ad promittendum & jurandum, quo ſupra nomine, & in animas ipſorum Dominorum Joannis & Luchini, quod ipſi Domini Joannes & Luchinus non adhærebunt Ludovico de Bavaria damnato, nec alicui Antipapæ, vel ſchiſmatico, nec eorum ſequacibus, vel complicibus, nec eis ſcienter dabunt auxilium, conſilium, vel favorem, directe vel indirecte, publice vel occulte; nec eos ſcienter receptabunt in terris, eorum dominio vel jurisdictioni ſubjectis, vel ſubjiciendis, quousque ad Eccleſiæ Romanæ redierint unitatem & gratiam: quodque aliquem, qui veniret ad partes Italiæ ſub nomine Imperatoris, aut Regis Romanorum, vel adminiſtratoris Imperii, vel Regis Romanorum prædicti quovis titulo vel nomine pro eo, non receptabunt in terris prædictis, nec ei ut tali adhærebunt, favebunt, vel obedient in aliquo, niſi prius fuerit per Romanam Eccleſiam approbatus. Et ad promittendum prædicto nomine & jurandum, quod iidem Domini Joannes & Luchinus de civitatibus, villis, caſtris, & locis, ac terris, eorum jurisdictioni & adminiſtrationi ſubjectis vel ſubjiciendis, expellere & exterminare ſtudebunt pro viribus bona fide univerſos hæreticos ab Eccleſia, de hæreſi denotatos & denotandos, ac ſchiſmaticos manifeſtos. Et nihilominus ad promittendum, quo ſupra nomine, ac jurandum, quod ipſi Domini Joannes & Luchinus nuntios & gentes præfati Domini ſummi Pontificis & ſucceſſorum ſuorum, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per civitates, caſtra, villas, terras, & loca hujusmodi, dictorum dominorum Joannis & Luchini jurisdictioni & adminiſtrationi ſubjecta & ſubjicienda, tranſeuntes curialiter recipient & tractabunt, ac recipi et tractari facient, ipſosque protegent & defendent bona fide.

Ac inſuper ad promittendum & jurandum, quo ſupra nomine, quodſi quæ eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ forent & detinerentur ſpoliatæ in civitatibus, caſtris, villis, terris, & locis prædictis per ipſos, vel aliquos eorum ſubditos, bonis vel rebus immobilibus eorum, perſonas ipſas reſtituent, & reſtitui facient de plano ſine ſtrepitu judicii & figura in ipſis eorum bonis & juribus ac rebus; & eas facient in illis pacifica poſſeſſione gaudere, ac reſtitutas defendent, quantum ad ipſos tanquam rectores ſpectabit: quodque ſi aliquæ eccleſiæ ſeu eccleſiaſticæ perſonæ conquerentur, ſe fore bonis mobilibus ſpoliatas per ipſos Dominos Joannem & Luchinum, vel prædeceſſores aut ſubditos ſuos coram præfato Domino ſummo Pontifice, ſeu illo cui hoc duxerit ommittendum, juri parebunt ſine ſtrepitu judicii & figura, vel concordabunt amicabiliter cum eccleſiis & perſonis taliter ſpoliatis.

Ad promittendum quoque ac jurandum, quo ſupra nomine, & in animas prædictorum Dominorum Joannis & Luchini, quod ipſi Domini Joannes & Luchinus omnes eccleſias & eccleſiaſticas perſonas regulares & ſeculares civitatum, caſtrorum, villarum & terrarum, & locorum prædictorum, ſeu jurisdictioni & adminiſtrationi ſubjectorum; & ſubjiciendorum in futurum, gaudere permittent, nec impedient quominus gaudere poſſint omnibus ſuis redditibus, proventibus, obventionibus, juribus, & libertatibus univerſis in hujusmodi civitatibus, caſtris, villis, terris, & locis, eorumque diſtrictibus, quantum in eis erit & eſſe poterit, modo aliquo ſive forma; nec eccleſias & perſonas ipſas impedienti dabunt auxilium, conſilium, vel favorem, per ſe vel alium, ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, niſi eſſent ſui injuſti & notorii inimici vel rebelles ſui vel communium, civitatum, caſtrorum, terrarum, & locorum hujusmodi injuſte exiſterent. Item ad promittendum dicto nomine, ac in animas ipſorum dominorum Joannis & Luchini jurandum, quod ipſi Bononienſem & Ferrarienſem civitates ac eorum diſtrictus, et quascumque alias civitates, caſtra, terras, et provincias, diſtrictus, comitatus, et loca ac jura quælibet ad dictam Romanam eccleſiam pertinentia, vel quæ nomine ipſius Eccleſiæ, vel Domini noſtri ſummi Pontificis reguntur, aut ipſorum aliquem vel aliquod; nec non communitates eorum et ſingulares perſonas eccleſiaſticas vel ſeculares eorundem, vel alia, in quibus præfatus Dominus ſummus Pontifex vel eccleſia Romana jus habuerit, qualiacumque ſint, et in quibuscumque conſiſtant, per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, non invadent, capient, uſurpabunt, impedient, vel deprædabuntur in toto, vel in aliqua parte; nec talia facientibus dabunt ſeu præſtabunt ſuccurſum, auxilium, vel favorem: nec eis in perſonis vel rebus eorum irrogabunt injurias vel offenſas ſine Romani Pontificis ſpeciali licentia, vel mandato.

Et nihilominus ad promittendum præfatis dominis ſummo Pontifici et Cardinalibus ipſorum dominorum Joannis et Luchini nomine bona fide, quod ipſi Domini Joannes et Luchinus dacia, gabellas, aut collectas, ſeu pedagia, vel alia onera non imponent indebite, nec contra jura aliquibus eccleſiis vel eccleſiaſticis perſonis, nec impoſita exigent directe vel indirecte, publice vel occulte, nec ea imponentibus ſive exigentibus dabunt auxilium, conſilium, vel favorem; ſed ipſas eccleſias et perſonas eccleſiaſticas in ſuis juribus et libertatibus conſervabunt. Ac inſuper ad promittendum, et offerendum, dandum et ſolvendum eorum nomine, ac pro eis, præfatis Dominis Summo Pontifici et Cardinalibus Romanæ eccleſiæ pro emenda pro omnibus et ſingulis damnis et injuriis, quæ legatis, nuntiis, et gentibus dictæ Romanæ eccleſiæ per ipſos Dominos Joannem et Luchinum, et progenitores et agnatos ſuos, ſequaces, fautores, et auxiliatores

eorum

Digitized by Google

eorum illata, et irrogata dicerentur quomodolibet usque ad præsentem diem, quinquaginta millia florenorum auri boni et justi ponderis et cunei Florentini, solvendorum ipsi Romanæ ecclesiæ in Romana Curia, ubicumque fuerit, in terminis quos ad hoc præfatus Dominus summus Pontifex ordinabit: et pro hujusmodi quinquaginta millibus Florenis solvendis in terminis, præfatos dominos Joannem et Luchinum ac hæredes et successores eorum et bona eorum mobilia et immobilia, præsentia et futura, præfatis dominis, dominis Summo Pontifici et Cardinalibus ac Romanæ Ecclesiæ obliganda, et fidejussores idoneos propterea eis dandum, ac promissionem atque obligationem hujusmodi omnibus pœnis, stipulationibus, solemnitatibus, et obligationibus realibus et personalibus, et cautelis, ac juramento, ipsorum Dominorum Joannis et Luchini nomine et in eorum animas præstando vallandum, ipsosque dominos Joannem et Luchinum ac hæredes ac successores eorum pœnis et sententiis quibuscumque spiritualibus et temporalibus, de quibus præfato Domino summo Pontifici placuerit, occasione solutionis hujusmodi quinquaginta millium florenorum integraliter faciendæ, et alia faciendum, quæ circa hoc eidem Domino nostro visa fuerint.

Item ad devtionem et subjectionem ipsorum dominorum Joannis et Luchini erga dictum dominum summum Pontificem et Romanam ecclesiam ostendendam, et ad recognoscendum et confitendum dictorum Dominorum Joannis et Luchini nomine, et pro eis et jurandum in animas eorum, ipsos Dominos Joannem et Luchinum, civitatem Mediolanensem et districtum tenere et debere tenere, Imperio Romano vacante, a præfato Domino, Domino summo Pontifice, sede Apostolica, et Romana ecclesia, ut a Dominis et superioribus, et ut ab illis ad quos, ipso vacante Imperio, sicut nunc vacat, regimen, dispositio, administratio, et gubernatio ejusdem imperii pertinent et pertinere debent: ac Dominos Joannem et Luchinum, hæredes, et successores prædictos illos civitatem et districtum ipsorum Domini summi Pontificis et successorum suorum, ac Romanæ ecclesiæ nomine, et sub eorum dominio et potestate, dicta imperii vacatione durante, velle, tenere, et etiam gubernare; salvis tamen juribus, libertatibus et privilegiis, dictis civitati Mediolanensi et districtui, nec non eisdem dominis Joanni et Luchino, vel successoribus suis, vel aliis quibuscumque in eis competentibus quovis modo: et super iis et aliis, de quibus præfato procuratori videbitur, protestandum; et specialiter quod ipsi domini Joannes et Luchinus, vel eorum successores pro hujusmodi confessione et recognitione civitatum et districtus earum ad solutionem alicujus census nullatenus teneantur. Ac promittendum prædicto nomine et jurandum, quod ipsi domini Joannes et Luchinus, ac hæredes et successores sui prædicti civitatem et districtum prædictos, eadem Imperii vacatione durante, ipsorumque civitatis et districtus personas fideliter regent et gubernabunt in bono statu, æquitate et justitia juxta posse ipsorum. Et nihilominus ad præstandum ipsorum dominorum Joannis et Luchini nomine, et in animas eorum pro civitate et districtu Mediolanensi prædictis præfato Domino summo Pontifici, et Romanæ ecclesiæ illud fidelitatis cum omnibus capitulis ad Sancta Dei evangelia manu tacta corporaliter juramentum, et per ipsos Dominos Joannem et Luchinum observandum, ad quod ipsi Domini Joannes et Luchinus tenerentur Imperatori Romanorum legitimo, seu Romano Impetio pro eisdem. Item ad supplicandum domino Summo Pontifici prælibato reverenter ipsorum dominorum Joannis et Luchini nomine, ut ipsi dominus noster rectoriam et gubernationem civitatis, comitatus et districtus Mediolanensis, et personam earundem cum mero et mixto imperio, ipsa imperii vacatione durante, sine promissione, solutione, aut oblatione alicujus census vel servitii, eisdem summo Pontifici, et Romanæ ecclesiæ faciendi, auctoritate Apostolica concedere et committere dignetur, gerendas per eos et successores suos, hujusmodi vacatione durante, etc. Acta fuerunt hæc Mediolani, anni Domini MCCCXXXIX. indictione VIII. die Jovis XXVIII. Mensis Octobris.

XVI.

Bulla Benedicti Papæ XII. qua Joanni, Episcopo Novariensi ac Luchinosi fratri ejus, filiis Matthæi de Vice-Comitibus, Imperio Romano vacante, Civitatem, Comitatum, atque districtum Mediolanenses nomine sedis Apostolicæ regendos atque gubernandos commisit, una cum Instrumento de Juramento fidelitatis a dictis Vice-Comitibus Sedi Apostolicæ præstito, d. d. 6. Aug. An. 1341.

In nomine Domini, Amen.

NOs Dei & Apostolicæ Sedis gratia Joannes Episcopus Novariensis, & Luchinus fratres de Vice comitibus in civitate, comitatu, & districtu Mediolanensi pro Domino nostro Domino Summo Pontifice & Sancta Romana Ecclesia Vicarii, visis, lectis, intellectis singulariter & distincte omnibus & singulis dictis, factis, potestatis, promissis, & juratis per Guidolum de Calice civem Mediolanensem Procuratorem & Syndicum nostrum, & nomine nostro coram Sanctissimo Patre, & Domino nostro Domino Benedicto divina Dei providentia Papa XII. & Sacro collegio Reverendorum Patrum Dominorum Cardinalium, ac eisdem Sanctissimo Patri Reverendis Patribus Dominis Cardinalibus, & eorum Sacro Collegio, nec non per ipsum Dominum Papam factis, concessis, datis, & impensis gratiose, juste, benigne, misericorditer, & clementer nobis & dicto Procuratori & Syndico nostro pro nobis juxta formam omnium & singulorum, quæ continentur.

Benedictus Episcopus servus servorum Dei.

Venerabili fratri Joanni Episcopo Novariensi & dilecto filio Luchino de Vicecomitibus de Mediolano

Digitized by Google

diolano militi, Vicariis noſtris, & S. R. E. in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolani Salutem. &c. Romana Eccleſia de cunctorum fidelium ſtatu proſpero, velut ſolicita mater, ſedulo ac vigilanter ſtudet, & libenter fidelibus ipſis omnibus viis, & modis, de quibus expedire cognoſcit, pacis, & tranquillitatis commoda materniæ affectionis diligentia procurare, quæ tunc recte proveniunt, cum fideles ipſi ſub æquitatis libra degentes providorum & utilium rectorum munimine fulciuntur. Sane dilecti filii Leo de Dugnano, Manfredus de Sazonibus Juris periti, Ambaſciatores veſtri, & nuncii, ac Guidolus de Calice, natus quondam Benedicti, cives Mediolanenſes, procurator per vos ad infraſcripta ſpecialiter ordinatus, prout conſtat quodam publico inſtrumento manu tabellionis publici confecto, cujus tenor de verbo ad verbum præſentibus annotari fecimus, pro infraſcriptis ad ſedem Apoſtolicam ſpecialiter deſtinati, in noſtra & fratrum noſtrorum ejusdem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium præſentia conſtituti, nobis reverenter expoſuerunt ſinceræ devotionis fervorem & reverentiam filialem, ac fidelitatis zelum, quos ad nos & ſedem Apoſtolicam habere noſcimini, & conſtanter diſponitis, gerere in futurum; quodque vos in omnibus diſpoſuiſtis, et diſponitis totaliter noſtris, et ejusdem ſedis mandatis, et beneplacitis conformare, ac Civitates, terras, et loca de præſenti ſub regimine, ſeu jurisdictione veſtris exiſtentia in unitate et tranquillitate et pace gubernatis et regitis, et perſonas diſcordes ipſorum ad concordiam reduxiſtis, et eas gubernare, et regere in juſtitia et æquitate ad honorem noſtrum et ejusdem Romanæ Eccleſiæ, ac Romani Imperii diſponitis in futurum, et ad majorem evidentiam devotionis et filiationis hujusmodi erga nos ad dictam Romanam Eccleſiam per effectum operis oſtendendam, idem procurator veſter procuratorio nomine veſtro, ſolemniter bona fide promiſit, prout extradita ſibi per vos poteſtate, quod vos dacia, gabellas, et collectas, pedagia, vel alia onera per vos, vel alium, ſeu alios non imponetis, nec imponi facietis Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis civitatis, comitatus et diſtrictus Mediolani, aliarumque civitatum auſtrorum, & locorum, comitatuum ac diſtrictuum eorundem ſub veſtro regimine exiſtentium, nec eadem pedagia, gabellas, collectas, & alia onera ab Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis hujus modi vel bonis earum exigetis, vel exigi facietis, aut permittetis directe, vel indirecte, publice vel occulte, nec ipſa imponentibus ſive exigentibus auxilium, conſilium, vel favorem præſtabitis, quin imo ipſas Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas in ſuis bonis, juribus, & libertatibus conſervabitis; quodque ſi contrarium fieret, teneamini Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis conquerentibus de ipſis impoſitionibus, ſive exactionibus hujusmodi daciorum, gabellarum, pedagiorum, ſive onerum reſtituere, ſeu reſtitui recepta, ac impoſitiones revocare, ſeu revocari facere celeriter, ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii alioquin poenas incurratis, tantum ſuper his a ſacris canonibus promulgatas; & quod judices Eccleſiaſticos non impedietis, nec impedire procurabitis, aut facietis, quo minus contra imponentes & exigentes hujusmodi procedant, & procedere valeant ad publicationem dictarum poenarum, & alias juxta canonica inſtituta, & nihilominus dictus procurator in animas veſtras prout a vobis ad hoc ſufficiens & ſpeciale mandatum habebat, promiſit juramento præſtito corporali, quod vos eritis, & permanebitis devoti, & obedientes & fideles nobis & Succeſſoribus noſtris canonice intrantibus, tamquam Chriſti vicariis, & Romanæ Eccleſiæ ſicut veri & Catholici Chriſtiani: & nihilominus idem procurator & Syndicus prædicto nomine confeſſus fuit, quod vos pro certo creditis & firmiter tenetis, quod non ſpectat ad Imperatorem Papam deponere, vel Papam facere, ac hæreticum reputatis aliter credere, & docere, ac hæreſin damnatam per Eccleſiam, quam & ipſe Syndicus veſtro nomine quantum ad eum ſpectat, anathematizavit & damnavit. Promiſit etiam præfatus procurator veſtro nomine ac juravit in animas veſtras, quod vos de civitate, comitatu & diſtrictu prædictis ac univerſis aliis civitatibus, caſtris, villis, & locis eorumque comitatibus diſtrictibus veſtro regimini ſeu jurisdictioni ſubjectis, & ſubjiciendis in poſterum univerſos hæreticos ab Eccleſia de hæreſi denotatos vel denotandos, ac ſchismaticos manifeſtos pro viribus bona fide expellere ac exterminare curabitis, quousque ad Eccleſiæ redierint unitatem: proteſtans dictus procurator, quod ad illos, qui de fautoria vel hæreſi ſe injuſte, vel inique condemnatos conqueruntur, ſe hujusmodi, articulos non extendat, donec ſecundum ordinationem quam ſuper hoc facimus de his, quæ proponuntur, contra damnationes ipſas cognitum fuerit, & etiam definitum. Promiſit inſuper dictus procurator veſtro nomine ac juravit, quod vos Ludovico de Bavaria damnato per Eccleſiam, vel alicui Antipapæ, aut ſchismatico, ſeu eorum ſequacibus vel complicibus, aut quibusvis aliis de hæreſi vel fautoria ipſius per Eccleſiam denotatis prædictis, qui de injuſta condemnatione conqueruntur exceptis ac denotandis etiam poſterum ſcienter non adhærebitis, nec eis ſcienter dabitis auxilium, conſilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, nec eos ſcienter receptabitis in terris veſtro regimini vel jurisdictioni ſubjectis, vel ſubjiciendis, quo usque ad ejusdem Eccleſiæ redierint unitatem, & gratiam, & quod aliquem, qui accederet ad Partes Italiæ ſub nomine Imperatoris aut Regis Romanorum, ſive adminiſtratoris jurium imperii, vel Regni Romani, aut quemvis alium quovis titulo vel nomine pro eodem non receptabitis in terris prædictis, nec ei ut tali adhærebitis, niſi prius fuerit per ſedem Apoſtolicam approbatus, quodque vos Nuntios, & Gentes noſtras ad Succeſſorem noſtrum ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ per Terras hujusmodi tranſeuntes, vobis ſcientibus, curialiter recipietis & tractabitis, ipſoſque defendetis & protegetis bona fide. Rurſus præfatus procurator quo ſupra nomine, & ſub ejusdem juramenti debito promiſit, quod ſi quæ Eccleſiæ & Eccleſiaſticæ perſonæ ſint vel detineantur

Digitized by Google

tur ſpoliatæ in civitatibus, comitatibus, vel diſtrictibus præfatis per vos, vel aliquos veſtros ſubditos bonis, juribus, vel rebus immobilibus earum, ipſas Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas reſtituetis & reſtitui facietis ipſorum bonorum, rerum, & jurium pacifica poſſeſſione gaudere, quatenus ad vos tamquam noſtros Vicarios ſpectabit & ſpectabat, nihilominus ſi aliqua Eccleſia & Eccleſiaſticæ perſonæ bonis mobilibus conquerantur, ſe fore ſpoliatos per vos, vel ſubditos veſtros a tempore ceſſationis guerræ inter gentes dictæ Romanæ Eccleſiæ, & homines Civitatis Mediolani prædictæ, ſeu a tempore reconciliationis factæ de quondam Azone de Vicecomitibus Nepote veſtro, cum Eccleſia Romana prædicta, per felicis recordationis Joannem Papam XXII. Prædeceſſorem noſtrum vos & ſubditi veſtri prædicti ſuper his coram nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, vel aliis, quibus nos vel ſucceſſores noſtri duximus committendum, vel juri parebit, vel amicabiliter concordabitis cum Eccleſiis & perſonis taliter ſpoliatis. Ad hæc præfatus Guidolus procurator veſter promiſit veſtro nomine ſub debito præfati præſtiti juramenti, quod vos omni fraude, malitia, & dolo ceſſantibus, Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas univerſas ſeculares, & regulares civitatum, caſtrorum, comitatuum, & diſtrictuum prædictorum gaudere permittetis, nec impedietis, quo minus ipſæ gaudere poſſint omnibus ſuis bonis, & redditibus, proventibus, obventionibus, juribus & libertatibus univerſis in ipſis civitatibus, caſtris, comitatibus, & diſtrictibus, quantum in vobis erit, nec impedientibus dabitis auxilium, conſilium, vel favorem per vos, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, publice, vel occulte, niſi veſtri inimici notorii vel rebelles civitatum, caſtrorum, comitatuum, & diſtrictuum prædictorum exiſterent, quos in eis recipere & defendere non promittitis, niſi prius vobiſcum & cum civitatibus, caſtris, comitatibus, & diſtrictibus præfatis ad pacem & concordiam devenirent. Promiſit etiam dictus procurator veſtro nomine ac juravit in animas veſtras, ſicut ex prædicta tradita poteſtate poterat, quod vos Bononienſem & Ferrarienſem civitates, & earum diſtrictus & comitatus, & Marchiam Anconitanam, Romandiolam, Ducatum Spoleti, aut alias quascumque Provincias, civitates, caſtra, terras & loca, nec non jura, jurisdictiones, homines & bona quæcumque ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantia, ſeu quæ per vos & Eccleſiam prædictam, aut ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine reguntur, aut a nobis & Eccleſia prædicta tenentur, vel in quibus nos, & Romana Eccleſia jus habemus, qualiacunque ſint, & in quibus cunque conſiſtant, aut perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares eorundem, vel alicujus ipſorum per vos, vel alium, ſeu alios directe vel indirecte, publice vel occulte non afficietis injuriis, nec offendetis, aut illa ſubtrahetis, nec auferetis, nec invadetis, capietis vel occupabitis, aut uſurpabitis ſeu impedietis in aliquo, vel prædamini in toto vel in parte, nec talia facientibus, ſeu facere volentibus dabitis, ſeu præſtabitis ſuccurſum, auxilium, conſilium, vel favorem ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſalvo tamen, & adjecto, quod ſi commune, alicujus de provinciis, civitatibus, caſtris, villis, terris, & locis prædictis, quæ tenentur ſeu reguntur nomine Eccleſiæ Romanæ, clerum, commune, ſeu populum, civitatis, caſtrorum, terrarum & locorum ſub veſtro regimine conſiſtentium, vel eorum aliquod, ſeu perſona ſingularis, perſonam ſingularem, vel etiam e converſo aggrederentur primo, vel offenderent, ſeu hoſtes, & æmulos veſtros, vel ſuos ad eos offendendos receptarent liceat communi, ſeu ſingulari perſonæ, ſic offenſæ vel invaſæ, tam judicialiter, quam vim vi repellendo, cum moderamine inculpatæ tutelæ, prout tempus & facti qualitas exegerit, ſe ac bona ſua defendere ac tueri, ſic tamen, quod in provinciis, civitatibus, terris & locis prædictis, quæ, ut præmittitur, tenerentur, ſeu regerentur nomine Romanæ Eccleſiæ antedictæ, jus ejusdem Romanæ Eccleſiæ ac civitatum, terrarum & locorum, ipſorum, ſi quod eisdem in villis, vel eorum aliquo, aut hominibus eorundem vel alicujus ipſorum competit, quibus Eccleſiæ, ac civitatibus, caſtris, locis, & terris hujusmodi ejusdem Romanæ Eccleſiæ, vel ſub ejus regimine, aut gubernatione manentibus per præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum, non præjudicetur in aliquo, ſalvum ſemper ipſis Eccleſiæ, ac civitatibus & caſtris remaneat, & illæſum, nec per præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum quomodolibet, & cuiquam conceſſa, intelligat licentia ad offenſiones, invaſiones, ſeu congreſſus aliquos illicitos procedendi, ſed ſi vobis civitatibus caſtris, vel locis vobis objectis, vel ſubjiciendis in civitatibus, caſtris vel locis aut villis præfatis, quæ ut præfertur tenentur, ſeu reguntur nomine Romanæ Eccleſiæ memoratæ, vel ipſorum aliquo, aut eorum hominibus, vel alicujus eorundem jus aliquod competat, illud ſi velitis poſſitis per procuratorem, vel Syndicum apud Apoſtolicam ſedem per viam juſtitiæ proſequi, ubi vobis, & civitatibus ipſis miniſtrabitur juſtitiæ complementum, nec per hoc eidem juri intelligatur in aliquo derogatum. Nos igitur de hujusmodi veſtræ devotionis, ac fidelitatis affectu patris benevoli more gaudentes, ac bonum ſtatum, & proſperum ſtatum civitatis, comitatus, & diſtrictus Mediolanenſis, ac civium, & incolarum ipſorum propter devotionem ſinceram, quam cives & incolæ prædicti ad eandem Romanam Eccleſiam retro actis temporibus habuerunt, & eos habere debere ſperamus de bono in melius in futurum paternis ſtudiis intendentes, conſiderantes quoque, quod imperio prædicto vocante, & regimen, diſpoſitio, adminiſtratio & gubernatio ejusdem imperii ad nos, & ſedem Apoſtolicam pertinere noſcuntur, & propterea tam civitati, comitatui & diſtrictui Mediolanenſi prædictis & rectoribus utilibus prævidere, quod vos in devotione ac fidelitate hujusmodi non ſolum confirmare, ſed augere volentes, vos & quemlibet veſtrum in ſolidum in civitate, comitatu & diſtrictu Mediolanenſi prædictis, cum mero & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione temporali pro tranquillita-

Digitized by Google

te, pace, & bono ſtatu ipſorum, vicarios veſtros & ejusdem Romanæ Eccleſiæ quam diu vixeritis, imperio prædicto vacante de dictorum fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu libere, & abſolute ſine præſtatione alicujus cenſus, vel ſervitii nobis, ſeu eidem Romanæ Eccleſiæ propterea faciendi auctoritate Apoſtolica conſtituimus, & etiam ordinamus, ad gerendum in eis noſtro & ipſius Eccleſiæ Romanæ nomine Vicariatus officium per vos, & quemlibet veſtrum, quoad vixeritis dicta Imperii vacatione durante pro civium, & incolarum eorundem ſtatu tranquillitate & pace, & ſecundum juſtitiam exercendum, ita tamen, quod vos juxta formam inferius annotatam nobis noſtro & Succeſſorum noſtrorum, & Romanæ Eccleſiæ, ac Imperii prædictorum nomine fidelitatis præſtare teneamini juramentum, & illud etiam quod præſtare & obſervare teneamini Imp. Rom. legitimo ſeu Romano Imperio pro prædictis, nos enim vobis, & cuilibet veſtrum ipſa imperii vacatione durante diſponendi, ordinandi, ſtatuendi, faciendi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, exequendi, & hujusmodi merum & mixtum Imperium, & jurisdictionem temporalem omnimodam ratione prævia per vos, vel alium, vel alios quibus id committendum duxeritis in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi prædictis exercendi, & faciendi, quicquid ad Romanæ Eccleſiæ ac Imperii præfatorum honorem ſtatumque proſperum civium & incolarum prædictorum noveritis pertinere: contradictores quoque & rebelles quoties expedierit diſtrictione temporali, qua convenit compeſcendi auctoritate præſentium concedimus plenariam poteſtatem, ita tamen, quod tu frater Epiſcope, de his, quæ poenam ſanguinis concernere, ſeu contingere dignoſcuntur, per teipſum ſicut nec etiam tibi de jure competit, te nullatenus intromittas, & quia intentio noſtra eſt, ut unicuique ſua jura ſerventur, per præmiſſa vel eorum aliquod eidem Romanæ Eccleſiæ ac nobis & Succeſſoribus noſtris Imperatori legitimo & imperio prædictis, & juribus eorundem, ac vobis in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi prædictis, nec non libertatibus & immunitatibus ac juribus quibuscumque ipſi civitati, comitatui, diſtrictui & hominibus eorundem a quibusvis aliis quomodolibet competentibus nolumus derogari, ſed ea volumus in pleno robore permanere, quibus prædictum procuratorem, prout a vobis ſpecialiter in mandatis habebat, veſtro nomine cum gratiarum actionibus acceptatis, confeſtim idem procurator prædicto veſtro nomine prout ex ſpeciali per vos ſibi tradita poterat poteſtate confeſſus fuit, & recognovit vos vigore conceſſionis & commiſſionis hujusmodi civitatem & comitatum, & diſtrictum prædictos tenere imperio Romano vacante a nobis & ſede Apoſtolica ſupradicta, vosque, & quemlibet veſtrum, quoad vixeritis, illos noſtro & Eccleſiæ Romanæ ac Imperii prædictorum nomine ipſa Imperii vacatione durante velle tenere, regere, ac etiam gubernare, & nihilominus idem procurator veſtro nomine prout hoc a vobis ſpecialiter in mandatis habebat, nobis & Romanæ Eccleſiæ prædictæ pro præmiſſis illud fidelitatis in noſtra ac fratrum prædictorum præſentia ad Sancta Dei Evangelia manu tacta præſtitit corporaliter juramentum, ad quod pro nobis tenemini Imperatori Romano legitimo, & Imperio ſupradictis, ac promiſit veſtro nomine & juravit in animas veſtras, prout ex dicta poteſtate per vos ſibi tradita poterat, quod vos & quilibet veſtrum præmiſſa omnia, & ſingula per ipſum procuratorem nomine veſtro promiſſa, conventa, obligata, recognita, & jurata infra duorum menſium ſpatium a data præſentium computandum acceptabitis, ratificabitis, approbabitis, confirmabitis, & innovabitis ac jurabitis ad Sancta Dei Evangelia per vos corporaliter manu tacta, ea omnia & ſingula firmiter attendere, & inviolabiliter obſervare, ac facere obſervari, & non contrafacere in aliquo vel venire, & nihilominus, quilibet veſtrum juramentum fidelitatis præſtabit juxta dictam formam, præſentibus annotatam inferius confectis de his omnibus uno vel pluribus inſtrumentis publicis præſentium ſeriem continentibus per vos, nobis & ſedi prædictae poſt modum infra aliorum duorum menſium ſpatium prædictos duos immediate ſequentium transmittendis & realiter aſſignandis, quod ſi forſan præmiſſa omnia & ſingula per dictum veſtrum procuratorem recognita, promiſſa conventa, obligata & jurata ratificare, approbare, confirmare, & innovare, ac jurare omiſeritis, nec non inſtrumentum ſeu inſtrumenta publica ſuper his confectum ſeu confecta, ut præmittitur, nobis, & ſedi præfatae infra praedictum terminum non deſtinaveritis & realiter aſſignaveritis, volumus, quod conſtitutio & ordinatio per vos factæ vobis de Vicariatu hujusmodi in civitate, comitatu, & diſtrictu Mediolanenſi, in praefatis habeantur penitus pro non factis quodque ſi poſt ratificationem approbationem, confirmationem & innovationem hujusmodi per vos faciendas, vos contra praemiſſa, & jurata per eundem procuratorem veſtrum veſtro nomine de non favendo Ludovico de Bavaria, & ſequacibus ſuis & de non admittendo vel receptando aliquem, qui veniret ad partes Italiae ſub nomine Imperatoris, vel Regis Romanorum, aut Adminiſtratoris jurium imperii, vel Regni Romanorum, aut quemvis alium quovis titulo, ſeu nomine pro eodem in civitatibus, caſtris, villis, terris & locis, ac comitatibus & diſtrictibus praedictis, & de non favendo eisdem, ac de haereticis & eorum fautoribus & exterminandis illis, qui ſe de haereſi, vel fautoria ejus ſe injuſte vel inique ut praemittitur aſſerunt condemnatos, exceptis ac de terris bonis & juribus ejusdem Romanae Eccleſiae non invadendis nec etiam occupandis, quoquomodo faceretis, vel veniretis, vel vos & quemlibet veſtrum alias praemiſſa omnia, & ſingula eundem procuratorem veſtro nomine recognita promiſſa, conventa, obligata, & jurata non obſervaveritis cum effectu, aut contra ea vel ipſorum aliquid feceritis ſeu veneritis quoquomodo, vos ſeu illum ex vobis, qui in praemiſſis culpabilis fuerit & excommunicationis ſententen-

Digitized by Google

tentiam incurrere volumus ipso facto, & nihilominus aliis pœnis & sententiis propter favorem haereticorum & fautorum suorum, si in hoc deliqueritis subjaceatis, quae contra fautores haereticorum, & taliter delinquentes a sacris canonibus inflictae sunt, & prolatae, quodque nos & Successores nostri propterea contra vos & quemlibet vestrum alias possimus procedere, prout nobis & ipsis nostris successoribus placuerit, & videbitur expedire. Vos igitur civitatem, comitatum, & districtum Mediolanensem praedictos personas ipsorum vestro ut praefertur commissos regimini, sic fideliter & prudenter regere & gubernare suavitate ac observatione justitiae studeatis: quod praeconcepta per nos de vobis in hac parte fiducia per laudabilium operum, effectum clareat, & propter haec apud Deum & homines commendari, nostramque & ipsius sedis gratiam, benedictionis & favoris augumentum valeatis exinde uberius promereri; forma vero juramenti fidelitatis praedicti, quod quilibet vestrum praestabit talis est: Ego Joannes de Vicecomitibus Dei gratia Episcopus Novarienfis pro Domino meo Domino Benedicto Papa XII. & Sancta Romana Ecclesia, vacante Romano Imperio sicut vacare dignoscitur, in civitate Mediolani, castris, villis, terris, & locis comitatus, districtus & territorii ejusdem Vicarius ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro & eidem Domino meo D. Benedicto Papae XII. suisque successoribus canonice intrantibus, Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae, non ero in consilio aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione: consilium, quod mihi credituri sunt per se aut per nuncios, sive per literas ad eorum damnum me sciente nemini pandam, & si scivero fieri vel procurari seu tractari aliquid quod sit in ipsorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem illud eis significare conabor: contra papatum Romanum, & regalia S. Petri, tam in civitate, castris, villis, terris, comitatibus, districtibus, & territoriis praedictis, quam alibi existentia ad instar eis ero ad retinendum, defendendum, recuperandum, & recuperata manu tenendum contra omnem hominem; universas & singulas promissiones, conventiones, obligationes per meum & Luchini fratris mei procuratorem factas & iuratas & conditiones per eundem Dominum summum Pontificem contentas in praesentibus literis confectis super constitutione Vicariatus praedicti & concessione ipsius, mihi & eidem fratri meo Luchino factas, appositas, & omnia & singula, quae continentur in eisdem literis plenarie ad implebo, & inviolabiliter observabo, nec ullo unquam tempore durante vicariatu praedicto veniam contra illa, sic me Deus adjuvet, & haec Sancta Dei Evangelia, tuque fili Luchine praestabis simile per omnia juramentum; item tenor dicti instrumenti super ipsa procuratione confecti talis est. Acta fuerunt haec Mediolani in domo habitationis dictorum Dominorum, in parochia S. Johannis ad fontes, praesentibus venerabilibus, & sapientibus viris Dominis Lesfredo de Castana Praeposito Ecclesiae de Bollate Mediolanensis Dioecesis, Fulchino de Schiriis de Cremona Vicario dicti Domini Joannis, & Leone de Bugnano jurisperitis testibus ad praedicta omnia & singula vocatis & rogatis Anno Domini MCCCXXXVIIII. indictione VIII. die Jovis XXVIII. mensis Octobris. Ego Petrinus filius quondam Domini Donjoannis de Faxolis auctoritate Imperiali notarius publicus, cancellarius dictorum Dominorum Joannis & Luchini ipsorum mandato hoc instrumentum tradidi, scripsi, & me subscripsi. Nulli ergo &c. si quis autem &c. Dat. Avione idibus Martii Pontificatus nostri anno VII. praedicta omnia & singula promissa, conventa, recognita, acta, & quomodolibet actitata, prout in praedictis Apostolicis literis seriosius continetur generaliter & singulariter, specifice & expresse cum gratiarum actione acceptamus, ratificamus, approbamus, confirmamus & innovamus, ac juramus ad Sancta Dei Evangelia per nos corporaliter manu tacta, ea omnia & singula firmiter attendere, & inviolabiliter observare, & facere observari, & non contrafacere vel venire; & insuper ego Johannes de Vicecomitibus Dei gratia Episcopus Novarienfis pro domino &c. ut supra usque ad sancta Dei Evangelia. Et ego praedictus Luchinus de Vicecomitibus simile in omnibus & per omnia praesto juramentum: videlicet ego Luchinus de Vicecomitibus pro Domino Benedicto Papa &c. ut supra, in quorum omnium & singulorum testimonium unum & plura publica instrumenta fieri mandavimus per infrascriptum notarium publicum ac jussimus, & fecimus ad majorem roboris firmitatem sigillorum nostrorum appositione muniri.

Datum & actum Mediolani in cappella nova dictorum Dominorum praesentibus venerabilibus & religiosis viris dominis fratre Lanfranco de Sethara, ordinis Eremitarum conventus Mediolanensis magistro sacrae paginae fratre Antonio Vicecomite, Abbate Monasterii S. Ambrosii Mediolanensis, Roberto Vicecomite Archipresbytero, Martino de Sexto ordinario Mediolanensi, & Lanfranco Moseta Praeposito Ecclesiae S. Ambrosii Mediolanensis, ac nobilibus & Sapientibus viris dominis Jacobo Defluctis legum doctore de Pla centia dictorum Dominorum vicario; Boschino de Mantegaciis, & Bronzino de Carmis Mediolanensibus militibus: Folchino de Schiziis de Cremona ipsius Domini Joannis Vicario: Leone de Dugnano Manfredo de Serazonibus, Joannino de Sormano, Guillelmo de Lafera, & Cabrino de Vicomercato Mediolan. jurisperitis: Guidotto de Mandello, Ottarino Burro & Gabriolo de Puteobonello, ac Guidolo de Calice civibus Mediolanensibus, & praesente plurium aliorum religiosorum & secularium clericorum, & nobilium popularium copiosa multitudine, testibus ad praemissa vocatis specialiter & rogatis sub an. Dom. MCCCXLI. indict. IX. die Lunae VI. mensis Augusti.

Ego Dionysius de Vicomercato clericus Mediolanensis publicus imperiali auctoritate notarius praemissorum exhibitioni, acceptationi,

Digitized by Google

ratificationi, confirmationi & innovationi, ac juramentorum præstationi, aliisque omnibus & singulis lectis & narratis una cum testibus præsens fui, & rogatus hoc instrumentum publicum inde confeci, tradidi, scripsi & subscripsi, signoque meo signavi in præmissorum testimonium.

XVII.

Pactum Matrimonii inter Galeatium de Vice-Comitibus, Rectorem Mediolani & Blanitiam de Sabaudia compositum, d. d. 27. Decembr. An. 1350.

In Nomine Domini nostri JEsu Christi Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo quinquagesimo, indictione tertia, juxta mores Sabaudiæ, die Sabbati decimo mensis Septembris. Illustris Princeps, ac Magnificus, Potens & Excelsus Dominus Amedeus Sabaudiæ Comes ex una Parte & Nobiles ac discreti Miles, & Viri Domini Umbertus Curtus & Huguetus de Juvenco, Ambassiatores Reverendissimi in Christo Patris & Domini Magnifici Domini Joannis Vicecomitis Dei & Apostolicæ Sedis gratia Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus ac Civitatis Mediolani, &c. perpetui & generalis Domini, nec non Magnifici, Potentis & Nobilis Militis Domini Galeacii Vicecomitis de Mediolano, ut illius Domini Galeazi Procuratorio, de cujus prius est inscriptum, traditum, & subscriptum nomine illius Domini Galeaci ex parte alia, faciunt infra scriptas conventiones ad invicem, videlicet.

In Primis quod de præsenti Nobilis, Egregia & Excelsa Domina Blanchia Domicella Sabaudiæ, ac Soror Domini Comitis memorati jurabit in ejus anima contrahere Sponsalia, & Matrimonium per verba de præsenti in Ecclesia de Rippolis, concedendo Domino Galeacio, dicta Matre Ecclesia concedente, & quod ipsa Domicella Blanchia non fecit nec faciet actum, propter quem Matrimonium valeat impediri, & debitum sortiatur effectum.

Item quod ante desponsationem fiendam per ipsum Dominum Galeacium in persona & de persona dictæ Domicellæ Blanchiæ ille Dominus Galeas det illi Domicellæ omnia jocalia auri, & argenti, & quævis alia quæ occasione illius desponsationis eidem Domicellæ dare convenit per ipsum Dominum Galeacium: & si pro tunc ad plenum non darentur eo quod non essent ibi parata, quod postmodum quam cito commoditas adesse poterit, dentur per ipsum Dominum Galeacium eidem Domicellæ secundum statum utriusque eorum, quæ Jocalia sint illius Domicellæ etiam a quocunque donentur & quoquo tempore.

Item quod de præsenti post ipsum juramentum illius Domicellæ deponantur florenos quadraginta mille auri penes Abbatem, Monachos & Conventum Monasterii de Alta Comba in quadam Archa, promittentibus & se & bona sua obligantibus Domino Comiti Sabaudiæ supradicto principaliter & secundario & fidejussoris nominibus Domino Comite Gebennensi Domino de Chevrone, Domino Amedeo de Bellovidere, Domino Villænovæ, Domino Guillermo de Balma, Domino de Montagniaco, Domino Petro de Montegelato, Domino Georgio de Solerio, Domino Petro de Compeysio, Domino Joanne Ravasii, Aymaro de Seyssello, cum renunciationibus tamen opportunis etiam & sub fide Sacramenti eorum, & cuilibet eorum quod ipsos e loco depositionis denarios salvos facient, & quod de iis denarium nullum removebunt, nec removeri permittent aliquo modo vel causa, & suo periculo denarios prædictos conservabunt, donec dictus Dominus Comes Sabaudiæ dederit & assignaverit de bonis, & redditibus suis prædicto Domino Galeacio, & ipso Domicellæ secundum modum & formam alias in Instrumento Mediolani confecto Rogato per Jacobum Nibregenum Notarium Mediolani, & per Guidonem Bambeli de Aviliana Diocesis Taurinensis Notarium die Mercurii XXVI. mensis Martii proxime præteriti comprehensam: Et si infra tempus biennii prædictus Dominus Comes non dederit, & non assignaverit de bonis & redditibus suis, eidem Domino Galeacio & ipsi Domicellæ ut supra, ex tunc liceat Domino Galeacio & dictæ Domicellæ & eorum Nuntiis ipsos denarios removere, & de eis denariis emere ab aliis personis in Comitatu Sabaudiæ bona ad ipsam quantitatem & prout in illo Instrumento Mediolani confecto in aliis sequentibus Conventionibus plenius continetur; ita tamen quod dicta pecunia non possit capi nec deferri ultra Montes, nec extra Comitatum Sabaudiæ.

Item quod de præsenti pro quantitate decem millium florenorum auri, quos debet dictus Dominus Comes Sabaudiæ prædicto Domino Galeacio, fiat per ipsum Dominum Comitem ejusdem Domini Galeaci Nuncio nomine illius Domini Galeaci, & prædictæ Domicellæ recipienti venditio cum translatione Dominii, & possessionis, & cum aliis clausulis necessariis, & opportunis de Castellania, Terra, Villa, & Territorio de Yenna Comitatus Sabaudiæ & de Jurisdictione, honore, & districtu, mero & mixto Imperio, cum omnimoda Jurisdictione dictarum Castellaniae, Terræ, & Territorii de Yenna, & de redditibus correspondentibus prædicto Domino Galeacio, & dictæ Domicellæ ad quantitatem 500. florenorum auri annuatim exceptatis tamen, homagiis, feudis, & fidelitate Nobilium dictarum Castellaniæ, Villae, Terrae, & Territorii Yennae: Et si illi redditus non correspondèrent ad quantitatem florenorum 500. auri annuatim, quod tunc in locis ibi coadjacentibus ad dictum Dominum Comitem pertinentibus in laudem quatuor Virorum eligendorum, & in aliis pactis, de quibus supra fit mentio, continetur per ipsum Dominum Comitem suppleatur.

Item quod ante desponsationem fiendam per ipsum Dominum Galeacium in persona dictæ Do-

Digitized by Google

Domicellae, ille Dominus Galeacius recognoſcat a praedicto Domino Comite, quod dictam Caſtellaniam, Villam, Terram, & Territorium de Yenna & ut alius ſupra ſupplendam in feudum & ſub Homagio, praeſterque Sacramentum fidelitatis eidem Domino Comiti contra omnes, excepto contra praefatum Dominum Joannem Archiepiſcopum Mediolani, & Dominos Matheum & Barnabonem fratres illius Domini Galeaci, & eorum deſcendentes legitimos.

Item quod praedicta omnia ante deſponſationem praedictam per ipſum Dominum Galeacium fieri incombentia ratificentur, & quae erunt fieri poſſibilia pro tunc compleantur.

Item quod dictus Dominus Comes, & ſui Haeredes poſſint perpetuo reemere praedicta pretio ſimili quando volet, dum tamen reemat praedicta integre & non particulariter, & non aliter poſſit reemere.

Quae omnia & ſingula dictae Partes ſuis & modis & nominibus ſupradictis promiſerunt & convenerunt viciſſim ſolemni obligatione bonorum eorum Dominorum Comitis Sabaudiae & Galeaci, ac etiam jurarunt ad Sancta DEi Evangelia corporaliter tactis Scripturis, attendere & obſervare & nullo tempore contrafacere nec venire modo aliquo. Actum anno, Indictione, & die praedictis, in Caſtro Burgeti de Sabaudia, in Camera Cubicularia ipſius Domini Comitis praeſentibus teſtibus Domino Guidone Cathenae Milite, Joanne Raynaldi, & Antonio Beſſonis Secretariis dicti Domini Comitis, Forretio de Turnone, & Aymerico de Montefalcone, omnibus teſtibus ad praemiſſa vocatis & ſpecialiter rogatis.

XVIII.

Breve Innocentii Papae VI. quo Matthaeum Bernabonem & Galeatium, Vice-Comites Mediolanenſes, de morte patrui ipſorum, Johannis, Archiepiſcopi Mediolanenſis ſolatur, eosque, ut pacem cum Carolo IV. Romanorum Rege ineant, hortatur, d. d. 5. Id. Novembr. An. 1353.

Innocentius VI. ſervus ſervorum Dei &c.

Dilectis filiis nobilibus viris Maffaeo, Bernaboni, & Galeatio de Vice comitibus militibus Mediolanenſibus, Salutem, &c, Bonae memoriae Joannis Archiepiſcopi Mediolanenſis, patrui veſtri de hac luce tranſitu ante receptionem literarum veſtrarum, quas benigne recepimus, cum diſplicentia intellecto, & dolemus potius, quo ipſum dum viveret habuimus cariorem: ſed attendentes moriendi legem indictam mortalibus communiter omnibus, & quod ipſe plenus dierum in ſenectute bona in Domino requieſcens vitae hujus occiduae miſerias & aerumnas in aeternae vitae gloriam ſicut ſperamus & credimus felici commercio cumulavit, dolorem conceptum repreſſimus, & vos in eo qui dedit & abſtulit, petimus conſolari. Ceterum quia paternae caritatis affectum, quem ad eundem Archiepiſcopum viventem habuimus, ad Nepotes ſuperſtites propagantes de ſtatu veſtro ſoliciti reddimur, & optamus, ut cuncta vobis proſpere Deo largiente ſuccedant, nobilitatem veſtram requirimus, & hortamur illam attentius deprecantes, ac vobis paternis ſanisque conſiliis ſuadentes, quatenus conſiderantes proinde, quod ſicut ait ille prophetarum eximius. Initium Sapientiae eſt timor Domini, & quod ſicut idem ſubjunxit, Beatus eſt qui timet Dominum, & potens in terra erit ſemen ipſius, in timore ſuo jugiter maneatis, ut ipſius habere poſſitis amorem & intuentes etiam, quod ubi charitas & amor eſt, ibi quoque eſt Deus, & quod ſicut concordia res parvae incrementum ſuſcipiunt, ſic diſcordia maximae dilabuntur, & ipſa etiam regna juxta veritatem Evangelicam in deſolationem veniunt, quae diviſionis diſcrimine agitantur, charitatem & amorem invicem nutriatis, ſitis in unitate unanimes, & in affectione concordes, Romanam, & alias Eccleſias, ac perſonas Eccleſiaſticas honoretis, jura, libertatis, privilegia & immunitatis cuſtodiatis & conſervetis earum; ſic etenim ſtatus veſter corroborationem recipiet, qui procul dubio in contrario fluctuaret. Et quoniam ſicut vulgaris fama diſſeminat, charisſimus in Chriſto filius noſter Carolus Rex Romanorum Illuſtris in Italia jam deſcendat; & probabiliter credimus, quod ipſe ad reſarciendas laceratas partes Imperii ſtudium impendat, & curam utilitatibus veſtris expedire credimus & laudamus, ut cum eo tractatum aliquem inchoetis, quo interveniente ſtatus veſter ſit firmior, & aemulationes adverſantium ſuperetis, circa quod memores affectionis, & reverentiae, quam ad nos habuit idem Archiepiſcopus, & ſervitiorum quae nobis & eidem Eccleſiae potenter impendit, & in vos devotionis & dilectionis filios invenire ſperantes offerimus tam propmte, quam liberaliter interpoſitionis, & aſſiſtentiae veſtrae partes. Eccleſiae denique Mediolanenſi tunc vacanti de perſona dilecti filii Roberti Mediolanenſis meritorum conſideratione ſuorum, & intuitu dicti Archiepiſcopi atque veſtro duximus providendum, intendentes in aliis, quantum cum Deo poterimus proſequi favoribus Apoſtolicis vota veſtra.

Datum Avenione, V. id. Novembris An. 2.

Digitized by Google

cto consuetudine, aut alias qualiterque nobis & sacro imperio competere dignoscuntur, etiamsi specialem de his necesse foret in presentibus literis fieri mentionem per vos nostros vicarios aut per alios nostro nomine faciendi, non obstante quod predicta seu aliquod predictorum dicerentur damnosa fore fisco vel juri contraria & non obstante quod secunda jussio diceretur non interceßisse & non obstante quod de aliquibus debuisset fieri mentio specialis & omnibus aliis legibus, juribus vel consuetudinibus generalibus vel specialibus, que possint predictis in aliquo obviare non obstantibus quibuscunque quibus omnibus & singulis in quantum presentibus obviare seu contraire viderentur, de nostre potestatis plenitudine specialiter & expresse de certa scientia derogamus & ipso jure derogatum esse per presentes volumus & jubemus salva tamen in premissis ecclesiastica libertate, nulli ergo hominum liceat hanc nostre majestatis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodo libet contraire. Si quis autem contrarium attemptare presumserit preter id quod attemptata quelibet eo ipso viribus carere decernimus indignationem nostram & penam centum marcarum auri puri toties, quoties contra factum extiterit, se noverit irremissibiliter incursurum. *Testes* hujus rei sunt Johannes Olomucensis, Theodoricus, Nisnensis, Johannes Luckmensis Sacre Imperialis aule cancellarius, Maurus Corbanensis ecclesiarum episcopi &c. Illustres Wenzeslaus Rupertus & Henricus Lignicensis, Rydackerus Brunsvvicensis & Kazymirus Stetinensis Duces, spectabiles Burghardus, Burggravius Magdeburgensis imperialis curie nostre, Joannes & Burghardus de Retz, comites & nobiles Czenzo de lypa, supremus Marescallus & Camerarius regni Boemie, Petrus Ulricus & Johannes de Rosemberg, Lutoldus & Ogerius de Landstein, Ulricus & Heinricus de Nova domo, Hasko de Svvetiz & Busko de Wilhartiz Magister imperialis nostre Camere & alii quam plures, sub *Bulla aureo* typario nostre majestatis impressa testimonio literarum. Datum Pragæ Anno LX. indict. XIII. XI. Kalend. Febr. Regnorum nostrorum anno quarto decimo imperii vero quinto.

XX.

Mandatum Caroli IV. Roman. Imperat. quo Civitati Papiæ injungit, ut Galeatio, Vice-Comiti Mediolani, tanquam suo & S. Rom. Imperii Vicario pareat, d. d. XI. Kal. Febr. An. 1360.

IN nomine sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex &c. Nobilibus & potestate capitaneis sapientibus consilio & communi civitati *Papie* suis & imperii sacri fidelibus dilectis gratiam suam & omne bonum; quia pridem illustris Johannis Marchio *Montisferati* princeps & consanguineus noster certis declarationibus quas ad sopiendum guerrarum disturbia quæ inter ipsum ab una & nobilem Galeaz vice-Comitem Mediolani ibidem nec non papie & in locis aliis pro sacra maiestate nostra imperiali generalem vicarium parte ab alia viguisse de consilio ecclesiasticorum & aliorum principum ac procerum sacri imperii deliberato animo & de certa scientia nostra promulgavit serenitas, obedire contempsit, & ex huiusmodi sua contumacia tribuit prefato Galeaz, qui ablata sibi iura vicariatus ipsius reintegrare videbatur, pro viribus materiam litigandi donec pendentibus guerrarum dissidiis predictus Galeaz vos civitatem vestram & comitatum ac pertinentias sue subditi dicioni, idcirco inobedientia dicti Galeaz, qui se talibus nostris declarationibus pariturum semper exhibuit, in nostre mentis acie distinctius revolutis pensatis etiam claris meritis antedicti Galeaz quibus ipse & felices progenitores sui recolende memorie *Divo Heinrico* quondam Romano Imperatori semper Augusto avo & predecessori nostro fidelissimis crebro studiis & obsequiis placuerunt, dictum Galeaz & Johannem Galeaz eius filium & heredes eorum per masculinam lineam ab ipsis legitime descendentes nostros & imperii sacri vicarios ad tempora vite nostræ irrevocabiles utique constituimus, fecimus & ordinavimus sub certis modis condicionibus & declaracionibus sicut in literis desuper editis expressius continetur, fidelitati vestre mandantes precipientes & iniungentes presentibus seriose, quatenus prefato Galeaz & Johanni Galeaz nato ipsius & eorum heredibus, ut premittitur, tanquam legitimis vicariis nostris nostro & imperii sacri nomine juxta literarum nostrarum tenorem & plenam continentiam sine difficultate aut contradictione qualibet debeatis in omnibus firmiter obedire, nullam in hoc pene gravissime indignationis nostre nec non sub omnibus penis in literis vicariatus expresis negligenciam commissuri presentium, &c. Datum Pragæ anno LX. XI. Kal. Febr.

XXI.

Fœdus inter Galeatium, Vice-Comitem Mediolani & Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ, contra Montisferrati Marchionem initum, d. d. 16. Decembr. An. 1362.

IN Nomine Domini, Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXII. Indictione quinta decima, die vigesima sexta mensis Decembris. Magnificus Dominus, Dominus Galeas, Vicecomes, Filius quondam recolende memoriæ Domini Stephani Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarius generalis, pro se, ac Filiis suis masculis legitimis, ex una parte; & egregii Milites Domini Ludovicus Revoyriæ Dominus Domexini & Gerbasii, & Humbertus bastardus de Sabaudia, Dominus Altivillari & Moletarum, Procuratores ad infra scripta omnia & singula peragenda, Illustris Principis Domini Amedei Comitis Sabaudiæ, prout de hujusmodi procuratione constare dicitur publico Instrumento, rogato per Joannem de Allenis Notarium & Secretarium Domini Comitis prædicti, anno millesimo trecentesimo sexagesimo primo, Indictione quartadecima, die octava Decem-

Digitized by Google

Decembris, vice & nomine dicti Domini Comitis ac Filiorum masculorum legitimorum ejus, & pro eis ex altera parte; Fecerunt inter se sibi ad invicem Confœderationem, Fraternitatem, Unionem, & Ligam perpetuo duraturam, cum Pactis, Conventionibus, conditionibus, modis, formis & tenoribus infra scriptis; videlicet: Primo namque, quod præfati Domini Comes & Galeas teneantur & debeant toto ipsorum posse, ad invicem se defendere contra quamcumque Personam de mundo; Excepto Domino Imperatore quem ambo prædicti Domini exceperunt communiter, & excepto Domino Barnabone, Vicecomite Fratre dicti Domini Galeas, quem excepit idem Dominus Galeas, ac exceptis Domino Papa & Domino Rege Franciæ, & exceptis illis qui nunc sunt Domini alicujus dictorum Dominorum Comitis & Galeas, seu Vasalli pro iis quæ nunc tenent ab ipsis Dominis Comite & Galeas, vel aliquo eorum. Item quod uterque dictorum Dominorum Comitis & Galeas habere, tenere, & tractare debeat pro inimicis Marchionem Montisferrati, & quoscumque alios dictorum Dominorum vel eorum alterius inimicos citra montes, tam præsentes quam futuros, ac Vasallos, Subditos, Terras, adhærentes, complices & sequaces eorum, & contra ipsos tanquam contra inimicos procedere, & ad invicem se juvare, & Guerram facere, exceptis superius exceptatis. Item quod nullus dictorum Dominorum Comitis & Galeas, cum dicto Marchione sive cum aliquibus aliis dictorum Dominorum, vel eorum alterius inimicis citra montes, tam præsentibus quam futuris, seu adhærentibus, complicibus seu sequacibus eorundem; Pacem seu Treugam facere possit, nisi utriusque ipsorum Dominorum Comitis & Galeas concordi accedente consensu & voluntate; Item quod durante guerra cum dicto Marchione, & quibuslibet sex mensibus æstivis, incipiendis in medio mensis Aprilis cujuslibet duorum proxime subsequentium annorum, & finiendis in quolibet medio mensis Octobris; Præfatus Dominus Galeas suis expensis propriis, teneatur & debeat dare dicto Domino Comiti ad offensam dicti Marchionis Montisferrati ac Vasallorum, Subditorum, Terrarum, complicium & sequacium ejus, Bannerias quinquaginta Gentium armigerarum equestrium, & Bannerias viginti peditum; ac quolibet mense quorumlibet dictorum sex æstivorum mensium, cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum, sex millia florenorum. Præfatus enim Dominus Comes dicto æstivo tempore cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum, habere & tenere tenetur ad offensam prædictam Barbutas mille, quibus per dictum Dominum Comitem satisfiat; reliquo vero tempore hiemali dictorum duorum proxime subsequentium annorum, dicta Guerra durante, & ipsis duobus annis finitis toto tempore hiemali & æstivo continue usque ad ipsam Guerram finitam, præfatus Dominus Galeas teneatur & debeat, suis propriis expensis, dare dicto Domino Comiti solum Bannerias viginti quinque Gentium armigerarum equestrium, & Bannerias viginti peditum. Et præfatus Dominus Comes dicto hiemali tempore dictorum duorum proxime subsequentium annorum, & ipsis duobus annis finitis, toto illo tempore quo dicta Guerra durabit, habere & tenere teneatur suis expensis solum Barbutas trecentum. Item quod omnes prædictæ Gentes tam illæ prædicti Domini Comitis, quam illæ præfati Domini Galeas, primo & ante omnia intendere debeant ad destruendum, & de Territorio utriusque dictorum Dominorum Comitis & Galeas expellendum Societatem Anglicorum, quæ nunc est in partibus Canapitii, & quod cum dictis gentibus ad nihil aliud intendi debeat, quousque Societas prædicta eritaut destructa, aut de Territorio utriusque dictorum Dominorum Comitis & Galeas expulsa, nisi majori necessitate cogente; destructa autem Societate prædicta, aut de Territorio prædictorum Dominorum expulsa ut supra, debeant Gentes præfatæ intendere ad faciendum & fieri faciendum vasta super Territorio & Districtu Civitatis Astensis. Postmodum vero præfatus Dominus Comes possit uti servitio Gentium prædictarum, ad damna Marchionis prædicti, in ea parte, in qua idem Dominus Comes maluerit, tanto tempore quanto ipsæ Gentes stetissent occupatæ circa vasta prædicti Territorii & Districtus Astensis, & ipso tempore finito, possit dictus Dominus Galeas vel Capitaneus ejus, similiter uti tantumdem temporis servitio dictarum Gentium ad damna Marchionis prædicti, in ea parte in qua maluerit, & similiter tantundem temporis facere possit postea dictus Dominus Comes, & deinde similiter Dominus Galeas præfatus, quousque dicti sex menses æstivi cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum erunt finiti; finitis autem dictis duobus annis; debeat dictus Dominus Comes sex mensibus æstivis cujuslibet anni incipiendis & finiendis ut supra, servitio illarum Gentium quas tunc habere debet tam de suis quam a Domino Galeas præfato, uti ad damna dicti Marchionis, in ea parte in qua maluerit pro utilitate utriusque Partis. Item quod de iis quæ quovismodo acquirentur sive acquirantur per Gentes dicti Domini Comitis, sive per Gentes dicti Domini Galeas, fiat & fieri debeat, ut infra sequitur: videlicet, Civitas Ast cum universo ejus Territorio & Districtu, omnes Terræ, quas præfatus Galeas seu Domini Luchinus vel Joannes Archiepiscopus ejus Antecessores tenuerunt in partibus Pedemontium, tota Terra Filizani, omnes illæ Terræ Marchionis Montisferrati quæ sunt inter Tanegrum & Territorium Januense, Terra Casalis Sancti Evasii, Frassanetum, Terra Valentiæ, omnes Terræ, quas Marchio prædictus tenet de Districtu Vercellarum, omnes Terræ quas Marchio prædictus tenet de Districtu Papiæ, omnes Terræ, quas Marchio prædictus seu quivis alius tenet de Districtu Alexandriæ, tam ab una parte Tanegri, quam ab alia, cum omnibus Territoriis, Districtibus, Pertinentiis, Honoribus, Feudis, Retrofeudis, Homagiis, Fidelitatibus & Juribus universis earum & cujuslibet earum communiter & divisim, sint & esse debeant præfati Domini Galeas: Omnes autem Terræ Marchionis Montisferrati, exceptis supra specificatis in parte Domini Galeas; totum Canapicium cum omnibus Terris quæ tenentur per Marchionem prædictum seu Vasallos suos quæ sunt inter Padum &

Digitized by Google

Duriam quæ labitur per Iparegiam; Caſtrum Luzonum, tota Terra Ripæ Cherii, totum Territorium Cherii cum omnibus Territoriis, Diſtrictibus, Pertinentiis, Honoribus, Feudis, Retro-feudis, Homagiis, Fidelitatibus & Juribus univerſis eorum & cujuslibet eorum communiter & diviſim, ſint & eſſe debeant præfati Domini Comitis; Item quod acquiſitis Terris & Caſtris ſupra ſcriptis, tam illis, quæ eſſe debent prædicti Domini Galeas, quam illis, quæ eſſe debent dicti Domini Comitis, ut ſuperius dictum eſt; intelligatur eſſe finitum tempus, quo dictus Dominus Galeas præfato Domino Comiti dare debet pecuniam & Gentes, de quibus ſuperius eſt facta mentio; Et ſic etiam tunc acquiſitis Terris & caſtris prædictis, intelligatur eſſe finitum tempus, quo Dominus Comes prædictus ſuis expenſis tenere debet Gentes armigeras, de quibus ſuperius dictum eſt. Item quod de Caſtro Albiani fiat & fieri debeat prout ipſi Domino Comiti placebit. Item quod Dominus Galeas dat puram & liberam poteſtatem dicto Domino Comiti, quod de dicto Foſſani, Cavallarii majoris & ſummæ Ripæ faciat & ordinet pro ſuæ libito voluntatis; ſic quod ſit in ejus arbitrio libero ordinare, vel quod remaneant Domino Galeas ſupradicto, vel quod ſibi appropriet, & in ſe ipſum transferat tanquam in Dominum in ſolidum, quandocumque ordinare voluerit, nullius perſonæ conſenſu vel præſentia requiſita. Qua diſpoſitione vel ordinatione facta, dictus Dominus Galeas, ſi Dominus Comes pro ſe ipſo duxerit ordinandum, ex nunc jus Feudi & Homagii prædicti, eidem Domino Comiti dat & cedit & in eum transfert; & ex nunc prout ex tunc ſe conſtituit ejus nomine poſſidere vel quaſi, & dictum Dominum Principem pure ſolvit & liberat de feudo & Jure Feudi & Homagii prædicti: Mandans & præcipiens eidem Domino Principi, ut dictum Feudum ab ipſo recognoſcat, & eidem fidelitatem & Homagium faciat ſibi debitis pro eisdem in caſu prædicto. Item quod nullus prædictorum Dominorum Comitis & Galeas, receptare debeat ſeu receptari permittat in aliqua parte Diſtrictus vel Territorii ſui, aliquem Proditorem vel Rebellem alterius ipſorum Dominorum. Item quod de Mercatoribus et Caſanariis Aſtenſibus, et Territorii ac Marchionatus Montisferrati converſantibus et morantibus infra Sabaudiæ Comitatum, Dominus Comes poſſit facere ad ſuam voluntatem, et Dominus Galeas non poſſit nec debeat ſe intromittere quovis modo, de ipſis vel de bonis eorum quæ haberent infra dictum Comitatum: Et hoc capitulum et contenta in eo vindicent ſibi locum ſolum illo tempore quo Marchio prædictus tenebit occupatam Civitatem Aſtenſem, et alias Terras dicti Marchionatus, ad dictum Dominum Galeas perventuras ex forma diviſionis ſupradictæ, et in perſonis et bonis illorum tantum, qui non ſunt obedientes præfato Domino Galeas: Adveniente autem Tempore, quo dictus Dominus Galeas haberet Dominium dictæ Civitatis Aſtenſis et dictarum aliarum Terrarum, fiat de prædictis omnibus Mercatoribus, et Caſanariis et de ipſorum bonis, prout fieri conſuerit, antequam dictus Marchio occuparet Civitatem præfatam. Item quod ſupra ſcripta omnia et ſingula intelligi debeant ſecundum purum et ſanum intellectum, et per utramque partem bona fide ſine fraude ſervari. Actum Mediolani, in Palatio Dicti Domini Galeas, in quadam Camera cubiculari dicti Domini Galeas ſita in parte inferiori dicti Palatii: Præſentibus Dominis Joanne de Pepulis de Bononia, Filio quondam Domini Tadei, habitatore Mediolani, Manfredo Marchione Salutiarum, Filio quondam Domini Manfredi, habitatore Mediolani; Protaſio de Caxmis, Filio quondam Domini Stephani, Cive Mediolani; Roberto de Fronzola, Filio quondam Domini Grure, habitatore Mediolani, Militibus; Manuelle de Ponzano de Terdona Legum Doctore, Filio quondam Domini Carboni, habitatore Mediolani; Petro de Muris, Legum Doctore, Filio quondam Domini Petri de Camberiaco Comitatus Sabaudiæ; et Antonio dicto Præpoſito de Aladio, Filio quondam Domini Joannis ex Comitibus de Sancto Martino, Teſtibus vocatis et rogatis.

XXII.

Sententia per Carolum IV. Rom. Imperatorem contra Galeatium, Vice-Comitem Mediolani ejusque aſſeclas, tanquam invaſores terrarum S. Roman. Eccleſiæ reosque criminis læſæ Majeſtatis, lata, qua omnibus privilegiis ac immunitatibus privantur bannoque feriuntur, d. d. 3. Non. Auguſti, An. 1372.

Karolus Quartus &c. Univerſis & ſingulis Regibus, Principibus, Electoribus Imperii, Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Judicibus, Civibus juratis, & Univerſitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Provinciarum, Civitatum, quos, & quæ Sacri Imperii latitudo complectitur, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam, & omne bonum. Licet alias Nobili Galeatio de Vicecomitibus Mediolani &c. pro Imperiali Majeſtate noſtra Generali Vicario, eumdem Vicariatum Civitatum præfatarum, & aliorum Locorum, et Terrarum noſtra commiſerit Imperialis Serenitas ſub certis tenoribus Litterarum, quas deſuper erogavimus, ſperando quod latitudine beneficiorum, quæ ſibi impendimus, ejus erga nos, & Sacrum Imperium deberet augeri devotio, ut tanto fidelius noſtros, & ejusdem Imperii proſequeretur Honores, quanto ſe intelligeret amplioribus Imperialis Magnificentiæ beneficiis præveniri; ipſe tamen, velut aſpis ſurda, gratitudinis aures obturans tantorum beneficiorum oblitus & immemor, quæ ſibi, & Genitori Divus Henrichus, quondam Romanorum Imperator Auguſtus, Avus noſter, impendit, & earum, quæ de Magnificentia noſtra noſcitur recepiſſe, in contemptum Maeſtatis Cæſareæ, irreverenti animo, & impudico conatu tam

ipſe

Digitized by Google

ipſe Galeaz, quam colligati, adhærentes, complices in hac parte, & ſequaces ejusdem ita notorie, & publice, quod nulla poteſt tergiverſatione celari, Sacro-Sanctam Romanam Eccleſiam, & ejus Terras, cujus, ex Dignitate Cæſarea nobis eſt cælitus attributa defenſio hoſtiliter audent invadere, & ejusdem Eccleſiæ colligatos, complices, adhærentes, fideles, eorumque Terras demolicione cotidiana ſemper invadere per ſe, & alios, & invadere, moleſtare, perturbare non ceſſant adverſus eam pacem, quæ inter præfatam Sanctam Romanam Eccleſiam, colligatos, adhærentes, complices & fautores, & fideles ipſius ab una, & eumdem Galeatium, colligatos, adhærentes, ſequaces, et fautores ipſius parte ab altera tractata, concluſa, & noſtra interpoſitione firmata, & confirmata fore dignoſcitur, de directo venientes, quam plurimas offenſiones, & injurias, guerras, dampna, deprædationes, & invaſiones indeſinenter intulerunt, & indignante animo inferre quotidie non verentur eidem Sanctæ Matri Eccleſiæ, Terris, & colligatis, adhærentibus, & fautoribus, fidelibus ejusdem in noſtram, & Sacri Romani Imperii, ſicut præmiſimus, irreverentiam, & contemptum, præſertim cum ſibi, & cuicumque fideli conſtet, & conſtare debeat, quod ad nos pertineat libertatum, & jurium Eccleſiæ Romanæ defenſio antedictæ, & tamen idem Galeaz, colligatique, & adhærentes, ſequaces, & fautores ſui pridem ad requiſitionem, & monitionem Venerabilis Lamperti Argentinenſis Epiſcopi, quem ad eosdem, & ad quemlibet eorumdem ex hac cauſa accurate transmiſerat Imperialis noſtra Serenitas, a dictis offenſionibus, tædiis & diſpendiis, invaſionibus, moleſtiis, Rapinis, guerris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ collegiatorum, adhærentium, & fautorum, fideliumque ipſius reſipiſcere noluerunt, quamvis ex parte noſtræ Maeſtatis per eumdem Epiſcopum, caritativo, & paternali affectu requiſiti, propter quod idem Argentinenſis Epiſcopus auctoritate ſpeciali, quam a nobis acceperat, certum Procuratorem ſtatuit, qui præfatum Galeacium, nec non præfatos, & ſingulos colligatos, adhærentes, complices, ſequacesque ſuos in hac parte peremptorie, & ad noſtri citaret perſonalem præſentiam, ſuper hiis omnibus, & aliis coram noſtræ Maeſtatis præſentia infra triginta dierum ſpatium a die factæ citationis continue computandorum ad certam diem, quæ quidem fuit prima Dies Aprilis, perſonaliter, ac peremptorie in certo Loco in dicta Citatione comprehenſo, comparerent reſponſuros coram nobis, & juſtitiam recepturos pro præmiſſis; qui ſi quidem Procurator metu, qui cadit in Virum conſtantem, non audens dicti Galeacii, ſequacium, colligatorum, adhærentium, fautorumque ipſius perſonalem adire præſentiam, manifeſtam eorum tyrannidem, potentiam & malitiam metuendo, propter quod, quemadmodum a nobis ſpecialem poteſtatem acceperat, in Locis tam Vicinis publice, & multorum Teſtimonio, videlicet in Civitate Mutina, quæ eſt Imperialis, & vicina Terris, quas detinet idem Galeaz, & ipſius in hac parte complices, ſequaces, adhærentes, atque fautores ſupradicti, publice et peremptorie, et perſonaliter citavit eosdem allegaturos, et oſtenſuros coram nobis ſi aliquam rationabilem cauſam, aut colorem habent in præmiſſis, et recepturos ſuper eisdem tam notoriis, et manifeſtis exceſſibus a nobis juſtitiæ debitum complementum, et ſpecialiter viſuros, et auditurosprivationem Vicariatuum, quos tenent a nobis, et Sacro Imperio, Terrarum, et Civitatum, et aliorum quorumcumque Locorum, et omnium privilegiorum, libertatum, et immunitatum, honorum, poteſtatum quorumcumque, et quocumque nomine nuncupentur, cujus quidem Citationis publicationis tam publice in dicta Civitate Mutina facta extitit, ut impoſſibile fuerit, et ſit Citationem eamdem Galeaz prædicto, ejusque colligatis, adhærentibus, ſequacibus, et fautoribus ſupradictis aliquatenus occultari, quin lata divulgatione multorum ad eorum notitiam perveniret, dando nihilominus eisdem in veniendo, ſtando et redeundo ad noſtram Imperialem Serenitatem per omnes Terras noſtras, et Sacri Imperii, fideliumque noſtrorum, ſpondentes, et promittentes eisdem proinde de ſalvo, et ſecuro conductu, et comitiva ſufficienti usque ad noſtri præſentiam, et in ſtando, et revertendo usque ad Terras ſuas, ſi, & quando fuiſſemus requiſiti, pro ut in Litteris dictæ Citationis, et Imperialis Poteſtatis expreſſe dicto Nuntio noſtro Argentinenſi Epiſcopo plenius continetur. Verum quia idem Galeaz, colligati, adhærentes, complices, et ſequaces ipſius in aſſignatis ſibi Loco, et termino non comparuerunt, ut debebant, Procuratore generali noſtræ Curiæ dicti Galeatii, colligatorum, adhærentium, ſequacium, fautorumque ejusdem contumaciam evidentem coram nobis accuſante. Pro tribunali ſedentes in Civitate noſtra Pragenſi, quæ fuerat locus ad comparendum eiisdem perſonaliter, et peremptorie in dicta Citatione aſſignatus, aſſiſtentibus nobis Illuſtri Wenzeslao Boëmiæ Rege Filio noſtro, Venerabili Johanne, Archiepiſcopo Moguntinenſi, et Illuſtri Wenzeslao, Duce Saxoniæ Electoribus Imperii, et aliorum Principum, Prælatorum, Comitum, atque Baronum multitudine copioſa, eumdem Galeazium, colligatos, adhærentes, ſequaces, fautoresque ipſius extra fores noſtri Palatii per Loca diverſa ſollicitudine Magiſtri Curiæ noſtræ, juxta Imperialis Audientiæ conſuetudinem vocari, et inquiri fecimus diligenter, qui cum per ſe, aut per Procuratorem legitimum minime comparere curaſſent, inobedientia tali eorumdem rite penſata, eumdem Galeacium, complices, colligatos, adhærentes, ſequaces, et fautores ſupradictos contumaces pronunciamus, et per Venerabilem Johannem Olomucenſem Epiſcopum, Cancellarium noſtrum, mandamus eumdem Galeacium, complices, colligatos, adhærentes, et ſequaces ejusdem in hac parte contumaces publice nuntiari, pro ut idem Cancellarius, noſtrum exequendo mandatum, ibidem, et in noſtri præſentia eosdem contumaces publice pronuntiavit, et denuntiavit, et quamvis, tali eorumdem contumacia poſcente adverſus eosdem ſuper hujusmodi cauſa, et tam notoriis eorumdem exceſſibus noſtra Maeſtas potuiſſet, et procedere debuiſſet, tamen de ſuperabundanti gratia, tunc proceſſus ipſos diſtulimus ad ipſorum malitiam convincendam, et de Imperialis poteſtatis

Digitized by Google

ſtatis plenitudine eumdem Galeazium, complices, colligatos, adhærentes, fautores, et ſequaces ipſius præfatos per Edictum publicum de novo, et iterato citavimus ad ſecundam diem menſis Julii ſequentis, ubicunque nos intra Germaniam tunc eſſe contingeret, ut perſonaliter, et peremptorie comparerent coram nobis ad purgandum ſuam rebelliam, et contumaciam, viſuri, et audituri privacionem tam Vicariatuum, quam privilegiorum, honorum, præeminentiarum, poteſtatum, officiorum, ut ſupra dictum eſt, et ultra hoc recepturi pro præmiſſis notoriis exceſſibus, et transgreſſionibus certas alias pœnas tam arbitrarias quam ordinarias, pro ut juſtitia expoſtulat, & juſta exigunt, & Curiæ Imperialis conſvetudines approbatæ requirunt, tenorem Citationis ipſius ad expreſſam, et magis evidentem notitiam Imperialis Curiæ noſtræ valvis, & poſtibus affigendo, eisdem in veniendo, ſtando, & redeundo Imperialem Securitatem, & ſecurum conductum per Terras noſtras, & Sacri Imperii, ſi requiſiti fuiſſemus, concedendo; Cumque dicta die ſecunda menſis Julii nos in Civitate Colonienſi Imperiali tunc ageremus, dictusque Galeaz, ſuique in hac parte colligati, adhærentes & ſequaces, præfati. nec per ſe, nec per Procuratorem, aut Nuncium ſuum coram nobis comparere curaſſent, quamvis ipſum in portis Hoſpicii, & Palacii, in quo tunc in Colonia habitabamus per Magiſtrum Curiæ noſtræ, ut eſt moris, eosdem, ſi ibidem adeſſent, evocari feciſſemus diligenter, ſedentes pro tribunali, & aſſiſtentibus nobis Venerabilibus Johanne Moguntinenſi, Friderico Colonienſi Archiepiſcopis, & Illuſtre, & Magnifico Wenceslao Rege Bohemiæ, Electoribus Sacri Imperii, & Gvilielmo Duce Juliacenſi, Principibus, & aliis noſtris Imperii Sacri Comitibus, Nobilibus, Baronibus, & fidelibus, ipſos abſentes, exigente juſtitia, reputavimus contumaces, adhuc tamen de Cæſareæ pietatis clementia, dicti Galeazii ſuorumque colligatorum, complicum, adhærentium, fautorum & ſequacium proterviam, & contumaciam ſupportantes, eosdem per Edictum Publicum, ut eſt moris noſtræ Cameræ, citavimus perſonaliter, & peremptorie ad primam diem inſtantis menſis Auguſti, vel, ſi illa feriata eſſet, ad immediate ſequentem, ubicumque nos infra Germaniam tunc adeſſe contingeret, & perſonaliter & peremptorie comparere coram nobis curarent, quam eisdem peremptorie aſſignavimus coram nobis, omni dilatione, excuſatione et occaſione quibuslibet procul motis, ſuper moleſtiis, dampnis, injuriis, & invaſionibus tam notoriis, & etiam manifeſtis, quod nulla, ut præmiſſum eſt, valerent tergiverſatione celari, quæ, & quos præfatus Galeaz, colligati, complices, adhærentes, & ſequaces ejusdem in hac parte præfati in multis adverſus Pacem firmatam, & per eos juratam inique venientes, eidem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & colligatis, adhærentibus, fidelibus, & fautoribus, ac Terris ipſorum pedem intulerunt, & inferunt quotidie, & inferre non deſiſtunt, omnimode reſponſuri, excuſacionem, ſeu colorationem ſui reatus, ſi quam haberent, oſtenſuri ibidem; Alioquin non obſtante eorumdem abſentia, adverſus eosdem, juxta Imperialis noſtræ Curiæ Leges & approbatas conſvetudines ſine quavis dilacione, ad Sententiam vellemus procedere, prout juſtitia, & reatus ejusdem pravitas exigit, & ut cæteris transeat in Exemplum, ex officio noſtro ſuper tam notoriis, & evidentibus exceſſibus ad privationem Vicariatuum, honorum libertatum, præeminentiarum, privilegiorum, & alias pœnas legales, & et conſvetudinarias, & arbitrarias, ut præmiſſum eſt, procedendo, cujus Citationis tenorem, quo minus ignorantiam dictus Galeaz, dictique complices, adhærentes, colligati, et ſequaces ejusdem poſſent prætendere, in valvis portarum noſtrarum mandavimus affigendum, dando nihilominus eisdem in veniendo, ſtando, & redeundo ſecuritatem Imperialem per omnes Terras noſtras, & Sacri Imperii, ſpondentes, et promittentes eisdem de ſecuro conductu ſecuriſſime providere, ipſis vero, nec aliquo ipſorum in ultimo termino peremptorio prænotato non comparentibus in Civitate noſtra Pragenſi Regni Boemie ubi tunc deveneramus, Procuratore noſtræ Curiæ generali præſente, et inobedientiam, ac contumaciam jam trinam præfatorum reorum accuſante, pro tribunali ſedentes, aſſiſtentibus nobis Illuſtri Wenzeslao Rege Boemiæ, Nato noſtro, & Sacri Imperii Electore, & aliis Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, & Procerum multitudine copioſa, ipſum Galeazium, nec non valitores, complices, colligatos, ſequaces, & adhærentes ipſius in hac parte contumaces, rebelles, hoſtesque noſtros, & Reipublicæ, & reos læſæ Majeſtatis crimine pronuntiavimus, et declaravimus, et virtute præſentium pronuntiamus, et declaramus, et quia ad vocem miſericordis monicionis noſtræ de malis facti ſunt pejores, et de pejoribus peſſimi, et de peſſimis, more Diaboli, in malum obſtinati iniquitatem iniquitati ſuper accumulantes in præfatæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Terrarum, Dominiorum, libertatum, colligatorum, adhærentium, et fautorum ipſius notam perniciem, et publica nocumenta, ac in noſtræ Majeſtatis opprobrium, et contemptum: Nos igitur Sanctæ Matris Eccleſiæ pie compatiendo preſſuras, animo deliberato, non per errorem, ſed ſano, atque maturo Principum, Comitum, Baronum, et Procerum noſtrorum accedente conſilio, de certa noſtra ſcientia, et de plenitudine Cæſareæ poteſtatis in hiis ſcriptis, Dei nomine invocato, pronuntiavimus, decrevimus & declaravimus, pronuntiamus, decernimus, et declaramus præfatum Galeazium, adjutores, complices, valitores, fautores, adhærentes, et ſequaces ipſius in hac parte, etiamſi Ducis, Comitis, Vicecomitis, Baronis aut alterius Dignitatis ſeu Nobilitatis honore præfulgeant, qui eidem Galeazio, adverſus eamdem Sanctam Matrem Eccleſiam, colligatos, adhærentes, et fautores ipſius, verbo, nutu, aut opere, conſilium, auxilium, aut juvamen, publice vel occulte, directe vel indirecte, in ſupradictis Gverris, moleſtiis, invaſionibus, rapinis, et dampnis præſtiterint, et hactenus præſtaverunt, in illas pœnas ipſo facto incidiſſe realiter, quæ a ſacris Legibus promulgatæ ſunt in eos, qui rei ſunt læſæ Majeſtatis crimine, et auctoritate præfata antedictos Galeaz, colligatos, complices, adhærentes, fautores, & ſequaces ipſius mandatorum Imperialium contemptores notiſſimos, qui moni-

Digitized by Google

monitiones, & exhortationes benignitatis Cæsareæ præsumptuosa malignitate contempserunt, nec non hæredes, & successores ipsius, in perpetuum Vicariatu, & Vicariatibus Civitatis Mediolani, et omnium aliarum Civitatum, districtuum et Territoriorum, Terrarum, Castrorum, et Locorum, quæ alias suo, et ipsorum Vicariali Regimini tam per nos, quam per quemvis alium Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum specialiter vel generaliter, ac quovismodo commissa fuissent, privamus, et exuimus, privatos, et exutos legitime, et ex certa scientia declaramus, et præsentibus nunciamus, et ad nos, et mensam nostri Sacri Imperii reducimus, et revocamus, ac eundem Galeacium et Successores suos in perpetuum, nec non adjutores, complices, valitores, fautores & adhærentes ipsius, ac omnes, et singulos supradictos, etiamsi Ducis, Comitis, Vicecomitis, Baronis, aut alterius Dignitatis, seu Nobilitatis honore præfulgeant, nec non uxores, & liberos eorumdem, nec non qui, sic ut præmittitur, eidem verbo, nutu, vel facto consilium, auxilium aut juvamen, publice vel occulte directe, vel indirecte, sive per modum stipendii, vel Societatis, aut Ligæ, aut aliter, a tempore dictarum nostrarum Citacionum, & prohibicionum hujusmodi, præstiterunt, præstant, seu præstabunt in futurum, proscribimus, bannimus, & verberamus, & eos, & eorum quemlibet omnibus, & singulis privilegiis, præeminentiis, gratiis, indultis, juribus, & honoribus, quibus ex indulto Principum, & origine genituræ, seu aliis quibus cumque titulis gaudebant, seu fruebantur hactenus, penitus exuimus, & privamus, ac privatos & exutos legitime præsentium tenore declaramus, & præsentibus nunciamus, nec non universa, & singula feuda, bona mobilia, & immobilia, possessiones, Civitates, Castra, Villas, Oppida, Terras & Dominia supradictorum, quæ titulo alio, quam Vicariali obvenerunt eisdem, & ex quacumque causa obtinebant, nec non fructus, redditus, & proventus eorumdem in quibuscumque rebus, seu ubicumque Locorum noscantur consistere nostri Imperialis Erarii, & Fisci usibus applicavimus, & confiscavimus Præterea ipsum Galeatium, Filios, & Heredes, & omnem posteritatem ipsorum, complices, fautores, adhærentes, & sequaces supradictos ipsius inhabiles reddimus, declaramus, & pronuntiamus, & ad obtinenda, regenda quaevis Officia publica Imperialia, sive quæcumque alia, sive Vicariatus, sive alia quæcumque sumenda, ita ut nullam indulgentiam valeant ad præmissa, vel eorum alterius aliquo modo, & tempore quocumque reduci, seu habilitari quomodolibet in futurum. In super Vassallos, Subditos, & fideles eorum, qui ad ipsos, sive titulo Vicariali Hæreditario, aut alio quovis modo, pertinere noscebantur, & noscuntur ab omnibus fidelitatibus, promissionibus, & fidelitatis Homagio, seu obligationis, aliisque subjectionibus, quibuscumque denominari Vocabulis, quibus præfato Galeazio, & Filiis suis in hac parte complicibus, Fautoribus, colligatis, sequacibus teneri quovismodo poterant, absolvimus, & auctoritate Cæsarea, & Imperialis Potestatis Plenitudine penitus liberamus, mandantes eadem auctoritate, & sub poenis in præsentibus processibus contentis, eisdem, & eorum cuilibet, ut in nullo præfato penitus deinceps aliquibus coloribus, seu titulis obediant, aut obedire, aut eis juvamen, favorem, auxilium, servitium, consilium, impendere quovis modo præsumant, & quod omnia bona supradictorum, mobilia & immobilia, quæ alio, quam Vicariali titulo obtinebant, sacro Erario confiscata censuimus, & declaravimus, auctoritate prædicta eadem bona cuilibet concedimus occupandi, dando, & concedendo, singulis fidelibus, & Subditis Sacri Imperii, & quibuslibet aliis plenam, & omnimodam potestatem, ipsos, & eorum quemlibet tamquam rebelles Sacri Imperii hostes, & inimicos Reipublicæ, ac Læsæ Majestatis criminis reos, & condempnatos impune capiendi, captivandi, mutilandi, & interficiendi, ita ut exinde gratiam, & honorem expectent, & munificentiam Cæsareae Majestatis; inhibemus etiam universis, & singulis nostris, & Sacri Imperii fidelibus, sub poenis expressatis superius, ne antedicto Galeazio, Filiis, Hæredibus, ac Successoribus suis, Adjutoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, & Fautoribus eorum aliquod deinceps in perpetuum exhibeant, sive præstent, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se vel alios, consilium, auxilium, subsidium, favorem, præsidium seu juvamen supplentes omnem defectum, si quis in præmissis, seu præmissorum aliquo, dubietate, defectu, aut finistra interpretatione verborum vel Sententiarum, seu solempnitatum obmissae, aut ex non servato juris ordine, vel alio quovis modo captus fuerit de certa nostra scientia, & plenitudine Imperatoriæ potestatis, non obstantibus quibuscumque legibus, Constitutionibus, Statutis, & Reformationibus, publicis, vel privatis, Privilegiis, Literis, gratiis, indulgentiis, consuetudinibus, usibus & observantiis, quibus etiam specialibus vocabulis valerent experiri, etiamsi hiis jure, vel consuetudine deberent in præsentibus expresse, districte, & specifice fieri mentio specialis; quibus omnibus, & singulis, si, & in quantum præfatæ intentioni vestræ in toto, seu in aliqua sui Parte obviare, contraire, seu adversari censentur, de certa nostra scientia, & Imperialis potestatis plenitudine per omnia derogamus, & expresse revocamus, ac si de hiis, & singulis in præsentibus processibus expressa, & specialis mentio facta esset, quæ omnia volumus pro expressis haberi; & ne præfatus Galeaz manifestus invasor sanctæ Matris Ecclesiæ, & reus crimine Laesæ Maestatis, ac Sacri Imperii, & Reipublicæ inimicus, & hostis, adjutores, complices, valitores, fautores, & adhærentes ipsius, ut præmittitur, simulatam ignorantiam constructam suis fraudibus, & dolosis ingeniis prætendere valeant, universis, & singulis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, Communitatibus, & cæteris quibuscumque nostris, & Sacri Romani Imperii Subjectis fidelibus, ad quos nostri processus, & sententiæ per quoscumque, & qualitercumque pervenerint, mandamus, præ-

Digitized by Google

præcipimus, & injungimus præsentibus serio-se, quatenus antedicta omnia sub omnibus sententiis, tenoribus, punctis, & clausulis, sicut expressantur superius, antedicti Galeatii, & suorum complicum, & adhærentium si commode potuerint, deducant notitiam, & eadem sibi intimare velint, & debeant tali sollicitudine, talique frequentia, quod non Verisimile quin ad notitiam dicti Galeazii, & suorum sequacium, complicum, fautorum, & colligatorum perveniant omnia supradicta sicut & nos tenore præsentium eisdem intimamus, denunciamus & publicamus, nec non supradicta publicent, & publicari faciant sine mora in suis Curiis, Civitatibus, Locis, & Terris, ut omnem Terram exeat fama, & noticia nostrorum præsentium processuum, & Imperialis in tam pestiferos, & criminosos promulgata sententia ultionis, sub poena mille marcharum auri purisimi, quam illos, & quemlibet eorumdem, qui nostris mandatis non obedierunt cum effectu, nostro Erario applicandam incurrere voluimus ipso facto, indignationem nihilominus Maestatis Cæsareæ, nec non & alias poenas tam legales, consuetudinarias, quam arbitrarias, prout nostræ Serenitati videbitur se corpore incurrere ex tali inobedientia non immerito formidantes, præsentium &c. Datum Pragæ anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, Indictione decima, tertio Nonas Augusti, Regnorum nostrorum anno vigesimo septimo Imperii vero decimo octavo.

XXIII.

Instrumentum publicum Treugæ inter Gregorium XI. Pontificem Maxim. ex una & Bernabouem atque Galeatium, Vice-Comites Mediolani & Vicarios Imperii, ex altera parte initæ, d. d. 4. Jun. An. 1375.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

NOverint universi præsens instrumentum publicum inspecturi, quod anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, Indictione decima tertia, die Lunæ quarto mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Gregorii, Divina providentia Papæ undecimi, anno quinto. In mei Notarii Publici, & Testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter, & rogatorum præsentia, constituti personaliter Reverendissimus In Christo Pater, & Dominus Dominus Guillielmus miseratione Divina Sancti Angeli Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis in nonnullis Terris Italiæ Romanæ Ecclesiæ immediate subjectus pro Domino nostro Papa, & eadem Ecclesia Vicarius Generalis, ac Commissarius præfati Domini nostri Papae ad omnia & singula infra scripta specialiter deputatus, prout constat per Litteras Apostolicas ejus vera Bulla bullatas, quarum tenor inferius describetur. Attendens & considerans, quod plerumque Sacrosancta Romana Ecclesia laudabiliter concepta, & consulte ordinata, suadente postmodum subjectorum utilitate, maxime ubi vitantur strages personarum, animarum pericula, ac rerum & guerrarum dispendia consultius, & racionabilius revocat, & in melius commutat, ac condolens in filiorum lenitate pietatis ad redeundum eos invitat irremisse & gratulancius, cum reditum sperat fructuosum, & non otiose præmeditans, quot, & quanta discrimina afferant guerrarum anfractus, ut mundus hodie in maligno positus plurimum manifestat cum lacrymis in maxillis; Ex hiis enim frigescit caritas in Populo Christiano, insurgunt homicidia, incendia, deprædationes, & demum omnis machina malorum exultat devotio populorum; & quod detestabilius est auctor Pacis coli perturbatur, speransque exinde subsequi non solum bonum quietum, & tranquillum statum Partium infra scriptarum, & cujuslibet earum, ac Subditorum ipsorum, sed etiam totius Italiæ, & Subditorum ipsius, idem Dominus Cardinalis nomine Sanctissimi Patris, & Domini Domini nostri Papæ supradicti, ac Sacri Collegii Dominorum Cardinalium, Romanæ Ecclesiæ, atque suo, ac pro se, & omnibus Colligatis, Adhaerentibus, & Sequacibus eorumdem, pro omnibusque Provintiis Subditis, Terris, & Civitatibus eorumdem, seu quas tenent, & gubernant, & pro Illustrissima Domina Johanna Regina Jerusalem, & Siciliæ &c. et Subditis, Provintiis, et Terris ejusdem, ac pro Illustri Principe Domino Amadeo, Comite Sabaudiae, et pro Illustribus Viris Dominis Marchionibus Montisferrati, ac pro omnibus Terris, et Subditis eorumdem, nec non circumspectus Vir Dominus Antonius de Mazonis de Mutina Licentiatus in jure Civili, Vicarius, et Procurator Illustrium Dominorum Nicolai, et Alberti Marchionum Estensium, ac Vicariorum Ferrariæ et Mutinæ &c. Colligatorum Domini nostri Papae, et Ecclesiae praedictorum pro dictis Dominis Marchionibus, ac pro Civitatibus, Terris, Castris, et Locis, quas et que tenent, regunt, aut gubernant, et pro suis Subditis, Colligatis, Adhaerentibus, Sequacibus, Fautoribus et Recommendatis, et ipsorum omnium, et singulorum Terris, Castris, Locis, et Fortalitiis et Territoriis quibuscumque ex una parte; Et sapientes Viri Domini Tomasius de Cropelio de Soncino Vicarius Magnifici, et Excelsi Domini Domini Bernabovis Vice-Comitis Mediolanensis &c. Imperialis Vicarius generalis et Aduardus de Curatis de Mediolano Legum Doctor, et Nobilis Vir Vassalinus de Bossiis de Mediolano Procuratores, et Procuratorio nomine præfati Domini Bernabovis pro eodem Domino Bernabove, ejusque Filiis, Colligatis, Adhaerentibus, et Recommendatis, ac Subditis, Civitatibus, Terris, Castris, Fortaliciis, et Territoriis quibuscumque, seu quas, et quae praefatus Dominus Bernabos tenet, regit, aut gubernat, ac sapiens Vir Dominus Ludovicus de Bombellis de Valentia Legum Doctor, Vicarius Magnifici, et Excelsi Domini Domini Galeaz Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generа-

Digitized by Google

neralis, & Nobilis Vir Antonius de Lucino de Cumis præfati Domini Galeaz Cancellarius Procuratores, et Procuratorio nomine ejusdem Domini Galeaz pro ipso Domino Galeaz ejusque Filiis, Colligatis, Adhaerentibus, Sequacibus, Fautoribus et Recommenatis, ac Subditis, Civitatibus, Terris, Castris, Fortalitiis, & Territoriis quibuscumque, seu quas, et quae praefatus Dominus Galeaz tenet, regit, aut gubernat ex parte altera, prout de dictorum Procuratorum omnium, ac singulorum Procuratorio, seu Mandatis constat per Instrumenta publica ibidem exhibita, quorum tenores inferius sunt inserti, de, et super discordiis, guerris, et dissensionibus praeteritis, et vigentibus inter dictas Partes, pervenerunt, et perveniunt ad infrascriptam Concordiam atque Treguam, quam fecerunt, et faciunt cum omnibus Pactis, formis, modis, et tenoribus infra scriptis, videlicet;

In primis quod dicta Tregua a die hodierna duret, et durare debeat, atque intelligatur usque ad annum unum proxime venturum, et post continue, et semper, donec una Pars eam alteri Parti, scilicet Dominus noster Papa eisdem Dominis Bernabovi, et Galeaz, vel ipsi Domini Bernabos et Galeaz eidem Domino nostro Papae contra mandaverint, & post contramandata per duos menses, acto expresse, quod Dominus Dominus noster, & Successor atque Collegium Sede vacante possit infra annum, & etiam post annum, quandocumque durantibus Treguis, dictas Treguas prorogare ad sex menses, vel infra illos ad tempus, de quo sibi videbitur, & post tempus prorogatum durent etiam continue, & semper, donec una Pars eam alteri, ut supra, contramandaverit, & post contramandatum per duos menses, quam prorogationem praefatus Dominus noster notificari faciat Partibus infra mensem a die Prorogationis, infra quem mensem cesset, & cessare debeat omnis offensa, & novitas inter Partes, praedicta autem Tregua praeconizetur, & publicetur in Civitatibus, & Locis Fronteriarum die Lunae undecima praesentis mensis: Et si post diem praesentem infra dictam diem Lunae fieret aliquid contra Treguam, non imputetur alicui Partium, nec poena committatur, nec restitutio dampnorum fiat, sed si caperentur, vel occuparentur interim per unam Partem aliquae Civitates, Terrae, vel Castra alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhaerentium Sequacium Fautorum & Recommendatorum &c. restituantur illis, qui hodie possident, seu sub cujus obedientia sunt, et hoc libere, & absque aliqua contradictione.

Item quod durante dicta Tregua, cuilibet dictarum Partium, & Colligatorum, Adhaerentibus, Fautoribus, Recommendatis, & Sequacibus eorum liceat, ac possint praedicta cum effectu tenere, & possidere pacifice, & quiete, sine offensa, & contradictione alicujus de altera Parte, absque eo quod possit ad recuperationem alicujus Civitatis, Castri. Fortalicii, Loci, vel Villae, seu eorum, vel alicujus earum Districtuum, Territoriorum, seu Villarum per modum Guerrae, vel Tractatus tenentibus ipsa Fortalicia, Civitates, Castra, Loca, seu Villas cum earum, vel eorum Districtibus, Territoriis, ac Villis volentibus, vel invitis procedi, nec etiam recipi, si Populi Subditi uni Parti, seu habitantes, vel commorantes sub obedientia unius Partis ac Locis, in quibus commorantur, seu degunt, voluntarie vellent ad obedientiam alterius Partis venire, omnia, & singula Fortalicia, & Loca, Civitates, Castra, & Villas, cum earum, & eorum Districtibus, & Territoriis, atque Villis, jura, res & bona, quae nunc tenent, & possident, seu in quibus habent obedientiam, praeminentiam, custodiam, superioritatem, vel guardiam qualemcumque, praesentiales & actuales, per se vel alium, seu alios non occultas, & cum omnibus, & singulis, quae eisdem Partibus obediunt, hiis dumtaxat exceptis, quae inferius in sequentibus Capitulis declarantur, & quod quilibet de dictis Partibus, durante dicta Tregua, possit libere, & secure, per se vel alium, ire & mittere victualia, & gentes etiam armigeras, & quaelibet alia pro custodia, & commoditate necessaria, & utilia, seu sibi grata, vel placita ad Civitates, Castra, Villas, Loca, & Fortalicia, quae tenent, & possident, & quae sub ejus Dominatione vel Obedientia stant, seu degunt, etiam per Territoria alterius Partis sine aliqua contradictione, vel offensa, solvendo datia, & pedagia pro tempore ordinata generaliter in singulis Terris Partium, per quas transitum fieri contigerit, sicque in impposition, & exactione cesset omnis fraus, & machinatio: Ita tamen, quod si gentes armigerae transire volentes sint ultra numerum viginti, debeant Officiales Locorum, de quibus recedunt, notificare per unam diem, ante Officialibus Terrarum, per quas, seu quarum Territoria transire voluerint, et in omni casu, & in quocumque numero sic transire volentes habeant, & secum portent Litteras Testimoniales Officialium ipsorum Locorum de quibus recedent, & Officiales Locorum, per quae, seu quorum Territoria transibunt dictae gentes armigerae, debeant, & teneantur eis facere ministrari in eorum Territoriis victualia pro pretio competenti.

Item, durante dicta Tregua, neutra Partium possit contra alteram Partem, aut Colligatos, Adhaerentes, Fautores, Recommendatos, Seu Sequaces ipsius, Subditum, Colligatum, Adhaerentem, Recommendatum, seu Fautorem alterius Partis recipere, in suam subjectionem, obedientiam colligationem, adhaerentiam, recommendationem, seu fautoriam, etiam si vellet voluntarie venire, & se subjicere, colligare, recommendare, vel quomodol bet adhaerere.

Item quia in Partibus Placentinis, & alibi sunt aliquae villae apertae, & propter Guerram inhabitatae ad praesens, ad quas Habitatores, & Incolae dictarum villarum redire poterunt, Tregua durante, & posset esse postea quaestio de, & super eis inter Partes, convenerunt, atque conveniunt, quod homines, qui retraxerunt se ad Fortalicia, & sub obedientia Ecclesiae una cum ipsorum bonis, possessionibus, & rebus omnibus remaneant sub jurisdictione & obedientia Ecclesiae, & suorum officialium; Illi vero, qui

Digitized by Google

retraxerunt se ad Fortalicia, & sub obedientia dictorum Dominorum Bernabovis, et Galeaz, seu alterius eorum una cum bonis, rebus, & possessionibus eorum remaneant sub jurisdictione, & obedientia dictorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, acto tamen, quod durante Tregua, neutra partium possit Fortalicia quocumque modo facere in eis villis, vel aliqua eorumdem, aut in Territoriis eorum.

Item, quod durante hujusmodi Tregua, dicti Domini Bernabos, & Galeaz servent, & servari faciant plene, & libere in omnibus, et singulis Terris, quæ per ipsos tenentur et possidentur, nec non in Terris, seu Dominiis aliorum eis uti superioribus Dominis obedientium Prælatis, & omnibus Personis Ecclesiasticis Jurisdictiones suas spirituales, & Ecclesiasticas libertates, ut possint bona, quæ tenent, et possident, seu quæ tenebant, et possidebant tempore motæ præsentis guerræ, libere, & pacifice possidere, & fructus, redditus, & proventus eorum percipere, & habere etiam absque eo quod eis taleas, vel collectas, vel exactiones quascumque imponant, seu exigant, vel qualitercumque recipiant ab eisdem, nec pro hactenus impositis exigant; & Apostolicos, ac etiam ordinarios impetrantes ad eorum gratias, & Beneficia admittere permittant absque impedimento quocumque, & si per ipsos impetrantes vel eorum parte, vel alios pro eis invocetur eorum brachium sæculare admitti, & in possessionem beneficiorum hujusmodi libere faciant, quibuscumque impedimentis remotis, de ipsis etiam Beneficiis, & Dignitatibus Ecclesiasticis non se impediant, nec alios impedire permittant quocumque modo.

Item quod præfati Domini Bernabos & Galeaz per se, vel per alios non molestent, nec inquietent, nec per suos. Officiales, vel Subditos molestari, inquietari, seu turbari permittant Prælatos, & alias Personas quascumque Ecclesiasticas Terrarum, seu Dominiorum, & Districtuum, quas, seu quæ ipsi Domini Bernabos, & Galeaz conjunctim, vel divisim habent, regunt seu gubernant in Castris, Terris, Dominiis, Jurisdictionibus, rebus, redditibus, possessionibus, seu bonis, quas seu quæ dicti Prælati, seu Personæ Ecclesiasticæ habent, & tenent, seu possident, seu quæ tempore motæ guerræ habebant, tenebant & possidebant, sed circa facta Episcopi Lunen. serventur tantum Capitula, quæ specialiter loquentur de factis Episcopi Lunen. & de factis Lunisan.

Item quod dicta Tregua durante, omnes Colligati, Adhærentes & Subditi, Recommendati, Sequaces, seu Fautores utriusque Partium possint libere per Territorium alterius Partis mercari, & aliter, sine, offensione tamen negociari in omnibus, prout fiebat ante motam præsentem Guerram, solvendo dacia, & alia doveria pro tempore ordinata generaliter in singulis Terris Partium, per quas transitum fieri, vel in quibus mercari contigerit, ita quod in impositione, & exactione cesset omnis fraus, & machinatio, sic tamen, quod granum, & bladum cujuscumque manerici de Territoriis Partium prædictarum absque licentia earumdem extrahi non possit.

Item quod pro meliori, & securiori observatione Treguarum, & pro honore etiam Domini nostri Papæ dictus Dominus Bernabos permittat libere & sine contradictione Episcopum Lunen, uti sua Spirituali Jurisdictione, & eidem servet, & servari faciat, per gentes, & Officiales suos plene, & libere omnes Ecclesiasticas libertates.

Item quod permittat eumdem Episcopum Lunen. & ipsius Episcopi, & Ecclesiæ Lunen. homines, & Subditos, qui sibi adhæserunt in præsenti Guerra, plene & libere gaudere omnibus Possessionibus, Redditibus, Fructibus, Proventibus, & juribus, quibus utebantur, & gaudebant ante motam præsentem Guerram, dummodo se non intromittant, nec intromittere possint, pendente Tregua, de fructibus, redditibus, & proventibus perceptis, & habitis a tempore motæ Guerræ usque ad diem celebrationis præsentis Contractus, nec circa ea, vel eorum aliquod sibi, vel eis præstet, vel præstari permittat aliquod impedimentum, nec alias ipsum gentes suas, aut Subditos molestet, vel inquietet per se, vel Officiales, aut qualitercumque, vel quocumque modo, sed de Castris, & Fortaliciis in Jurisdictione temporali se non intromittat Episcopus, durante Tregua, sed fiat prout in proximo sequenti Capitulo continetur, & quod Homines & Subditi dicti Episcopi, qui sunt verisimiliter suspecti Domino Bernabovi, & possint nocere Statui suo, quod in determinatione, & declaratione esse debeat illius Militis, qui ad gubernationem Castrorum, & Locorum secundum tenorem infra proximi Capituli deputabitur, non accedant personaliter ad ipsa loca.

Item quod dictus Dominus Bernabos ponat in manibus unius Domini Cardinalis eligendi per ipsum Dominum Bernabovem, Bastitam de Cexio contra Mutinam, nec non omnia Castra, & Fortalicia Ecclesiæ, & Episcopatus Lunen. in quibus non intelligatur Sarzana, Castrum Sarzanæ, & Aventia, quæ Castra, Bastitam, & Fortalicia ponenda, ut supra, in manibus Cardinalis, ipse Dominus Cardinalis custodiri faciat expensis ipsius Domini Bernabovis per aliquem probum Militem placibilem, & non suspectum Domino Bernabovi; & ipse Dominus Cardinalis, & Miles promittant & teneantur eidem Domino Bernabovi ea reddere, & restituere, Tregua finita, si Pax non sequeretur; si autem sequatur Pax, facere de eis, prout per Pacem fuerit ordinatum. Hoc acto, quod Miles, qui deputabitur ad Custodiam, provideat in octo dies, postquam habuit possessionem Bastitæ, quod per Canale possint navigia cum personis, & rebus quibuscumque libere, & absque ulla solutione, vel impedimento duci, et reduci, et etiam hoc acto, quod Dominus Bernabos in Sarzana, Castro Sarzanæ, et Aventia ponat pro toto tempore Treguæ Officiales placibiles, et non suspectos Domino nostro Papæ, qui jurent, et promittant, quod per ipsas Terras, et ipsarum Territoria liber erit transitus, et securus transeuntibus, maxime in transitu Domini nostri Papæ, toto suo posse, bona fide, et sine fraude, et quod tenebunt pastus, et stratas securas, et bannitos Ecclesiæ Romanæ scienter de

cætero

Digitized by Google

cætero non receptabunt, et si receptarent, requisiti expellent, et Treguas servabunt, et volentes eas rumpere impedient suo posse.

Item quod dicti Domini Bernabos, et Galeaz, seu eorum alter, et Colligati, et Adhærentes non procedant quoquo modo contra aliquem ex Subditis, Colligatis, Adhærentibus, seu Sequacibus suis, qui cum Domino nostro, vel suis Officialibus vel Gentibus, aut Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, vel Fautoribus Domini nostri, vel eorum Officialibus, vel Gentibus de veniendo ad ipsius vel eorum obedientiam, vel subjectionem, Tractatus aliquos habuerunt, vel fuerunt in hoc participes, vel consentientes, et quod omnes processus durante Guerra dictis ex causis inchoati nondum terminati, sint suspensi, et effectum non habeant Tregua pendente, et contenta in præsenti Capitulo intelligantur, et locum habeant in Domino Cardinali, et in omnibus Officialibus Ecclesiæ Romanæ, et Colligatis, et Adhærentibus ut procedere non possint in casibus suprascriptis; et si processus inchoati essent, et nondum terminati sint, et esse debeant, durante Tregua, suspensi, hoc etiam expresse convento, quod jam Banniti Parcium prædictarum ad Loca ipsarum Parcium, a quibus sunt banniti, personaliter non accedant.

Item quod quælibet Partium prædictarum faciat jurare, et alias obligare Rectores, Capitaneos, et principales Caporales, Civitatum suarum, et aliorum Fortaliciorum, quæ sunt in Fronteriis, videlicet Dominus noster illos, qui per eum, seu pro ejus parte sunt, seu essent ordinati in Civitate, ac Comitatu Vercellarum, ac in Territoriis, Novariensi, Papiensi, Placentinensi, Alexandrinensi, et Terdonensi, et ipsi Domini Bernabos, et Galeaz similiter illos, qui per ipsos, vel eorum parte sunt, vel erunt ordinati in Civitatibus, Territoriis, ac Districtibus Parmensi, Regii, Placentinensi, Alexandrinensi, Vercellensi, Novariensi, Papiensi, et Terdonensi de plene, et fideliter observando Treguas hujusmodi et omnia contenta in eis, et de impediendo posse suo omnes illos, qui eos infringere vellent; Et si illos mutari ex quavis causa contingeret, quod simili modo alios, qui subrogarentur, faciat jurare, et se obligare ad Treguarum hujusmodi plenam, et fidelem observationem, et ad volentes eas infringere toto posse, et bona fide impediendum, et similiter sub eadem forma prædicti Marchiones Estenses faciant promittere, et jurare Rectores, Capitaneos, et principales Caporales Mutinæ, et partium vicinarum præsentes, et futuros.

Item quod quælibet Partium prædictarum promittant præsentem Treguam, et omnia, et singula ipsius Capitula tenere, et observare, et etiam ea a suis Colligatis, Adhærentibus, et Sequacibus facere, inviolabiliter observari suo posse, bona fide, sine dolo, omni fraude cessante, et ad hoc se obligent, et jurent, ut moris est; Et dicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis et Galeaz nominibus quibus supra obligant dictos Dominos suos, et promittunt eorum nominibus in, et sub fide Nobilium, quod si præfati eorum Domini, vel alter eorum contravenirent, seu contraveniret, quod contravenientes, seu contraveniens possent, seu posset ubique appellari fidefragi, fidementiti, atque perjuri.

Item quod si per dictos Dominos Bernabovem et Galeaz, aut eorum alterum, vel eorum, seu alterius eorum Subditos, Officiales contra Treguam prædictam fieret aliquid, vel attemptaretur in casibus, inferius descriptis, vel aliquo eorum, videlicet Civitatem, Castrum, vel Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, vel Sequacium per modum Guerræ tractatæ, vel aliter capiendo, vel ad rebellionem, vel inobedientiam reducendo, vel Subditum, Colligatum, Adhærentem, vel Sequacem, Civitatem, Castrum, Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis etiam voluntarie venire volentem recipiendo, seu Territorium alterius Partis, vel suorum hostiliter invadendo, vel invadi faciendo, aut præstando in his auxilium, consilium, vel favorem, ipsi Domini Bernabos, Galeaz, et ipsorum quilibet teneantur infra duos menses, postquam fuerint requisiti, attemptata, vel facta contra Treguam in præmissis casibus, vel eorum aliquo, ad statum pristinum reducere, et facere reduci, et dampna data emendare, et ita servare, et adimplere promittunt dicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis, et Galeaz dictis nominibus, bona fide, et sine fraude, et dolo quibuscunque; et si infra dictos duos menses post requisitionem factam, eis contra facientibus, vel alteri eorum, qui contra fecerit, attemptata, vel facta contra Treguam in præmissis casibus, vel eorum aliquo ad pristinum Statum reduxerint, vel reduci fecerint, et dampna data quomodocumque emendaverint, seu emendari fecerint, Tregua ipsa remaneat in sua firmitate, et ipsi Domini Bernabos, et Galeaz nullam pœnam incurrant; si vero præfati Domini Bernabos, et Galeaz infra dictos duos menses post hujusmodi requisitionem quicquid attemptatum fuerit contra Treguam in aliquo ex casibus superius in hoc Capitulo nominatis non reduxerint, seu reduci non fecerint ad pristinum statum, et dampna qualitercumque, data non emendaverint, seu non fecerint emendari, incidant ipsorum videlicet quilibet qui contra fecerit, tociens quociens venerint, seu venerit contra Treguam hujusmodi, faciendo contra Treguam in aliquo ex casibus superius in hoc Capitulo expressis et nominatis, in pœnam centum millium florenorum, auri appositam pro Treguæ observatione, et de ea solvenda caveant, ut in ordinato super hoc Capitulo inferius continetur, et nihilominus teneantur dampna data resarcire, vel facere resarciri, sic tamen, quod si alter ipsorum tantummodo faceret, vel veniret contra aliquem ex casibus superius nominatis, ille solum pœnam incurrat, et ad dampnorum datorum restitutionem teneatur, ac remaneat obligatus; et etiam quod eorum Colligati, et Adhærentes ipsorum ipsos juvare ad præmissa nullatenus teneantur, nec possint, et etiam quod, pœna soluta, vel non sit in optione Domini nostri, et Partis suæ utrum velit Treguas in sua firmitate manere, an eas totaliter esse fractas, hoc acto expresse, quod Colligati Ecclesiæ Romanæ, qui non obligantur ad pœnam pecuniariam, præfati Domini Bernabos, et Galeaz ad pœnam pecuniariam non obligentur.

Digitized by Google

XIX.

Compositio per Carolum IV. Rom. Imperatorem facta inter Johannem Galeatium, Vice-Comitem Mediolani, & Johannem, Montisferrati Marchionem, super controversiis, quæ inter eosdem de Civitate Astensi ejusque territorio, necnon Castro Cone, s. Cunei ejusque territorio excitæ erant, d. d. XI. Kal. Febr. An. 1360.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter Amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiae Rex. Nobilibus Galeaz & Johanni Galeaz nato ipsius vicecomitibus Mediolani, pro sacra Majestate Imperiali Papie & in ceteris quibusdam aliis locis Vicaris qualibet fidelibus suis dilectis gratiam &c. Licet post multarum dissensionum discrimina & damnose contencionis disturbium, que inter Illustrem Johannem marchionem *Montisferati* pro sacra majestate nostra tunc *Papie Vicarium* principem & consanguineum nostrum ab una & nobilem Barnabam ac te & heredes vestros pro te ab alia non absque gravi dispendio subditorum longis temporibus durarunt, inter alia, que per modum concordiæ super litibus hujusmodi sopiendis pro bono pacis & tranquillitate pauperum inter vos utrobique hinc inde tractata fuerunt, certa quædam capita nostræ majestati diffinienda interpretanda & declaranda concordi voluntate duxeritis remittenda, quibus intellectis & in examen provide discussionis adductis pro bono statu prædictarum precum, & ut christianus populus grata pacis amenitate quiesceret sub grato regimine principis generosi animo deliberato & sano Electorum & aliorum, principum Baronum & procerum sacri imperii & nostrorum fidelium accedente consilio, in opido nostro imperiali dicto Rotemburg declaravimus, quod civitas Ast cum ejus territorio & terra & castrum Cone cum ejus territorio & quecunque alia castra terre & loca ablata tibi *Galeaz* tempore controversiarum hujusmodi, deberent restitui ac prefatus marchio Montisferati in possessionem castrorum, terrarum & locorum, territorii Papiensi reduci deberent sub eo modo, sicut predicta utrobilibet ante controversiam prefatam *Vicariatus* nomine & titulo tenuistis cum cunctis aliis punctis & clausulis, quæ in literis declarationis prefate plenius & distinctius continentur, & quamvis hac pronunciatione sic facta de nobilis Sdizlai de Weytenmul familiaris & fidelis nostri dilecti fide & circumspectionis industria præsumtionem indultam obtinentis, ipsum ad partes easdem transmisimus, data & concessa sibi libera & omnimoda potestate, quod se nomine ac vice nostre majestatis de omnibus ad consumationem talis nostre declarationis spectantibus intromitteret, & omnium talium rerum possessionem acciperet, & vobis utrobique ea, que cuilibet, juxta formam declarationis nostræ, competerent protinus assignaret & declarationem nostram sub omnibus formis, modis & condicionibus, prout in nostris imperialibus litteris inveniebatur expressum effectui & consummationi debite destinaret, sicut de omnibus predictis & eorum quolibet & aliis ab eis dependentibus, que ad prefatam consumationem talium utilia necessaria vel optima quolibet videbantur, etiamsi mandatum exigerent speciale, predictus Sdizlaus cum clausula ratihabitionis a nostra majestate plenam acceperit potestatem, teque ac dictum marchionem nostro nomine requisierint, quod nostre imperiali diffinitioni parere & in omnibus ejus juxta formam declarationis nostre resignare & ponere velletis, ea, que in nostra declarationis litera tenebantur, & quanquam tu prefatus Galeaz & Barnabas frater tuus vos ad parendum imperialibus mandatis nostris, prout antedicti Sdizlai tenebat assertio, offerrentes & parati effetis diffinicionis & ordinacionis nostre ordinem, quantum ad vos spectabat, absque impedimento quolibet consumare, tamen dictus marchio Montisferati tunc Papie Vicarius quibusdam occasionibus pretensis nostre declarationi non pareat, neque parere voluit, sicut de his omnibus fide digna relatione dicti Sdizlai sumus plenius informati, & quia dicti marchionis Montisferati inobedientia, qua nostre declarationi parere contempsit, tibi Galeaz predicto, qui ad recuperandas terras, que de commisso tibi *Vicariatu* sublate fuerant, nitebaris pro viribus juste quidem & notorie tribuit materiam litigandi ac civitas Papiensis & ejus territorium, quam & quidem pendentibus guerris acquisivisse dinoscebaris se tuo regimini voluntarie subdiderunt, sicut de hoc dictorum civium & universitatis accepimus literas speciales: nos igitur cujus humeris, ex attributo nobis divinitus cesaree dignitatis officio, rite censetur incumbere, ut subditis nobis fidelibus sub felici nostro regimine grata quietis commoda preparemus, habito respectu ad natam inobedientiam marchionis predicti, nec propter hoc fideles nostri luant dispendium sed potius de nostre protectionis presidio gratis favoribus, subleventur, multis etiam fidelibus & probatis obsequiis quibus progenitores tui videlicet Galeaz, antedicti ad honorem celebris ac recolende memorie divi Henrici quondam Romanorum imperatoris avi nostri carissimi devota crebro sollicitudine claruerunt, quorum etiam tu inherens vestigiis te semper in nostris & imperii sacri provinciis operose diligencie studio facis ydoneum reperiri, in nostre mentis acie generose deliberationis aspectibus multoties revolutis animo deliberato & sano principum baronum & procerum nostrorum accedente consilio te predictum Galeaz, nec non Johannem Galeaz tuum filium quem alio tempore felicis coronacionis nostre Mediolanensis decoravimus cingulo Militari & heredes vestros per Masculinam lineam legitime descendentes a vobis & vestrum quemlibet in solidum facimus constituimus creamus & ordinamus pro sacra majestate nostra imperiali

no-

Digitized by Google

noſtros & ſacri imperii vicarios generales irrevocabiles & duraturos per tempora vitæ noſtre & poſt obitum noſtrum propitio DEo felicem tamdiu, donec per ſucceſſores noſtros imperatores, vel reges Romanorum expreſſe revocati fueritis, dum tamen in noſtra & ſacri imperii fide & obedientia perſiſtatis, in civitate Papie territorio & diſtrictu & eorum pertinenciis, nec non ſuper comitibus de Lomello, quantum ad terras caſtra poſſeſſiones villas & bona ipſorum, que in territorio Papienſi conſiſtere dinoſcuntur, tam in terra quam in aqua & per terram & aquam & tam in monte quam in plano concedentes vobis & in vos de imperialis poteſtatis plenitudine & ex certa ſcientia transferentes in predictis civitate comitatu territorio & diſtrictu & eorum provinciis & juribus nec non in rebus & perſonis quibuslibet eorundem cujuscunque ſtatus dignitatis, aut condicionis exiſtant, in quibus poteſtas nobis eſt talia exercendi, plenamque & liberam poteſtatem predicta & infra ſcripta per vos alium aut alios officiales & miniſtros veſtros ad hoc a vobis deputatos ſive etiam deputandos licite faciendi, & animadvertendi in facinoroſos homines & cohercitionem qualiter quantumcunque magnam vel modicam mediante juſticia exercendi, ut omnino cenſeamini atque fitis quoad omnia & ſingula, que dici & appellari poſſunt ſeu ſicut de mero mixto & abſoluto imperiis, ac jurisdictione qualibet, generaliter quoad omnia & ſpecialiter quoad ſingula, que in hujus jurisdictionibus & imperiis includuntur generaliter & ſpecialiter *Vicarii*, *capitanei*, *judices*, *adminiſtratores*, *Poteſtates & Rectores Ordinarii* generales & ſpeciales autoritate noſtra Imperatoria irrevocabiliter ut premittitur conſtituti, excipimus etiam & in preſenti *Vicariatu* includi nolumus civitates terras, caſtra fortalitia, diſtrictus & dominia Sancte Romane eccleſie, de quibus adminiſtrationem vobis non permittimus titulo vicariali ſeu alio noſtro quocunque, damus inſuper & vobis concedimus & in vos transferimus pleno jure omnem autoritatem licentiam & poteſtatem generalem & ſpecialem, Gabellas, collectas & Dacia conſueta nec non omnes cenſus redditus ac omnia jura commoditates utilitates proventus gaudimenta & intratas dicte civitatis & diſtrictus & territorii & comitum predictorum ut premittitur nunc & in futurum ſpectantes & pertinentes ad nos & ad ſacrum imperium recipiendi, imponendi penas, augmentandi, diminuendi & remittendi easdem, mul[illegible]as imponendi recipiendi & remittendi in [illegible]is & negociis contingentibus, gladii cohercitionem qualibet exercendi, ita quod in civitate, comitatu & territorio & diſtrictu ac pertinenciis ante dictis, omnem vice noſtra autoritatem & poteſtatem obtineatis & jurisdictionem latiſſimam & imperia a vobis velut a lege & a nobis velut a lege ordinata in terris pleno jure commiſſa & generaliter & ſpecialiter demandata, & ut eciam apud vos & coram vobis & veſtrum quolibet poſſunt tam contenciosa quam voluntaria judicia exerceri ubique in quibuscunque locis civitatis comitatus territorii & diſtrictus atque pertinentiarum predictarum & etiam extra ea de rebus duntaxat contractis vel quaſi contractis ſeu de maleficiis criminibus & delictis vel quaſi commiſſis et perpetratis inter ſubditos et incolas predictorum locorum vel etiam per non ſubditos ut incolas, ſed in predictis locis contractis, vel perpetratis, volentes et eciam concedentes, quod omnia et ſingula predicta et infra ſcripta exercere poſſitis per vos ipſos et per alios judices a vobis et veſtrorum alteris vel altero generaliter conſtitutos et ſpecialiter delegatos, ita quod omnino habeatis ſpecialiter et expreſſe ſimpliciter vel de plano et cum cauſe cognitione judices dandi licentiam ſemel et ſepius et etiam removendi, datum et alium vel alios cum cauſa vel ſine cauſa quociens vobis viſum fuerit expediens, ſubrogandi et dandi et datos declarandi tutores et curatores non ſolum perſonis, ſed etiam rebus et bonis, poſſeſſionem bonorum concedendi et in ipſam ex quacunque cauſa quantumcunque maxima vel magna mittendi cauſas quaſcunque capitales, crimmales vel civiles maximas, magnas vel minimas, etiamſi bonorum omnium vel majoris partis aut ſtatus cujuslibet ſeu libertatis vel ſervitutis perſonarum ſententiam et cognitionem requirant per vos ipſos vel alios aut alium quos ad hoc conſtituetitis, audiendi, decidendi et etiam que deciſa et judicata fuerint exequendi, fugitivos inquirendi inſequendi et puniendi *laqueandi fures* et ſuſpendendi membris truncandi in facie bullandi fuſtibus et ictibus verberandi de patria propria temporaliter et perpetuo confinandi ſeu relegandi, forum interdicendi, ad beſtias et culeum damnandi, igne cremandi in toto corpore vel in parte debilitandi et quamlibet aliam vite condemnationem ademtionem relegationem temporalem et perpetuam imponendi, limites tuendi, bona publicandi, officiales conſtituendi et de omnibus criminibus ordinariis et extraordinariis, publicis et privatis enormibus & facilibus cognoſcendi et decidendi, cognitionemque et deciſionem hujusmodi committendi in integrum reſtituendi, abolicionem quamlibet in judicio vel extra exercendi et diſponendi et de cauſis appellationum ſive ſint criminales ſive civiles enormes vel faciles eciamſi nominatim et expreſſe ad noſtre *Majeſtatis Audienciam* fuerint interpoſite tanquam judices et commiſſarii a nobis ſpecialiter et generaliter delegari, ſeu deputati per vos, alium, vel alios cognoſcendi examinandi, diffiniendi et eciam decidendi *Decreta* primum et ſecundum interponendi dominia directa, vel utilia, vel alia quecunque jura vel ſervitutes per vos vel alios declarandi, *Monetas* eciam que ponderе et caractere non fraudentur, inſtituendi, *Feriis* imponendi, *Nundinas* indicendi, conſuetudines laudabiles et jura municipalia ſtabiliendi, firmandi, revocandi officia et beneficia conferendi ſive ad illa legitime provocandi, *Rebelles Imperii* ſi qui ſunt vel fuerint et etiam aliarum urbium inſequendi et puniendi et generaliter omnia et ſingula imperialia et quecunque alia que ex lege conſtitutione, edi-

Digitized by Google

cto consuetudine, aut alias qualiterque nobis & sacro imperio competere dignoscuntur, etiamsi specialem de his necesse foret in presentibus literis fieri mentionem per vos nostros vicarios aut per alios nostro nomine faciendi, non obstante quod predicta seu aliquod predictorum dicerentur damnosa fore fisco vel juri contraria & non obstante quod secunda jussio diceretur non interceſſisse & non obstante quod de aliquibus debuisset fieri mentio specialis & omnibus aliis legibus, juribus vel consuetudinibus generalibus vel specialibus, que possint predictis in aliquo obviare non obstantibus quibuscunque quibus omnibus & singulis in quantum presentibus obviare seu contraire viderentur, de nostre potestatis plenitudine specialiter & expresse de certa scientia derogamus & ipso jure derogatum esse per presentes volumus & jubemus salva tamen in premissis ecclesiastica libertate, nulli ergo hominum liceat hanc nostre majestatis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodo libet contraire. Si quis autem contrarium attemptare presumserit preter id quod attemptata quelibet eo ipso viribus carere decernimus indignationem nostram & penam centum marcarum auri puri toties, quoties contra factum extiterit, se noverit irremissibiliter incursurum. *Testes* hujus rei sunt Johannes Olomucensis, Theodoricus, Nisnensis, Johannes Luchmensis Sacre Imperialis aule cancellarius, Maurus Corbanensis ecclesiarum episcopi &c. Illustres Wenzeslaus Rupertus & Henricus Lignicensis, Rydackerus Brunsvvicensis & Kazymirus Stetinensis Duces, spectabiles Burghardus, Burggravius Magdeburgensis imperialis curie nostre, Joannes & Burghardus de Retz, comites & nobiles Czenzo de lypa, supremus Marescallus & Camerarius regni Boemie, Petrus Ulricus & Johannes de Rosemberg, Lutoldus & Ogerius de Landstein, Ulricus & Heinricus de Nova domo, Hasko de Svvetiz & Busko de Wilhartiz Magister imperialis nostre Cameræ & alii quam plures, sub *Bulla aureo* typario nostre majestatis impressa testimonio literarum. Datum Pragæ Anno LX. indict. XIII. XI. Kalend. Febr. Regnorum nostrorum anno quarto decimo imperii vero quinto.

XX.

Mandatum Caroli IV. Roman. Imperat. quo Civitati Papiæ injungit, ut Galeatio, Vice-Comiti Mediolani, tanquam suo & S. Rom. Imperii Vicario pareat, d. d. XI. Kal. Febr. An. 1360.

IN nomine sancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex &c. Nobilibus & potestate capitaneis sapientibus consilio & communi civitati *Papie* suis & imperii sacri fidelibus dilectis gratiam suam & omne bonum, quia pridem illustris Johannis Marchio *Montisferati* princeps & consanguineus noster certis declarationibus quas ad sopiendum guerrarum disturbia quæ inter ipsum ab una & nobilem Galeaz vice-Comitem Mediolani ibidem nec non papie & in locis aliis pro sacra maiestate nostra imperiali generalem vicarium parte ab alia viguisse de consilio ecclesiasticorum & aliorum principum ac procerum sacri imperii deliberato animo & de certa scientia nostra promulgavit serenitas, obedire contempsit, & ex huiusmodi sua contumacia tribuit prefato Galeaz, qui ablata sibi iura vicariatus ipsius reintegrare videbatur, pro viribus materiam litigandi donec pendentibus guerrarum dissidiis predictus Galeaz vos civitatem vestram & comitatum ac pertinentias sue subditi dicioni, idcirco inobedientia dicti Galeaz, qui se talibus nostris declarationibus pariturum semper exhibuit, in nostre mentis acie distinctius revolutis pensatis etiam claris meritis antedicti Galeaz quibus ipse & felices progenitores sui recolende memorie *Divo Heinrico* quondam Romano Imperatori semper Augusto avo & predecessori nostro fidelissimis crebro studiis & obsequiis placuerunt, dictum Galeaz & Johannem Galeaz eius filium & heredes eorum per masculinam lineam ab ipsis legitime descendentes nostros & imperii sacri vicarios ad tempora vite nostræ irrevocabiles utique constituimus, fecimus & ordinavimus sub certis modis condicionibus & declaracionibus sicut in literis desuper editis expressius continetur, fidelitati vestre mandantes precipientes & iniungentes presentibus serioſe, quatenus prefato Galeaz & Johanni Galeaz nato ipsius & eorum heredibus, ut premittitur, tanquam legitimis vicariis nostris nostro & imperii sacri nomine juxta literarum nostrarum tenorem & plenam continentiam sine difficultate aut contradictione qualibet debeatis in omnibus firmiter obedire, nullam in hoc pene gravissime indignationis nostre nec non sub omnibus penis in literis vicariatus expresis negligenciam commissuri presentium, &c. Datum Pragæ anno LX. XI. Kal. Febr.

XXI.

Fœdus inter Galeatium, Vice-Comitem Mediolani & Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ, contra Montisferrati Marchionem initum, d. d. 16. Decembr. An. 1362.

IN Nomine Domini, Amen. Anno Nativitatis ejusdem M CCC LXII. Indictione quinta decima, die vigesima sexta mensis Decembris. Magnificus Dominus, Dominus Galeas, Vicecomes, Filius quondam recolende memoriæ Domini Stephani Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarius generalis, pro se, ac Filiis suis masculis legitimis, ex una parte; & egregii Milites Domini Ludovicus Revoyriæ Dominus Domexini & Gerbasii, & Humbertus bastardus de Sabaudia, Dominus Altivillari & Moletarum, Procuratores ad infra scripta omnia & singula peragenda, Illustris Principis Domini Amedei Comitis Sabaudiæ, prout de hujusmodi procuratione constare dicitur publico Instrumento, rogato per Joannem de Allenis Notarium & Secretarium Domini Comitis prædicti, anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo primo, Indictione quartadecima, die octava Decem-

Digitized by Google

Decembris, vice & nomine dicti Domini Comitis ac Filiorum masculorum legitimorum ejus, & pro eis ex altera parte; Fecerunt inter se sibi ad invicem Confœderationem, Fraternitatem, Unionem, & Ligam perpetuo duraturam, cum Pactis, Conventionibus, conditionibus, modis, formis & tenoribus infra scriptis; videlicet: Primo namque, quod præfati Domini Comes & Galeas teneantur & debeant toto ipsorum posse, ad invicem se defendere contra quamcumque Personam de mundo; Excepto Domino Imperatore quem ambo prædicti Domini exceperunt communiter, & excepto Domino Barnabone, Vicecomite Fratre dicti Domini Galeas, quem excepit idem Dominus Galeas, ac exceptis Domino Papa & Domino Rege Franciæ, & exceptis illis qui nunc sunt Domini alicujus dictorum Dominorum Comitis & Galeas, seu Vasalli pro iis quæ nunc tenent ab ipsis Dominis Comite & Galeas, vel aliquo eorum. Item quod uterque dictorum Dominorum Comitis & Galeas habere, tenere, & tractare debeat pro inimicis Marchionem Montisferrati, & quoscumque alios dictorum Dominorum vel eorum alterius inimicos citra montes, tam præsentes quam futuros, ac Vasallos, Subditos, Terras, adhærentes, complices & sequaces eorum, & contra ipsos tanquam contra inimicos procedere, & ad invicem se juvare, & Guerram facere, exceptis superius exceptatis. Item quod nullus dictorum Dominorum Comitis & Galeas, cum dicto Marchione sive cum aliquibus aliis dictorum Dominorum, vel eorum alterius inimicis citra montes, tam præsentibus quam futuris, seu adhærentibus, complicibus seu sequacibus eorundem; Pacem seu Treugam facere possit, nisi utriusque ipsorum Dominorum Comitis & Galeas concordi accedente consensu & voluntate; Item quod durante guerra cum dicto Marchione, & quibuslibet sex mensibus æstivis, incipiendis in medio mensis Aprilis cujuslibet duorum proxime subsequentium annorum, & finiendis in quolibet medio mensis Octobris; Præfatus Dominus Galeas suis expensis propriis, teneatur & debeat dare dicto Domino Comiti ad offensam dicti Marchionis Montisferrati ac Vasallorum, Subditorum, Terrarum, complicium & sequacium ejus, Bannerias quinquaginta Gentium armigerarum equestrium, & Bannerias viginti peditum; ac quolibet mense quorumlibet dictorum sex æstivorum mensium, cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum, sex millia florenorum. Præfatus enim Dominus Comes dicto æstivo tempore cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum, habere & tenere tenetur ad offensam prædictam Barbutas mille, quibus per dictum Dominum Comitem satisfiat; reliquo vero tempore hiemali dictorum duorum proxime subsequentium annorum, dicta Guerra durante, & ipsis duobus annis finitis toto tempore hiemali & æstivo continue usque ad ipsam Guerram finitam, præfatus Dominus Galeas teneatur & debeat, suis propriis expensis, dare dicto Domino Comiti solum Bannerias viginti quinque Gentium armigerarum equestrium, & Bannerias viginti peditum. Et præfatus Dominus Comes dicto hiemali tempore dictorum duorum proxime subsequentium annorum, & ipsis duobus annis finitis, toto illo tempore quo dicta Guerra durabit, habere & tenere teneatur suis expensis solum Barbutas trecentum. Item quod omnes prædictæ Gentes tam illæ prædicti Domini Comitis, quam illæ præfati Domini Galeas, primo & ante omnia intendere debeant ad destruendum, & de Territorio utriusque dictorum Dominorum Comitis & Galeas expellendum Societatem Anglicorum, quæ nunc est in partibus Canapitii, & quod cum dictis gentibus ad nihil aliud intendi debeat, quousque Societas prædicta eritaut destructa, aut de Territorio utriusque dictorum Dominorum Comitis & Galeas expulsa, nisi majori necessitate cogente; destructa autem Societate prædicta, aut de Territorio prædictorum Dominorum expulsa ut supra, debeant Gentes præfatæ intendere ad faciendum & fieri faciendum vasta super Territorio & Districtu Civitatis Astensis. Postmodum vero præfatus Dominus Comes possit uti servitio Gentium prædictarum, ad damna Marchionis prædicti, in ea parte, in qua idem Dominus Comes maluerit, tanto tempore quanto ipsæ Gentes stetissent occupatæ circa vasta prædicti Territorii & Districtus Astensis, & ipso tempore finito, possit dictus Dominus Galeas vel Capitaneus ejus, similiter uti tantumdem temporis servitio dictarum Gentium ad damna Marchionis prædicti, in ea parte in qua maluerit, & similiter tantundem temporis facere possit postea dictus Dominus Comes, & deinde similiter Dominus Galeas præfatus, quousque dicti sex menses æstivi cujuslibet dictorum duorum proxime subsequentium annorum erunt finiti; finitis autem dictis duobus annis; debeat dictus Dominus Comes sex mensibus æstivis cujuslibet anni incipiendis & finiendis ut supra, servitio illarum Gentium quas tunc habere debet tam de suis quam a Domino Galeas præfato, uti ad damna dicti Marchionis, in ea parte in qua maluerit pro utilitate utriusque Partis. Item quod de iis quæ quovismodo acquirentur sive acquirantur per Gentes dicti Domini Comitis, sive per Gentes dicti Domini Galeas, fiat & fieri debeat, ut infra sequitur: videlicet, Civitas Ast cum universo ejus Territorio & Districtu, omnes Terræ, quas præfatus Galeas seu Domini Luchinus vel Joannes Archiepiscopus ejus Antecessores tenuerunt in partibus Pedemontium, tota Terra Filizani, omnes illæ Terræ Marchionis Montisferrati quæ sunt inter Tanegrum & Territorium Januense, Terra Casalis Sancti Evasii, Frassanetum, Terra Valentiæ, omnes Terræ, quas Marchio prædictus tenet de Districtu Vercellarum, omnes Terræ quas Marchio prædictus tenet de Districtu Papiæ, omnes Terræ, quas Marchio prædictus seu quivis alius tenet de Districtu Alexandriæ, tam ab una parte Tanegri, quam ab alia, cum omnibus Territoriis, Districtibus, Pertinentiis, Honoribus, Feudis, Retrofeudis, Homagiis, Fidelitatibus & Juribus universis earum & cujuslibet earum communiter & divisim, sint & esse debeant præfati Domini Galeas: Omnes autem Terræ Marchionis Montisferrati, exceptis supra specificatis in parte Domini Galeas; totum Canapicium cum omnibus Terris quæ tenentur per Marchionem prædictum seu Vasallos suos quæ sunt inter Padum &

Digitized by Google

Duriam quæ labitur per Iparegiam; Caſtrum Luzonum, tota Terra Ripæ Cherii, totum Territorium Cherii cum omnibus Territoriis, Diſtrictibus, Pertinentiis, Honoribus, Feudis, Retro-feudis, Homagiis, Fidelitatibus & Juribus univerſis eorum & cujuslibet eorum communiter & diviſim, ſint & eſſe debeant præfati Domini Comitis; Item quod acquiſitis Terris & Caſtris ſupra ſcriptis, tam illis, quæ eſſe debent prædicti Domini Galeas, quam illis, quæ eſſe debent dicti Domini Comitis, ut ſuperius dictum eſt; intelligatur eſſe finitum tempus, quo dictus Dominus Galeas præfato Domino Comiti dare debet pecuniam & Gentes, de quibus ſuperius eſt facta mentio; Et ſic etiam tunc acquiſitis Terris & caſtris prædictis, intelligatur eſſe finitum tempus, quo Dominus Comes prædictus ſuis expenſis tenere debet Gentes armigeras, de quibus ſuperius dictum eſt. Item quod de Caſtro Albiani fiat & fieri debeat prout ipſi Domino Comiti placebit. Item quod Dominus Galeas dat puram & liberam poteſtatem dicto Domino Comiti, quod de dicto Foſſani, Cavallarii majoris & ſummæ Ripæ faciat & ordinet pro ſuæ libito voluntatis; ſic quod ſit in ejus arbitrio libero ordinare, vel quod remaneant Domino Galeas ſupradicto, vel quod ſibi appropriet, & in ſe ipſum transferat tanquam in Dominum in ſolidum, quandocumque ordinare voluerit, nullius perſonæ conſenſu vel præſentia requiſita. Qua diſpoſitione vel ordinatione facta, dictus Dominus Galeas, ſi Dominus Comes pro ſe ipſo duxerit ordinandum, ex nunc jus Feudi & Homagii prædicti, eidem Domino Comiti dat & cedit & in eum transfert; & ex nunc prout ex tunc ſe conſtituit ejus nomine poſſidere vel quaſi, & dictum Dominum Principem pure ſolvit & liberat de feudo & Jure Feudi & Homagii prædicti: Mandans & præcipiens eidem Domino Principi, ut dictum Feudum ab ipſo recognoſcat, & eidem fidelitatem & Homagium faciat ſibi debitis pro eisdem in caſu prædicto. Item quod nullus prædictorum Dominorum Comitis & Galeas, receptare debeat ſeu receptari permittat in aliqua parte Diſtrictus vel Territorii ſui, aliquem Proditorem vel Rebellem alterius ipſorum Dominorum. Item quod de Mercatoribus et Caſanariis Aſtenſibus, et Territorii ac Marchionatus Montisferrati converſantibus et morantibus infra Sabaudiæ Comitatum, Dominus Comes poſſit facere ad ſuam voluntatem, et Dominus Galeas non poſſit nec debeat ſe intromittere quovis modo, de ipſis vel de bonis eorum quæ haberent infra dictum Comitatum: Et hoc capitulum et contenta in eo vindicent ſibi locum ſolum illo tempore quo Marchio prædictus tenebit occupatam Civitatem Aſtenſem, et alias Terras dicti Marchionatus, ad dictum Dominum Galeas perventuras ex forma diviſionis ſupradictæ, et in perſonis et bonis illorum tantum, qui non ſunt obedientes præfato Domino Galeas: Adveniente autem Tempore, quo dictus Dominus Galeas haberet Dominium dictæ Civitatis Aſtenſis et dictarum aliarum Terrarum, fiat de prædictis omnibus Mercatoribus, et Caſanariis et de ipſorum bonis, prout fieri conſuerit, antequam dictus Marchio occuparet Civitatem præfatam. Item quod ſupra ſcripta omnia et ſingula intelligi debeant ſecundum purum et ſanum intellectum, et per utramque partem bona fide ſine fraude ſervari. Actum Mediolani, in Palatio Dicti Domini Galeas, in quadam Camera cubiculari dicti Domini Galeas ſita in parte inferiori dicti Palatii: Præſentibus Dominis Joanne de Pepulis de Bononia, Filio quondam Domini Tadei, habitatore Mediolani, Manfredo Marchione Saluziarum, Filio quondam Domini Manfredi, habitatore Mediolani; Protaſio de Caxmis, Filio quondam Domini Stephani, Cive Mediolani; Roberto de Fronzola, Filio quondam Domini Grure, habitatore Mediolani, Militibus; Manuelle de Ponzano de Terdona Legum Doctore, Filio quondam Domini Carboni, habitatore Mediolani; Petro de Muris, Legum Doctore, Filio quondam Domini Petri de Camberiaco Comitatus Sabaudiæ; et Antonio dicto Præpoſito de Aladio, Filio quondam Domini Joannis ex Comitibus de Sancto Martino, Teſtibus vocatis et rogatis.

XXII.

Sententia per Carolum IV. Rom. Imperatorem contra Galeatium, Vice-Comitem Mediolani ejusque aſſeclas, tanquam invaſores terrarum S. Roman. Eccleſiæ reosque criminis læſæ Majeſtatis, lata, qua omnibus privilegiis ac immunitatibus privantur bannoque feriuntur, d. d. 3. Non. Auguſti, An. 1372.

Karolus Quartus &c. Univerſis & ſingulis Regibus, Principibus, Electoribus Imperii, Eccleſiaſticis & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Judicibus, Civibus juratis, & Univerſitatibus Regnorum, Principatuum, Ducatuum, Marchionatuum, Comitatuum, Provinciarum, Civitatum, quos, & quæ Sacri Imperii latitudo complectitur, fidelibus ſuis dilectis gratiam ſuam, & omne bonum. Licet alias Nobili Galeatio de Vicecomitibus Mediolani &c. pro Imperiali Majeſtate noſtra Generali Vicario, eumdem Vicariatum Civitatum præfatarum, & aliorum Locorum, et Terrarum noſtra commiſerit Imperialis Serenitas ſub certis tenoribus Litterarum, quas deſuper erogavimus, ſperando quod latitudine beneficiorum, quæ ſibi impendimus, ejus erga nos, & Sacrum Imperium deberet augeri devotio, ut tanto fidelius noſtros, & ejusdem Imperii proſequeretur Honores, quanto ſe intelligeret amplioribus Imperialis Magnificentiæ beneficiis præveniri; ipſe tamen, velut aſpis ſurda, gratitudinis aures obturans tantorum beneficiorum oblitus & immemor, quæ ſibi, & Genitori Divus Henrichus, quondam Romanorum Imperator Auguſtus, Avus noſter, impendit, & earum, quæ de Magnificentia noſtra noſcitur recepiſſe, in contemptum Maeſtatis Cæſareæ, irreverenti animo, & impudico conatu tam

ipſe

Digitized by Google

ipſe Galeaz, quam colligati, adhærentes, complices in hac parte, & ſequaces ejusdem ita notorie, & publice, quod nulla poteſt tergiverſatione celari, Sacro-Sanctam Romanam Eccleſiam, & ejus Terras, cujus, ex Dignitate Cæſarea nobis eſt cælitus attributa defenſio hoſtiliter audent invadere, & ejusdem Eccleſiæ colligatos, complices, adhærentes, fideles, eorumque Terras demolicione cotidiana ſemper invadere per ſe, & alios, & invadere, moleſtare, perturbare non ceſſant adverſus eam pacem, quæ inter præfatam Sanctam Romanam Eccleſiam, colligatos, adhærentes, complices & fautores, & fideles ipſius ab una, & eumdem Galeatium, colligatos, adhærentes, ſequaces, et fautores ipſius parte ab altera tractata, concluſa, & noſtra interpoſitione firmata, & confirmata fore dignoſcitur, de directo venientes, quam plurimas offenſiones, & injurias, guerras, dampna, deprædationes, & invaſiones indeſinenter intulerunt, & indignante animo inferre quotidie non verentur eidem Sanctæ Matri Eccleſiæ, Terris, & colligatis, adhærentibus, & fautoribus, fidelibus ejusdem in noſtram, & Sacri Romani Imperii, ſicut præmiſimus, irreverentiam, & contemptum, præſertim cum ſibi, & cuicumque fideli conſtet, & conſtare debeat, quod ad nos pertineat libertatum, & jurium Eccleſiæ Romanæ defenſio antedictæ, & tamen idem Galeaz, colligatique, & adhærentes, ſequaces, & fautores ſui pridem ad requiſitionem, & monitionem Venerabilis Lamperti Argentinenſis Epiſcopi, quem ad eosdem, & ad quemlibet eorumdem ex hac cauſa accurate transmiſerat Imperialis noſtra Serenitas, a dictis offenſionibus, tædiis & diſpendiis, invaſionibus, moleſtiis, Rapinis, guerris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ collegiatorum, adhærentium, & fautorum, fideliumque ipſius reſipiſcere noluerunt, quamvis ex parte noſtræ Maeſtatis per eumdem Epiſcopum, caritativo, & paternali affectu requiſiti, propter quod idem Argentinenſis Epiſcopus auctoritate ſpeciali, quam a nobis acceperat, certum Procuratorem ſtatuit, qui præfatum Galeacium, nec non præfatos, & ſingulos colligatos, adhærentes, complices, ſequacesque ſuos in hac parte peremptorie, & ad noſtri citaret perſonalem præſentiam, ſuper hiis omnibus, & aliis coram noſtræ Maeſtatis præſentia infra triginta dierum ſpatium a die factæ citationis continue computandorum ad certam diem, quæ quidem fuit prima Dies Aprilis, perſonaliter, ac peremptorie in certo Loco in dicta Citatione comprehenſo, comparerent reſponſuros coram nobis, & juſtitiam recepturos pro præmiſſis; qui ſi quidem Procurator metu, qui cadit in Virum conſtantem, non audens dicti Galeacii, ſequacium, colligatorum, adhærentium, fautorumque ipſius perſonalem adire præſentiam, manifeſtam eorum tyrannidem, potentiam & malitiam metuendo, propter quod, quemadmodum a nobis ſpecialem poteſtatem acceperat, in Locis tam Vicinis publice, & multorum Teſtimonio, videlicet in Civitate Mutina, quæ eſt Imperialis, & vicina Terris, quas detinet idem Galeaz, & ipſius in hac parte complices, ſequaces, adhærentes, atque fautores ſupradicti, publice et peremptorie, et perſonaliter citavit eosdem allegaturos, et oſtenſuros coram nobis ſi aliquam rationabilem cauſam, aut colorem habent in præmiſſis, et recepturos ſuper eisdem tam notoriis, et manifeſtis exceſſibus a nobis juſtitiæ debitum complementum, et ſpecialiter viſuros, et audituros privationem Vicariatuum, quos tenent a nobis, et Sacro Imperio, Terrarum, et Civitatum, et aliorum quorumcumque Locorum, et omnium privilegiorum, libertatum, et immunitatum, honorum, poteſtatum quorumcumque, et quocumque nomine nuncupentur, cujus quidem Citationis publicationis tam publice in dicta Civitate Mutina facta extitit, ut impoſſibile fuerit, et ſit Citationem eamdem Galeaz prædicto, ejusque colligatis, adhærentibus, ſequacibus, et fautoribus ſupradictis aliquatenus occultari, quin lata divulgatione multorum ad eorum notitiam perveniret, dando nihilominus eisdem in veniendo, ſtando et redeundo ad noſtram Imperialem Serenitatem per omnes Terras noſtras, et Sacri Imperii, fideliumque noſtrorum, ſpondentes, et promittentes eisdem proinde de ſalvo, et ſecuro conductu, et comitiva ſufficienti usque ad noſtri præſentiam, et in ſtando, et revertendo usque ad Terras ſuas, ſi, & quando fuiſſemus requiſiti, pro ut in Litteris dictæ Citationis, et Imperialis Poteſtatis expreſſe dicto Nuntio noſtro Argentinenſi Epiſcopo plenius continetur. Verum quia idem Galeaz, colligati, adhærentes, complices, et ſequaces ipſius in aſſignatis ſibi Loco, et termino non comparuerunt, ut debebant, Procuratore generali noſtræ Curiæ dicti Galeatii, colligatorum, adhærentium, ſequacium, fautorumque ejusdem contumaciam evidentem coram nobis accuſante. Pro tribunali ſedentes in Civitate noſtra Pragenſi, quæ fuerat locus ad comparendum eiisdem perſonaliter, et peremptorie in dicta Citatione aſſignatus, aſſiſtentibus nobis Illuſtri Wenzeslao Boëmiæ Rege Filio noſtro, Venerabili Johanne, Archiepiſcopo Moguntinenſi, et Illuſtri Wenzeslao, Duce Saxoniæ Electoribus Imperii, et aliorum Principum, Prælatorum, Comitum, atque Baronum multitudine copioſa, eumdem Galeazium, colligatos, adhærentes, ſequaces, fautoresque ipſius extra fores noſtri Palatii per Loca diverſa ſollicitudine Magiſtri Curiæ noſtræ, juxta Imperialis Audientiæ conſuetudinem vocari, et inquiri fecimus diligenter, qui cum per ſe, aut per Procuratorem legitimum minime comparere curaſſent, inobedientia tali eorumdem rite penſata, eumdem Galeacium, complices, colligatos, adhærentes, ſequaces, et fautores ſupradictos contumaces pronunciamus, et per Venerabilem Johannem Olomucenſem Epiſcopum, Cancellarium noſtrum, mandamus eumdem Galeacium, complices, colligatos, adhærentes, et ſequaces ejusdem in hac parte contumaces publice nuntiari, pro ut idem Cancellarius, noſtrum exequendo mandatum, ibidem, et in noſtri præſentia eosdem contumaces publice pronuntiavit, et denuntiavit, et quamvis, tali eorumdem contumacia poſcente adverſus eosdem ſuper hujusmodi cauſa, et tam notoriis eorumdem exceſſibus noſtra Maeſtas potuiſſet, et procedere debuiſſet, tamen de ſuperabundanti gratia, tunc proceſſus ipſos diſtulimus ad ipſorum malitiam convincendam, et de Imperialis poteſtatis

Digitized by Google

statis plenitudine eumdem Galeazium, complices, colligatos, adhærentes, fautores, et sequaces ipsius præfatos per Edictum publicum de novo, et iterato citavimus ad secundam diem mensis Julii sequentis, ubicunque nos intra Germaniam tunc esse contingeret, ut personaliter, et peremptorie comparerent coram nobis ad purgandum suam rebelliam, et contumaciam, visuri, et audituri privacionem tam Vicariatuum, quam privilegiorum, honorum, præeminentiarum, potestatum, officiorum, ut supra dictum est, et ultra hoc recepturi pro præmissis notoriis excessibus, et transgressionibus certas alias pœnas tam arbitrarias quam ordinarias, pro ut justitia expostulat, & juta exigunt, & Curiæ Imperialis consvetudines approbatæ requirunt, tenorem Citationis ipsius ad expressam, et magis evidentem notitiam Imperialis Curiæ nostræ valvis, & postibus affigendo, eisdem in veniendo, stando, & redeundo Imperialem Securitatem, & securum conductum per Terras nostras, & Sacri Imperii, si requisiti fuissemus, concedendo; Cumque dicta die secunda mensis Julii nos in Civitate Colonienſi Imperiali tunc ageremus, dictusque Galeaz, suique in hac parte colligati, adhærentes & sequaces, præfati. nec per se, nec per Procuratorem, aut Nuncium suum coram nobis comparere curassent, quamvis ipsum in portis Hospicii, & Palacii, in quo tunc in Colonia habitabamus per Magistrum Curiæ nostræ, ut est moris, eosdem, si ibidem adessent, evocari feciſſemus diligenter, sedentes pro tribunali, & assistentibus nobis Venerabilibus Johanne Moguntinenſi, Friderico Colonienſi Archiepiscopis, & Illustre, & Magnifico Wenceslao Rege Bohemiæ, Electoribus Sacri Imperii, & Gvilielmo Duce Juliacenſi, Principibus, & aliis nostris Imperii Sacri Comitibus, Nobilibus, Baronibus, & fidelibus, ipsos absentes, exigente justitia, reputavimus contumaces, adhuc tamen de Cæsareæ pietatis clementia, dicti Galeazii suorumque colligatorum, complicum, adhærentium, fautorum & sequacium proterviam, & contumaciam supportantes, eosdem per Edictum Publicum, ut est moris nostræ Cameræ, citavimus personaliter, & peremptorie ad primam diem instantis mensis Augusti, vel, si illa feriata esset, ad immediate sequentem, ubicumque nos infra Germaniam tunc adesse contingeret, & personaliter & peremptorie comparere coram nobis curarent, quam eisdem peremptorie assignavimus coram nobis, omni dilatione, excusatione et occasione quibuslibet procul motis, super molestiis, dampnis, injuriis, & invasionibus tam notoriis, & etiam manifestis, quod nulla, ut præmissum est, valerent tergiversatione celari, quæ, & quos præfatus Galeaz, colligati, complices, adhærentes, & sequaces ejusdem in hac parte præfati in multis adversus Pacem firmatam, & per eos juratam inique venientes, eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & colligatis, adhærentibus, fidelibus, & fautoribus, ac Terris ipsorum pedem intulerunt, & inferunt quotidie, & inferre non desistunt, omnimode responsuri, excusacionem, seu colorationem sui reatus, si quam haberent, ostensuri ibidem; Alioquin non obstante eorumdem absentia, adversus eosdem, juxta Imperialis nostræ Curiæ Leges & approbatas consvetudines sine quavis dilacione, ad Sententiam vellemus procedere, prout justitia, & reatus ejusdem pravitas exigit, & ut cæteris transeat in Exemplum, ex officio nostro super tam notoriis, & evidentibus excessibus ad privationem Vicariatuum, honorum libertatum, præeminentiarum, privilegiorum, & alias pœnas legales, & et consvetudinarias, & arbitrarias, ut præmissum est, procedendo, cujus Citationis tenorem, quo minus ignorantiam dictus Galeaz, dictique complices, adhærentes, colligati, et sequaces ejusdem possent prætendere, in valvis portarum nostrarum mandavimus affigendum, dando nihilominus eisdem in veniendo, stando, & redeundo securitatem Imperialem per omnes Terras nostras, & Sacri Imperii, spondentes, et promittentes eisdem de securo conductu securissime providere, ipsis vero, nec aliquo ipsorum in ultimo termino peremptorio prænotato non comparentibus in Civitate nostra Pragenſi Regni Boemie ubi tunc deveneramus, Procuratore nostræ Curiæ generali præsente, et inobedientiam, ac contumaciam jam trinam præfatorum reorum accusante, pro tribunali sedentes, assistentibus nobis Illustri Wenceslao Rege Boemiæ, Nato nostro, & Sacri Imperii Electore, & aliis Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, & Procerum multitudine copiosa, ipsum Galeazium, nec non valitores, complices, colligatos, sequaces, & adhærentes ipsius in hac parte contumaces, rebelles, hostesque nostros, & Reipublicæ, & reos læsæ Majestatis crimine pronuntiavimus, et declaravimus, et virtute præsentium pronuntiamus, et declaramus, et quia ad vocem misericordis monicionis nostræ de malis facti sunt pejores, et de pejoribus pessimi, et de pessimis, more Diaboli, in malum obstinati iniquitatem iniquitati super accumulantes in præfatæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, Terrarum, Dominiorum, libertatum, colligatorum, adhærentium, et fautorum ipsius notam perniciem, et publica nocumenta, ac in nostræ Majestatis opprobrium, et contemptum: Nos igitur Sanctæ Matris Ecclesiæ pie compatiendo pressuras, animo deliberato, non per errorem, sed sano, atque maturo Principum, Comitum, Baronum, et Procerum nostrorum accedente consilio, de certa nostra scientia, et de plenitudine Cæsareæ potestatis in hiis scriptis, Dei nomine invocato, pronuntiavimus, decrevimus & declaravimus, pronuntiamus, decernimus, et declaramus præfatum Galeazium, adjutores, complices, valitores, fautores, adhærentes, et sequaces ipsius in hac parte, etiamsi Ducis, Comitis, Vicecomitis, Baronis aut alterius Dignitatis seu Nobilitatis honore præfulgeant, qui eidem Galeazio, adversus eamdem Sanctam Matrem Ecclesiam, colligatos, adhærentes, et fautores ipsius, verbo, nutu, aut opere, consilium, auxilium, aut juvamen, publice vel occulte, directe vel indirecte, in supradictis Gverris, molestiis, invasionibus, rapinis, et dampnis præstiterint, et hactenus præstaverunt, in illas pœnas ipso facto incidisse realiter, quæ a sacris Legibus promulgatæ sunt in eos, qui rei sunt læsæ Majestatis crimine, et auctoritate præfata antedictos Galeaz, colligatos, complices, adhærentes, fautores, & sequaces ipsius mandatorum Imperialium contemptores notissimos, qui moni-

Digitized by Google

monitiones, & exhortationes benignitatis Cæsareæ præsumptuosa malignitate contempserunt, nec non hæredes, & successores ipsius, in perpetuum Vicariatu, & Vicariatibus Civitatis Mediolani, et omnium aliarum Civitatum, districtuum et Territoriorum, Terrarum, Castrorum, et Locorum, quæ alias suo, et ipsorum Vicariali Regimini tam per nos, quam per quemvis alium Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum specialiter vel generaliter, ac quovismodo commissa fuissent, privamus, et exuimus, privatos, et exutos legitime, et ex certa scientia declaramus, et præsentibus nunciamus, et ad nos, et mensam nostri Sacri Imperii reducimus, et revocamus, ac eundem Galeacium et Successores suos in perpetuum, nec non adjutores, complices, valitores, fautores & adhærentes ipsius, ac omnes, et singulos supradictos, etiamsi Ducis, Comitis, Vicecomitis, Baronis, aut alterius Dignitatis, seu Nobilitatis honore præfulgeant, nec non uxores, & liberos eorumdem, nec non qui, sic ut præmittitur, eidem verbo, nutu, vel facto consilium, auxilium aut juvamen, publice vel occulte directe, vel indirecte, sive per modum stipendii, vel Societatis, aut Ligæ, aut aliter, a tempore dictarum nostrarum Citacionum, & prohibicionum hujusmodi, præstiterunt, præstant, seu præstabunt in futurum, proscribimus, bannimus, & verberamus, & eos, & eorum quemlibet omnibus, & singulis privilegiis, præeminentiis, gratiis, indultis, juribus, & honoribus, quibus ex indulto Principum, & origine genituræ, seu aliis quibus cumque titulis gaudebant, seu fruebantur hactenus, penitus exuimus, & privamus, ac privatos & exutos legitime præsentium tenore declaramus, & præsentibus nunciamus, nec non universa, & singula feuda, bona mobilia, & immobilia, possessiones, Civitates, Castra, Villas, Oppida, Terras & Dominia supradictorum, quæ titulo alio, quam Vicariali obvenerunt eisdem, & ex quacumque causa obtinebant, nec non fructus, redditus, & proventus eorumdem in quibuscumque rebus, seu ubicumque Locorum noscantur consistere nostri Imperialis Erarii, & Fisci usibus applicavimus, & confiscavimus Præterea ipsum Galeatium, Filios, & Heredes, & omnem posteritatem ipsorum, complices, fautores, adhærentes, & sequaces supradictos ipsius inhabiles reddimus, declaramus, & pronuntiamus, & ad obtinenda, regenda quaevis Officia publica Imperialia, sive quæcumque alia, sive Vicariatus, sive alia quæcumque sumenda, ita ut nullam indulgentiam valeant ad præmissa, vel eorum alterius aliquo modo, & tempore quocumque reduci, seu habilitari quomodolibet in futurum. In super Vassallos, Subditos, & fideles eorum, qui ad ipsos, sive titulo Vicariali Hæreditario, aut alio quovis modo, pertinere noscebantur, & noscuntur ab omnibus fidelitatibus, promissionibus, & fidelitatis Homagio, seu obligationis, aliisque subjectionibus, quibuscumque denominari Vocabulis, quibus præfato Galeazio, & Filiis suis in hac parte complicibus, Fautoribus, colligatis, sequacibus teneri quovismodo poterant, absolvimus, & auctoritate Cæsarea, & Imperialis Potestatis Plenitudine penitus liberamus, mandantes eadem auctoritate, & sub poenis in præsentibus processibus contentis, eisdem, & eorum cuilibet, ut in nullo præfato penitus deinceps aliquibus coloribus, seu titulis obediant, aut obedire, aut eis juvamen, favorem, auxilium, servitium, consilium, impendere quovis modo præsumant, & quod omnia bona supradictorum, mobilia & immobilia, quæ alio, quam Vicariali titulo obtinebant, sacro Erario confiscata censuimus, & declaravimus, auctoritate prædicta eadem bona cuilibet concedimus occupandi, dando, & concedendo, singulis fidelibus, & Subditis Sacri Imperii, & quibuslibet aliis plenam, & omnimodam potestatem, ipsos & eorum quemlibet tamquam rebelles Sacri Imperii hostes, & inimicos Reipublicæ, ac Læsæ Majestatis criminis reos, & condempnatos impune capiendi, captivandi, mutilandi, & interficiendi, ita ut exinde gratiam, & honorem expectent, & munificentiam Cæsareae Majestatis; inhibemus etiam universis, & singulis nostris, & Sacri Imperii fidelibus, sub poenis expressatis superius, ne antedicto Galeazio, Filiis, Hæredibus, ac Successoribus suis, Adjutoribus, Sequacibus, Complicibus, Adhærentibus, & Fautoribus eorum aliquod deinceps in perpetuum exhibeant, sive præstent, publice vel occulte, directe vel indirecte, per se vel alios, consilium, auxilium, subsidium, favorem, præsidium seu juvamen supplentes omnem defectum, si quis in præmissis, seu præmissorum aliquo, dubietate, defectu, aut sinistra interpretatione verborum vel Sententiarum, seu solempnitatum obmissae, aut ex non servato juris ordine, vel alio quovis modo captus fuerit de certa nostra scientia, & plenitudine Imperatoriæ potestatis, non obstantibus quibuscumque legibus, Constitutionibus, Statutis, & Reformationibus, publicis, vel privatis, Privilegiis, Literis, gratiis, indulgentiis, consuetudinibus, usibus & observantiis, quibus etiam specialibus vocabulis valerent experiri, etiamsi hiis jure, vel consuetudine deberent in præsentibus expresse, districte, & specifice fieri mentio specialis; quibus omnibus, & singulis, si, & in quantum præfatæ intentioni vestræ in toto, seu in aliqua sui Parte obviare, contraire, seu adversari censentur, de certa nostra scientia, & Imperialis potestatis plenitudine per omnia derogamus, & expresse revocamus, ac si de hiis, & singulis in præsentibus procesibus expressa, & specialis mentio facta esset, quæ omnia volumus pro expressis haberi; & ne præfatus Galeaz manifestus invasor sanctæ Matris Ecclesiæ, & reus crimine Laesæ Maestatis, ac Sacri Imperii, & Reipublicæ inimicus, & hostis, adjutores, complices, valitores, fautores, & adhærentes ipsius, ut præmittitur, simulatam ignorantiam constructam suis fraudibus, & dolosis ingeniis prætendere valeant, universis, & singulis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, Communitatibus, & cæteris quibuscumque nostris, & Sacri Romani Imperii Subjectis fidelibus, ad quos nostri processus, & sententiæ per quoscumque, & qualitercumque pervenerint, mandamus, præ-

Digitized by Google

præcipimus, & injungimus præsentibus serio-se, quatenus antedicta omnia sub omnibus sententiis, tenoribus, punctis, & clausulis, sicut expressantur superius, antedicti Galeatii, & suorum complicum, & adhærentium si commode potuerint, deducant notitiam, & eadem sibi intimare velint, & debeant tali sollicitudine, talique frequentia, quod non Verisimile quin ad notitiam dicti Galeazii, & suorum sequacium, complicum, fautorum, & colligatorum perveniant omnia supradicta sicut & nos tenore præsentium eisdem intimamus, denunciamus & publicamus, nec non supradicta publicent, & publicari faciant sine mora in suis Curiis, Civitatibus, Locis, & Terris, ut omnem Terram exeat fama, & noticia nostrorum præsentium processuum, & Imperialis in tam pestiferos, & criminosos promulgata sententia ultionis, sub poena mille marcharum auri purissimi, quam illos, & quemlibet eorumdem, qui nostris mandatis non obedierunt cum effectu, nostro Erario applicandam incurrere voluimus ipso facto, indignationem nihilominus Maestatis Cæsareæ, nec non & alias poenas tam legales, consuetudinarias, quam arbitrarias, prout nostræ Serenitati videbitur se corpore incurrere ex tali inobedientia non immerito formidantes, præsentium &c. Datum Pragæ anno Domini millesimo tricentesimo septuagesimo secundo, Indictione decima, tertio Nonas Augusti, Regnorum nostrorum anno vigesimo septimo Imperii vero decimo octavo.

XXIII.

Instrumentum publicum Treugæ inter Gregorium XI. Pontificem Maxim. ex una & Bernabouem atque Galeatium, Vice-Comites Mediolani & Vicarios Imperii, ex altera parte initæ, d. d. 4. Jun. An. 1375.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

NOverint universi præsens instrumentum publicum inspecturi, quod anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, Indictione decima tertia, die Lunæ quarto mensis Junii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Gregorii, Divina providentia Papæ undecimi, anno quinto. In mei Notarii Publici, & Testium subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter, & rogatorum præsentia, constituti personaliter Reverendissimus In Christo Pater, & Dominus Dominus Guillielmus miseratione Divina Sancti Angeli Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis in nonnullis Terris Italiæ Romanæ Ecclesiæ immediate subjectus pro Domino nostro Papa, & eadem Ecclesia Vicarius Generalis, ac Commissarius præfati Domini nostri Papae ad omnia & singula infra scripta specialiter deputatus, prout constat per Litteras Apostolicas ejus vera Bulla bullatas, quarum tenor inferius describetur. Attendens & considerans, quod plerumque Sacrosancta Romana Ecclesia laudabiliter concepta, & consulte ordinata, suadente postmodum subjectorum utilitate, maxime ubi vitantur strages personarum, animarum pericula, ac rerum & guerrarum dispendia consultius, & racionabilius revocat, & in melius commutat, ac condolens in filiorum lenitate pietatis ad redeundum eos invitat irremisse & gratulancius, cum reditum sperat fructuosum, & non otiose præmeditans, quot, & quanta discrimina afferant guerrarum anfractus, ut mundus hodie in maligno positus plurimum manifestat cum lacrymis in maxillis; Ex hiis enim frigescit caritas in Populo Christiano, insurgunt homicidia, incendia, deprædationes, & demum omnis machina malorum exultat devotio populorum; & quod detestabilius est auctor Pacis coli perturbatur, speransque exinde subsequi non solum bonum quietum, & tranquillum statum Partium infra scriptarum, & cujuslibet earum, ac Subditorum ipsorum, sed etiam totius Italiæ, & Subditorum ipsius, idem Dominus Cardinalis nomine Sanctissimi Patris, & Domini Domini nostri Papæ supradicti, ac Sacri Collegii Dominorum Cardinalium, Romanæ Ecclesiæ, atque suo, ac pro se, & omnibus Colligatis, Adhaerentibus, & Sequacibus eorumdem, pro omnibusque Provintiis Subditis, Terris, & Civitatibus eorumdem, seu quas tenent, & gubernant, & pro Illustrisima Domina Johanna Regina Jerusalem, & Siciliæ &c. et Subditis, Provintiis, et Terris ejusdem, ac pro Illustri Principe Domino Amadeo, Comite Sabaudiae, et pro Illustribus Viris Dominis Marchionibus Montisferrati, ac pro omnibus Terris, et Subditis eorumdem, nec non circumspectus Vir Dominus Antonius de Mazonis de Murina Licentiatus in jure Civili, Vicarius, et Procurator Illustrium Dominorum Nicolai, et Alberti Marchionum Estensium, ac Vicariorum Ferrariæ et Mutinæ &c. Colligatorum Domini nostri Papae, et Ecclesiae praedictorum pro dictis Dominis Marchionibus, ac pro Civitatibus, Terris, Castris, et Locis, quas et que tenent, regunt, aut gubernant, et pro suis Subditis, Colligatis, Adhaerentibus, Sequacibus, Fautoribus et Recommendatis, et ipsorum omnium, et singulorum Terris, Castris, Locis, et Fortalitiis et Territoriis quibuscumque ex una parte; Et sapientes Viri Domini Tomasius de Cropelio de Soncino Vicarius Magnifici, et Excelsi Domini Domini Bernabovis Vice-Comitis Mediolanensis &c. Imperialis Vicarius generalis et Aduardus de Curatis de Mediolano Legum Doctor, et Nobilis Vir Vassalinus de Bossiis de Mediolano Procuratores, et Procuratorio nomine præfati Domini Bernabovis pro eodem Domino Bernabove, ejusque Filiis, Colligatis, Adhaerentibus, et Recommendatis, ac Subditis, Civitatibus, Terris, Castris, Fortaliciis, et Territoriis quibuscumque, seu quas, et quae praefatus Dominus Bernabos tenet, regit, aut gubernat, ac sapiens Vir Dominus Ludovicus de Bombellis de Valentia Legum Doctor, Vicarius Magnifici, et Excelsi Domini Domini Galeaz Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generа-

Digitized by Google

neralis, & Nobilis Vir Antonius de Lucino de Cumis præfati Domini Galeaz Cancellarius Procuratores, et Procuratorio nomine ejusdem Domini Galeaz pro ipso Domino Galeaz ejusque Filiis, Colligatis, Adhaerentibus, Sequacibus, Fautoribus et Recommenatis, ac Subditis, Civitatibus, Terris, Castris, Fortalitiis, & Territoriis quibuscumque, seu quas, et quae praefatus Dominus Galeaz tenet, regit, aut gubernat ex parte altera, prout de dictorum Procuratorum omnium, ac singulorum Procuratorio, seu Mandatis constat per Instrumenta publica ibidem exhibita, quorum tenores inferius sunt inserti, de, et super discordiis, guerris, et dissensionibus praeteritis, et vigentibus inter dictas Partes, pervenerunt, et perveniunt ad infrascriptam Concordiam atque Treguam, quam fecerunt, et faciunt cum omnibus Pactis, formis, modis, et tenoribus infra scriptis, videlicet;

In primis quod dicta Tregua a die hodierna duret, et durare debeat, atque intelligatur usque ad annum unum proxime venturum, et post continue, et semper, donec una Pars eam alteri Parti, scilicet Dominus noster Papa eisdem Dominis Bernabovi, et Galeaz, vel ipsi Domini Bernabos et Galeaz eidem Domino nostro Papae contra mandaverint, & post contramandata per duos menses, acto expresse, quod Dominus Dominus noster, & Successor atque Collegium Sede vacante possit, infra annum, & etiam post annum, quandocumque durantibus Treguis, dictas Treguas prorogare ad sex menses, vel infra illos ad tempus, de quo sibi videbitur, & post tempus prorogatum durent etiam continue, & semper, donec una Pars eam alteri, ut supra, contramandaverit, & post contramandatum per duos menses, quam prorogationem praefatus Dominus noster notificari faciat Partibus infra mensem a die Prorogationis, infra quem mensem cesset, & cessare debeat omnis offensa, & novitas inter Partes, praedicta autem Tregua praeconizetur, & publicetur in Civitatibus, & Locis Fronteriarum die Lunae undecima praesentis mensis: Et si post diem praesentem infra dictam diem Lunae fieret aliquid contra Treguam, non imputetur alicui Partium, nec poena committatur, nec restitutio dampnorum fiat, sed si caperentur, vel occuparentur interim per unam Partem aliquae Civitates, Terrae, vel Castra alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhaerentium Sequacium Fautorum & Recommendatorum &c. restituantur illis, qui hodie possident, seu sub cujus obedientia sunt, et hoc libere, & absque aliqua contradictione.

Item quod durante dicta Tregua, cuilibet dictarum Partium, & Colligatorum, Adhaerentibus, Fautoribus, Recommendatis, & Sequacibus eorum liceat, ac possint praedicta cum effectu tenere, & possidere pacifice, & quiete, sine offensa, & contradictione alicujus de altera Parte, absque eo quod possit ad recuperationem alicujus Civitatis, Castri, Fortalicii, Loci, vel Villae, seu eorum, vel alicujus earum Districtuum, Territoriorum, seu Villarum per modum Guerrae, vel Tractatus tenentibus ipsa Fortalicia, Civitates, Castra, Loca, seu Villas cum earum, vel eorum Districtibus, Territoriis, ac Villis volentibus, vel invitis procedi, nec etiam recipi, si Populi Subditi uni Parti, seu habitantes, vel commorantes sub obedientia unius Partis ac Locis, in quibus commorantur, seu degunt, voluntarie vellent ad obedientiam alterius Partis venire, omnia, & singula Fortalicia, & Loca, Civitates, Castra, & Villas, cum earum, & eorum Districtibus, & Territoriis, atque Villis, jura, res & bona, quae nunc tenent, & possident, seu in quibus habent obedientiam, praeeminentiam, custodiam, superioritatem, vel guardiam qualemcumque, praesentiales & actuales, per se vel alium, seu alios non occultas, & cum omnibus, & singulis, quae eisdem Partibus obediunt, hiis dumtaxat exceptis, quae inferius in sequentibus Capitulis declarantur, & quod quilibet de dictis Partibus, durante dicta Tregua, possit libere, & secure, per se vel alium, ire & mittere victualia, & gentes etiam armigeras, & quaelibet alia pro custodia, & commoditate necessaria, & utilia, seu sibi grata, vel placita ad Civitates, Castra, Villas, Loca, & Fortalicia, quae tenent, & possident, & quae sub ejus Dominatione vel Obedientia stant, seu degunt, etiam per Territoria alterius Partis sine aliqua contradictione, vel offensa, solvendo datia, & pedagia pro tempore ordinata generaliter in singulis Terris Partium, per quas transitum fieri contigerit, sicque in imppositione, & exactione cesset omnis fraus, & machinatio: Ita tamen, quod si gentes armigerae transire volentes sint ultra numerum viginti, debeant Officiales Locorum, de quibus recedunt, notificare per unam diem, ante Officialibus Terrarum, per quas, seu quarum Territoria transire voluerint, et in omni casu, & in quocumque numero sic transire volentes habeant, & secum portent Litteras Testimoniales Officialium ipsorum Locorum de quibus recedent, & Officiales Locorum, per quae, seu quorum Territoria transibunt dictae gentes armigerae, debeant, & teneantur eis facere ministrari in eorum Territoriis victualia pro pretio competenti.

Item, durante dicta Tregua, neutra Partium possit contra alteram Partem, aut Colligatos, Adhaerentes, Fautores, Recommendatos, Seu Sequaces ipsius, Subditum, Colligatum, Adhaerentem, Recommendatum, seu Fautorem alterius Partis recipere, in suam subjectionem, obedientiam colligationem, adhaerentiam, recommendationem, seu fautoriam, etiam si vellet voluntarie venire, & se subjicere, colligare, recommendare, vel quomodol bet adhaerere.

Item quia in Partibus Placentinis, & alibi sunt aliquae villae apertae, & propter Guerram inhabitatae ad praesens, ad quas Habitatores, & Incolae dictarum villarum redire poterunt, Tregua durante, & posset esse postea quaestio de, & super eis inter Partes, convenerunt, atque conveniunt, quod homines, qui retraxerunt se ad Fortalicia, & sub obedientia Ecclesiae una cum ipsorum bonis, possessionibus, & rebus omnibus remaneant sub jurisdictione & obedientia Ecclesiae, & suorum officialium; Illi vero, qui retra-

Digitized by Google

retraxerunt se ad Fortalicia, & sub obedientia dictorum Dominorum Bernabovis, et Galeaz, seu alterius eorum una cum bonis, rebus, & possessionibus eorum remaneant sub jurisdictione, & obedientia dictorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, acto tamen, quod durante Tregua, neutra partium possit Fortalicia quocumque modo facere in eis villis, vel aliqua eorumdem, aut in Territoriis eorum.

Item, quod durante hujusmodi Tregua, dicti Domini Bernabos, & Galeaz servent, & servari faciant plene, & libere in omnibus, et singulis Terris, quæ per ipsos tenentur et possidentur, nec non in Terris, seu Dominiis aliorum eis uti superioribus Dominis obedientium Prælatis, & omnibus Personis Ecclesiasticis Jurisdictiones suas spirituales, & Ecclesiasticas libertates, ut possint bona, quæ tenent, et possident, seu quæ tenebant et possidebant tempore motæ præsentis guerræ, libere, & pacifice possidere, & fructus, redditus, & proventus eorum percipere, & habere etiam absque eo quod eis taleas, vel collectas, vel exactiones quascumque imponant, seu exigant, vel qualitercumque recipiant ab eisdem, nec pro hactenus impositis exigant; & Apostolicos, ac etiam ordinarios impetrantes ad eorum gratias, & Beneficia admittere permittant absque impedimento quocumque, & si per ipsos impetrantes vel eorum parte, vel alios pro eis invocetur eorum brachium sæculare admitti, & in possessionem beneficiorum hujusmodi libere faciant, quibuscumque impedimentis remotis, de ipsis etiam Beneficiis, & Dignitatibus Ecclesiasticis non se impediant, nec alios impedire permittant quocumque modo.

Item quod præfati Domini Bernabos & Galeaz per se, vel per alios non molestent, nec inquietent, nec per suos Officiales, vel Subditos molestari, inquietari, seu turbari permittant Prælatos, & alias Personas quascumque Ecclesiasticas Terrarum, seu Dominiorum, & Districtuum, quas, seu quæ ipsi Domini Bernabos, & Galeaz conjunctim, vel divisim habent, regunt seu gubernant in Castris, Terris, Dominiis, Jurisdictionibus, rebus, redditibus, possessionibus, seu bonis, quas seu quæ dicti Prælati, seu Personæ Ecclesiasticæ habent, & tenent, seu possident, seu quæ tempore motæ guerræ habebant, tenebant & possidebant, sed circa facta Episcopi Lunen. serventur tantum Capitula, quæ specialiter loquentur de factis Episcopi Lunen. & de factis Lunisan.

Item quod dicta Tregua durante, omnes Colligati, Adhærentes & Subditi, Recommendati, Sequaces, seu Fautores utriusque Partium possint libere per Territorium alterius Partis mercari, & aliter, sine, offensione tamen negociari in omnibus, prout fiebat ante motam præsentem Guerram, solvendo dacia, & alia doveria pro tempore ordinata generaliter in singulis Terris Partium, per quas transitum fieri, vel in quibus mercari contigerit, ita quod in impositione, & exactione cesset omnis fraus, & machinatio, sic tamen, quod granum, & bladum cujuscumque manerici de Territoriis Partium prædictarum absque licentia earumdem extrahi non possit.

Item quod pro meliori, & securiori observatione Treguarum, & pro honore etiam Domini nostri Papæ dictus Dominus Bernabos permittat libere & sine contradictione Episcopum Lunen, uti sua Spirituali Jurisdictione, & eidem servet, & servari faciat, per gentes, & Officiales suos plene, & libere omnes Ecclesiasticas libertates.

Item quod permittat eumdem Episcopum Lunen. & ipsius Episcopi, & Ecclesiæ Lunen. homines, & Subditos, qui sibi adhæserunt in præsenti Guerra, plene & libere gaudere omnibus Possessionibus, Redditibus, Fructibus, Proventibus, & juribus, quibus utebantur, & gaudebant ante motam præsentem Guerram, dummodo se non intromittant, nec intromittere possint, pendente Tregua, de fructibus, redditibus, & proventibus perceptis, & habitis a tempore motæ Guerræ usque ad diem celebrationis præsentis Contractus, nec circa ea, vel eorum aliquod sibi, vel eis præstet, vel præstari permittat aliquod impedimentum, nec alias ipsum gentes suas, aut Subditos molestet, vel inquietet per se, vel Officiales, aut qualitercumque, vel quocumque modo, sed de Castris, & Fortaliciis in Jurisdictione temporali se non intromittat Episcopus, durante Tregua, sed fiat prout in proximo sequenti Capitulo continetur, & quod Homines & Subditi dicti Episcopi, qui sunt verisimiliter suspecti Domino Bernabovi, & possint nocere Statui suo, quod in determinatione, & declaratione esse debeat illius Militis, qui ad gubernationem Castrorum, & Locorum secundum tenorem infra proximi Capituli deputabitur, non accedant personaliter ad ipsa loca.

Item quod dictus Dominus Bernabos ponat in manibus unius Domini Cardinalis eligendi per ipsum Dominum Bernabovem, Bastitam de Cexio contra Mutinam, nec non omnia Castra, & Fortalicia Ecclesiæ, & Episcopatus Lunen. in quibus non intelligatur Sarzana, Castrum Sarzanæ, & Aventia, quæ Castra, Bastitam, & Fortalicia ponenda, ut supra, in manibus Cardinalis, ipse Dominus Cardinalis custodiri faciat expensis ipsius Domini Bernabovis per aliquem probum Militem placibilem, & non suspectum Domino Bernabovi; & ipse Dominus Cardinalis, & Miles promittant & teneantur eidem Domino Bernabovi ea reddere, & restituere, Tregua finita, si Pax non sequeretur; si autem sequatur Pax, facere de eis, prout per Pacem fuerit ordinatum. Hoc acto, quod Miles, qui deputabitur ad Custodiam, provideat in octo dies, postquam habuit possessionem Bastitæ, quod per Canale possint navigia cum personis, & rebus quibuscumque libere, & absque ulla solutione, vel impedimento duci, et reduci, et etiam hoc acto, quod Dominus Bernabos in Sarzana, Castro Sarzanæ, et Aventia ponat pro toto tempore Treguæ Officiales placibiles, et non suspectos Domino nostro Papæ, qui jurent, et promittant, quod per ipsas Terras, et ipsarum Territoria liber erit transitus, et securus transeuntibus, maxime in transitu Domini nostri Papæ, toto suo posse, bona fide, et sine fraude, et quod tenebunt pastus, et stratas securas, et bannitos Ecclesiæ Romanæ scienter de

cætero

Digitized by Google

cætero non receptabunt, et si receptarent, requisiti expellent, et Treguas servabunt, et volentes eas rumpere impedient suo posse.

Item quod dicti Domini Bernabos, et Galeaz, seu eorum alter, et Colligati, et Adhærentes non procedant quoquo modo contra aliquem ex Subditis, Colligatis, Adhærentibus, seu Sequacibus suis, qui cum Domino nostro, vel suis Officialibus vel Gentibus, aut Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, vel Fautoribus Domini nostri, vel eorum Officialibus, vel Gentibus de veniendo ad ipsius vel eorum obedientiam, vel subjectionem, Tractatus aliquos habuerunt, vel fuerunt in hoc participes, vel consentientes, et quod omnes processus durante Guerra dictis ex causis inchoati nondum terminati, sint suspensi, et effectum non habeant Tregua pendente, et contenta in præsenti Capitulo intelligantur, et locum habeant in Domino Cardinali, et in omnibus Officialibus Ecclesiæ Romanæ, et Colligatis, et Adhærentibus ut procedere non possint in casibus suprascriptis; et si processus inchoati essent, et nondum terminati sint, et esse debeant, durante Tregua, suspensi, hoc etiam expresse convento, quod jam Banniti Parcium prædictarum ad Loca ipsarum Parcium, a quibus sunt banniti, personaliter non accedant.

Item quod quælibet Partium prædictarum faciat jurare, et alias obligare Rectores, Capitaneos, et principales Caporales, Civitatum suarum, et aliorum Fortaliciorum, quæ sunt in Fronteriis, videlicet Dominus noster illos, qui per eum, seu pro ejus parte sunt, seu essent ordinati in Civitate, ac Comitatu Vercellarum, ac in Territoriis, Novariensi, Papiensi, Placentinensi, Alexandrinensi, et Terdonensi, et ipsi Domini Bernabos, et Galeaz similiter illos, qui per ipsos, vel eorum parte sunt, vel erunt ordinati in Civitatibus, Territoriis, ac Districtibus Parmensi, Regii, Placentinensi, Alexandrinensi, Vercellensi, Novariensi, Papiensi, et Terdonensi de plene, et fideliter observando Treguas hujusmodi et omnia contenta in eis, et de impediendo posse suo omnes illos, qui eos infringere vellent; Et si illos mutari ex quavis causa contingeret, quod simili modo alios, qui subrogarentur, faciat jurare, et se obligare ad Treguarum hujusmodi plenam, et fidelem observationem, et ad volentes eas infringere toto posse, et bona fide impediendum, et similiter sub eadem forma prædicti Marchiones Estenses faciant promittere, et jurare Rectores, Capitaneos, et principales Caporales Mutinæ, et partium vicinarum præsentes, et futuros.

Item quod quælibet Partium prædictarum promittant præsentem Treguam, et omnia, et singula ipsius Capitula tenere, et observare, et etiam ea a suis Colligatis, Adhærentibus, et Sequacibus facere, inviolabiliter observari suo posse, bona fide, sine dolo, omni fraude cessante, et ad hoc se obligent, et jurent, ut moris est; Et dicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis et Galeaz nominibus quibus supra obligant dictos Dominos suos, et promittunt eorum nominibus in, et sub fide Nobilium, quod si præfati eorum Domini, vel alter eorum contravenirent, seu contraveniret, quod contravenientes, seu contraveniens possent, seu posset ubique appellari fidefragi, fidementiti, atque perjuri.

Item quod si per dictos Dominos Bernabovem et Galeaz, aut eorum alterum, vel eorum, seu alterius eorum Subditos, Officiales contra Treguam prædictam fieret aliquid, vel attemptaretur in casibus, inferius descriptis, vel aliquo eorum, videlicet Civitatem, Castrum, vel Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, vel Sequacium per modum Guerræ tractatæ, vel aliter capiendo, vel ad rebellionem, vel inobedientiam reducendo, vel Subditum, Colligatum, Adhærentem, vel Sequacem, Civitatem, Castrum, Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis etiam voluntarie venire volentem recipiendo, seu Territorium alterius Partis, vel suorum hostiliter invadendo, vel invadi faciendo, aut præstando in hiis auxilium, consilium, vel favorem, ipsi Domini Bernabos, Galeaz, et ipsorum quilibet teneantur infra duos menses, postquam fuerint requisiti, attemptata, vel facta contra Treguam in præmissis casibus, vel eorum aliquo, ad statum pristinum reducere, et facere reduci, et dampna data emendare, et ita servare, et adimplere promittunt dicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis, et Galeaz dictis nominibus, bona fide, et sine fraude, et dolo quibuscunque; et si infra dictos duos menses post requisitionem factam, eis contra facientibus, vel alteri eorum, qui contra fecerit, attemptata, vel facta contra Treguam in præmissis casibus, vel eorum aliquo ad pristinum Statum reduxerint, vel reduci fecerint, et dampna data quomodocumque emendaverint, seu emendari fecerint, Tregua ipsa remaneat in sua firmitate, et ipsi Domini Bernabos, et Galeaz nullam pœnam incurrant; si vero præfati Domini Bernabos, et Galeaz infra dictos duos menses post hujusmodi requisitionem quicquid attemptatum fuerit contra Treguam in aliquo ex casibus superius in hoc Capitulo nominatis non reduxerint, seu reduci non fecerint ad pristinum statum, et dampna qualitercumque, data non emendaverint, seu non fecerint emendari, incidant ipsorum videlicet quilibet qui contra fecerit, tociens quociens venerint, seu venerit contra Treguam hujusmodi, faciendo contra Treguam in aliquo ex casibus superius in hoc Capitulo expressis et nominatis, in pœnam centum millium florenorum, auri appositam pro Treguæ observatione, et de ea solvenda caveant, ut in ordinato super hoc Capitulo inferius continetur, et nihilominus teneantur dampna data resarcire, vel facere resarciri, sic tamen, quod si alter ipsorum tantummodo faceret, vel veniret contra aliquem ex casibus superius nominatis, ille solum pœnam incurrat, et ad dampnorum datorum restitutionem teneatur, ac remaneat obligatus; et etiam quod eorum Colligati, et Adhærentes ipsorum ipsos juvare ad præmissa nullatenus teneantur, nec possint, et etiam quod, pœna soluta, vel non sit in optione Domini nostri, et Partis suæ utrum velit Treguas in sua firmitate manere, an eas totaliter esse fractas, hoc acto expresse, quod Colligati Ecclesiæ Romanæ, qui non obligantur ad pœnam pecuniariam, præfati Domini Bernabos, et Galeaz ad pœnam pecuniariam non obligentur.

Digitized by Google

Si vero pro parte dicti Domini nostri videlicet per Subditos, vel Officiales, vel Gentes ipsius fieret, vel attemptaretur aliquid contra Treguam in casibus inferius descriptis, vel aliquo eorum, videlicet Civitatem, Castrum, vel Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, vel Sequacium per modum Guerræ tractatæ, vel aliter capiendo, vel ad rebellionem, vel inobedientiam reducendo, vel Subditum, Colligatum, Adhærentem, vel Sequacem Civitatem, Castrum, Fortalicium, Villam, vel Locum alterius Partis etiam voluntarie venire volentem recipiendo, vel Territorium alterius Partis hostiliter invadendo, seu invadi faciendo, aut præstando in hiis auxilium, consilium vel favorem, ipse Dominus noster teneatur attemptata facere ad statum pristinum reduci, et dampna data emendari infra duos menses, postquam fuerit requisitus; & si infra dictos duos menses fecerit innovata, vel attemptata, contra Treguam in præmissis casibus, vel eorum aliquo ad pristinum statum reduci, et dampna data emendaverit, vel fecerit emendari, remaneat Tregua in sua firmitate, aliter Tregua habeatur pro fracta, si dicti Domini Bernabos, et Galeaz voluerint, et nihilominus ipse Dominus noster ad dampnorum restitutionem teneatur, et remaneat obligatus; et ulterius quod Domina Regina, Comes Sabaudiæ, Marchio Montisferrati, Marchiones Estenses, & alii Colligati ipsum quantum ad hoc juvare non teneantur, nec possint; si vero per aliquem ex Colligatis, Adhærentibus vel Sequacibus alicui Partium prædictarum fieret aliquid contra Treguam, seu aliquid ex Capitulis contentis, in ea per modos superius expressatos, vel aliquem ex modis prædictis, per hoc non intelligatur rupta Tregua inter dictas Partes, sed sic committens teneatur ad restitutionem, & emendam dampni infra duos menses postquam fuerit requisitus, & si restitutio Dampni per talem fiat infra terminum antedictum, remaneat in Tregua, si non, sit privatus ipso facto benefitio Treguæ, & nihilominus possit prosequi ad restitutionem dampni, injuriarum, et interesse per dampnum passum, et Partem suam, et tam per modum Guerræ, quam aliter, et quod Pars cujus erat adhærens, colligatus, Subditus, et sequax ad præmissa ipsum juvare non debeat, neque possit.

Si vero aliter, quam supradictum est, fieret aliquid contra Treguam omni casu attemptans, vel faciens, sive de Colligatis, Adhærentibus, Fautoribus, vel Sequacibus ipsarum Partium, vel alterius earundem, teneatur infra duos menses, postquam fuerit requisitus, reducere vel reduci facere attemptata ad pristinum statum, & ad restitutionem dampnorum, & ad hoc possit compelli per omnia juris remedia opportuna; Et si sic faciens contra Treguam ipsum requisitus per aliam Partem infra dictos duos menses post requisitionem non emendaverit dampna data, & attemptata ad pristinum statum non reduxerit, seu dampna data emendari, & attemptata ad pristinum statum reduci non fecerit, possit eidem sic contra Treguam venienti per Dominos Cardinales, & Comitem inferius nominatos, vel eorum majorem Partem pœnam imponi quadrupli, & hoc in dampnis emendabilibus, seu restaurabilibus; In dampnis vero non emendabilibus seu non restaurabilibus sit quantitas, & determinatio pœnæ, ac dampni in dispositione, & arbitrio Dominorum Cardinalium, Commissariorum, & Comitis, seu majoris partis ipsorum, juxta dampni, & injuriæ, ac personarum qualitatem, & condicionem, & Tregua nihilominus remaneat in sua firmitate, hoc acto specialiter inter Partes, quod prædicta determinatio quantitatis pœnæ, ac dampni in dampnis non emendabilibus, seu non restaurabilibus fienda per dictos Dominos Cardinales Commissarios, & Comitem vel majorem partem ipsorum ut supra intelligatur, & locum habeat in communi Capitulo, & qualibet parte, secundum quod infra ponitur, ubi de dampnorum emendatione fit mentio.

Si vero aliquis ex Subditis alterius Partium prædictarum, seu Colligatorum earumdem, aliter quam in casibus superius nominatis contingeret aliquid fieri, vel attentari contra Treguam, præfati principales & colligati teneantur & debeant quilibet eorum attemptata a suis Subditis facere ad statum pristinum reduci, & dampna data emendari, & aliter de illis attemptationibus tamquam de fractoribus Treguæ facere Justitiæ complementum suo posse, bona fide, & omni fraude cessante, & nihilominus possit contra sic facientes, vel attemptantes contra Treguas per Ecclesiasticam censuram procedi.

Item si altera Partium prædictarum frangeret Treguam vel faceret frangi per aliquem ex modis superius declaratis, & alia Pars contra quam esset fracta Tregua, cognito tamen prius, per duos inferius nominatos, & per modum inferius descriptum, quam factum fuerit contra Treguam, velit ipsam ex toto esse fractam, & ipsam amplius non servari, teneatur Pars alteri Parti debite notificare, & donec notificaverit, & de uno mense non possit alteri Parti Guerram facere, nec aliquam aliam novitatem; hoc expresse convento inter Partes, quod per præsens Capitulum non derogetur in aliquo potestati, & arbitrio circa prorogationem Treguarum Domino nostro supra in primo Capitulo concessæ, & attributæ.

Item quod in casu quo præfati Domini Bernabos, & Galeaz, seu eorum alter, vel Subditi, Officiales, vel Gentes eorum, vel eorum alterius per se, vel alios Treguam prædictam fregerint, seu fecerint frangi quoad casus expressatos in Capitulo, quod incipit: Item si per prædictos Dominos Bernabovem & Galeaz &c. inferius descriptos, videlicet, Civitatem, Castrum, vel Fortalicium, Villam, vel locum alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, Recommendatorum, vel Sequacium, vel alterius eorumdem per modum Guerræ, Tractatus, vel aliter accipiendo, vel ad rebellionem, vel inobedientiam reducendo, vel Subditum, Colligatum, Adhærentem, vel Sequacem Civitatem, Castrum, Fortalicium, Villam vel Locum alterius Partis etiam voluntarie venire volentem recipiendo, seu Territorium alterius Partis, vel suorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, Recommendatorum, Sequacium, vel Fautorum hostiliter invadendo vel invadi faciendo, aut præstando in hiis auxilium, consilium & favorem, etiamsi Dominus noster

Digitized by Google

ſter vellet Treguam nihilominus in ſua firmitate manere infra duos menſes poſt requiſitionem factam eis contra facientibus, vel alteri eorum, qui contra fecerit, attemptata, vel facta contra Treguam in præmiſſis caſibus, vel eorum aliquo ad ſtatum priſtinum non reduxerint, ſeu reduci non fecerint, & dampna qualitercumque data non emendaverint ſeu non fecerint emendari, incidant ipſorum quilibet videlicet illi, vel ille, qui contra fecerit in pœnam centum millium florenorum auri ponderis Cameræ Apoſtolicæ, & pro ſolutione hujusmodi pœnæ ſemel tantum pro quolibet eorum in caſu, quo ipſam dicti Domini Bernabos, & Galeaz incurrerent, vel alter eorum incurreret, veniendo contra Treguam hujusmodi in caſibus ſuperius in hoc Capitulo expreſſatis, vel aliquo eorum, dabunt Fidejuſſores, & principales Debitores ipſorum quilibet ſex Milites, & ſex Mercatores, vel plures bonos & ſufficientes, qui non ſunt de Terris nec Dominiis ipſorum, nec eorum alterius, aut Colligatorum, ſeu Sequacium eorumdem, vel Comune Venetiarum, aut Commune Januæ; Ita tamen, quod Fidejuſſores, & principales Debitores, qui ſe obligabunt prò prædictis teneantur pro illa ſumma, & quantitate, pro qua ſe obligabunt expreſſe, & quilibet dictorum Fidejuſſorum, & principalium Debitorum habeant in bonis duplum quantitatis, ſeu ſummæ, pro qua ſe obligabit, vel pro ipſa ſumma, & quantitate dentur duo Fidejuſſores, & principales Debitores in ſolidum, quorum uterque habeat in bonis tantum capit. Summa, ſeu quantitas, pro qua ſe obligabunt, & ad prædictam ſummam ſolvendam ſubmittunt, & obligant ſupradicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, nominibus, quibus ſupra, prædictos Dominos Bernabovem, & Galeaz, quorum Procuratores ſunt, & utrumque ipſorum ad vices & Cohortem Cameræ Apoſtolicæ ſub pœnis & ſententiis Cenſuræ Eccleſiaſticæ; Et ex nunc nominibus dictorum Dominorum ſuorum, quorum Procuratores exiſtunt, conſtituerunt, & fecerunt, ac faciunt, & conſtituunt, omnibus via, modo, & forma, quibus melius potuerunt, & poſſunt, eorum, & cujuslibet eorum in ſolidum ſuos veros, certos, & legitimos Procuratores Venerabiles Viros Dominos Subdiaconum Domini noſtri Papæ, correctorem Litterarum Apoſtolicarum, Correctores Literarum pœnitentiariæ Regiſtratores Literarum Apoſtolicarum & Supplicationum Signatarum, nec non Magiſtrum Raymondum Scini, Bernardum de Bugneto, & Aurelium de Monte Granario, abſentes tamquam præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum, ita tamen quod non ſit melior condicio occupantis, ſed quod unus ipſorum incœperit, alter proſequi mediare valeat, & finire, ad comparendum coram Auditore Curiæ Cameræ Domini noſtri Papæ, ejusque Locumtenente, vel Vice-auditore totiens, quotiens opus erit, & ad confitendum coram dicto Auditore, ſeu Vice-auditore, poſtquam fuerit declaratum, & judicatum per Dominos Cardinales Commiſſarios, & Comitem Sabaudiæ infraſcriptos, ſeu ſubrogandum vel mittendum ab eo, ſeu majorem partem ipſorum, de qua majori parte ſit præfatus Dominus Comes, vel ſubrogandus, vel mittendus ab eo, dictos Dominos Bernabovem & Galeaz, ſeu alterum eorum incidiſſe in pœnas, & ſententias tam pecuniarias, quam alias in præſenti Contractu contentas, ipſas commiſſiones pœnarum, & ipſos contraveniſſe in caſibus ſupraſcriptis, & ad recipiendum in ſe, nominibus dictorum Dominorum poſt dictam declarationem, monitiones, mandata, præcepta, & Sententias Cenſuræ Eccleſiaſticæ quascumque ſuper prædictis, & ex nunc juraverunt, & jurant in animas dictorum Dominorum ſuorum dictos Procuratores ſuos minime revocare, usque ad Satisfactionem integram prædictorum, promittentes etiam, nominibus quibus ſupra, ſe gratum, ratum firmum perpetuo habituros quicquid per dictos Procuratores, vel eorum alterum actum, factum, dictum, vel confeſſatum fuerit in præmiſſis ut ſupra, ac volentes eosdem, & quemlibet eorumdem relevare ab omni onere ſatisdandi, promiſerunt, eisdem nominibus, judicio ſiſti, & judicatum ſolvi cum ſuis clauſulis univerſis, ſub ippotheca, & obligatione omnium bonorum præfatorum Dominorum ſuorum, præſentium & futurorum, & dicti etiam Fidejuſſores, & principales Debitores ſubmittent, & obligabunt ſe pro dicto Domino Bernabove, in centum millibus Florenis auri ſolvendis ſemel tantum, & pro dicto Domino Galeaz in centum millibus Florenis auri ſolvendis ſemel tantum, modo & forma, quibus dicti Domini Bernabos, & Galeaz, & uterque eorum ſe obligant, & ex contractu præſenti obligati ſunt in caſibus contentis in præſenti Capitulo & quolibet eorum pro illis partibus, pro quibus ſe obligabunt expreſſe, & ad ſtandum declarationi, & liberæ voluntati Dominorum infra nominatorum, vel ipſorum majoris partis, ſi quod dubium ſuper incurſu pœnarum, vel ſolutionum ipſius, aut aliter oriretur, & ad ſolvendum dictam pœnam ſemel tantum in caſu, quo incurretur, ut ſupra, & ultra quod, dimiſſis dictis Dominis Bernabove, & Galeaz, dicti Fidejuſſores, & eorum quilibet poſſint, ſeu poſſit diſcuti, ſeu exigi, in toto vel in parte, & uno, vel pluribus dictorum Fidejuſſorum dimiſſo, vel dimiſſis, alius, vel alii poſſint, ſeu poſsit diſcuti, vel exigi, ſicut Domino noſtro videbitur faciendum pro ea Parte videlicet, pro qua ſe quilibet ipſorum Fidejuſſorum, & principalium Debitorum obligabit, ac ſe ſubmittent, & obligabunt ad vires Cameræ Apoſtolicæ, & ad Cenſuras Eccleſiaſticas, & renunciabunt ſolempniter omnibus juribus, per quæ poſſent quomodolibet ſe tueri, ac Procuratores in Romana Curia conſtituent, & alia facient in conſtitutione dictorum Procuratorum, & etiam mandata eorum in forma ſuperius expreſſata contra perſonas Dominorum Bernabovis, & Galeaz prædictorum, ſic tamen quod ſi alter dictorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, ſeu eorum alterius Subditi, Officiales, vel Gentes venirent, contra Treguam hujusmodi in caſibus ſuperius nominatis, vel altero eorumdem, & alter, ac Subditi, Officiales, & Gentes ipſius plene obſervaret Treguam ipſam, in dictis caſibus ille ſolum pœnam prædictam incurrat, qui, ſeu cujus Subditi, Officiales, vel Gentes Treguam ipſam rumpiſſent.

Item quod ſi ſupradicti Domini Bernabos, &

Digitized by Google

Galeaz, aut eorum alter, per ſe vel Officiales ſuos, quoquo modo procedant, vel procedi faciant, durante Tregua, contra illos, vel aliquem ex illis, qui, durante Guerra præſenti, cum Domino noſtro, vel Gentibus ſuis, vel aliis, ſuo nomine, aut Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus ipſius, vel aliis eorum nomine de veniendo ad ejus, vel alicujus ex ipſis Colligatis Servitia, vel obedientiam Tractatus aliquos habuerunt, vel tenuerunt, ſeu fuerunt in hoc conſentientes, vel participes, aut præſtiterint in hiis auxilium, conſilium, & favorem, ipſi Domini Bernabos, & Galeaz, ſeu eorum alter, qui contra feciſſent, incurrat pœnam centum millium Florenorum auri Ponderis Cameræ Apoſtolicæ, niſi dampna emendaverint, & ad ſtatum priſtinum reduxerint, facta, & attemptata per illos, ut ſupra, infra terminum duorum menſium, poſt requiſitionem eis factam, vel alteri eorum, qui contra feciſſent, ſeu contra feciſſet; ſi vero aliquis ex Subditis, vel Gentibus eorum, durante præſenti Tregua, offenderent aliquem ex prædictis, qui dictos Tractatus habuerunt, ut ſupra, teneantur, & debeant præfati Domini Bernabos, & Galeaz, ſeu eorum alter, ut ſupra, facere emendati dampna, & reduci ad priſtinum ſtatum, facta, & attemptata infra duos menſes, poſtquam fuerint requiſiti, & de offendentibus facere, & fieri facere Juſtitiæ complementum; & ſi eo caſu requiſiti, ut ſupra, infra dictos duos menſes non fecerint emendari dampna, & facta, & attemptata, non fecerint, ſeu fieri non fecerint juſtitiæ complementum, incurrant pœnam videlicet illi, vel ille, qui contra fecerint, vel contra fecerit florenorum auri centum millium, hoc acto expreſſe, quod jam banniti prædictorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, ſeu alterius eorum, ad Loca ipſorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz perſonaliter non accedant; & ſi accederent, & in illis Locis offenderentur, non incurrant prædicti Domini Bernabos, & Galeaz, dicta occaſione pœnam prædictam, & ſimili modo banniti Terrarum Eccleſiæ, ſeu Colligatorum ſuorum ad Loca ipſius Eccleſiæ, ſeu Colligatorum perſonaliter non accedant, & ſi accederent, & in illis Locis offenderentur, non teneatur Eccleſia, nec ipſi Colligati.

Item quod quælibet Partium prædictarum nominare debeat Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, & Sequaces ſuos infra duos menſes tantum a die præſentis celebrati Contractus computandos, hoc acto, quod prædicta nominatio fiat, & fieri debeat in ſcriptis in Civitate Bononiæ coram Domino Cardinale Sancti Angeli, aut deputando, ſeu deputandis per eum, & quod pro Adhærentibus, Sequacibus & Recommendatis per neutram Partium dentur, ſeu nominentur Subditi Partis alterius, qui ſe palam non immiſcuerunt de Guerra; & de contentis in præſenti Capitulo ſtetur declarationi Dominorum Cardinalium, Commiſſariorum, ſi dubium oriretur.

Item dicti Procuratores præfatorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, nominibus, quibus ſupra, promiſerunt ſolempniter, & promittunt præfato Domino Cardinali ſtipulanti, & recipienti nominibus quibus ſupra, ſe, dictis nominibus, facturos, & curaturos cum effectu, quod præfati Domini Bernabos, & Galeaz eorum Domini præſentes Treguas, & omnia, & ſingula in eis contenta perſonaliter ratificabunt, & approbabunt, & facient ratificari, & approbari per eorum Uxores, & Liberos maſculos quatuordecim annorum majores, & eas, ac ipſos obligare, & jurare videlicet de non veniendo ſeu faciendo contra Treguam ſimili modo, & forma, ſicut ipſi Domini Bernabos, & Galeaz obligantur, excepta Fidejuſſionis dacione, & hoc infra tertiam diem, poſtquam ipſi, vel uterque eorum pro parte præfati Domini Cardinalis fuerint requiſiti.

Item quod quælibet Partium procuret, quod Colligati, Adhærentes, & Sequaces ſui infra duos menſes poſtquam fuerint nominati, excepta Domina Regina Siciliæ, quæ habeat quatuor menſes, ratificent, approbent, & confirment præſentem Contractum, & omnia Capitula contenta in eo, & de hujusmodi ratificatione certificent Dominos Cardinales Tuſculan, Gebeunen. Munacen. Sancti Martialis, & Sancti Euſtachii, qui Treguas hujusmodi tractaverunt, vel alterum eorumdem, ſeu Dominum Cardinalem Sancti Angeli, quas ratificationes, & certificationem illi Domini Cardinales, vel ille, quibus, ſeu cui notificata fuerit dicta ratificatio, ſeu approbatio debeant, ſeu debeat infra menſem poſt certificationem, ſeu notificationem eis, vel ei factam, Partibus intimare. Acto quod ſi aliqui ex ſupradictis ratificare debentibus præſentem Contractum approbare nollent, non propterea illa Pars, cujus erat colligatus, adhærens, vel ſequax, videatur aliquid contra præſentem Contractum, vel promiſſiones in eo contentas feciſſe, vel veniſſe, ſed ſolum illi, qui hoc approbare noluerint, non gaudeant beneficio hujusmodi Treguæ.

Item quod eligantur & deputentur ab utraque Parte Conſervatores Treguarum, qui eas faciunt inviolabiliter cuſtodiri, & nihilominus, ſi eſſet inter Partes quæſtio de terminis, vel limitibus Civitatum, Caſtrorum, Villarum, vel Locorum, vel Territoriorum, ipſi Conſervatores habeant cognoſcere, & ſi non poſſent concordare, decidere, vel definire, remittatur ad Dominos Cardinales & Comitem Sabaudiæ ſuperius nominatos.

Item ſi aliquod dubium emergeret, vel occurreret circa Præſentem Contractum, vel aliquod ex Capitibus in ipſo contentis, ſeu intellectum verborum poſitorum in præſenti Contractu, ſeu etiam ſi oriretur aliquod dubium inter Partes, utrum Tregua cenſeretur fracta, vel non, ſeu ſi pœna eſſet incurſa, vel non, ſeu aliud quodcumque, vel qualecumque dubium, ſtetur, & ſtari debeat, tam per principales, quam per fidejuſſores ipſorum Dominorum Bernabovis, & Galeaz, declarationi concordi, & liberæ voluntati dictorum Dominorum Cardinalium, & Comitis Sabaudiæ, vel majoris partis ipſorum, ſic tamen, quod ipſe Dominus Comes debet unus eſſe ex ipſis, quibus ex nunc partes ipſæ de hoc plenariam poteſtatem tribuunt, & concedunt. Acto quod eo caſu dictus Dominus Comes ad præfatos Dominos Cardinales

debeat

Digitized by Google

debeat venire, vel si ex aliqua causa venire non posset, vel nollet, debeat Loco sui unum Militem destinare, qui loco sui una cum dictis Dominis Cardinalibus habeat potestatem, & si requisitus nollet, vel non posset venire, nec mittere dicti Domini Cardinales soli procedere valeant, prout supra; & si contingeret unum ex dictis Dominis Cardinalibus, seu plures, vel omnes, quomodolibet abesse, Dominus noster Papa, loco deficientis, vel deficientium, alium seu alios pro suo velle poterit libere subrogare.

Quæ omnia & singula suprascripta antefatus Reverendissimus Pater & Dominus, Dominus Guillielmus Sancti Angeli Cardinalis Commissarius, nominibus, quibus supra, & pro omnibus, & singulis de parte Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, de quibus supra fit mentio, & supra scriptus, Dominus Antonius Procurator, & Procuratorio nomine præfatorum Dominorum Nicolai, & Alberti Marchionum Estensium, & pro ipsis, ac pro omnibus, & singulis suis Colligatis, Subditis, Adhærentibus, Sequacibus, Fautoribus, & Recommendatis, & aliis, de quibus supra fit mentio ex parte una, & præscripti Domini Tomaxius, Addoardus, & Vasallinus Procuratores, & Procuratorio nomine antefati Domini Bernabovis, & pro ipso, & dicti Domini Ludovicus, & Antonius Procuratores & Procuratorio nomine suprascripti Domini Galeaz, et pro ipso, & pro omnibus & singulis eorum colligatis, subditis, Adhærentibus, Sequacibus, Fautoribus, & Recommendatis ex altera, sic, & prout conventum, actum, ordinatum, scriptum & expressum est in Capitulis suprascriptis, debere promitti, obligari, fieri, & facere fieri per suprascriptos, & quemlibet eorum, communiter aut singulariter, aut conjunctim & divisim, & sub modis, formis, pactis, tenoribus, adjectionibus, ac obligationibus quibuscumque superius appositis, & declaratis, expressis, & contentis promiserunt sibi invicem, & promittunt altera Pars alteri, & altera alteri, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, facere, adimplere, attendere, & effectualiter observare bona fide, & omni dolo & fraude cessantibus, per se, & alios quoscumque suprascriptos, quibus secundum suprascripta tenentur, & obligati sunt, & prout, & sicut pro eis tenentur, & obligati sunt, secundum contenta, & expressa in Capitulis, seu Articulis suprascriptis, & in nullo contrafacere vel venire, per se vel alium, seu alios, de jure vel de facto, directe vel indirecte, publice vel occulte, seu alio quocumque quæsito colore, & qualibet ratione, vel causa, sub pœnis, modis, formis, & obligationibus superius contentis, & expressatis, & prout, & sicut spetialiter conventum, actum & declaratum est in Capitulis, seu Articulis suprascriptis, prædictos, & eorum quemlibet se abstringere, & obligare debere.

Et quod pœna, seu pœnæ, & alia, sub quibus dictæ Partes, & quælibet earum, ac quælibet ex prædictis se obligare, & abstringere convenerunt ut supra, committantur, exigantur, & exigi valeant cum effectu per observantem, & observantes a contrafacientibus, seu contra faciente juxta conventa, scripta & expressata in Articulis, seu Capitulis suprascriptis, & prout, & sicut in ipsis Capitulis serioſius continetur.

Qua, seu quibus pœna, seu pœnis, ac aliis obligationibus supra contentis, et specificatis in Capitulis, seu Articulis prædictis, commissa, vel commissis, ac soluta, vel solutis, semel, vel pluries, nihilominus præsens Contractus in sua remaneat firmitate, prout, et sicut est in dictis Capitulis, seu Articulis contentum et expressatum.

Renuntiaverunt insuper dicti Domini Commissarius, et Procuratores, nominibus, quibus supra, exceptioni prædictorum omnium, et singulorum non sic factorum conventorum et promissorum ut supra, exceptioni doli mali, in factum condictioni sine causa, vel ex injusta causa, fori privilegio, feriis quibuscumque, appellationis, nullitatis, et restitutionis in integrum remedio, et omni Juris communis, et municipalis auxilio, et privilegio cuicumque, per quod tueri se posset quoquo modo, aut contra prædicta, vel aliquod prædictorum aliqualiter facere, vel venire, et specialiter juribus dicentibus, et continentibus generalem renuntiationem non valere.

Et pro præmissorum omnium, et singulorum observacione juxta supra contenta, et expressata, obligaverunt, et ippothecaverunt speciali-ter, et expresse sibi invicem præfati Domini Commissarius, et Procuratores, nominibus quibus supra, omnia et singula, mobilia et immobilia, præsentia et futura, eorum quorum Commissarius, et Procurator existunt, videlicet dictus Dominus Commissarius bona Ecclesiæ Romanæ, et dictus Antonius bona præfatorum Dominorum Nicolai, et Alberti Marchionum Estensium, et uniuscujusque eorum pro dictis Procuratoribus Dominorum Bernabovis, et Galeaz, pro eis, et eorum, et cujuslibet eorum nomine, stipulantibus, et recipientibus, et dicti Procuratores Dominorum Bernabovis, et Galeaz bona præfatorum Dominorum Bernabovis, et Galeaz, et utriusque eorum præfatis Domino Guilielmo Cardinali Commissario, et Domino Antonio dictorum Dominorum Nicolai, et Alberti stipulantibus, et recipientibus, nominibus Commissario, et Procuratorio præscriptorum, quorum Commissarius, et Procurator sunt, quæ bona prædicti Commissarius, et Procurator, et quilibet eorum, nominibus, antedictis in casu, vel casibus contraventionis et commissionis, cum effectu constituerunt se pro parte, contra quam fienda esset, et cujus obligatio quæsita esset precario possidere usque ad satisfactionem integram eorum, ad quæ tenentur, et obligati essent.

Insuper juraverunt prædicti, videlicet Reverendisimus Dominus Cardinalis, et Commissarius, ut moris est, Commissario, et suo nominibus, et prædicti Procuratores omnium, et singulorum supradictorum, Procuratoriis nominibus, quibus supra, ad Sancta Dei Evangelia corporaliter scripturis tactis, in animas, et super animas eorum,

Digitized by Google

eorum, quorum Procuratores exiſtunt, prædicta omnia, et ſingula, prout et ſicut Dominos ſuos concernunt, et obligati ſunt, inviolabiliter obſervare, et nullatenus contra facere, prout ſupra.

Tenores vero Litterarum Apoſtolicarum, ac Inſtrumentorum Procurationum, de quibus ſupra fit mentio, ſequuntur per ordinem, et ſunt tales.

Acta ſunt hæc Bononiæ in Palatio reſidentiæ Reverendiſſimi Patris, et Domini Domini Cardinalis ſancti Angeli ſupradicti, ſub anno, Indictione, die, menſe, et Pontificatu, quibus ſupra præſentibus.

In Chriſti nomine Amen. Noverint univerſi &c. conſtitut. &c. ac conſiderantes, & attendentes quod cum in, de, & ſuper Guerris, diſcordiis & diſſenſionibus præteritis, & tunc vigentibus, inter ipſas Partes, fuerit, & ſit, Divina favente clemencia, perventum ad Concordiam, ſeu Treguam, ſub certis modis, formis, tenoribus, & obligationibus, prout de hiis omnibus conſtat publico Inſtrumento ſtipulato, & publicato inter dictas partes per me Notarium infraſcriptum ſub anno, Indictione, die, menſe, Pontificatu, & loco quibus ſupra, quodque pro bono, tranquillitate & utilitate præſcriptorum omnium, & quorumcumque Colligatorum, Adhærentium, Fautorum, Recommendatorum, Sequacium, & Subditorum ipſorum, & cujuslibet ipſorum, & totius Italiæ, & Populorum ipſius expedit ordinare, ac providere de, & ſuper Gentibus armigeris, ſtipendiariis, equeſtribus, & pedeſtribus, quæ de præſenti ſunt ad ſtipendium, ſeu ſervitia prædictorum, & cujuslibet eorum, & aliis quibuscumque ad rapinas, & aliena ſtipendia, ſeu dampna diſpoſitis, & anelantibus, ut ab eorum pravis conatibus retrahantur, & ceſſet prædictorum contrahentium, & aliorum ſupraſcriptorum moleſtia, & inquietas qualiscumque, & ex hoc inter dictos contrahentes, & alios ſupraſcriptos tollatur omnis occaſio diſcordiæ, diſſenſionis, perturbationis, & cujuslibet noxiæ novitatis.

Id circo præfati Reverendiſſimus Pater, & Dominus Dominus Guillielmus, & Dominus Antonius Commiſſarius, & Procurator, nominibus ſupraſcriptis ex una, & anteſcripti Domini Tomaxius, Addoardus & Vaſſellinus Procuratores præfati Domini Bernabovis, ac præfatus Dominus Ludovicus, & Antonius Procuratores anteſati Domini Galeaz, ex altera ſupraſcriptis periculis, & malis occurrere, & remedium adhibere volentes, & cupientes, ad Conventiones, Promiſſiones, & obligationes infraſcriptas devenerunt, & deveniunt, videlicet, quod quælibet Gentium Partium prædictarum de Gente armigera, quam habet de præſenti, taliter diſponet, providebit, & ordinabit, quod, Tregua, de qua ſupra fit mentio, durante, non poſſit eſſe ipſa Gens contra Partem alteram, nec in ejus Territoriis commorari, per modum ſocietatis, ſtipendii, vel alio quocumque modo, nec ad prædicta, aut aliquod ex eis, præſtabunt ipſis armigeris auxilium, conſilium, & favorem, immo eos ſuo poſſe, bona fide, & ſine fraude, impedient, & reſiſtent, caſſabuntque gentes illas, quas caſſare voluerint per Partes, & tempore competenti intermedio, & faciendo per diverſas partes diſcedere, ſic que veriſimiliter poſtea revenire non poſſunt, & aliis modis convenientibus, aut utilibus, toto poſſe ſuo, & omni fraude ceſſante; Et quia hoc ſatis eſſet difficile, ſi de alio remedio non provideretur, & ad hoc, ut omnes offenſæ ceſſent, & ut puritas animorum ipſorum contrahentium, circa fidelem obſervationem Treguæ prædictæ melius manifeſtetur pro conſervatione ſtatus Partium prædictarum, & cujuslibet earum, & tranquillitate totius Italiæ, voluerunt, & convenerunt ſpetialiter, & expreſſe, quod omnes armigeri in Italia, in Terris, Dominiis, ſeu Territoriis ipſorum, contrahentium, Colligatorum de præſenti, & pro iſta Guerra. Lompardiæ Sequacium, ſeu Fautorum exiſtentes forenſes, & non Subditi Partis illius, videlicet tam illi, qui per ipſas Partes caſſabuntur, quam illi, qui ad præſens non ſunt ad ſtipendia alicujus Partium prædictarum, illis tantum exceptis, qui per Partes ipſas, vel ipſarum alteram ad ſua ſtipendia, & ſervitia retinebuntur, & expellantur de Terris, & Territoriis ipſarum Partium in Italia exiſtentibus per Concordiam cum ipſis armigeris fiendam, vel aliter, prout utilius ipſis Partibus videbitur, communibus expenſis Partium prædictarum, hoc modo videlicet, quod Dominus noſter Papa prædictus, & ſui Colligati, Adhærentes, & ſupraſcripti ſolvant de quinque Partibus duas partes, & dicti Domini Bernabos, & Galeaz, cum ſuis Colligatis, Adhærentibus, & Sequacibus ſolvant de dictis quinque partibus alias tres partes, quas debeant ſolvere infra menſem a tempore concordiæ habitæ ſuper dictis Gentibus expellendis in totum, vel in parte; Hoc acto quod ſtatim, & ſine mora ad executionem ſupraſcriptarum effectualiter procedatur bona fide, & quod modus, & forma dictæ Concordiæ ſit, & eſſe debeat in diſpoſitione, & ordinatione Partium prædictarum, ſi poterunt, & voluerint concordare, & ſi Partes non eſſent concordes, eligantur per ambas Partes duo probi Viri de partibus iſtis, qui ſint inter dictas Partes Arbitri, & amicabiles Compoſitores ſuper modo, & forma Concordiæ, & ubi prædicti duo ſic eligendi, ut ſupra non concordarent, eligi debeat, & eligatur per dictas Partes concorditer, tertius, quorum duo declarationi, & voluntati concordii circa prædicta, & eis discordantibus declarationi, & voluntati tertii ſupraſcripti concordanti cum altero ex duobus ſupraſcriptis ſtari debeat, & ſic ex nunc præfatus Commiſſarius, & Procurator ſupraſcriptus, Commiſſario & Procuratorio nominibus, invicem ſolempniter convenerunt, & promiſerunt, & eos, quorum Commiſſarius, & Procurator ſunt, obligaverunt. Hoc etiam expreſſe convento, quod, pro gentibus exiſtentibus in Dominiis, ſeu Territoriis Dominæ Reginæ Jeruſalem & Siciliæ, non teneatur ad aliquid etiam ex omnibus præfatis nominibus ſupraſcriptis ad ſuperius contenta, niſi ad procurandum, & operandum bona fide, hoc etiam ſpeciliter adjecto, quod Subditi Partium, qui eſſent ad ſuæ Partis ſtipendia de præſenti, vel Guerra duran-

Digitized by Google

durante, fuissent arctentur, & obstringantur ab eorum Dominis suo posse, & bona fide, per rejussorum dacionem, proscriptum, seu bannum, pœnarum impositionem, bonorum publicationem, seu aliis modis expedientibus, quod ad dampna Partis alterius nullatenus accedent.

Quæ omnia, & singula suprascripta præfati Domini Guillielmus Cardinalis, & Dominus Antonius ex una, & præfati Domini Thomaxius, Adoardus, Vassallinus, & Ludovicus, & Antonius ex altera, Commissario, & Procuratoriis nominibus quibus supra, & pro illis, promiserunt sibi invicem, videlicet una Pars alteri, & altera alteri, super fide, ac legalitate Dominorum suorum, quorum Commissarii, & Procuratores existunt, ac etiam solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, facere, adimplere, & inviolabiliter observare toto eorum posse, bona & pura fide, ac omni dolo, fraude, & circumventione cessantibus, Tregua durante, & in nullo de jure, vel de facto, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice seu occulte, seu alia quacumque ratione, durante Tregua, contrafacere, vel venire, nec in prædictis, aut eorum aliquo cavillationes, dilaciones, aut inducias, seu subterfugia quaerere, adinvenire, ponere, vel aliqualiter allegare, dicta Tregua pendente, nec etiam societatem, conventiculas, vel congregationes quascumque Gentium armigerarum in Italia, durante Tregua, ordinare, emergere, mittere, favere, defensare, seu quocumque modo manutenere, nec eis, & de ipsarum corpore exeuntibus præbere favorem, auxilium, vel consilium quoquo modo, immo ipsas impedire, ne fiant, & factas destruere, & annihilare suo posse, & bona fide, sub pœna, & obligatione dampnorum, expensarum, & interesse a Parte contrafaciente Parti observanti debendorum.

XXIV.

Tabulæ pacis inter Galeatium, Vice-Comitem Mediolani, nec non Comitem Virtutum ac ipsorum socios ab una; Ottonem II. vero, Marchionem Montisferrati, ejusque Curatorem, Ottonem, Ducem Brunsvicensem, ac tutorem fratrum dicti Marchionis eorumque socios ab altera parte Papiæ conventæ, d. d. 7. Jul. An. 1377.

In Nomine Domini Amen.

MUltiplicata longo discursu temporis gravis animarum dissensio inter Magnificos, & Excelsos Principes & Dominos, videlicet Dominum Galeaz Vicecomitem de Mediolano Imperialem Vicarium Generalem, ac Illustrem Dominum Comitem Virtutum, ac suos Complices, Auxiliatores, Valitores, Fautores, Adhærentes Subditos, & Sequaces ex una parte, & bonæ memoriæ quondam Dominum Joannem Marchionem Montisferrati Imperialem Vicarium, & post ipsum Dominum Secundum Ottonem Marchionem Montisferrati ejus primogenitum, ac Illustrem Principem, & Dominum Dominum Ottonem Ducem Brunsvicensem suo proprio nomine, Curatorem præfati Domini Marchionis, & Tutorem Fratrum, suosque Complices, Fautores, Valitores, Auxiliatores, Adhærentes, Sequaces, & Subditos ex parte altera, dudum ex diversis causarum suborta generibus, totam quasi Lompardiæ Provintiam in discrimina posuit, magnam animarum, & corporum quamplurium personarum lexionem, & stragem induxit. Verum cum Partes ipsæ, earumque Terræ, Subditi, & fideles, Valitores, Adhærentes, Complices, & Sequaces innumeris afficerentur angustiis, ac multiplici molestia vexarentur cupientes Partes ipsæ exemplo illius, qui de Populo suo, fomitibus odiorum exclusis, voluit in eos Pacis seminare Consilia, sollicitudinem posuerunt diligentem, & ipsorum studia converterunt, ut sedatis scandalis, Pacis, & Concordiæ inter Partes eosdem reformatio perveniret. Placuit igitur illi, qui gratiosos fructus Ministrorum suorum laboribus impartitur, quique ad gratiam facile flectitur, dum apud ipsum quæritur bonum Pacis; & suæ propter hoc Maestatis benignitas imploratur, quod Partes ipsæ, & quælibet Partium ad Pacem, ad Concordiam, & ad infrascripta faciendam, & facienda, peragendam, & peragenda, & executioni mandanda concorditer, & unanimiter pervenirent, videlicet Præfatus Magnificus Dominus Galeaz suo proprio nomine ex una parte, & Nobiles Viri Nicolellus de Cavagnolio, & Dominicus de Montilio, nec non Egregii Viri Domini Ugolinus de Falchonibus de Regio & Fraylinus Guarleta de Ast, Legum Doctores, Procuratores, & Procuratorio nomine præfatorum Illustrium Dominorum Dominorum Ottonis Ducis Brunsvicensis suo nomine, ac secundi Ottonis Marchionis Montisferrati, & Actores, & Actorio nomine præfati Domini Ottonis Ducis Brunsvicensis, Tutoris, & Tutorio nomine, Joannis, Teodori, & Guilielmi Filiorum bonæ memoriæ quondam Illustris Domini Joannis Marchionis Montisferrati ex parte altera, cum pleno, ac speciali, & generali mandato, ac omnimoda potestate super omnibus, & singulis suprascriptis, & infrascriptis juxta tenorem, & formam publici Instrumenti, rogati, & traditi manu mei Antonii de Pasquario de Montebello Notarii Publici infrascripti anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, Indictione decima quinta, die penultimo mensis Martii a me Pasquino Notario infrascripto viso, & lecto; qui Magnificus Dominus Dominus Galeaz suo nomine, nec non Nicolellus, Dominicus, Ugolinus & Fraylinus Procuratores, Ambaxiatores, Actores, & Nuntii, & Procuratoriis, & Actoriis nominibus quibus supra, Deum habentes præ oculis, & in mente, attendentes etiam quod Pax est Serenitas mentis, tranquillitas cordis, simplicitas animi, abundantia rerum, amoris vinculum, & consortium caritatis, & quod beati sunt pedes portantes Pacem, sub spe Concordiæ, ac perpetuæ Pacis inter Partes prædictas stabiliter iniendæ, & perpetuo confirmandæ. Ad laudem

Dei Omnipotentis, Beatæque Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, ac ſtatum proſperum, & tranquillum dictarum Partium, & cujuslibet ex dictis Partibus, Lombardiæ revelationem, & gaudium Populorum ac corporum, & animarum Salutem, in illius nomine, qui Pacem in Terra, diligens, illam in Terris ut donum gratiſſimum derelinquit, Pacem, Concordiam, Unitatem, & veram amicitiam inter Partes prædictas, ſuosque Valitores, Complices, Sequaces, Fautores, Auxiliatores, Adhærentes, Colligatos, & Subditos, Communitates, Univerſitates, Populos, Homines, Vaſallos, & Fideles fecerunt inter ſeſe & nominibus antedictis, & inter Partes prædictas, & prout ſupra, Deo propitio perpetuo, inviolabiliter obſervandam, & ad infraſcripta Pacta, Conventiones, Promiſſiones, & Ordinationes ſolempniter pervenerunt etiam obſervandas ut ſupra; Partes namque prædictæ in Dei nomine, & Beatæ Mariæ Virginis glorioſæ completo, perfecto, ac firto Matrimonio per verba de præſenti inter Illuſtrem Principem, & Dominum Dominum Secundum Ottonem Marchionem Motisferrati, ſolempnibus Procuratoribus ejus nomine firmantibus, & conſentientibus, & Illuſtrem Dominam Dominam Violantem præfati Magnifici Domini Domini Galeaz (Filiam) prout apparet in Inſtrumento rogato, & tradito manu Antonii de Montebello publici Imperiali auctoritate Notarii fecerunt, & faciunt, inierunt, & ineunt, contraxerunt, & contrahunt puram, veram, & irrevocabilem, ac, Deo propitio, ſemper duraturam Pacem, & Concordiam de omnibus Guerris veteribus, atque nova, & de omnibus diſcordiis, diſſenſionibus, injuriis, atque dampnis, ſub Pactis, modis & Conventionibus infraſcriptis.

Primo namque ad invicem & viciſſim remiſerunt ſibi ad invicem Partes prædictæ omnia, & ſingula dampna, injurias, rancores, & odia &c.

Item volentes Partes prædictæ dudum tractata pro Pace inter Ambaſiatores Partium prædictarum tam in Janua, quam in Curia Romana ſortiri effectum, & executioni mandari convenerunt, & ad invicem promiſerunt, & promittunt quod, qui habet, teneat, ſalvo, quod diſpoſita, & firmata in Pace Publicata per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum R. Gebenenſem Cardinalem, &c. in quantum reſtitutionem Terrarum, & Locorum, ſeu Fortalitiorum concernunt, & ipſas Partes, vel ipſorum Subditos, vel Sequaces vindicent ſibi locum, & in omnibus, & per omnia debeant attendi, & obſervari, ac executioni mandari.

Item convenerunt, & ad invicem promiſerunt Partes Prædictæ, quod occaxione dicti Matrimonii præfatus Magnificus Dominus Dominus Galeaz teneatur dare, & numerare præfato Illuſtri Principi Domino Secundo Ottoni Marchioni Montisferrati florenos triginta millia.

Item convenerunt, & promiſerunt, quod præfatus Magnificus Dominus Dominus Galeaz prædicti Illuſtri Filiæ ſuæ Dominæ Violanti Uxori præfati Illuſtris Principis Domini Secundi Ottonis Marchionis Montisferrati dabit & aſſignabit ocalia quæ habet, & quæ ipſa habuit ab Illuſtri Principe Domino Duce Clarentiæ olim ejus Viro.

Item convenerunt, & ad invicem promiſerunt, quod præfatus Magnificus Dominus Dominus Galeaz reſtituet, & dabit dicto Illuſtri Domino Marchioni infraſcriptas Terras, videlicet Fortilicium Quarti cum Territorio, Caſtrum, & villam Malemortis cum Territorio, & Fortilicium, & Villam Anzani cum Tetritorio, quas ad præſens ipſe Magnificus Dominus Galeaz tenet in Territorio Aſt.

Item convenerunt Partes prædictæ, ad invicem, quod Illuſtris Princeps & Dominus Dominus Otto Dux Brunſvicenſis debeat remanere Tutor, & Curator dicti Illuſtris Principis Domini Secundi Ottonis Marchionis prædicti, & Fratrum, & Terrarum eorum ſecundum, quod in Teſtamento quondam Illuſtris Principis Domini Joannis quondam Marchionis Montisferrati dicitur contineri; Et quod Legata ipſi Domino Duci, & Fratribus dicti Domini Marchionis facta in Teſtamento præfati Illuſtris Principis Domini Joannis quondam Marchionis ſupra ſcripti debeant ſortiri effectum contra ipſum Dominum Secundum Ottonem, ſine Præjuditio tamen aliquorum jurium dictorum Dominorum Magnifici Domini Galeaz, & Illuſtris Principis Domini Comitis Virtutum, ita quod præfati Domini Galeaz, & Comes Virtutum, ſe non intromittant.

Item quod omnes injuriæ, dampna, crimina, & offenſæ, quæ per aliquem bannitum, vel forenſitum, vel quemcumque alium Subditum Partium prædictarum, vel alicujus earum illatæ, & illata, & commiſſæ vel perpetrata fuerunt, tempore Guerrarum veterum, vel novæ, quæ inter Partes prædictas ſeminatæ, auctore zizaniæ, dudum viguerunt, remittantur, & ex nunc intelligantur, & ſint remiſſæ, & indultæ, & remiſſa, & indulta penitus, & in totum per omnes illos, & ſingulos, quos ipſæ injuriæ, dampna, crimina, & offenſæ poſſunt, ſeu poſſent concernere quoquomodo, ita quod querelans, vel accuſans nullatenus audiatur, nec querela ullatenus admittatur; et quod omnes proceſſus, condempnaciones multationes, & banna quæcumque prædictarum Guerrarum temporibus contra prædictos fata, illata, vel promulgata canzellentur, et annullentur & debeant cancellari & annullari, & ex nunc pro canzellatis, & annullatis habeantur, & teneantur, & reſpectentur.

Item quod omnes Cives, & omnes banniti, vel forenſiti Partium prædictarum, ac quicumque alii Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Subditi Dominorum, & Partium prædictarum ex utraque parte habentium domos, ſedimina, Terras & poſſeſſiones, prædiales, ac credita, ſeu nomina debitorum in Terris, et Territoriis Dominorum antedictorum ad eas, et ea redire poſſint, ac reſtituantur libere, et eis liceat uti, frui, et gaudere, et fructus percipere, et percipiendis de Terris, et poſſeſſionibus ſupraſcriptis eorum conducere ad Terras, et habitationes eorum ad ipſorum liberam voluntatem, et reſtituantur, et pro reſtitutis habeantur in eo ſtatu, in quo erant tempore initii Guerrarum prædictarum, non obſtante aliquo curſu temporis, ſeu præſcriptione, dummodo com-

Digitized by Google

completæ non fuissent ante inchoatas dictas Guerras, seu ante tempus exitus ipsarum.

Item quod in restitutione non veniant fructus præsentis anni extantes, nec præteriti.

Item convenerunt quod creditoribus quibuscumque, & aliis omnibus, qui in personis, vel rebus bannitorum, vel forensitorum, vel alicujus ipsorum potuissent, vel quoquo modo possent aliquod jus prætendere, seu habere, antequam fuerint forensiti, vel banniti, vel si forensiti, & banniti non fuissent ullo tempore intelligantur esse, & sint actiones, & jura ipsorum salva, & de eis possint, & valeant agere, & experiri, & ipsis uti in Judicio, & extra, quemadmodum poterant, possent, vel potuissent, si dicti, contra quod jus prætenditur, nullo tempore fuissent banniti, vel forensiti quacumque præscriptione, dummodo completa non sit ante inchoatas Guerras prædictas, cursu temporis, & dilacione non obstantibus, & quocumque Impedimento cessante.

Item convenerunt, quod nullus possit contra bannitos, vel forensitos, vel bona ad ipsos, vel aliquem ipsorum spectantia uti aliquo jure, vel aliqua actione, quod quæsitum sit, postquam, fuerunt forensiti, vel banniti a communi, vel Domino, cujus ipsi restituti fuerunt banniti, vel forensiti contra ipsos vel ipsorum bona seu jura; Et e converso dicti forensiti, vel banniti non possint uti aliqua actione, vel jure, quod sit quæsitum a Communi, vel Domino, quibus postquam fuerunt forensiti, vel banniti adhæserunt.

Item quod dicti banniti, vel forensiti, & omnes alii restituendi non possint pro aliquibus taleis, vel oneribus realibus vel personalibus, seu mixtis conveniri, nec in personis, seu rebus molestari pro tempore, quo fuerint banniti vel forensiti, sed omnia talia onera intelligantur, & sint remissa, & cassata, & non possint exigi.

Item convenerunt quod possessiones, & jura adjacentes alicui castro, seu Fortilicio, quod restitutioni non subjaceat vigore præsentis Pacis, & quæ sunt in eodem Dominio cum Castro vel Fortalicio non restituantur, seu per illum, vel illos teneri possint, qui dictum Castrum vel Fortalicium tenere habebit vigore Capitulorum præsentis Pacis.

Item quod forensiti, et banniti Partium prædictarum non possint, nec debeant intrare Civitates, nec Suburbia, nec Terras, de quibus sunt forensiti, seu banniti, nec etiam appropinquare Loca prædicta per medium milliare, nisi cum per prædictos Dominos fuerit de ipsorum reditu, et modo, redeundi deliberatum, et provisum.

Item convenerunt Partes prædictæ ad invicem, quod nullus Partium prædictarum possit, nec valeat pro Colligato Adhærente, vel Subdito recipere ad suam Adhærentiam, Colligationem, vel Subjectionem aliquem, qui sit de Colligatis, Adhærentibus, vel Subditis alterius Partis, nec etiam Civitatem, Castrum Fortalicium, vel Terram, quæ alteri Parti subjaceat, vel obediat.

Item quod omnes restituendi vigore Capitulorum prædictorum teneantur, & debeant solvere omnia onera, et factiones pro illis possessionibus, quæ restituendæ veniunt in illis Locis, in quibus dictæ possessiones situatæ sunt post annum unum a die publicationis præsentis Pacis computandum.

Item quod statim publicata Pace prædicta eligantur pro qualibet Partium prædictarum quatuor probi, et discreti Viri, ac sapientes, qui sint Executores, ac Conservatores præsentis Pacis, et qui eam faciant per prædictas Partes, et quemlibet de dictis Partibus integraliter observari; Et si qua obscuritas, vel contentio, aut dubium oriatur inter Dominos, et Partes principales seu Colligatos, Adhærentes, Subditos, vel Sequaces Partium prædictarum, occasione Pacis prædictæ, in et super Capitulis dictæ Pacis, illud decidatur per prædictos sic eligendos ut supra, qui jurent prædicta facere ad Sancta Dei Evangelia manu tactis Scripturis fideliter, et bona fide, non habito respectu ad quem Partium sit molestum infra duos menses a die dicti dubii computandos, quorum declarationi, et decisioni stare, et parere teneantur, et debeant Partes prædictæ.

Item quod pro prædictis omnibus, et singulis exequendis quatuor ex ipsis sufficiant, videlicet duo pro qualibet Partium prædictarum, qui possint prædicta exequi, et adimplere, et ipsorum declarationi, et decisioni stari debeat per prædictas Partes prout supra, sub pœna amissionis rei, de qua esset quæstio, quæ pœna veniat in aliam Partem, quæ prædictam declarationem, et decisionem observabit.

Hoc tamen specialiter, et expresse acto, et convento inter Partes prædictas, quod per suprascripta Capitula, vel ipsorum aliquod non præjudicetur, nec præjudicatum in aliquo esse intelligatur, seu intelligi possit, Capitulis Pacis tractatæ, factæ, et publicatæ per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Robertum Gebennensem Dei et Apostolicæ Sedis gratia Basilicæ duodecim Apostolorum Præsbyterum Cardinalem, in nonnullisque Italiæ Partibus pro Sancta Romana Ecclesia Vicarium, et Legatum die decimo nono Julii millesimo trecentesimo septuagesimo sexto inter Sanctissimum Dominum nostrum Dominum Gregorium Undecimum summum Pontificem, Sanctam quoque Romanam Ecclesiam prælibatam, ac ipsorum Colligatos, Adhærentes, Sequaces, et Subditos ex una Parte, et præfatum Magnificum Dominum, Dominum Galeaz, ipsius quoque Illustrem Natum Dominum Comitem Virtutum, ac ipsorum Colligatos, Adhærentes, Sequaces, et Subditos ex altera, nec etiam aliquibus exinde vigore Capitulorum antedictæ Pacis secutis, et factis.

Infra scripti sunt Adhærentes et Sequaces Illustrium Dominorum Ducis Brusvicensis, et Marchionis Montisferrati, ac etiam eorum Colligati.

Primo Domini Episcopi Astensis, et Aquensis, et Terræ, et Feuda dictarum Ecclesiarum pro Colligatis.

Domini Marchiones inciſæ, Ponzoni, & Cevæ.

Præceptor Morani, & Locus Morani.

Filii quondam Domini Thomæ Marchionis Malaspinæ.

Manfredus de Buscha.

Jacobus, & Tete de Carreto.

Domini de Azelio.

Viter Guaponus.

Digitized by Google

Domini de Pontibus.
Ruffinetus de Troya cum Loco Meleti de Troya.
Uxor, & Hæredes quondam Lanzoni Palidi de Aſt.
Bernardus Malabayla cum Loco Caſtellarii.
Domini Seorii cum Loco Seorii.
Jacobus Blanchus, & alii de Blanchis de Novis cum Caſtro Paſtoranæ.
Dominus Albertinus, & alii de Gvascombus de Papia, & cæteri Forenſiti de Papia.
Forenſii Garlaſchi.
Forenſiti Viqueriæ.
Forenſiti Caſinarum.
Forenſiti Maxii.
Forenſiti Caſtri novi de Rivalba.
Forenſiti de Caſali,
Dominus Baſtianus de Montezocho de Papia.
Michael de Montafia, & Hæredes.
Filii quondam Rugerii de Montafia.
Franciſcus, Joannes, & Frater, ac Villanus, & cæteri eorum Conſortes de Yſnardis de Gvalfenaria cum Loco Gualfenariæ, ac cum Loco Tornanaxiæ.
Qui omnes dantur pro Subditis Illuſtris Domini Marchionis Montisferrati prædicti pro iis, quæ ab ipſo tenent, ſi aliquid tenent a prædicto, & pro Adhærentibus, pro iis, quæ non tenent ab ipſo.
Infraſcripti ſunt Colligati, Adhærentes, Sequaces, & Recommendati Magnifici, & Excelſi Domini Domini Galeaz, Vicecomitis Mediolani, &c. ac Illuſtris Domini Domini Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum &c. ejusdem geniti, & cujuslibet ipſorum.
Primo Dominus Manfredus Marchio Saluttiarum cum Filiis ſuis, cum Loco Fariglavi.
Georgius Filius quondam Domini Theodori de Saluttis cum Loco Mulazani.
Henricus de Carreto, & Filii ſui cum ſuis Locis, Caſtris & Villis, ac Fortaliciis.
Nomina Dominorum de Choconato Comitum Radicatæ.
Dominus Bonifacius.
Dominus Abellonus.
Joannonus.
Henricus.
Guidetus.
Ubertus.
Ricardinus.
Guilielmus.
Raynerius.
Antonius.
Petrus.
Opitius.
Joannes, & cæteri alii de dicta domo, ſi qui alii ſunt.
Religioſi de dicta domo.
Dominus Frater Guido Abbas Sancti Bartholomei de Akano.
Dominus Frater Thomas Ordinis Sancti Joannis Yeroſolimitani.
Dominus Frater Percinalus Monacus Ciſtercienſis.
Antonius, &
Migeletus ex Conſortibus Aramengi cum eorum Caſtris, Villis, & Fortaliciis infraſcriptis,
Infraſcripta ſunt Caſtra, Terræ, Villæ, Fortiliciæ, & Loca dictorum Dominorum de Cochonato, & quæ per ipſos poſſidentur, videlicet:
Cochonatum cum Curte.
Rubella cum Curte.
Broxolium cum Curte.
Plebata.
Marmoretum.
Primelium.
Cerretum.
Paſſaranum.
Caſtrum Vaprum.
Cerrealium.
Mainotium.
Caſtrum Caſalis Bergoni.
Crapilium.
Bagnaſchum.
Grazetum.
Zongum.
Aramengum.
Vialium, & cætera alia quæ per præfatos Dominos poſſidentur.
Nobiles de Fraſſineto pro ſe, & locis Fraſſineti, Guarda paſſi, & Varmachæ.
Nobiles de Fraſſineto de Ruffinenghis, Salvaticis, & Cicognonibus.
Aymonetus de Ticineto, cæterique alii Conſortes eorum, omnes Comites Cabaliatæ.
Infraſcripti ſunt Subditi, & Adhærentes de Territorio Aſtenſi, & Albenſi videlicet:
Domini de Solerio de Teglolis cum dicto Loco.
Domini de Solerio de Govono cum dicto Loco, & generaliter omnes illi de Solario.
Abellonus Malabayla cum Locis Cantaranæ, & Serra Longæ.
Jacobus Franciſcus de Malabaylis cum Loco Caſtri Aynaldi.
Gvidetus Malabayla cum Loco Belregardi, & cum ejus Parte Subrici & Publicearum.
Bernardus Malabayla cum Loco Caſtellerii.
Catellanus, & Bernardus de Malabaylis.
Secundinus Filius quondam Bernardi de Ritiis cum Loco Sancti Pauli.
Andreonus Perrottus, & Paulonus de Ritiis Fratres cum Loco Sancti Michaelis.
Et generaliter omnes illi de Ritiis cum omnibus ſuis Locis.
Domini de Borgogninis, & de Sobonengis de Surbrico cum dicto Loco.
Domini de Montafia cum dicto Loco Montafiæ.
Roffinetus de Troya cum Loco Meleti de Troya.
Domini de Roatis cum Loco Melloti Roati.
Locus & Homines Viali.
Domini, & Homines Caſtri, & Villæ Pleyæ cum dicto Loco Pleyæ.
Nicolinus de Playa cum Loco Sepuniti.
Simoninus de Brayda cum Loco Cornaglani, et cæteri de Brayda cum omnibus ſuis Locis.
Omnes alii Forenſiti de Alba qui Gverram fecerunt pro præfatis Domino Galeaz, & Comite.
Obertinus de Montafia, et cæteri de dicto Loco.
Domini de Aſteriis de Maglano cum dicto Loco Maglani.

Domi-

Digitized by Google

Domini de Palidis cum eorum parte Loci Caſtri Aynaldi.

Antonius, & Thomas de Aſinariis de Duxino cum dicto Loco Duxini, & aliis Conſortibus.

Locus Veranæ, qui tenetur per Gnionim Provanam.

Gaſpar, & Fratres de Pelletis cum ejus Parte Loci Corſembrandi.

Henricus Pelleta cum ejus parte dicti Loci Corſembrandi.

Locus, & Homines Loci Cortaſoni, qui tenetur per Henricum Pelletam prædictum nomine præfati Domini.

Omnes Forenſiti Montis vici, qui Guerram fecerunt pro Dominis antedictis.

Bartholomeus, & Roffinetus de Pelletis cum Loco Burii.

Domini de Pelletis de Loco Turris Vallisgoratiæ cum dicto Loco,

Bonionus Pelleta cum Caſtro Prælorini immediatæ Villæ dicti Loci.

Petrinus Cachayranus cum Loco Cavazoli.

Opezinus, & Fratres de Cachayranis, & Jacobus de Cachayranis de Rocha de Ayrazio cum ipſo Loco Rochæ.

Franciſchinus.

Joannes, & Frater, ac

Villanus, & cæteri eorum Conſortes de Yſnardis de Villafenaria cum dicto Loco Vallisfenariæ, ac cum Loco Ternanaſi.

Hæredes Guieti Yſnardi cum Loco Inſulæ bellæ.

Domini de Yſnardis de Sinfredo cum dicto Loco Sinfredi.

Domini de Yſnardis de Somarippa de Paterno cum dicto Loco Somarippæ.

Domini de Pelletis de Seorio cum dicto Loco Seorii.

Omnes illi, qui ſunt extrinſeci dictæ Civitatis Aſtenſis tam de populo, quam de hoſpitio.

Domini de Guttuariis de Aglano cum dicto Loco Aglani.

Prædicti cum Caſtro novo Calzeæ.

Dominus Petrus Guttuarius, & ejus Conſortes cum Loco Quatordearum.

Prædicti de Guttuariis cum Loco Caſinaſchi.

Prædicti de Guttuariis cum Monaſterio Sanctæ Ziliæ.

Prædicti de Guttuariis cum Loco Mayranæ.

Prædicti de Guttuariis, cum Loco Mezelli, & generaliter omnes illi de Guttuariis, qui ſunt extra Civitatem Aſt cum eorum Locis.

Nicolinus Scarampus, & ejus Conſortes cum Loco Ridibovis.

Dominus Antonius de Tizonibus tamquam Subditus, & omnes alii de Tizonibus Subditi ſimiliter de Locis Riparum, & Balzolæ.

Dictus Dominus Antonius tanquam Adhærens, & Sequax de Loco Creſentini.

Maranus, &

Vicentius, & Fratres de la Cavana cum Loco Gazii.

Illi de Falletis de Alba cum eorum Caſtris, & Fortaliciis, cum quibus fecerunt Guerram pro præfato Magnifico Domino Galeaz.

Martinus, &

Bonifatius de la Baſtitata, & alii eorum Conſortes de domo ſua cum eorum Loco Baſtitæ, & aliis ſuis Locis.

Filippellus de la Capella de Montebaruzio.

Sozonus ejus Frater.

Hæredes quondam Domini Franciſchini de Brayda.

Omnes Forenſiti Cunei.

Omnes Forenſiti Montisvici.

Raynaldus, & Manuel Fratres de Spinolis.

Berardonus Malabayla cum Loco Palatii Vallis Gorariæ.

Franciſchinus, Joannes, & Frater, ac Villanus, & cæteri eorum Conſortes de Yſnardis de Valfenaria cum dicto Loco Valfenariæ, ac cum Loco Tornavaſii.

Georginus de Salutiis Dominus Mulazani pro ſe, Loco, & Hominibus Mulazani factus eſt Adhærens, & Recommendatus præfati Illuſtris Domini Comitis Virtutum, & præfatus Dominus eum aſſumſit in Adhærentia ſua milleſimo trecenteſimo octuageſimo primo, die vigeſimo nono Martii mane.

Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta prædictæ Partes, videlicet præfatus Magnificus Dominus, Dominus Galeaz, & præfati Nicolellus, Dominicus, Ugolinus, & Fraylinus nominibus quibus ſupra ſibi ad invicem, & viciſſim ſolempnibus ſtipulationibus intervenientibus promiſerunt attendere, & obſervare perpetuo, ac effectualiter adimplere, & contra ipſa, vel ipſorum aliquod nullatenus facere, vel venire, per ſe vel alium, directo vel per oblicum, aliqua ratione vel cauſa, de jure, vel de facto, ſub refectione omnium, & ſingulorum damnorum, expenſarum, & intereſſe litis, & extra, de quibus credi voluerunt Parti obſervanti, & ipſas, & ipſa incurrenti contra Partem non obſervantem, nudo, vel ſimplici verbo, ſine teſtibus, & Sacramento, & alia probatione quacumque; Et ſub obligatione omnium, & ſingulorum bonorum dictarum Partium, videlicet præfati Magnifici Domini Domini Galeaz, ac præfatorum Illuſtrium Dominorum Ducis Brusvicenſis, & Marchionis Montiſferrati, & Fratrum, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, quæ proinde ſibi ad invicem, & viciſſim, & mihi Notario infraſcripto Offitio publico ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice omnium & ſingulorum, quorum intererit, vel poterit intereſſe, pignori obligaverunt. Renuntiantes in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ſponte & ex certa ſcientia, omni exceptioni doli mali, metus, & in factum, conditioni ſine cauſa, & ex injuſta cauſa, rei non ſic geſtæ, vel aliter ſcriptæ quam geſtæ, beneficio minoris ætatis, ac reſtitutionis in integrum, nec non Legibus, & Conſtitutionibus, tam Canonicis quam Civilibus, ac omni alii auxilio, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum poſſet quomodolibet fieri, vel veniri; præcipientes de prædictis Partes prædictæ fieri publicum Inſtrumentum per Antonium de Pasquario de Mombello Notarium, ac per me Pasquinum de Capellis de Cremona Notarium ejusdem tenoris.

Acta ſunt hæc in Civitate Papiæ in Caſtro Magnifici Domini Domini Galeaz, in ſala magna inferiori verſus Zardinum Anno Domini milleſimo

Digitized by Google

trecentesimo septuagesimo septimo, Indictione quinta decima, die septimo mensis Julii; præsentibus egregiis, & Sapientibus Viris, Domino Pinotto de Pinottis de Regio, & Bartholomeo de Jacobo de Janua Legum Doctoribus, ac nobilibus Viris Castellino de Pasqualibus de Mediolano, & Acorsolo de Landriano de Mediolano, Testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

XXV.

Pax & concordia inter Bernabovem, Vice-Comitem Mediolani ac conjugem ejus, Reginam de la Scala, ab una; atque Antonium & Bartholomæum de la Scala, Dominos Veronæ, ab altera parte, mediante Amadeo VII. Comite Sabaudiæ, stabilitæ, d. d. 26. Februar. An. 1379.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Anno a Nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, Indictione secunda, die vigesimo sexto mensis Februarii. Ad honorem, & reverentiam Sanctæ Matris Ecclesiæ, & Sacri Imperii. Super omnibus, universis, & singulis peticionibus, quæstionibus, litibus, controversiis, demandis, diffidiis, & querelis, quæ, & quas Illustris, & Magnificus Dominus Dominus Bernabos, Vicecomes Mediolani, Laudæ, Cremonæ, Parmæ, Pergami, Brixiæ etc. Dominus ac Imperialis Vicarius Generalis, in quantum eum concernit, & tangere potest; nec non Illustris Domina, Domina Regina de la Scala ipsius Magnifici Domini Domini Bernabovis Consors nomine suo proprio, & dicti Domini Conjugis nomine omnium, & singulorum Filiorum, & Hæredum suorum ex una parte petebant habere, poterant, & debebant, & se habere quommodolibet prætendebant contra, & adversus Magnificos Dominos Dominos Bertolameum, & Antonium Fratres de la Scala Veronæ, Vicentiæ etc. Dominos, & Imperiales Vicarios Generales tam in Civitatibus Veronæ, & Vicentiæ, & aliis Castris, Terris, Villis, & Locis, quam in possessionibus, hæreditatibus, & bonis ipsorum Fratrum de la Scala, & quæ fuerunt quondam Magnifici Domini Consignori de la Scala, & ejus Fratrum, videlicet Domini Canis grandis, & Domini Pauli Albuyni, & eorum Parentum, & Prædecessorum utriusque sexus ubicumque constitutis, quam etiam aliis qualitercumque, realiter, & personaliter, & generaliter super aliis quibuscumque ipsorum bonis, juribus, & jurisdictionibus ad eos, & quemlibet ipsorum spectantibus, & pertinentibus, & quæ ad ipsos spectare, & pertinere potuissent, & possent, ac possunt, videlicet ea tantum, & in eis, quæ tenent, & possident, & quæ tenebant & possidebant dicti Domini Veronæ per mensem unum ante tempus inchoatæ Guerræ præsentis, & super omnibus, & singulis, quæ dicti Domini Veronæ petere, & requirere poterant, & possent præfato Magnifico Domino Domino Mediolani &c. ejusque Consorti, & Filiis, seu alteri eorum qualibet occasione, quæ dici posset vel excogitari. Nobilis & Egregius Miles Dominus Antonius de Auria Filius quondam Domini Hectoris, & Sapiens, & Nobilis Vir Dominus Faustinus de Lantanis Legum Doctor Vicarius præfati Magnifici Domini Domini Mediolani ambo Procuratores, & Nuntii speciales præfati Magnifici, & Excelsi Domini Domini Bernabovis Vicecomitis Domini Mediolani etc. Imperialis Vicarii Generalis pro se, & præfata Illustre, & Excelsa Domina Domina Regina ejus Consorte, ac Patris, & legitimi Administratoris Inclytorum Dominorum Marchi, Ludovici, Haroli, Rodulfi, & Mastini Filiorum suorum, & pro eis ex una parte; de quo Procuratorio constat publico Instrumento tradito, & subscripto per Tomasium de Capitaneis de Vicomercato Notarium, & Canzellarium præfati Domini, & nomine, & vice prædictorum, & cujuslibet eorum, & pro eis, & spectabiles Milites Dominus Spineta Marchio Malaspinæ, & Dominus Guillielmus de Bivilacquis Procuratores, Factores, & legitimi nuncii Speciales præfatorum Dominorum Veronæ, ut constat publico Instrumento rogato, & tradito per me Bettistam de Marzasio Notarium infrascriptum ex altera, tractatu, promotione, ac procuratione Illustris ac Magnifici Principis, & Domini, Domini Amadei Comitis Sabaudiæ, Ducis Cablasii, & Augustæ, & in Italia Marchionis. Ad pacem, finem, transactionem, Concordiam, & compositionem amicabilem, in hunc, qui sequitur, modum devenerunt.

Inprimis quod præfati Domini Bartholameus, & Antonius de la Scala Domini Veronæ, Vicentiæ etc. Imperiales Vicarii Generales dare, & solvere teneantur Illustri Dominæ Dominæ Reginæ, & suis Successoribus, seu legitimæ personæ pro eis recipienti, semel tantum, quadringenta, & quadraginta millia Florenorum boni auri, & ponderis solvendorum ad terminos infrascriptos, videlicet triginta millia Florenorum die, qua præfatus Magnificus Dominus Dominus Mediolani etc. tradet, & expediet, vel tradere, & expedire faciet, vel die immediate sequenti, dicto Domino Comiti Sabaudiæ Bastitas factas per ipsum Dominum Dominum Mediolani, etc. & quæcumque Fortilicia, quæ tenet, & quæ cepit a prædictis Dominis Veronæ in Veronensi Districtu, & alibi, ubicumque, & quæ ceperit, & quæ capere contigerit a tempore præsentis Guerræ inceptæ usque ad tempus firmatæ Pacis præsentis, & quas Bastitas, & Fortilicia teneatur idem Magnificus Dominus, Dominus Mediolani etc. in continenti, videlicet infra quindecim dies a tempore hujus Contractus Pacis celebratæ proxime dicto Domino Comiti Sabaudiæ, vel legitimæ personæ pro eo tradere, & expedire; quæ triginta millia Florenorum præfati Domini Veronæ mittere teneantur ad alterum Locorum Montisclavi, vel Lonadi, Salodi, vel Materni, Rivoltellæ, vel Patengularum, quæ præfati Magnificus Dominus Dominus Mediolani, vel Illustris Domina Domina Regina elegerit infra decem dies a die firmatæ Pacis præsentis, & quod dictus Magnificus Dominus Dominus Mediolani, vel Domina Regina, ad requisitionem dictorum Dominorum Veronæ teneantur mittere super Territorio suo tantum, bonam & sufficientem scortam

pro

pro dicta pecunia ſecure portanda, & conducenda ad alterum Locum electum de prædictis; & alia triginta millia Florenorum præfati Domini Veronæ ſolvere teneantur usque ad duos menſes integros inde proxime ſubſequentes dictæ Dominæ Reginæ, ſeu ejus Succeſſoribus, & Hæredibus, vel legiptimæ perſonæ pro eis recipienti in altero Locorum prædictorum, qui fuerit electus ut ſupra, & ſi caſus contingerit, quod præfati Domini Veronæ, durante præſenti Guerra, cæpiſſent, vel caperent aliquam ex Terris, vel Fortaliciis præfati Magnifici Domini Domini Mediolani etc. ſeu quæ tenebantur per eum tempore inchoatæ præſentis Guerræ, eam, vel eas libere reſtituere teneantur præfato Domino Mediolani, & e converſo congrua congruis referendo; & quod ſi Locus iam electus efficeretur ſuſpectus, & non ſecurus poſſit mutari, & unus alius Locus ex prædictis ſecurus eligi, dum tamen fiat notitia ut infra.

Acto, & in pactum expreſſum deducto, quod ſi contingeret, quod aliqua quantitas, quæ portaretur cum dicta ſcorta pro faciendo ſolutionem in aliquo dictorum terminorum, vel aliorum terminorum infra ſcriptorum caperetur, vel auferetur qualitercumque per violentiam per aliquos ex Gentibus, vel Stipendiariis, vel aliis perſonis de parte dicti Domini Mediolani ſuper Territorio dicti Magnifici Domini Domini Mediolani, & dictæ Dominæ Reginæ, vel Filiorum ſuorum, quod eo caſu illa quantitas ablata, ſeu capta cedet in onus dicti Magnifici Domini Domini Mediolani, & dictæ Dominæ Reginæ; ſi vero e contra talis quantitas caperetur, vel auferetur qualitercumque per violentiam per aliquos ex Gentibus, vel Stipendiariis, vel aliis perſonis Dominorum Veronæ ſuper Territorio ipſorum, eo caſu cedet talis præda in onus, & præjudicium ipſorum Fratrum de la Scala Dominorum Veronæ.

Item quod a feſto Paſchæ reſurrectionis Domini proximo uſque ad unum annum proxime ſubſequentem dicti Fratres de la Scala Domini Veronæ ſolvere debeant eidem Illuſtri Dominæ, Dominæ Reginæ, vel legiptimæ perſonæ pro ea, Hæredibusque, & Succeſſoribus ſuis, cauſamque habentibus, & habituris ab ipſis quadraginta millia Florenis auri boni ponderis, & ſic deinceps annis ſingulis in feſto dicti Paſchatis, vel ante, & ſi ante ſolvere voluerint, notificare teneantur per quindecim dies ante diem ſolutionis, & declarare diem, qua ſolvere voluerint quadraginta millia Florenos, auri boni, & juſti ponderis uſque ad plenam ſolutionem, & ſatisfactionem dictorum quadringentorum, & quadraginta millium Florenorum bonorum, excepto ultimo termino, in quo non cedent niſi viginti millia Florenorum duntaxat; & prædictæ ſolutiones fiant in altero Locorum prædictorum, vel ſi maluerint in Veneciis, quem, & prout dicta Illuſtris Domina, ejusque Hæredes, vel cauſam habentes ab ipſa elegerint quolibet anno, ſeu una vice pro pluribus annis, ſeu pro omnibus annis, ſecundum quod melius placuerit præfatæ Dominæ, vel ejus Hæredibus, dum tamen eligatur Locus ſecurus, in quo dicta pecunia ſolvenda poſſit ſecure portari, de qua electione fiat noticia pro parte præfatorum Magnifici Domini, vel Dominæ, ſe Hæredum eorum, vel habentium cauſam ab ea alteri ex dictis Magnificis Dominis Veronæ, vel Domino Poteſtati Veronæ, vel Dominationi Venetiarum, in caſu dicta notificatio fieri non poſſit præfatis Dominis, vel Poteſtati Veronæ, qui pro tempore fuerit, & ante tempus ſolucionis fiendæ, & ſi non fecerint, non currat tempus dictis Dominis Fratribus de la Scala, donec per unum menſem ante ea, vel aliis ut ſupra notificarent, & ipſi Domini, & Poteſtas Veronæ debeant præſtare pacientiam, quod eis notificatio fiat.

Item quod lapſis omnibus, & ſingulis terminis ſolucionum prædictorum quadringentorum, & quadraginta millium Florenorum præfati Domini Veronæ, & Sui perpetuo Succeſſores dare, & ſolvere teneantur dictæ Illuſtri Dominæ Reginæ, ſeu legitimæ perſonæ pro ea decem millia Florenorum auri boni ponderis quolibet anno ad vitam ipſius Dominæ Reginæ naturalem duntaxat in feſto Paſchatis reſurrectionis Domini ſolvendorum per modum nominatum.

Item quod pro ſecuritate & firmitate omnium prædictorum dictus Illuſtris Dominus Dominus Comes Sabaudie in manibus ſuis tenere, & cuſtodire Baſtitas, & Fortilicia prædictas ſibi tradendas, & expediendas ut ſupra per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani ſumptibus communibus Partium prædictarum, donec, & quouſque dicti Domini Veronæ aſſecuraverint, & ſatisdederint idonee; modo & forma infraſcriptis prædictæ Dominæ, Reginæ per commune Venetiarum de ſolvendis trecentis octuaginta millibus Florenorum reſtantium de quantitate totali, ſeu de illa quantitate tunc reſtante ad ſolvendum tempore dictæ ſatisdationis. Qua ſecuritate, & ſatisdatione facta per dictum Communi Venetiarum, & ſolutis prædictis Florenis ſexaginta millibus ſolvendis in primo, & ſecundo terminis ut ſupra prædictas Fortilicia, & Baſtitas tradendas per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani reddere, & reſtituere debeat, idem Dominus Comes Sabaudiæ eisdem Dominis Veronæ, ſeu Factoribus, vel Procuratoribus ipſorum, ut de ipſis diſponere, & facere poſſint, ad ipſorum libitum, & etiam ſecuritate non præſtita, ſolutis tamen integre dictis trecentis octuaginta millibus Florenorum auri, & aliis Florenis ſexaginta millibus ut ſupra, idem Dominus Comes ea reſtituere teneatur.

Item quod dicti Fidejuſſores per ipſos Dominos Veronæ dandi ut ſupra ſe ſe obligent, & eorum bona ſolempniter cum promiſſionibus, juramentis, renunciationibus, & aliis ſolempnitatibus, & clauſilis opportunis, & hoc tamquam Promiſſores, & principales debitores ſe conſtituant de ſolvendo dictas pecuniæ quantitates eidem Illuſtri Dominæ Dominæ Reginæ, ſeu legitimæ perſonæ pro ea terminis ſupradictis, & in caſu quo Commune Venetiarum ſolveret, poſſit fieri ipſa ſolutio in Civitate Veneciarum, & per modum ſupradictum, omni exceptione remota.

Hoc acto etiam, quod dicti Fidejuſſores non poſſint uti ulla retentione, compenſatione, inhibitione, ſeu excuſatione, nec aliqua alia defenſione, propter quas, vel quam denegare poſſint, vel differre ſoluciones prædictas ex quavis cauſa, quæ

dici

Digitized by Google

dici vel excogitari possit quovis modo in bona, & sufficienti forma. Ita quod hujusmodi intentio plenum sortiatur effectum, nisi in quantum per formam præsentis Pacis in contrarium specialiter sit provisum quo ad dictos Dominos Veronæ, & Venetos eorum Fidejussores præfati Magnifici Domini Domini Mediolani, &c. quos dare teneatur in casibus suis ut infra congrua congruis referendo.

Item quod præfati Domini Veronæ restituant Dominis Tebaldo de la Scala & Jacobo de Cavallis, & omnibus de domo, & agnatione dicti Domini Jacobi de Cavallis bona, quæ ad eos pertinebant de jure quovis modo, quæ fuerunt ipsis occupata per dictos Dominos Veronæ, vel ipsorum nomine, & quod ab omni bannimento sint remoti, & quod processus facti contra eos cancellentur, & ipsis bonis omnibus uti possint, & gaudere per se, & per alios quoscumque.

Item quod si aliqui sint revelati contra præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani &c. & pro præsenti Guerra, qui antea non essent banniti, vel rebelles, ipsi revellati restituantur, vel Locæ dicto Magnifico Domino Domino Mediolani &c. ita quod Magnificus Dominus Dominus Mediolani &c. parcat, & remittat eis omnes offensiones, & restituat eorum bona immobilia eis ablata in, & pro Guerra præsenti, & in pristinum statum reducantur.

Item & e converso si aliqui essent revelati contra dictos Dominos Veronæ in, & pro præsenti Guerra, qui antea non essent banniti, & rebelles dictorum Dominorum Veronæ restituantur ad eorum bona immobilia eis ablata in, & pro Guerra præsenti, & in pristinum statum reducantur, & ita quod eis parcantur omnes offensæ eo modo, quo supra.

Item quod mediantibus, & adimpletis omnibus prædictis solutionibus dictorum quadringentorum, & quadraginta millium Florenorum, vel si factis oblationibus, protestacionibus, & depositionibus, pro ut in Capitulo de hac materia loquente continetur, non obstaret per præfatos Dominos Veronæ, quo minus soluciones prædictæ fierent, & parati essent solvere cum effectu, dicti Ill. Dominus Dominus Mediolani, &c. & Domina Regina, & uterque ipsorum, & eorum Filii, & ipsorum quilibet quietent, & remittant, cedant, & mandent, quietare, remittere, & cedere teneantur, quietantque, remittunt, cedunt, & mandant dicti Procuratores præfati Magnifici Domini Domini Mediolani &c. nominibus quibus supra dictis Procuratoribus dictis nominibus, & nobis Notariis infrascriptis stipulantibus, & recipientibus nomine præfatorum Dominorum Veronæ, & Hæredum suorum, non tamen derogando aliquibus aliis Capitulis præsentis Contractus, ex nunc pro ut ex tunc præsentium tenore pro se, & Successoribus eorum perpetuo omnes actiones, rationes, dicturas, & jura, reales & personales, civiles, & prætorias, directas, utiles, & mixtas, & alias quascumque, quæ, & quas ipsi Magnificus Dominus Dominus Mediolani &c. & Domina Regina, & ipsorum uterque, ac eorum Filii habent, vel habere possunt, communiter vel divisim, contra præfatos Dominos Veronæ, & eorum utrumque, & bona, quæ ipsi Domini Veronæ tenent, & possident, videlicet ea, quæ tenebant & possidebant per unum mensem ante tempus inchoatæ Guerræ præsentis, asserentes, se dicta Jura, & bona nulli cessisse, vel aliquo modo alienasse; & si appareret præfatam Illustrem Dominam Dominam Reginam cessisse, vel alienasse aliqua bona, & jura prædicta a morte Magnifici Domini Domini Mastini Patris dictæ Dominæ Reginæ, citra quod de ipsis cessione, & alienatione dictos Dominos Veronæ indemnes servare teneatur; hoc acto, quod si dicti Domini Veronæ, vel eorum Hæredes, vel habentes causam ab eis deficerent in aliqua solucione terminorum prædictorum, vel eorum Fidejussores post terminum non solverent infra octo dies tunc proxime subsequentes, quod eo casu dictæ quietaciones, cessiones, & remissiones jurium, & actionum prædictarum factæ per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani &c. & Dominam Reginam, & eorum Filios nullæ sint, sed cassæ, & pro nullis, & cassis, & irritis habeantur proinde ac si factæ non essent, omniaque Jura, & actiones remaneant salva, & integra dictis Magnifico Domino Domino Mediolani, & Dominæ Reginæ & Filiis, pro ut erant, & esse poterant, ante præsentem Contractum. Acto etiam quod si ipsi Domini Veronæ, seu eorum Nuncii die qua deberent solutionem facere in Loco, in quo ipsam facere deberent, non reperirent aliquem potestatem sufficientem super hoc habentem de ipsa pecunia recipienda, & quietacione danda, qui vellet ipsam pecuniam recipere, quod eo casu dicti Fratres Domini Veronæ, seu dictam solucionem parati facere pro ipsis possint, & valeant dictam quantitatem solvendam consignare, & deponere penes Commune Venetiarum; & si Commune Veneciarum nollet dictum depositum recipere, penes aliam idoneam personam, si solucio fieri debeat in Venetiis, & si alibi in aliquo Locorum prædictorum, quod sufficiat oblatio, & protestatio per Instrumentum publicum, qualiter parati sunt solvere potestatem sufficientem habenti, & dictis casibus, vel aliquo ipsorum non incurrantur pœnæ in hujusmodi Pacis Contractu descriptæ; & nihilominus dicti Domini Veronæ & eorum Fidejussores ipsam quantitatem solvere teneantur infra mensem, cum fuerint debite requisiti, vel interpellati ipsi, vel aliquis eorum vel Potestas Veronæ pro eis, qui pro tempore fuerit, vel Dominacio Veneciarum, in casu quo præfati Domini Veronæ, vel Potestas Veronæ non possent requiri, vel interpellari.

Et versa vice Procuratores præfatorum Dominorum Veronæ fecerunt, & faciunt quietacionem, liberationem, remissionem, & cessionem dictis Domino Antonio, & Faustino dictis nominibus recipientibus, & per eos præfato Magnifico Domino Domino Mediolani recipienti pro se nominibus quibus supra, & nobis Notariis infrascriptis stipulantibus, & recipientibus nomine, & vice præfati Domini Mediolani, & Illustris Consortis ejus, & Filiorum, & Hæredum suorum de omni, & toto eo, quod præfato Domino Mediolani, ejusque Consorti, & Filiis, vel alteri eorum qualibet occaxione, quæ dici, vel excogitari posset, quovis modo dicere, seu petere possent, seu in bonis, quæ

per

Digitized by Google

per eos, vel alterum eorum tenentur, exceptis Bastitis, & Fortaliciis deponendis & salvis contentis in aliis Capitulis.

Item quod præfati Domini Domini Veronæ possint, & eis licitum sit attendere Serenissimo Domino Domino Regi Hongariæ Capitula, quæ sequuntur, & ultra ea quæ in eis Capitulis continentur contra Magnificum Dominum Dominum Mediolani, & Dominam Reginam, seu Filios ipsorum, favorem aliquem præbere non possint. Dicta Capitula sunt hæc in effectu.

Primo quod durante tempore quatuor annorum incæptorum die octava Augusti M. CCC. LXXVIII. Indictione prima, qua die dicti Domini Veronæ, seu eorum Procuratores inierunt dicta Capitula cum eodem Domino Rege Hongariæ, seu cum Procuratoribus præfati Domini Regis, præfati Domini de la Scala exhibebunt omnes passus suos liberos, & apertos omnibus Gentibus dicti Domini Regis, quæ sunt vel venient ad Partes Italiæ pro factis dicti Domini Regis.

Item quod durante tempore dictorum quatuor annorum præfati Domini de la Scala dari facient Gentibus venientibus ut supra per totum Territorium suum victualia pro eorum denariis, & etiam in alieno Territorio contiguo Territorio dictorum Dominorum Veronæ juxta posse suum pro eo pretio, pro quo dicti Domini Gentibus suis dari facient, dum tamen dicti Domini Veronæ non haberent Guerram, propter quam eis necesse esset tenere victualia sua pro eorum Gentibus.

Item quod durante dicto tempore præfati Domini de la Scala non permittent stipendiari Gentes aliquas super eorum Territorio, nec alibi stipendiatas, vel alias Gentes per ipsorum Territoria posse suo transire, quæ irent ad damna Gentium dicti Domini Regis, & in casu quo dictæ Gentes violenter vellent transire, inimicabunt eis tanquam inimicis propriis.

Item quod durante tempore prælibato, præfati Domini de Scala ipsis Dominis non habentibus Gentes Regias & contingat præfatum Dominum Regem habere Gentes armigeras in partibus Italiæ pro factis suis, ipsis tamen Dominis Guerram non habentibus, dabunt ipsi Domino Regi annuatim, & in ratione anni viginti millia Ducatorum auri in subsidium expensarum Regalium pro rata singulis mensibus solvendorum, videlicet pro illo tempore tantum, quo dictæ Gentes erant in Italia, & non pro pluri.

Item quod Adhærentes, & Sequaces possint dari per utramque Partem statim die celebrationis hujus Contractus nominandi in ipso Contractu, qui Adhærentes dandi sunt tales, qui Guerras fecerint palam, & actualiter pro Partibus in Guerra præsenti, dum tamen dicti Adhærentes in scriptis dandi, ut supra, ante tempus inchoatæ Guerræ præsentis non essent banniti vel rebelles alicujus dictarum Partium, vel alterius eorum Subditi ad ejus obedientiam existentes, & quod nominandi teneantur ratificare hanc Pacem in unum mensem a die præsentis Contractus numerandum, & qui non ratificabunt in dictum Terminum non gaudeant beneficio præsentis Pacis.

Nominati vero pro parte Domini Mediolani sunt hi: Dominus Antonius de Archo, Dominus Guillielmus, & Antonius Fratres de Castrobarcho, Dominus Guido Savina de Foliano, Dominus Cabriotus de Canossa, Dominus Aczo, & Dominus Guido ejus Filius de Corigia, Dominus Johannes, Dominus Francischus, Dominus Prendeparte, Dominus Spineta & Thomaxinus de Mirandola, Dominus Manfredinus, & Dominus Francischus Fratres de Saxollo, Dominus Azzolinus, & Nicholæus Fratres Marchiones Malaspinæ, Dominus Jacobus, & Dominus Antonius Fratres de Piis, Antonius, & Fratres Marchiones Vialis de Mulacio, Luchinus Marchio Vialis de Olivola.

Nominati vero pro parte præfatorum Dominorum Veronæ sunt hi. Dominus Spineta, & Dominus Leonardus Fratres, & Filii quondam Galeati Marchiones Malaspinæ, Dominus Ricardus quondam Domini Opecini Marchio Malaspinæ, Petrus, Zotus, & Jacobus Johannes Fratres de Castro Romano, Petrus Zotus de Lodrono, Dominus Mercabrinius de Castrobarcho, Dominus Azo Aldrighetus, Albertus, & Dominus Francischus de Castrobarcho, Dominus Gibertus Pregnanus, & Fratres de Sesso, Dominus Ludovichus de Purziliis de Ferovilli.

Item quod dictæ Partes videlicet præfati Illustris Domina Domina Regina, & eorum Filii majores quatuordecim annis, & præfatus Magnificus Dominus Dominus Bernabos tanquam Pater, & legiptimus Administrator Domini Mastini Infantis ratificare teneantur prædicta, & infrascripta, infra duodecim dies a tempore hujus Contractus celebrati, & quod dicta ratificatio facienda præcedat per tres vel duos dies ante primum terminum solucionis faciendæ, & eodem modo dicti Magnifici Domini Veronæ ratificare, & confirmare teneantur prædicta omnia infra quindecim dies superius nominatos & hoc cum juramentis, & solempnitatibus opportunis per publicum Instrumentum.

Et quas ratificationes prædictas prædicti Procuratores Magnifici Domini Domini Mediolani, &c. & dicti Procuratores dictorum Dominorum Veronæ debeant & teneantur procurare, & fieri facere cum effectu, quod fiant per modum, & personas suprascriptas cum solempnitatibus opportunis.

Item est actum, & in Pactum expressum deductum pariter, & conventum inter Partes prædictas, quod si contingeret, quod absit, imposterum, quod dicti Domini Veronæ, seu alter eorum aliquid facerent, vel incurrerent contra formam Compositionis, & Transactionis præsentis, communiter vel divisim, quod eo casu, quo apparuerit eos contra fecisse, simul vel disjunctim, incurrant poenam centum millium Florenorum dictis Magnificis Dominis Mediolani &c. & Illustri Dominæ Dominæ Reginæ ejus Consorti una semel applicandorum, salvo quod propter cessationem solucionis hujus termini tantum non incurrant dictam pœnam centum millium Florenorum una cum aliis infrascriptis pœnis, & ultra liceat Magnifico Domino Domino Mediolani, & Illustri Consorti ejus, & eorum Fi-

Digitized by Google

liis, & cuilibet eorum Guerram facere, & movere contra dictos Dominos Veronæ, & eorum Civitates, & Fortilicia, & Subditos, quæ quidem Guerra justa, & racionabilis censeatur, & cum prædicta pœna centum millium Florenorum, eadem Illustris Domina Domina Regina sibi, & suis perpetuo Successoribus retineat, & ad eam, & suos Successores pertineat totalis quantitas, quam pro tunc receperit per se, vel alium ejus nomine de Somma dictorum quadringentorum, & quadraginta millia Florenorum; & nihilominus residuam quantitatem restantem ad solvendum de dictis tres centis octuaginta millibus Florenorum auri solvere, & satisfacere dictæ Dominæ Reginæ teneantur dicti Domini Veronæ, & Fidejussores, & Hæredes ipsorum, & cum prædictis remissio, & quietatio facta per dictos Magnificum Dominum Dominum Mediolani, & illustrem Dominam Dominam Reginam, & ipsorum Conjugum Filios, de prædictis juribus, rationibus, actionibus, & dicturis nulla sit, sed ex tunc in antea sit cassa & irrita, & prædicta jura ad prædictos Conjuges, & ipsorum Filios, & Successores perpetuo pertineant, & pertinere debeant pleno jure, prout & quemadmodum ante quietacionem, cessionem, & remissionem prædictam, & ad eos ex quacumque causa pertinere poterant, & debebant; & nihilominus Bastitæ, et Fortilicia prædictæ tradentur dicto Illustri Principi Domino Comiti Sabaudiæ per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani ut supra, ipse Dominus Comes reddere, & restituere debeat eidem Domino Domino Mediolani &c. præfatæ Dominæ Dominæ Reginæ, et eorum Successoribus, et habentibus causam ab eis vigore, et ex causa Pacis violatæ prædictæ. Et hoc in casu quo eadem Fortilicia & Bastitæ nondum restitutæ essent in manibus dictorum Dominorum Veronæ, sed adhuc essent in manibus dicti Domini Comitis, de, & pro quibus centum millibus Florenis pœnæ nomine adjectis ut supra, ultra dicta trecenta octuaginta millia Florenorum dicti Domini Veronæ satisdare debeant idonee per dictum Commune Veneciarum, seu singulares personas dictæ Civitatis sufficientes, & idoneas ad prædicta, & hoc sub modis, & solempnitatibus prædictis, & hoc infra tres menses a tempore præsentis Contractus.

Et vice versa si contingeret, quod Deus avertat, quod præfatus Magnificus Dominus Dominus Mediolani &c. seu Illustris Domina Domina ejus Consors, aut aliquis Filiorum suorum rumperent, aut violarent Pacem, & Transactionem præsentem, eo casu incurrant, & committant poenam centum millium Florenorum auri boni ponderis, quæ sit, & applicetur dictis Dominis Veronæ & causam habentibus ab ipsis semel dumtaxat: Et nihilominus cessio, & remissio dictis Fratribus Dominis Veronæ facta per prænominatos Magnificum Dominum Dominum Mediolani, Dominam Reginam ejus Consortem, et ipsorum Filios de prædictis juribus, rationibus, et dicturis ut supra, eo casu sint et remaneant in suis juribus, et in sui roboris firmitate, absque eo, quod ab illo tunc in antea dicti Domini Conjuges, vel Filii ipsorum, seu causam habentes ab ipsis quicquam petere debeat, vel habere in rebus, & bonis remissis, et quietatis ut supra, de, et pro quibus quantitatibus dictorum centum millium Florenorum nomine pœnæ adjectis debeant satisdare idonee præfati Domini Conjuges per Commune Venetiarum, vel sufficientes personas dictæ Civitatis infra tres menses a die præsentis Contractus numerandos; salvo quod dictum tempus trium mensium non currat, donec præfati Domini Veronæ notificaverint per unum mensem ante præfatis Domino Mediolani, vel ejus Consorti, qualem satisdationem ipsi Domini Veronæ dare voluerint: & si dictæ Partes, vel altera eorum non satis dederint infra dictos tres menses ut supra, eo casu Pars, quæ non satisdederit, incurrat in poenam Florenorum decem millium alteri Parti, quæ dictam satisdationem dedisset, applicandorum; quæ poena Florenorum decem millium etiam committatur deinceps singulis tribus mensibus usque quo dicta satisdatio data fuerit, dum tamen dictæ poenæ Florenorum decem millium non excedant desuper toto; Et nihilominus Promissiones poenæ Florenorum centum millium firmæ remaneant ut infra proxime. Quæ satisdationes poenarum per utramque Partium adjectarum durare debeant dumtaxat per decem annos proxime futuros, Pace nihilominus perpetuo, duratura etiam cum promissione pœnæ prædictæ centum millium Florenorum quo ad principales Partes tantum pro qualibet Parte.

Et quod ex nunc fracta Pace per eosdem Dominos Conjuges aut Filios ipsorum, vel aliquem eorumdem, nihil ulterius de his, quæ remanerent ad solvendum dictæ Dominæ Reginæ qualitercumque prædicti Domini Veronæ solvere teneantur, salvis semper infrascriptis, & ultra prædicta dictæ Bastitæ, & Fortilicia sint, & remaneant perpetuo eisdem Magnificis Dominis Veronæ, si, & ubi pro tunc restitutio sibi facta fuerit de ipsis per dictum Dominum Comitem Sabaudiæ; quod si tunc facta non fuerit, eo casu ipsas Bastitas, & Fortilicia dictus Dominus Comes Sabaudiæ reddere, & expedire debeat eisdem Dominis Veronæ, & causam habentibus ab ipsis in continenti, post quam apparuerit Pacem, & transactionem prædictam fractam, aut violatam esse per dictos Magnificum Dominum Dominum Mediolani &c. & Dominam Reginam, vel Filios eorumdem, vel aliquem ipsorum; & si forsan per aliquam dictarum Partium aliquid factum esset, vel attentaretur contra formam Pacis praesentis aliter quam per cessationem solutionum prædictarum, vel alicujus earum, non propter hoc intelligatur, nec dici possit Pax hujusmodi aliqualiter violata, dummodo damnum, quod propter hoc fuerit illatum, emendetur per damnum dantem, vel alium pro eo, Parti offensæ infra duos menses a tempore quo fuerit cognitum, & decisum per Conservatores Pacis, & ad cognitionem dictorum Dominorum Conservatorum hujus Pacis inferius descriptorum, & pendente cognitione dictorum Conservatorum, & donec cognitum

Digitized by Google

tum fuerit, & terminatum, ipsæ Partes debeant & teneantur omnia, & singula Capitula Pacis, & Contractus observare; & si infra terminum supradictum damnum datum non emendaretur, tunc intelligatur, & dici possit Pax hujusmodi violata, & poenæ prædictæ committantur, & incurrantur per contrafacientes ut supra.

Item, et ut prædicta melius & fortius attendantur per dictas Partes hinc inde voluerunt, & volunt dictæ Partes pro conservatione Pacis hujusmodi eligantur videlicet pro Parte Magnifici Domini Domini Mediolani Illustris, & Magnificus Dominus Dominus Galeaz Vicecomes Comes Virtutum, Mediolani &c. Imperialis Vicarius Generalis, & pro Parte Magnificorum Dominorum Dominorum Veronæ Magnificus Dominus Dominus Galeotus de Malatestis Arimini &c. pro Sancta Romana Ecclesia Vicarius Generalis; quos etiam eligunt, & nominant de præsenti, qui sint, & esse debeant abinde in antea Conservatores Pacis præsentis, cognitoresque, & decisores contentionum, discordiarum, obscuritatum, & dissidiorum, si quæ pullularent, vel orirentur inter Partes superius nominatas, & qui cognoscere debeant, si Pax, & Transactio fuerit, vel ne aliqualiter violata infra tempus, & terminum trium mensium a die notificationis, seu querelæ factæ dictis Conservatoribus & notitiæ factæ per Conservatores Parti contra quam fuerit querelatum, computandorum, nisi dictus terminus per dictos Conservatores ex causa fuerit prorogatus, qui tamen prorogari non possit ultra alios tres menses proxime subsequentes. Quæ querela fieri debeat per Partem, contra quam factum esset coram dictis Conservatoribus infra duos menses a tempore Contrafactionis computandos.

Hoc acto quod si per prædictos Conservatores pronunciaretur, & declaretur dictam Pacem fore ruptam per præfatum Magnificum Dominum Mediolani &c. vel ejus Consortem & Filios, & pendente cognitione prædictorum aliqua solutio alicujus termini lapsi fieret post Contrafactionem, propter quam pronunciaretur, dictam Pacem fore ruptam, talis pecunia soluta ut supra proxime restituatur præfatis Dominis Veronæ, & nihilominus aliæ poenae committantur, & hoc in casibus, in quibus intelligatur Pacem esse ruptam absque remedio emendationis damni, quibus Conservatoribus dictæ Partes, & quælibet ipsarum Partium dant, & concedunt tenore præsentis Instrumenti, plenam et liberam potestatem, et liberum arbitrium dicendi, cognoscendi, & declarandi, prout ipsis videbitur, & illud, quod pronuntiaverint, et declaraverint, ipsæ Partes teneantur inviolabiliter observare; et si dicti Domini Conservatores vel aliquis ipsorum decederet, eo casu Pars, cujus esset Conservator, teneatur, & debeat subragare alium loco ipsius infra duos menses a die obitus ipsius inchoandos.

Item quod si aliquis de dictis Adhærentibus Partium nominatis in præsenti Contractu contrafaceret Paci, quod per hoc non intelligatur Pax rupta, nisi respectu talis Contrafacientis tantum, qui contrafacientes teneantur infra duos menses a tempore declarationis factæ per Conservatores, qui debeant hoc cognovisse, & terminasse a tempore notificationis eis factæ infra duos menses damnum emendare, et attentata revocare, quæ nisi adimpleverint, sint excluſi a beneficio Pacis, nec talibus contrafacientibus debeat, neque possit ille, de cujus Parte fuerit, præbere auxilium, consilium, vel favorem.

Item concordaverunt unanimiter dictæ Partes, videlicet prænominati Domini Spineta, Marchio Malaspinæ, & Guillielmus de Bivilacquis Procuratores, & Procuratorio nomine dictorum Dominorum Veronæ, & se facturos, & curaturos cum effectu promiserunt, quod Gentes, quæ sunt ad stipendia dictorum Dominorum Veronæ, non invadent, nec aliquod dampnum dabunt, nec per modum Societatis, nec alio modo præfato Domino Mediolani, dictæ Dominæ Reginæ, Filiis, & Gentibus suis, & Territoriis ipsius Domini Mediolani, Consortis, & Filiorum suorum durantibus sex mensibus a data præsentium numerandis.

Hoc intellecto, quod si aliquis ex prædictis stipendiariis transeundo per Territoria dicti Domini Mediolani in modica quantitate forsitan aliquod damnum darent, non propterea intelligatur contrafactum fuisse promissioni prædictæ.

Et versa vice prædicti Procuratores Magnifici Domini Domini Mediolani &c. nominibus, quibus supra, convenerunt, & se facturos, & curaturos promiserunt cum effectu, quod Dominus Comes Lucius de Lando & Dominus Johannes Hanchud, & eorum brigatæ, quæ cum eis redierunt de Veronensi Districtu in transitu Athesis, & etiam quæ sunt ad stipendia ipsius Domini Mediolani, Dominæ Reginæ, & Filiorum suorum, non invadent, nec aliquod dampnum dabunt, nec per modum Societatis, nec alio modo dictis Dominis Veronæ, Gentibus, & Territorio ipsorum in Territorio dictorum Dominorum Veronæ, durantibus consimiliter sex mensibus a data præsentium numerandis; hoc etiam intellecto, quod si aliqui ex dictis stipendiariis dicti Domini Mediolani, qui recederent de suis stipendiis, transeundo per Territoria dictorum Dominorum Veronæ in modica quantitate forsitan aliquod dampnum darent, non propter hoc intelligatur contrafactum fuisse promissioni prædictæ.

Quæ omnia facta sunt, & fiunt eo acto, & ea Lege, & Pacto, quod jus præsentis Contractus dictorum quadringentorum, & quadraginta millium Florenorum, & aliorum Florenorum decem millium in anno ad vitam præfatæ Dominæ Reginæ debendorum ut supra promissorum dictæ Illustri Dominæ Dominæ Reginæ, acquiratur, & quæsitum esse intelligatur dictæ Dominæ tantum, & ad eam tantum perveniant ea vivente; et post ejus obitum id quod restaret ad solvendum pertineat ad ejus Successores, seu habentes causam ab ea, non obstante Statuto Communis Mediolani, quo cavetur, quod si

Digitized by Google

qua Mulier rem aliquam, vel ejus aliquod acquisiverit, constante, Matrimonio, quod acquiratur marito, exceptis certis casibus descriptis in dicto Statuto, nec alio jure communi, vel municipali in contrarium disponente, quibus Statutis, Juribus, & Ordinationibus ex certa scientia, & expresse dicti contrahentes renuntiaverunt, & renuntiant, etiamsi talia forent, de quibus oporteat fieri mentio specialis, non derogando aliis Capitulis, & contentis in præsenti Pace facientibus pro ipsis Dominis Veronæ.

Item eo Pacto, quod si per aliquam Partium prædictarum occuparetur aliqua Civitas alterius Partis, quod postquam fuerit manifestum de tali occupatione, censeatur Pax rupta, & poenæ committantur in præjudicium contrafacientis; si vero non Civitas, sed aliquod Castrum, Fortilicia, vel Terra occuparetur ut supra, de qua sit manifestum, teneatur ille, qui taliter occupaverit, restituere dictam Terram, Castrum, & Fortilicia alteri Parti, & damna manifesta dicta occaxione data infra terminum duorum mensium; alioquin censeatur quo ad præjudicium contrafacientis Pax rupta, & pœnæ commissæ in præjudicium contrafacientis; Si vero Gentes Armigeræ alicujus dictorum Dominorum Mediolani, & Veronæ, de voluntate Dominorum suorum invadent hostiliter Territorium alterius Partis pro accipiendo aliquam Civitatem, vel Fortiliciam alterius Partis, licet non ceperint, & etiam si Gentes alicujus dictorum Dominorum cum Capitaneis, vel Vexillis revera, & sine fraude in magna quantitate invadent hostiliter Territorium alterius quod hæc intelligantur de voluntate Domini, de cujus parte essent prædictæ Gentes, vel Capitanei, vel Vexilla omni fraude cessante ut supra; si Gentes prædictæ iverint causa accipiendi aliquam Civitatem, intelligatur Pax rupta, ut supra; Si vero causa accipiendi Castrum, Terram vel Fortiliciam, tunc teneantur damna data emendare infra terminum trium mensium ad cognitionem Dominorum Conservatorum; & si emendatum non fuerit, censeatur Pax rupta ut supra; si vero fieret offensa per unum ex Partibus Principalibus in persona alterius, vel e converso, tunc censeatur Pax rupta; Si vero in personas Subditorum fiat jus per Dominum offendentis contra delinquentem, & puniatur toto posse, nec per hoc intelligatur Pax rupta, nec ulla poena commissa, & sit, & esse debeat in cognitione Conservatorum, & cognitorum, si fuerit dubium, utrum Pax fuerit rupta, vel non, cognoscere, & terminare de talibus dubiis, & similibus. Si vero aliter Damnum, vel offensa fieret, tunc etiam sit in cognitione Conservatorum, & damni restitutio fiat, prout in Capitulo continente, & mentionem faciente de Conservatoribus continetur. & poena non committatur, nec Pax fracta intelligatur.

Item quod si aliqua Partium Principalium contrafaceret alicui, ex Adhærentibus alterius partis, teneatur infra duo menses a tempore declarationis factæ per Conservatores ut supra Pars contrafaciens damnum datum emendare, & attemptata revocare, & nullam aliam pœnam incurrat.

Item quod mediantibus & salvis prædictis sit bona Pax, & perpetua tranquillitas inter Partes prædictas, & earum Subditos, Valitores, Adjutores, Adhærentes, & Sequaces superius nominatos, videlicet Adhærentes, Valitores, & Sequaces qui in præsenti Guerra Partibus palam auxilium præbuerunt, vel alteri earumdem, & qui ante tempus inchoatæ Guerræ præsentis non essent banniti, vel rebelles alicujus Partium prædictarum, vel ejus Subditi ad ejus Obedientiam existentes.

Item quod infra proxime scriptis parcantur omnes injuriæ, et offensæ per eos factæ, vel illatæ in præsenti Guerra dictis Partibus, vel alicui earum, et restituantur eis bona immobilia eis ablata per dictos Dominos, vel alteram ex eis in, et pro præsenti Guerra. Quorum nomina sunt hæc: Cathelanus de Griffis, Izellinus de Poncarali, Johannes Arzellini de Tusculano, Bertolinus de Medicis de Gavardo, Bertolinus de Visinancia, Bertolinus de Poncarali, Manfredinus de Moris, Bieminus de Pedezochis, Quilitus de Bonzanis, Antonius de Gref, Aymericus de Ciniberghis, Melotus de Bren, Baroncinus de Locio, Bonivesius ejus Consanguineus, Caviliata de Coronibus, Carpionus ejus Frater, et Dominus Aymerinus de Lulino. Dominus Paganinus de Panicho, Nicholaus de Tercis, Matheus de Lendenanima, Jordanus de Alticheriis, Hæredes quondam Danielis Abuletis, Lanzaratus de Sommaripa Benedictus de Malsesino, Nannes Pegolottus, Petrus Symon de Pegolottis, Dominicus de Verona et Jacobus de Cararia.

Item quod omnes offensæ, pœnæ, damna, rancores, injuriæ, inimicitiæ, et querelæ hinc inde quæsitæ, datæ, et illatæ sint remissæ, et remissa, et quod una Pars non possit alterius damnum abinde in antea procurare, nec per modum Societatis, nec alio quovis modo, sed sint, et remaneant dictæ Partes boni, et veri amici, et affines, salvis semper Capitulis suprascriptis, et ipsorum quolibet.

Item quod aliqua verba narrativa vel enunciativa posita in præsenti Contractu, quæ non sint de substantia præsentis Contractus nullum afferant præjudicium Partibus, nec alicui ipsarum.

Item quod omnia, et singula Capitula præsentis Contractus, et contenta in ipso Contractu debeant intelligi bona fide, et secundum bonum, et sanum intellectum, omni dolo, fraude, et cavillatione cessantibus.

Quam quidem Transactionem, Pacem, finem, quietacionem, remissionem, et Concordiam, et dictorum Pacis Conservatorum electionem, et nominationem, et omnia alia, et singula supradicta dictæ Partes, videlicet dicti Procuratores Magnifici Domini Domini Mediolani &c. dictis nominibus ex una parte, et prænominati spectabiles Milites Dominus Spineta Marchio Malaspinæ, et Dominus Guillielmus de Bivilacquis Procuratores, et Procuratorio nomine prædictorum Magnificorum Dominorum

Do-

Digitized by Google

Dominorum Veronæ ex altera promiſerunt, et juraverunt, nobis Notariis publicis infraſcriptis ſtipulantibus et recipientibus, ea omnia, et ſingula ſupraſcripta vice, nomine, et ad opus dictarum Partium, et cujuslibet ipſarum, ſuorumque Hæredum, et Succeſſorum qualitercumque, cauſamque habentium, et habiturorum ab ipſis, et omnium aliorum quorum intereſt, intererit et intereſſe poterit in futurum per juramenta ſua ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtita dicti Procuratores in animas dictorum Dominorum ſuorum, et omnes ſub fide, et legalitate corporum ſuorum, et ſub pœnis alias ſuperius declaratis, una ſimul ad invicem altera alteri, et viciſſim ſolemnibus ſtipulationibus, et juramentis intervenientibus hinc inde, et ſub expreſſa, et ſpeciali ypotheca, et obligatione omnium bonorum dictorum Dominorum Conjugum, & Filiorum ſuorum, et dictorum Dominorum ſuorum mobilium, immobilium, præſentium, et futurorum quorumcumque ratam, ratas, et rata, gratam, gratas, et grata, firmam, firmas, et firma habere perpetuo, et tenere, & contra non facere ullo unquam tempore quommodolibet vel venire, nec contrafacere, vel venire volenti per eos, vel alios conſentire, aut dare, præbere auxilium, conſilium aliquod vel favorem, palam vel aperte, tacite, vel expreſſe, directe, vel indirecte, vel alio quovis modo; ſed ea omnia, & ſingula attendere, & complere, firmiterque, & inviolabiliter obſervare cum effectu perpetuo pro ſe, & ſuis perpetuo Succeſſoribus prout, & ſicut ſuperius deſcribuntur, omni juris, conſuetudinis & facti exceptione ſemota, prædictaque omnia, univerſa, & ſingula ratificari, & confirmari facere dictus Magnificus Dominus Dominus Mediolani &c. per dictam ejus Illuſtrem Conſortem, Dominam Dominam Reginam, & eorum Filios majores quatuordecim annis &c. ut ſupra, & prænominati Domini Procuratores per præfatos Magnificos Dominos Veronæ cum promiſſionibus, juramentis, obligationibus, fidei corporum dationibus, & aliis juris ſolemnitatibus, & clauxulis opportunis infra tempus. & terminum ſuperius declaratum, volentes & conſencientes ex Pacto convento Partes prædictæ, quod ſi quovis caſu, vel tempore per aliquam dictarum Partium aliquid contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliquod aliqualiter diceretur, vel fieret, aut ſi alicui offendenti, vel offendere volenti, vel dicenti, aut auxilium, conſilium, vel juvamen præbenti alterutri Partium in Territoriis, perſonis, rebus, & bonis ipſorum præberetur auxilium, conſilium, vel juvamen, quod ei ſic contrafacienti, venienti vel dicenti, aut auxilium, conſilium, vel juvamen præbenti omnis audiencia in judicio, & extra, ac judiciorum aditus penitus denegetur tanquam venienti contra proprium Juramentum, & nihilominus ipſa omnia, & eorum ſingula, ſemper & perpetuo ſint firma, & valida, & remaneant per modum, & formam ſuperius declaratum. Renuntiantes dictæ Partes, & earum quælibet ſub juramentis, fidei dationibus, & obligationibus prædictis omni actioni, & exceptioni doli mali, metus, & in factum, condictioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, condictioni ob cauſam, juris dicenti, ſi dolus dat cauſam contractui, vel inciderit in Contractum, Contractum reſcindi poſſe, beneficio in integrum reſtitutionis, Senatus Conſulto Vellejani, fori Privilegio, omnique juri Canonico, & Civili, Conſuetudini, & Statuto, per quæ contra prædicta, vel ipſorum aliquod facere poſſent, vel in aliquo ſe tueri, & maxime juri dicenti generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis. Quæ omnia acta fuerunt coram Illuſtri Principe, & Magnifico Domino Domino Amedeo Comite Sabaudiæ, &c. ibi præſente, laudante, & diſponente dictam Pacem, & contenta in ea, & in omnibus & per omnia fieri debuiſſe, ac ſervari debere prout ſuperius continetur. Actum Mediolani in aula habitationis Magnifici, & Excelſi Domini Domini Galeaz Vice Comitis, Comitis Virtutum Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis ſub quadam lobia parva inferiori poſita juxta Cameram cubiculariam quondam Magnifici, & Excelſi Domini Domini Galeaz Vicecomitis &c. Præſentibus Protonotariis Johannino de Cermenate Filio quondam Domini Dioniſii Portæ Vercellinæ Parochiæ Sanctæ Mariæ ad Portam, & Johannulo de Antegnate Filio quondam Poroli Portæ novæ Parochiæ Sancti Andreæ ad Puſterlam novam ambobus Civitatis Mediolani Notariis; & pro Teſtibus Egregio, & Potente Milite Domino Jubleto de Calantho Domino Montis Oneti Filio quondam Domini Johannis, & Nobilibus Militibus Domino Jacotto Provana Filio quondam Domini Thomæ, & Domino Gorucio de Fronzola Filio quondam Egregii Militis Domini Roberti, & ſapiente Legum Doctore Domino Calvino de Sancto Gallo de Pergamo Filio quondam Domini Petri noto, & Prudente Viro Vaſſallino Boſſio Filio quondam Domini Jacobi Cive Mediolani ſimiliter noto, Ser. Petrucio de Agatapanis de Cuniis, Filio quondam Domini Andreæ, & Axerbolo de Sexto Filio quondam Domini Facii, Cive Mediolani omnibus ad præmiſſa vocatis, idoneis, & rogatis.

Ego *Batiſta*.

XXVI.

Conventiones inter partes in præcedenti diplomate nominatas de rebus executioni mandandis, quæ vigore pacis die 26. Februarii An. 1379. conſtitutæ, Comiti Sabaudiæ exhiberi debuerant. d d. 14. Maji, An. 1379.

In Nomine Domini, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono, Indictione ſecunda, die Sabbati quarto decimo menſis Maji hora nona. Cum ad promotionem Illuſtris Principis, & Magnifici Domini Amadei, Comitis Sabaudiæ &c. facta & celebrata fuerit Pax inter Procuratores Magnifici, & Excelſi

Digitized by Google

celsi Domini Domini Bernabovis Vicecomitis Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, Nati quondam recolendæ memoriæ Magnifici, & Potentis Militis Domini Steffani Vicecomitis pro eo, & Illustre Domina Domina Regina ejus Consorte, ac Inclytis Dominis Marco, Ludovico, Harolo, Rodulfo, & Mastino ejus Filiis, & nomine, & vice prædictorum, & cujuslibet eorum ex una parte, & Procuratores Magnificorum Dominorum Bertholomei, & Antonii Fratrum de la Scala Natorum quondam bonæ memoriæ Magnifici Domini Canfegnorii de la Scala ex altera, in quo quidem Contractu Pacis inter alia continentur, quod præfati Domini Bertolomeus, & Antonius dare, & solvere teneantur dictæ Illustri Dominæ Dominæ Reginæ, & suis Successoribus, seu legiptimæ personæ pro eis recipienti semel tantum Florenos quatuor centum quadraginta millia bonos auri, & ponderis, solvendos per terminos in Instrumento Pacis descriptos, videlicet triginta millia Florenos die, qua præfatus Magnificus Dominus Dominus Mediolani traderet, & expedire faceret, vel de immediate sequenti Domino Comiti Sabaudiæ Bastitas factas per ipsum Magnificum Dominum Mediolani, & Fortalizia, quæ tenebat, & cæpit a prædictis de Verona in Veronensi Districtu a tempore incæptæ Guerræ tunc præsentis usque ad tempus firmatæ Pacis prædictæ, & quas Bastitas, & Fortalizias teneretur idem Magnificus Dominus Dominus Mediolani in continenti, videlicet infra quindecim dies a tempore dicti Contractus dicto Domino Comiti Sabaudiæ vel legiptimæ personæ pro eo tradere, & expedire; & alios triginta millia Florenos prædicti Fratres de la Scala tenerentur solvere usque ad duos menses integros inde proxime subsequentes, & residuum per terminos in dicta Pace contentos, & quod pro securitate, & firmitate prædictorum omnium dictus Illustris Dominus, Dominus Comes Sabaudiæ in manibus suis tenere, & custodire deberet Bastitas & Fortalizia prædictas sibi tradendas, & expediendas ut supra per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani sumtibus Communibus partium prædictarum, donec, & quousque dicti Domini Veronæ assecuravissent, & satis dedissent idonee, modo, & forma in Instrumento Pacis descriptis prædictæ Dominæ Reginæ per Commune Venetiarum de solvendo trecentum octuaginta millia Florenorum restantium de quantitate totali, seu de illa quantitate tunc restante ad solvendum tempore dictæ satisdationis, vel integraliter totalem summam promissam, & conventatam, ipsi Dominæ Reginæ, vel ejus Hæredibus solvissent, & in omnibus & per omnia, prout, & sicut in Capitulis contentis in Instrumento dicti Contractus plenius continetur, rogato, & tradito per Thomasium de Vicomercato Notarium Mediolanensem, ac Cancellarium præfati Magnifici Domini Domini Mediolani, & Batistam de Marzasio Notarium, & scribam præfatorum Dominorum Fratrum de la Schala; Cumque præfatus Dominus Sabaudiæ Comes dictas Bastitas, & Fortalizias recipere omiserit, & recusaverit, modo nobiles, & sapientes Viri Dominus Faustinus de Lantanis Legum Doctor Vicarius præfati Magnifici Domini Mediolani, & Vassalinus Boffius Comes Palatinus Procuratores, & Nuntii speciales præfati Magnifici, & Excelsi Domini Domini Mediolani nomine præfati Magnifici Domini Mediolani, pro ut constat Instrumento uno Procuræ tradito, & rogato per Thomaxium de Capitaneis de Vicomercato Notarium, & Canzellarium præfati Domini Mediolani hoc anno, die quinto præsentis mensis Maji Indictione secunda, ibidem exhibito; & spectabiles Milites Domini Spineta Marchio Malaspinæ, Guillielmus de Bivilaquis Cives Veronæ Procuratores, & Nuntii speciales præfatorum Magnificorum Dominorum Bertholomei, & Antonii Fratrum de la Schala nomine præfatorum Dominorum ex altera, pro ut constat publico Instrumento inde rogato per Batistam de Merzasio Notarium Veronensem, & scribam prædictorum Dominorum Fratrum de la Schala hoc anno, die vigesimo sexto mensis Aprilis, Indictione, secunda, ibidem exhibito. Sponte, libere, & ex certa scientia volentes super prædictis amicabiliter providere, & componere, confisi de Magnificentia, & Legalitate Illustris Principis, & Magnifici Domini, Domini Galeaz Vicecomitis Comitis Virtutum, Domini Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, eligerunt, & eligunt præfatum Illustrem Principem & Magnificum Dominum Dominum Comitem Virtutum ad prædicta, & eum subrogaverunt, & subrogant loco dicti Domini Comitis Sabaudiæ super prædictis, & infradictis, & dependentibus, & connexis ab eis, & sese convenerunt, & conveniunt, concordaverunt, & concordant in hunc modum videlicet; quod dictæ Fortaliziæ, & Bastitæ, quæ sunt hæc videlicet, summæ Campanæ, & Montisfortis tradantur, & expediantur per præfatum Magnificum Dominum Dominum Mediolani, seu ejus mandato, præfato Illustri Principi, & Magnifico Domino Domino Galeaz Vicecomiti Comiti Virtutum, Mediolani &c. Imperiali Vicario Generali, seu legiptimæ personæ pro eo; & quod per eum Dominum Comitem Virtutum, seu quem, vel quos ad hoc duxerit deputandos dictæ Bastitæ, & Fortaliziæ custodiantur communibus sumtibus Partium prædictarum eo modo, & pro ut in dicto Contractu continetur,

Digitized by Google

tur, debuisse, seu debere tradi, & expediri dicto Domino Comiti Sabaudiæ, seu legiptimæ personæ pro eo, & ad ejus manus teneri, & custodiri, restitui, & relaxari, & de eis fieri, & relaxari secundum quod in dicto Contractu Pacis continetur, ita quod præfatus Dominus Comes Virtutum in omnibus, & per omnia quo ad contenta, & conventa in dicto Contractu Pacis intelligatur esse, & sit subrogatus loco dicti Domini Comitis Sabaudiæ, & proinde habeatur, ac traditio, & expeditio fiendæ in manibus dicti Domini Comitis Virtutum de dictis Fortaliciis, & Bastitis, eundem effectum operetur, ac si dictæ traditio, & expeditio factæ fuissent dicto Domino Comiti Sabaudiæ, & de eis fiat, & fieri debeat per præfatum Dominum Comitem Virtutum in omnibus, & per omnia pro ut fieri debuisset, secundum formam dicti Contractus Pacis per dictum Dominum Comitem Sabaudiæ, si ea recepisset; Et insuper dicti Procuratores Magnifici Domini Mediolani, & Illustris ejus Consortis concesserunt, & concedunt de gratia dictis Procuratoribus dictorum D. D. Fratrum de la schala, quod si per aliquos dies, qui non excedant octo, vel decem dies proximos post decimam quartam diem præsentis mensis differrent ad solvendum Florenos sexaginta millia primi, & secundi terminorum, quos solvere debent præfatæ Dominæ Reginæ, vel legiptimæ personæ pro ea, quod propter hoc non incurrant pœnam aliquam, dum tamen dicta solutio fiat infra dictos dies decem tunc proxime sequentes, & quam solutionem dicti Procuratores dictorum Dominorum de la schala facere promiserunt, & promittunt hinc ad dictum terminum; Et insuper dicti Procuratores dictis nominibus sponte, & ex certa scientia convenerunt ad invicem, & contenti fuerunt, quod de infrascriptis Capitulis in dicto Contractu Pacis contentis fiant correctiones, declarationes, mutationes, & additiones, & reformationes, prout inferius per ordinem continetur; cæteris in ipso Contractu Pacis contentis in suo robore permansuris; ad quas quidem correctiones, declarationes, mutationes, additiones, & reformationes supradictas, & infrascriptas remissiones pœnarum, dampnorum, & interesse faciendas præfatus Magnificus Dominus Mediolani condescendit amore, & contemplatione præfatorum Dominorum, Bertholomei, & Antonii Fratrum de la schala quæ Capitula, correctiones, declarationes, additiones, mutationes, & reformationes factæ eisdem sunt hæc videlicet: Primo quod licet in Capitulis, & Contractu dictæ Pacis contineatur, quod utraque Pars teneatur satisdare per Commune Venetiarum vel singulares personas idoneas in Veneziis infra tres menses de solvendo semel tantum pœnam Florenorum centum millium auri in dicto Contractu Pacis appositam, si committeretur, &c. pro ut in ipso Contractu Pacis latius continetur, tamen dicti Procuratores dictis nominibus ad invicem convenerunt, & contenti fuerunt, quod promissio, & obligatio de dicta satisdatione præstanda de solvendo dictam pœnam, ut supra ex toto remittatur, & sublata esse intelligatur, ratis, & firmis nihilominus remanentibus promissionibus, & stipulationibus dictæ pœnæ quo ad Principales Partes. Item quod in ea Parte dictorum Capitulorum in qua continetur, quod Gentes Dominorum de Verona non invadent, nec aliquod dampnum dabunt, nec per modum societatis, nec alio modo, præfato Domino Mediolani, dictæ Dominæ Reginæ, Filiis, & Gentibus, & Territoriis ipsius Domini Mediolani, Consortis, & Filiorum suorum, quod illa dictio & præposita dictioni Territoriis ipsius Domini, intelligatur cassa, & ejus loco intelligatur in, & quod illa verba appositæ post verba per modum societatis continentia, nec alio modo intelligantur cassa, & pro non appositis habeantur, & similiter quod licet in dictis Capitulis contineatur, quod dicti Procuratores præfati Magnifici Domini Mediolani convenerunt, & promiserunt se facturós, & curaturos cum effectu, quod Dominus Luzius Comes de Lando, & Dominus Johannes Anchud, & eorum brigata, qui cum eis redierunt de Veronensi Districtu, & in transitu Athicis, & etiam Gentes, quæ erant ad stipendium ipsius Domini Mediolani, & Dominæ Reginæ, & Filiorum suorum, non invadent, nec aliquod dampnum dabunt, nec per modum societatis, nec alio modo dictis Dominis Veronæ &c. quod illa verba posita post dicta verba per modum societatis videlicet nec alio modo intelligantur cassa, & pro non appositis habeantur. Item quod licet Adhærentes, & sequaces nominati in Contractu Pacis, vel aliqui ex eis non ratificaverint Pacem infra terminum, pro ut debebant secundum Capitula dictæ Pacis, quod adhuc ipsam Pacem ratificare possint infra mensem proxime futurum; & gaudeant si ratificabunt infra dictum mensem, vel ratificassent hinc retro, etiam post primum terminum, beneficio dictæ Pacis, pro ut, & quemadmodum si ratificassent dictam Pacem in primo termino ordinato; & insuper dicti Procuratores dictis nominibus sponte, & ex certa scientia sibi ad invicem Pacto expresso solemniter remiserunt omnes, & singulas injurias, contumelias, & offensas, reales & personales, quommodocumque hinc retro illatas, & factas, si quæ factæ apparerent per unam Partem alteri, vel aliquem seu aliquos dictarum Partium, vel alicui, seu aliquibus dictarum

Partium,

Digitized by Google

Partium, & quaslibet pœnas incursas, si quæ incursæ apparerent a tempore dicti Contractus Pacis citra usque ad diem hodiernam, & quaslibet dampna, expensas, & interesse, quæ peti possent per dictas Partes seu aliquam ex eis, videlicet per unam Partem alteri, & alteram alteri a dicto tempore dictæ celebratæ Pacis citra; ac omnia, & singula jura, & actiones, quæ occaxione hujusmodi pœnarum, vel injuriarum quommodolibet ipsis Partibus competere possent, ita quod a præmissis ipsæ Partes, & quælibet earum quietatæ sint, & esse intelligantur. Promittentes insuper dicti Procuratores dictis nominibus una Pars alteri, & altera alteri, solempni stipulatione hinc inde intervenient, sub obligatione omnium bonorum præfatorum Dominorum suorum vicissim, quod prædicta omnia, & singula rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & contra non facient, nec venient aliqua ratione, vel causa, quæ dici posset, vel excogitari: Renunciantes dicti Procuratores dictis nominibus exceptioni prædictorum omnium & singulorum non ita actorum & factorum & omni probationi, & defensioni in contrarium. Et insuper suprascripti Procuratores præfatorum Magnifici Domini Domini Mediolani, & Illustris Consortis ejus juraverunt, & jurant in animas & super animas dictorum Domini, & Dominæ, & cujuslibet eorum ad sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis, quod contra non facient aliqua ratione, & quod attendent, & observabunt omnia & singula, quæ in hoc Contractu continentur, & versa vice dicti Procuratores dictorum Magnificorum Dominorum Dominorum Fratrum de la Schala juraverunt & jurant ad sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis, in & super animas dictorum Fratrum de la Schala, & cujuslibet eorum, quod dicti Fratres de la Schala sunt majores, videlicet dictus Dominus Bertholomeus annis viginti, & dictus Dominus Antonius annis quindecim, & quod contra non venient ratione, causa, vel beneficio minoris ætatis, nec aliqua ratione, nec beneficium restitutionis implorabunt; & quod prædicta omnia & singula attendent, & observabunt in omnibus, & per omnia, pro ut supra continetur. Quæ omnia facta, & gesta fuerunt coram præfato Illustre Principe, & Magnifico Domino Domino Galeaz Vicecomite Comite, Virtutum Mediolani, &c. Imperiali Vicario Generali prædicta omnia acceptante, & prædictis omnibus consenciente, in quantum eum concernunt, & ejus factum, juxta conventa inter Partes prædictas in præsenti Contractu; Ac. mandante Nobilibus Viris Jacobo quondam Spinolotis de Tholomeis de Senis, & Betino de Hausino, & utrique eorum in solidum, absentibus tamquam præsentibus, quos ejus missos, Nuntios, & Procuratores ad apprehendendum, & custodiendum, & custodiri faciendum dictas Bastitas, & Fortalizias eo modo, & forma, de quibus supra fit mentio, constituit per præsentes, quatenus accedant ad dictas Bastitas, & Fortalizias, quæ per præfatum Dominum, & ejus nomine tenentur in Veronensi Districtu, & eas apprehendant, & retineant nomine præfati Domini Comitis Virtutum tenend. & custodiend. per eos, & per alios, quos ad hoc duxerit deputandos modo, & forma in dicto Contractu Pacis appositis; & eisdem concesit quod de traditione, & expeditione, & receptione dictarum Fortaliziarum, & Bastitarum confessiones, & protestationes opportunas facere possint, pro ut eisdem videbitur expedire; Reservante tamen præfato Domino Comite Virtutum sibi plenariam potestatem mutandi dictos suos Procuratores, & Deputatos ut supra, & alios de novo constituendi ad prædicta semel, & pluries, prout sibi placuerit. Et de prædictis præfatus Dominus Comes Virtutum, & dicti Procuratores dictis nominibus mandaverunt mihi Johannino de Cermenate Notario Mediolanensi, Thomaxio de Capitaneis de Vimini Mediolani, Andriolo de Arisiis, Cancellario præfati Domini Comitis Notariis Mediolanensibus, Batistæ de Marzasio, & Nicolao de Schachis Notariis Veronensibus, & Canzellariis præfatorum Dominorum de Verona, & cuilibet nostrum, ut de præmissis omnibus conficeremus unum, & plura ejusdem tenoris publica Instrumenta. Actum in Castro Magno Papiæ in sala superiori præfati Domini Comitis, præsentibus Reverendo in Christo Patre, Domino Fratre Angelo, Episcopo Pensaurienfi, & spectabilibus & Egregiis Dominis Teodoro de Monteferrato Filio quondam Illustris Principis Domini Johannis olim Marchionis Montisferrati, Manfredo Marchione Saluciarum Filio quondam alterius Domini Manfredi, Bonifacio de Chochonate Filio quondam Domini Guillielmi, Domino Bertolomeo de Placentia, Filio quondam Domini Rolandi, Domino Filippo de Casolis de Regio Filio quondam Domini Jacobi Legum Doctore, & Antoniolo de Porris Filio quondam Domini Steffanoli, Testibus notis, rogatis, & ad præmissa specialiter vocatis.

XXVII.

Digitized by Google

XXVII.

Wenceslai, Romanorum Regis Diploma, in quo Joannem Galeatium, Vice-Comitem Mediolani ac S. R. Imp. Vicarium ejusque anteceſſores ab omni declaratione atque pronunciatione privationis contra eosdem facta abſolvit, d. d. 16. Kal. Febr. An. 1380.

WEnceslaus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus & Boemiæ Rex. Nobili Johanni Galeaz de Vicecomitibus de Mediolano nato quondam nobilis Galeaz, Mediolanenſis Vicarii fideli ſuo dilecto gratiam Regiam & omne bonum. Habito reſpectu benigno ad nonnulla gratuita, & accepta ſervitia, nec non immotæ, & ſinceræ fidei puritatem, quibus idem tuus Genitor, dum in humanis ageret, in conſpectu Divorum quondam Proavi, & Genitoris noſtrorum a longis temporibus multipliciter claruiſſe dicitur, & quibus tu, ſpectabilisque Azo natus tuus Conſanguineus noſter, ac veſtri deſcendentes, & poſteri erga nos & ſacrum Imperium clarere debebitis, & poteritis uberius in futurum. Animo deliberato, non per errorem, aut improvide, ſed maturo noſtrorum, & Imperii Principum, & Procerum accedente conſilio, de certa noſtra ſcientia, nec non Regiæ Poteſtatis plenitudine, auctoritate, baylia, tam ordinaria, quam abſoluta, omnibusque aliis modis, quibus melius poſſumus, omnem, & quamlibet pronunciationem, declaracionem privacionis, & quamlibet privacionem, quæ reperiretur pronunciata, lata, ſeu facta, & quoscumque proceſſus, & quæcumque agitata ipſarum, ſeu ipſius occaſione factos, ſeu facta, & cogitata, & etiam ſecutos, ſeu ſecuta contra Prædeceſſores tuos, & eorum deſcendentes, contra te, & tuos deſcendentes, vel contra aliquem prædictorum tuorum Prædeceſſorum & eorum deſcendentium ac tui & tuorum deſcendentium vel aliter, declaramus fuiſſe, & eſſe nullam, nullas, & nulla, & irritam, irritas, & irrita, nullius valoris penitus, & momenti eſſe volumus, jubemus, & decernimus, ac ipſos, te que, ac deſcendentes tuos, & omnes, & ſingulas perſonas in eis, vel in aliqua, vel in aliquo ipſarum, vel ipſorum nominatas generaliter, vel ſpecialiter in ſtatum priſtinum reſtituimus, & in eis ſtatu, & gradu eſſe volumus, & decernimus, ad eosque ſtatum, & gradum, in quibus erant, vel eras ante ipſos, vel ipſa, reduximus, & reducimus de Regiæ plenitudine poteſtatis, præſentium ſub Regiæ Majeſtatis noſtræ Sigillo Teſtimonio Litterarum. Datum Pragæ anno Domini Milleſimo trecenteſimo octuageſimo, Indictione tertia, decimo ſexto Kalendas Februarii, Regnorum noſtrorum anno Boemiæ decimo ſeptimo, Romanorum vero quarto.

XXVIII.

Wenceslai, Romanorum Regis Diploma, in quo Joanni Galeatio, Vice-Comiti Mediolani ejusque hæredibus generalem S. R. Imperii vicariatum ſuper varias S. R. Imperii civitates, diſtrictus atque territoria varia conceſſit, d. d. 15. Kal. Februar. An. 1380.

WEnceslaus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex Nobili Johanni Galeaz de Vicecomitibus de Mediolano nato recolendæ memoriæ Sacri Imperii dilecti Nobilis Militis quondam Galeaz, olim Genitoris tui, noſtro, & Sacri Imperii fideli dilecto gratiam Regiam, & omne bonum. Dum inter clauſtra noſtri pectoris provida conſideratione perpendimus, qualiter ſupernæ Majeſtatis dignatio nos quamvis immeritos, ſua pietate provexit ad apicem Regiæ dignitatis, gubernacula nobis Sacri Romani concedens Imperii, quod ſuper Principatus, & Dignitates alias Orbis Terræ ad Supremum Excellentiæ gradum Divina Sapientia more inæſtimabili ſublimavit, invenimus liquido ex injuncto nobis officio Regalis Sollicitudinis humeris noſtris incumbere, qualiter virga virtutis noſtræ Reges, & Regna regere, & in ſtatu tranquillo Populos ſub Pacis, & Juſticiæ Regula debeamus, ſalubriter gubernare. Quoniam autem noſtram ſimul in diverſis partibus, quas Sacri Imperii ambitus continet, non poſſumus exhibere præſentiam, ne aliquibus deſit noſtra vigilantia ad gubernandum eas, in quibus non adſumus, perſonas idoneas generis Nobilitate, & morum honeſta-

ſponte, & ex certa ſcientia, & animo deliberato, te, tuosque Hæredes, & deſcendentes tuos, & quemlibet tui hæredum, & deſcendentium tuorum in ſolidum pro Sacra noſtra Majeſtate Regia Romana, noſtros, & Sacri Imperii facimus, conſtituimus, ordinamus, & creamus Vicarios Generales & irrevocabiles, & perpetuo duraturos per omnia tempora vitæ noſtræ, dum tamen in noſtra, & Sacri Imperii fide, & obedientia perſiſtatis, Civitatum, & in Civitatibus, Territoriis, & Diſtrictibus, videlicet Civitate Papiæ, & ejus Territorio, & Diſtrictu, & eorum pertinentiis, & ſuper Comitibus de Lomello, etiam quantum ad Caſtra, poſſeſſiones, & bona ipſorum, quæ in Territorio Papienſi conſiſtere dinoſcuntur, tam in Terra, quam in Aqua, tam in Monte, quam in plano, Civitatis, ſeu in Civitate Placentiæ, Civitatis, ſeu in Civitate Novariæ, Civitatis, ſeu in Civitate Vercellarum, Civitatis, ſeu in Civitate Terdonæ, Civitatis, ſeu in Civitate Alexandriæ, Civitatis, ſeu in Civitate Pubii, ſeu Bobii, Civitatis, ſeu in Civitate Aſt, ſeu Aſtenſi, Civitatis, ſeu in Civitate Albæ, & de omnibus aliis Terris, Caſtris, Locis, & Villis Pedemontium, Civitatis, ſeu in Civitate Cumarum, Terræ, ſeu in Terra Cunei, Terræ, ſeu in Terra Montis vici, Terræ, ſeu in Terra Cevæ, Terræ, ſeu in Terra Demontis, Terræ, ſeu in Terra Canoleji, Terrarum, ſeu in Terris Viglevani, Caſſinarum, Baſtignanæ, ſeu Baſtimanæ, Locarni, Canalis, Barmei, ſeu Burmii, Blandrate, Fraſſineti, Claraſchi, Pezeti, Valenciae, Caxalis, Sancti Evaxii, Caſtri, ſeu Terrae, ſeu in Caſtro, ſeu in Terra Novi ſive Avoni, Terrae, ſeu in Terra, Caſtri, ſeu in Caſtro de Pontibus, Terrae, ſeu in Terra de Biaſcha, ſeu Habiaſcha, Pontis, ſeu Pontium, ſeu in, & de Pontibus ſuper Flumine Ticini, cum omnibus & aliquibus Terris, Caſtris, Locis, Villis, Communitatibus, Territoriis, & Diſtrictibus ipſarum, & ipſorum, & alicujus ipſarum & ipſorum. Item in, & de quibuscumque, qualibuscumque, quommodocumque, & quocumque Jure, quacumque ratione, cauſa, vel occaſione pertinentibus, ſpectantibus, ſeu adjacentibus Civitatibus, Terris, Caſtris, Villis, & Locis praedictis, ſeu alicui eorumdem. Item de aliis Civitatibus, Caſtris, Communitatibus, Terris, & Locis, quae in citramarinis, & ultramarinis partibus ad Sacrum Imperium pertinentibus per vos, & pro vobis, & veſtro nomine tenent, tenentur, reguntur, & poſſidentur, & in quibuscumque Juribus, & pertinenciis earumdem; & item in, & de omnibus Civitatibus, Terris, Territoriis, Villis, & Caſtris, Honoribus, Infeudationibus, Hominibus, & beneficiis, in quibus & de quibus, & ſuper quibus praefatus Genitor tuus per praefatum Genitorem noſtrum creatus, & conſtitutus fuit Vicarius; et item de omnibus Juribus, Infeudationibus, et Subjectionibus quibuscumque, et qualitercumque, et quocumque jure, et quacumque cauſa, et occaxione pertinentibus vel ſpectantibus praedictis Civitatibus, Caſtris, Villis, Terris, et Locis, et omnibus, et ſingulis praedictis, et cuilibet, vel alicui ipſarum, et ipſorum, vel ipſarum vel ipſorum. Et cum noſcamus plenius quod recolendae memoriae quondam Sereniſſimus Genitor, et Praedeceſſor noſter D. Carolus eumdem tuum Genitorem, ac ejus Haeredes, et per conſequens te, qui ejus Haeres exiſtis, praedictarum, et praedictorum omnium Terrarum, Dominorum, Civitatum, Caſtrorum, et Diſtrictuum ſuos, et Sacri Imperii Vicarios creavit, fecit, et realiter conſtituit, pro ut certarum Litterarum tenore ab eodem noſtro Genitore, et Domino per tuum praefatum Genitorem per ſe, et ejus Haeredes obtentae clarius edocent, quas in ſui roboris firmitate ipſius Genitoris tui meruit, actuae potitur promereri perſeverata fidei conſtantia permanſuras. Idcirco ſi varietate negociorum innumera, aut importuna precum inſtancia, ſeu aliter quommodolibet contra praefatas noſtri Genitoris Litteras, et eorum tenores, quis aliquas Litteras a ſaepe dicto noſtro Genitore quovis modo impetraſſet, aut a nobis in futurum quommodolibet impetraret, ſeu conceſſio per Praedeceſſores noſtros facta fuiſſet, ſeu per aliquem eorum proceſſiſſet, vel per nos fieret, ſeu procederet in futurum, quae tibi in Vicariatu, Infeudationibus, Jurisdictionibus, Honoribus, et Juribus quarumcumque Terrarum, aut alicujus, vel aliquarum earum Civitatum, Terrarum et Locorum, quas, et quae praefatus quondam Genitor tuus a praefato Genitore noſtro, ſeu a nobis, et Imperio quovis modo tenuit, poſſedit, ſeu aliquo tempore, quo in humanis agebat tamquam Sacri Imperii Vicarius gubernavit, quovismodo aliquibus poſſent, ſeu valeant praejuditium generare, ipſas quidem Conceſſiones, et Litteras per alium quemcumque quovis modo impetratas, vel quas in futurum impetrari contingent per quemcumque alium, ac etiam quamcumque conſtitutionem, creationem, ordinationem, et conceſſionem Vicariatus, et infeudationem, ac etiam quascumque Immunitates, Libertates, nec non Privilegia, quaecumque cujus alteri perſonae ſuper, vel in ipſis Civitatibus, Terris, Territoriis, Diſtrictibus, infeudationibus, Honoribus Jurisdictionibus, Imperiis, Juribus, et pertinentiis factas, et facta, conceſſas, et conceſſa, praeter quam praefato quondam Genitori tuo, tibi, et deſcendentibus tuis, vel alicui veſtrum, vel in futurum faciendis, vel facienda, concedendis, ſeu concedenda cuicumque alteri ex, et de noſtrae Regiae Romanorum poteſtatis plenitudine, omni modo, quo melius, et abſolute poſſumus, ex nunc, pro ut ex tunc revocamus, irritamus, annullamus, nullas et nulla, irritas, et irrita, nulliusque valoris, et momenti eſſe, et eſſe debere cenſemus, volumus, jubemus, mandamus, et decernimus ex certa ſcientia, deliberato animo, et cum conſilio ponderato, non obſtantibus aliquibus in contrarium, et maxime quibus in ipſis Concesſionibus, Conſtitutionibus, Immunitatibus, Libertatibus, Infeudationibus, Privilegiis, Beneficiis et Litteris, ſeu in aliqua, vel aliquo eorum, vel earum contineatnr, ſeu contineretur, vel in futurum contineri reperiatur, ſeu reperiretur, quod niſi totus tenor ipſarum Conſtitutionum, Concesſionum, Creationum, Immunitatum, Libertatum, Infeudationum,

Digitized by Google

num, Privilegiorum, Beneficiorum, & Litterarum sit in ipsarum, seu ipsorum revocatione, annullatione, irritatione, & declaratione de verbo ad verbum insertus, seu specifice descriptus, quod ipsæ revocationes, annullationes, irritationes, & declarationes sint nullius valoris, & momenti, ac etiam non obstante, quod in eisdem apposita foret aliqua alia clausula derogatoria, & maxime ista videlicet, non obstantibus quibuscumque Legibus, Constitutionibus, Consuetudinibus, Statutis, & Juribus Legalis, Communibus, Municipalibus, generalibus, vel specialibus, quibus omnibus juribus per Concessorem, Constitutorem, & Creatorem ipsorum, & ipsarum foret quovis modo derogatum, ac eciam non obstantibus, quæ in eis continentur; non obstantibus aliquibus aliis clausulis derogatoriis in ipsis, seu in ipsa quovis modo insertis, nominatis, vel specificatis, vel de quibus in eis, vel in ea fieret quovis modo mentio, ac etiam non obstantibus aliquibus aliis clausulis derogatoriis, quæ in ipsis reperiantur insertæ, quarum habentes plenam notitiam per respectum ad concessas, seu concessa ex certa scientia de eis obmittimus facere specialem mentionem. Volentes præsentem revocationem, & omnia & singula prædicta vires, robur, & effectum sortiri, ac si ipsæ clausulæ de verbo ad verbum forent in ea, & in eis insertæ, & specificatæ, & eis taliter specificatis foret per nos specialiter derogatum. Inque nostra præsenti Vicariatus constitutione, creatione, & ordinatione tibi, & tuis descendentibus, & cuilibet vestrum auctoritate Regia & de nostræ concedimus plenitudine potestatis, etiam in prædictis Civitatibus, Terris, Communitatibus, Castris, & Locis, quibus harum serie estis vos, & vestrum quilibet constituti Vicarii, in vos, & vestrum quemlibet transferimus plenam, meram, liberam, & omnimodam temporalem gladii potestatem, & jurisdictionem, nec non merum mistum, & absolutum imperium vice, & auctoritate nostris, & Sacri Imperii in eisdem Civitatibus, Terris, Communitatibus, Locis, Territoriis, & Districtibus, & ipsarum, & ipsorum, & cujuslibet ipsarum, & ipsorum pertinentiis, & juribus universis, nec non in rebus, & personis quibuslibet eorundem, & earumdem cujuscumque dignitatis, status, ordinis, præeminentiæ, vel condicionis existant; salva semper Ecclesiastica libertate, & plenam ac omnimodam potestatem exercenti prædicta & infrascripta per vos, vel alios Officiales, & Ministros vestros ad hoc deputatos, seu etiam deputandos, animadvertendi in facinorosos homines, & cohercionem quamlibet, quantumcumque magnam vel modicam, ratione prævia, & mediante justitia, exercendi, ut omnino sitis vos, & Hæredes vestri, vestrumque, & eorum quilibet quo ad omnia, & singula, quæ dici, & appellari possint, seu sint de mero, absoluto, & misto Imperiis, ac Jurisdictione qualibet generaliter quoad omnia et specialiter quoad singula, quæ in hujusmodi Jurisdictionibus & Imperiis includerentur, generaliter vel specialiter, Vicarii, Judices, Rectores, Potestates, & Administratores ordinarii, generales & speciales auctoritate nostra Regia constituti irrevocabiliter; dum tamen, ut præmittitur, in nostra, & Imperii Sacri fide, & obedientia permaneatis; damus insuper, & concedimus tibi, & descendentibus tuis, vestrumque cuilibet, & in te, & vestrum quemlibet transferimus pleno jure omnem auctoritatem, licentiam, & potestatem generalem, & specialem, imposiciones penarum, augmenti, & diminutionis, ac remissionis ipsarum, mulctas imponendi, & remittendi in causis & Negotiis contingentibus gladii potestatem, & cohercionem quamlibet exercendi; Ita quod in Civitatibus, Communitatibus, Terris, Castris, Locis, Territoriis, & Districtibus quibuslibet supradictis omnem vice nostra superioritatem obtineatis, jurisdictionem latissimam, & Imperia tibi, & descendentibus tuis, vestrumque cuilibet a Lege, velut & a nobis Lege animata in Terris commissa pleno jure, & generaliter, ac specialiter demandata. Et ut etiam apud Vos, & Hæredes vestros, vestrumque quemlibet, & coram vobis, & Hæredibus vestris prædictis, vestrumque quolibet possint tam contentiosa, quam voluntaria judicia exerceri ubique in Locis prædictis, & etiam extra Territoria supradicta, de rebus dumtaxat contractis, vel quasi contractis, seu de maleficiis, criminibus, & delictis, vel quasi commissis, & perpetratis inter Subditos, & Incolas, vel per Subditos, & Incolas prædictorum Locorum, vel etiam inter non Subditos & Incolas, sed in prædictis Territoriis contractis vel perpetratis. Volumus etiam, & concedimus, quod tu, & descendentes tui, & vestrum quilibet positis omnia, & singula supradicta, & infrascripta exercere per vos ipsos, & per alios, Judices a vobis, & vestrum quolibet generaliter constitutos, & specialiter delegatos; Ita quod omnino habeatis specialiter, & expresse, simpliciter & de plano, & cum causæ cognitione Judicis dandi licentiam semel, & sæpius, ac etiam removendi datum, & assum vel alios, cum causa, vel sine causa, quociens vobis, & cuilibet vestrum videbitur, subrogandi, positisque vos, & Hæredes vestri prædicti dare, & datos declarare Tutores, & Curatores nedum personis, sed etiam rebus, & bonis, possessionem bonorum concedere, & in ipsam mittere ex quacumque causa quantumque maxima, seu magna, Causas quascumque Capitales, Criminales, vel Civiles, maximas, magnas, vel minimas, etiamsi bonorum omnium, seu partis, aut status cujuslibet, seu libertatis, vel servitutis, personarum scientiam, & cognitionem requirant tibi, & vestrum cuilibet per vos ipsos, vel alios, quos elegeritis, committimus, & mandamus, & ipsorum decisionem, cognitionem delegationem, & subdelegationem concedimus pleno jure, fugitivorum inquisitionem, & insecutionem, ac punitionem, laqueationem, furium suspensionem, membrorum truncationem, bullationem in facie, fustium & ictus pertruncationem, Patriæ propriæ temporaliter, & perpetue, ac fori interdictionem, ad bestias, & aculeum damnationem, ignis incremationem, & totius corporis, vel partis debilitationem, & quamlibet aliam Vitæ condemnationem, ademptionem, relegationem quamlibet temporalem, vel perpetuam, etiam extra Territoria supradicta, limitum tuicionem, bonorum publicationem, Officialium Constitu-

tionem, & omnium criminum ordinariorum, publicorum & privatorum, enormium & facilium cognitionem, & decisionem, ejusdem decisionis, & cognitionis commissionem, in integrum restitutionem, abolitionem quamlibet in judicio, & extra, exercendi, & disponendi plenariam licentiam, & liberam facultatem, quodque ad te Vicarium, & descendentes tuos, & ad Judices per vos, & quemlibet vestrum deputandos devolvantur, & pertineant appellationes in quibuscumque causis criminalibus, vel civilibus, enormibus, vel facilibus, etiamsi nominatim, & expresse ad nostræ Maestatis audientiam fuerint interpositæ, & illas tanquam a nobis generaliter, aut specialiter appellationum ipsarum etiam ad nos interpositarum Judices, & Commissarii deputati positis cognoscere, & per nos vel alium, vel alios examinare, terminare, & definire, decretorum primi, & secundi interpositiones declarationis Dominii utilis, vel directi, ac cujuslibet alterius Juris, vel servitutis fiendas per nos, & vestrum quemlibet, vel alios committimus pleno jure expeditionem, impositionem, exactionem omnium Vectigalium, tam solitorum quam novorum, Tholoneorum, Monetarum, Gabellarum, Datiorum, & aliorum onerum, tam realium quam personalium, ac mistorum, angariarum, perangariarum, & censuum in Terra, & in Aqua impositionem; Feriarum, Nundinarum indictionem, Consuetudinum, & jurium Municipalium stabilitionem, constitutionem, & renovationem; Officiorum & Beneficiorum Collationem, insuper rebellium, qui sunt, vel fuerunt, vel erunt tam imperii, quam Urbium Imperialium, & præsertim prædictorum Locorum insecutionem, & punitionem; & generaliter omnia, & singula regalia quæcumque, quæ a Lege, Jure, vel Constitutione, vel Edicto, seu Consuetudine, aut aliter qualitercumque nostræ Serenitati, & Sacro Imperio competere dinoscuntur, ad te nostrum Vicarium, & tuos descendentes, & illos, quibus commiseritis, pertineant pleno jure, ita quod omnia emolumenta, redditus & proventus qualitercumque propter publicationes, vel confiscationes bonorum, impositiones pœnarum, exactiones vectigalium novorum, vel veterum, vel aliter quomodo proveniunt de Civitatibus, Comitatibus, Terris, Locis, Juribus, & pertinentiis prædictis ad vos, vestrumque quemlibet pertineant pleno jure, sine aliqua restitutione, & ratione nobis, & Sacro Imperio deinceps fienda, & in vestrum privatum patrimonium, seu erarium sicut volueritis convertantur; quæ omnia & singula prædicta facimus, habita deliberatione procerum nostrorum, & ex certa scientia omni auctoritate, baylia, tam ordinaria, quam absoluta, & omnibus aliis modis, quibus melius possumus, de nostræ plenitudine potestatis, dum tamen Civitates, Terræ, Castra, Communitates, Fortalicia, Loca, Districtus, & Territoria supradicta, & eorum quodlibet cum omnibus pertinentiis supradictis de nostra, & Sacri Romani Imperii Jurisdictione, Dominio, & proprietate consistant, non obstante quod prædicta, seu aliqua præmissorum dicerentur esse damnosa Fisco, vel Juri contraria, & non obstante quod secunda Jussio dicatur non interessse, & non obstante quod de aliquibus debuisset fieri mencio specialis, & omnibus aliis Legibus, Juribus, vel Consuetudinibus generalibus vel specialibus, quæ possent prædictis in aliquo obviare, non obstantibus quibuscumque; quibus omnibus, & singulis, in quantum obviare reperirentur quovis modo, de nostræ plenitudine potestatis, specialiter & expresse, ac ex certa scientia derogamus, & ipso jure derogatum esse per præsentes volumus, & jubemus. Insuper etiam similibus modo, & forma, & ad cautelam constituimus, facimus, & creamus, & ordinamus te, tuosque Hæredes, & descendentes, & quemlibet vestrum in solidum nostros, & Sacri Imperii Vicarios Generales in, & de Civitate Mediolani, & ejus Comitatu, Territorio & Districtu cum omnibus Jurisdictionibus, Imperiis, Honoribus, Libertatibus, Privilegiis, Beneficiis, Juribus & Pertinentiis prædictorum Civitatis, Comitatus, Districtus, & Territorii, ac etiam damus tibi, & prædictis Hæredibus tuis, & etiam transferimus in te Hæredesque tuos omnimodam & liberam potestatem faciendi, exercendi, gerendi, & exercere faciendi, omnia & singula, quorum tibi & Hæredibus descendentibus tuis supra concessimus generaliter, vel specialiter potestatem, vel facultatem faciendi, exercendi, & gerendi, & exercere faciendi respectu dictarum aliarum Civitatum, & Terrarum, & dictorum aliorum Jurium, ut ea possis, & possitis, & quilibet vestrum possit ita facere, gerere & exercere, & exerceri facere in prædictis Civitate, Comitatu, Territorio, & Districtu, sicut posses, possetis, & quilibet vestrum posset in dictis aliis Civitatibus, & Terris, in quibus concessa est potestas tibi, & prædictis Hæredibus tuis qualis supra est contenta; & hoc sine præjudicio alicujus & sine læsione aliqua Nobilis Militis, ac Honorandi Patrui tui Bernabovis de Vicecomitibus, & ejus Hæredum, ac alicujus ipsorum, & alicujus graciæ, & privilegii, ei, vel eis, vel alicui ipsorum concessæ, vel concessi, vel alicujus juris ipsis, vel alteri ipsorum competenti, pertinenti, vel spectanti in prædictis Civitate, vel in ejus Comitatu, Territorio & Districtu; Ita tamen quod præsens Concessio, quæ fit tibi, & Hæredibus tuis de prædictis Civitate Mediolani, ejus Comitatu, Territorio, & Districtu habeant talem, tantum, & non minorem effectum, qualem, & quantum haberet, si ipsa Concessio facta foret præfato Bernabovi, & tibi, & Hæredibus ipsius Bernabovis, & tuis, & utrique vestrum in solidum. Et hæc omnia facimus ex certa scientia, & cum similibus deliberatione, auctoritate, baylia, & modis quibus supra, & cum non obstanciis illis, de quibus supra fit mentio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Majestatis paginam, quæ de singulari nostro mandato, & de certa nostra scientia rite processit, infringere, seu ei, & contentis in ea quovis ausu temerario contraire, & sub pœna centum Marcharum puri auri, quas ab eo, qui contravenerit, tociens quociens contrafactum fuerit, irremissibiliter exigi volumus, & cum plena integritate componi ac earum medietatem nostri Regalis Erarii seu Fischi, residuam vero dictorum Vicecomitum Vicariorum & fidelium nostrorum usibus applicari, præsentium sub Regiæ Majestatis nostræ Sigillo Testimonio Litterarum. Datum

Digitized by Google

tum Pragæ anno Domini Milleſimo trecenteſimo octuageſimo, Indictione tertia XV. Kal. Februarii Regnorum noſtrorum Boemiæ anno decimo ſeptimo, Romanorum vero quarto.

XXIX.

Capitula ligæ, unionis atque fœderis inter Joannem Galeatium, Vice-Comitem Mediolani ac Vicarium S. R. I. generalem ab una; nec non Rempublicam Venetam ab altera parte, contra Ducem ac Communitatem Januæ, initi, d. d. 23. April. An. 1380.

INfra ſcripta ſunt Capitula Ligæ, Unionis, & Confœderationis contractæ, celebratæ, & ſolemniter firmatæ per Illuſtrem Principem, & Magnificum Dominum, Dominum Galeaz Vicecomitem Comitem Virtutum Mediolani, &c. Imperialem Vicarium Generalem pro Se ſuisque Filiis, & Hæredibus ex una parte, & Nobilem, & circumſpectum Virum, Dominum Petrum Comario Honorabilem Civem Venetiarum, Procuratorem Sancti Marchi, ſolempnem Ambaxiatorem, Syndicum & Procuratorem Illuſtris Domini Andreæ Contareno, Dei gratia Venetiarum &c. Ducis, nomine & Vice ipſius Domini Ducis, Communis, & Dominii Venetiarum ex altera parte videlicet.

Primo namque convenerunt dictæ Partes quod Illuſtris Dominus Comes Virtutum infra dies ſex proximos teneatur, & debeat diffidare, & diffidari facere Ducem, & Commune Januæ, pro ſe, & omnibus ſubditis, & fidelibus ſuis in perſonis, et ære & expellere, & expelli facere de toto Territorio & Dominio ſuo, ſuorumque Subditorum & fidelium omnes, & ſingulos Januenſes, eorumque Subditos, & fideles cum eorum mercanciis, rebus, & aliis quibuscumque præter illos, qui eſſent ad obedientiam Magnifici Domini Domini Bernabovis, vel ipſius Domini Comitis, ſuorumque Hæredum, & de quanto durabit præſens Guerra ipſos tractare, & tractari facere, & habere, & haberi facere tamquam publicos hoſtes, & inimicos ejus, durante præſenti Guerra Venetorum, & Januenſium.

Item quod ſtatim poſt factam diffidantiam ſuprascriptam teneatur, & debeat præfatus Illuſtris Dominus Comes claudere, & claudi facere, & clauſos tenere, & teneri facere juxta poſſe omnes ejus paſſus, ita, & taliter quod nullus poſſit traffigare, ſeu negociari de Terris, ſeu per terras, & Territoria ipſius Domini Comitis cum rebus, mercanziis, vel ſine cum Januenſibus prædictis, nec ire ad Partes Januenſes obedientes Communi Januæ, nec abinde redire, & qui omnes, & ſinguli euntes, vel redeuntes ut ſupra capiantur in ære, & perſonis per Officiales, & Gentes ipſius Domini Comitis ipſorum poſſe.

Item quod ſubſequenter ipſe Dominus Comes teneatur, & debeat infra dies quatuor a die factæ diffidanciæ movere Guerram, & moveri facere Januenſibus ſuper Territorio Januenſi, & tenere ſuis expenſis continue ad offenſas Januenſium Lanceas quatuor centum de Viris armigeris de tribus equis pro qualibet Lancea ſuper Riperia, vel Territorio Januenſi tanto tempore quanto ibi habiliter ſtare poterunt ad offenſas Januenſium; quando autem ſuper Territorio vel Riperia habiliter ſtare non poſſent, tunc teneantur, & ponantur ipſæ Lanceæ ſuper Fronteriis, & in Terris ipſius Domini Comitis propinquioribus Territorio Januenſi, pro ut ſecundum tempora eidem Domino Comiti melius videbitur & placebit; hoc acto, quod præfato Domino Comiti pro meliori videretur, & pro majori offenſa Januenſium convertere aliquam Partem expenſarum dictarum Lancearum quatuor centum usque ad ſummam ſtipendii Lancearum octuaginta, aut in proviſionibus dandis alicui ex Nobilibus, vel Popularibus Januenſibus, aut in Peditibus, liceat ipſi Domino Comiti hoc facere, ac in ejus diſpoſitione ſit; & ad prædicta teneatur, quousque de præſenti Guerra Venetorum, & Januenſium Pax facta fuerit, ſeu Tregua.

Item quod ſi, & quandocumque caſus occurreret, quod aliquæ Gentes armigeræ in magna quantitate de partibus ultramontanis, vel aliunde ingredi vellent Territorium præfati Domini Comitis, ſeu ingreſſæ forent dictum territorium; & intelligatur magna quantitas, quando eſſent Gentes in quantitate ſufficienti ad tenendum Campum ſuper Territorio ipſius Domini Comitis, vel quod eidem Domino Comiti, ejusque Filiis, & Hæredibus in partibus Lompardiæ, vel Pedemontium Guerra per aliquos moveretur, liceat ſibi revocare Gentes ſuas in totum, vel in partem juxta opportunitatem, ſemper tamen guerrizando contra Januenſes de Locis Fronteriis, Subditis, & Gentibus ſuis poſſe ſuo bona fide, & ſemper tenendo clauſos paſſus, & itinera pro poſſe ut ſupra, ipſasque ponere, & operari ad cuſtodiam, & defenſionem Territorii, & Terrarum ſuarum, & ad offenſionem offendentium, absque eo quod per hoc intelligatur præſenti Confœderationi, & Ligæ in aliquo contrafactum. Ita tamen quod ceſſantibus caſibus ſupraſcriptis teneatur ipſe Dominus Comes dictas Gentes ſuas revocatas remittere, reponere, & retinere ad offenſas Januenſium pro ut ſupra in alio Capitulo proxime dicto continetur, quo usque præſens Guerra duraverit.

Item quod liceat, & licitum ſit prædictis Domino Duci, & Communi Venetiarum facere, ſeu fieri facere pro ſuo beneplacito voluntatis de præſenti Guerra Pacem, vel Treguam non præjudicialem dicto Domino Comiti, nec ejus Hæredibus, nec ipſorum Statui, & honori cum Januenſibus, & Colligatis eorum communiter vel diviſim. Ita tamen quod prædicti Dominus Dux, & Commune Venetiarum teneantur, & debeant in omni Pace, ſeu Tregua ad quam ipſos cum Commune Januæ venire contingit, includere nominatim, & effectualiter præfatum Illuſtrem Dominum Comitem, ejusque Filios, & Hæredes, ejusque Colligatos, & Adhærentes cum omnibus Civitatibus, Terris, Caſtris, & Locis, & quæ ad præſens tenet, ſeu gubernat, & regit aut ejus, vel ſuorum Adhærentium nomine tenentur, & regiuntur, aut regentur, vel gubernabuntur, ſi eidem Domino Comiti, vel Hæredi-

redibus, notificatione sibi facta, ante conclusionem dictæ Pacis vel Treguæ includi placuerit in ipsa Pace, seu Tregua cum Januensibus, & aliis, qui se immiscuerint in præsenti Guerra, & quod etiam similiter ipsum includere teneantur in Pace, seu Tregua, ad quam ipsos cum Colligatis ipsorum Januensium venire contingat, si ipsi Domino Comiti, vel Filiis, & Hæredibus ejus includi placuerit in ipsa Pace, seu Tregua, notificatione facta ante conclusionem ut supra; & etiam cum hoc Pacto expresso, quod quidem Pactum dicti Domini Dux, & Commune Venetiarum teneantur, & debeant apponere in Contractu Pacis, vel Treguæ, in qua ipse Dominus Comes, vel sui Filii, vel Hæredes inclusi fuerint, & includi voluerint, videlicet quod Commune Januæ, vigore dictæ Pacis, vel Treguæ satisfaciant integre ipsi Domino Comiti, suisque Filiis, & Hæredibus infra illos terminos breviores declarandos in Pace, vel Tregua qui poterunt obtineri per ipsos Dominum Ducem, & Commune Venetiarum, de Florenis ducentis viginti quinque millibus auri in una Parte, quæ est Pars, sive restum Summæ Florenorum tricentorum millium, quos Januenses promiserunt dare, & solvere Magnifico quondam Domino Galeaz, Vicecomiti claræ memoriæ, tempore quo facta fuit Pax inter Magnificum & Excelsum Dominum, Dominum Bernabovem, & præfatum quondam Magnificum Dominum Galeaz ex una parte, & Januenses ex altera, pro ut constat Instrumento rogato, & imbreviato per Antonium de Credentia quondam Conradi Notarium, & scripto jussu ipsius per Antonium de Planis de Clavano quondam Symonis Notarium, & subscripto per Vassallinum de Boxiis Filium quondam Domini Jacobi Notarium Mediolani anno Dominicæ Nativitatis millesimo tercentesimo sexagesimo septimo, Indictione quarta secundum Cursum Civitatis Januæ, & Indictione quinta secundum Cursum Civitatis Mediolani die tercio mensis Julii; Ita tamen, & hoc specialiter apposito, quod si breviores termini obtineri non possent, declarentur per ipsos Dominum Ducem & Commune Venetiarum in pace, seu Tregua fienda, quod a die fiendæ Pacis, vel Treguae, teneantur Commune, & Dominium Januæ, integre satisfeciſſe eidem Domino Comiti, suisque Filiis, & Hæredibus infra quindecim annos post Pacem factam, sive Treguam, solvendo omni anno in Civitate Papiæ pro rata totam prædictam summam Florenorum ducentum viginti quinque mille auri. Salvo semper in qualibet parte præsentis Capituli, quod si per Januenses probaretur, & ostenderetur, quod de dicta Summa Florenorum ducentum viginti quinque mille auri solviſſent præfato Domino Comiti, seu Magnifico quondam Domino Galeaz Genitori suo claræ memoriæ, vel eorum Nunciis legitimis Florenos septem mille quinque centum, quod tunc, & eo casu dicti Januenses non teneantur ad solutionem illius quantitatis, quam se solviſſe legitime probarent ex dicta quantitate dumtaxat Florenorum septem mille quinque centum; & consimiliter, & etiam modo, forma, & Pactis prædictis teneantur, & debeant ipsi Commune, & Dominium Januæ satisfeciſſe eidem Domino Comiti, suisque Filiis, & Hæredibus de Florenis quinque millibus quingentis auri occasione dampni certæ quantitatis salis ipsius Domini Comitis, & quod aliter Pacem, vel Treguam facere non possint.

Item eo addito, & expresse declarato ad suprascriptum proxime Capitulum, quod si dicti Januenses non solviſſent singulas pecuniarum quantitates de dicta summa ducentum viginti quinque mille florenorum dicto Domino Comiti; seu Filiis, & Hæredibus suis per singulos terminos quos apponi contingat per dictos Dominum Ducem, & Commune Venetiarum in dicta Pace, vel Tregua, quam fieri contigerit, inter dictos Dominum Ducem, & Commune Venetiarum ex una parte, & Januenses ex altera, in qua ipse Dominus Comes, seu Filii, vel Hæredes sui inclusi fuerint, & includi voluerint, ut supra, tunc, & eo casu præfati Dominus Dux & Commune Venetiarum teneantur curare, facere, & operam cum effectu dare, quod dicti Januenses infra tres menses post singulos terminos, quos apponi contigerit in dicta Pace, vel Tregua ut supra satisfacient integre ipsi Domino Comiti, suisque Filiis, & Hæredibus dictam quantitatem pecuniæ dictorum ducentum viginti quinque mille Florenorum.

Item quod prædicti Dominus Dux, & Commune Venetiarum in prædicta Pace, seu Tregua fienda, in qua ipse Dominus Comes, seu Filii, vel Hæredes sui inclusi fuerint, & includi voluerint, addicere, & inserere teneantur, & debeant hoc Pactum expresse videlicet, quod vigore ipsius Pacis, seu Treguæ dimittantur, relaxentur, & restituantur cum effectu eidem Domino Comiti, suisque Filiis, & Hæredibus, Adhærentibus Sequacibus, atque Subditis omnes Terræ, Villæ, & Fortiliciæ, ac Territoria, quas, & quæ eisdem, seu alicui eorum aliquo modo, durante Guerra prædicta, per Januenses, seu eorum Colligatos, Sequaces, vel Subditos occupari contingeret, quod absit, & quod aliter Pacem, vel Treguam facere non possint sub pœna, quam in Contractu Pacis, seu Treguæ apponi contigerit.

Item quod si forsan præfato Domino Comiti, Filiis, vel Hæredibus suis notificatione facta ante conclusionem Pacis, vel Treguæ, ut præmittitur, non placuerit includi in ipsa Pace, seu Tregua, ut supra, & modo, & forma superius in aliis Capitulis contentis liceat Domino Duci, & Communi Venetiarum facere, Pacem, vel Treguam pro beneplacito suo, non præjudicialem tamen dicto Domino Comiti, nec ejus Hæredibus, nec ipsorum Adhaerentibus, Colligatis, Sequacibus, et Subditis, nec ipsorum Statui, et honori, ut superius dictum est; salvis nihilominus semper Capitulis suprascriptis, et infrascriptis in omnibus, et per omnia, sicut jacent.

Item quod intelligatur Pax, seu Tregua praejudicialis vigore cujus Dominus Dux, et Commune Venetiarum darent, seu praeberent, per se vel alium, palam vel occulte, alicui Communitati, vel personae auxilium, vel favorem, vel contra ipsum Dominum Comitem, Civitates, Terras, Loca, et Subditos, seu ipsius Adhaerentes, et bona eorumdem, vel in dampnum praedictorum vel alicujus ipsorum, seu etiam cujus vigore obligarentur ipse Dominus Comes, ejus Civitates, Terrae, Loca, seu Subditi, Adhaerentes, et Sequaces, et Loca quae tene-

Digitized by Google

tenerent, ad aliquid dandum, faciendum vel remittendum praedicto Communi Januae, aut alteri cuicumque Communitati, Universitati, seu Personae, cujuscumque gradus, dignitatis, et conditionis existeret, seu etiam vigore cujus praefatus Dominus Comes, seu Civitates, Terrae, Loca, et Subditi, seu ipsius Adhaerentes, et Sequaces, et Loca, quae tenerent, remanerent extra inclusionem Pacis, vel Treguae, ac ipsius effectum vel commodum. In casu, quo eidem Domino Comiti, suisque Filiis, et Haeredibus includi placuerit in Pace, vel Tregua fienda, pro ut in suprascriptis aliis Capitulis continetur; et generaliter vigore cujus status tam praesens quam futurus tempore dictae Pacis, vel Treguae ipsius Domini Comitis, Civitatum, Terrarum, Locorum, et Subditorum ipsius, seu Adhaerentium, et Sequacium suorum, et eorum quae tenent, vel tenerent, in aliquo laederetur, turbaretur, damnificaretur, vel dimmineretur.

Item quod Adhaerentes, et Sequaces praefati Domini Comitis, et Filiorum suorum, et Haeredum intelligantur esse illi, qui sunt, vel erunt usque ad Tempus Pacis vel Treguae Adhaerentes, et Sequaces sui in partibus Lompardiae, et Pedemontium, et in Territorio, et Riperiis Januensibus, et in Diocaesi Limensi.

Item quod pro Tregua, quae per dictos Dominum Ducem, & Commune Venetiarum cum Commune Venetiarum cum Commune Januae de praesenti Guerra fieret ad sex menses, vel abinde infra pro una vice tantum, non teneantur ipsi Dominus Dux, & Commune Venetiarum dicto Domino Comiti, Filiisque, & Haeredibus suis ad ea, quae in casu Pacis, vel majoris Treguae fiendae, tenerentur vigore Capitulorum suprascriptorum. Salvis semper suprascriptis, & infrascriptis Capitulis.

Item quod Pace facta, seu Tregua inter praedictos Dominum Ducem, & Commune Venetiarum ex una parte, & Commune Januae ex altera, si, & quandocumque, & quocienscumque infra tempus sex annorum a die praedictae Pacis, seu Treguae per aliquem Dominum, seu Principem, cujuscumque status, gradus, vel praeheminentiae existat, nemine excepto, vel aliquas Communitates, seu Congregationes Gentium praefato Domino Comiti, seu Filiis, & descendentibus suis, Guerra moveretur, vel aliter quoquo modo turbaretur Status ipsorum, teneantur, & debeant Dominus Dux, & Commune Venetiarum infra unum mensem a die, quo super hoc Dominus Dux, aut per Litteras, aut per Nuncios ipsius Domini Comitis, seu Filiorum & Haeredum ejus fuerit requisitus mittere in subsidium ejusdem Domini Comitis pro defensione status sui, Adhaerentium, Sequacium, & Subditorum suorum, & offensione offendentium Lanceas quatuor centum bonorum virorum armigerorum de tribus equis pro qualibet Lancea, ipsasque manutenere eorum sumptibus in servitio dicti Domini Comitis ut supra in partibus Lompardiae, & Pedemontium, quousque novitas, & Guerra duraverit, intelligendo Guerram moveri eidem Domino Comiti, quando aliquis, quicumque sit, & cujuscumque conditionis existat, nemine excepto ut supra primo hostiliter invaserit Territorium, aut Locum occupaverit, seu Loca ipsius Domini Comitis, vel suorum Adhaerentium Sequacium, vel Subditorum in partibus dumtaxat superius declaratis, hoc addito, quod si ipsi Dominus Dux, & Commune Veneciarum in Subsidium dicti Domini Comitis mittere non possent, aut non vellent dictas Lanceas, teneantur infra terminum suprascriptum mittere eidem Domino Comiti stipendium ipsarum Gentium in pecunia ad computum Florenorum viginti unius pro qualibet Lancea computatis provisionibus, & sic omni mense succesive, Guerra & novitate durante. Hoc addito & expresse declarato, quod si contingeret infra tempus suprascriptorum sex annorum praefatum Dominum Comitem, ejus Filios, & Haeredes, per se vel alium Guerram facere, vel movere contra Marchionem Montisferrati, seu contra Terras, Loca, vel Territoria, quae per ipsum, seu ejus nomine tenerentur, vel regerentur, & casus contingeret, quod Commune Januae aut faceret Ligam cum praedicto Domino Marchione, seu Adhaerentibus, & Colligatis ejus, praestando sibi juvamen ex Liga praedicta aut aliter quoquo modo palam vel occulte, praeberet auxilium, vel juvamen eidem Marchioni, seu Colligatis, & Adhaerentibus suis, quod tunc, & eo casu praedictus Dominus Dux, & Commune Venetiarum teneantur, & sint astricti infra unum mensem, postquam dictus Dominus Dux requisitus fuerit ut supra, mittere in subsidium ejusdem Domini Comitis suprascriptas Lancias quatuor centum, ipsasque manutenere in ejus servicio ut supra, donec dicta Guerra durabit infra tempus praedictorum sex annorum, vel tantam pecuniam transmittere, quanta sit sufficiens ad solutionem dictarum Lanciarum quatuor centum ad computum suprascriptum. Hoc tamen declarato, quod per contribucionem praedictam praedicti Dominus Dux, & Commune Venetiarum non intelligantur intrare Guerram cum illo, vel illis, contra quem, vel quos fiet dicta contributio, remanente tamen semper firma obligatione dictae Contribucionis Lanciarum quatuor centum, ut supra in praesenti Capitulo continetur.

Item quod Dominus Dux, et Dominium Venetorum quo usque Pax facta fuerit cum Januensibus, et post Pacem per annos tres teneantur, & debeant dare, seu dari facere praefato Illustri Domino Comiti, suisque Filiis, & Haeredibus, seu eorum Officialibus omni anno pro dictis temporibus, videlicet de anno in annum, de tempore in tempus, secundum quod ab ipsis fuerit requisitum per praefatum Dominum Comitem, seu Officiales ejus, modia duo millia Veneta salis maris pro usu Civitatum, & Terrarum ipsius Domini Comitis, videlicet pro illo pretio, & aequalis bonitatis, de quo tenentur dare, seu dari facere Magnifico Domino Domino Bernabovi secundum formam Ligae contractae inter ipsum Magnificum Dominum Dominum Bernabovem ex una parte, & Dominum Ducem & Commune Venetiarum ex altera, vel pro illo pretio, quo dictus sal conductus in Papia non veniat carior eidem Domino Comiti illo, quem nunc habet a Janua, computatis expensis conducturae a Janua usque Papi-

Digitized by Google

Papiam; quod quidem pretium est, facto calculo, Florenorum - - - - - pro modio Veneto conducto Papiam; & in casu quo præfati Dominus Dux, & Commune Venetiarum non haberent de dicto sale maris, ita quod de ipso dare non possent teneantur, & debeant dare eidem, aut suis Officialibus, de Sale Ystriæ, aut Sclavoniæ, pro illo pretio, quo ista ultima vice dederunt præfato Domino Comiti, aut officialibus ejus, ita quod in arbitrio ipsorum Domini Ducis, & Dominii Venetorum sit facere alterum de suprascriptis duobus partitis pro eorum beneplacito voluntatis; Et facta semel electione de altero ex partitis ab ipsa recedere non possint, nisi cum voluntate præfati Domini Comitis, declarando quantum venit, seu constat modium salis maris conductum a Venetiis Papiam, computatis omnibus expensis.

Item quod Dominus Dux, & Commune Venetiarum contribuere, & solvere teneantur, & debeant tertium Deluci, seu perditæ omnium victualium, quæ tam per Magnificum Dominum Dominum Bernabovem, quam per ipsum Dominum Comitem mittentur super Territorio Januensi pro victu Gentium dictorum Dominorum, ubicumque fuerint super Territorio Januensi, computatis expensis compræ, conducturæ, perditæ, & periculi; Ita tamen quod dicta contributio dictæ tertiæ Partis non excedat summam Florenorum mille singulo mense.

Item quod dictus Dominus Dux, & Commune Venetiarum teneantur, & debeant contribuere, & solvere tertium omnium expensarum fiendarum pro dampno & offensione Januensium, aut in provisionibus nobilium, vel popularium Januensium, aut in Tractatibus fiendis contra Januenses, aut prædictorum occasione in Guastatoribus, Guidis, Nunciis, & Spiis, et hujusmodi, et consimilium aliarum expensarum extraordinariarum, quæ necessariæ, vel utiles videbuntur ad dictum, et deliberationem concorditer fiendam per tres deputandos super hoc, videlicet unum per ipsum Dominum Comitem, et alium per Dominum Ducem, et Commune Venetiarum.

Item convenerunt, quod Illustris Dominus Dux cum suis Consiliis per suas Patentes Litteras bullatas solita bulla plumbea, prædicta omnia, et singula ratificabit, approbabit, et confirmabit, ac de novo complebit, firmabit præsente, recipiente et stipulante Nuncio, seu Procuratore præfati Domini Comitis ad hoc deputato vel deputando, et hoc infra octo dies, postquam per Nuncium, seu Procuratorem præfati Domini Comitis fuerit requisitus.

Quæ omnia et singula suprascripta pro ut supra specificata sunt præfatus Illustris, et Magnificus Dominus Comes Virtutum pro se suisque Filiis, et hæredibus ex una parte, et Nobilis, et Circumspectus Vir Dominus Petrus Cornario Honorabilis Civis Venetiarum ex altera parte, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, et concurrentibus omnibus solemnitatibus tam juris, quam facti, quæ in talibus requiri, et apponi consveverunt, seu sunt necessariæ, vel opportunæ, sibi ad invicem promiserunt observare, curare, facere, et inviolabiliter attendere, et in nullo contrafacere, vel venire sub pœna, et in pœna Florenorum centum millium auri per Partem contrafacientem Parti servanti effectualiter persolvenda, quæ pœna toties committatur, et exigi possit cum effectu, quoties fuerit contrafactum, seu non servatum, ratis semper, et in sua firmitate manentibus præsenti Contractu, et omnibus, et singulis in eo contentis, et etiam sub pœna refectionis damni, et expensarum exinde fiendarum, de quibus credatur nudo, et simplici verbo ejus, cui non esset servatum, absque Sacramento, et alia probatione.

Renunciantes suprascripti Dominus Comes, et Dominus Petrus, dictis nominibus, et exceptioni prædictorum omnium, et singulorum, non sic conventorum, promissorum, gestorum, et contractorum, ut superius continetur, ac exceptioni doli mali, quod metus causa, sine causa, vel ex injusta causa, et fori Privilegio, ac etiam cuilibet auxilio juris tam Canonici, seu Civilis, quam Municipalis, et Juri Consvetudinario, et cuicumque alteri juri, per quod vel cujus vigore contra prædicta, vel aliquod prædictorum, dicere, venire, facere, vel allegare posset quommodocumque, et specialiter Juri dicenti generalem renunciationem non valere.

Obligantes etiam sibi invicem pro validiori observatione omnium, et singulorum suprascriptorum, videlicet præfatus Dominus Comes omnia sua bona mobilia, et immobilia, et prædictus Dominus Petrus, dictis nominibus omnia bona mobilia et immobilia antefati Domini Ducis, et Communis Venetiarum, et omnium eorum, quorum Nuncius et Procurator est. Quæ bona omnia prædicti Contrahentes suprascriptis nominibus in casu, quo contrafactum fuerit in aliquo constituerunt se precario pro parte altera possidere usque ad integram satisfactionem pœnæ, vel pœnarum commissæ, vel commissarum, mandantes dictæ Partes nominibus, quibus supra, Ser. Desiderato Lucio de Venetiis Notario Ducalis Aulæ Venetiarum, et mihi Pasquino de Capellis Notariis infrascriptis, quatenus de prædictis omnibus et singulis, et quolibet Capitulorum suprascriptorum, si fuerit expediens, faciant unum, et plura ejusdem tenoris publica Instrumenta.

Actum Papiæ in Castro habitationis præfati Illustris Principis Domini Comitis Virtutum in quadam Camera superiori ipsius Domini Comitis de versus Zardinum; præsentibus spectabilibus Militibus Dominis Manfredo Marchione Saluciarum, et Jacobo de Verme de Verona, ac Egregiis, et Sapientibus Legum Doctoribus Dominis Bartholomeo de Placentinis de Parma, Pinoto de Pinotis, Filippo de Caxolis ambobus de Regio, et Rizardo de Villanis de Mediolano, ac Egregiis Viris Domino Johannolo de Casate, Milite, Antoniolo de Porris, Thomaxio de Capitaneis de Vicomercato et Petro de Stampis omnibus quatuor de Mediolano, nec non Sapiente Legum Doctore Domino Desiderato, Filio quondam Domini Henrici de Luschis de Vincentia, ac Prudenti Viro Gerardo de Guazonibus de Cremona Testibus ad præmissa vocatis, et rogatis.

Anno

Digitized by Google

Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo tricenteſimo, octuageſimo, die Lunæ vigeſimo tertio Aprilis, hora vigeſima ſecunda; Indictione tertia.

XXX.

Inſtrumentum pacis inter Johannem Galeatium, Vice-Comitem Mediolani atque Vicarium S. R. Imp. nec non Theodorum, Montisferrati Marchionem die 16. Januar. Anno 1382. initæ.

In Chriſti Nomine Amen.

QUoniam omnia bene gerentur, & ſingula, ſi rei principium fiet decens, & amabile Deo. Ideo ad laudem Omnipotentis Dei, ejusque Matris Sanctiſſimæ Mariæ Virginis glorioſæ, Johannis utriusque Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, & Beati Ambroſii, ac Beati Antonii, totiusque cœleſtis Curiæ.

Quoniam ſeminante infelici nefando auctore Zinzaniæ, & emulo converſacionis humanæ, qui præmeditatis maliciis, ut ſcelerum materiam præparet, & inducat, & ut pacificas, & recte diſpoſitas mentes pervertat, & ſtatum pacificum, & tranquillum revolvat, & ad pravitates deducat, & hominum intra ſcelerum vias detineat, & involvat: Dudum retroactis temporibus inter Parentes, aliosque Prædeceſſores infraſcriptorum Dominorum Guerræ, contemptiones, diſcordiæ, & debata multiplicata longis retroactis temporibus viguerunt, quæ poſtmodum velut jus hæreditarium ex Jure quodam Succeſſionis ad infraſcriptos Dominos ſint deductæ, qui cum ſtricto cognationis vinculo connectantur, & ex mutua, & diurna converſatione fraterno amore ſe ad invicem diligant ex innato, volentes eam in totum tollere, extingvere, & delere ſic quod inter ipſos non amplius materia debellandi, & quod Bellorum calamitas introduxit, Pacis lenitate protinus deleatur. Ideo Illuſtris Princeps & Magnificus Dominus Johannes Galeaz Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani, Papiæ &c. Imperialis Vicarius generalis, natus recolendæ memoriæ quondam Magnifici Domini, Domini Galeaz Vicecomitis &c. pro ſe Colligatis, Adhærentibus, Vaſallis, Subditis, & Sequacibus ſuis quibuscunque, & ipſorum nomine ex una parte, & Illuſtris, & Magnificus Dominus Dominus Theodorus Marchio Montisferrati pro ſe, & vice, & nomine Illuſtris Domini Gvilielmi Fratris ſui, & pro ſuis Colligatis, Adhærentibus, Vaſſalis, Subditis, & Sequacibus quibuscumque, & ipſorum nomine, & ſpecialiter, vice, & nomine Terrarum, & Locorum, ac Univerſitatum, & Communitatum infraſcriptorum Locorum, & cujuslibet eorum in ſolidum, pro quibus Locis infraſcriptis Dominus Marchio promiſit, & promittit ſolempniter de rato nobis Notariis infraſcriptis ſtipulantibus, vice & nomine omnium quorum intereſt, intererit & intereſſe poterit, quæ Terræ, Communitates, & Loca ſunt infraſcripta videlicet; Civitas Albæ, Monſvicus, Vulpianum, Verolengium, Caluſium, Sanctus Rafael, Caſtignetum, & Villarium, Piperaginum, Bovifium Bruſaporcellum, Margarita, & Bennæ ſuperiores cum omnibus & ſingulis Fortiliciis, Subditis, & Villis Diſtrictibus cujuslibet dictorum Locorum, qui, & quæ ſunt ſub obedientia præfati Domini Marchionis vel Communitatum dictorum Locorum ex parte altera Sponte, deliberate, pure, benivole & ex certa ſcientia, nullo errore ducti, omnibus via, modo, & forma quibus melius & efficacius potuerunt, & poſſunt, ac etiam intervenientibus præſentialiter ſolempnitatibus quibuscumque tam facti quam juris, quæ in talibus ſunt neceſſariæ, et faciunt, inierunt et iniunt, contraxerunt et contrahunt ad invicem et viciſſim, ſtipulacione ſolemni, puram, meram, liberam, ſtabilem, ſolempnem et irrevocabilem Pacem, et Concordiam, favente Altiſſimo, perpetuo duraturam inter prædictos, eorumque Succeſſores quoscumque de omnibus Guerris, rixis, offenſionibus, læſionibus et perturbationibus vigentibus, ſeu etiam quæ viguerunt, ſeu ortæ, agitatæ, ventilatæ ſeu illatæ fuerunt inter Partes prædictas, vel aliquam ex eis, ſeu eorum, ſeu alicujus eorum Anteceſſores, vel Prædeceſſores, ſeu eorum, vel alicujus eorum Officiales vel Adminiſtratores hinc retro usque in præſentem diem, et etiam inter ipſorum et cujuslibet eorum Colligatos, Adhærentes, ſeu ipſorum cujuslibet Subditos, et Sequaces quoscumque, vel aliquas quascumque gentes, et Perſonas Partium prædictarum, vel alicujus eorum, quæ in prædictis, vel aliquo prædictorum ſe intromiſerunt, vel cauſam, ſeu occaſionem ad aliquod prædictorum præſtiterint, vel quomodolibet immiſcuerunt in prædictis, vel aliquo prædictorum usque in præſentem diem quacumque occaſione, vel cauſa, ſub modis tamen, formis, Conventionibus, Pactis et Capitulis infraſcriptis videlicet ut infra.

Primo namque convenerunt dictæ Partes ad invicem et viciſſim, quod de cætero ad invicem non movebunt Guerram, neque rixam, neque injurias, neque dampna inferent, videlicet una Pars adverſus alteram, vel aliquem ex ea vel contra; & quod etiam alicui inferenti, ſeu movere, facere, vel inferre volenti, vel attemptanti ullatenus non dabunt reductum, nec victualia, nec dari permittent, immo pro poſſe prohibebunt, nec etiam præſtabunt prædictis nec alicui prædictorum auxilium, conſilium vel favorem.

Item, quod dicti Contrahentes fecerunt, & faciunt, ſuo proprio nomine, & vice, & nominibus, quibus ſupra, ſolempnitatibus quibuscumque intervenientibus ut ſupra, etiam ſtipulatione ſolempni ibidem interveniente, ſibi ad invicem & viciſſim, remiſſionem, liberationem, & quietationem, renunciationem, finem ſolempnem, & refutationem de omnibus, & ſingulis Guerris, odiis, rancoribus, inimicitiis, diſſenſionibus, depopulationibus, injuriis, homicidiis, incendiis, robatiis, dampnis, ſpoliis, rapinis, poenis, intereſſe, expenſis, offenſis, læſionibus et nocumentis quibuscumque, quomodo-

Digitized by Google

modocumque, & qualitercumque inter dictas Partes, seu alteram ex eis, sive per se, vel per alium, seu alios, seu etiam Colligatos, Adhærentes, complices, Sequaces, Subditos, Cives, Homines, Districtuales, vel alias quascumque Personas, seu Gentes Partium prædictarum, seu alicujus earum, communiter vel divisim, hinc retro factis, datis, commissis, perpetratis, illatis, vel aliter quoquo modo occursis; ita & taliter quod ex nunc remissa, sopita, extincta, abolita, & generaliter et specialiter, ipso jure & ipso facto, perpetuo sint & esse intelligantur, inter Partes prædictas, earum Colligatos, Adhærentes, Sequaces, Complices, & Subditos ipsorum & cujuslibet prædictorum Hæredes, & Successores praedictos, omnia odia, omnes injurias, extorsiones, et dampna quaecumque, ac etiam omnes poenae conventionales, seu legales, homicidia crimina, & delicta etiam magna, & maxima, facta, data, illata, vel occursa, vel qualitercumque, vel quommodocumque obvenientia actu, verbo, vel scripto, seu quæ venerunt in Guerris prædictis, et earum occasione per unam Partem alteri, & alteram alteri, vel per ipsarum Partium Complices, Adhærentes, & Sequaces, Subditos Stipendiarios, & alias Personas cujuscumque sint generis usque in præsentem diem, salvis tamen Capitulis infrascriptis et contentis in eis,

Acto tamen per Partes, & inter Partes prædictas per Pactum expressum solempni stipulatione hinc inde vallatum ante praesentem Pacem, & Contractum, & in ipsa Pace & Contractu, in principio, medio, & fine præsentis Pacis & Contractus appositum, et conventū etiam cum protestatione solempni, et aliter non facturi, quam per præsentem Pacem, & per præsentem Contractum, remissionem, liberationem, quietacionem, renunciationem, finem, refutationem, & acceptilationē supra vel infra factam, seu factas de Guerris, injuriis, depopulationibus, robariis, dampnis, spoliis, rapinis, interesse, poenis legalibus & convencionalibus, offensionibus, laesionibus & nocumentis, & aliis suprascriptis, & infrascriptis, & quod per aliqua in praesenti Pace, & Contractu suprascripta, vel infrascripta, & contenta non intelligantur Domini praedicti, vel etiam aliquis ipsorum principaliter contrahentes praejudicare, nec derogare alicui juri, nec alicui actioni reali, personali, vel mixtæ, vel alii cuicumque competentibus, seu quae competant, vel competere possint aliqua occasione, ratione, vel causa ipsis Dominis, vel ipsorum alteri tam ex praedictis, & aliis supra, vel etiam infra remissis, quitatis, vel acceptolatis, & aliis quibuscumque suprascriptis, & infrascriptis, vel praedictorum occasione, quam ex quacumque alia occasione, ratione, vel causa in aliquibus, vel aliqua Civitate, Terra, Castro, Burgo, Fortilicia, vel eciam ad ipsas res, vel aliquam ipsarum, vel etiam pro ipsis rebus, vel ipsarum, seu alterius earum occasione, qui, & quae ad praesens per dictas Partes, vel alteram partium praedictarum, vel aliquam ex ea reguntur, vel gubernantur, quin imo jura praedicta, et actiones praedictae, & officium Judicis & quodcumque jus ipsis Partibus, vel alteri ipsarum competentes, & competentia, & quae competere possent in rebus praedictis, seu ad ipsas res, vel pro ipsis rebus, vel ipsarum, seu alicujus earum occasione ex causis praedictis & aliis rationibus, & occasionibus quibuscumque intelligantur, & sint, & censeantur, & fingantur, hujus Conventionis, & reservationis vigore, et occasione, & de Partium voluntate, & consensu, salva esse, & reservata in omnibus, & per omnia illi, & illis ex Dominis antedictis cui, & quibus competunt, seu competere possunt, praesenti Contractu, & remissionibus, ac liberationibus, & aliis suprascriptis, & infrascriptis in aliquo non obstantibus.

Quibus juribus liceat utrique Partium prædictarum uti per modum, & viam juris, & non facti, ita quod ad Guerram & rixam contra præsentem Pacem præveniri, vel promoveri non possint.

Item convenerunt, & ad invicem, & vicissim solempniter promiserunt & disposuerunt, ac etiam nobis Notariis infrascriptis ut Personis publicis stipulantibus, & recipientibus vice & nomine omnium, quorum interest, intererit seu interesse poterit, promiserunt pro omnibus & singulis, qui in præsenti Guerra, seu Guerris præteritis, vel aliqua earum, quæ inter prædictos Dominos, seu ipsorum Prædecessores aliquo tempore hinc vetro viguerunt, & adhæserunt Partibus prædictis, seu alicui ex eis, vel ipsorum, seu alicujus ipsorum Prædecessoribus, vel qui in favorem alicujus Partium, & Adhærentium, Sequacium, Colligatorum & Subditorum, & cujuslibet eorum, vel Prædecessorum ipsorum Dominorum, vel alicujus ipsorum statum, res, vel bona, ac ipsorum Hæredibus, & Successoribus sint, vigore præsentis Contractus remissa, & remissæ, & acceptolatæ, & remittunt, & acceptoferunt prædictis omnibus & singulis, omnes et singulas injurias, dampna, et offensas quaslibet, quæ occasione, vel causa Guerrarum prædictarum, vel alicujus ipsarum quovismodo illata, vel commissa, vel perpetrata fuissent, ac etiam, quæ in servitium, vel favorem Dominorum prædictorum, vel alicujus ipsorum, vel Prædecessorum suorum, vel alicujus ipsorum, vel in servicium, vel favorem alicujus ex Colligatis, Adhærentibus, Subditis, vel Sequacibus commissa, illata, vel perpetrata fuissent, vel contra ipsos Dominos contrahentes vel aliquem Prædecessorem dictorum Dominorum, vel contra ipsorum Colligatos, Adhærentes, & Sequaces, vel contra Statum ipsorum, vel alterius eorum illata, commissa, vel perpetrata fuissent in præsenti Guerra, vel Guerris prædictis, seu in aliqua ex prædictis Guerris, vel etiam quommodocumque, & qualitercumque, & quandocumque occasionibus antedictis usque in præsentem diem; ita & taliter quod nihil de dictis præteritis commissis excessibus, dictis aut factis possit, aut debeat eis, nec ipsorum Hæredibus, vel Successoribus aliquo modo, nec etiam aliquo colore quæsito in judicio, seu extra, agendo, vel excipiendo, seu replican-

Digitized by Google

cando quovis modo objici, imputari, vel imponi, quin imo quod omnes & ſinguli proceſſus, condempnationes, confiſcationes, & bonorum publicationes & banna, & etiam aliæ quævis novitates contra ipſos, vel aliquem ipſorum, ſeu ipſorum Hæredes, vel Succeſſores facta, & factæ, promulgata ſeu promulgatæ, hinc retro cancellentur, & annullentur, & ex nunc prout ex tunc ipſo jure pro cancellatis, & annullatis reputari, & teneri debeant, & ſint, ita quod objiciens, opponens, vel propones, ſeu allegans aliquid ex prædictis non audiatur ab aliquo jus dicente Partium, ſeu alterius Partium prædictarum, immo repelli, rejici, & audientia negari debeat etiam ex officio à quocunque jus dicente, vel a quo, ſeu ad quos videbitur pertinere.

Item quod omnes & ſinguli Forenſiti & etiam alii quicumque, qui ſe intromiſerunt in Guerris prædictis, vel in aliqua ex eis, & etiam omnes et ſinguli, qui in ſervitium Dominorum prædictorum, vel Prædeceſſorum ipſorum Dominorum, vel alicujus ex eis, vel in ſervitium Colligatorum, Adhærentium, Sequacium, vel Subditorum Dominorum prædictorum, ſeu alicujus ex eis aliquid operati fuerint in Guerris prædictis, vel in aliqua ex eis, & etiam ipſorum Heredes, & Succeſſores reſtituantur, & reponantur in poſſeſſione, vel quaſi bonorum & jurium, quæ ipſi per ſe, vel alium tenebant, vel poſſidebant, vel quaſi, antequam eſſent exititii, vel antequam ſe intromiſiſſent in Guerris prædictis, vel aliqua earum, de quibus fuerunt ſpoliati, privati, vel quaſi ſeu amiſerint occaſionibus antedictis, & ex nunc, prout ex tunc, ipſo jure et facto reſtituti, reintegrati & repoſiti, intelligantur eſſe, et ſint in eo ſtatu et poſſeſſione, vel quaſi, quo, & qua erant temporibus ſeu tempore ſupradictis; & hoc quantum ad res immobiles prædiales in eo ſtatu, in quo ſunt, & etiam quantum ad res mobiles extantes, ita quod eis liceat redire ad prædictas res, & bona, & uti omni jure ſuo, quod eis competebat temporis præſcriptione, quæ tempore dictarum Guerrarum, vel alicujus ex eis poſt exitum ipſorum, ſeu poſt ſpoliationem, privationem, vel amiſſionem ſupradictas cucurrerit, et etiam quavis alia exceptione non obſtantibus, et non obſtante, de qua, vel quibus nemini liceat objicere, vel excipere contra prædictos, vel aliquem ex prædictis, ſalvo quod ſi aliquis prædictorum aliquid ſponte alienaſſet, vel a ſe abdicaſſet ipſe, vel ejus Prædeceſſor, a quo cauſam haberet ex prædictis rebus, ſeu Juribus ſupradictis, poſtquam fuiſſent exiticii, vel forenſiti, vel ſe intromiſiſſent in Guerra, vel Guerris praedictis, vel amiſiſſent vel deſeruiſſent ut ut ſupra alicui, qui ſit in poſſeſsione, vel quaſi, vel qui cauſam habeat ab illo, vel illis, quibus alienaſſet, vel in quem, vel quos tranſtuliſſent aliquid ex rebus vel juribus antedictis, quod contra talem, vel tales ſic poſſidentes, vel quaſi non debeat ulla reſtitutio vigore præſentis Contractus concedi, immo potius communem vendicet ſibi locum.

Eo tamen ſalvo, & exceptato, quod neuter Dominorum praedictorum, nec etiam ipſorum, vel alicujus eorum Colligati, Adhaerentes, Vaſſalli, Subditi, vel Sequaces teneantur, nec aſtringantur ad reſtitutionem alicujus Civitatis, Villae, Caſtri, Burgi, Rochae, vel cujuscumque Fortaliciae vigore hujus Pacis, & Contractus, & contentorum in eis, nec etiam teneantur ad reſtitutionem aliquarum poſſeſſionum, quæ de jure publicatæ, ſeu confiſcatae fuerint, vel de jure publicari potuerint, ſeu confiſcari, quæ ſpectaverunt ad principales, contra quos principaliter retinentur dicta Caſtra, & Fortilicia, ſive Loca praedicta, remanentibus tamen ſalvis ipſis Dominis, & cuilibet ipſorum quibuscumque juribus & actionibus realibus, perſonalibus, atque mixtis, & aliis quibuscumque competentibus ipſis Dominis, & cuilibet eorum in Locis prædictis, & ad ipſa Loca, & quælibet ipſorum, & ipſorum, et cujuslibet ipſorum occaſione, quacumque occaſione, ratione, vel cauſa, ac ſalva remanente proteſtatione, & reſervatione ſuperius facta in Capitulo quod incipit: Acto tamen inter Partes prædictas &c. quæ remaneant in ſui roboris firmitate.

Item quod factis reſtitutionibus antedictis, jus proprietatis, & quodcumque aliud ſalvum remaneat unicuique, qui reſtituerit in ipſis rebus reſtitutis, & ad ipſas, & ſuper eo fiat jus ſummarium & expeditum, & de plano, ſine ſtrepitu & figura Judicii, illi qui reſtituerit, ſi duxerit poſtulandum, & hoc per Conſervatores Pacis, vel ſaltem duos ex eis, videlicet unum de qualibet parte.

Item quod proceſſus facti, condempnationes, confiſcationes, & banna latæ, & promulgatæ, & lata contra illos, quorum Caſtra, Loca, & Fortalicia, poſſeſſiones, & bona non reſtituuntur, ſeu non veniunt reſtituenda virtute præſentis Pacis, remaneant in ſua roboris firmitate quantum ad ipſa Caſtra, Fortalicias, Loca, poſſeſſiones, & bona tantum quæ non reſtituuntur ſeu non veniunt reſtituenda ut ſupra; quantum vero ad alia ſint, & intelligantur caſſa, & irrita, & penitus, & ipſo jure nulla ut ſupra, & pro non factis habeantur.

Item quod proceſſus, condempnationes, bonorum publicationes, & banna per alterutram Partium prædictarum vel aliquam ex eis abhinc retro quocumque tempore contra quoscumque, qui adhaeſerunt in aliqua ex Guerris antedictis facti, prolatæ, & promulgatæ ex cauſa delictorum, vel criminum commiſſorum, perpetratorum per prædictos alia occaſione, quam occaſione alicujus ex Guerris prædictis, vel etiam alia occaſione, quam in ſervitio alterutrius Partium prædictarum, vel alicujus ex ea vigore præſentis Contractus non caſſentur, nec annullentur, nec prædicti vel aliquis prædictorum contra tales condempnaciones, confiſcationes, & banna reſtituantur, nec reſtituti eſſe intelligantur vigore praeſentis Pacis, immo ipſi tales, & talia proceſſus, condempnaciones, confiſcationes & banna, prout de jure fuerit, in ſua remaneant roboris firmitate, ſalvo quod ſi aliquis ex dictis bannitis ſe vellet ſubmittere juri, & defendere, quod hoc ſibi liceat per ſe, vel per

Digitized by Google

legiptimum Procuratorem; & quod respectu talis sic se submittere volentis, vel etiam sic se submittentis, & defendentis, dicta banna, & processus habeantur pro suspensis usque ad cognitionem diffinitivam latam super dicta defensione, & ipsa diffinitiva fuerit absolutoria, dicta banna & processus sint ipso jure nulla, cassa & irrita; si vero fuerit condemnatoria, ipsa banna & processus in sua remaneant roboris firmitate.

Item convenerunt, quod excessus & commissa per Homines de Sancto Salvatore, qui sunt intra, & per Homines, seu Communitates Monticlari, Cisani, & Zinalii, contra Illustrem Dominum Marchionem Montisferrati, seu ipsius Prædecessores, vel sequaces, Adhærentes, Colligatos, vel Subditos intelligantur commissa occasione Guerrarum prædictarum, seu in servitio Illustris Domini Comitis Virtutum, ut sic dictae, Communitates, & Homines quo ad remissiones bannorum, processuum, sententiarum, & omnium aliarum quarumcumque novitatum revocationes, annullationes, & cancellationes, & bonorum publicationes, & quo ad recuperationes, & restitutiones bonorum, & etiam quo ad alia beneficia praesentis Pacis, gaudeant & gaudere debeant beneficio præsentis pacis sintque dicti processus, banna, sententiæ, et novitates ipso jure nullae, cassae, & irritae, non obstantibus aliquibus in præsenti Contractu suprascriptis, vel infrascriptis, quae huic Capitulo videantur in aliquo derogare, teneantur tamen dicti de Monteclaro restituere Castellanis, qui erant in Monteclaro tempore novitatis nuper facta contra Castra, omnes illas res, & omnia illa bona, quae pervenerunt in eos de bonis dictorum Castellanorum, qua restitutione facta, seu parata fieri cum effectu, fiat eodem modo restitutio de bonis acceptis illis de Monteclaro, illis, quibus accepta sunt causa praedicta.

Item quod creditoribus quibuscumque, & aliis omnibus, qui in personis, vel rebus bannitorum, vel forensitorum, vel aliquorum, seu alicujus inclusorum in praesenti Pace pro altera Partium praedictarum, vel aliquibus ipsorum potuissent, vel quoquo modo possent aliquod jus praetendere, seu habere antequam forent forensiti, vel banniti, vel si forensiti, vel banniti non fuissent ullo tempore, intelligantur esse, & sint actiones, & jura ipsorum salva, & eis possint agere, & experiri, & ipsis uti in judicio, & extra, quemadmodum poterant, possent, vel potuissent, si dicti, contra quos jus praetenditur, nullo tempore fuissent banniti, vel forensiti, vel quemadmodum si ipsi nullo tempore impediti fuissent occasione Guerrarum prædictarum tam coram quocumque Judice competente, quam coram Conservatoribus Pacis, seu duobus ex eis, uno videlicet pro qualibet Parte, quos duxerit adeundos, qui possint, & debeant de praedictis cognoscere, & decidere summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura Judicii, cavillationibus cessantibus quibuscumque, quacumque præscriptione, dummodo completa non sit ante inchoatas Guerras praedictas, sive ante exitus ipsarum, cursu temporis, & delatione non obstante.

Item quod nullus possit contra bannitos, vel forensitos, vel bona ad ipsos, vel ipsorum aliquem spectantia uti aliquo jure, vel aliqua ratione, quod quaesitum ab aliquo Communi, vel Domino sit, postquam fuerint forensiti, vel banniti, contra ipsos, vel ipsorum bona, seu jura, & e converso dicti forensiti, vel banniti non possint uti aliqua ratione, vel jure, quod sit quaesitum ab aliquo Communi, vel Domino, postquam fuerint forensiti, vel banniti.

Item quod dicti forensiti, vel banniti, & omnes alii restituendi non possint, pro aliquibus taleis, vel oneribus, realibus vel personalibus, seu mixtis, conveniri, nec in personis, seu rebus molestari pro tempore, quo fuerint banniti, vel forensiti usque in præsentem diem, sed omnia talia onera intelligantur, et sint remissa, & cassata, & non possint exigi.

Item quod possessores & habentes possessiones, domos, vel sedimina, vel alia bona immobilia, vel qui restituentur ad possessiones, & bona praedicta, vel vigore praesentis Pacis in Territoriis, seu finibus, & Locis dictorum Dominorum, vel alicujus eorum teneantur subire, & solvere pro dictis possessionibus, & bonis in Loco, et Locis dictorum Dominorum, vel alicujus eorum, in quibus, & in quorum Territorio, seu finibus dictae possessiones, & bona posita, et situata sunt tantum, & non plus de taleis, quae in futuro imponentur in Locis praedictis pro rata quantum solvent alii homines dictorum Locorum pro possessionibus eorum situatis in ipsis Locis, sive finibus ipsorum Locorum aequipollentibus, & quod unus pro altero non teneatur, nec gravetur, & ad hoc sunt obligatae godia dictarum possessionum, & non proprietates ipsorum. Loca autem, Domus Ghiroldorum, Marzalenghi, & Belreguardi cum possessionibus eis adjacentibus, vel spectantibus ad illos, quorum sunt Loca prædicta non solvere, sed contribuere, teneantur cum Commune Sancti Damiani, non obstantibus aliquibus in praesenti Contractu suprascriptis, vel infrascriptis, quae huic Capitulo videantur in aliquo derogare.

Item quod homines, & familiares forensitorum de Ast Adhærentium dicti Domini Marchionis possint ire, redire, stare, morari, & conversari, et negotiari in Ast, et ubicumque Locorum sicut alii Astenses habitare autem non possint sine Licentia Dominorum; Uxores vero, & mulieres, ac Massarii, & Laboratores dictorum Adhærentium, & Forensitorum de Ast possint in dicta Civitate, & Territorio morari, & habitare, ire et redire pro libito voluntatis, sicut alii Cives Astenses, & Massarii aliorum Astensium, personæ aut ipsorum Forensitorum, & Adhærentium, & Filii, & Fratres, & Nepotes non possint dictam Civitatem intrare sine licentia Domini, vel Officialium ipsius; & versa vice in omnibus & per omnia intelligatur de Forensitis Albæ, & Montis Vici, & Sancti Damiani, & aliorum quorumcumque Locorum dictorum Dominorum, & Adhærentium, & de hominibus, familiaribus, Massariis, & Laboratoribus suis.

Item

Digitized by Google

Item quod poſſint prædicti Contrahentes, & quilibet ex eis, & omnes, & ſinguli Colligati, Adhærentes, Sequaces & Subditi Partium prædictarum, & quicumque ex eis, & etiam omnes & ſinguli, quiveniunt ad res vel bona immobilia reſtituendi & remittendi, vigore, Capitulorum præſentis Contractus, qui habent, vel poſſident, ſeu habebunt vel poſſidebunt res, & bona immobilia in Territorio Diſtrictu vel poſſe alterius Dominorum prædictorum, vel alicujus eorum, poſſint gaudere, & utifrui dictis bonis immobilibus, moleſtia & impedimento quocumque ceſſantibus, & etiam poſſint godias, fructus, redditus, & proventus dictarum poſſeſsionum vehere, ducere & vehi, & duci facere, & exportare ad Loca alterius Partis, ubi eis placuerit, libere, & ſine ulla ſolutione dacii, vel gabellæ, cum licentia tamen ejus, ad quem ſpectabit, quam teneatur libere concedere, & ſine aliqua ſolutione.

Item quod ſtratæ, & itinera Partium prædictarum, & cujuslibet earum tam per Terram, quam per Aquam, per omnes Terras, Paſſus, Loca, Diſtrictus, Territoria, & Dominia dictarum Partium ſint liberae, & apertae, & libera, & aperta quibuscumque Perſonis etiam cum mercanciis, beſtiis, victualibus, & rebus quibuscumque, & quod omnes Subditi utriusque Partium prædictarum poſſint ire, ſtare, & mercari, redire & negociari, converſari libere, & impune per Terras, & Territoria cujuslibet Partium prædictarum ſine impedimento quommodolibet inferendo, ſolvendo tamen dacia, & pedagia hactenus conſueta, non faciendo tamen aliquid, propter quod deſtruerentur, fraudarentur, ſeu dimminuerentur dacia, & intratæ alicujus dictarum Partium.

Item quod Reverendus in Chriſto Pater, Dominus Epiſcopus Aſtenſis, ſit incluſus, & includatur in præſenti Pace, ita quod in omnibus, & per omnia gaudeat beneficio præſentis Pacis, & quod reſtituatur, & reſtitutus eſſe intelligatur ad poſſeſſiones, jura, Juriſdictiones, & Honores ejus, & Eccleſiae Aſtenſis ubicumque ſint, & etiam quod poſſit uti, & frui rebus, juribus, & juriſdictionibus, & Honorantiis ſuis, & Eccleſiæ Aſtenſis, ſine contradictione quacumque dicti Domini Marchionis, & ſuorum, & ſine quavis alia contradictione, tam Communitatis, quam ſingularium perſonarum.

Item quod omnes & ſinguli carcerati, capti, occaſione Guerræ dictorum Dominorum, vel alterius eorum, libere relaxentur & quod detemptores eorum ad relaxationem dictorum carceratorum omnimodo compellantur per illum Dominum, cui ſubſunt, ſeu extiterunt, dicta ultima Guerra durante.

Item quod ipſi Domini, & quilibet eorum teneantur nominare, & in ſcriptis dare alter alterirad invicem omnes ſuos Adhærentes, Complices, & Sequaces in præſenti Contractu, qui omnes nominandi, & dandi in ſcriptis ut ſupra teneantur per publicum Inſtrumentum, & cum Juramentis eorum, & cujuslibet eorum ratificare præſentem Pacem cum omnibus, & ſingulis Capitulis in ea contentis ſolempniter, & ad ipſius Pacis obſervantiam ſeſe teneantur cum omnibus, & ſingulis, quæ in ea ſingulariter continentur, ſolempniter obligare infra unum menſem, quorum omnium & ſingulorum ratificationem ut ſupra teneantur dictæ Partes altera alteri, & e converſo mittere, & præſentare per publica Inſtrumenta infra quindecim dies poſt dictum menſem: Illi autem ex eis, qui non ratificaverint prout ſupra, excludantur a beneficio Pacis præſentis; & ſi contingeret aliquem, vel aliquos dari, & nominari pro utraque parte, pro Adhærente, vel Adhærentibus, intelligantur eſſe Adhærentes, vel Adhærens illius Partis, ſub qua, & ad cujus inſtantiam dictam Pacem ratificaverunt pro ut ſupra; & ex nunc præfati Domini, & quilibet ipſorum nominant, & in ſcriptis dant pro Adhærentibus, Colligatis, & Sequacibus ſuis infraſcriptos ut infra videlicet.

Infraſcripti ſunt Adhærentes, Colligati, & Sequaces Illuſtris Principis Domini Comitis Virtutum &c. nec non in ſcriptis dati per eumdem Illuſtrem Dominum Comitem pro parte ſua, videlicet.

Dominus Epiſcopus Aſtenſis pro ſe, & Eccleſia ſua Aſtenſi, ac pro omnibus competentibus dictæ Eccleſiæ.

Dominus Epiſcopus Albenſis pro ſe, & Eccleſia ſua, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis Verdini, Rodi & Rodelli, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, habitatoribus, terrigenis, & incolis dictorum ſuorum Caſtrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum.

Dominus Manfredus, Marchio Salutiarum pro ſe, Caſtro, Terra, Hominibus, & finibus ſuis Fereglani.

Zorzinus de Saluciis pro ſe, Caſtro Mulazani, & aliis ſuis Villis, Terris, & Locis, Hominibus, & Habitatoribus ipſorum.

Antonius de Porris pro ſe, & Caſtris Pioperæ Sanctæ Victoriæ, & aliis Terris, & Locis ſuis, ac pro Caſtellanis, Hominibus & Habitatoribus eorum.

Henricus de Carreto, Marchio Saonenſis pro ſe, Filiis ſuis, & pro Caſtris Villis, & Locis ſuis, ac pro Hominibus ſuis, Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis Caſtri & Villæ Albareti, Caſtri & Villæ Montisbarcherii, Villæ Sancti Benedicti, Caſtri, & Villæ Melli de Valleberbi, Caſtri, & Villæ Faxolii, Caſtri, & Villæ Bozolaſchi, Caſtri & Villæ Serravallis, Caſtri, & Villæ Boſiæ, Caſtri & Villæ Caſteni, Caſtri & Villæ Muniſiti, Caſtri & Villæ Juliæ Sanctæ, Villæ Vioſiæ, Villæ Cagnæ, Villæ Loyſii, & ſuæ partis Loci Milleſimi, & Cruſterriæ.

Lazarinus & Harolus de Carreto ex Marchionibus Saonæ pro ſe, Filiis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, & Hominibus dictorum Locorum, & habitantibus in eis.

Dominus Manfredinus de Saluciis pro ſe, & Filiis ſuis, & pro Caſtris, Villis & Locis ſuis, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis dictorum ſuorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum, & Locorum, videlicet pro Caſtro, & Loco Budini, pro Caſtro, & Villa Belvideris, pro ſua parte Caſtri, & Villæ Dolani, pro ſua parte Caſtri, & Villæ Aglani, ac omnium & ſingulorum

Digitized by Google

lorum Hominum ſuorum dictorum Locorum, & Caſtrorum.

Bertolameus de Saluciis, & Georgius ejus Frater pro ſe & Filiis ſuis, ac pro Villis, Caſtris & Locis ſuis, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis ſuorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum, & Locorum, videlicet pro Caſtro, & Villa Leuci. Item pro parte ipſorum Caſtri, & Loci Dolani, pro parte Caſtrorum, & Villarum, & cujuslibet ipſarum Canefanæ, & Aglani, ac omnium, & ſingulorum Hominum ſuorum, & dictorum Caſtrorum, Villarum & Locorum.

Manuel de Saluciis pro ſe, & Succeſſoribus ſuis, & pro Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, ac pro Hominibus, Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis ſuis dictorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum & Locorum.

Omnes Nobiles, & Domini de Cochonato pro ſe ipſis, & nomine, & vice omnium aliorum Conſortum ſuorum pro ſe, & Filiis ſuis, & pro Caſtris, Terris, Villis & Locis ſuis, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis dictorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum, & Locorum.

Matheus, Ubertus, Aleranus & Gabriel ex Marchionibus Inciſiæ pro ſeſe, & Filiis ſuis, ac pro Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis dictorum ſuorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum & Locorum.

Domini Bertolameus, Stefanus, & Johannes Fratres Marchiones Malaspinæ de Vartio Filii quondam Domini Fedrici pro ſe, & Filiis ſuis, & pro Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, & Incolis dictorum ſuorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum.

Bonifacius Marchio Malaspinæ de Vartio.

Omnes Marchiones Malaspinæ de Auramala, de Godiliaſio, pro ſe, Caſtris, Terris, Villis, Locis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Franciſchinus Marchio Malaspina Filius quondam Domini Azonis, pro ſe, Filiis ſuis, Caſtris, Villis, Terris, Locis, Caſtellanis & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Spineta Marchio Malaspinæ de Villa Francha pro ſe, ſuis Filiis, Caſtris, Terris, Villis, Locis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Franciſchinus de Carreto Filius quondam Domini Conradi ex Marchionibus Saonæ pro ſe ſuis Filiis, Caſtris, Villis, Terris, Locis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Dominus Luchexius de Spinolis de Luchulo, Spineta Spinola de Luchulo, Antonius de Spinolis de Luchulo pro ſe, Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis, ac pro Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Domina Violant, & Benedictus de Auria pro ſe, & Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ut ſupra.

Dominus Antonius de Ticionibus pro ſe, Filiis ſuis, Terra Creſentini, & pro aliis Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Dominus Ubertinus de Lando pro ſe, Filiis ſuis, & pro Caſtris, Terris, Villis, & Locis, ſuis Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Dominus Johannes de Saluciis Marchio Craveſanæ, Vallis Roziæ pro ſe, ſuis Filiis, & dictis Caſtris, Terris, Villis & Locis, ac Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Symoninus de Brayda, & Frater pro ſe, & Filiis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Antonius, Dominicus, & Jacobus Fratres de Rotariis, pro ſe, & eorum Fratribus, Filiis, et Conſortibus, nec non pro omnibus Caſtris, Terris, Villis, et Locis, Caſtellanis, Hominibus, Terrigenis, et Incolis ſuis, ac Habitatoribus ipſorum.

Faronus Rotarius Filius quondam Domini Spinetæ, Thomas Rotarius ejus Frater, Livor Filius quondam, et Hæres Domini Bernardi Rotarii, Antonius, et Aymonetus pro ſe, et eorum Fratribus Filiis, et Conſortibus, nec non pro omnibus caſtris terris villis, et Locis, Caſtellanis, Hominibus, Terrigenis, et Incolis ſuis, ac Habitatoribus ipſorum.

Dominus Petrus Gutuarius, Dominus Antonius Gutuarius, Bernabos Gutuarius, et omnes Nobiles de Gutuariis de Caſtello, et de Rifranchorio pro ſe ipſis, et Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, et Locis, Caſtellanis, et Hominibus ſuis, ac Habitatoribus ipſorum.

Aymo de Ticineto — omnes Nobiles de Frasſaneto — omnes Nobiles ex Comitibus Cabaliacæ, pro ſe ipſis, ſuis Filiis, Caſtris, Terris, Villis, et Locis, Caſtellanis et Hominibus et Habitatoribus ipſorum.

Omnes Nobiles de Maglano pro ſe et ſuis ut ſupra.

Dominus Manfreonus de Faletis pro ſe et ſuis ut ſupra.

Dominus Jacobus, Marchio Cevæ pro ſe, Filiis ſuis, et pro Caſtris, Terris, Villis et Locis ſuis, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, et Incolis ſuorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum, et Locorum, videlicet pro ſua duodecima parte Caſtri et Villæ Cevæ, medietate Caſtri, et Villæ Leſegni medietate Caſtri, et Villæ Montisgroſſi, Caſtri, et Villæ Stanegli, Villæ Liſſi, medietate Caſtri, et Villæ Pauparati, quartæ partis Rochæ Ziglerii, duodecimæ partis Caſtri, et Villæ Baſtitæ, et ſextæ partis Caſtri, et Villæ Cluſæ, ac omnium et ſingulorum ſuorum Hominum dictorum Locorum et Caſtrorum.

Dominus Chriſtoforus, et Jacobus ex Marchionibus Cevæ pro ſe, Filiis ſuis, et pro omnibus Caſtris, Terris, Villis, et Locis, ac pro omnibus Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, et Incolis dictorum omnium Caſtrorum ſuorum, Terrarum, Villarum, et Locorum.

Thomas et Torellus de Turre ex Marchionibus de Carreto pro ſe et Filiis ſuis, et pro Caſtris, Terris, Villis, et Locis ſuis, ſcilicet Turris, et Bergulii, ac pro omnibus ſuis Caſtellanis, Habitatoribus, Terrigenis, et Incolis dictorum ſuorum Caſtrorum, Terrarum, Villarum et Locorum.

Franciſchinus Britonus pro ſe, et Caſtro Vad Eccleſiæ, et poſſeſſionibus, et Hominibus dicti Loci.

Guidetus, et Abbellonius de Malabaylis, Luyſius Malabayla, Jacobus et Franciſcus de Malabaylis

Digitized by Google

baylis pro ſe, et Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, et Locis ſuis, ac pro Caſtellanis, et Hominibus ſuis, et Habitatoribus ipſorum.

Abbas Monaſterii Fructuarienſis, et Monaci pro ſe, et Eccleſia dicti Monaſterii, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis, & pro Caſtellanis, & Hominibus ſuis et Habitatoribus ipſorum.

Omnes Nobiles de Ysnardis pro ſe, et Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, et Locis ſuis, Caſtellanis et Hominibus ſuis, & Habitatoribus ipſorum.

Berardonus, et omnes alii Nobiles de Solario pro ſe, et Filiis ſuis, et pro Caſtris, Terris, Villis, & Locis, Caſtellanis, & Hominibus ſuis, et Habitatoribus ipſorum.

Omnes Nobiles de Pelletis pro ſe, et ſuis ut ſupra.

Omnes Nobiles, et Condomini Planæ pro ſe, & ſuis ut ſupra.

Zarlonus Sibonengi, & alii Conſortes Condomini dicti Loci pro ſe, et ſuis ut ſupra.

Ruffinetus de Troya pro ſe, & ſuis ut ſupra.

Johannonus Scarampus, Frater, & Nepotes, Matheus, & Antoninus Fratres de Scarampis, Blaxius, & Gotofredus Fratres, Tomenus, Jacomacius, Georgius, & Bernardus ejus Frater de Scarampis pro ſe, & ſuis Filiis, & Caſtris, Terris, Villis & Locis ut ſupra.

Bernabos, & alii Nobiles de Sancto Alexio pro ſe, & ſuis Filiis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ut ſupra.

Omnes Nobiles de Riciis pro ſe, & Filiis ſuis, & pro Caſtris, Villis, Terris, & Locis ut ſupra.

Omnes Nobiles Rochetæ Tanagri pro ſe, & Filiis ſuis ut ſupra.

Jacobus, & Tadeus de Garretis, Georgius Garretus pro ſe, & Filiis ſuis ut ſupra.

Thomas Aſinarius, & Frater Filii quondam Domini Raxonii, Thomas Aſinarius de Duxino, & Conſortes Duxini pro ſe, & Filiis ſuis, Fratribus, Nepotibus, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ut ſupra.

Domina Lezadra, Uxor quondam Domini Amedei Rotarii, & Filii ejus pro ſe, & dictis Filiis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ſuis ut ſupra.

Omnes Nobiles & Condomini Montafiæ pro ſe & Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis, & Locis ut ſupra.

Gabriel Palidus, & Filius, Ricardus, & Henricus de Palidis pro ſe, & Filiis ſuis, Caſtris, Terris, Villis & Locis ut ſupra.

Jacobus Bergognonus ex Condominis Caſtri Sulbrici pro ſe, & ſuis ut ſupra.

Petrus de Graxellis, & Frater ex Condominis Caſtrorum, Septimarum, & Vialis pro ſe, & Filiis ſuis, & dictis Caſtris, & Locis ut ſupra.

Petrus Cachayranus pro Caſtro Covazoli, & pro ſe, & Filiis ſuis, & aliis Locis ut ſupra.

Guillielmus, & Antonius Fratres, Franciſchus, Guillielmus & Fratres, & Conſanguinei ex Condominis Caſtri Ciglerii pro ſeſe, & Filiis ſuis, ut ſupra.

Quos omnes & ſingulos præfatus Illuſtris Dominus Comes Virtutum dat, ponit, & nominat pro ſe & Conſortibus ipſorum pro Subditis pro omnibus Caſtris, Locis, Feudis, & Hominibus, quæ tenent in Feudum ab ipſo Domino Comite; pro aliis vero Locis, Caſtris, Terris, & Hominibus, quæ non ſunt de Feudo dicti Domini Comitis dat, & nominat ipſos omnes, & ſingulos pro Adhærentibus, & Sequacibus ſuis.

Infraſcripti vero ſunt Adhærentes, Colligati, & Sequaces Illuſtris Principis Domini Marchionis Montisferrati, etc.

Adhærentes vero, quos præfatus Dominus Marchio nominat, & dat in ſcriptis cum omnibus Caſtris, Locis, Terris, Villis, Vaſſallis & Hominibus ſuis, & qui, & quæ nunc tenentur, & poſſidentur per ipſos, et quemlibet ipſorum ſunt hii.

Primo Illuſtris Dominus Marchio Saluciarum, Burgus, et Locus Cunei cum diſtrictu, qui tenetur per Locum Cunei.

Nobiles Franciſcus, et Fraylonus de Bolleris cum Locis, Terris, et Hominibus ſuis.

Nicolaus de Urbe veteri, et Locus Cerveriarum.

Egregii Domini Marchiones de Ceva.

Egregii Dominus Manuel, et Nepotes de Carreto de Finario.

Egregius Dominus Bonifacius de Carreto.

Egregius Manfredus de Carreto.

Egregius Manfredus Marchio de Buscha.

Nobiles Jacobus, Tethe, et Giſa de Carreto.

Nobiles Manfredus, et Bertholomeus de pontibus.

Egregii Marchiones de Ponzono.

Egregius Ysnardus Marchio Malaspinæ.

Reverendus Dominus Epiſcopus Aquenſis, et Loca Epiſcopatus Aquenſis.

Egregii Domini Marchiones Inciſæ.

Egregius Antonius Turchus, Filii, et Nepotes.

Nobiles Antoninus, Godinus, Bertholomeus, et Jacobus Fratres de Friugo.

Johannes, Petrinus, et Fratres de Turchis.

Nobilis Manuel Aſinarius.

Nobiles Antonius, et Filii, Franciſcus, et Loyſius de Aſinariis.

Nobiles Johannes, Petrinus, et Guillielmus de Aſinariis de Caſaſcho.

Nobilis Bonifacius Rotarius.

Nobilis Georgius Rabia.

Nobiles de Garretis de Ferreriis.

Frolinus Guarleta Legum Doctor.

Leoninus Deatus, et Uxor.

Johannes Deatus.

Nobilis Cathelina de Chacharanis.

Caſtrum, Portus, & Locus Morani.

Nobiles Domini de Azellio.

Nobilis Johannardus de Inciſa cum Loco Cervi.

Nobiles Aymonetus, & Frater, & Nepotes de Rotariis de, & cum Loco Gaureno.

Hector Rotarius.

Illi de Scarampis pro Feudis, quæ tenent.

Illi de Chatena pro Loco Rochetæ Pellaferæ.

Domini de Saluciis de Doliano de Cravexana.

Domini de Tonengo.

Dominus Galeaz, & Fratres de Lanzaugiis cum Loco Caſtri novi de Caxinis.

Quos omnes, & ſingulos dat, ponit, & nominat pro Subditis pro omnibus Caſtris, Locis, Feudis, & Hominibus, quæ tenent in feudum ab ipſo Domino Marchione & Marchionatu; pro aliis vero Locis, Caſtris, Terris, & Hominibus, quæ non ſunt de Feudo dicti Domini Marchionis

Digitized by Google

chionis ipsos omnes, & singulos dat, & nominat pro Adhærentibus & Sequacibus.

Item quod processus, condemnationes, confiscationes, & banna facti, latæ & lata, & data ex causa criminum commissorum in Loco, & posse Sancti Damiani tempore quo dictus fuit obediens Domino Marchioni & Prædecessoribus suis per Illustrem Dominum Comitem Virtutum &c. vel ejus Officiales, & alios quoscumque, qui præfuerint in Civitate Ast usque in præsentem diem contra quoscumque homines, & personas de Sancto Damiano, & Habitatores ipsius, & alios quoscumque usque in præsentem diem sint cassi, cassæ, & cassa, & pro cancellatis, abolitis, & annullatis habeantur, & esse intelligantur ipso jure, & ipso facto.

Item quod præfatus Illustris Dominus Marchio nec non Colligati, Adhærentes, aut Subditi sui non possint, seu debeant in Territorio Astensi exigere aliqua datia, pedagia, vel gabellas, nisi prout, & sicut exigebant ante initium Guerrarum suprascriptarum; & versa vice præfatus Illustris Dominus Comes Virtutum, & sui Colligati, Adhærentes, aut Subditi non possint, seu debeant in Ast, seu Territorio Astensi exigere aliqua datia, pedagia, vel gabellas, nisi prout, & sicut exigebantur ante initium Guerrarum suprascriptarum.

Item, quod de controversiis, quæstionibus, & debatis vigentibus, seu quæ vigere possunt inter Rugerium Canem, sive Jacobinam ejus Uxorem, ac Matrem dictæ Jacobinæ ex una parte, & Antonium Ludovichum, & Franciscum de Asinariis ex altera, debeat dictus Dominus Marchio, sive ejus Consilium cognoscere, & definire summarie, simpliciter; & de plano, sine strepitu & figura judicii, cavillationibus cessantibus quibuscumque, & tali definitioni, & determinationi stari, & pareri debeat, quacumque appellatione, & contradictione cessante, cui si non parebitur, vel si aliquis prædictorum non consenserit, & bailiam non dederit de cognitione prædicta, liceat Dominis antedictis, & cuilibet ipsorum procedere contra non parentem de jure, & de facto, prout ipsis, vel alteri ipsorum videbitur, & placebit.

Item quia parum prodesset Convenciones inire, nisi essent qui ipsas exequerentur, teneantur dicti Domini infra dies triginta proximos venientes eligere, & nominare bona fide duos bonos, notabiles, & expertos Viros pro qualibet Parte Conservatores & pro Conservatoribus hujus Pacis, & contentorum in ea, qui, vel duo ex eis, unus videlicet pro qualibet Parte, super omnibus & singulis pertinentibus, ad observationem præsentis Pacis, plenariam habeant potestatem audiendi, citandi, cognoscendi & etiam exequendi.

Item, quod præfatus Dominus Marchio curabit, & faciet fideliter, & bona fide posse suo, quod Illustris Dominus Guillielmus de Monteferrato, Frater dicti Domini Marchionis infra unum mensem proxime futurum ratificabit, approbabit, & emologabit præsentem Pacem, & omnia & singula contenta in Instrumento præsentis Pacis, & quod infra dictum terminum in manibus publicæ personæ recipientis, & stipulantis vice, & nomine dicti Illustris Domini, Domini Comitis Virtutum etc. & omnium aliorum, quorum interest, seu interesse poterit quommodolibet in futurum, solempni stipulatione promittet, & jurabit solempniter omnia, & singula prædicta attendere perpetuo, firmiter, & observare, & non contravenire, seu contrafacere per se, vel per alium aliqua ratione, vel causa, quæ dici, vel excogitari possit; In casu vero quo præfatus Dominus Guillielmus non ratificaverit, promiserit, & juraverit ut supra infra unum mensem ut supra, præsentem Pacem, & contenta in ipsa, sit ipso jure exclusus ab omni beneficio præsentis Pacis; & si ratificaverit ut supra, teneatur infra quindecim dies post dictum mensem mittere per Instrumentum dictam Ratificationem Domino Comiti Virtutum, etc.

Item, quod infrascripti omnes & singuli de Sancto Salvatore non possint ullo modo venire, stare, vel morari ad Terras, & in Terris Sancti Salvatoris, & Castelleti, nec ad Territorium nec in Territorio dictæ Terrae Sancti Salvatoris, & Castelleti. Possint tamen liberari, & coli facere Terras, & possessiones suas, & godias percipere Terrarum, possessionum & bonorum suorum, & de ipsis godiis facere quicquid eis placuerit, ipsis solventibus pro dictis possessionibus, & bonis juxta dispositionem Capituli duodecimi præsentis Pacis, quod incipit: Item quod possessiones etc.

Nomina quorum sunt hæc videlicet.
Mafeus Merlus, & Filii.
Ghionus Merlus, Filius, & ejus Nepos.
Johannes Merlus Rabellæ.
Andreas Merlus, } quondam Girardi.
Guillielmus Merlus, }
Michellonus Merlus Rabellæ.
Rabellinus Merlus.
Conradus Merlus Jacobi, & Filius.
Johannes Merlus Jacobi.
Accatus Merlus Jacobi.
Johannes Blanchus, & Filius.
Dominicus Blanchus, & Filius.
Ferrerius Merlus, & Nepos.
Antonius Merlus Georgii.
Raynerius Merlus Georgii.
Dominicus Merlus Raynerii.
Anserinus Merlus Raynerii.
Bonifacius Papievexius.
Vixinus Papievexius, & Filius.
Andreas Papievexius, & Filii.
Berreta Papievexius, & Filii.
Imerichus Papievexius.
Bonus Johannes Papievexius.
Stefanus Testa, & Filii.
Johannes Testa.
Guillielmus Testa, & Filii.
Jacobus Testa.
Franciscus de Monterucio. } Filii.
Thomas de Monterucio. }
Michael Rizius, & Filii.
Bertramus Rizius.
Guillielmus Rizius.
Matheus Rizius.

Bertho-

Digitized by Google

Bertholinus Rizius.
Antonius Rizius, & Filii.
Gabrius Gorgnardus, & Fratres.
Antonius Gorgnardus, dictus Cantorinus.
Possunt esse in numero quadraginta.

Ceteri vero forensiti de Sancto Salvatore, si qui reperirentur, possint tute, libere, & impune venire ad dicta Territoria, & inde redire, colere per se, vel per alium & utifrui possessionibus eorum, dum tamen non intrent in dictis Terris, vel aliqua earum.

Item quod de possessionibus, & bonis forensitorum de Vigueria, & Garlascho, ac de fructibus, & proventibus earum fiat, pro ut ambo Domini insimul disponent, & concordabunt.

Item, quia parum prodesset convenciones inire, nisi essent, qui ipsas exequerentur, teneantur dicti Domini infra dies triginta proxime venturos eligere, & nominare bona fide duos bonos, notabiles & expertos Viros pro qualibet Parte Conservatores, & pro Conservatoribus, hujus Pacis, & contentorum in ea, qui, vel duo ex eis, unus videlicet pro qualibet Parte, super omnibus & singulis pertinentibus ad observationem præsentis Pacis, plenariam habeant potestatem audiendi, citandi, cognoscendi, & etiam exequendi, ac attentata, si qua fierent contra Pacem, quod absit, in statum pristinum, & debitum reponendi bona fide, & sine fraude, & omnia prædicta possint summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, etiam sola veritate facti inspecta, qui Conservatores teneantur, & debeant acceptare, & simul convenire, vel saltem duo ex ipsis, unus videlicet pro qualibet Parte, in Loco communi, quocienscumque per alterutram Parcium prædictarum, seu per aliquem ex Dominis ante dictis principaliter contrahentibus, vel ipsorum Procuratore legiptimum habente, mandatum fuerint requisiti, & dicti sic nominati, & electi ut supra teneantur, & debeant quilibet ipsorum prima vice, qua simul convenerint, in manibus publici Notarii, videlicet quilibet ipsorum jurare ad Sancta Dei Evangelia, quod officium, & incumbentia officio antedicto cognoscet, difiniet, & determinabit pure, simpliciter & bona fide, & a Sententiis per ipsos Conservatores latis, seu a determinationibus per ipsos, vel duos ex eis, unum pro qualibet Parte, factis non possit appellari, proclamari, vel nulla, seu iniqua dici quoquo modo, immo debeant inviolabiliter observari, & executioni mandari; & si aliquis ex sic electis, vel nominatis Conservatoribus non acceptaret, seu acceptarent, & sequi non posset, quia forte impediretur, vel moreretur, loco illius non acceptantis, impediti, vel mortui alium eligere teneatur is, de cujus Parte sic deficiens fuerit; & si contingeret, quod absit, ex Colligatis, vel Adhærentibus, seu Subditis alterius Partis aliquid contra præsentem Pacem committere, vel inferre in dampnum, vel præjudicium alterius Partis, vel alicujus ex Parte alterius, quod ad instantiam, & requisitionem Partis læsæ, seu ejus, qui læsus esset, teneantur dicti Conservatores, vel duo ex ipsis, unus pro qualibet Parte, ad invicem convenire, & infra spatium unius mensis à die quo simul convenerint de dicto dampno, seu injuria cognoscere & decidere; & si reperierint dampnum, vel injuriam illatos fuisse contra formam præsentis Pacis, & per emendam resarciri possit, mandare debeat illud emendari, & resarciri per illum, vel illos, ad quos spectabit infra unum mensem; & si resarcita fuerint, & emendata infra tempus prædictum, juxta mandatum prædictorum, tunc & incluſus remaneat, qui sic contrafecerit, & emendaverit ut supra; si vero dampnum, vel injuria contra formam præsentis Pacis illatum, seu illata per emendam resarciri non posset, vel posit, & dampnum, seu injuriam inferens juxta mandatum dictorum Conservatorum resarcire, vel emendare noluerit, vel in non respondendo, & non satisfaciendo contumax fuerit, & in contumacia perseveraverit per duos menses, tunc omnis, qui intulerit, vel contumax fuerit, ut supra, intelligatur esse, & sic extra Pacem, & gaudere non debeat beneficio hujus Pacis, & impune offendi possit; & nihilominus debeat, & teneatur ille ex Dominis principaliter contrahentibus, ex cujus Parte fuerit dictus contrafactor Pacis, ad requisitionem dictorum Conservatorum, vel majoris partis ipsorum, & etiam ad requisitionem illius Domini, de cujus Parte fuerit dictus læsus, seu injuriam passus, toto posse auxilium, consilium & favorem præstare Conservatoribus prædictis, vel Parti læsæ, seu ipsi læso, vel injuriam passo, quo usque dictus læsus, seu injuriam passus satisfactionem debitam consecutus fuerit cum dampnis, & interesse; & etiam jurare debeat, & teneatur, & quo usque ad debitam damnationem realem, & personalem deventum fuerit contra tales, & etiam teneatur, & debeat tales contumaces, seu inobedientes reputare pro inimicis, & ipsis sic facientibus, & adimplentibus, ut in hoc Capitulo continetur, non intelligatur, nec sit dicta Pax rupta, immo omnia alia contenta in præsenti Pace debeant observari, & executioni mandari.

Item si contingat, quod Deus avertat, fieri per aliquem ex Subditis, Adhærentibus, Colligatis, & Sequacibus dictorum Dominorum, vel alicujus eorum contra Pacem præsentem, & contenta in ea, vel aliquod ipsorum, quod propterea non infringatur ipsa Pax, sed semper & in perpetuum rata permaneat. Teneantur tamen dicti Domini, & quilibet ipsorum punire contrafacientem, ipsumque compellere ad debitam restitutionem, & emendam dampnorum, prout Domini Conservatores Pacis duxerint ordinandum, & secundum formam Capituli de ipsis Conservatoribus mentionem facientis.

Item quod omnia verba, & omnia contenta, & narrata in præsenti Contractu, & ejus Capitulis intelligantur & intelligi debeant, & interpretari simpliciter, & bona fide, & si aliqua dubietas oriretur super præmisis, vel occasione præmissorum, decidi debeat, cognosci & determinari per Conservatores Pacis, seu duos ex ipsis, unum videlicet pro qualibet Parte, ratis tamen manentibus omnibus, & singulis contentis in Capitulo potestatis Conservatorum præsentis Pacis.

Digitized by Google

Quæ omnia & ſingula dictæ Partes, videlicet Illuſtris Princeps, & Dominus, Dominus Johannes Galeaz, Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani, &c. Imperialis Vicarius Generalis, pro ſe & ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus, ac Colligatis, Subditis, Adhærentibus, & Sequacibus quibuscumque, & ipſorum nomine pro, et ex una parte, et dictus Illuſtris Princeps, et Dominus Dominus Theodorus Marchio Montisferrati pro ſe, et nomine, et vice dicti Illuſtris Domini Guillielmi Fratris ſui, ac etiam pro ſuis Hæredibus, et Succesſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Vaſſallis, Subditis, et Sequacibus quibuscumque, nec non pro Locis, Terris, Fortiliciis ſuprascriptis, et eorum nomine, ex, et pro alia parte, ſibi ipſis ad invicem, & vicisſim, ac nobis Notariis infraſcriptis, ut perſonis publicis ſtipulantibus, & recipientibus, vice, & nomine omnium, & ſingulorum ſuprascriptorum, & omnium quorum intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit in futurum, ſolempnitatibus omnibus intervenientibus tam juris, quam facti, & ſolempnibus ſtipulationibus, & conventionibus intervenientibus promiſerunt, & convenerunt attendere, adimplere, obſervare, & executioni mandare in omnibus, & per omnia, & in perpetuum, pro ut in præſenti Contractu, & Inſtrumento continetur, & ſuperius ſcripta ſunt, & in nullo contrafacere, vel venire quovis modo, aliqua ratione, vel cauſa, ſub pœna Florenorum viginti quinque millium auri, quam pœnam ad invicem ſolempniter promiſerunt, quæ pœna tociens committatur, quociens contrafactum fuerit, vel contraventum; Et quæ pœna ſemel, & pluries peti, & exigi poſſit, rato manente præſenti Contractu, & omnibus, & ſingulis in eo contentis. Pro quibus omnibus, & ſingulis prædictæ Partes ad invicem obligaverunt ſeſe, & omnia, & ſingula ſua bona immobilia, præſentia, & futura; & ad majorem roboris firmitatem, & ut prædicta melius valeant, & efficaciorem, & irrevocabilem effectum ſortiantur, juraverunt prædicti Domini, & quilibet ipſorum ad Sancta Dei Evangelia in manibus noſtrum Notariorum infraſcriptorum, tactis corporaliter Sacroſanctis Scripturis prædicta omnia, & ſingula attendere, & obſervare ut ſupra, et non contrafacere, vel venire ut ſupra, ratione minoris ætatis, doli mali, nec ratione modicæ, ſeu enormis læſionis, nec alia quavis ratione, occaſione, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit; Renuntiantes cum Sacramento prædicto prædictæ Partes ad invicem, et vicisſim exceptioni metus, et ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, et exceptioni doli mali, generali, vel ſpeciali, et cuilibet alii exceptioni, quæ ipſis contra prædicta quovis modo competit, ſeu competere poſſet. De quibus omnibus, et ſingulis præfati Illuſtres Domini Comes Virtutum, et Marchio Montisferrati præceperunt unum, et plura ejusdem tenoris publica confici inſtrumenta per Antonium de Caſtello de Ponzano natum Domini Petri Diocæſis Vercellenſis, et me Pasquinum Notarium infraſcriptum.

Actum in Civitate Papiæ in Caſtro magno, videlicet in ſala nova ſuperiori reſpiciente plateam ipſius Caſtri, anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſecundo, die Jovis ſexto decimo menſis Januarii quinta Indictione, hora vigeſima tertia. Præſentibus ſpectabilibus Militibus Dominis Manfredo Marchione Saluciarum, Bonifacio de Chochonate, Comite Radicatae, ac Egregiis, et Sapientibus Viris Domino Ottorino de Mandello, Milite, Antonio de Porris, ambobus de Mediolano, Dominis Bertholameo de Placentinis de Parma, Filippo de Caſolis de Regio Rizardo de Villanis, de Mediolano, Legum Doctoribus, nec non Nobilibus Viris Nicolello de Cavagnolio, Lanzia de Gabiano, Jacobino de Sancto Steffano, et Guillielmo de Grazano, dicto Bogeri Domino Salæ, Teſtibus notis, ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, et rogatis.

XXXI.

Fœdus inter Johannem Galeatium Vice-Comitem Mediolani ac Vicarium S. R. Imperii Generalem, nec non Nicolaum & Albertum, Marchiones Eſtenſes, utrumque Franciſcum, Dominos de Carrara atque Franciſcum de Gonzaga, Mantuæ Dominum, ſtatuum ſuorum contra quaſcunque gentes ultramontanas defendendorum cauſa, ſancitum, de An: 1385.

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac ſanctæ, & individuæ Trinitatis.

AD honorem, & reverentiam omnipotentis Dei, ac Glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus, Beatorum Johannis, Petri, & Pauli Apoſtolorum totiusque cœleſtis Curiæ Amen. Et ad ſtatum pacificum, & tranquillum, Deo propitio, perpetuo duraturum, Illuſtris Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Johannis Galeaz Vice-Comitis Comitis Virtutum, Mediolani &c. Imperialis Vicarii Generalis, nec non infraſcriptorum Magnificorum Dominorum Colligatorum ejus, ac etiam quorumcumque Subditorum, Civium, & Benivolorum Dominorum prædictorum, & cujusque eorum, & Civitatum, Caſtrorum, & Terrarum, quæ per ipſos Dominos, vel alterum, & quemvis eorum reguntur, & gubernantur.

Illuſtris Princeps & Excellentiſſimus Dominus Johannes Galeaz Vice-Comes, Comes Virtutum, Mediolani, &c. Imperialis Vicarius Generalis, pro ſe, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus, nec non pro Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis, Civibus, & ſubditis ipſius Illuſtris Principis, Domini Comitis, ſeu quæ, & qui per eum ad præſens gubernantur, & reguntur, & pro Adhærentibus ſuis prout infra ex Parte una, & Egregii Milites Domini Dondacius de Malvicino de Fontana de Placentia, & Phi-

Digitized by Google

& Filippus de Robertis de Tripoli, ac ſapiens, & Nobilis Vir, Dominus Girardus de Conſanoneriis de Brixia, cognominatus de la Frata jurisperitus, Cives, & habitatores Civitatis Ferrariæ, Procuratores, & Procuratorio nomine illuſtrium, ac Magnificorum Dominorum Nicolai, & Alberti Fratrum Marchionum Eſtenſium, Ferrariæ &c. ad infraſcripta ſolempniter, & legiptime conſtituti, prout conſtat publico Inſtrumento rogato, & tradito per Antonium Notarium Ferrarienſem Filium quondam Pauli de Cavalleria anno Domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo quinto, octava Indictione, die primo menſis Julii, ibi oſtenſo, ac per me Notarium infraſcriptum viſo, & lecto nomine præfatorum Dominorum Marchionum, & pro eis, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus, nec non pro Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis, Civibus, & ſubditis ipſorum Dominorum Marchionum, ſeu quæ, & qui per eos, vel alterum eorum ad præſens gubernantur, & reguntur, & pro Adhærentibus ſuis prout infra ex una alia parte, & ſapiens, & honorabilis Vir Dominus Valeranus de Lombardis de Scitonio Legum Doctor, quondam Domini Veri, & Nobilis Vir Bernardus de Scolaribus quondam Domini Lupi de Florentia, ac circumſpectus Vir Franciſchus Turchetus quondam Ser. Antonii Turcheti de Padua, Procuratores, & Procuratorio nomine, & Nuntii ſpecil es Magnifici, & Potentis Domini Franciſci de Cararia, Paduæ &c. nec non ſpectabilis Militis, Domini Franciſci de Cararia, junioris nati prædicti Domini Franciſci de Cararia Senioris, & pro eis, & quolibet eorum ad infraſcripta ſolempniter, & legiptime conſtituti, prout conſtat publico Inſtrumento rogato, & tradito per Zillium Notarium Paduanum Filium Ser. Facini Notarii de Calvis de Montagana anno Domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo quinto, Indictione octava, die Sabbati vigeſima quarta menſis Julii ibi oſtenſo, ac per me Notarium infraſcriptum viſo, & lecto, pro eis, ac Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, nec non pro Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis, Civibus, & ſubditis ſuis, ſeu quæ, & qui per eos, vel alterum eorum ad præſens gubernantur, & reguntur, & pro Adhærentibus ſuis prout infra ex una alia parte, & Egregius Miles Dominus Franciſcus, quondam ſpectabilis Militis Domini Fentii, Comes Prati, & Nobilis Vir Ludovichus quondam Nobilis Viri Lupardis de Ubertis de Florentia, ac ſapiens, & Honorabilis Vir, Dominus Ottonellus, quondam Domini Prandi de Deſcaltiis de Padua Legum Doctor, & diſcretus Vir Galeazius quondam Domini Bertolamei de Buzonis de Mantua, Procuratores, & Procuratorio nomine, & Nuntii ſpeciales Magnifici Domini Domini Franciſci de Gonzaga Mantuæ &c. Imperialis Vicarii Generalis ad infraſcripta ſolempniter, & legiptime conſtituti, prout conſtat publico Inſtrumento rogato, & tradito per Antonium Filium quondam Domini Maginardi de Bonadis, de la Volta Notarium Mantuanum anno Domini milleſimo tricenteſimo octuageſimo quinto, Indictione octava, die Dominico ſecundo Julii, ibi oſtenſo, ac per me Notarium infraſcriptum viſo, & lecto pro eo, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus, nec non pro Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis, Civibus, & ſubditis ipſius Domini Franciſci, ſeu quæ, & qui per eum ad præſens gubernantur, & reguntur, & pro Adhærentibus ſuis prout infra, ex una alia parte.

Sponte & ex certa ſcientia, & unanimi conſenſu, & voluntate fecerunt, inierunt firmaverunt, ac ſolempni ſtipulacione ad invicem contraxerunt Ligam, Unionem, Confœderationem, & Fraternitatem, veramque Amicitiam, & ſocietatem, & hoc ad defenſionem ſtatuum præfatorum Dominorum, & cujusque eorum contra quascumque Gentes Ultramontanas & contra quascumque ſocietates, & contra quoscumque Populos, & Cives Civitatum, quæ per prænominatos Dominos, ſeu alterum eorum reguntur, & gubernantur, qui aliquid attemptare, vel tractare præſumerent contra Statum ipſorum Dominorum, vel alterius eorum, cum, & ſub infraſcriptis formis, modis, pactis, convencionibus, & tenoribus, videlicet.

Primo quod præfati Domini Colligati ut ſupra, & Confœderati ut ſupra non poſſint nec debeant unus alterum, nec e converſo offendere, nec damnificare, nec eorum ſtatum turbare circa regimen, & gubernationem Civitatum, & Terrarum, Comitatuum, & Territoriorum quorumcumque, quos, quas, & quæ obtinent de præſenti.

Item quod ſi aliquæ Gentes Ultramontanæ cujuscumque ſtatus, præheminentiæ & conditionis exiſtant, quæ de cætero venirent de partibus Ultramontanis, turbare vel moleſtare, vel aliqualiter immutare vellent ſtatum præfatorum Dominorum, vel alterius, & cujusvis eorum, & præcipue circa regimen, & gubernationem Civitatum, & Terrarum, quæ per præfatos Dominos, vel alterum, & quemvis eorum ad præſens gubernantur, & tenentur, eorum, vel cujuslibet eorum Territoria hoſtiliter invadendo, vel aliquo quovis modo, ipſi prænominati Domini teneantur, & debeant totis ſuis viribus cum eorum gentibus usque ad quantitates unicuique ipſorum Dominorum inferius limitatas, ſe ad invicem adjuvare, & defenſare bona fide contra Gentes prædictas ad defenſionem Statuum eorum, & regi-

Digitized by Google

minis, & gubernationis Civitatum, & Terrarum, quibus præsunt.

Item quod si aliquæ Gentes, undecumque sint, per viam societatis, motu proprio, vel ad instantiam cujusvis alterius Personæ, vel Communitatis, cum stipendio, vel sine stipendio, venirent vel præsentialiter essent in partibus Italiæ, quæ accedere vellent, vel attemptarent super Territoriis præfatorum Dominorum, vel alterius eorum, præfati Domini cum eorum forciis, & Gentibus inferius unicuique ipsorum limitatis, teneantur, & debeant se invicem adjuvare contra dictas Societates & ad eorum exterminationem, & destructionem intendere suo posse, & prohibere ne veniant super Territoriis præfatorum Dominorum, vel alicujus eorum.

Item quod si aliqui Populi, vel Cives Civitatum, quæ per præfatos Dominos, vel alterum, & quemvis eorum præsentialiter gubernantur, tenentur, & reguntur, aliquid facerent vel tractarent, seu facere, vel tractare præsumerent contra statum præfatorum Dominorum, vel alterius eorum, teneantur, & debeant prælibati Domini eum viribus, & Gentibus unicuique ad defensionem statuum eorum se ad invicem adjuvare, & manutenere in eorum statu contra Populos, & Cives prædictos talia attemptare præsumentes.

Salvo quod si aliquis ex prædictis Dominis Colligatis haberet aliquam Guerram aliter quam ex casibus in præsenti Liga comprehensis, propter quam aliqua Communia, Loca, Terræ, vel Castra, aut Cives, vel Subditi eidem rebellarent, si talia Communia, Terræ, Castra, vel Loca, seu aliquod vel aliqua ex eis tenerentur, vel occuparentur per Populos, vel Cives eorum, vel per Gentes Ukramontanas, vel aliquas Societates, tunc alii Domini Colligati teneantur, ipsi Domino talem Guerram habenti ut supra suum subsidium, & auxilium Gentium taxatarum per præsentem Ligam exhibere, & præstare. Si vero ipsa Communia, Terræ, Castra, & Loca, vel aliquod ex eis aliter per quamvis aliam Personam, vel Communitatem occuparentur, vel vincantur, etiamsi aliquod Castrum, vel Fortilicia ex ipsis Locis, Castris, vel Terris adhuc tenerentur per illum Dominum, cujus erant, & sunt ad præsens, tunc alii Domini Colligati nullatenus teneantur ad præstandum subsidium prædictum.

Item quod quilibet præfatorum Dominorum servire teneatur unus alteri vicissim pro observatione præmissorum, quandocumque casus exigerit de infrascripta quantitate Gentium unicuique eorum taxata, ut infra, & ipsas Gentes quocienscumque aliquis ex dictis casibus accideret, & fuerit requisitus infra decem dies dimidiam ipsarum Gentium, & infra alios decem dies aliam dimidiam mittere in subsidium illius Domini ex prædictis, cui contingerit aliquis ex casibus antedictis, & eas ibidem manutenere suis expensis usque quo duraverit talis casus.

Et si eodem tempore duo, vel plures ex Colligatis opprimerentur, quod subveniant de tota, vel majori parte constituto in majori necessitate, secundum declarationem aliorum Colligatorum non oppressorum.

Tassa vero Gentium prædictarum est hæc videlicet: Illustris Princeps Dominus Johannes Galeaz, Comes Virtutum ponat, & contribuat Lanzeas trecentas; Illustres Domini Nicolaus, & Albertus Fratres Marchiones Estenses contribuant Lanzeas centum quinquaginta; Magnificus Dominus Francischus de Carraria, & Dominus Francischus junior ejus natus Lanzeas centum quinquaginta; & Magnificus Dominus Francischus de Gonzaga, Dominus Mantuæ Lanzeas quinquaginta; quæ Lanzeæ sint, & esse debeant de tribus equis pro qualibet Lanzea.

Item quod dictæ Gentes, quæ venerint in subsidium ut supra teneantur, & debeant fideliter servire illi ex præfatis Dominis, in cujus subsidium venerint, & obedire præfato Domino, ejusque Capitaneo, & Officialibus in omnibus, perinde ac si forent ad præfati Domini stipendia, durante aliquo ex dictis casibus; Et hoc quantum est in, & pro casibus suprascriptis; & hoc specialiter dictis Gentibus imporatur, & mandetur per illum ex præfatis Dominis, qui ipsas Gentes miserit in subsidium ut supra.

Item quod quilibet præfatorum Dominorum teneatur, & debeat, libere concedere Gentibus antedictis, quæ mittentur in subsidium ut supra passus, & victualia pro eorum denariis pretio competenti super suo Territorio, omnibus impedimento, & exceptione cessantibus.

Item quod præfati Domini, nec aliquis eorum concedant passus, nec victualia aliquibus Gentibus, undecumque sint, nec undecumque veniant, quæ motu proprio, vel ad instantiam cujusvis alterius personæ, vel Communitatis, cujuscumque condicionis, præheminentiæ, vel status existat, cum stipendio, vel sine, venire voluerint super Territoriis præfatorum Dominorum, vel alterius, & cujusvis eorum causa dampnificandi, vel invadendi ipsa Territoria, vel aliquod ipsorum, sed potius teneantur suo posse prohibere, & obviare, & operam dare, ne tales Gentes transeant, & si ille Dominus per cujus Territorium Gentes illæ transire vellent, non esset potens ad obviandum, ne transeant, tunc alii Domini Colligati, si fuerint requisiti teneantur subsidium de suis Gentibus

præstare

Digitized by Google

præſtare ad obviandum ne dictæ Gentes transeant ut ſupra.

Item quod præſens Liga, & contenta in ea nullatenus ſe extendant ad aliquos Colligatos, vel Adhærentes præfatorum Dominorum, vel alterius eorum, niſi ut infra videlicet; quod aliquis ex præfatis Dominis Colligatis non poſſit, nec debeat offendere, nec dampnificare aliquem, vel aliquos ex Adhærentibus alterius Domini, nec e converſo ipſis Adhærentibus ex ſua parte verſa vice idem obſervantibus verſus præfatos Dominos, & quemlibet ex eis, ac eorum, vel cujuslibet eorum Adhærentes, vel Subditos.

Item, quod ſi aliquis præfatorum Dominorum non poſſit, nec debeat acceptare pro ſuo Adhærente aliquem præſentialiter de Adhærentibus, vel Subditis, & Caſtellanis alterius Domini, nec e converſo, contra voluntatem illius Domini, cujus eſt Adhærens, vel Subditus ad præſens.

Item quod non intelligantur aliqui eſſe Adhærentes alicujus præfatorum Dominorum, niſi ſint nominatim deſcripti pro Adhærentibus in præſenti Liga.

Item quod dictus Dominus Marchio Ligam, quam habet cum Communi Bononiæ, obſervare poſſit, ſine tamen præjudicio præſentis Ligæ & contentorum in ea.

Item quod nullus poſſit recipi in dicta Liga, niſi proceſſerit de voluntate, & de Conſenſu omnium Colligatorum.

Item quod dicta Liga duret uſque ad decem annos proxime venturos.

Item quod omnia, & ſingula in præſenti Contractu hujusmodi Colligationis & Unionis deſcripta, & inſerta intelligantur, & intelligi debeant ſecundum bonum, purum & ſanum intellectum, & bona fide, quibuscumque cavillationibus, dolo, fraude, machinatione, & qualibet maligna, vel extranea interpretatione omnino ceſſante.

Quam quidem Ligam, Unionem, Confœderationem, & Fraternitatem, nec non omnia, & ſingula ſupraſcripta prædictæ Partes modis, & nominibus quibus ſupra, & cum formis, modis, & limitationibus ſupradictis, & infraſcriptis, ſolempnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, ſponte, & ex certa ſcientia ſibi ad invicem promiſerunt, & convenerunt una Pars alteri, & e converſo, ac mihi Notario infraſcripto tamquam publicæ Perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice dictarum Partium, & cujuslibet earum, nec non omnium & ſingulorum, quorum intereſt, aut interit quommodolibet, principaliter, ſeu ſecundario, mediate vel immediate, aut tacite, vel expreſſe, attendere & inviolabiliter obſervare, & firmam, ratam, gratam, & firma, rata, & grata habere, tenere, & adimplere, & contra ea, vel aliquod eorum non facere, vel venire per ſe, vel alium, aut alios directe vel indirecte, nec aliquo quæſito colore, nec aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto ſub pœna Florenorum centum millium, ſolempni ſtipulatione præmiſſa, & adjecta, & quæ pœna committatur, ac peti, & exigi poſſit cum effectu, ſi fuerit contrafactum, & pœna ſoluta vel non, rata ſemper, & firma ſint, & remaneant præſens Liga, omnia & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta.

Item reficere, & reſtituere una Pars alteri ad invicem inter ipſas omnia, & ſingula dampna, expenſas, &, intereſſe, quæ, vel quas una Pars occaſione alterius, ſive culpa contrafacientis, vel prædicta non obſervantis fecerit, vel ſuſtinuerit in judicio, vel extra Judicium. Item promiſerunt ſolempni ſtipulatione dicti Procuratores prædictorum Dominorum Ferrariæ, Paduæ, & Mantuæ Colligatorum, & quilibet eorum prænominato Illuſtri Principi Domino Comiti Virtutum pro ſe, & nominibus quibus ſupra ſtipulanti, & recipienti, & mihi Notario infraſcripto ut publicæ perſonæ ſtipulanti, & recipienti nomine quorumlibet quorum intereſt, vel intererit, aut intereſſe poſſet, ut ſupra ſeſe facturos, & curaturos cum effectu, quod prædicti eorum Domini, & quilibet eorum perſonaliter infra menſem unum proxime futurum approbabunt, ratificabunt, & ſolempniter confimabunt per publica, & ſolempnia Inſtrumenta vallata ſolempnitatibus, ſacramentis, & clauſulis opportunis in bona, & ſufficienti forma præſentem Ligam, & omnia & ſingula contenta in ea, ac acta, & geſta per dictos eorum Procuratores, & quemlibet eorum in prædictis, & circa prædicta, quodque dicta Inſtrumenta Ratificationum, & Confirmationum prædictarum taliter ſolempnizata, & roborata ut ſupra, transmittentur, & tradentur præfato Domino Comiti infra dictum terminum, alioquum ipſe Dominus Comes ad obſervationem dictæ Ligæ, & contentorum in ea minime teneatur, pro quibus omnibus, & ſingulis ſic conſtanter, & firmiter attendendis, & obſervandis obligaverunt una Pars alteri, & altera alteri, nominibus quibus ſupra, omnium prædictorum conſtituentium Dominorum, & Principalium bona præſentia, & futura; Conſtituentes ſeſe ea bona vicisſim una alteri precario nomine mutuo poſſidere; Renunciantes exceptioni non ita actorum, & factorum omnium & ſingulorum præmiſſorum, & cuilibet exceptioni, & defenſioni in contrarium, & expreſſe, ac ex certa ſcientia Privilegio ſui fori, ita quod ipſi contrahentes, & quilibet eorum pro præmiſſis, & eorum occaxione ubique locorum teneantur, & conveniri poſſint, ac cogi, & compelli ad obſervationem omnium

Digitized by Google

um præmissorum, & ubi conventi fuerint, sese adimpleturos, & observaturos omnia, & singula suprascripta congrua congruis semper referendo sibi ad invicem solempniter promiserunt, ac omnibus, & singulis Legum, Juris Canonici & Civilis, Communis & Municipalis, auxiliis, & beneficiis, nec non quibuscumque Decretis, & Rescriptis, seu Privilegiis impetratis, vel impetrandis, & quibuscumque aliis, per quæ, vel quorum vigore ipsi contrahentes, vel alter, & quivis eorum, de jure vel de facto possent convenire prædictis, vel alicui prædictorum, seu contra ea, vel aliquod eorum tueri quoquo modo, etiam si requirerent renuntiam specialem, quam ex nunc prædicti Contrahentes habere volunt pro expressa, & specificata haberi, & insuper prædicti Contrahentes videlicet prænominatus Illustris Princeps & Magnificus Dominus, Dominus Comes Virtutum, in animam suam, & prædicti Procuratores aliorum Dominorum Colligatorum ut supra, & quilibet ipsorum in animas Dominorum suorum sponte, & ex certa scientia juraverunt ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis scripturis se se dictis modis, & nominibus observaturos omnia, & singula supradicta, & non contraventuros per se, vel alium, seu alios aliqua ratione, vel causa, nec aliquo modo, vel ingenio, de jure vel de facto, & maxime, & specialiter prædicti Procuratores nominati Magnifici Domini Domini Francisci de Gonzaga, quod ipse Dominus Franciscus non contraveniet, ut supra, ratione, causa, vel beneficio minoris ætatis viginti quinque annorum, asserentes, & jurantes, ut supra ipsum Dominum Franciscum fore majorem decem octo annis certiorati ad plenum de prædictis; Mandantes ipsi Contrahentes, & quilibet eorum mihi Notario infrascripto, ac infrascriptis Antonio de Cavalleria, Zilio de Calvis, & Antonio de Bonatis Notariis, quatenus de prædictis omnibus unum, & plura publica conficiam, & conficiant Instrumenta. Actum &c.

XXXII.

Literæ Johannis Galeatii, Comitis Virtutum, ad Communitatem Florentinam, quibus eidem, Bernabovem Vice-Comitem, Dominum Mediolani ejusque Fratres & cognatos a se captos esse, seque Mediolani Dominium occupasse nunciat, d. d. 8. Maji An. 1385.

MAgnifici Amici carissimi. Noverit vestra amicitia, quod pro conservatione Status nostri & Status Domus nostræ contenti eramus tradidisse oblivioni innumerabiles injurias & damna temporibus retroactis per Dominum Bernabovem Vicecomitem & ejus natos nobis & Domui nostræ illatas & illata per multos abominabiles modos, videlicet usurpando jura nostra, & Mediolanensis districtus, in nostros Nobiles, Officiales, familiares & subditos homicidia, verbera & adulteria committendo, inimicis nostris semper favendo, mortem nostram multis & diversis modis incessanter procurando, sibi & nobis in guerris cum insatiabili appetitu inimicos accumulando, inhonestam & crudelissimam vitam in omnibus semper deducendo. Quæ omnia & multa alia ineffabilia vobis, & toti mundo credimus fore nota. Nunc ipse sentiens nos causa devotionis ituros ad visitandum Ecclesiam Beatæ Mariæ Virginis de Monte situatam in territorio nostro Mediolani, cum sollicitudine procurabat sub cautela habendi nobiscum colloquium, in fortilitium suum nos inducere blandis verbis, & in fortias suas detinere, & nos tali modo vita & libertate privare. Quod quidem præsentientes, nostris fidelibus servitoribus notificavimus. Qui dicentes fore veridicam informationem, nobis consuluerunt, quod a nostra devotissima devotione non desisteremus; sed bonis gentibus & comitiva associati arriperemus iter nostrum. Quod sic fecimus. Et volentes omnem ejus rixam & pravam intentionem totaliter evitare, omisimus ire per Civitatem Mediolani, & direximus iter nostrum juxta foveam Civitatis. Transeuntibus nobis ibidem, in quodam loco flexo & clandestino erat, nobis insciis, Dominus Bernabos cum duobus natis suis, & multis gentibus, quæ per nos transeuntes videri non poterant, & subito a contumeliis inchoando enses evaginarunt. Tunc existentes in nostra Societate ad defensionem nostræ personæ se opponentes, & prævalentes, ipsum, natos, & omnes existentes cum eo ceperunt. Quod non solum ad liberationem nostram & suorum & nostrorum subditorum, sed potius ad pacificum statum totius Italiæ redundabit, ad cujus destructionem semper nitebatur. Deinde Civitatem intravimus, & per Nobiles & Populares, nemine discrepante benigne recepti sumus & gratias agentes, eam libere possidemus. Nos enim sic amicabiliter scribere disposuimus, ut omnia nobis occurentia sentiatis, & intentionem nostram in quibuscunque vobis necessariis dispositam menti vestræ habeatis. Nam bonum & pacificum statum diligimus & affectamus, offerentes nos ad omnia beneplacita vestra. Datum Mediolani die VIII. Maji VIII. Indictione MCCC LXXXV. Pasquinus.

XXXIII.

Literæ, quibus Florentini respondent ad antea insertas Johannis Galeatii literas, d. d. 41. Maji Anno 1385.

MAgnifice & Excelse Domine frater, & amice carissime. Literas vestras partium pluralitate distinctas nuper accepimus, per quas vestra caritas intimavit, quot et quantæ contra vos hactenus fuerunt per quondam Magnificum fratrem nostrum Dominum Bernabovem insidiæ præparatæ, quot vobis & vestris intulerit offensas & injurias, quid deinde demum in caput & salutem vestram

Digitized by Google

vestram (proh dolor!) perficere satagebat, & denique, quid vos oportuit contra tot instructa pericula providere. Quæ commemorando, carissime frater, horrent mentes mirabili stupore percussæ. Quis enim non horreat videndo, tantum potuisse pacis & humani generis inimicum, qui inter tam strictos & cognationis & affinitatis nexu tale dissidium taleque scandalum concitavit? Quis non exstupeat audiendo inde tanti Domini ruinam? puritatem vero & innocentiam vestram tot potuisse funestis consiliis impeti, totque modis & periculis oppugnari? Sed custodivit Deus puerum suum, qui quondam David de manu persecutoris soceri liberavit. Quid autem prius facere debeamus? An hoc inter nos scandalum flebili deploratione conqueri, an vobiscum de salute vestra lætari, satis exploratum, frater carissime, non habemus. Utrumque jubet vera dilectio, qua vos & vestrum sanguinem prosequimur & amamus. Utrumque igitur, postquam sic veniunt bona conjuncta malis, quantum exigit rerum conditio, faciamus. Dolemus itaque tantas & tales causas hujus inter vos dissidii suggestione diabolica concurrisse. Lætamur autem, postquam illud erat in fatis, hoc est, in æterna Dei dispositione, vos incolumes tot pericula evitasse. Scimus enim, quicquid per vos factum est, totum procurandæ securitatis necessitudine fore gestum. Speramus etiam, quod tanta rerum vertigo in exaltationem vestræ caritatis & sanguinis, fortificationem Italiæ, amicorum consolationem, & nostri Communis præcipue redundabit. Datum Florentiæ XIV. Maji. M CCC LXXXV. Priores Artium & Vexillifer Justitiæ Populi & Communis Florentiæ. Colutius.

XXXIV.

Diploma, quo Jacobus de Marocho, Vicarius Episcopi Derthonensis, Johannem Galeatium, Comitem Virtutum Dominum que Mediolani, nomine Johannis, Episcopi Derthonensis, de castro Surlæ, & omnibus, quæ ad illud pertinent, investivit, d.d. 12. Febr. An. 1386.

In Nomine Domini, Amen.

Anno a Nativitate ejusdem Domini 1386. Indict. 9. die 12. Febr. hora Nona, in Castro Surlæ, Episcopatus Derthonæ, videlicet apud portam magnam dicti Castri, Jacobus de Marocho civis Derthonæ, Vicarius Rev. in Christo D. D. Johannis ex Marchion. Cevæ, Dei gratia Episc. Derth. & Comitis in temporalibus generalis & commissarius ad infrascripta specialiter deputatus per præfatum D. Episc. per ensem evaginatum quem in sua manu tenebat, & omni modo, jure, via, forma, quibus melius & validius potuit, & potest, & intervenientibus omnibus solemnitatibus tam facti, quam juris quæ in talibus & similibus exiguntur, investivit & investiit Albertolum de Griffis de Varisio, Procuratorem, & procuratorio nomine Ill. Principis, & Mag. D. Johannis Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, Mediolani &c. Jmperialis Vicarii generalis, ipsummet Albertolum Notarium publicum, & tamquam personam publicam, recipientem nomine, & ad utilitatem præfati D. D. Galeaz, & eorum, quibus dederit, seu concesserit, seu infeudaverit, seu dederit prædicta, seu aliqua ex prædictis, & Successores quocumque modo succedentes in feudum honorificum, antiquum & generale, de toto castro Surlæ & territorio, curia, & pertinentiis, mero & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, terris, pratis, vineis baschis, zerbis, castaneis, molendinis, furcis, potestriis, finibus, decimis, & jure decimandi, piscationibus, aquæ ductis, vasallis, & jure vasallorum, commoditatibus, utilitatibus, præeminentiis, honorariis, & omnibus & singulis villis spectantibus, & solidis spectare ad prædicta, & dependentibus a prædictis, & etiam de omnibus condemnationibus, mulctis, pœnis & jure condemnandi & mulctandi, & de omnibus Regalibus & quæ appellatione Regalium comprehenduntur & comprehendi possunt & possent taliter, & tali modo fecit prædictam infeudationem, & investituram in feudum videlicet, quod ipse præfatus D.D. Galeaz Comes quoquo modo concesserit, habeat, teneat & possideat, & quasi prædictum castrum Surlæ cum territorio & pertinentiis suis, & cum omnibus & singulis suprascriptis, & dependentiis ab ipsis secundum morem, & consuetudinem boni Vasalli, & secundum quod Vasalli liberi, nobilis & antiqui feudi, dominis suis facere debent & tenentur, tam versus dictum D. Episcopum & dictum vicarium dicto nomine quam etiam successores ipsius de prædictis bonis, rebus, Castro, territorio, pertinentiis, & aliis suprascriptis in feudum datis, & concesis, volens tamen dictus Vicarius, nomine præfati D. Episcopi & Episcopatus præd. ac expresse disponens, quod præfatus D.D. Galeaz & successores sui, & quibus dederit & concesserit prædicta in toto, vel in parte, nomine Vocalinici in fidelitatem, ad aliud non teneatur, nisi quod prædictum Castrum & alia suprascripta bene conservet & protegat & defendat ad utilitatem suam, & successorum suorum, & quibus dederit nomine tamen Episcopatus Derthonæ in signum recognitionis tantum, & e converso præfatus D. Episcopus observatis prædictis & utendo rebus prædictis more boni vasalli, ut supra tantum & in toto Castro prædicto, & aliis suprascriptis, promisit ipsum Vasallum conservare in possessione, & quasi ipsius castri, & in ipsis rebus & bonis & juribus in feudum datis & concessis, cum accessibus & ingressibus dicti castri, rerum, bonorum, & jurium territorii, & pertinentiarum Surlæ, & prædictis omnibus & singulis attendendis & observandis, prædictæ partes ad invicem, omnia eorum bona nomine quo supra pignori obligaverunt. Quæ bona constituerunt & constituunt se precario nomine tenere & possidere usque ad plenam & inregram observationem omnium & singulorum prædictorum, & & prædicta acta & facta fuerunt tali pacto & conventione, quod præfatus Ill. D. D. Galeaz Comes Virtutum, & quibus & quo quomodo dederit & concesserit, debeat dictum castrum Surlæ cum territorio & pertinentiis, & aliis suprascriptis in feudum datis, ut supra conservare bene, & tra-

dare

Digitized by Google

stare sub hypotheca & obligatione bonorum suorum, qui Albertolus procurator, procuratorio nomine, quo supra recognoscens prædicta omnia, & singula esse feudalia ut supra juravit & fecit suprascripto D. Episcopo, fidelitatis debitum Sacramentum, secundum formam suprascriptam, & juxta ea, quæ investitura præsenti, & hoc pro juramento novæ & veteris fidelitatis, & in locum ipsius, & inde de prædictis præfatus D. Vicarius domini Episcopi Terdon. & Comissarius prædictus, & dictus Albertolus dicto procuratorio nomine rogaverunt de prædictis instrumen. publicum mihi Petro Passaquala Notario infrascripto, præsentibus venerabili religioso D. Dominico de Oppizonibus f. q. D. Gratii Dei gratia Abbate S. Marini de Popia, D. Bernabone de Rampinis de S. Aloysio, f. q. D. Sucai, Bertoldo de Pusnela de Mediolano f. q. D. Christophori, & Jacobo de Comberto f. q. Maruini Notario testibus ad prædicta vocatis, rogatis, & fide dignis. Ego Petrus Passalaqua natus quon. d. Joannis, publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc chartam inbreviavi & tradidi, & aliis negotiis occupatus per alium scribi feci, & me subscripsi in fidem & testimonium omnium præmissorum. Ego Jacobinus de Comberto natus quon. Mancini publ. Imperatoris auctoritate Notarius, jam supradicti Petri Notarii, hoc instrum. investituræ scripsi, & auscultatum cum breviario meo subscripsi signumque meum apposui consuetum in testimonium præmissorum.

XXXV.

Johannis, Episcopi Derthonensis Confirmatio investituræ de castro Surlæ ejusdemque pertinentiis a vicario suo factæ Johanni Galeatio, Comiti Virtutum Dominoque Mediolani, d. d. 12. Februar. An. 1386.

In Nomine Domini, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem Domini 1386. ind. 9. die 12. mensis Februarii hora Vesperarum in civitate Derthonæ in Ecclesia S. Georgii, cujus domibus residentiam facit d. Episcopus infrascriptus, præfatus Dominus Episcopus sedens pro tribunali indicta Ecclesia S. Georgii, super quodam banco quem locum elegit, & eligit pro ejus tribunali, & loco Juridico, & habili ad supradicta, & qui est locus solitus & legitimus ad effectum, & valorem infrascriptorum videlicet, nos Johannes ex Marchionibus de Ceva, Dei gratia Episcopus Derthonensis, & Comes habentes notitiam certam, sapientem, & providum virum Jacobum de Marco fuisse, & esse Vicarium nostrum, & specialiter Commissarium ad faciendum & implendum quosdam, & quasdam inquisitiones & Processus, contra Martinum & Grezerium de Surle f. quon. Joannis, Jacobum, & Joannem, fil. q. Antonii, Perinum fil. q. Gabrii, & contra quemcumque hæredem D. Beche de Surle, & contra quemcumque prætendentem, & prætendere volentem se esse hæredem, & Successorem eorum, qui fuerunt vasalli Episcop. Derthon. & contra quemlibet ipsorum, & contra eos de quibus in Inquisitionibus & Processibus & condemnationibus factis per ipsum vicarium nostrum fit mentio de castro, & loco, & territorio, pertinentiis, & curtis Surlæ & locorum, & villarum sibi adhærentium Subditorum & adhærentium prædictis & deputatis & solitis esse a prædicta deputatis, & de terris, pratis, vineis, cerbis, boschis, castagnetis, furnis, decimis, fructibus, pertinentibus, honorariis, præeminentiis, Regalibus, mero & mixto Imperio, jurisdictionibus, feudis, vasallis, homagiis, servitutibus, decimis, & jur. deimandi, & de aliis contentis, & comprehensis in processibus & condemnationibus factis per ipsum Vicarium & Commissarium nostrum, & de omnibus, & singulis suprascriptis dedendentibus ab ipsis contra supradictos & quemlibet ipsorum, & occasione prædictorum & dependentium ab ipsis. Habentes notitiam & scientiam certam, & manifestam etiam de infeudatione, & investitura, ac translatione factis, & de omnibus & singulis supra scr. & in eo modo quo sunt, & fuerunt privati præd. omnes, & singuli & omnibus singulis, & suprascr. per ipsum Vic. & Commissarium nostrum per Processus, & Sententias ac condemnationes; habentes etiam notitiam certam & manifestam de investitura, infeudatione & translatione factis de omnibus & singulis, & eo modo, quo sunt per ipsum Vicarium & Commissarium nostrum, nomine Episcopatus Derthonæ & nostri in Albertolo de Griffo procuratorio nomine Illust. & Excell. D. D. Galeaz Vicecomitis, Comitis Virtutum, atque recipientem & quibus dederit & concesserit prælibatus Dominus. Habentes etiam notitiam & expressam scientiam de prædictis sententiis, condemnationibus, privationibus, processibus, & quod de prædictis extitit facta notificatio, denuntia & informatio modo Juridico condemnatis, privatis præd. & non fuit per ipsos nec nomine ipsorum, nec alicujus ipsorum facta aliqua appellatio, reclamatio, nec nullitas aliqua interposita. Ac etiam habentes notitiam, & scientiam manifestam de terminis, citationibus, dilationibus datis, & factis modo legitimo prædictis, & aliquibus prædictorum per ipsum Vicarium & Commissarium nostrum. Habentes etiam notitiam & certam scientiam de omnibus & singulis suprascriptis, & dependentibus ab ipsis & de omnibus & singulis gestis, factis, actis, & actitatis contra suprascriptos, & quemlibet ipsorum, & etiam occasione, prædictorum per ipsum Vicarium & Commissarium nostrum nomine & vice Episcopatus Derthone & cum constet nobis prædicta omnia, & singula fuisse & esse legitime, & juridice facta, gesta, acta, & actitata, & super prædictis omnibus & singulis habita matura, & diligentissima deliberatione, Christi, & B. Mariæ Virginis, ac Beatissimorum Patronorum Derthonæ Sixti, Laurentii, Martiani, & Innocentii, & utriusque Joannis, & Catherinæ, totiusque curiæ cœlestis, invocatis nominibus, in his scriptis sedentes pro tribunali, in civitate Derthonæ in Ecclesia S. Georgii suprascripti super quodam banco sito in dicta Ecclesia, quem locum dicimus & definimus fuisse & esse nostrum locum juridicum interve-

nien-

Digitized by Google

nientibus omnibus ſolemnitatibus, tam facti, quam juris, quæ in talibus & ſimilibus exiguntur, et neceſſaria etiam opportuna ſunt. Nos Joannes ex Marchionibus de Ceva Dei, et Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Derthonenſis antedictus dicimus, et ſententiamus, pronunciamus, et ſenſibiliter definimus, et confirmamus ac promulgamus in omnibus et per omnia, prout inferius continetur. Primo videlicet confirmamus ex certa ſcientia, et cauſis juſtiſſimis omnes, et ſingulos ſupradictos et ſupra ſcriptos, et omnia ſupraſcripta, inquiſitiones, proceſſus, citationes, terminos, dilationes, probationes teſtium, inſtrumentorum, et jurium productiles, et publicationes, condemnationes omnes, privationes, inveſtituras, infeudationes, notificationes, denunciationes, facta, geſta, factas, geſtas, factas et geſtas, et actitata per ipſum Vicarium noſtrum, et coram ipſo et omnia contenta in omnibus et ſingulis ſupraſcriptis et infraſcriptis, et dependentia ab ipſis, et omnia, et ſingula ſupraſcripta, et dependentia ab ipſis, ut etiam ad majorem cautelam, et omni modo, quo melius et validius poſſumus, et intervenientibus omnibus ſolemnitatibus facti, et juris, et in his ſcriptis, et ut ſupra de novo confirmamus, dicimus, facimus, transferimus, inveſtimus et approbamus in omnibus, et per omnia, et ſingula, prout et quemadmodum coram dicto Vicario noſtro et Commiſſario, et per ipſum actum, geſtum, actitatum, et factum fuit. Decernimus omnia ultra prædicta, quod prædicta omnia et ſingula perpetuam obtineant roboris firmitatem et effectum validum et perpetuum, et irrevocabilem. Et deinde prædictis omnibus et ſingulis, prædictus D. Epiſcopus, et ut ſupra citatis legitime citandis, intervenientibus, quæ intervenire debent. Rogavit mihi Notario infraſcripto, ut conficiam de prædictis omnibus & ſingulis publicum inſtrumentum unum, & plura, quotquot ſint neceſſaria, etiam ſupraſcriptus Albertolus Procurator rogavit procuratorio nomine, quo ſupra, inſtrumentum de prædictis omnibus & ſingulis. Et hoc præſentibus venerab. religioſo D. Dominico de Oppizzonibus, filius quondam Dom. Gratii Dei gratia, Abb. S. Mariani de Papia, D. Chriſtophore de Betutio poteſtate civitatis Derthonæ f.q.D.---- Jacobo de Comberto de Salis f. q. Mancini Notario, ac etiam præſente D. Jacobo de Marocho cive Derthonæ Vicario & Commiſſario ſupraſcripto, teſtibus ad prædicta vocatis, rogatis, & fide dignis. Ego Petrus Paſſalaqua natus quondam D. Joannis Publicus Imperiali auctoritate Notarius hanc cauſam mihi fieri juſſam, imbreviavi & tradidi. Et aliis negotiis occupatus, per alium ſcribi feci, & me ſubſcripſi, in fidem & teſtimonium præmiſſorum. Ego Jacobinus de Comberto natus quond. Mancini, publicus Imperiali auctoritate Notarius, juſſa ſupraſcripti Petri hoc inſtrumentum confirmationis ſcripſi, & auſcultatum cum breviario me ſubſcripſi, ſignumque meum apponi conſuetum in teſtimonium præmiſſorum eodem anno 1386. die 7. Junii dictus D. Galeatius Vicecomes ex jure & balia, & poteſtate ſibi conceſſis & attributis a prædicto D. Epiſcopo Derthonæ & voluntate & conſenſu ipſius D. Epiſcopi infeudavit, de prædictis D. Bernardum natum egregii viri D. Joannis de Lunacis cum clauſula excepto jure D. Epiſcopi. Actum in caſtro magno Papiæ, Paſquino de Capellis civis Cremonenſis filius Balpurius Notario.

XXXVI.

Johannis Galeatii, Comitis Virtutum Dominique Mediolani Clarigatio, ſeu literæ patentes, quibus bellum indixit Antonio de la Scala, Veronæ & diſtrictus Veronenſis Vicario Imperiali, d. d. 17. April, An. 1387.

NAtura, Vir Magnifice, in ipſo humanæ productionis articulo, et ſi hominem alias miris gratiis exornavit, ipſum tamen ad injuriarum impatientiam miro libertatis privilegio impenſius armavit, adeoque placuit Naturæ ſic hominem decorare, ut beneficiis hujus gratiam ad muta, et irrationabilia animalia inſtituto quodam communi tranſtulerit, et quemadmodum dignum nota eſt, tela ipſis mutis animalibus, diverſaque pugnandi genera paraverit. Unde quædam cornibus ſe tueri docuit, quædam morſu et dentibus pugnare, quædam ſpiculis invadere, quædam miſſilibus offendere, quædam ungulis lacerare, et ut cetera omittamus, armis cuncta munivit, Quo fit, ut et animantia ſternere, et multitudinem congregare atque diſponere, ut ſe defendat, ipſa inſtituente, didicerit homo; ſiquidem tanto præclarius eum armavit, quanto plus ratione & judicio contra injuriantes præceptis inſtruxit. Conſiderantes itaque, Vir Magnifice, quanta arte, quantoque aſtu, nobis & Statui noſtro ruinam paraveritis, & laqueos fideliter incedenti tenderitis, ut in ſummos anfractus per verborum ac operum veſtrorum ſeriem traheretis, tantarum imaginationum pravitatem bello & armis merito provocamur elidere. Ut quid adverſus nos occulte, ut ita loquamur, per Tentatoris inſinuationes moliti eſtis? Dextera Domini faciet virtutem, dum aperto Marte nos defendemus. Qualia autem ſint, quæ contra nos moliri duxiſtis, ne marginoſam papyrum occupemus, pluralitatem ſine ipſius cauſæ detrimento reſecantes, aliqua præſentibus ſcriptis cenſuimus explicare. Inter cetera non credimus vos de mente obliteraſſe, quales quantosque tractatus inſtruxeritis adverſus Statum noſtrum, pendente obſidione Cittadellæ Brixiæ; qualia in illo flagello penſaveritis ad ſubverſionem noſtram cum præmiis, tum ſubornationibus attentare. Vos ipſi ſcitis, qualem non tantum ipſius Cittadellæ periculo, verum etiam Brixiæ, ac totius Comitatus confuſionem contra nos & pacem noſtram, pepererint artes veſtræ, cum doloſe congregata gente in Piſcheria contra nos ſtetiſtis in confinibus Brixiæ. Non hæc meriti fueramus, nam cum Civitas veſtræ Veronæ, Territoriumque ejus bellicis diſpendiis fatigaretur, pro pace & tranquillitate Status veſtri induſtriam noſtram adhibuimus, ut cum Domino quondam Bernabove conciliaremini. Nec vos latet, quanto cum ſudore noſtro, quantis vigiliis, quanta ſolicitudine, quantoque labore illum rede-

Digitized by Google

gerimus ad pacem. Debuerant hæc, si non alia, vos manſuefacere; debuerant conditiones per nos tractatæ pacis, & reliqua, quæ pro ſalute veſtra animo libenti ſuſcepimus, debuerant, inquam, vos aliqua ex parte ad humanitatem movere, & illud præterea, quod uti Nobilitas veſtra conſcia eſt, multo ampliora pro vobis decreverimus facere, flagrante noſtræ dilectionis ardore, de quo potuerunt Legati veſtri vos informare, cum ad nos de parte veſtra Placentiam applicuiſſent. Sed nos eramus expectantes fructum immaculatæ benevolentiæ noſtræ, vos contra rea procuratione non ceſſaſtis animo jactare pejora: quæ poſterior declaravit eventus. Pro tanto enim beneficio qualia rependiſtis? Nos quidem inter vos, & dominium Paduanum, pacem ponere efficacibus miniſteriis curavimus, cujus procinctum excogitatis modis veſtra Nobilitas impedivit. Pro tanta fide, tantoque amoris affectu non ſolum Duces Bavariæ impotenti manu, alia ſimulantes peragere, totis conatibus in nos concitaſtis, multaque cum ipſis Ducibus, Dominoque Carolo de Vicecomitibus, illis temporibus tractaſtis, ſed etiam (horrendum dictu) a quatuor ventis potentes inimicos temeritate ſimili animoſius invocaſtis in jacturam noſtri Status. Nec is finis fuit, ſed ad deſcendendum in Italiam in fortitudinem bellicam, quantum in vobis fuit, oblitus beneficiorum noſtrorum, ſolitis artibus induxiſtis, omnia mente verſantes ad demolitionem culminis noſtri, & contumeliam Status. Quid tantem? Ulteriora dicere pudet, Vir Magnifice; Proinde nos tam hoſtilia in æquilibrio noſtræ conſiderationis trutinantes, ex obtrectationum veſtrarum facimus ſentientes, non per fraudes occultas, ſed manifeſte, adeoque juſtificata invitante juſtitia, eligimus veram vobis inferre guerram, ſperantes, ſi de divino judicio ſpes ulla certa eſſe poteſt, quod vindex rerum humanarum, vos veſtræ ingratitudinis, admonebit. Quapropter noſtrorum majorum exemplo, Vis, Civitates, Oppida, Caſtra, & Subditos veſtros hoſtiliter, ac manifeſte defidamus, & abſoluta pace a Vigeſima tertia die menſis Aprilis, quæ nobis utilia erunt peragemus. Ideoque his noſtris literis denuntiamus, ut Subjecti veſtri, quos interitus manet, tutelæ ſuæ poſſint conſulere pro libitu voluntatis.

Galeatius Vicecomes Comes Virtutum Mediolani etc. Imperialis Vicarius Generalis.

Data Papiæ, die 17. Aprilis 1387.

A tergo.

Magnifico & potenti Domino Domino Antonio dalla Scala, Veronæ & diſtrictus Imperiali Vicario Generali.

XXXVII.

Antonii de la Scala, Veronæ & diſtrictus Veronenſis Vicarii Imperialis Reſponſio ad Clarigationem a Johanne Galeatio Comite Virtutum Mediolanique Domino ipſi factam, d. d. 21. April, An. 1387.

ILluſtris Princeps, Pater noſter cariſſime; excelſæ paternitatis veſtræ literas partium pluralitate diſtinctas accepimus. Ad quarum contenta absque ipſarum partium repetitione, prædictæ excelſæ paternitati veſtræ ſubſtantialiter ad illas ſic duximus reſpondendum. Siquidem initiaſtis, nedum genus humanum, ſed etiam animalia muta ad injuriarum impatientiam, immo ad illarum ultionem, inſtinctu quodam id agente, docuiſſe naturam, & rem ob illam belluas ipſas diverſorum armorum genere prædotaſſe. Quæ etiam natura, uti ſubdit veſtra paternitas, hominem hujusmodi beneficio tanto excellentius præmunivit, quanto ab aliis animantibus ratione diſtat atque judicio, contra injuriantes. Et quod veſtra paternitas, ſicut eidem loqui libuit, conſiderans aſtus machinationes, & ceteros cogitationum noſtrarum palliatos amphractus, duxit nos aperto bello laceſſere. Unde iſtud fœcundiſſimis eloquentiæ veſtræ ſermonibus reſpondentes, propoſitionis veſtræ ſeriem de plano fatemur; addentes tamen, quod hominis ratio atque judicium naturæ legem vindicationem nominare non debet, ſed potius ſævientis impetus feritatem. Nec alia ratione homo bruta præcellit, niſi in quantum animi ſui motus præter naturam enitentes ipſe compeſcit. Et id nedum ad æquales pertinet, ſed multo fortius ad dignitatis & ſublimationis faſtigium atque decus evectos. Hinc eſt, quod Salvatoris noſtri evangelica verba præcipiunt ipſi linquendum fore ultionis eventum. Sed præſupponamus, hoc non obſtante, propoſitum veſtrum veritate niti. Attamen, ſicut enuntiatis, homo injuria laceſſitus accedit: quod excelſa paternitas veſtra, quam res hæc non tangeret, profecto minime loqui poteſt de nobis. Adverſus quippe illam nullos unquam aſtus, nullas machinationes, nec aliarum rerum hujusmodi, ſicut dixiſtis, inſidias ſtruximus. Ea nempe ars a noſtris moribus, Deo præſente, aliena ſemper fuit; & illius penitus ignari. Et non alterius probationis adminiculo opus habemus; noſtra ſiquidem & aliorum opera apud omnes, ut Solis radius & lux meridiana, clareſcunt, ita quod tanquam aperta probatione non indigent. Quid plura? Inaperto contendimus, eandem paternitatem veſtram non veris informationibus aures addidiſſe. Nec mirum: livoris malivolorum noſtrorum aſtu ſuggerente, quorum proprium eſt fas & nefas immiſcere, dummodo ſuæ perfidiæ conſequantur effectum, factum iſtud acceſſit. Sed recti Principis & conſtantis non eſt, parte altera inaudita, ad ſententiæ deciſionem ſubito labi; immo diſcuſſo judiciorum ordine ac partium aſſertione, procedit ad illam. Et quia, excellentiſſime Pater, veſtra paternitas quædam ſpecialia de nobis nititur veſtris eisdem literis, auditui noſtro horrida & incognita nobis objicere, ideo ad illa finaliter dirigere volumus reſponſivas, quas rogamus, ut pronis auribus libeat, æmulorum noſtrorum ſuggeſtionibus quibuscumque ſublatis atque remotis, percipere, & æqua lance diſcutere. Equidem veluti cernimus, ab obſidione Cittadellæ Brixienſis injuriarum veſtrarum duxiſtis ordinem, exordium, noſtro examini relinquentes, quantos tractatus tenderimus, qualiaque ſubornamenta penſaverimus tempeſtate illa; addentes quod non ſolum

ipſius

Digitized by Google

ipsius Cittadellæ, sed totius Comitatus Brixiensis subversionem contra vos moliti fuerimus. In cujus rei testimonium adducitis congregationem gentium nostrarum tunc in Pischeria factam. Ad illud filiatio nostra respondit, quod absit, ut tunc talia mens nostra conceperit. Et si gentes nostras Pischeriam misimus, ad illud nos induxit illius loci nostri tutela, & ut casibus fortuitis, qui plerumque talibus fluctuationibus emergentibus solent accidere, ex consulto provideremus. Quod nihil in nobis præter fidei Zelum erga vos habuerimus, tunc hoc de facto patuit, ut excellentia vestra satis bene debet memoriæ commendasse. Quia in illius procellæ fremitu, dum Johannes de Ubaldinis nondum Miles, Dominus Johannes Agud, Dominus Henerardus, & plerique alii cum gentium armigerarum multitudine copiosa ad excidium locorum vestrorum summo velamine conspirassent, & transire vellent, nos tanquam filiali ardore permoti, & illi semper inhærentes, in suffragium vestrum transmisimus virum nobilem Benedictum de Malseseno cum CLX. lanceis. Talis siquidem missio quid aliud demonstrat, nisi summæ caritatis indicium?

Successive objicitis, vos non sic feciſſe, dum Civitas nostra Veronæ bellicoso tumultu sub Domino olim Bernabove laboraret. Allegatis enim vestros Sudores, vigilias, solicitudines & labores interposuisse pro salute nostra, pro pace inter nos & illum statuenda, susceptarum in vos bastitarum utentes testimonio. Hoc siquidem beneficium in nos per vestram paternitatem præfatam collatum numquam inficiabimur: sed illius, dum vita nobis comes aderit, memoriæ nostræ semper habebit imago; immo de tam gratiosa interpositione vestra vobis infinitas referimus gratiarum actiones. Attamen non nisi quæ & nos pro paternitate vestra feciſſemus, eadem paternitas vestra pro nobis effecit. Ad hoc adjunxistis nos debuisse ad humanitatem movere relationes, quas nobis debuit feciſſe vir nobilis Cortesia de Saratico circa ardentem amorem, quem nobis faciebatis indubie, dum de Placentia, quam a vestra paternitate discessit, ad nos applicuisset, adscribentes nobis, nos animo nostro pejora versasse. Hanc siquidem relationem plene nobis pro ejusdem vestræ paternitatis parte fecit idem noster Cortesia. Immo plenius ab ipso habuimus, eamdem paternitatem vestram juramento affirmasse, numquam directe vel indirecte nobis bellum aut molestum quicquam inferre; addens ipsa vestra paternitas, quod si secus feceritis, omnipotentis Dei, Cœlorumque Numina cuncta vobis oraſtis infesta, cum rerum vestrarum totiusque status eversione. Cujus relationis vis tanti fuit roboris & efficaciæ, ut menti nostræ ardorem filialem, quem erga paternitatem vestram mens nostra fovebat, continuo duplicaret. Nec umquam putare possemus, quod quæ ex tanti Principis ore emanassent, præsertim tot juramentis affirmata, forent se in oppositum conversura. Hæc paternitatis vestræ infra conscientiæ pectus libret excussio, salutis memor æternæ. Insuper additis, dum pacem inter nos & Dominum Paduanum tractaretis apponere, nos acciviſſe Duces Bavariæ & Dominum Carolum de Vicecomitibus, ut ad vestra damna descenderent, alio pergere simulantes. Huic assertioni elata fronte non ambigimus dare responsum, quod nec Bavariæ Duces, nec Dominum Carolum de Vicecomitibus adversus vos umquam provocare in Italia tentavimus. Si qua paternitati vestræ in oppositum tradatur informatio, ea prorsus a veritate discordat. Sed hujus veritas est, quod dum ipsi Duces & Dominus Carolus nos requisiviſſent, & ad nostra vellent præsidia proficisci contra Dominum Paduanum, ad alia postea sua agenda tendere dispositi, iis nullum nostrum præbuimus assensum, donec omnia illa paternitati vestræ præfatæ, si bene recolit, per Dominum Guillielmum de Perusio, & Jacobum de Hereditate, Consiliarios vestros, fecimus manifesta. Hæ sunt fraudes, hi doli & astus, quibus, Pater noster carissime, filialis devotio nostra erga vos semper usa est. Ulterius quia conspeximus illorum adventum in vestri cedere displicentiam, statuimus eorum præsidia totaliter recusare. Quod si e converso feciſſemus, magnum nobis emolumentum forsitan eveniſſet. Sed tunc paternæ caritatis vestræ beneficia nostris utilitatibus fuerunt antepositа, sicut semper menti nostræ fuit inconcussa sententia. Postremo Alamanniæ Principes scribitis nos procurasse divertere a vestris matrimoniis & eosdem, tamquam his non contenti, contra vos ad descendendum in Italiam induxisse. Hanc quidem procurationem audemus, Deo teste, nostris veridicis assertionibus denegare, quum quidquam tale numquam mente nostra conceperimus. Sed æmulorum nostrorum hæc sunt figmenta, quibus ubi veritas eis non suppetit, ad colores mendaciorum & artium suarum commenta refugiunt, & ubi fallendi spem habent, sacra profanis immiscent. Quæ omnia paternitatis vestræ debet prudentia matura digestione pensare. Ad conclusionem literarum vestrarum denique attendentes, legimus vos per earum tenorem nos, nostrosque subditos, Civitates & Oppida, cum omnibus nostris diffidare a die XXIII. instantis mensis, ob præcedentium narrationum effectus, uti inducitis. Sed ad hæc præcordialis Zelus noster non sine magna admiratione cogitur ingemiscere, nullam ex nostri parte injuriorum causam adesse concernentes, nisi falsis æmulationibus paternitas vestra velit aures omnino præbere. Nos equidem tam præfati Cortesiæ, quam aliis considerationibus moti, ubi necessitas immineret, eamdem paternitatem vestram in adjutorium nostrum atque tutelam semper fore promtissimam sperabamus. Et eo vehementius admiramur, quum semper vos, ut patrem præclarissimum, uti filius, dilexerimus, nostraque continuo semper fuerit mens, vestras utilitates nostris commodis anteponere, Quid plura? Plura fovemus nunc, ubi paternitas vestra talia dignetur assumere. Ceterum & si illud illa respuat & abneget, non sine ingentis doloris aculeo mens nostra graviter & male contenta foret, & præcipue quia diffidantiam hujusmodi non a paternitate vestra, sed a nostrorum æmulorum livore & perfidia cognoscimus emanasse; dolentes quamplurimum quod fillalem benivolentiam nostram ab eadem paternitate vestra possent lætari se separasse. Attamen Deo assistente nobis ad tutelam & defensam nostram

Digitized by Google

nostrorumque, pro ut expediet, curabimus e vestigio providere, in æterni Judicis throno, cui cuncta justa & injusta patent, plenissime confidentes. Data Veronæ die XXI. Aprilis MCCCLXXXVII. Indictione X. Antonius de la Scala Veronæ etc. Imperialis Vicarius Generalis.

A tergo:

Illustri & Excelso Domino Johanni Galeatio, Vicecomiti Comiti Virtutum, Mediolani, etc.

XXXIIX.

Johannis Galeatii, Comitis Virtutum Mediolanique Domini Clarigatio facta Francisco de Carrarâ, Paduæ Imperiali Vicario, d. d. 29. Jun. An. 1388.

FAllimini, Magnifice Vir, si quæ in depressionem & excidium Status nostri non in Italia solum, sed in Germania, & Gallia pluribus jam mensibus non unò quidem, sed diversis pluribus, callidis, & exquisitis modis accuratissime protulistis; nec minus si quæ in læsionem nostri honoris protulistis impudenter convitia, non creditis ad notitiam nostra perveniſſe. Sensimus quidem, etsi non omnia, de pluribus tamen multa horrenda & execranda nimis, manibus palpavimus, qualia ne hostis quidem in hostem, nisi insupportabilibus lacessitus injuriis, moliri seu meditari non deberet. Nos autem quales offensas vobis intulerimus vel injurias, ignoramus, nisi forsan labentem in præcipitium Statum vestrum tempore illo, quo cum Domino Antonio dalla Scala concurrebatis acerrimo bello, dum prorsus omni spe alia destitutus ruinam vestram apertis oculis cernebatis, servasse, protexisse, & multiplicato favorum genere sublevasse, offensas & injurias judicetis. Scitis, Magnifice Vir, nèc nos ignoramus, quæ quot & qualia inter nos & vos fuerint istis retroactis temporibus agitata, quæ quia sub tanto breviloquio perstringi non possunt, cum prolixior scriptura, quam nunc res exigat, redderetur, in hoc, reservatis reliquis suo loco & tempore, duximus breviter concludendum. Quod potius arbitramur apertum, & publicum, & insidiosum, quam sub amici nomine hostem habere, & guerram patentem præferre paci fictæ & simulatæ, nec aliud quam dolos & fraudes, vim & insidias parituræ. Proinde bellum vobis lapsa die 30. hujus mensis Junii per præsentes indicimus, sperantes in Deo, quod concurrente ad hoc potentia Illustris Ducalis Dominii Venetorum, cum quibus nuper confœderati sumus, contra insperatam & indebitam ingratitudinem vestram, justitiæ nostræ favebit, & clamantium ad Cœlum oppressorum Subditorum vestrorum, quibus non compati certe non possumus, voces exaudiet.

Joannes Galeazius Vicecomes Comes Virtutum, Mediolani &c. Vicarius Imperialis. Data Papiæ die 29. Junii 1388. Indictione XI.

A tergo.

Magnifico & Potenti Domino Domino Francisco de Carraria Paduæ Imperiali Vicario.

XXXIX.

Instrumentum super jocalibus, quæ, vi pactorum matrimonialium, inter Ludovicum, Regis Francorum filium & Valentinam, Johannis Galeatii Vice-Comitis, Domini Mediolani, Comitisque Virtutum filiam initorum, Ludovico fuerunt tradita, confectum, d. d. 15. Decembr. Anno 1389.

LUdovicus Regis Francorum filius, Dux Turoniæ, Comes Valesii & Belimontis super Isaram, nec non Dominus Astensis, universis præsentes literas inspecturis, Salutem. Notum facimus, quod cum in tractatu matrimonii celebrato in præsentia Domini mei, Regis, Carissimorum patruorum nostrorum Ducum Bituricensis, & Burgundiæ inter nos ex parte una dilectum Cambelanum nostrum Bertrandum Guascum Gubernatorem Comitatus Virtutum, Procuratorem & procuratorio nomine carissimi Patris nostri Domini Johannis Galeaz Vice-Comitis Domini Mediolani, Comitis Virtutum &c. Imperialis Vicarii Generalis, nec non carissimæ consortis nostræ Valentinæ natæ suæ ex parte altera, inter cetera actum fuerit & in pactum deductum, quod præfatus Dominus Comes Virtutum pater noster mittet dictam Valentinam consortem nostram bene Zogolatam ornatam & jocalibus munitam, prout sibi & honori suo secundum statum personarum videbitur convenire; & quod in eventu restitutionis jocalium consvetudo Regni Franciæ debeat observari; quodque ipsam mittet associatam honorabiliter, prout debebit, cum omnibus expensis usque ad pontem Civitatis Mantisconensis &c. prout in dicto tractatu continetur: ideo tenore præsentium ex deliberato proposito certa scientia, & spontanea voluntate asserimus, testamur, & confitemur, præfatum Patrem nostrum Dominum Johannem Galeaz dictam Valentinam natam suam consortemque nostram misisse bene & honorabiliter & secundum statum personarum associatam cum omnibus suis expensis usque ad pontem Civitatis Matisconensis, nec non bene Zogolatam, ornatam, & jocalibus munitam, & bene ac honorabiliter & magnifice fecisse & adimpleviſſe circa prædicta ea, quæ in dicto tractatu matrimonii continentur, ipsamque Valentinam consortem nostram secum portasse infrascripta jocalia, lapides pretiosos, perlas, aurum & argentum, paramenta, & etiam ornamenta. Quæ quidem jocalia, aurum & argentum tradita fuerunt & assignata gentibus nostris a nobis spetialiter deputatis ad recipienda eadem per infrascriptos a præfato patre nostro specialiter destinatos: videlicet jocalia, lapides pretiosi & perlæ per Catharinam de Mayneriis, Uxorem Philipponi de Collis, & Dominam uxorem Ambrosii de Cigaolis, & Bernardam de Pomario, uxorem Luchini de Belcredo, Domicellas præfatæ consortis nostræ: aurum

&

Digitized by Google

& argentum in vaſella per Ambroſinum de Cottis, Leonardum de la Strata, Simonettum de Vicedominis, Andriottum Giranum, & Georginum de Caneva-nova. Quæ Jocalia, lapides pretioſi, aurum, argentum, ornamenta, & paramenta inferius per ordinem ſunt deſcripta. Et de ipſis ad ſecuritatem & majorem memoriam fieri fecimus inventarium, prout ſequitur.

In primis Corona una auri cum florenis ſex magnis & totidem parvis, ſuper qua ſunt balaſſii XXX. ſapphiri XXX. ſmeraldi XII. perlæ CCXL. groſſæ. Corona una auri cum Ziliis ſex magnis, & Ziliis ſex parvis ſuper cujus friſo ſunt ſapphiri ſex groſſi, ſaphiri XII. minores, balaſſi VI. groſſi, balaſſi XII. minores, diamantes XXIV. perlæ XCVI. & ſuper Ziliis magnis ſunt ſapphiri ſex, ſapphiri minores XVIII. balaſſi groſſi III. balaſſi minores XXI. diamantes XXIV. perlæ LIV. & ſuper Ziliis parvis ſunt ſapphiri parvi XV. balaſſi XV. diamantes parvi XVIII. perlæ XXX. Item Capelletus unus auri magnus cum petiis IX. magnis & VIII. parvis: ſuper quibus petiis magnis ſunt balaſſi IX. groſſi, ſapphiri XXXVI. perlæ CXLIV. & ſuper petiis parvis ſunt balaſſi IX. & perlæ LIV. Capelletus unus auri deſnodatus minor ſupraſcripto cum petiis VII. magnis & VIII. parvis: ſuper quibus petiis magnis ſunt balaſſi VII. ſapphiri XXVIII. perlæ XXVIII. & ſuper petiis octo parvis ſunt balaſſi XXXII. & perlæ VIII. groſſæ. Capelletus unus ſive Girlanda una lapidum & perlarum cum ſapphiris VI. ſmeraldis V. balaſſis XX. & perlis LXXX. groſſis. Capelletus unus ſive Girlanda una auri & eſmalcto viridi & azurro cum pluribus perlis, ſmeraldis & robinis parvis. Centura una auri facta ad rotundinos pro una bottonatura cum ſapphiris XI. balaſſi XLVI. perlis XXXIV. groſſis, & diamantis LVI. & onciis X. perlarum minutarum. Centura una auri facta ad florettos perlarum, ſuper qua ſunt balaſſi XXVI. ſapphiri XXVI. & perlæ CXXX. Centura una cum duobus filis perlarum mediata lapidibus, ſuper qua ſunt ſapphiri XII. balaſſi XII. perlæ IV. groſſæ, & aliæ perlæ CLX. Centura una argenti cum mazettis duobus & ſiquectis XLIII. cum literis: Loy antepaſſe tout. Centura una facta ad roſettas perlarum cum mazio et fibbia argenti, cum eſmeraldis XXVII. & perlis minutis CCXCII. balaſſis XVI. groſſis, & balaſſis XV. parvis. Collanam unam, in qua ſunt perlæ CXXXV. balaſſus unus groſſus, & alii balaſſi VIII. Ligamen unum perlarum, in quo ſunt perlæ CC. Collana ſeu Girlanda una deſnodata, munita perlis, ſmeraldis, balaſſis & ſapphiris. Zojellus unus auri pro ponendo ad viſum cum robinis V. diamantibus VI. & perlis IV. groſſis. Collana una facta ad brevia cum literis: A bon droit: cum turturellis XVIII. auri albis, & cum una turturella alba in uno radio auri, habente ſupra pectus unum rubinum. Collana cum botonzollis XLVII. auri. Alia Collana auri cum botonis XXXII. merenatis & liliis V. albis cum certis perlis, & botonis V. factis in formam cordis, cum perlis III. pro quolibet corde. Tres aliæ Collaniæ quarum una facta eſt ad oregiales auri & flores albos, alia facta eſt ad botonzellos albos & rubeos, & alia facta eſt ad modum unius Roſani cum botonzellis albis & rubeis. Fermalium unum auri pro attachando mantellum, cum ſapphiro uno groſſo & balaſſis V. minoribus & perlis LIV. groſſis, & diamantis VI. Item ſtacha una auri pro attachando mantellum, habens balaſſos XI. ſapphiros XI. & perlas XCII. Fermalia duo auri, firmata ſuper duobus flordeliſiis auri, in quibus ſunt balaſſi IV. in quolibet, ſapphiri duo in quolibet, & perlæ XXIV. in quolibet. Fermalium unum auri ad unum Daynum album cum uno breve ad literas dicente: Plus hault: cum balaſſis IV. & perlis X. groſſis. Fermalium unum auri ad unam dominam ſonantem unam arpam, cum balaſſis II. groſſis, & perlis IX. Fermalium unum ad unam cervam & unam cervulam cum diamanto uno groſſo & perlis V. groſſis. Fermalium unum auri cum una tortorella ſuper uno radio auri. Fermalium unum cum diamantis III. & perlis III. groſſis. Fermalium unum ad unum pelicanum cum rubino uno in pectore & perlis IV. groſſis. Fermalium unum factum ad modum coronæ cum balaſſis IV. & perlis XI. & diamantis II. Fermalium unum factum eſt ad cantonos cum balaſſis IV. ſapphiris. III. & perlis XII. Fermalium unum factum ad modum circuli cum una cerva alba in medio. Fermalium unum ad duas columbettas albas cum I. balaſſo, ſapphiro I. parvo, & perlis III. groſſis. Fermalium unum cum uno lapide calcidoniæ, factum ad modum unius tabernaculi, ligatum in auro cum certis figuris Sanctorum cum balaſſio I. ſapphiro I. ſmeraldo I. & perlis III. groſſis. Fichetta una auri eſmaltata violeto ad modum violæ. Fermalium unum habens unum Rangerium cum cornibus auri, cum ſapphiris II. uno diamante, & III. perlis groſſis. Filum unum paternoſtrorum auri, in quo ſunt Croſettæ tres perlarum habentes perlas IV. pro qualibet Crucetta, cum certis aliis perlis in capite dicti fili, in quibus ſunt botoni LXXXIV. Januenſes, & Zilii ſex albi.

Item filum unum corallorum groſſorum CLI. Filum unum corallorum CXLVIII. groſſorum. Filum unum paternoſtrorum argenti cum botonis XVIII. argenti eſmaltatis azurro cum uno botono perlarum, & botonis IV. argenti buſis. Diamanti IX. ligati in IX. annulis auri. Unus annulus, in quo ſunt diamanti II. Duo annuli auri cum balaſſis II. Item XII. annuli auri cum rubinis XII. Item unus annulus cum rubino & uno diamante. Item duo annuli auri cum II. ſapphiris. Duo annuli auri cum balaſſis II. Annuli duodecim auri cum rubinis XII. Unus annulus cum rubino & uno diamante. Unus annulus ſapphirii totus laboratus auro per intus. Unus annulus ad unam perlam groſſam rotundam. Unus annulus viridis. Una perla groſſa longa. Aſſides duæ officioli argenti deauratæ cum Crucifixo & aliis imaginibus Sanctorum. Agucchiarolus unus fornitus de perlis circum circa cum capitellis IV. & una catenella. Majeſtas una ad modum unius officioli cum balaſſis VI. ſapphiris VI. & perlis LXXXVIII. & figuris duabus intus. Officiolum unum Beatæ Mariæ parvi voluminis, habens aſſides aureatas cum perlis & certis lapidibus, & cum Beata Virgine Maria inſculpta, cum Annunciatione ſuper una parte, & ſuper alia In princi-

Digitized by Google

pio. Officiolum unum Beatæ Mariæ Virginis cum Annuntiata & Sancto Ludovico ſuper aſsidibus. Officiolum unum Beatæ Mariæ Virginis coopertum de Zetonino granæ cum una roſa argenti aureati, & una perla groſſa. Officiolum unum Beatæ Mariæ parvulum coopertum drappo auri in campo albo. Officiolum unum in Lingua Theutonica coopertum velluto. Officiolum unum Sancti Ambroſii, cum coopertura corii albi. Pſalterium unum coopertum drappo auri in campo albo cum uno botono perlarum. Libellus unus parvus Sancti Cypriani coopertus Zetonino granæ. Libellus ſcriptus per verſus in Lingva Theutonica. Crux una parva argenti deaurata cum Ligno Sanctæ Crucis. Crux una jaſpidis parva. Una Crux auri cum Crucifixo & Agno Dei & quatuor Angelis. Imago Beatæ Virginis Margaritæ ſuper uno ſerpente. Majeſtas una eboris cum Nativitate et Paſſione Domini noſtri in una capſa laborata ad radios. Liber unus Domini Johannis de Mandevilla, coopertus de velluto granæ. Cutelleria una cum cutellis IV. ad manicos de criſtallo. Cutelleria una cum cutellis III. Tabolerium unum laboratum ad gnara & de jaſpide cum ſchachis & merellis. Caſettæ tres eboris laborate ad imagines diverſimode. Burſa una auri cooperta perlis minutis. Campanile unum eboris cum ſcacchis & merellis, cum tabolerio parvo ligni. Cotardita una ſcarlatæ granæ, laborata ad fichetos cum floribus boraginis, perlarum ubique ſeminata, cum caputio pari. Cotardita una drappi morelli granæ, laborata ad brevia cum florettis & foliaminibus tenentibus dicta brevia. Qui floretti, brevia, & foliamina, ſunt ubique ſeminati perlarum, una cum caputio pari. Cotardita una drappi viridis lanæ, tota laborata ad ſpignas perlarum cum diamantis, filorum auri & ſetæ ſe tenentes et ad grana perlarum per campum, una cum caputio ejusdem panni. Opelanda una ſcarlatæ granæ, laborata ubique ad diaciminos perlarum minutarum. Opelanda una pavonacii granæ, laborata ad capellum unum roſatum circa collum, cum certis foliis, roſis & botonis ſuper manica ſiniſtra. Codartita una pavonacii granæ laborata ad raſtellos auri cum roſettis perlarum perfilatarum, cum floribus intus, una cum caputio pari. Cotardita una velluti de cramoiſi, laborata ſuper cavezium & manicas ad gruppos perlarum. Fila XIV. perlarum groſſarum in quibus ſunt CCCXXXVI. perlæ. Item DCCCCLV. perlæ de computo. Item MDCCXLIX. perlæ computi. Item DC. perlæ minores computi. Item XIV. marchos perlarum minutarum non computandarum.

Sequuntur ornamenta Capellæ. Planeta una drappi auri in campo viridi facta ad ſpicas cum friſiis largis adamaſchi fodrata tafetali rubeo. Curtina una dicti drappi pro ponendo ſupra Altare. Drappus unus dicti drappi pro ponendo ante Altare. Comiſus unus drappi lini largus. Duo Amiti lini. Stolæ & Manipuli ejusdem drappi. Cappæ duæ drappi auri in campo albo laborati ad aves auri, fodrati tafetalis viridis. Planeta una drappi auri ſupraſcripti fodrata tafetalis viridis. Cappa una dicti drappi fodrata tafetalis viridis. Tunica una, & Andromatica dicti Drappi. Drappus unus ejusdem drappi fodratus drappo lini rubeo, pro ponendo ante Altare. Stolæ duæ & manipuli duo dicti Drappi. Cortina una dicti drappi, fodrata drappo lini rubeo. Frontale unum dicti drappi. Camiſi tres drappi lini. Amiti tres dicti drappi fodrati tafetali viridi. Burſa una dicti drappi pro Corporalibus. Coſſinus unus dicti drappi pro appodiando Librum. Lectorinus unus Zetonini albi. Planeta una drappi nigri ultramarini fodrata Zandali nigro. Cappa una dicti drappi fodrata ut ſupra. Drappus unus ejusdem drappi fodratus drappo lini nigro pro ponendo ante Altare. Cortina una dicti drappi fodrata ut ſupra. Stolæ duæ & manipuli duo dicti drappi. Amiti tres dicti drappi. Camiſi tres drappi lini albi. Coſſinus unus dicti drappi ſetæ. Burſa una dicti drappi pro Corporalibus. Tunica una & Andromatica una dicti drappi. Cortina una Zetonini nigri fodrata drappo nigro. Lectorinus unus Zetonini nigri. Frontale unum dicti drappi. Planeta una velluti granæ fodrata tafetali rubeo. Cappæ duæ dicti drappi fodratæ ut ſupra. Tunica una & Andromatica una dicti velluti fodrata ut ſupra. Drappus unus dicti velluti fodratus drappo lini rubeo pro ponendo ante Altare. Stolæ duæ & manipuli duo dicti velluti. Cortina una dicti velluti fodrata drappo lini rubeo. Camiſi tres. Amiti tres ſupraſcripti velluti fodrati tafetali rubeo. Coſſinus unus dicti veluti. Lectorinus unus dicti velluti. Corporalia & Cortinæ duæ ſindonis rubei pro Altari. Planeta una drappi brocati auro in campo rubeo laborati ad copas, leones, & alia animalia, fodrata tafetali rubeo. Cappa una dicti drappi fodrata ut ſupra. Tunica una & Andromatica una dicti drappi fodrata ut ſupra. Drappus unus ejusdem drappi fodratus tela lini rubei pro ponendo ante Altare. Cortina una dicti drappi fodrata ut ſupra. Stolæ duæ & manipuli duo dicti drappi. Camiſi tres, Amiti tres dicti drappi fodrati tafetali rubeo. Coſſinus unus dicti drappi. Frontale unum. Corporale unum dicti drappi. Cortinæ tres tafetalis rubei factæ pro Oratorio. Cortinæ tres tafetalis granæ. Cortinæ tres Zandalis nigri. Aliæ duæ tafetalis viridis, pro ponendo a partibus altaris. Aliæ alæ duae zandalis nigri. Aliae alae duae zandalis rubei: Aliæ alae duae tafetalis rubei. Item petiae duae drappi ſamiti pro cooperiendo Altare. Petia una drappi auri in campo rubeo, pro faciendo cooperturas duas ſupra Coſſinos. Cordoni XVI. Cottæ III. drappi lini. Botoni VII. argenti deaurati pro ponendo retro cappas. Petiae IV. telæ. Fermalia VII. argenti deaurati pro ponendo ante Pluvialia. Ornamenta Camiſorum; drappi auri rubei X inciſa, Cortinæ II. tafetalis viridis. Scudozoli inter magnos & parvos XXXIX. Miſſale unum coopertum velluti granæ. Chordæ pro cortinis. Tovaliæ XII. Mantilia II. ab Altari. Lapis unus ſacratus. Petiæ IV. faſii pro coſſinis.

Sequuntur paramenta camerarum. Paramentum unum, videlicet teſtale & cœlum drappi

Digitized by Google

pi auri in campo viridi, laboratum ad ſpicas & grana auri cum certis florettis albis & rubeis. Coopertura una a lecto dicti drappi, ſodrata tafetali rubeo. Aliæ tres tafetalis viridis. Coſſini ſex de dicto drappo. Paramentum unum drappi auri de cramoiſi, laboratum ad leones, cervos, floronos, & foliamina Coopertura una a lecto dicti drappi. Aliae tres tafetalis granae. Coſſini ſex dicti drappi. Paramentum unum cetonini rubei laborati ad ramum cum pallificata una ad duas dominas & juvenem unum cum uno fonte, cum arboribus & florenis per campum. Coopertura una a lecto dicti cetonini ſodrata tafetali granæ. Aliæ tres tafetalis granæ rubeæ. Coſſini ſex de dicto cetonino. Unum paramentum cetonini granae laboratum ad cervos & ſtellas cum columbetta una in medio. Coopertura a lecto dicti cetonini. Aliæ tres tafetalis granæ. Cultra una tafetalis albi vergati auro. Cortina una, videlicet cultra, teſtale, & cœlum velluti azurri, ſeminata ziliis auri filati, laborata ad ramum cum pluribus compaſſibus dominarum; una cum aliis tribus tafetalis azurri & cum coſſinis dicti veluti Cortina una, videlicet cultra, teſtale & coelum drappi auri azurri ad radia ſolis, cum aliis tribus tafetalis & coſſinis. Quae quidem jocalia, ornamenta & paramenta omnia ſupraſcripta appretiata fuerunt in Lombardia ad ſummam Florenorum ſexaginta octo millium octocentum & quinquaginta octo & & ultra, ſecundum informationem & relationem, quam habuimus a ſpectabili viro Domino Antonio, Comite Polentii ſapienti, & egregiis viris Domino Fauſtino de Lantanis, Legum Doctore, Conſiliario, & Praevedino de Marliano Camerario praefati patris noſtri Comitis Virtutum, ejusque Ambaſciatoribus & Procuratoribus.

Sequuntur vaſa auri. Copa una auri laborata ad radios duos & ad ſtaill -- -- granita intus, cum uno eſmaillo, & cum uno florono ſuper cooperculo, & aliis pluribus operagiis. Zayna una auri cooperta cum ſupraſcriptis ſurſum, & uno florono ſuper cooperculo ad perlas III. groſſas & aliis pluribus operagiis. Quæ duo vaſa fuerunt ponderata ad pondus Pariſienſe, & in eo inventæ Marchæ octo cum onciis quinque & dimidia. Sequuntur vaſa argentea. Copae LXXII. argenti albæ. Copæ XXXVI. argenti deauratæ. Bacilia duo argenti deaurata cum roſa relevata, ad animalia & gropos cum arboribus & pluribus aliis operagiis. Item Confecteræ IV. magnae argenti deauratæ intaliatae ad foliamina cum esmaillis XII. & aliis pluribus operagiis. Candelabra VI. argenti deaurata pro tabula cum eſmaillis VI. pro quolibet & aliis operagiis. Candelabra duo magna deaurata pro Altari cum eſmaillis ſex pro quolibet, factis ad Inſignia cum aliis operagiis. Calix unus cum patena una argenti deaurata cum eſmaillis VIII. ſuper pede et aliis pluribus operagiis, Cucchiarii XXXVI. argenti deaurati, cum glande in ſummitate manici. Cucchiarii CVIII. albi, facti ut ſupra. Urceoli II. ab Altari argenti deaurati intaliati, Bociletta una ab Altari argenti deaurati cum roſa & orlo intaliata ad animalia & literas cum aliis operagiis. Buſſola una argenti deaurata, pro tenendo intus ceram ad faciendum lumen de nocte. Candelabra duo argenti deaurati pro Altari, facta ad roſas & cum aliis operagiis. Calix unus argenti deaurati cum Patena factus ad eſmaillum in pomo ad Viperam cum aliis operagiis. Item Buſſola una argenti cum cooperculo deaurata cum eſmaillo ſuper cooperculo, & uno radio ſolis, & turture in medio. Bocalia duo argenti deaurata cum floronis & eſmaillis & aliis pluribus operagiis. Bocalia duo argenti deaurati facta ad animalia & foliamina & figuras cum aliis operagiis. Bocalia duo argenti magna deaurata eſmaillo ad figuras & animalia cum aliis operagiis. Bocalia duo magna argenti deaurata intaliata ad compaſſus cum literis Græcis & aliis operagiisr Bacilia duo magna argenti deaurati cum eſmaillo uno in fundo & aliis operagiis. Bacilia duo magno argenti deaurata cum orlis intaliatis ad literas Græcas cum aliis operagiis. Bacilia duo argenti deaurata cum ſimilibus operagiis. Botacii duo argenti deaurati cum eſmaillis duobus in bottis, & cum literis Græcis & corrigiis ſprangatis. Bociletta una argenti pro altari cum eſmaillo uno in fundo & cum armis. Bacile unum album argenti ad lavandum caput. Botacii duo argenti deaurati cum teſtis tribus relevatis. Buſſola una pro piperata argenti deaurata. Alia Buſſola argenti deaurata intaliata ad coronas & & literas Græcas. Cupæ XXIV. argenti deauratæ factæ ad feras cum eſmaillo uno pro qualibet & armis. Crux una argenti deaurata cum Crucifixo relevato & aliis operagiis. Candelabra duo argenti pro Altari cum Schudezolis pro quolibet ad arma. Cupæ XII. argenti factae ad feras ad arma. Calix unus deauratus cum eſmaillis VI. ſuper pedibus ad Sanctos & arma. Guardamanzariae duae argenti albi cum duabus teſtis leonum, & ſerratura intaliata ad literas Græcas & aliis operagiis. Navis una deaurata cum rotis quatuor & ſochis & banneriis & aliis operagiis. Navis una deaurata cum orlis eſmaldis ad literas Græcas & aliis operagiis. Navicella una deaurata pro incenſo cum pedibus Viperæ circum.

Item ſedella una deaurata, ſuper cujus convaſculo ſunt arma in uno eſmaillo. Alia ſedella deaurata pro aqua ſancta cum foliaminibus & armis in fundo. Scudellæ XXV. albæ argenti cum diverſis operagiis. Aliæ Scudellæ albæ argenti XIV. Aliæ ſcudellæ LVI. deauratæ cum diverſis operagiis. Salinum unum deauratum cum pedibus III. Aliud Salinum deauratum. Talieria XXIV. alba argenti mezanella ſignata in fundo de capite Sancti Ambroſii. Talieria XXIV. quadra deaurata. Talieria XXIV. rotunda deaurata. Thuribulum unum deauratum cum eſmaillis IV. ad arma. Figura una Beatæ Mariæ Virginis deaurata cum ejus filio, cum pede ſubtus facto cum diverſis operagiis. Item figuræ duæ Angelorum deauratæ. Item tabernaculum unum deauratum cum eſmaillis IV. ad arma & aliis operagiis. Bacilia duo deaurata facta ad feſias cum orlis esmaillis & aliis operagiis. Araminum unum argen-

ti

Digitized by Google

ti album. Aſperges unum argenti aureati cum manico longo. Vitrioli duo deaurati pro Altare, unus cum uno corallo, & alter cum uno botono. Figuræ duæ Angelorum deauratæ. Tabernaculum unum deauratum cum esmaillis IV. ad arma & aliis operagiis. Crux una deaurata cum pede quadro facto ad Viperas & alia operagia. Pax una nova. Pax una antiqua. Bocale unum deauratum ſolum & rotundum cum cimerio. Item bocale unum deauratum ad quadros VIII. cum bochello ad modum ſerpe & aliis operagiis. Bacile unum deauratum cum brevibus & literis Græcis in orlo & aliis operagiis. Bacile unum ſimile. Bacile unum deauratum cum floronis & vialboris in orlis & aliis operagiis. Candelabra tria deaurata cum pede & cupa ad roſas & ad Viperas & aliis operagiis. Cupæ IV. deauratæ cum uno C. in fundo. Cupæ VI. deauratæ cum capite Sancti Ambroſii. Cupa una alba cum uno C. in fundo. Cupæ IV. deauratæ cum uno zilio in fundo. Sedella una cum pede tota de argento cum bocheſlis & diverſis operagiis deaurata. Talieria XIII. argenti cum capite Sancti Ambroſii. Talieria VIII. cum orlo rotundo. Talieria III. magna male deaurata, ſignata capite Sancti Ambroſii. Talieria X. mezanella alba argenti. Scudellæ VII. deauratæ, ſignatæ in fundo uno ſcuto cum Vipera & aliis operagiis. Scudellæ VIII. deauratæ cum orlo rotundo. Scudellæ XI. cum G. & Z. ſignatæ & aliis ſignis. Scudellæ III. argenti albæ. Araminus unus argenti albi cum una Vipera & aliis ſignis. Bacile unum argenti albi ſolum cum literis albis Græcis. Bocale unum deauratum factum ad novem quadros eſmaillo ad cimeria & cum aliis foliis & operagiis. Bacile unum deauratum cum roſa intaliata ad foliamina, & cum aliis ſignis & operagiis. Talieria XII. quadrata deaurata Buſſula una argenti laborata ad vialboras cum pomello uno & uno radio. Alia buſſula deaurata cum ſoaxiis granutis. Salinus unus deauratus cum ſoaxe ſtraforato. Ovariolum unum deauratum cum tribus pedibus leonum. Plumazolum unum deauratum cum pedibus quatuor leonum. Duæ forzelettæ deauratæ. Coclearia duo argenti. Cupa una deaurata cum cooperculo eſmaillo florono uno, & cum pede, ſuper quo ſunt equi, cervi, figuræ & arbores relevatæ. Navis una chriſtalli eſmaillo cum una banneria & una rotella. Item Nux una Indiæ cum pede avis, & furnita argento deaurato. Item Credenzinus unus cum corallis & linguis ſerpentum. Quæ quidem vaſa argentea, prout ſupraſcribuntur, fuerunt ponderata ad pondus Pariſienſe, per quod fuerunt reperta Marcharum MDCLXVII. In quorum omnium teſtimonium, noſtrorum præſentibus literis juſſimus apponi ſigillum. Datum Pariſiis XV. die Decembris. Anno Domini MCCCLXXXIX.

XL.

Diffidantia a Johanne Galeatio, Comite Virtutum Mediolanique Domino, Communitati Florentinæ miſſa, d. d. 25. April. An. 1390.

JOhannes Galeaz, Comes Virtutum Mediolani &c. Imperialis Vicarius Generalis. Pacem Italicam omni ſtudio hactenus indefeſſa intentione quæſivimus, nec laboribus, nec expenſis pepercimus. Optabamus enim, quod laſſata longævis guerris Italia, ſemel temporibus noſtris in pace quieſceret. Idque tanto animi fervore flagitavimus, ut nonnunquam per malos interpretes malitiæ adſcriptum fuerit, quod humanitate, & caritate facere nitebamur; ſed heu! omnia fruſtra tentavimus prævalentibus conſiliis reproborum. Maluit enim, non dicimus, Magnifica Veſtra Communitas, de qua nil tale opinari poſſumus, ſed paucorum Arciguelforum veſtrorum ſeu rabies ſeu diffidentia male fundata, & tremula ſtatus ſui, qui florentem illam Civitatem ſub libertatis ſpecie tyrannizavit, guerram potius quam pacem eligere, & pacis indignam patriam & Italiam pro magna parte ſtrepitibus bellorum involvere. Et quod exſecrabilius eſt, in grave damnum & inæſtimabilem jacturam Magnificorum filiorum noſtrorum Senenſium & Peruſinorum, & ignominiamque noſtram occulte primo, quantum fieri potuit, & tandem palam foederibus univerſalis ligæ, quæ fuerant longis Tractatibus & validis ſolemnitatibus conſummata. Utinam in ipſos ſolos & non in alios pacis avidos, & in ipſorum impiorum capita, & non in ipſam miſerandam patriam deteſtabilia hæc ſua conſilia & opera redundarent. Quibus præter naturam noſtram & omne propoſitum noſtrum ad ulciſcendum illatas filiis & amicis noſtris contra Conventa Ligæ fœdera innumerabiles offenſas adverſus tyrannizantem Arciguelforum veſtrorum ſtatum, a die præſentationis hujus noſtræ Diffidantiæ in antea neceſſario provocamus. Datum Mediolani XXV. Aprilis. M. CCCXC.

Cavalinus.

XLI.

Reſponſio Communitatis Florentinæ ad Johannis Galeatii, Comitis Virtutum Dominique Mediolani Diffidantiam, d. d. 2. Maji, An. 1390.

HAc die recepimus hoſtiles Literas de manu cujusdam Curſoris ſub nomine Johannis Galeatii, qui ſe dicit Virtutum Comitem & Mediolani &c. Imperialem Vicarium Generalem; totas quidem plenas mendaciis atque dolis, & tam ſuperbe quam infideliter concludentes. Et ut ad ipſarum literarum auſpicium veniamus, pacem Italicam omni ſtudio (talia ſcribens) indefeſſa intentione ſe aſſerit quæſiviſſe, nec pepercisſe laboribus vel expenſis. Quod quidem

Ver-

Digitized by Google

Verbum, quod ejusdem epistolæ primum est, quam impudenter quamque mendaciter sit insertum, declarat invasio per ipsum facta ad Dominum Veronensem, quem infelicissimo bello implicitum conflixit contra statum suum. Nescimus quid hostiliter quærere, quia sibi potentior hostis, a quo jam bis invasus & victus, vix poterat mœnia sua tueri, non sibi sufficeret, nisi & potentissimum provocaret. Declarat & illa Societas fidelis inita cum Domino Paduano, in qua de partiendo Civitates ejusdem Veronensis Domini specialis convenio facta fuit; cujus observatio secuta est in usurpationem Civitatis Vicentiæ, quæ præfato Socio debebatur. Immo ruptis societatis fœderibus, bellum eidem solum per injuriam & ambitionem dominii quæsitis falsis coloribus, quanta infidelitate dici potest illatum! Hæc sunt pacis opera, hæc sunt illius indefessæ intentionis optima studia, quibus per Literas transmissas se Pacem Italiæ dicit (ne dicamus, simulat) quæsiviſſe. Declarant & hoc illæ confictæ calumniæ, quibus nobis in magna sinceritate scribentibus, initum nostrarum gentium amicabile propositum judicando, nos in hostris consiliis ordinare de ipso per modum aliquem premendo, turpiter fuit conquestus. Declarant & gentes suæ, quas promiserant & sui Oratores & Syndici revocandas, quasque juxta Ligæ fœdera in Tusciam mittere non debebat, niti in amicorum suorum, si offenderentur, auxilium, quas omni offensione cessante non revocavit. Sed ausit & in turbationem patriæ, & manifestum scandalum per totam patriam seminavit. Scimus Senenses pacem desideraſſe, sed sub tali Domino nec sibi nec patriæ potuisse pacem inquirere, vel servare. Et quia fregisse Ligam, sicut ipsa Litera continet, culpamur, dicat, si potest, in quo fuerit per nos contra Ligam aliquid commissum, vel omissum. Habebamus gentes, quas ipse solus utpote sibi suspectas & exsecrabiles formidabat, illas nostris literis dissolvimus. Habebamus amicos & censuarios, quibus cum Senensibus bellum erat, quos ab omni belli proposito ad pacis & concordiæ dulcedinem duximus convertendos. Sed quid profuit, aut prodesse potest pacis studium, dum ille, qui verbis pacem annuntians, bellum totis conatibus machinatur? Exarmavit nos, ut posset offendere. Armavit Senenses & alios, ne possent cum suis antiquis fratribus amicitiam integrare. Et tamen audet nobis Ligæ violationem imponere, qui Ligæ non consensit, nisi quo posset supplantare; quique quum alias nobiscum pepigisset, & Armatorum, quos Societates vulgus appellat, etiam per vim dissolvere, & in suis territoriis non conflare, vix tamen non - - - - - nomen Armatorum nonnisi in colligatorum excidium peperit Societatem. Qui utpote non in hæc fœdera veniens prius Ligam cogitavit rumpere, quam confirmaverit, & de Liga nihil etiam juxta verborum corticem observaverit. Et si Montem pulcianum, ut promisimus, adjuvimus, etiam nobili viro Bertholdo de Ursinis Senensi Comiti & Palatino, filio & censuario nostro, ruptis Ligæ fœderibus per Senenses invaso, subsidia dedimus (quod juxta Ligæ tenorem licitum est, & nobis erat debitum) quomodo potest dici nos Ligam, ut prætenditur, violasse? nam de Perusinis quid loquamur, quorum civile certamen nobis videtur expulsis cunctis bonis civibus imputari? Sed profecto nosmet ipsos vana fide delusi decipiebamus, persuadentes nobis illum esse posse fidelem, qui tam infidelis exstitit, Nepos & Gener & Frater in patruum, socerum atque fratres; cujusque toties & nobis & aliis probata fides erat nihil habere constantiæ, nisi solum in hoc, ut fidem, quam promiserat, non servaret. Haberemus autem, ut ad ultimam literarum particulam veniamus, gratias agere quod nobis voluerit intentionem suam literis declarare, nisi, sicut per suos Capitaneos, & ipsorum literas valemus ostendere, jam prius nos offenderit, quam præfixum in sua litera terminum denotaret. Sed hic est mos fideliter agentium, ante factis invadere, quam verbo & literis declarare, nos autem contra similes Calumnias obtulimus nos, & Commune nostrum, juxta Ligæ fœdera Colligatorum partes subire judicium, quod videmus penitus recusatum. Ex quo postquam de jure disputare non licet, postquam enormiter atque publice sumus invasi, & demum ut ejusdem literæ verbis utamur, superbissime diffidati, nos versa vice tyranno Lombardiæ, qui se Regem facere cupit, & inungere, bellum indicimus, & pro libertatis nostræ defensione & libertate illorum, quos tam grave jugum opprimit, arma movere; sperantes quod ineffabilis summi Numinis æterna justitia nostram tuebitur libertatem, miseriam Lombardorum aspiciet, & unius mortalis hominis ambitionem libertati pœne innumerabilis Populi ac saluti tot Urbium & Castrorum, quot violenter subjugat, non præponet. Unum tamen omittere nolumus, quod inveniet sua decepta temeritas totum Florentinorum Populum, postquam sic nos nominat, Arciguelsum, & discet saltem se non illis credere, qui sibi suadent in defensionis incepto non omnes Florentinos occurrere, nec majores cum minoribus convenire, videns unanimi voluntate dispositionis potius eligere mori, quam in suæ tyrannidis potestate nominari. Datum Florentiæ die II. Maji. MCCCXC. Colutius.

XLII.

Literæ Communitatis Florentinæ ad Comitem Arminiaci de bello adversus Johannem Galeatium, Comitem Virtutum, Mediolanique Dominum sub ejusdem auspiciis suscipiendo, de An. 1391.

PLacuit nobis, Illustris Princeps, & Magnifice Domine, frater & amice carissime, placuit nobis, quod vestra Sublimitas dignata fuerit nobiscum fœdus, amicitiamque conjungere. Placuit nobis, quod videamus vos, & vestram potentiam ad communis hostis excidium se parare,

rare. Placuit nobis, quod tanto cum fervore cognoſcimus, vos dimiſſis tyranni politicis & magnificis, ſed inſidioſis oblationibus, ejus ſpretis Societate & fide, fidem noſtri Populi delegiſtis. Sed ſuper omnia placuit, atque placet illud juſtiſſimum odium & cordialis malivolentia, quibus illum inhumaniſſimum hominem, immo crudeliſſimam feram, monſtrumque tartareum, Comitem non Virtutum, ut ſe nominat, ſed, ut eleganter veſtra teſtatur Epiſtola, cunctorum vitiorum ſervum, veſtra magnanimitas deteſtatur, perſequitur & abhorret. Videmus etenim vos ſua vitia plene cognoſcere. Videmus & Deum excellentiæ veſtræ ſuæ deſtructionis gloriam præparare. Quid dicimus gloriam? immo glorioſiſſimam gloriam, æternæ famæ ſplendidiſſimum monumentum, & tantum, & tale, quantum & quale dici non poteſt alicui Principum noſtri temporis occurriſſe. Glorioſum etenim eſt, bello vincere: glorioſiſſimum eſt, armis hoſtis duritiem emollire. Sed ſuper omnia glorioſiſſimum eſt, juſtum aſſumere bellum deponere ſuperbiam, iniquitatem confundere, ulciſci ſuos, & turpem abominandamque tyrannidem a periclitantium Populorum cervicibus removere. Jam vos miris laudibus extollit Italia. Jam vos omnes una voce celebrant, appellantes juſtitiæ pugilem, liberatorem Populorum, affinium vindicem, ac tyrannidis oppreſſorem. Jam omnium oculi mentesque cunctorum in veſtri felicis adventu exſpectationem erecti ſunt, cupientes videre hoſtis noſtri præcipitium & ruinam. Quid hoſtis noſtri dicimus? immo totius humani generis inimici & hoſtis, quidem gravis ſubditis, crudelis in ſuos, infidelis in cunctis. In quo, quicquid umquam fuiſſe crudelitatis legitur, quicquid perfidiæ, convenerunt. Superat enim inhumanitate Buſiridem, injuſtitia Licum, crudelitate in ſuos armata Jugurtam, Simonem fallaciis, venenorum præparatione Ganium, confectione Locuſtam, impietate in Deum Apoſtatam Julianum, perfidia Philippum Macedonem, amentia filium, omni libidinis immunditia Heliogabalum, ſuperbia & vanitate Xerxem, & imbelli animo Sardanapalum. Cujus animum, poſt depoſitum nefanda proditione patruum, eumdemque ſocerum ſui ſanguinis & affinitatis vinculo, & (quidquid ferme ſanctum eſſe ſolet apud barbaros molitus) veneno ſubtractum poſt captos ſecundi gradus fratres, ſpoliatas nobiliſſimas ipſorum conjuges, & omnes ſua neceſſitudine perturbatas, impoſſibile ſit quieſcere: ſed neceſſe ſit tum ex conſcientiæ ſcrupulo, tum ex ſuæ proditionis & crudelitatis exemplo, ſemper horrida cogitare, continua penitus agitari formidine, & poſt tanta flagitia omne ſcelus atque facinus permiſſum reputare.

Nec vos pœniteat incœpti, quod facile poſſe videtis cum maxima gloria terminare. Jam enim incœpit ejus ruina. Perdidit Civitatem Paduæ; Veronam vindicante ſe in libertatem Populo ſuo ſic deſtruxit, quod quum muros teneat & Cives effugerint, nullo modo poſſibile ſit ſibi ipſam, vel modico tempore conſervare. Excitati ſunt Populi. Cuncta ſub ipſo titubant. Cuncta nutant. Maximum brachium, Illuſtris Marchio Eſtenſis, illo ſuis fraudibus derelicto, nobiſcum in pacem & concordiam ſe reduxit. Venite igitur, venite Princeps inclyte. Nam ſolo veſtræ famæ nomine hunc imbellem tyrannum, antequam ſigna veſtra videat, confundetis. Quod etiam ut facilius ſuccedere poſſit, ipſum confeſtim cum duabus millibus Lanceis ultra Padum, apertis præfati Domini Marchionis paſſibus invademus. In ejus exitium compoſitis, ut ſperamus, rebus Senenſium, qui non poſſunt vires noſtras ulterius tolerare, reliquum noſtræ potentiæ converſuri; ut, quamvis, poſtquam vobis placeat, ſitis ſaltem per totum menſem Decembris fines præfati Comitis cum præmiſſa potentia bellaciter intraturus, de qua dilatione, licet periculum ſit in mora, licet conſideremus perennem hoſtiem aſtutiam, & cetera quæ ſoleant evenire, pro noſtri tamen gratia contenti ſumus, nihilominus tamen interim non quieſcatis, ſed ipſum quam majori clade confectum poſſitis, quum illuc noſtræ vires acceſſerint, invenire, vos tamen tempus nolite perdere, ſed omni cum feſtinantia, quæ maxime bella feliciter dirigit, properate. Et ut ad reliqua, quæ petitis, veniamus, pecunias tam pro dono, quam pro primo menſe debitas, pro iſta prima vice dumtaxat, vobis in Aſtenſi Civitate pro parte, & reliquam in Lombardia conabimur præparare. Et ut poſt Rhotani tranſitum habeatis, ſaltem decem millia Florenorum totis viribus enitemur. Et temporibus ſucceſſivis promiſſas pecunias, ubicumque fuerit vobis aptius, infallibiliter in aliquo de præmiſſis locis, ac etiam alibi, ſi commode poterimus, transmittemus. Terras præterea, quas aſſignaverat Dominus Bernabos Cognato veſtro, contentamur quod poſſitis omnino compellere, ut ſub ejus redeant dominatu; & quod alias, quæ ſe dedere immediate de Tyranni manibus voluerint, poſſit juxta ſuum libitum & beneplacitum veſtris etiam cum favoribus adipiſci. Summe quidem deſideramus, nos etiam amore veſtri, ipſum in ſtatum ſuum reponere, & in illis, quæ acquiſierit, conſervare. Nec miretur veſtra Magnitudo, ſi pro exhibendis vobis victualibus nolumus obligari. Nam a Civitate noſtra ad Tyranni fines, in quibus habet bellum geri, longa terrarum eſt, & aſperrima ſuperbis montibus intercapedo, ut nobis omnino ſit impoſſibile vobis in illis locis victualia miniſtrare. Pro ceteris autem ordinabimus, quod mox quum appuleritis in Italiam, vobiſcum erunt aliqui noſtri Cives, qui vos de cunctis neceſſariis, de patriæ conditionibus, de Colligatis & amicis noſtris, quantum fuerit expediens, informabunt. Et nos conabimur hujus belli incœptum non ſolum de promiſſis, quæ etiam hoſtibus ſervanda ſunt, ſed cum omni noſtra potentia ad hoſtis communis exterminium adjuvare. Ceterum oblationes veſtras magnificas & amicas, quas adeo largifluas ad libertatis noſtræ culmen & facitis & ſcripſiſtis, lætis animis acceptamus, ſperantes illas nos experturos longe majores operæ quam ſermone. Nos e converſo reperiet excellentia veſtra pro exaltatione ſtatus veſtri,

Digitized by Google

veſtri, nominis, & honoris grata vicisſitudine diſpoſitos & paratos. Et, ut concludentes id, quod ſumme deſideramus, ex cordis abundantia repetamus, tollite moras & fortunam ſe ultro offerentem vobis properatis greſſibus occupate, ut cito videamus cum hoſtis noſtri ruina tantorum ſcelerum ultionem, & illum impuriſſimum hominum, qui titulo Regii nominis ornare ſuam tyrannidem, ſerenitatemque Regiam polluere cupiebat, ad nihilum conjunctis viribus redigamus. Datum Florentiæ, MCCCXCI.

XLIII.

Capitula pacis inter Johannem Galeatium, Ducem Mediolani & Bergomenſes, d. d. 25. Auguſti, Anno 1393.

Dux Mediolani &c. Papiæ, & Virtutum Comes &c.

CApitula Pacis inter Bergomenſes tandem celebrata vobis mittimus his annexa; volentes quatenus per Communia, parentelas, & omnes alios, ad quos ſpectat; pacem ipſam ratificari faciatis, aſſecurantesque vos de fœderibus & obſidibus utriusque partis, pro ut vobis videbitur, pro obſervantia pacis, nobis de receptione præſentium, & pro ut facere deliberaveritis, referendo. Nobilibus & Sapientibus viris, Antonio de Torniellis Capitaneo, & Poteſtati noſtris Bergomi ac Domino Johanni de Rampolano generali noſtro Vicario.

Dux Mediolani, Papiæ, & Virtutum Comes &c.

Nomina illorum, qui contraxerunt pacem inter Bergomenſes celebratam per vos requiſita vobis mittimus his annexa. Datum Papiæ die XXV. Auguſti MCCCXCIII. Nobilibus & ſapientibus viris Antonio de Torniellis, Capitaneo & Poteſtati noſtris, ac Domino Johanni de Rampulano, generali noſtro Vicario.

In nomine Domini, ejusque glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & totius Curiæ cœleſtis, Amen. Et ad honorem & augmentum ſtatus Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Domini Galeatii, Ducis Mediolani, Bergomi & Papiæ, & Virtutum Comitis, & pro ejusdem utilitate omnium & ſingularium partium ſupraſcriptarum, & cujuslibet ex dictis partibus, & ad tranquillum ſtatum earundem in præſentia Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, Domini Fratris Petri de Candia, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Novarienſis, & Comitis, nec non ſpectabilium & egregiorum virorum Dominorum Baſſarini de Puſterla militis, Johannis de Creſpis, Decretorum Doctoris, & Pagani de Aliprandis, Magiſtri generalis intratarum præfati Domini, Deputatorum a præfato Domino, ac ejus Commiſſariorum ſuper præſentis pacis celebratione.

Egregii & Nobiles viri Domini Zaninus de Suardis pro ſe principaliter ac nomine & vice aliorum omnium de Domo Suardorum, ac etiam pro omnibus ſequacibus & adhærentibus Domus de Suardis, ac etiam pro omnibus parentilibus, & hominibus infraſcriptis, ſcilicet pro Pecino de Lanzis, pro parentela de Beloſis, pro parentela de Brignachoſis, pro Jacobo dicto Badalio de Averaria, & pro omnibus illis de parentela dicti Jacobi de la Fondana de Averaria, pro Antonio de Fedricis de S. Gervaſio, pro parentela illorum de S. Gervaſio, pro parentela illorum de la Fontana, pro parentela illorum de Arigonibus de Taliegio, & Vallis Saxinæ, pro parentela illorum de Quartixonibus pro parentela illorum de Auguſtonibus, pro parentela illorum de Romonibus, pro parentela illorum de la - - - nec non pro eorum, & cujuscumque eorum amicis & ſequacibus & adhærentibus, nec non pro parentela illorum de Vegiis, pro parentela illorum de Calvis, & de Mogliis, pro parentela illorum de Donatis de la Plaza de Medio, pro parentela illorum de Panigonibus de la Plaza de Medio, pro parentela illorum de la Plaza, pro Martino Maſcharii de Lenna & ejus agnatis, pro parentela illorum de Calegariis, & illorum de Maloſellis de Valle Nigra, pro parentela illorum de Valente, & illorum de Corona cum eorum amicis, nec non pro ipſorum amicis Vallis Tondræ, nec non pro parentelis illorum de Maffeis, & illorum de Muſionibus, nec non pro omnibus de parte ſua volentibus confirmare & ratificare præſentem pacem, tanquam amici vel adhærentes præfatorum Dominorum de Suardis, nec non per Johannem Roberti de Boſellis, & ceteris ſequacibus & amicis; nec non pro parentelis illorum de Gambaraciis & illorum de Capitaneis de Marenzio, volentibus ratificare & confirmare ut ſupra; nec non pro omnibus dictarum parentelarum & aliis volentibus ratificare & confirmare pacem, tanquam amici vel adhærentes præfatorum Nobilium de Suardis; nec non pro Solerio de la Salè pro ſe, & aliis de parentela ſua partis Gibellinæ; pro Pecino de Muzo pro ſe & aliis de parentela ſua partis Gibellinæ pro Aloyſio de la Sale pro ſe & aliis de parentela ſua; pro Barba de Rovariis pro ſe, & aliis de parentela ſua; pro Agezio de Clenetio pro ſe & omnibus illis de parentela ſua; pro Chriſtophoro de Zuchis pro ſe & omnibus illis de parentela ſua; pro Bernabove de Foreſtis pro ſe, & omnibus illis de parentela ſua partis Gibellinæ. Et pro omnibus Communitatibus, & Univerſitatibus, & Vallibus, & hominibus ipſius partis Gibellinæ Aliprandus de Soleris de Luere Syndicus Communis, Univerſitatis, & hominum de Luere, Andreas Suardi de Gandino Syndicus Communis, & hominum de Gandino, Caſtronus de Carminatis Syndicus Vallis Immaniæ Baſſæ & Communis de Brembilla ex una & pro una parte ſeu pluribus partibus.

Et egregii viri Domini Johannes de Rivola Tonolus de Bongis, & etiam & pro omnibus amicis ſequacibus, & adhærentibus Domus de Rivola, & de Bongis, & pro Simone de Rivola, Supraleone de Bongis, & pro Homicidem de Foreſtibus, & pro parentela ſua ejusdem voluntatibus; Paytina de Bergonzis de Lemen, & pro parentela ejus, Johanne dicto Zieta de Scalve, & pro Commune & hominibus de Scalve, & Crepino de Negris de Strozia; & pro illis de parentela ſua de Strozia; Johanne Firmo de Adraria pro ſe, & pro omnibus illis de parentela ſua, Guidoro de Comitibus de Cale-

Calepio, & pro omnibus de parentela ſua; Benedicto de Propoſulo, pro omnibus de parentela ſua; Bonomo de Leſſo, & omnibus aliis de parentela ſua; Bugato de Cumenduno, Belala de Albino. Et pro omnibus Communitatibus, & Univerſitatibus, & Vallibus ac hominibus ipſius partis Guelphæ, ut conſtat prælibato inſtrumento ipſius Syndicatus, tradito anno & Indictione præſentibus teſtibus die XI. Julii per Johannem Fachini de Vitalba de Nymbro Notarium; Venturinus de Cararia Syndicus Vallis Brembanæ, ut conſtat publico inſtrumento ipſius Syndicatus tradito anno & Indictione præſentibus teſtibus, die --- Rogerius de Marinonibus de Cluxiono Syndicus Vallis Serianæ ſuperioris, ut conſtat publico inſtrumento ipſius Syndicatus tradito anno & Indictione præſentibus die --- Vivianus Berzagolæ de la Zoncha Syndicos Vallium S. Martini & Palazagi, ut conſtat publico Inſtrumento ipſius Syndicatus tradito anno & Indictione præmiſſis die XVI. Julii, tradito per Johannem de Vincentii de Caprino Notarium Bergomenſem, Petrus dictus Zucharinus de Bergonziis de Lemen ſuperiori, ut conſtat publico inſtrumento ipſius Syndicatus tradito anno & Indictione præmiſſis die XVII. Julii, rogato per Antonium de Belaneis Notarium ex alia & pro alia parte, ſeu aliis partibus. Et Dominus Guardinus de Coleonibus pro ſe & omnibus filiis ſuis ex alia & pro alia parte.

Qui omnes & ſinguli ſuperius nominati nominibus illorum, pro quibus contrahunt, ſibi ipſis viciſſim promittunt ſe facturos & curaturos cum effectu, quod ſupraſcripta Communia Terræ, Univerſitates, Parentelæ, & ſingulares perſonæ, Domus, amici, & ſequaces, adhærentes & Valles, quorum nominibus contrahunt, infra unum menſem proxime venientem per publica inſtrumenta coram Domino Poteſtate, & Capitaneo Bergomi, infra tempus prædictum præſentanda, ratificabunt præſentem pacem, & in eadem contenta ſub pœna in ipſa appoſita Cameræ præfati Domini applicanda, non recedendo ab inſtrumentis pacis factis inter ipſas partes MCCCXC --- & MCCCXC --- ipſis penitus inhærendo, ſponte & ex certa ſcientia non vi, dolo, nec metu inducti fecerunt, inierunt & contraxerunt, ac faciunt, ineunt, & contrahunt bonam, veram, integram & perfectam pacem & concordiam, Deo auctore perpetuo duraturam, & inviolabiliter obſervandam, de omnibus guerris, diſcordiis & ſingulis diſſenſionibus, inimicitiis, rancoribus, & offenſis, quæ inter ipſas partes contra homines & Univerſitates & ſingulares perſonas vel aliquem ex dictis partibus, tam conjunctim, quam diviſim, ab hodie retro ſimul vigentibus, ſeu quæ vigere poterunt, & poſſunt inter ipſas & ipſa, nec non de omnibus & ſingulis homicidiis & percuſſionibus, feritis, vulneribus, incendiis, rubariis, injuriis, contumeliis, adulteriis, ſtupris, violentiis, domorum & Terrarum invaſionibus, arborum depopulationibus, & aliis quibuscumque criminibus, tam conjunctim quam diviſim per ſe, aut per interpoſitum perſonam quovis modo usque in præſentem diem commiſſis, tam in communi quam ex diviſo, & tam in congregationibus, quam in populari, quomodocumque & qualitercumque factis, dictis, & perpetratis, commiſſis & paſſis quacumque occaſione vel cauſa, et tam realiter quam perſonaliter, & etiam de omnibus & ſingulis invaſis, ſpoliatis, innovatis, occupatis, et perpetratis durante præſenti guerra, et etiam ab eo tempore citra, quo inchoata fuerit ſeu per ipſum tempus, et de omnibus et ſuper omnibus et ſingulis dependentibus, emergentibus et connexis prædictis, et a prædictis modis, formis inferius deſcriptis ſalvis infraſcriptis.

Item dictæ partes ſuis et quibus ſupra nominibus ſibi ipſis viciſſim, et mihi Notario recipienti nomine omnium, quorum intereſt, nec non omnium et ſingulorum ſuperius nominatorum, ſponte, et ex certa ſcientia remittunt omnia et ſingula homicidia, adulteria, ſtupra, percuſſiones, violentias, vulnera, et alia quæcumque crimina per unam partem, vel aliquam ex dictis partibus alteri parti, vel alicui alterius partis commiſſa, facta, vel illata, tum in communi quam in ſingulari perſonaliter quomodocumque usque in diem hodiernum. Nec non omnes et ſingulas actiones et jura, competentes et competentia et competitura prædictorum, vel alicujus eorum occaſione diſpendii, et occaſione ab eisdem vel aliquo eorum; & promittunt eorum occaſione nullam de cetero de jure vel de facto quæſtionem, actionem nec exceptionem facere, innovare, vel opponere, ſalvis infraſcriptis, quibus per ſupraſcripta nullum fiat præjudicium. Quæ omnia intelligantur de illatis et factis a die præſentis incœptæ guerræ inclusive usque ad diem publicationis dictæ treuguæ nuper ſuper publicatæ inclusive.

Item dictæ partes ſibi ipſis viciſſim, & mihi Notario nomine omnium, quorum intereſt, & omnium ſuperius nominatorum recipienti, remittunt omnes & ſingulas injurias omnium & ſingulorum incendiorum, furtorum, invaſionum Terrarum, ſpoliationum bonorum, commiſſorum & perpetratorum durante præſenti guerra usque in diem hodiernum pro una parte, vel aliquem ex dictis partibus alteri parti vel alicui alterius partis, tam in communi quam in ſingulari, vel aliter, realiter, quomodocumque. Et etiam omnia jura & actiones ipſis partibus vel alicui ex ipſis competentia & competitura occaſione præmiſſorum vel alicujus eorum, ſeu dependentium, ſeu occaſione ab eisdem vel aliquo ipſorum, ita quod pro ipſis civiliter & criminaliter nullus conveniri poſſit, infraſcriptis nihilominus ratis perpetuo manentibus, quibus per ſupraſcripta nullum generetur præjudicium. Et eorum occaſione promittunt nullam de cetero de jure vel de facto quæſtionem, actionem, exceptionem, intentare, facere, nec movere; quæ omnia intelligantur de & ſuper illatis & factis a die præſentis incœptæ guerræ inclusive usque in diem publicationis dictæ treuguæ ſuper & ſupra publicatæ inclusive.

Item promiſerunt & convenerunt dictæ partes ſuis, & nominibus, quibus ſupra, quod reſtituent & relaxabunt, & reſtitui & relaxari facient cum effectu infra menſem unum a die præſentis pacis factæ & publicatæ computando, omnes Terras, poſſeſſiones, & bona immobilia accepta & invaſa, vel occupata tempore præſentis guerræ, quæ viguit in locis, Vallibus, Communibus, & Contratis prædictis, illis, qui eas & ea tenebant ante dictam guerram, vel eorum hæredibus libere, & ſine ſolutione alicujus rei, vel pecuniæ, per quoscumque occu-

Digitized by Google

occupatores, invaſores vel detentores dicta bona detinentur; & hoc pœna æſtimationis ipſorum bonorum recuperatorum applicanda Domino bonorum prædictorum, & Florenorum D. applicanda Cameræ prælibati Domini, quodque non impedient Dominos bonorum prædictorum pacifice gaudere bonis prædictis, ſed ipſos ipſa bona permittent tenere & poſſidere, omni impedimento ceſſante. Item ſuper reſtitutione omnium bonorum mobilium derobatorum, & damnorum illatorum per unam partem ſeu homines unius partis alteri parti, ſeu hominibus alterius partis, a tempore treuguæ publicatæ, anno præſenti, per dictas partes factas citra fiat ut ſupra per Officiales præfati Domini, ad quos ſpectabit.

Item dictæ partes ſuis, & nominibus, quibus ſupra, ſibi ipſis viciſſim & mihi Notario nomine quo ſupra recipienti promittunt, & conveniunt de rato, aliqualiter ſeſe non offendent in perſonis vel rebus, ſub pœnis inferius limitatis. Item quod ſi de cetero contingat per aliquem ex dictis partibus committi homicidium in perſonam alicujus alterius partis, talis committens homicidium, puniatur pœna mortis, ſi venerit in fortiam Rectoris, in cujus Territorio commiſſum fuerit homicidium; etſi non venerit in fortiam Rectoris, quod banniatur, ejusque bona publicentur ſecundum formam decreti præfati Domini; & ulterius parentes delinquentis & Communia, in quorum territorio commiſſum fuerit homicidium, teneantur capere ipſum homicidam, & ipſum conſignare infra unum menſem a die commiſſi criminis in fortiam illius Rectoris, ad quem ſpectabit cognitio talis delicti: aliter cadant in pœna Florenorum D. auri & a D. usque in M. arbitrio præfati Domini, conſiderata qualitate facti & conditione perſonæ, ſolvenda Cameræ præfati Domini pro medietate per agnatos delinquentis ejusdem voluntatis, qui eodem nomine parentelæ nuncupantur, in quocumque gradu eſſe reperiantur, & pro reliqua medietate per homines illius Communitatis, qui ſunt ejusdem voluntatis, & delinquentis, in cujus territorio commiſſum fuerit homicidium perpetratum, qui habitant vel habitabunt in dicta Communitate ſeu loco cum famulis ſuis pro majori parte anni. Et prædictæ pœnæ imponendæ parentibus & Communibus non habeant locum in caſu, in quo conſignaverint malefactorem ſecundum formam capitulorum primæ pacis.

Item quod ſi aliquis ex dictis partibus impoſuerit incendium in bonis alterius partis, vel adulterium ſeu ſtuprum violenter commiſerit cum aliqua muliere alterius partis, talis delinquens, puniatur ſecundum formam Statutorum Communis Bergomi, & decretorum præfati Domini & capitulorum primæ pacis.

Item quod dictæ partes ſuis & nominibus quibus ſupra, convenerunt & promiſerunt, quod ſi contingat aliquam perſonam alicujus loci territorii, vel diſtrictus, ſeu Epiſcopatus Bergomi, Taliegii, vel Averariæ, & de Scalve, & de Brumano committere rubariam, incendium, vel maleficium in perſona, vel in bonis alicujus partis adverſæ prædicti diſtrictus, vel territorii Bergomi, nec non Taliegii, Averariæ, de Scalve, & de Brumano, homines illius Terræ ſeu loci, in quo, vel in qua, vel in cujus territorio rubaria, incendium, vel maleficium commiſſum, vel commiſſæ fuerint, capient ipſum malefactorem, vel malefactores, & ipſum vel ipſos conſignabunt infra unum menſem a die commiſſi criminis computandum in fortiam illius Rectoris, ad quem ſpectabit cognitio talis delicti, ſub pœna Florenorum C. auri applicanda ut ſupra, ſi non ceperint & conſignaverint rubatorem unum, vel plures, qui rubariam commiſiſſent, valoris Florenorum CCC auri applicanda ut ſupra; & ſi non ceperint & conſignaverint incendiarium unum vel plures & ultra in omnibus caſibus prædictis reſtitutione duplici rerum derobatarum, ſeu ſatisfactionis incendii cum damno & intereſſe applicando damno paſſo. Ad quam pœnam vel pœnas teneantur ſolummodo homines illius partis, de qua fuerit dictus derobator vel homicidiarius. Et ſi prædicti homines de dicta parte dicti loci non eſſent ſufficientes ad ſolvendum dictas pœnas, damna & intereſſe, quod tunc pro eo quod deficit, teneantur pro rata omnes homines de dicta Terra duorum locorum proximiorum dicto loco maleficii commiſſi. Et ſi adhuc homines dictæ partes dictorum duorum locorum non eſſent ſufficientes ad ſolutionem dictæ pœnæ, pro tunc homines alterius loci proximioris de dicta parte teneantur ad ſolutionem dictæ pœnæ, & ſic ſucceſſive de loco ad locum, donec fuerit integraliter ſatisfactum de pœnis prædictis. Si vero homicidium, rubaria, vel incendium commiſſum, vel commiſſa fuerint, per aliquem dicti diſtrictus, ſeu Epiſcopatus Bergomi, Taliegii, Averariæ, Scalve & Brumani in aliquo loco territorii præfati Domini extra in diſtrictu Bergomi, Taliegii, Averariæ, Scalve & Brumani, & dictus delinquens ſe reduxerit in Terram ſeu locum, in qua ſeu in quo oriundus ſeu habitator ante ipſum maleficium commiſſum, tunc teneantur homines dicti loci, in quo prædictus malefactor ſe reduxerit, ipſum capere & conſignare infra unum menſem inchoandum a tempore, quo dictus malefactor ſe reduxerit in loco prædicto, in fortiam illius Rectoris, ad quem ſpectabit cognitio dicti delicti, ſub ejusdem pœnis ſuperius ſpecificatis pro omnibus, pro ut ſupra dictum eſt, ſingula ſingulis congrue referendo. Et idem per Communia ſervetur, ſi ſe reduxerit ad alium locum diſtrictus & Epiſcopatus Bergomi, Taliegii, Averariæ, de Brumano & de Scalve. Quam pœnam vel aliquas pœnas non incurrant in aliquo prædictorum caſuum, ſi conſignaverint ut ſupra prædictum vel prædictos delinquentes, vivum vel vivos, mortuum vel mortuos.

Item quod omnes expulſi de eorum domibus, Contratis, poſſeſſionibus & Communibus a tempore præſentis guerræ inchoatæ citra usque in prædictum diem poſſint tute vel impune repatriare ad ipſorum Communia, Terras, domos, & bona, taliter quod ſecure ibidem remanere poſſint.

Item dictæ partes ſuis, & quibus ſupra nominibus ſibi ipſis viciſſim promiſerunt, et mihi Notario quo ſupra nomine recipienti, quod patientiam præſtabunt prædictis expulſis repatriando, eorum bona pacifice poſſidendo ſub pœna civiliter contra facienti æſtimationis bonorum ipſorum applicanda Domino prædictorum bonorum & Florenorum D. applicanda Cameræ prælibati Domini. Item dictæ partes ſuis, & quibus ſupra, nomini-

Digitized by Google

minibus ſibi ipſis promiſerunt & promittunt, quod infra unum menſem a die publicationis præſentis pacis computando in antea, & ſubſequenti annuatim de menſe Januarii cujuslibet anni, tam ipſæ partes, quam Communia ſingulariter, quorum nominibus intervenerunt, pro ipſorum Communibus ſatisdabunt cum bonis & idoneis fidejuſſoribus in Bergomo de obſervando pacem præſentem, & de ſolvendo pœnas in inſtrumentis pacis deſcriptas, ad quas tenebuntur tunc & in futurum, ſi prædictæ partes ſeu Communia, vel aliquis ex dictis partibus, ſeu aliquis ex dictis Communibus in ipſas pœnas incurrerent, ſatis datis omnibus per prædictas partes vel aliquam ex dictis partibus abhodie retro datis & factis in ſuo robore nihilominus manentibus, ac etiam de ſolvendo quælibet onera & factiones, quæ de cetero quomodolibet imponentur in Civitate & Epiſcopatu Bergomi, vel ſaltem dare bonos & confidentes fidejuſſores in illo Caſtro & Civitate, quo ſeu, qua præfatus Magnificus Dominus Dominus Dux Mediolanenſis erit requirendus, ſub pœna rebellionis, & quod ſit in electione præfati Domini noſtri occupare a quibus voluerit obſides, & a quibus voluerit ſatisdationes. Item quod prædicta & infraſcripta, ſi reperiatur aliquis locus vel aliqua Contrata determinatus vel determinata, qui fuerit proximior, & non de alio. Item dictæ partes promittunt mihi Notario, quo ſupra nomine recipienti de tractando & conſignando in fortiam Illuſtriſſimi Domini noſtri & Officialium ſuorum, omnes fortalitias, Terras & loca, quæ præfatus Dominus ſeu dicti ejus Officiales in Bergomo requiſierint, toties quoties requiſierit, ſeu requiſierint ſub pœna rebellionis, & ulterius ſub pœna Florenorum M M. Cameræ præfati Domini applicanda, & in ſingula contrafactione committenda & exigenda. Item quod omnes & ſingulæ pœnæ, quæ ſolvi debent, diſpoſitione Capitulorum præſentis Pacis, & etiam utriusque pacis hactenus inter ipſas partes celebratæ, per habitatores locorum & Villarum, nec non per illos, qui ſunt de voluntate delinquentis ut ſupra, ſolvantur pro duabus partibus proprio havere, quod habent in locis commiſſi criminis, & tertia parte ſub perſonis. Item dictæ partes, & quibus ſupra nominibus ſibi ipſis vicisſim promiſerunt & promittunt, quod non facient nec fieri facient aliquod incitamentum perſonarum armigerarum, nec gentes aliquas armigeras, congregabunt ad inſtantiam alicujus, nec motu proprio, nec ad aliquam congregationem hominum armatorum ibunt in prædictis Communibus, locis, Contratis, & Territoriis præfati Dominii, nec extra ipſa Territoria absque expreſſa licentia præfati Domini ſub pœna Florenorum D. auri pro quolibet Commune, loco, & Contrata, & parentela Cameræ præfati Domini applicanda.

Item promiſerunt & convenerunt ut ſupra ſuis & prædictis nominibus ipſius Syndici, & Procuratores, & ſingulares Perſonæ, quod ipſi principaliter, nec non quilibet eorum pro ſuo Communi, loco, & Contrata, nec non pro omnibus, pro quibus promiſerunt ut ſupra, infra unum menſem proximefuturum auferent, & deſtruent omnes battalieras, baleſtras, raſtellos, ſaraſineſcas, foveas, turres, fumos & voltas, ſeu centra & fortalitias conſtructas & fabricatas ſine licentia ſpeciali præfati Domini per dictas partes, ſeu aliquem ex dictis partibus in diſtrictu Bergomi, Taliegii, vel Averariæ, & de Scalve a tempore adepti dominii Civitatis Bergomi per præfatum Dominum citra ſic quod omnia reducantur, & reperiantur in iis ſtatu, modo & gradu, quibus ante adeptum dominium dictæ Civitatis erant, ſub pœna Florenorum D. auri pro quolibet Commune, loco, Univerſitate, Contrata, & ſingula perſona Cameræ prælibati Domini applicanda. Et ulterius ad mandatum præfati Domini vel Officialium ſuorum auferent & deſtruent omnes alias fortilitias factas ut ſupra a tempore citra contra ordines & decreta præfati Domini ſub pœna prædicta. Item dictæ partes ſuis & nominibus quibus ſupra promiſerunt, mihi Notario nomine quo ſupra recipienti, quod ipſi & illi, quorum nominibus intervenerunt, & quilibet eorum perpetuo erunt fideles & obedientes præfato Domino ejusque filiis, hæredibus, & Succeſſoribus quibuscumque, & eorum Officialibus, fideliter obedient puro corde & ſincera voluntate; non committent, tractabunt, nec quicquam facient contra honorem eorum & ſtatum; & quicquid ſentient contra honorem & ſtatum eorum redundare, præfato Domino, filiis, & Officialibus ſuis ſine mora notificabunt, & ne id fiat, tanquam fideles ſubditi præfati Domini ſuo poſſe reſiſtent ſub poena arbitrio præfati Domini auferenda, & ultra ſub poenis deſcriptis in Statutis Communis Bergomi, & decretis prælibati Domini. Item dictæ partes ſuis & quibus ſupra nominibus ſibi ipſis viciſſim promiſerunt & convenerunt, nec non etiam mihi Notario infraſcripto tanquam publicæ perſonæ recipienti & ſtipulanti nomine & vice quo ſupra, quod relaxabunt carceratos captos in præſenti guerra illæſos absque ulla pecuniæ vel alterius rei ſolutione & ſeu redemptione infra ſex dies poſt publicationem præſentis pacis ſub poena Florenorum D. auri Cameræ præfati Domini applicanda & ſub poena reſtitutionis omnis redemtionis factæ per dictos carceratos applicanda, tali redemto. Item dictæ partes convenerunt, quod per pœnas deſcriptas in ſingulis capitulis præſentis pacis non derogetur pœnis limitatis ſecundum, diſpoſitionem decretorum prælibati Domini & Statutorum Communis Bergomi, ſed pœnæ ipſæ remaneant poenis in præſenti pace appoſitis non obſtando &c. Item dictæ partes ſuis & quibus ſupra nominibus promiſerunt & convenerunt ſibi ipſis viciſſim, nec non mihi Notario quo ſupra nomine recipienti, quod tenebunt & teneri facient ſtratas vias, & paſſus eorum locorum, Terrarum, Vallium, Contratarum, Communium, & Territoriorum ſecuras, liberas, & affidatas, taliter quod ſuper ipſis unusquisque cum Mercadantiis & ſine læſione ipſe ſtare & redire poſſit libere, tute, & ſecure, ſub poena Florenorum CCC. auri Cameræ præfati Domini applicanda, ac ulterius ſub poena reſtitutionis dupli rerum amiſſarum & robatarum ſuper dicto loco ſeu Territorio applicanda damnum paſſo. Quæ poenæ ſolvantur per Commune illius Terræ, in qua & ſuper cujus Territorio rubaria

baria commissa, fuerit, si erit sufficiens ad solvendum; si vero non erit sufficiens, tunc teneantur aliæ duæ terræ proximiores ad ipsam pœnam solvendam, si vero non erunt habiles, tunc teneatur alia Villa propinquior, & sic successive de Villa in Villam propinquiorem, donec erunt sufficientes & idoneæ ad solvendum. Ita tamen quod Villa seu Villæ prædictæ non teneantur ad solutionem poenarum prædictarum, si præsentabunt malefactorem vel malefactores, salvo quoad restitutionem rerum ablatarum, salvis pœnis & reservatis infrascriptis.

Item dictæ partes suis & quibus supra nominibus sibi vicissim promiserunt & convenerunt, nec non mihi Notario quo supra nomine recipienti & stipulanti, quod ipse & quilibet ex dictis partibus præstabunt patientiam quibuscumque Officialibus prælibati Domini, eorumque famulis euntibus & redeuntibus in Civitate, Districtu, & Episcopatu Bergomi, nec non ad montaneas eorumque summitates dicti districtus, & Episcopatus Bergomi pro exactionibus quorumcumque onerum impositorum, & imponendorum in Civitate, districtu & Episcopatu Bergomi per Commune Bergomi, vel per Officiales praedicti Domini; nec non quibuscumque exactionibus tam realibus quam personalibus fiendis quavis occasione & causa de mandato praelibati Domini seu ejus Officialium, qui ad præsens sunt, & qui per tempora erunt in dictis Civitate, Episcopatu, & districtu Bergomi, sub poena Florenorum D. auri Cameræ præfati Domini applicanda, toties committenda & exigenda, quoties fuerit contrafactum. Quæ poena solvatur per Commune illius Terræ, in qua & super cujus Territorio resistentia seu violentia facta fuerit, si erit sufficiens ad solvendum; si vero non erit sufficiens, tunc teneantur aliæ duae Terræ propinquiores ad ipsarum poenarum solutionem, & sic successive de Villa in Villam propinquiorem, donec erunt sufficientes, ita tamen, quod Villa & Villæ prædictae non teneantur ad poenarum solutionem, si præsentabunt malefactorem vel malefactores. Item promiserunt & convenerunt dictæ partes suis & nominibus, quibus supra, quod si contigerit, aliquod homicidium vel aliquam rubariam committi per aliquem ex dictis suprascriptis contrahentibus seu illos, quorum nominibus intervenerunt, in districtu Bergomi, Taliegii, & Averariae, & talis seu tales malefactores transitum faceret seu facerent per aliquam Terram, locum, seu Villam districtus Bergomi, Taliegii, vel Averariæ, per homines illius Terrae, loci, seu Villæ, per quorum Territorium facere continget, currant post talem vel tales delinquentes, faciendo post ipsum vel ipsos magnum strepitum & clamorem & eos persequentur statim, postquam delinquentes applicuerint & intraverint aliquem locum vel Territorium eorum, ac pro suo posse capient sub poena Florenorum CCC. auri pro quolibet Commune seu loco vel Contrata dicti Territorii Bergomi, Taliegii, vel Averariæ contrafaciendo praesenti Capitulo Camerae praefati Domini applicanda. Item quod prædicti homines & singuli contrahentes, Syndici, & Procuratores, & singulares personae suis & nominibus quibus supra & quilibet eorum ratificant, approbant, laudant, & confirmant utramque pacem inter ipsas partes celebratam; scilicet unam anno currente MCCCXCI - - - - - - die X mensis Decembris; alteram vero MCCCXC. - - - - - - anno die XX mensis Septembris traditas per me Cathelanum de Christianis Notarium, in illis passibus, articulis, capitulis, punctis, in quibus conformes praesenti Instrumento pacis reperiantur, & alia, de quibus in praesenti instrumento pacis nulla habetur mentio. Quodsi essent aliqua in praesenti instrumento repugnantia utriusque pacis instrumentis prædictis, ipsa repugnantia sibi contraria in suo robore permaneant utriusque pacis instrumentis primis aliqualiter non obstantibus. In passibus vero articulis, punctis, capitulis, & partibus, quibus Pacis huic instrumento prædicta duo Pacis instrumenta deformia reperirentur, quae instrumenta utriusque pacis praedicta in praemissis, quibus essent deformia huic paci, sint nulla & pro nullo habeantur, ita quod ipsorum vigore in quantum eatenus, quatenus huic instrumento deformia reperiantur, non possint agi, excipi, nec aliquis actus fieri, proinde ac si pax nulla inter dictas partes nusquam celebrata fuisset. Quam quidem pacem dictae partes suis & pro quibus supra nominibus, attendere, & observare, & non contrafacere, nec ipsam rumpere promiserunt sub poena Florenorum decem millium auri Camerae praelibati Domini applicanda.

Actum & publicatum fuit Pacis Instrumentum per me Cathelanum de Christianis Notarium publicum Bergomi die X. Decembris Anno MCCCXCIII.

XLIV.

Wenceslai, Roman. Regis Diploma, quo Johannem Galeatium, Ducem Mediolani titulo atque privilegiis Comitis Angleriæ condecoravit, d. d. 25. Januar. An. 1397.

Wenceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiae Rex Illustri Johanni Galeaz Duci Mediolani Papiae Angleriæque Comiti suo, & Imperii Sacri Principi gratiam Regiam, & omne bonum. Cum ex multis, & fide dignis Chronicis, & avtenticis Scripturis quae ad reminiscentiam, & memoriam rerum, clarisimorumque Virorum, & temporum scriptae sunt, certisime teneamus antiquam prosapiam Illustrium Comitum de Angleria, Mediolanensis Diocesis, Regibus, Ducibus, Comitibus, & multis Viris Insignibus floruisse, quos propter eorum strenuitates, & Virtutes summamque devotionem, quam erga Sacrum Romanum Imperium habuerunt nonnulli Praedecessores nostri Gloriosissimi Imperatores, & Reges

Digitized by Google

ges magnis beneficiis, & nobilisſimis Privilegiis extulerunt, nec ſolum hoc a Caeſaribus conſecuti ſunt, ſed nonnulli Summi Sacrique Pontifices Virtutem magni aeſtimantes illos ſplendidiſſimis Privilegiorum muneribus illuſtrarunt, habemusque firmiter, & teneamus a certo te Johannem Galeaz majores antiquosque tuos, nec non antiquorum tuorum Prædeceſſores a praefata Illuſtri, & Nobiliſſima antiqua proſapia Comitum de Angleria deſcendiſſe, & originem pariter protraxiſſe. Cumque tu Johannes Galeaz vetuſtis his laudibus proſapiae tuae praedictae tantum ſplendorem propriæ Virtutis addideris, & ad eam quam ſemper majores tui Romano Imperio exhibuerunt devotionem, & fidem accumulaveris, perſonam tuam non immerito credimus eferendam. Cupientes itaque tibi Johanni Galeaz, cui propter generis tui tuarumque Virtutum nomen apertum eſt iter ad omnes amplisſimas Dignitates, dignam gratiam de Trono noſtrae ſublimitatis impendere, & erga perſonam tuam, tuorumque deſcendentium munificentiam Caeſaream exercere, ac volentes Terram illam Angleriae, quæ quondam ſub majoribus tuis praedictis Civitatis & Comitatus honore fulgebat, cujus fere memoria ex longo curſu temporum abolevit, reducere ad naturam ſui proprii, ne vetuſtate temporis Dignitas hujusmodi Principii tuae Domus Illuſtris memoria deleatur, ſed potius noſtro beneficio, & claritate tui nominis ad aeternam rei memoriam reluceſcat, pariter & reſpiret, non per errorem aut improvide, ſed animo deliberato et ex certa ſcientia ſano Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum, & aliorum noſtrorum Imperii Sacri fidelium accedente Conſilio, te, Princeps dilecte, non ad tuae petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Regia motuque proprio, ac tuae originis nobilitate poſcente, hodie in nomine Domini, & Salvatoris noſtri, a quo omnis Principatus, & honor provenire dignoſcitur, illuſtravimus, illuſtramus, ac Comitem Angleriae fecimus, creavimus, ereximus, illuſtravimus, & ſublimavimus, facimus, decoramus, creamus & virtute præſentium erigimus, illuſtramus & ſublimamus; Decernentes quod, tu, Haeredes, & Succeſſores tui Duces Mediolani & Comites Angleriae, perpetuis in antea temporibus, omni Dignitate, Nobilitate, & Jurisdictione, Imperio, Honore, & Conſuetudine gaudere debeatis, & frui continuo, quibus alii Imperii Principes, & nominati Comites Illuſtres fruiti ſunt hactenus, & quotidie potiuntur, dictam quoque Terram Angleriæ ejusque Diſtrictum cum & ſingulis ſuis ſibique pertinentibus Villis, Oppidis, Caſtris, & Terris, Aquis, Aquarumque decurſibus, Juribus, Jurisdictionibus & Regalibus; & eorum infraſcripris Terris, videlicet Terra de ſexto Kalendarum, Terra de Laſanza, Terra de Burgo de Angleria, Terra de Roncho, Terra de Yſpera, Terra de Cerro, Terra de Aroſio, Terra de Monnale, Terra de Saſſabalaro, Terra de Laveno, Rocha Travaliæ, Terra de Portu, Terra de Aſinalo, Terra de Caſtello, Terra de Cermegnana, Terra de Luyno, Terra de Macagnio ſuperiori, Terra de Macagnio inferiori, Terra de Saſſoxonii, Terra de Vira, Terra de Ranza, Terra de Magadino, & Terra de Centono: quæ terræ ſunt ab una parte Lacus majoris verſus Mediolanum, licet antea de Diſtrictu, Diocæſi ſeu Comitatu Mediolani eſſe dicerentur, vel reputarentur, cum infraſcriptis Terris; videlicet Terra de Tignola, Terra de Arona, Terra de Meyna, Terra de Leſia, Terra de Buzirate, Terra de Streſa, Terra de Iſella ſuperiori Terra de Iſella inferiori, Terra de Margutio, Terra de Sima, Terra Burgi de Palanza, Terra Burgi de Intra, Terra de Bignizolis, Terra de Ogiabio, Terra Burgi de Tavero, Terra Burgi Canobii, Terra de Treſluvio, Terra de Briſago, Terra de Roncho, Terra de Scona, Terra de Loſona, Terra de Saldulo, Terra de Locarno, Terra de Menuſio, Terra de Tenero, Terra de Gordora, & Terra de Brozoli, quæ ſunt ab alia parte dicti Lacus verſus Novariam, licet antea de Diſtrictu, & Diocæſi Novarien. eſſe dicerentur, & cum toto ipſo Lacu majori ejusque ripis a principio dicti Lacus usque ad finem dicti Lacus, & cum omnibus aliis Terris, & Locis ſituatis, & poſitis prope, & ſuper ripas dicti Lacus, & confinantibus dicto Lacu, cujuscunque Diocæſis & Diſtrictus, cujus, foret Lacus ipſe, in verum Comitatum creavimus, ereximus, erigimus & creamus, ac de prædictae Romanæ Regiæ Mtis plenitudine ex certa ſcientia decoramus tibi Illuſtri Johanni Galeaz, Duci Mediolani &c. Comitatum hujusmodi Angleriæ, cum omnibus Honoribus, Commoditatibus, Nobilitatibus, juribus, Privilegiis, & Immunitatibus, quemadmodum Comitatus inſignes, ab Illuſtribus Romanis Imperatoribus, ſive Regibus poſſidentur vel tenentur ſeu poſſideri conſueverunt hactenus, & a Sacro Romano Imperio dependent in feudum, de benignitate Regia concedentes decernentes, & Regio Romano ſtatuentes Edicto quod tu, Hæredes, & Succeſſores tui prædicti propter Comites Angleriæ Terrarumque prædictarum nominari, & apellari debeatis in antea, & tanquam cæteri Sacri Imperii Comites teneri & honorari, ac omnibus reputari omnique juri, Privilegio, Honore, Dignitate, Immunitate absque impedimento perfrui, quibus alii Sacroſancti Romani Imperii Comites in dandis ſeu repetendis juribus & Jurisdictionibus; in conferendis ſeu ſuſcipiendis Feudis, & omnibus aliis Illuſtrem Statum & Conditionem Comitis cernentibus fruiti ſunt hactenus ſeu quomodolibet potiuntur; quodque tu, Hæredes & Succeſſores tui prædicti, Comites Angleriæ Comitatum eundem cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicuti expreſſatur ſuperius a Nobis, nec non a Sereniſſimis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Succeſſoribus noſtris, & ab ipſo Romano Imperio, quando opportunum fuerit, & Nos, & Succeſſores noſtros, in dicto Comitatu Angleriæ, vel in Ducatibus eſſe continget, debito ſolemnitatis honore, cum Vexillis, ut moris eſt, ac ſolita reverentia ſic ſuscipere debeatis, & ſacramentum fidelitatis facere conſuetum; dum ve-

ro

Digitized by Google

ro Nos, & Succeſſores noſtros extra prædictos Comitatus, & Ducatus eſſe continget; quod tu, Hæredes, & Succeſſores tui prædicti per ſolemnes Procuratores, & Nuncios tam prædicta Feuda ſuſcipere, quam etiam conſueta juramenta facere valeatis, cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis, quemadmodum alii Sacri Romani Imperii Comites Feuda ſua ſuſcipere conſueverunt; decernentes, & hoc Romano Regio Edicto ſtatuentes, quod tu Johannes Galeaz, & tui Deſcendentes Duces Mediolani teneatis, & tenere debeatis dictum Comitatum Angleriæ ſub nomine Comitatus, & tanquam Comites Angleriæ, & quod non poſſitis, nec valeatis dare, concedere, nec aliquo modo transferre dictum Comitatum Angleriæ in aliquam perſonam, etiam collateralem, nec ipſum Comitatum a vobis aliqualiter abdicare niſi in perſonam illius deſcendentis qui poſt obitum Ducis Mediolani &c. ſuccedere deberet in Ducatibus prædictis, & qui tunc ſit, et vocetur Comes Angleriæ, poſitis tantum tu, & tui deſcendentes Comites Angleriæ, poſt aetatem viginti quinque annorum, detentis & locis praedictis, dare, & in Feudum concedere illis perſonis de quibus vobis videbitur, & placuerit, ceterumque Arma & Inſignia dicti Comitatus Angleriæ Viperam in forma qua majores tui Praedicti, & tu Viperam ipſam in Bellorum actibus, & ubique ſtrenue detuliſtis, tibi tuisque deſcendentibus & Succeſſoribus in infinitum, quos Comites Angleriæ eſſe continget, Tenore præſentium damus, concedimus, & confirmamus, quam Viperam ubique tenere, defferre, & portare, ac teneri, deferri, ac portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis. Et prædicta omnia & ſingula valere volumus, & obtinere effectualiter roboris firmitatem, non obſtantibus aliquibus Legibus, Juribus, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus, & Clauſulis, & aliis Conceſſionibus, vel Titulis per nos ſive Prædeceſſores noſtros in Imperio ſive aliis factis, collatis vel conceſſis ſuper prædictis, vel aliquo prædictorum, etiam ſi talia forent de quibus in praeſentibus opporteret fieri mentio ſpecialis. Quibus omnibus, & ſingulis quo ad ſublimationem & erectionem, conceſſionem, infeudationem, & alia ſupradicta, de plena & abſoluta poteſtate ex certa ſcientia derogari volumus, & etiam derogamus, ſupplentes omnem defectum ſi quis obſcuritate verborum ſolemnitatis omiſſe, ſeu alias quomodolibet repertus fuit in præmiſſis; jus tamen ex dicta conceſſione, & creatione in Feudo dicti Comitatus habemus nobis & Succeſſoribus noſtris in Imperio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Illuſtrationis, Sublimationis, Creationis, Collationis, Decorationis, ſeu Decreti Paginam infringere, ſeu ei quovis auſu temerario contraire: ſi quis autem ſecus attemptare præſumſerit, præter indignationem noſtram graviſſimam, poenam centum Marcarum puriſſimi auri ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem noſtri Ærarii Regalis ſive Fiſci, reſiduam vero partem injuriam paſſorum uſibus decernimus aplicari præſentium ſub Regiæ Majeſtatis noſtræ Sigillo Teſtomonio Literarum. Datum Praghæ, anno Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, die vigeſima quinta Januarii. Regnorum noſtrorum anno Boemiae trigeſimo quarto, Romanorum vero vigeſimo primo.

Ad Mandatum Domini Regis

Wo. Decimus Ucull,
Cancellarius.

XLV.

Wenceslai, Romanorum Regis Diploma, quo Johannem Galeatium, Ducem Mediolani ejusque hæredes, Lombardiæ Duces Declaravit eisque inſignia Imperialia, nimirum aquilam nigram in campo aureo gerendi poteſtatem dedit, d. d. 30. Mart. An. 1397.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

ANno a Nativitate Domini noſtri JEſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto, Indictione octava, ſecundum curſum inclytæ Urbis Mediolani, die vero jovis undecimo menſis Martii. Cum propter frequentem caſuum neceſſitatem juris utriusque Proviſione ſit ſancitum quod Exemplaria ab Originalibus fideliter tranſumpta ubique locorum fidem faciant, expediatque fidem facere, qualiter infraſcriptum Privilegium Imperiale fuit confectum datum ſubſcriptum & ſigillatum, pro ut infra, ea propter cunctis præſens Inſtrumentum inſpecturis pateat evidenter, quod ego infraſcriptus Laurentius de Marignonibus Notarius ut infra, ad hoc requiſitus infraſcriptum Tranſumptum ab Originali Privilegio infraſcripti Sereniſſimi Domini tunc Imperatoris Romani, infraſcripti tenoris, dato, ſubſcripto, & ſigillato ut infra, penes me tunc exiſtente in bona & avtentica forma, & non vitiato, nec cancellato, nec in aliqua ſui parte ſuſpecto, tranſumpſi, & in hanc publicam formam redigi feci per Steffanum de Gallatiis Notarium infraſcriptum, ipſumque Tranſumptum diligenter examinavi & aſcultavi una cum infraſcriptis Notariis inferius deſcriptis, nobis tunc ſimul exiſtentibus, & præſens exemplar cum dicto Originali Privilegio diligenter aſcultantibus, & examinantibus in præſentia etiam, & cum auctoritate & decreto ſapientis et egregii Legum Doctoris, Domini Cedrionis de Roma Vicarii, & Locumtenentis ſpectabilis Domini Leonardi de Aurea Poteſtatis præfatæ Inclytæ Urbis Mediolani, & Ducatus ejus pro Illuſtriſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino noſtro Domino Duce Mediolani, &c. pro Tribunali ſedente ſuper quodam banco ſito in Camera una poſita in Domibus regiminis præfati Domini Poteſtatis in Brolecto novo Communis Mediolani, eoque Domino Vicario, & Locumtenente auctoritatem ſuam, & decretum ſuum interponente, dante, & præſtante ad convalidationem præſentis Avtentici, atque etiam

Digitized by Google

ges magnis beneficiis, & nobilisſimis Privilegiis extulerunt, nec ſolum hoc a Caeſaribus conſecuti ſunt, ſed nonnulli Summi Sacrique Pontifices Virtutem magni aeſtimantes illos ſplendidiſſimis Privilegiorum muneribus illuſtrarunt, habemusque firmiter, & teneamus a certo te Johannem Galeaz majores antiquosque tuos, nec non antiquorum tuorum Prædeceſſores a praefata Illuſtri, & Nobiliſſima antiqua proſapia Comitum de Angleria deſcendiſſe, & originem pariter protraxiſſe. Cumque tu Johannes Galeaz vetuſtis his laudibus proſapiae tuae praedictae tantum ſplendorem propriæ Virtutis addideris, & ad eam quam ſemper majores tui Romano Imperio exhibuerunt devotionem, & fidem accumulaveris, perſonam tuam non immerito credimus eferendam. Cupientes itaque tibi Johanni Galeaz, cui propter generis tui tuarumque Virtutum nomen apertum eſt iter ad omnes amplisſimas Dignitates, dignam gratiam de Trono noſtrae ſublimitatis impendere, & erga perſonam tuam, tuorumque deſcendentium munificentiam Caeſaream exercere, ac volentes Terram illam Angleriae, quæ quondam ſub majoribus tuis praedictis Civitatis & Comitatus honore fulgebat, cujus fere memoria ex longo curſu temporum abolevit, reducere ad naturam ſui proprii, ne vetuſtate temporis Dignitas hujusmodi Principii tuae Domus Illuſtris memoria deleatur, ſed potius noſtro beneficio, & claritate tui nominis ad aeternam rei memoriam reluceſcat, pariter & reſpiret, non per errorem aut improvide, ſed animo deliberato et ex certa ſcientia ſano Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum, & aliorum noſtrorum Imperii Sacri fidelium accedente Conſilio, te, Princeps dilecte, non ad tuae petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Regia motuque proprio, ac tuae originis nobilitate poſcente, hodie in nomine Domini, & Salvatoris noſtri, a quo omnis Principatus, & honor provenire dignoſcitur, illuſtravimus, illuſtramus, ac Comitem Angleriae fecimus, creavimus, ereximus, illuſtravimus, & ſublimavimus, facimus, decoramus, creamus & virtute præſentium erigimus, illuſtramus & ſublimamus; Decernentes quod, tu, Haeredes, & Succeſſores tui Duces Mediolani & Comites Angleriae, perpetuis in antea temporibus, omni Dignitate, Nobilitate, & Jurisdictione, Imperio, Honore, & Conſuetudine gaudere debeatis, & frui continuo, quibus alii Imperii Principes, & nominati Comites Illuſtres fruiti ſunt hactenus, & quotidie potiuntur, dictam quoque Terram Angleriæ ejusque Diſtrictum cum & ſingulis ſuis ſibique pertinentibus Villis, Oppidis, Caſtris, & Terris, Aquis, Aquarumque decurſibus, Juribus, Jurisdictionibus & Regalibus; & eorum infraſcripris Terris, videlicet Terra de ſexto Kalendarum, Terra de Laſanza, Terra de Burgo de Angleria, Terra de Roncho, Terra de Yspera, Terra de Cerro, Terra de Aroſio, Terra de Monnale, Terra de Saſſabalaro, Terra de Laveno, Rocha Travaliæ, Terra de Portu, Terra de Aſinalo, Terra de Caſtello, Terra de Cermegnana, Terra de Luyno, Terra de Macagnio ſuperiori, Terra de Macagnio inferiori, Terra de Saſſoxonii, Terra de Vira, Terra de Ranza, Terra de Magadino, & Terra de Centono: quæ terræ ſunt ab una parte Lacus majoris verſus Mediolanum, licet antea de Diſtrictu, Diocæſi ſeu Comitatu Mediolani eſſe dicerentur, vel reputarentur, cum infraſcriptis Terris; videlicet Terra de Tignola, Terra de Arona, Terra de Meyna, Terra de Leſia, Terra de Buzirate, Terra de Streſa, Terra de Iſella ſuperiori Terra de Iſella inferiori, Terra de Margutio, Terra de Sima, Terra Burgi de Palanza, Terra Burgi de Intra, Terra de Bignizolis, Terra de Ogiabio, Terra Burgi de Tavero, Terra Burgi Canobii, Terra de Treſluvio, Terra de Briſago, Terra de Roncho, Terra de Scona, Terra de Loſona, Terra de Saldulo, Terra de Locarno, Terra de Menuſio, Terra de Tenero, Terra de Gordora, & Terra de Brozoli, quæ ſunt ab alia parte dicti Lacus verſus Novariam, licet antea de Diſtrictu, & Diocæſi Novarien. eſſe dicerentur, & cum toto ipſo Lacu majori ejusque ripis a principio dicti Lacus usque ad finem dicti Lacus, & cum omnibus aliis Terris, & Locis ſituatis, & poſitis prope, & ſuper ripas dicti Lacus, & confinantibus dicto Lacu, cujuscunque Diocæſis & Diſtrictus, cujus, foret Lacus ipſe, in verum Comitatum creavimus, ereximus, erigimus & creamus, ac de prædictae Romanæ Regiæ Mtis plenitudine ex certa ſcientia decoramus tibi Illuſtri Johanni Galeaz, Duci Mediolani &c. Comitatum hujusmodi Angleriæ, cum omnibus Honoribus, Commoditatibus, Nobilitatibus, juribus, Privilegiis, & Immunitatibus, quemadmodum Comitatus inſignes, ab Illuſtribus Romanis Imperatoribus, ſive Regibus poſſidentur vel tenentur ſeu poſſideri conſueverunt hactenus, & a Sacro Romano Imperio dependent in feudum, de benignitate Regia concedentes decernentes, & Regio Romano ſtatuentes Edicto quod tu, Hæredes, & Succeſſores tui prædicti propter Comites Angleriæ Terrarumque prædictarum nominari, & apellari debeatis in antea, & tanquam cæteri Sacri Imperii Comites teneri & honorari, ac omnibus reputari omnique juri, Privilegio, Honore, Dignitate, Immunitate absque impedimento perfrui, quibus alii Sacroſancti Romani Imperii Comites in dandis ſeu repetendis juribus & Jurisdictionibus; in conferendis ſeu ſuſcipiendis Feudis, & omnibus aliis Illuſtrem Statum & Conditionem Comitis cernentibus fruiti ſunt hactenus ſeu quomodolibet potiuntur; quodque tu, Hæredes & Succeſſores tui prædicti, Comites Angleriæ Comitatum eundem cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicuti expreſſatur ſuperius, a Nobis, nec non a Sereniſſimis Romanorum Imperatoribus, & Regibus Succeſſoribus noſtris, & ab ipſo Romano Imperio, quando opportunum fuerit, & Nos, & Succeſſores noſtros, in dicto Comitatu Angleriæ, vel in Ducatibus eſſe continget, debito ſolemnitatis honore, cum Vexillis, ut moris eſt, ac ſolita reverentia ſic ſuscipere debeatis, & ſacramentum fidelitatis facere conſuetum; dum ve-

ro

Digitized by Google

ro Nos, & Successores nostros extra prædictos Comitatus, & Ducatus esse continget; quod tu, Hæredes, & Successores tui prædicti per solemnes Procuratores, & Nuncios tam prædicta Feuda susciperc, quam etiam consueta juramenta facere valeatis, cum solemnitatibus debitis & consuetis, quemadmodum alii Sacri Romani Imperii Comites Feuda sua susciperc consueverunt; decernentes, & hoc Romano Regio Edicto statuentes, quod tu Johannes Galeaz, & tui Descendentes Duces Mediolani teneatis, & tenere debeatis dictum Comitatum Angleriæ sub nomine Comitatus, & tanquam Comites Angleriæ, & quod non possitis, nec valeatis dare, concedere, nec aliquo modo transferre dictum Comitatum Angleriæ in aliquam personam, etiam collateralem, nec ipsum Comitatum a vobis aliqualiter abdicare nisi in personam illius descendentis qui post obitum Ducis Mediolani &c. succedere deberet in Ducatibus prædictis, & qui tunc sit, et vocetur Comes Angleriæ, positis tantum tu, & tui descendentes Comites Angleriæ, post aetatem viginti quinque annorum, detentis & locis praedictis, dare, & in Feudum concedere illis personis de quibus vobis videbitur, & placuerit, ceterumque Arma & Insignia dicti Comitatus Angleriæ Viperam in forma qua majores tui Praedicti, & tu Viperam ipsam in Bellorum actibus, & ubique strenue detuliſtis, tibi tuisque descendentibus & Successoribus in infinitum, quos Comites Angleriæ esse continget, Tenore præsentium damus, concedimus, & confirmamus, quam Viperam ubique tenere, deferre, & portare, ac teneri, deferri, ac portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis. Et prædicta omnia & singula valere volumus, & obtinere effectualiter roboris firmitatem, non obstantibus aliquibus Legibus, Juribus, Constitutionibus, Consuetudinibus, & Clausulis, & aliis Concessionibus, vel Titulis per nos sive Prædecessores nostros in Imperio sive aliis factis, collatis vel concessis super prædictis, vel aliquo prædictorum, etiam si talia forent de quibus in praesentibus opporteret fieri mentio specialis. Quibus omnibus, & singulis quo ad sublimationem & erectionem, concessionem, infeudationem, & alia supradicta, de plena & absoluta potestate ex certa scientia derogari volumus, & etiam derogamus, supplentes omnem defectum si quis obscuritate verborum solemnitatis omisse, seu alias quomodolibet repertus fuit in præmissis; jus tamen ex dicta concessione, & creatione in Feudo dicti Comitatus habemus nobis & Successoribus nostris in Imperio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Illustrationis, Sublimationis, Creationis, Collationis, Decorationis, seu Decreti Paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario contraire: si quis autem secus attemptare præsumserit, præter indignationem nostram gravissimam, poenam centum Marcarum purissimi auri se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem nostri Ærarii Regalis sive Fisci, residuam vero partem injuriam passorum usibus decernimus aplicari præsentium sub Regiæ Majestatis nostræ Sigillo Testimonio Literarum. Datum Praghæ, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, die vigesima quinta Januarii. Regnorum nostrorum anno Boemiæ trigesimo quarto, Romanorum vero vigesimo primo.

Ad Mandatum Domini Regis

Wo. Decimus Ucell,
Cancellarius.

XLV.

Wenceslai, Romanorum Regis Diploma, quo Johannem Galeatium, Ducem Mediolani ejusque hæredes, Lombardiæ Duces Declaravit eisque insignia Imperialia, nimirum aquilam nigram in campo aureo gerendi potestatem dedit, d. d. 30. Mart. An. 1397.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

ANno a Nativitate Domini nostri JEsu Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, Indictione octava, secundum cursum inclytæ Urbis Mediolani, die vero jovis undecimo mensis Martii. Cum propter frequentem casuum necessitatem juris utriusque Provisione sit sancitum quod Exemplaria ab Originalibus fideliter transumpta ubique locorum fidem faciant, expediatque fidem facere, qualiter infrascriptum Privilegium Imperiale fuit confectum datum subscriptum & sigillatum, pro ut infra, ea propter cunctis præsens Instrumentum inspecturis pateat evidenter, quod ego infrascriptus Laurentius de Martignonibus Notarius ut infra, ad hoc requisitus infrascriptum Transumptum ab Originali Privilegio infrascripti Serenissimi Domini tunc Imperatoris Romani, infrascripti tenoris, dato, subscripto, & sigillato ut infra, penes me tunc existente in bona & avtentica forma, & non vitiato, nec cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto, transumpsi, & in hanc publicam formam redigi feci per Steffanum de Gallatiis Notarium infrascriptum, ipsumque Transumptum diligenter examinavi & ascultavi una cum infrascriptis Notariis inferius descriptis, nobis tunc simul existentibus, & præsens exemplar cum dicto Originali Privilegio diligenter ascultantibus, & examinantibus in præsentia etiam, & cum auctoritate & decreto sapientis et egregii Legum Doctoris, Domini Cedrionis de Roma Vicarii, & Locumtenentis spectabilis Domini Leonardi de Aurea Potestatis præfatæ Inclytæ Urbis Mediolani, & Ducatus ejus pro Illustrissimo Principe, & Excellentissimo Domino nostro Domino Duce Mediolani, &c. pro Tribunali sedente super quodam banco sito in Camera una posita in Dominibus regiminis præfati Domini Potestatis in Brolecto novo Communis Mediolani, eoque Domino Vicario, & Locumtenente auctoritatem suam, & decretum suum interponente, dante, & præstante ad convalidationem præsentis Avtentici, atque etiam

Digitized by Google

etiam decernente & jubente præsens Transumptum, & Avtenticum fidem plenariam facere debere ubicumque locorum in judiciis, & extra; Et cum hoc sit, quod præsens Transumptum cum dicto Originali Privilegio ascultato, & examinato ut supra, repertum fuerit in omnibus, & per omnia concordare, & in nullo discrepare; Id circo in Dei nomine Ego idem Laurentius de Martignonibus Notarius ut infra, ac requisitus, & rogatus, ut supra, de hujusmodi avtentication publicum Instrumentum confeci, & tradidi, idque aliis negotiis occupatus ad scribendum dedi dicto Steffano de Gallatiis Notario ut infra, ipsumque avtenticumque Instrumentum mea propria manu subscripsi ut infra, cum appositione signi mei Tabellionatus consueti, in fidem & Testimonium omnium in eo Instrumento contentorum, & etiam subscribi feci per infrascriptos alios Notarios, qui dictæ Examinationi, ascultationi, & Autenticationi præsentes fuerunt, ut infra; Cujus quidem Privilegii Imperialis tenor talis est, videlicet: *Venceslaus* Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Boemiæ Rex. Illustri Johanni Galeaz, Duci Lombardiæ, Papiæ, & Angleriæ Comiti, suo, & Imperii Sacri Principi gratiam Regiam, & omne bonum. Recolentes alias nos te, tuosque descendentes, & Successores in Ducem Civitatis Mediolanensis, Diocæsis, & pertinentiarum, & postea in Ducem multarum aliarum Civitatum, & Diocæsium, Districtuum, Terrarum, & Territoriorum, & maxime infrascriptarum Civitatum, & Terrarum, videlicet, Veronæ, Brixiæ, Parmæ, Cremonæ, Pergami, Cumarum, Placenziæ, Vincenziæ, Novariæ, Vercellarum, Alexandriæ, Regii, Laudæ, Tredonæ, Feltri, Belimii, Bobii, Ripæ prope Tridentum, Bassani, Cremæ, Soncini, Burmii, Burgi Sancti Domini, Pontremuli, Masfii, Novi, Felizani, Terræ, & Rochæ Aracii, Serravallis, Sarzanæ, Lavenziæ, Caraviæ, & Sancti Steffani gratiosius sublimasse, pro ut datæ super hoc nostræ Majestatis Literæ manifeste declarant. Volentes personam tuam, tuorumque Descendentium, Ducem, & Ducatum Mediolanensem, dictumque alium Ducatum dictarum Civitatum, Diocæsium, Districtuum, Terrarum, & Territoriorum, per nos tibi postea concessum, & collatum simul speciali, & ampliori titulo decorare, & super dictis Ducatibus dictæ Mediolanensis, dictarumque aliarum Civitatum, Diocæsium, & Terrarum, notabile, & congruum nomen imponere, Ducatus ipsos in Ducatum, & Principatum Lombardiæ, hodie in nomine Domini, & Salvatoris nostri, a quo omnis Principatus, & honor provenire dignoscitur, ereximus, illustravimus, sublimavimus, & decoravimus, ac erigimus, illustramus, sublimamus, & decoramus, ita videlicet quod tu, tuique Descendentes, & Successores Duces, respectu Ducatuum prædictorum cunctis temporibus Duces Lombardiæ ab omnibus, & singulis Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Dominis, Civitatibus, Communitatibus, Vicariis, Præsidentibus, & Regentibus, ac aliis quibuscumque nominari, tractari, & appellari debeatis in antea, intendentes quod sub hoc titulo Ducatus Lombardiæ comprehendantur ea tantum, de quibus supra, & in præfatis Litteris Majestatis nostræ serioſius continentur, reliquis contentis in memoratis nostris Litteris manentibus semper salvis. Cupientes insuper tibi, tuisque Descendentibus, & Successoribus Ducibus Lombardiæ pro nobis, & Ducatu Lombardiæ prædicto de Armis, & Insigniis providere, præsertim de Insigniis nostris Imperialibus, quæ Majores tui, & tu nostro, et Serenissimorum Prædecessorum nostrorum Romanorum Imperatorum, et Regum nomine retroactis temporibus, in Bellorum actibus, et ubique strenue detulerunt, non ad tuæ petitionis instantiam, sed de Benignitate Regia, motuque proprio, ac tuæ originis nobilitate poscente, ex certa scientia, et de Romanæ Regiæ plenitudine Potestatis, tibi, tuisque Descendentibus legitimis, et legitimandis a nobis, sive a Successoribus nostris, Romanorum Imperatoribus, et Regibus, eorumque Descendentibus in futurum, quos Duces Lombardiæ esse continget, concesimus, et concedimus, ac tenore præsentis nostri Privilegii licentiam elargimur, quatenus pro dicto Ducatu Lombardiæ Arma, seu Insignia nostra Imperialia, videlicet Aquilam nigram in Campo aureo, in forma, qua ipsa Arma Serenissimi Romanorum Imperatores portare consueverunt, aut per quarteria tu, tuis, tuorumque Descendentium Armis, pro ut tibi, Descendentibus, et Successoribus tuis Ducibus videbitur, et placuerit, ubique tenere, deferre, et portare, ac teneri, deferri & portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis, ut per hoc inter Nos Successoresque nostros in Imperio, ac te, tuosque Descendentes, et Successores Duces memoriale perpetuum, vinculumque unionis maneat, et perduret; nolentes, sed potius inhibentes, te, tuosque Descendentes, et Successores Duces ut supra in Armorum ipsorum delatione per quemcunque, cujusque Dignitatis, et Auctoritatis existat, protinus succesive quomodolibet impediri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Erectionis, Illustrationis, Sublimationis, Decorationis, Concesionis, Largitionis, et Decreti Paginam infringere, seu ei quovis ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium attentare præsumpserit, præter indignationem nostram gravisimam, pœnam centum marcarum auri purisimi se noverit incursurum, quas ab eo qui contrafecerit, tociens quotiens contrafactum fuerit, irremisibiliter exigi, et earum medietatem Regalis nostri Ærarii, sive Fisci, residuam vero partem injuriam passorum decernimus usibus applicari, præsentium sub Regiæ Majestatis nostræ Sigillo Testimonio Litterarum. Datum Pragæ, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, die XXX. Martii. Regnorum nostrorum Anno Boemiæ trigesimo quarto, Romanorum vero vicesimo primo. Ad mandatum Domini *Benesii De Chusuil.* Et erat dictum Privilegium sigillatum Sigillo pendenti præfati Domini Imperatoris per me Laurentium Notarium infrascriptum, et alios Notarios infrascriptos vixo, et diligenter inspecto. Et de prædictis rogatum fuit per me sæpedictum Laurentium Martignonum Notarium infrascriptum Publicum debere confici Instrumentum unum, et plura tenoris ejusdem. Acta fuerunt suprascripta omnia, et singula in dicta Camera

Digitized by Google

mera ſita in dictis Domibus Regiminis præfati Domini Poteſtatis Mediolani ut ſupra coram præfato Domino Vicario ut ſupra, et coram infraſcriptis Notariis, videlicet Johanne de Giramis, Franciſchino de Zerbis, Chriſtoforo de Gallatiis, Franciſchino de Regnis, Gaſparino de Regnis, Leone de Ferrariis, et Petro de Marliano omnibus Notariis Mediolani una cum me Laurentio Notario infraſcripto auſcultantibus, et examinantibus ut ſupra, et præſentibus etiam ibi pro Teſtibus Sapiente Viro Domino Johanne de Buſſeto, Legum Doctore Filio quondam Domini Antonii Portæ novæ Parochiæ Sancti Bartholomei intus judice præfati Domini Poteſtatis, Zanoto de Caſtiliono Filio quondam Domini Ottonis Portæ Ticinenſis Parochiæ Sanctæ Mariæ in Valle, et Dioniſio de Galiano Filio quondam Domini Johannini Portæ Romanæ Parochiæ Sanctæ Teglæ Mediolani, omnibus notis, et idoneis, et ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, et rogatis.

XLVI.

Capitulatio, ſive pactio, a Senenſibus cum Johanne Galeatio Duce Mediolani facta, cum ejus ſe imperio ſubjicerent, d. d. 11. Decembr. An. 1399.

IN nel nome del Signore. E di tutta la ſua Corte Celeſtiale Amen. Ad gloria, laude, et honore dell' Omnipotente i Dio, et della Glorioſa Vergine Madre ſua, et del Beato Dottore Santo Ambruogio, Ad honore, e riverentia del Sereniſſimo e Glorioſiſſimo Principe, e Signore Vinciſlao per la gratia di Dio Re de' Romani, e di Boemia, e del Sacroſanto Romano Imperio; Ad honore et eſaltatione, e felici ſtato dello Illuſtriſſimo Principe, et Excellentiſſimo Signore M. Giovanni Galeazo, Duca di Milano, et etiam di Pavia, et di Virtù Conte, di Piſa, e di Siena Signore, e de' ſuoi Illuſtri figlivoli, e deſcendenti. El prefato Illuſtriſſimo Principe, et Excellentiſſimo Signor Giovanni Galeazo, Duca di Milano, et etiam di Pavia, et di Virtù Conte, di Piſa, e di Siena Signore conſiderando, et attendendo la pura dilettione, e purita di fede la quale intorno alla Celſitudine ſua hanno havuto, e hanno i Magnifici ſuoi Cariſſimi Priori, Governatori, e Capitan di Populo, e generalmente tutti i Cittadini di Siena in trasferire in lui, e nelli ſuoi figlivoli, e deſcendenti, cioe maſchi ſuccedenti a lui nel Ducato di Milano predetto ſpontaneamente, et liberamente la Signoria, e libero dominio della Magnifica Citta di Siena, del ſuo Contado, terreno, forza, e diſtretto, deſiderando anco il prefato Illuſtriſſimo, et Excellentiſſimo Duca di Milano a predetti figlivoli ſuoi Cittadini di Siena, e a tutta la Communita di Siena ſalutevolmente provedere per modo che eſſa Citta bene ſi regga, e ſi governi, et accio che ſotto il dominio del prefato Signore Duca di Milano, e de ſuoi figlivoli, e ſuccedenti, come di ſopra e detto felici ſuccedimenti ricevano per ogni modo, ragione, e forma, e cagione per li quali meglio ſi puo, facendo, e promettendo per ſe, e in ſuo nome, e in nome de' ſuoi figlivoli, e deſcendenti, cioe maſchi e legittimi, che ſuccedano a lui nel Ducato di Milano predetto, & in infinito per ſua clementia, e benignita concedette, e lui per ſe medeſimo e per li figlivoli ſuoi deſcendenti, ſuccedenti a lui (come di ſopra ſi dice) promeſſe oſſervare l' infraſcritti patti, a gl' infraſcritti Sindaci, e procuratori del Commune, e Populo di Siena, cioe a Magnifici e Spettabili huomini M. Nicolo di M. Niccolo de Salimbeni Cavalieri, M. Cino di Vanni Cini de Galeazzi Cavaliere, M. Giovanni di M. Franceſco de' Bellanti Dottore di legge, M. Bartolomeo di Biagio Dottore di legge Maeſtro Domenico di Giovanni Dottore dell' Arti, e di Medicina, Agnolo di Latinuccio de' Roſſi, Franceſco di Bartolommeo Petrucci, e Andrea d' Aguſtino Banchiere, preſenti, e ricevendo ad vice, e nome, e per la parte, e utilita del detto Comune, e del Populo di Siena, de ſuoi Cittadini, Diſtrettuali della detta Citta di Siena: E quali patti ſon queſti, cioe:

I. In prima, che la Citta di Siena habbi, e Priori Governatori, e Capitano del Populo, o quali habbino ad eſſer preſenti, e fare le faccende del Comune; E quali Priori, e Capitano ſtieno in Palazzo uſato, e habbino quella poteſta, laquale havevano innanzi la traslatione del Dominio ſecondo l'ordini ſuoi, ſervato el capitolo di ſotto, che diſpone del Luogotenente, e ſalva la ragione del Dominio traslato, come di ſopra e detto.

II. Che i Priori Governatori, e Capitano predetti habbino le ſpeſe uſate, e l' altre utilita, lequali ſono conſueti havere.

III. Che i Priori Governatori, e Capitano di Populo, predetti o vero la Citta di Siena habbino e Cancelieri, e Notari conſueti ſuoi, e co' ſalari, e utilita conſueti, e un' altro Canceliere per l' Illuſtriſſimo Signor Duca di Milano, & quale ſi ſoſcriva, e ſoſcrivere ſi debba nelle lettere, e decreti, che ſi faranno per li Priori Governatori, e Capitano di Populo.

IV. Che i detti Priori, Governatori, e Capitano di Populo predetti habbino per loro guardia, e ſervitii loro fanti, e quali ſono uſati havere co' loro ſalari, e modi uſati.

V. Che il Priore de' detti Priori coſi nel luogo, nel quale ſi ragunano e detti Priori per lo loro offitio, come nel luogo, dove ſi ragunano e Conſegli, ſtare a ſedere debbi nel luogo ſolito, e conſueto.

VI. Che le proviſioni, riformagioni, e ſtatuti della Citta predetta s'oſſervino coſi in ragione, che ſi rende in Palazzo del Senatore, e Podeſta, come quelle che raguardono e Mercanti, e li fatti della Mercantia, e Arte di Lana, e Univerſita di Giudici, e Notari, e d' altre Arti, e li ſtatuti che parlano del fabricare la muneta, e di qualunque ribandimento, di Sbanditi, d' Eſciti, e Ribelli, e le proviſioni, e ſtatuti, che parlano de' caſtelli, e caſſari, che ſi fanno, e ſi riparano, e fortificano, e qualunque altra proviſione, riformagione, e ſtatuti della detta Citta niuna coſa in eſſi mutando.

Digitized by Google

bus, Terris, Locis, & Caſtris, nec de ipſorum Diſtrictibus, Ducatibus & Pertinentiis, que per ipſum Dominum Ducem, ſeu ejus nomine nunc tenentur, ſeu poſſidentur, exceptis tamen Terris, Caſtris, & Locis, quæ vigore aliorum Capitulorum, Conventionum, & Ligæ vigentis inter ipſum Dominum Ducem, & dictum Dominum Pandulfum debentur, & ſpectare debent ad dictum Dominum Pandulfum, nec etiam ſe intromittet, nec impediet, nec intromitti, ſeu impediri faciet, ut ſupra, de Terris Cremæ, & Pandini, earumque Diſtrictibus, & Pertinentiis, nec de aliis Terris, ſeu Locis, quæ tenentur per Georgium de Benzonibus, excepta Terra Offanenghi cum Curia, & Pertinentiis ſuis quas ad præſens tenet dictus Dominus Pandulfus: Et ſimiliter ſe non intromittet, nec impediet, nec intromitti, ſeu impediri faciet de Civitatibus Laudæ, & Cumarum Terra, & Caſtro Tritii earumque Diſtrictibus, & Pertinentiis, nec de aliquibus aliis Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis, quæ ſituata ſunt citra Abduam, & ultra Padum, quæ fuerint, auttenta fuerint per Illuſtriſſimum Dominum quondam Ducem Mediolani Patrem præſentis Domini Ducis, exceptis Pontibus cum eorum Fortiliciis, quæ per Dominum Pandulfum tenentur citra Abduam, & exceptis iis, quæ ad jurisdictionem Civitatis Cremonæ ſpectant, & pertinere debent, dummodo non teneantur, vel non poſſideantur per dictum Dominum Ducem vel alium ejus nomine, excludendo ſemper Civitates, Caſtra, & Terras quæ tenentur per Dominum Marchionem Eſtenſem, contra quas agere poſſit pro ſuo libitu voluntatis, prout ſibi videbitur; item promiſit, & promittit præfatus Dominus Matheus Procuratorio nomine præfati Domini Pandulfi, pro ſe & Hæredibus ipſius Domini Pandulfi, præfato Domino Duci ibi præſenti, recipienti, & ſtipulanti pro ſe, & Hæredibus ſuis, quod ſi, & quandoque contingat ipſum aquirere Civitatem Cremonæ, aliquas Terras Comitatus, Territorii, Diſtrictus, ac Pertinentiarum ejusdem, ſeu quod ejus nomine acquirantur, ipſam Civitatem cum Comitatu, Diſtrictu, Territorio & pertinentiis ſuis per ipſum aquiſitum reſtituet præfato Domino Duci, ſive Hæredibus ſuis, ab eo deſcendentibus, & ipſis deficientibus Domino Antonio, Fratri ſuo, ſive Hæredibus ab eo deſcendentibus, poſt terminum annorum decem incipiendorum a die, qua præfatus Dominus Pandulfus poſſeſſionem habuerit dictæ Civitatis, ipſo Domino Duce ſive Hæredibus ſuis prædictis dantibus ipſi Domino Pandulfo, ſeu cui mandaverit, Ducatos viginti quinque millia, & ſi prædictus Dominus Dux contentus erit quod ipſe Dominus Pandulfus retineat dictam Civitatem Cremonæ, cum Comitatu, Diſtrictu, Territorio, & Pertinentiis ſuis ut ſupra, usque ad completum terminum duodecim annorum a die prædictæ habitæ poſſeſſionis computandorum &c. promittit ipſe Dominus Pandulfus prædictis duodecim annis elapſis prædictam Civitatem Cremonæ cum ejus Comitatu, Diſtrictu, Territorio, & Pertinentiis per ipſum aquiſitis, ut prefertur, libere, ſine ulla contradictione, remota omni cauſa, quæ in contrarium dici, vel excogitari poſſet, ac ſine ſolutione dictorum Ducatorum viginti quinque millium, ſeu ulla alia ſolutione reaſſignare, & dimittere in manibus, & poteſtate Domini Ducis prælibati, vel cujus mandaverit & Hæredibus ſuis ut præfertur &c. Item promittit præfatus Procurator Procuratorio nomine præfati Domini Pandulfi, pro ſe & Hæredibus ſtipulanti & recipienti quod ſi ipſe Dominus Pandulfus, quod Deus avertat, decederet ante tempus prædictorum duodecim annorum, quod ipſe Dominus Pandulfus dimittet & relaſſabit, ac dimitti, & relaſſari faciet, & mandabit ſine aliqua ſolutione pecuniæ, & ex nunc eo caſu dictus Procurator dicto nomine libere dimittit, & relaſſat ſine ulla ſolutione pecuniæ præfato Domino Duci, & Hæredibus ſuis, ut ſupra, dictam Civitatem Cremonæ cum ſuis Comitatu, Territorio, & Diſtrictu ut ſupra; promittens ulterius præfatus Procurator dicto nomine, quod Magnifici Domini Razolus, & Malateſta de Malateſtis, Fratres ipſius Domini Pandulfi, infra tres menſes proxime futuros ſolemniter promittent reſtituere, & relaſſare prædictam Civitatem cum Comitatu, & Territorio præfato Domino Duci, quandocunque ad eorum manus, vel alterius ipſorum Fratrum pervenerit, aut in eorum vel alterius eorum poteſtate eſſet prædictam reſtituendum, & reſtitui faciendum: Item promittit præfatus Procurator dicto Procuratorio nomine præfato Domino Duci recipienti, & ſtipulanti, quod præfatus Dominus Pandulfus dabit operam cum effectu, quod Dominus Martinus de Faventia pro ſe, & Comitiva ſua præſenti & futura, promittet & ratificabit, ac ſervabit omnia ſupraſcripta, & infraſcripta pro toto illo tempore, quo ſtabit ad ſtipendia præfati Domini Pandulfi, & in omnibus, & per omnia promittet, ratificabit, & faciet quemadmodum prædicti Comites Filippus, & Bartolomeus de Arcellis facient ſicut ſuperius continetur, & ipſam ratificationem infra menſem prædicto Domino Duci Mediolani in publica forma transmittet, ſimiliterque ratificationem dictorum Fratrum de Arcellis præfatus Dominus Dux, præfato Domino Pandulfo infra dictum terminum transmittet, etc. Item promittunt ſibi invicem & vicisſim, videlicet dictus Dominus Dux, & dictus Procurator dicto nomine præſtare alter alteri & dictum Dominum Pandulfum præſtaturum dicto Domino Duci ſubſidium, auxilium, & favorem cum eorum Gentibus, Rebus, Victualibus, & aliis neceſſariis in eorum Impreſiis juxta cujuslibet eorum poſſibilitatem, & hoc pure, ſincere, & bona fide, dummodo quando ſubſidia requirerentur non ſint occupati in aliquibus eorum Gueiris particularibus, ita quod non poſſent ſibi invicem ſubvenire, & ſi contingeret Regem Romanorum venire ad offenſas dicti Domini Ducis, teneatur preciſe dictus Dominus Pandulfus, dimiſſa omni Impreſa quam haberet, mittere ſubſidium dicto Domino Duci cum omni exfortio ſuo qualibet exceptione ceſſante: Et vice verſa teneatur facere idem Dominus Dux ſi dictus Rex Romanorum veniret ad ofenſas prædicti Domini Pandulfi durante tempore Ligæ vigentis inter eos: Item promittit præfatus Procurator dicto Procuratorio nomine præfato Domino Duci recipienti, & ſtipulanti, quod præfatus Dominus Pandulfus, quoscunque amicos præfati Domini Ducis, præſentes & futuros, pro ipſius Domini Pandulfi

Digitized by Google

dulfi Amicis cum effectu habebit, tractabit, & reputabit, & etiam inimicos ipſius Domini Ducis, præſentes & futuros, ipſe Dominus Pandulfus cum effectu pro inimicis ipſius Domini Pandulfi habebit, tractabit, & reputabit, ſalvo quod in præſenti Capitulo non intelligatur compræhenſus Dominus Mantuæ, quo ad hoc quod præfatus Dominus Pandulfus teneatur invite habere pro inimico, & e converſo præfatus Dominus Dux promiſit, & promittit præfato Domino Matheo, dicto Procuratorio nomine ſtipulanti, & recipienti, quod quoscunque amicos præfati Domini Pandulfi præſentes & futuros pro amicis ipſius Domini Ducis cum effectu habebit, tractabit, & reputabit, & etiam inimicos ipſius Domini Pandulfi præſentes & futuros cum effectu pro inimicis ipſius Domini Ducis habebit, tractabit, & reputabit. Item convenerunt, & conveniunt ſolemniter præfatus Dominus Dux dicto Procuratori dicto nomine recipienti, & ſtipulanti, & præfatus Procurator dicto Procuratorio nomine præfato Domino Duci ſtipulanti, & recipienti, quod præfati Domini Dux, & Pandulfus, nec alter eorum poſſint, nec debeant, directe nec per indirectum, per ſe, vel alium, facere aliquam Ligam, Pacem, Treguam, Unionem, vel Concordium cum Rege Romanorum, & Ungariæ, ſive aliis Dominis, aut Communitatibus, ſine conſenſu, & voluntate alter alterius: Item promittunt, & conveniunt præfati Domini Dux, & Procurator dicto Procuratorio nomine vicisſim, quod ex aliquibus actis, pactis, ſeu conventis inter præfatos Dominos Ducem, & Pandulfum non prejudicetur, nec præjudicium eſſe intelligatur quovis, modo aliquibus juribus, & jurisdictionibus, quæ dictus Dominus Dux haberet, in aliquibus Terris, Locis, & Fortilitiis, quæ teneantur per quemvis Dominum, ſeu quemvis alium, quæ tamen non compræhendantur, nec exceptentur in Liga contracta inter Illuſtre Ducale Dominium Venetarum, & præfatum Dominum Ducem, ſed poſſit idem Dominus Dux in præmiſſis Terris, Caſtris, Locis, & Fortilitiis jus ſuum vindicare, præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum non obſtantibus, & prædicti Domini Pandulfi quacunque contradictione ceſſante, dummodo non ſpectent præfato Domino Pandulfo ullo modo dictæ Terræ, Caſtra, & Loca per Ligam, Pacta, & Conventiones hactenus inter ipſas Partes contracta, facta, & ligata: Item quod ex præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum non intelligatur contrafieri vel derrogari Ligis, Pactis, & Conventionibus, quæ quilibet prædictorum dominorum haberet cum Sereniſſimo Domino Rege Ladislao, & cum Illuſtriſſimo Domino Venetiarum Ducali, quæ firma in ſuo robore non obſtantibus præmiſſis remaneant: Item volunt, & conveniunt quod propterea præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum non derogetur vel contrafieri poſſit Ligis, Pactis, & Conventionibus, hactenus contractis, celebratis & factis inter ipſum Dominum Ducem, & Dominum Pandulfum, niſi in caſibus ſupra expreſſis, & declaratis, & quatenus ſpecificatum eſt ſuperius: Item quod omnia ſupraſcripta locum habeant usque ad decem annos proxime futuros, referendo ſemper, & intelligendo ad partes, & de partibus Lombardiæ tantum, & non aliis: Item promittit dictus Dominus Procurator præfato Domino Duci quod præfatus Dominus Pandulfus ratificabit omnia ſupraſcripta, & promittet, & jurabit in omnibus & per omnia, prout facit præfatus Dux in præſenti Inſtrumento, & dictam Ratificationem præfato Domino Duci transmittet hinc ad diem Sabati proxime venturi per totam diem incluſive, & alioquin contenta in præſenti Contractu locum non habeant. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta, & infraſcripta dictæ Partes vicisſim una alteri, & e converſo dictus præfatus Dominus Dux dicto Procuratori Procuratorio nomine prædicto ſtipulante, & recipiente: Et dictus Procurator nomine præfati Domini Pandulfi prefato Domino Duci ſtipulante, & recipiente promiſerunt, & convenerunt, & promittunt, & conveniunt attendere, & obſervare, & non contrafacere nec venire per ſe, vel alium, ſeu alios eorum nomine, per directum vel per indirectum, tacite vel expreſſe, nec aliquo quæſito colore: Et ſic juraverunt, & jurant præfatus Dominus Dux, & dictus Procurator dicto nomine, & in animam præfati Domini Pandulfi attendere, & obſervare, & quod præfatus Dominus Pandulfus attendet, & obſervabit ſub pœna Parti contrafacienti perjurii, & perditionis fidei, & ſub pœna refectionis, & reſtitutionis omnium, & ſingulorum damnorum, & intereſſe, & expenſarum per utramque Partem ſeu alteram earum pacientorum, & fiendorum occaſione prædictorum quovismodo, pro quibus omnibus, & ſingulis ſic firmiter, & efficaciter attendendis, obſervandis & ſolvendis dictæ Partes viciſſim, una alteri, & e converſo, videlicet præfatus Dominus Dux dicto Procuratori, dicto nomine, omnia bona ipſius Domini Ducis præſentia & futura, & dictus Procurator dicto Procuratorio nomine omnia bona præfati Domini Pandulfi, præſentia & futura, præfato Domino Duci ſtipulanti, & recipienti pignori, & ypotecæ, pœnitus obligaverunt, & obligant; Renuntiantes dictæ Partes vicisſim exceptioni prædictorum omnium, & ſingulorum non ſic actorum, & geſtorum, exceptioni doli, actionique exceptioni non factum, & generaliter quibuscunque probationibus, & productionibus Teſtium, Jurium, & Inſtrumentorum contra prædicta, & inde præfatus Dominus Dux, & dictus Procurator Procuratorio nomine præfati Domini Pandulfi de prædictis omnibus, & ſingulis hanc Cartam, & plures unius tenoris michi Johanni Franciſco Galinæ & Notario infraſcripto fieri juſſerunt, & rogaverunt, præſentibus Spectabile, Magnifico Matheo de Vitudono Filio quondam Johannis, Nobili Viro Antonio de Anfoſio Caſtellano Caſtri ſupraſcripti, Spectabile Viro Domino Johanne de Corvinis Ducali Secretario, Egregio & Sapiente Legum Doctore Domino Petro de Nibia Magiſtro intratarum extraordinariarum prælibati Domini Ducis, Fabiano de Pontremulo, & Gianatio de Aliprandis inde Teſtibus notis, vocatis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis.

Digitized by Google

LII.

Transactio inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, ac Thomam, Montisferrati Marchionem, de Civitate Vercellarum & iis, quæ ad illam pertinent, inita, d. d. 12. Januar. An. 1416.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi Amen.

ANno a Nativitate ejusdem Domini milleſimo quadrigenteſimo ſextodecimo, nona Indictione, die Dominica duodecima menſis Januarii, hora mane in Caſtro Viglevani, videlicet in quadam Camera ſuperiori ſita in dicto Caſtro: Ibique cum de Anno Domini curſo milleſimo quadrigenteſimo quarto Indictione duodecima, die tertio menſis Octobris in Civitate Papiae Magnificus, & Potens quondam Dominus Fazinus Canis, tunc Generalis Capitaneus, & Locumtenens Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Filippi Mariæ Angli, tunc Comitis Papiæ: et nunc Ducis Mediolani Papiae, Anglerieque Comitis Filius quondam Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Johannis Galeaz Vicecomitis primi Ducis Mediolani &c. memoriæ ſemper recolendæ, & ad tunc geſta per præfatum Dominum Comitem ſpecialiter conſtitutum tranſtullerit, & conceſſerit in Gubernationem, Comendam, & cuſtodiam, nomine præfati nunc Ducis, Illuſtriſſimo Principi, & Excellentiſſimo Domino Domino Thomæ Marchioni Montisferrati &c. Civitatem Vercellarum cum Terris, Villis, Caſtris, & Locis, & cum certis Conventionibus, Obligationibus & Pactis, prout de, omnibus ſerioſius continetur publico Inſtrumento dictæ Conceſſionis, ad quod habetur relatio per reſpectum ad præſens contentum; tradito & rogato dicta die tertia menſis Octobris dicti anni curſi milleſimo quadringenteſimo quarto, per Johannem de Oliapiis Notarium Papienſem. Cumque usque nunc facta non fuerit reſtitutio dictæ Civitatis Vercellarum, & Terrarum prædictarum præfato Domino Duci, licet terminus dictæ Conceſſionis ſit transactus; & licet ipſa reſtitutio pluries fuerit requiſita per ipſum Dominum Ducem, ut aſſeritur pro parte præfati Domini Ducis, præfato Illuſtriſſimo Domino Marchione aſſerendo non fuiſſe ſibi factas dictas requiſitiones tempore debito, & non obſervata eſſe parte præfati Domini Ducis ea, ad quae tenebatur vigore primæ Comendæ, & contentorum in Inſtrumento dictæ primæ Comendæ, & ſibi non fuiſſe reſtitutas per ipſum Dominum Marchionem, ut aſſeritur, factas occaſione cuſtodiæ, & conſervationis dictarum Civitatis, Caſtrorum, & Terrarum ac nec damna, & intereſſe per ipſum Dominum Marchionem paſſa occaſione dictæ Gubernationis, & ipſum Dominum Ducem contraveniſſe Conventionibus prædictis primæ Comendæ, ut aſſerit idem Dominus Marchio, ex adverſo aſſerente præfato Domino Duce ibi præſente Summam intratarum receptarum per præfatum Dominum Marchionem ex dicta Civitate, & Pertinentiis excedere dictam Summam damnorum, & intereſſe, & expenſarum, ac per conſequens ipſa occaſione, & multis aliis in aliquo dictum Dominum Ducem dicto Domino Marchioni non teneri, & ipſum Dominum Ducem obſervaſſe quæ debeat de jure, & in nullo contraveniſſe, quinymo dictum Dominum Marchionem contraveniſſe primis Conventionibus contentis in dicto Inſtrumento primæ Comendæ, & ipſum Dominum Marchionem multimode teneri ipſi Domino Duci occaſione dictæ Gubernationis: Cumque praefati Illuſtriſſimi Domini Domini Dux, & Marchio affectent paterno & filiali amore pro futuro tempore bene vivere, & bene vicinari: & ſervatis inferius conventis hinc inde ad prædicta inconvenientia, ſi inter eos ſecuta ſunt non habere reſpectum: pro tanto præfatus Dominus Dux ibi præſens, & Spectabilis Vir Dominus Conradus de Carreto ex Marchionibus Saonæ quondam Domini Georgii Conſiliarius præfati Domini Marchionis, plenum latum, & ſpeciale Mandatum habens a præfato Domino Marchione per Inſtrumentum publicum traditum, & rogatum die ſexta decima menſis Decembris proxime præterito per me Antonium de Rippis, Cancellarium & Notarium præfati Domini Marchionis ----- & Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis per prius habitis per præfatos Dominos; & quemlibet ipſorum matura, & diligenti deliberatione, & conſilio, ac mediante Tractatu facto per præfatum Dominum Conradum pro parte præfati Domini Marchionis: & per Spectabiles Viros Dominos Johannem Franciſcum de Sartriana Juris utriusque Doctorem Conſiliarium ipſius Domini Ducis, & Jacobum de Capiis Magiſtrum Curiæ ipſius Domini Domini Ducis pro parte præfati Domini Ducis ſponte, & ex certa ſcientia pervenerunt ad infraſcriptas Conventiones, Pactiones, & Tranſactiones ſolemnes, & ſolemni ſtipulatione valatas: Primo, quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Marchio retineat cum voluntate, ſcientia, & conſenſu præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, Papiæ, Agleriæque Comitis &c. in Commendam, Cuſtodiam, & Conſervationem, & Gubernationem usque ad annos octo proxime ſequentes inchoandos die præſenti Civitatem Vercellarum, ejusque Caſtrum, & Citadellam, & alia Fortilitia dictæ Civitatis, & ipſius Territorium, Diſtrictum, & Epiſcopatum, videlicet Terras, Villas, Loca, Caſtra, & Oppida dicti Epiſcopatus & Dioceſis, quæ tradita, & traditæ, conceſſa, & conceſſæ, translata & translatæ fuerunt cum dicta Civitate in Commendam, & Gubernationem ipſi Domino Marchioni, ſive quondam Bonifacio de Mirolo Procuratori, & Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis, per præfatum Dominum Facinum Canem, nomine præfati Domini Ducis, tunc Comitis Papiæ, per dictum Inſtrumentum rogatum dicta die tertia Octobris, & quæ, & quas Terras, Villas, Caſtra, & oppida tradita, & traditas, ut ſupra, nunc

Digitized by Google

nunc tenet præfatus Illuſtriſſimus Dominus Marchio in Dioceſi Vercellarum tantum, & hoc cum omnibus hominibus, incolis & habitatoribus prædictarum Civitatis, Terrarum, Villarum, Locorum, & Oppidorum, ac etiam cum mero, & mixto Imperio, & omnimoda Jurisdictione, & gladii poteſtate, & cum Pertinenciis ſpectantibus, & pertinentibus præfato Domino Duci in ipſis Civitate, Terris, Villis, Locis, Caſtris, & Oppidis, & in quolibet ipſorum, & dependentium, & connexis ab eis ſalvis, & reſervatis iis, quæ in dicta prima Commenda, & Cuſtodia non fuerunt tradita, nec translata ipſi Domino Marchioni, ſive alteri ejus nomine: Item ſalvis & reſervatis iis quæ præſentialiter tenet præfatus Dominus Dux in Epiſcopatu, & Dioceſi Vercellarum, ſive ejus nomine, & ad ejus inſtantiam quovismodo teneantur & poſſideantur, & ſalvis & reſervatis iis quæ præſentialiter non tenentur, & non poſſidentur per præfatum Dominum Marchionem in dicta Dioceſe, quæ non cedant nec cedere intelligantur quovismodo in præſenti retentione & concesſione: et inſuper præfatus Dominus Dux iterum de novo tradidit, tradit, & transfert, & concedit praefato Domino Marchioni, & dicto ejus Procuratori ejus nomine ſtipulanti, & recipienti, & nobis Notario ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice præfati Domini Marchionis, in Comendam, & Cuſtodiam, & Gubernationem ſupraſcriptam Civitatem, cum ſupraſcriptis Citadella, Caſtris, Villis, Terris, Locis, & Oppidis, ut ſupra cum clauſulis, & reſervationibus ſupraſcriptis usque ad dictum tempus octo annorum die praeſenti incipiendorum, & cum omnibus hominibus, incolis & habitatoribus ipſarum Civitatis, & Locorum, & cujuslibet eorum, & cum mero & mixto Imperio, & omnimoda Jurisdictione ac gladii poteſtate in dictis Civitate, & Locis, & Pertinentiis, & dependentibus, & connexis ab eis, & quolibet ipſorum, quas Conventiones, & Pactiones dictarum retentionis, & nove tranſlationis prædictorum omnium, & ſingulorum præfatus Dominus Dux, & predictus Procurator, Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis, fecerunt, inierunt, faciunt, & iniunt cum infraſcriptis Pactis, Formis, Modis, & Conventionibus ſolemnibus, & ſolemni Stipulatione valatis: Primo videlicet quod præfatus Dominus Marchio ejusque Capitanei, & Officiales quos idem Dominus Marchio per tempora quibus debite tenebit vigore præſentis Conceſſionis prædicta in Gubernam data ibidem duxerit deputandos teneantur, & debeant prædictas Citadellam, Caſtrum, Civitatem, Terras, & Villas, Caſtra, Loca, & Oppida, & Territoria cedentes, & cedentia in præſenti retentione, & conceſſione, & homines, incolas, & habitatores eorumdem Civitatis, & Locorum, & cujuslibet ipſorum bene cuſtodire, conſervare regere, & gubernare, & tueri toto ipſi Domino Marchioni bono poſſe, bona fide usque ad dictum tempus dictorum octo annorum, & ſpatio temporis quo vigore præſentis conceſſionis prædicta tenuerit, & ultra, ſi de voluntate expreſſa præfatorum Dominorum Ducis, & Marchionis, vel ex forma pactorum infraſcriptorum continget, prædicta in Gubernam data remanere ſub Gubernatione & Cuſtodia dicti Domini Marchionis, vigore præſentis Inſtrumenti: Item cum pacto quod omnes homines, incolæ & habitatores dictarum Civitatis, Terrarum, & Villarum, & dictorum Caſtrorum, Locorum, & Oppidorum, & Territoriorum, & Deſtrictuum eorundem teneantur: & ſint, & eſſe debeant obedientes, & legales præfato Domino Marchioni tanquam Gubernatori, & Gubernatorio nomine praefati Domini, Domini Ducis, & ipſius Domini Marchionis, & Officialiorum ſuorum parere mandatis non venientibus contra Perſonam vel ſtatum præfati Domini Ducis, niſi ipſe Dominus Dux expreſſe Guerram faceret ipſi Domino Marchioni toto tempore dictorum octo annorum, & pro tempore quo dictus Dominus Marchio poterit prædicta retinere vigore præſentium Conventionum ac etiam teneantur, & debeant ipſi Domino Marchioni pro toto dicto tempore, Gubernatorio nomine antedicto, facere & conſervare debitam fidelitatem tamquam Gubernatori, & Conſervatori, ut ſupra, ſic, quod prædictus Dominus Dux non poſſit, ſpatio dicti temporis, quo prædicta retinere poterit dictus Dominus Marchio vigore præſentis Inſtrumenti, aliquod mandare, nec præcipere dictis hominibus, incolis & habitatoribus contra dictam fidelitatem, & obedientiam, nec etiam elapſo dicto tempore octo annorum, donec pro parte ipſius Domini Ducis fuerint adimpleta ea ad quæ teneri reperiretur præfato Domino Marchioni vigore pactorum infraſcriptorum ipſo etiam Domino Marchioni attendente præfato Domino Duci pacta contenta in præſenti Inſtrumento: Item hoc acto quod totò tempore, quod præfatus Dominus Marchio vigore præſentium Conventionum poterit retinere prædictam Civitatem Vercellarum, & dictas Terras, Villas, Loca, & Caſtra, de omnibus Incolis, Civibus, & habitantibus ipſarum Civitatis, Terrarum, Locorum, & Caſtrorum, & de omnibus bannitis, & Forenſitis eorundem, qui nunc non ſunt ſub Dominio, & obedientia, ſeu ſub protectione dicti Domini Ducis: Item Dominus Marchio tanquam Gubernator, & Gubernatorio nomine ipſius Domini Ducis diſponere poſſit pro ſuo libito voluntatis: Quodque gratiæ fiendæ per ipſum Dominum Marchionem ipſis bannitis & forenſitis proſint, & valeant ſemper eisdem, etiam finito tempore dictorum octo annorum, adeo quod virtute ipſorum nequeant ullo tempore realiter nec perſonaliter moleſtari ipſis forenſitis abinde in antea fidelibus exiſtentibus præfato Domino Duci: Item quod præfatus Dominus Marchio, & quicunque, qui per ipſum ad hoc fuerint deputati, durante dicto tempore quo prædicta tenere poterit virtute præſentium Conventionum, habeant, & percipiant, & habere, & percipere poſſint & debeant quæcunque Datia, Pedagia & Gabellas, & quoscunque introytus, redditus, & proventus, ex prædictis Civitate Terris, Villis, Locis, & Caſtris ſolitas, & ſolita percipi, prout, & quemadmodum reſponderetur, & reſponderi debe-

Digitized by Google

deberet dicto Domino Duci, & absque eo, quod de dictis Datiis, Pedagiis Gabellis, redditibus, & proventibus præfatus Dominus Marchio, ejusque Successores, vel aliquis ex eis non possint nec debeant dictas Civitatem, Citadellam, Terras, Villas, Loca, & Castra, Jura, & Jurisdictiones in Commendam & Gubernationem traditas & concessas, & tradita & concessa primo, & nunc vigore præsentium Conventionum, in totum, vel in parte transferre, cedere pignorare, vel quovis jure vel facti colore alienare, in aliquem procerem Dominum, Communitatem aliquam, universitatem, seu singularem Personam cujuscunque conditionis, status & præheminentiæ existat, sine speciali licentia præfati Domini Ducis; ac nec facere aliquam alienationem de prædictis Civitate, & Terris, durante tempore octo annorum Gubernationis suprascriptæ, quæ habeat præjudicari ipsi Domino Duci, nec etiam per quam ipse Dominus Dux occasione prædictorum obligatus sit, aut aliquid agere habeat cum aliquo Domino, neque cum aliqua alia Persona, quam cum præfato Domino Marchione: Quodque etiam ipse Dominus Dux, ejusque Successores in toto, vel in parte non possint facere aliquam alienationem de prædictis Civitate, & Terris, durante tempore dictorum octo annorum Gubernationis suprascriptæ, quæ habeat præjudicare Gubernationi, quæ traditur ipsi Domino Marchioni, nec etiam per quam ipse Dominus Marchio occasione Gubernationis prædictæ obligatus sit, aut quicunque agere habeat cum aliquo Domino nec cum aliqua alia Persona, quam cum ipso Domino Duce: Item hoc octo, quod elapso dicto tempore dictorum octo annorum, & non ante præfatus Dominus Marchio, & quilibet ejus Successor ad omnimodam requisitionem præfati Domini Ducis, & cujuscunque ejus Nuntii vel Procuratoris habentis ab ipso Domino Duce legitimum Mandatum, & etiam ad omnimodam requisitionem cujuscunque Hæredis præfati Domini Ducis teneantur, & debeant præfato Domino Duci, ejusque Procuratori, & Hæredi prædictas Civitatem, Citadellam, Terras, Villas, Castra, Loca, Oppida, Jura, & jurisdictiones ipsi Domino Marchioni primo & nunc traditas, & tradita, concessas, & concessa in Commendam, & Gubernationem ut supra, & quæ, & quas ipse Dominus Marchio præsentialiter tenet in Dioceſi Vercellarum reddere, tradere, & restituere, ac configurare illesa, & illesas toto suo bono posse, & bona fide, tam respectu ipsarum Civitatis, Terrarum, Locorum, & Castrorum, quam Personarum in eis degentium, & bonorum suorum, & ipsorum, & ipsarum veram dacuam, & expeditam possessionem, & qui restituere, & dimittere prælibato Domino Duci, & cuicunque ejus Procuratori, & Hæredi absque eo, quod ipsi Domino Duci per præfatum Dominum Marchionem, sive ejus Successores, vel officiales obici, vel opponi posset aliqua exceptio vel retentio, seu expensarum, damnorum, & interesse petitio, seu aliqua compensatio quovis modo, causa, vel jure, dum tamen ante aliquam requisitionem præfati Domini Ducis de prædictis, & ante aliquam traditionem, vel restitutionem prædictorum, & possessionis ipsorum fiendam per præfatum Dominum Marchionem, sive ejus Successores, vel Officiales primo, & ante omnia adimpleta sint hæc omnia pro parte præfati Ducis Domini, ad quæ teneri reperiatur Jure tenore præsentis Contractus: Item quia in Factis & Conventionibus suprascriptæ primæ Commendæ, Custodiæ, & Gubernationis inter alia continebatur, ut asseritur per Procuratorem dicti Domini Marchionis, quod ante aliquam restitutionem fiendam de prædictis commendatis, ut supra fieret integralis restitutio omnium expensarum, & quantitatum Pecuniarum, quas occasione dictæ Gubernationis dictus Dominus Marchio habere deberet juxta declarationem fiendam per modum in ipsis Conventionibus descriptum, contrarium tamen Domino Duce suprascripto asserente, quæ quidem declaratio facta non est, et etiam cum præfatus Dominus Marchio tempore quo prædicta primo accepit in Commendam, & Gubernationem, ut asserit prædictus Procurator dicti Domini Marchionis, exbursaverit certas Pecuniarum quantitates Castellano Castri Civitatis Vercellarum, Capitaneis, Communis, Citadellæ, & aliis Officialibus dictæ Civitatis, & Districtus, ad quarum restitutionem ipse Procurator dicti Marchionis asserit dictum Dominum Ducem teneri, replicante ex adverso dicto Domino Duce se in aliquo non teneri dicto Domino Marchioni, præsertim cum intratæ perceptæ per ipsum Dominum Marchionem ex prædictis primo in Gubernam datis excedant Summam expensarum factarum per dictum Dominum Marchionem pro Gubernatione antedicta: Pro tanto ut prædictorum Dominorum discordiis obvietur, & quia prædictæ expensæ & intratæ non fuerunt declaratæ juxta primas Conventiones factas super prima dicta Gubernatione: & ne prædicta remaneant in turbido, & non declarata, actum est, & specialiter conventum inter præfatum Dominum Ducem pro parte una, & suprascriptum Dominum Conradum Procuratorem, & Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis parte altera, quod super omnibus debatis, & discordiis suprascriptis, videlicet, super intratis verisimiliter receptis, seu quæ verisimiliter apparerent receptæ usque in præsentem diem per prefatum Dominum Marchionem, sive alium vel alius ejus nomine, ex, de, & pro prædicta Civitate Vercellarum, dictisque Terris, Villis, Locis, Oppidis, & Castris sitis super Dioceſi Vercellarum, & eidem Domini Marchioni traditis in Custodiam, Gubernationem, Conservationem, & Comendam ut supra, & de, & super omnibus expensis expedienter factis, sive quæ apparerent factæ per præfatum Dominum Marchionem, vel alium ejus nomine usque in præsentem diem, & super connexis, & dependentibus ab ejusdem pro dicta Gubernatione, & pro tuitione, & conservatione, ac defensione prædictorum ad quas præfatus Dominus Dux pro ipsa Gubernatione debite teneretur jure declarationem Arbitrorum superinde eligendorum & de omnibus denariis exbursatis per ipsum Dominum Marchionem si quæ exbursata apparebunt Castellano, & Officialibus antedictis præfati Illustrissi-

Digitized by Google

lustrissimi Domini stare debeant declarationi, & terminationi Egregiorum virorum eligendorum per ipsas Partes, & quod totum id, & quicquid prædicti eligendi, vel major pars ipsorum declaraverint super prædictis cum modis, temporibus, formis, conditionibus, & modificationibus declarandis per ipsos eligendos ut supra, inviolabiliter observetur, & executioni mandetur per ipsos Dominos, & ipsorum quemlibet ad litteram, prout prædicti eligendi declarabunt, acto tamen inter dictas Partes quod si contingeret, per ipsos eligendos ut supra, aliquo casu nil declarari, ordinari, & terminari super prædictis, quod præfatus Dominus Marchio eo casu, donec fuerit declaratum non teneatur ad aliquam restitutionem prædictorum, & quod prædictis declarandis eligantur duo pro Parte, & unus quintus, qui sit medius cum potestate, baylia, & arbitrio ut supra; quorum vel majori parti ipsorum declarationi, & terminationi Partes stare teneantur. Item et etiam hoc acto quod prædictus Dominus Marchio ad restitutionem, & relassationem prædictorum in Comendam datorum non teneatur, nisi prius per dictum Dominum Ducem fuerit attenditum, & solutum id, quod declarabitur per dictos eligendos vel majorem partem ipsorum dictum Dominum Ducem teneri præfato Domino Marchioni occasione dictarum expensarum, & si per dictos eligendos vel majorem partem ipsorum dictum Dominum Ducem ad expensam teneri, vel si declararetur eum teneri; quod soluto eo quod declaratum fuerit, vel deposito pænes Personam Laicam idoneam, Partibus non suspectam, in casu quo Dominus Marchio recusaret vel negligeret id recipere. Idem Dominus Marchio absque ulla retentione expensarum petitione compensatarum, & exceptione prædicta in Gubernam data libere relassare teneatur præfato Domino Duci ut supra. Item quia asseritur per præfatum Procuratorem præfati Domini Marchionis introytus, redditus, & proventus suprascriptarum Civitatis Vercellarum, Citadellæ, Castri, Locorum, Castrorum, & Villarum suprascriptarum non sufficere ad expensas fiendas, pro tuitione, defensione, gubernatione, & conservatione dictæ Civitatis Citadellæ, Castri, & Fortalitiorum dictæ Civitatis & aliorum Castrorum, Locorum, Terrarum, & Villarum, suprascripto Domino Duce contrarium asserente, inter dictas Partes conventum est, quod per suprascriptos eligendos, ut supra examinari, & videri debeant introytus, redditus, & proventus dictæ Civitatis, & Locorum & similiter expensæ necessariæ, & utiles pro tuitione, conservatione, & gubernatione dictarum Civitatis, Citadellæ, Castri, & Fortilitiorum ipsius Civitatis, & aliorum locorum, & si reperiantur introytus correspondere expensis præfatus Dominus Dux, pro tempore futuro ad aliud non teneatur prædicta Gubernatione, conservatione, & tuitione prædictorum: si autem intratæ excederent expensam, tunc idem Dominus Marchio teneatur restituere id plus præfato Domino Duci in quo excederent intratæ, secundum declarationem prædictorum eligendorum, vel majorem partem ipsorum. Si autem expensæ sint majores quam introytus, tunc tempore restitutionis prædictorum illud tale plus, in quo expensæ excederent introytus secundum declarationem prædictorum eligendorum, ut supra, præfatus Dominus Dux teneatur solvere præfato Domino Marchioni ante aliquam restitutionem prædictorum ad arbitrium præfatorum eligendorum, & alterius quinti si ipsi non attenderent juxta formam compromissi. Item quod durante dicto tempore dictæ restitutionis, & concessionis præfatus Dominus Marchio non possit, nec valeat facere per se, nec alium ejus nomine, de dictis Civitate, Terris, Locis, & Castris in Gubernatione datis, ut supra, nec de aliqua ipsarum, directe vel indirecte aliquam Confœderationem, Ligam, Unionem, vel aliquam aliam innovationem quomodolibet præjudicialem præfato Domino Duci cum aliqua Universitate, Civitate, vel Communitate, nec cum aliquo Principe, Domino seu singulari Persoua cujuscunque Dignitatis existeret. Item quod dictus Dominus Marchio, & ejus Successores non possint cum prædictis superius in Gubernum datis nec hominibus eorum aliqualiter nocere, nec Guerram facere præfato Domino Duci, nec ejus Hæredibus, ac nec in ipsis Civitate, Castro, Citadella, Terris, Castris, Locis, Oppidis, & Villis, nec in aliqua ipsarum, nec cum ipsis, nec per ipsas, & ipsa dare aliquod subsidium, seu auxilium, additum, seu transitum; seu reductum, vel albergum, neque Victualia aliquibus inimicis, emulis, seù contrariis præfato Domino Duci, nec aliqualiter ad offendendum ipsum Dominum Ducem, & ejus Territorium, & Subditos, nisi præfatus Dominus Dux expresse, & publice Guerram faceret præfato Domino Marchioni. Item hoc acto quod Dominus Abbas de Tizonibus, & alii Nobiles de Tizonibus, de Burgaro, & alii quicunque tam cives, quam non cives, Civitatis Vercellarum, nunc existentes sub obedientia, seu dominio præfati Domini Ducis, habentes aliqua bona, proprietates seu possessiones in Civitate, seu Diocesi Vercellarum, quantum est per respectum Terrarum, & Locorum cedentium in præsenti Concessione, seu aliquis redditus ficta, vel proventus possint & debeant libere gaudere eisdem bonis, proprietatibus, possessionibus, fictis, & redditibus cum effectu, ac ipsos redditus, & proventus pro eorum libito voluntatis, & quandocunque voluerint, reducere, & reduci facere quocunque voluerint super Territorio prælibati Domini Ducis, ac eorum familiarum & Nuntios transmittere ad dictam Civitatem Vercellarum modo infrascripto, & in ejus Diocesi pro recolectione, & reductione dictorum fructuum, & reddituum ad eorum voluntatem, omni prorsus exceptione cessante, obtenta tamen licentia a Domino Potestate Vercellarum conducendi dictos fructus super Territorio præfati Domini Ducis, quam licentiam dictus Dominus Potestas tradere teneatur libere sine ulla expensa. Acto etiam quod de Tizonibus & de Burgaro non possint se appropinquare per tractum balistæ dictæ Civitati, & Fortilitiis Diocesis Vercellarum quæ nunc tenentur per præfatum Dominum Marchionem, sed bene possint mittere ad dictam Civitatem, & Terras, Diocesis Vercellarum, tempore recollectionis fructuum usque ad

Digitized by Google

numerum familiarium quinque inter omnes, qui ibi ſtare poſſint nec & reddire pro libito voluntatis ipſorum ſine contractione, pro reductione & recollectione dictorum fructuum, durante dicto tempore recollectionis, & eorum poſſeſſiones non poſſint laborari facere per alios quam per Subditos præfati Domini Marchionis. Item quod decedente præfato Domino Duce, quod Deus avertat, ſine Hærede inſtituto, quod prædicta omnia locum habeant, & obſerventur in Perſonam Magnifici Domini Antonii de Vicecomitibus Germani præfati Domini Ducis, qui Dominus eo caſu quo ad contenta in præſenti Inſtrumento habeatur pro Hærede ipſius Domini Ducis. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta præfatus Dominus Dux, & ſupraſcriptus Dominus Conradus Procurator, & Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis, præ quo intervenit ſibi viciſſim una pars alteri, & e converſo altera alteri, præcedentibus legitimis ſtipulationibus, promiſerunt, & convenerunt, promittunt & conveniunt attendere & obſervare, ac habere, & tenere, rata, grata, & firma, ac quod præfati Domini eorumque Hæredes, & Succeſſores, congrua congruis refferendo, ipſa omnia & ſingula attendent, & obſervabunt inviolabiliter, & ipſa habebunt, & tenebunt rata, grata, & firma, & in nullo contrafacient, vel contravenient per ſe, vel per ſubmiſſas Perſonas, per dirrectum, vel per indirrectum, expreſſe vel tacite, aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, nec aliquo queſito colore. Quodque non facient, nec operam dabunt, per ſe vel per alium, aliquo modo, quo minus durante termino ſupraſcripto, una Partium poſſit attendere alteri, & e converſo ea omnia, & ſingula, ad quæ ſibi viciſſim tenentur ſive tenebuntur vigore præſentis Contractus, nec alicui contrafacere vel convenire volenti conſentire, vel præbere auxilium, Conſilium vel favorem, & hec omnia ſub pœna refectionis, & reſtitutionis omnium, & ſingulorum damnorum, intereſſe, & expenſarum per alteram dictarum Partium propterea patiendarum, & fiendarum, & ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum præfatorum Dominorum, & utriúsque, & alterius ipſarum Partium, præſentium & futurorum, ſemper congrua congruis referendo, renuntiantes dictus Dominus Dux, & dictus Procurator, Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis, pro quo intervenit ſponte, & ex certa ſcientia ſtipulans ſolemni & valida, intervenientibus quibuscunque exceptionibus doli mali, in factum, & prædictorum omnium, & ſingulorum non ſic actorum, & geſtorum, & quibuscunque juribus, beneficiis, Privilegiis, & auxiliis, & quibuscunque productionibus, & probationibus quibus, contra prædicta vel aliquod prædictorum ipſi Domini vel aliquis ipſorum venire vel facere poſſent aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, vel aliquo queſito colore de jure vel de facto, & ſpecialiter, & expreſſe præfatus Dominus Dux renuntiavit, & renuntiat, ſolemni & valida ſtipulatione interveniente, cuicunque beneficio minoris ætatis, & reſtitutionis in integrum per quod præfatus Dominus Dux quovismodo contra prædicta, vel aliquod prædictorum venire, vel facere, vel ſe tueri poſſet de jure vel de facto, & pro prædictis omnibus, & ſingulis firmius, & validius attendendum, & obſervandum præfatus Dominus Dux, & ſupraſcriptus Procurator Procuratorio nomine præfati Domini Marchionis, & in ejus Domini Marchionis animam juraverunt, & jurant ad Sancta Dei Evangelia, manibus corporaliter tactis Scripturis, prius eis & cuilibet ipſorum delato Sacramento per nos Notarios infraſcriptos, & quemlibet noſtrum prædicta omnia, & ſingula attendere, & obſervare, & non contra facere, vel venire, & quod præfati Domini, & quilibet ipſorum, prout ad unumquemque ipſorum ſpectabit & pertinebit, prædicta omnia & ſingula attendent & obſervabunt, & in nullo contrafacient, vel venient, nec contravenire, vel contrafacere volentibus conſentient vel favebunt, & inde præfatus Dominus Dux, & ſupraſcriptus Dominus Conradus Procurator, & nomine præfati Domini Marchionis communiter, & in communi concordia rogaverunt nos Johannem Franciscum Gallinam, & Antonium de Rippis Notarios, & utrumque, & alterum noſtrum inſolidum, ut de prædictis publicum conficiamus Inſtrumentum, unum, & plura ejusdem tenoris ſi fuerit opportunum. Præſentibus Spectabili juris utriusque Doctore Domino Johanne Franciſco de Sartirana Conſiliario; Spectabilibus Viris, Domino Johanne de Aretio Secretario; Jacobo de Caciis Magiſtro Curiæ, Johanne Francisco de Barbis, Fiſico, Johanne de Malaspinis, & Franciſchino de Furugariis Familiaribus præfati Domini Ducis, & Foreſto de Caſtelletto Familiari præfati Domini Marchionis inde Teſtibus notis vocatis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis.

LIII.

Tabulæ pacis inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem atque Nicolaum, Marchionem Eſtenſem, die 13. Novembr. An. 1420. compoſitæ.

In Nomine Domini, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadrageteſimo vigeſimo, Indictione quartadecima ſecundum curſum Civitatis Mediolani, die Mercurii tertio decimo menſis Novembris. Ad Dei Omnipotentis, totiusque cœleſtis Curiæ, ac Beati Sancti Antonii Uranenſis laudem, gloriam, & honorem, ac Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Martini Quinti cupientis totis viribus, & affectantis cunctos Chriſti fideles, & Catholicos fidei noſtræ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ad Pacem, Unitatem, Concordiam, & veram Unionem reducere pro tranquillo Univerſi ſtatu, & maxime Illuſtres Principes Dominum Philippum Mariam Ducem Mediolani, & Dominum Nicolaum Marchionem Eſtenſem devotiſſimos, & fideles Filios, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, cujus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Martini Reverendus Pater Dominus Artaldus Abbas Sancti Antonii infraſcriptus ſpecialis Comiſſarius, ac Delegatus exiſtit ad dictas Pacem, Concordiam, & veram Unionem pertractandam, concludendam, & finiendam, & etiam ad augmentationem, & oſſervationem, ac tranquillum ſtatum infraſcriptorum Dominorum, Subditorum-

Digitized by Google

torumque ſuorum: Quia ex Pace res parvæ creſcunt, & ex Guerra maximæ dilabuntur, & virtus unita fortior eſt ſeipſa diſperſa: Ideo horum conſideratione, & aliis bonis reſpectibus & conſiderationibus Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus, Dominus Artaldus, Abbas Monaſterii Sancti Antonii Uranenſis Comiſſarius prædictus, ac Procurator Illuſtris, & Excelſi Domini, Domini Nicolai Marchionis Eſtenſis nati celebris, & recolendæ memoriæ quondam Illuſtris, & Excelſi Domini Domini Alberti, Marchionis Eſtenſis ad infraſcripta facienda, & contrahenda ſolemniter conſtitutus, ut conſtat publico Procurationis Inſtrumento rogato, Anno præſenti, Indictione tertia decima, die vigeſimo nono menſis Octobris per Petrum Filium quondam Domini Alviſii de Girondis Imperiali auctoritate Notarium Publicum Ferrarienſem, ac præfati Domini Marchionis Scribam pro præfato Domino Marchione ſuisque Deſcendentibus, & Succeſſoribus in Marchionatu, & Dignitatibus ejus ſuisque Civitatibus, Fortilitiis, Terris, & Territoriis Subditisque fidelibus, ac Complicibus, Coligatis, Adherentibus, ac Recomendatis ſuis ex una, & pro una parte, & Spectabilis Vir Dominus Johannes de Corvinis de Aretio Secretarius Conſiliarius, & Procurator Illuſtris Principis, & Excelſi Domini Domini Filippi Mariæ Angli Ducis Mediolani etc. Papiæ, Angleriæque Comitis nati quondam bonæ, & nunquam delendæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Joannis Galeaz primi Ducis Mediolani etc. pro prælibato Domino Filippo Maria Duce Mediolani etc. ſuisque Deſcendentibus, ac Succeſſoribus in Ducatu, & quibuscumque ejus Dignitatibus, ſuisque Civitatibus, Fortilitiis, Terris, & Territoriis ſubditis quoque, ac fidelibus Complicibus, Colligatis, Adherentibus, & Recomendatis ſuis ex alia, & pro alia parte omnibusque meliori jure, via, modo, & forma, quibus melius, validius, & ſolemnius Procuratores ipſi potuerunt, & poſſunt dictis Procuratoriis nominibus inierunt, contraxerunt, & firmaverunt, iniunt, contrahunt, atque firmant puram, veram, fraternam, amicabilem, & indiſolubilem perpetuisque temporibus, dante Domino Deo noſtro, duraturam Pacem, & Concordiam ſub Pactis, Capitulis, Conventionibus, Obligationibus, pœnis, & clauſulis infraſcriptis. In primis dictæ Partes, & Procuratores dictis Procuratoriis nominibus ſibi invicem remiſerunt, & remiſſas ex nunc eſſe voluerunt hinc inde omnes, & ſingulas inimicitias, cædes derrobationes, incendia, offenſiones, injurias, & damna hinc retro per alteram Partem, ſeu alios ejus opera quomodolibet, & quandocumque facta, comiſſa, & illata alteri Parti, ſeu Civitatibus, Caſtris, Terris & Locis, ſive etiam hominibus, & rebus Partis alterius usque in diem præſentem, & etiam omnes pœnas, damna, intereſſe, & expenſas, quas dictæ Partes, vel altera earum quacumque de cauſa ex prædictis quomodolibet incuriſſent: Ita quod ab illis pœnis, damnis intereſſe, ac damnorum, & expenſarum reſtitutione utraque dictarum Partium, ejusque homines ſint, & remaneant abſoluti, ſalvis tamen, & reſervatis omnibus infraſcriptis, & ex nunc dictæ Partes, & Procuratores dictis nominibus ſe ad invicem, videlicet, altera alteram, & conſenſu mutuo, & vicisſim ſe abſolverunt, & liberaverunt a prædictis, & quolibet prædictorum, & abſolutam, & liberatam, ſeu abſolutas, & liberatas eſſe voluerunt. Item, quod prædictus Dominus Marchio dare, & libere conſignare debeat, ſeu dari & libere conſignari facere prædicto Domino Duci, ſive cui, vel quibus mandavit infra viginti dies ſecuturos proxime diem præſentis Contractus Civitatem Parmæ, & omnia ejus Caſtra, & Fortilitia, cum omnibus Caſtris, Rochis, Terris, Villis, & Locis, quæ prædictus Dominus Marchio tenet, & poſſidet tam in Civitate, quam in Diſtrictu, Epiſcopatu & univerſo Territorio Parmenſi, & hoc libere ſine fraude, vel dolo omni exceptione, & contradictione ceſſante, & ſic prædictus Dominus Abbas Procurator, & Procuratorio nomine quo ſupra promiſit, & convenit dictum Dominum Marchionem facturum, & adimpleturum cum effectu omnia, & ſingula in hoc Capitulo contenta: Item quod dicti Procuratores dictorum nominibus vicisſim promiſerunt, & convenerunt quod infra viginti dies ſequuturos proxime diem præſentis Contractus per prædictum Dominum Marchionem deponatur Civitas Regii cum Fortilitiis in ea exiſtentibus in manibus, & libera poteſtate unius confidentis Partium, qui teneat, & debeat ipſam Civitatem cum ſuis Fortilitiis prædictis bene ſervare, & cuſtodire, ita quod ipſam Civitatem, & Fortilitias prædictas teneatur, & debeat dictus confidens, & dictus Dominus Marchio quæcumque Fortilitia, Terras, & Loca, Diſtrictus, & Epiſcopatus, ac Territorii Regii, quæ tenentur, & poſſidentur per ipſum Dominum Marchionem libere, & ſine ulla exceptione tradere, & conſignare, & dimittere in manibus, & poteſtate prædicti Domini Ducis, ſive illius, vel illorum quibus mandaverit ipſo Domino Duce, ſeu Agentibus pro eo ſolvente, ſeu ſolventibus, & quos ſolvere teneatur, & debeat idem Dominus Dux ſub obligatione ſui, & omnium ſuorum bonorum infra menſes quatuor a die præſentis Contractus, quandocumque ſibi placuerit in Civitate Mantuæ, Florentiæ, aut Venetiarum, ſeu alibi prout Partes ipſæ convenerunt Florenos viginti octo milia auri, & in auro, ſeu tantam monetam æquivalentem ipſis Florenis viginti octo milibus, & idem confidens, & præfatus Dominus Marchio ſolutis dictis Pecuniis quacumque die dictorum menſium quatuor, libere, & ſine ulla exceptione tradere, conſignare, & dimittere teneatur in manibus præfati Domini Ducis ſeu Agentium pro eo ut promittit dictam Civitatem, & Fortilitia in ipſa exiſtentia, ac quæcunque Fortalitia, Terras, & Loca, Diſtrictus, & Epiſcopatus, ac Territorii Regii, hoc ſemper intellecto quod ſi interim pro ſupraſcripta executioni mandari debebunt Civitas Parmæ, aut Regii, vel aliquis ex Fortalitiis Diſtrictus, & Territorii earumdem ad manus Domini Ducis aliqualiter pervenirent proinde fit, & habeat, ac ſi dictus Marchio ipſam Civitatem vel Fortalitiam aſſignaſſe Domino Duci ut ſuperius continetur, & ſi quo caſu contigeret, quod prædictus Dominus Dux Mediolani non daret, aut dari faciet dicto Domino Marchioni ſive ejus certo Nuntio, & Procuratori infra menſes quatuor prædictam ſummam Florenorum viginti octo millium auri, & in auro;

Digitized by Google

tunc confidens qui erit Depositarius Civitatis Regii, & Fortilitiorum suorum posset ad omnem requisitionem dicti Domini Marchionis ipsam Civitatem cum Fortilitiis depositis restituere & tradere prædicto Domino Marchioni, qui ipsam Civitatem cum Fortilitiis retinere debeat usque quo per prædictum Dominum Ducem eidem fuerit de dicta Pecuniæ summa satisfactum, ita tamen, quod quandocumque ipse Dominus Dux satisfacere voluerit eidem Domino Marchioni de dicta Pecuniæ quantitate, hoc facere impune possit, & cum eidem Domino Marchioni satisfieri faceret teneatur idem Marchio eandem Civitatem Regii cum Fortelitiis, & quæcumque Fortelitia, Terras, & Loca Districtus Episcopatus, ac Territorii Regii, quæ tenet, seu possidet dictus Dominus Marchio per se, vel alium dicto Domino Duci, seu cui mandavit libere tradere, & relaxare; & ubi aliquo respectu dictus Dominus Marchio recusaret accipere Summam Pecuniæ, & reddere dictam Civitatem cum Fortelitiis sufficiat prædicto Domino Duci: Quod deponat ipsam Pecuniæ quantitatem in altera Civitatum Mantuæ, Florentiæ, vel Venetiarum penes Personam, seu Personas idoneas, quæ dictæ Pecuniæ quantitatem dare debeat, vel debeant dicto Domino Marchioni, vel ejus legitimo Procuratori, ipso Domino Marchione prius adimplente totum quicquid debet, ut in præsenti Contractu continetur, qua depositione taliter facta intelligatur ipse Dominus Dux debitum suum adimpleviſſe; interim autem quo Dominus Dux cessaret facere debitum suum, ut præfertur, non possit, nec debeat idem Dominus Dux Guerram facere, nec fieri facere Domino Marchioni, occasione dictæ Civitatis Regii, & Fortelitiorum suorum; Item quod dictus Dominus Marchio renuntiabit, & refutabit in manibus præfati Domini Ducis, sive ejus Procuratoris, & ex nunc prædictus Dominus Abbas Procurator dicti Domini Marchionis renuntiavit, & refutavit, ac renuntiat & refutat in manibus dicti Domini Joannis Procuratoris præfati Domini Ducis omnibus juribus, omnibusque Actionibus realibus, & personalibus, utilibus, & directis, tacitis, & expressis, seu mistis, quæ & quas præfatus Dominus Marchio habet, habuit, vel habere posset, seu speraret in Civitatibus Parmæ, & Regii, & earum, & cujuslibet earum Fortelitiis Locis, Terris. Territoriis, & Episcopatus quibuscumque modis, rationibus & causis, & quomodocunque, & qualitercunque aliquid in eis sibi spectare prætenderet, cedetque idem Dominus Marchio, & transferret in prædictum Dominum Ducem, ex nunc idem Dominus Abbas Procurator dicti Domini Marchionis cedit, & transfert Procuratori præfati Domini Ducis omnia jura, & omnes Actiones &c. ut præmittitur: Ita tamen quod renuntiatio, & cessio prædictæ pro respectu ad Civitatem Regii, Districtum, Territorium, & Episcopatum ejusdem non vendicent sibi locum, nec effectum habere intelligantur, nisi tunc temporis cum sequetur satisfactio Pecuniæ dandæ per dictum Dominum Ducem dicto Domino Marchioni, Reservato tamen dictis Procuratoribus, quod hinc ad mensem unum pronuntiare, & disponere possint de & super possessionibus, & bonis, quæ tenet dictus Dominus Marchio in Castelantia Castri Novi Parmensis, & de super Possessionibus, & Domibus, quas tenet idem Dominus Marchio in Parma, & Parmensi, quæ fuerunt Christophori de Valeria prout ipsis Procuratoribus ambobus concorditer videbitur, & placebit. Item quod prædictus Dominus Marchio teneatur absolvere, & liberare præfatum Dominum Ducem Mediolani, ex nunc dictus Dominus Abbas Procurator præfati Domini Marchionis præfatum Dominum Ducem licet absentem, & prædictum Procuratorem præfati Domini Ducis nomine ipsius Domini Ducis recipientem absolvit, & liberat a quantitate Ducatorum quadraginta quinque millium, & ab omni alia quantitate in qua, & quibus prædictus Dominus Dux, & Commune Mediolani tenerentur, & dici possent obligatos esse dicto Domino Marchioni vigore, & occasione aliquorum pactorum, & conventorum inter olim Illustrem Dominum Dominum Joannem Mariam secundum Ducem Mediolani, & prædictum Dominum Marchionem, nonnullos alios contra Dominum Ottonem de Tritiis, tam vigore principalis debiti, quam damnorum, interesse, & expensarum exinde assertorum, secutorum, & secutarum, & generaliter a quibuscumque aliis debitis, & obligationibus, ac bonorum, Rerum & Pecuniarum quantitatibus, in quibus præfatus Dominus Dux, & seu Commune Mediolani asseretur teneri, & obligati esse, seu esse posse dicto Domino Marchioni quibuscunque aliis modis, rationibus, & causis, & quomodocunque, & qualitercunque; & e converso idem Dominus Dux teneatur absolvere, & liberare, ut ex nunc Procurator dicti Domini Ducis liberat prædictum Dominum Marchionem, nec non prædictum ejus Procuratorem ab omnibus, & singulis, quæ idem Dominus Marchio, seu Agentes pro eo hinc retro recipissent, habuissent, & percepissent causa, vel occasione dictarum Civitatum Parmæ, & Regii Terrarumque, Locorum, Districtuum, & Territorii eorumdem, ac intratarum reddituum, & proventuum omnium, & singulorum præmissorum, & generaliter a quibuscunque aliis debitis, & obligationibus, ac bonorum, rerum, & Pecuniarum quantitatibus, in quibus præfatus Dominus Marchio asseretur teneri, & obligatus esse, seu esse posse prædicto Domino Duci quibuscunque aliis modis, rationibus, & causis, & quomodocunque, & qualitercunque. Item quod liceat Domino Marchioni prædicto, sive Agentibus pro eo, portari facere extra dictas Civitates Parmæ, & Regii, & extra Fortalitia ipsarum, & etiam extra Terras, & Rochas, Territoriorum, & Districtuum earumdem, quas tenet dictus Dominus Marchio ad Civitatem Ferrariæ, sive alibi quocunque voluerit omnes Balistas, Bombardas, pulverem a Bombardis, & omnes Monitiones cujuscunque generis tam ad offensam, quam ad diffensam, & ad victum libere, & sine aliqua solutione, quæ ipse Dominus Marchio haberet in eis: liceat quoque Officialibus, & Stipendiariis dicti Domini Marchionis existentibus in dictis Civitatibus, Terris, Castris, & Locis ex eis extrahere, & conducere ad Terras dicti Domini Marchionis omnes eorum res sine aliqua Datiorum solutione. Item quod pro aliquibus debitis, in quibus dictus Dominus Mar-

Digitized by Google

Marchio, aut Camera ſua Parmæ, & Regii hinc retro teneretur aliquibus Civibus Parmenſibus, vel Reginis, vel habitatoribus Parmæ, & Regii, aut aliquibus aliis Subditis dicti Domini Ducis, pro aliquibus actitatis, vel factis in Civitatibus Parmæ, & Regii non permittet dictus Dominus Dux, vel conſentiet gravari, vel conveniri dictum Dominum Marchionem, & ejus bona, aut ejus Fidejuſſores, vel Subditos in Locis dicti Domini Ducis a Creditoribus antedictis. Item quod facta Abbatia Sancti Joannis de Parma, quo ad Titulum, & poſſeſſionem ejusdem remittantur, & dimittantur diſpoſitioni Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ: Item teneatur, & debeat dictus Dominus Marchio, & Procurator ſuus antedictus facere cum effectu, quod Ugutio de contrariis infra terminum unius menſis a die præſentis Contractus proxime ſecuturi libere tradet, & relaxet in manibus, fortia, & poteſtate prædicti Domini Ducis, ſeu ejus, vel eorum quibus mandavit Caſtrum Bueldeſoni, ac omnia & ſingula alia Caſtra, & Fortelitia cum omnibus juribus, & Pertinentiis ſuis, quæ habet tenet, & poſſidet idem Ugutio quovis modo in Diſtrictibus, & Epiſcopatibus, ſeu Territoriis Parmenſi, & Regino ſine ulla exceptione. Reſervato tamen dictis Procuratoribus quod hinc ad menſem unum proxime ſecuturum pronuntiare, declarare, & ſententiare poſſint, ſi quid eidem Uguzoni per dictum Dominum Ducem exinde ſit fiendum; Item teneatur idem Dominus Marchio curare, & facere, poſſe ſuo, quod Caſtrum Montegii Diſtrictus, ſeu Territorii Parmenſis cum juribus, & Pertinentiis ſuis per quemcumque teneatur, libere relaxetur dicto Domino Duci, ſeu illi, vel illis, cui ipſe mandaverit. Item quod reſervetur declarationi, & deciſioni prædictorum Procuratorum, quid fiendum ſuper Capitulo de quo agitur, quod hinc inde ipſi Domini Dux, & Marchio, eorumque Subditi Adherentes, Colligati, Complices, & Recommendati, qui non ſint rebelles alicujus ipſorum Dominorum gaudere poſſint, & debeant quibuscunque bonis ſuis exiſtentibus in Territorio alterius ipſorum Dominorum omni exceptione, & impedimento ceſſante. Quam quidem Pacem, & omnia ſingula ſupra, & infraſcripta præmiſſa, & contenta in præſenti Contractu dictæ Partes, & Procuratores dictis Procuratoriis nominibus promiſerunt, & convenerunt ſibi ipſis vicisſim, & ad invicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, ac mihi Notario tanquam publicæ Perſonæ ſolemniter recipienti. & ſtipulanti nomine, & vice omnium, & ſingularum Perſonarum, quarum aliqualiter intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quod præfatus Dominus Marchio Eſtenſis præfato Domino Duci, & præfatus Dominus Dux præfato Domino Marchioni ſingula ſingulis congrue refferendo contis in antea temporibus perpetuo ratam, gratam, firmam, & ſtabilem, rata, grata, firma, & ſtabilia habebunt, & tenebunt, attendent, ſolvent, & obſervabunt, & nullatenus contrafacient, dicent, ſeu venient per ſeſe nec per interpoſitam Perſonam aliqua ratione, occaſione, vel cauſa, directe, nec per indirectum, tacite, nec expreſſe, nec alio quovis modo, de jure, nec de facto, in pœna, & ſub pœna Florenorum quinquaginta millium boni auri, & juſti ponderis, & in auro hinc inde vicisſim ſolemni ſtipulatione ſolvere promiſſorum, & ſolvendorum per Partem non attendentem Parti attendenti, & attendere volenti, & quæ pena toties, & in ſingulis Capitulis comittatur, & exigi poſſit, quoties & in quibus fuerit contrafactum, dictum, ſeu ventum, quæ pœna ſoluta, vel non, nihilominus rata maneant perpetuo omnia, & ſingula in præſenti Contractu contenta, & promiſſa; pro quibus omnibus & ſingulis ſic firmiter, & efficaciter attendendis, ſolvendis, & obſervandis præfatus Dominus Abbas Procurator præfati Domini Marchionis omnia bona ipſius Domini Marchionis ſupraſcripto Domino Joanni Procuratori prælibati Domini Ducis, & e converſo dictus Dominus Joannes Procurator prælibati Domini Ducis, omnia bona prælibati Dom. Ducis, prædicto Dom. Abbati Procuratori prælibati Dom. Marchionis pignori, & hypothecæ penitus obligaverunt, & obligant, & renuntiaverunt, & renuntiant dictæ Partes, & Procuratores dictis Procuratoriis nominibus vicisſim, & ad invicem exceptioni non factæ & celebratæ ſupraſcriptæ Pacis, & omnium, & ſingulorum non ſic actorum, conventorum, & promiſſorum, ut ſupra, continetur exceptioni doli mali, metus, & in factum exceptioni, condictioni ſine cauſa, vel injuſta cauſa, ſeu ob turpem cauſam, & cauſa data, & non ſecuta, omnique alii juri exceptioni, & defenſioni contra hæc, & probationibus, & productionibus teſtium contra prædicta omnia, & ſingula, & inde dicti Procuratores dictis Procuratoriis nominibus, & uterque ipſorum rogaverunt me Notarium infraſcriptum ut de præmisſis unum, & plura, prout fuerit opportunum, publicum, & publica conficere debeam Inſtrumentum, & inſtrumenta. Actum in Civitate Mediolani in Domibus Sancti Antonii Mediolani, videlicet in quaddam Sala Reſidentiæ præfati Domini Abbatis Procuratoris ſita in Porta Romana in Parochia Sancti Stephani in Brolio. Præſentibus Spectabile, eximioque juris utriusque Doctore, Domino, Cadiolo de Vicomercato, Conſiliario Ducali, Egregio Viro, Domino Joanne de Beccaria Filio quondam Domini Francischini Senescalcho præfati Domini Ducis, Abbondio de Sollario Filio Domini Fedolli, & Venerabilibus Viris Dominis Fratre Guilielmo Felgono, Præceptore Domus Sancti Antonii Parmæ, Fratre Filippo de Pirovanis, Fratre Clodio Droceni & Fratre Joanne Revelli, Præceptore Domus Sancti Antonii Valentiæ inde Teſtibus idoneis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Subſcriptum cum Signo Tabellionatus antepoſito ego Catelanus de Chriſtianis Genitus quondam Domini Francischini, jurisperiti publicus Papienſis Appoſtolica Imperialique auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. Secretarius hanc cartam mihi fieri juſſam rogatus tradidi, & ſubſcripſi.

Subſcriptum cum Signo Tabellionatus antepoſito ego Johannes de Cremona Filius quondam Domini Thomaſii Civis Mediolani, Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam juſſu ſupraſcripti Notarii ſcripſi.

Digitized by Google

LIV.

Instrumentum publicum de traditione civitatis Savonæ, cum juribus atque cæteris, quæ ad illam pertinent, per Savonenses, Philippo Mariæ Anglo, Duci Mediolanensi, facta d. d. 19 Mart. An. 1422.

In Nomine Sancta, & Individuæ Trinitatis Patris & Filii, & Spiritus Sancti feliciter] Amen.

ANno a Nativitate Domini millesimo vigesimo secundo, quinta decima Indictione, die Jovis decimo nono mensis Martii hora tertiarum. In Civitate Mediolani in Domo, in qua gubernatur Consilium infrascripti Ill. D.D. Ducis Mediolani, videlicet in Camera ipsius Consilii Portae Vercelinae Parochiae Sancti Prothasii in Campo intus, & in præsentia Rever. & Magn. & Spectabilium Dominorum de Consilio præfati Illustrissimi D. D. Ducis. Ibique dum notabilis Communitas, ac Populus Civitatis Saonae, ejusque Antiani, Consilia, & Officia concernerent anxio mentis intuytu Saonensem Patriam, cujus Notabilitates non modicum per Orbem sunt diffusæ nunc aliquot jam exactis Annis, aut justa Dei ira exigentibus mortalium noxis, aut acerbæ sortis eventu, seu in humano regimine aliquorum, qui jam regimini Civitatis Januæ præfuerunt ad domestica dissidia adeo fuisse redactam, ut nisi salubri remedio eidem succurreretur pernitie damnata nosceretur. Quod quidem remedium id solum Omnipotens medium aduxit Dominium, videlicet defensionem, & protectionem Illustrissimi Principis, & Excellentissimi D. D. Filippi Mariæ Angli Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini Filii quondam altæ, & numquam delendæ memoriæ Illustrissimi Principis, & Excellentisimi D. D. Johannis Galeaz primi Ducis Mediolani &c. solius aptisimi ad ipsius Civitatis, & ejus Subditorum Dominium, & felicem conservationem, uti dignioris, potentioris, proximioris & aptioris ad hæc; Ipsius equidem remedii medelam ab intimis annellantes diurnis cogitationum curis hinc inde versarent tandem prudentisimis Consiliis advertentes præfati Illustrisimi Principis, & Excellentisimi D. D. Ducis Mediolani laudabilem Justitiam, qua felix sua Regio floret ad suam amplisimam Clementiam, suam aciem direxerunt ut suæ ditioni liberaliter se traderent, & Imperio ipsius D. Ducis, cui obtemperare libertas est, & qui Subditos suos velut Filios benigna semper caritate conspicit se protinus submitterent ex hocque præcedentibus Consiliis legitimis, & solemnitatibus opportunis solemniter constituerint infrascriptos eorum, & dictæ Communitatis, & Populi ipsius Sindicos, Ambasiatores, & Procuratores cum plena, & ampla potestate ad infrascriptum liberum Dominium præfato D. Duci pro se, & Hæredibus, & Liberis suis legitimis, & masculis de legitimo matrimonio nascituris, seu descendentibus dandum, & tradendum, & ad infrascripta, & alia peragendum, ut constat publico Instrumento ipsius Constitutionis Sindicorum fieri rogato die undecimo mensis Februarii proxime præteriti Matheo deGuliermis, Notario Saonensi. Pro tanto Egregii Viri, & Cives Nobiles Civitatis Saonae prædictæ, D. Severinus de Gamberana Legum Doctor Raphael de Riario, Gaspar Vegerius, Julianus Corsinus, Paulus Sansonus, & Honofrius Pavexius Sindici, & Procuratores, Sindicario, & Procuratorio nomine, Notabilis & Potentis Communitatis, & totius Populi, ac Communis Civitatis Saonæ, & Subditorum quorumcunque dictæ Communitatis in partibus quibuscunque habentes ad hæc omnia, & alia plenum, & sufficiens, & solemne Mandatum a dicta Notabili Communitate rogatum ut supra, quod Mandatum in publica, & authentica forma, dicti Sindici, ibidem presentaverunt, & lectum fuit per me Secretarium, & Notarium infrascriptum flexis genibus reverenter constituti, in magnifico conspectu, & præsentia omni honore dignisima Magnifici, & Potentis Militis, Domini Gasparis, Vicecomitis Consanguinei, Consiliarii, & Procuratoris ad hæc omnia præfati Illustrisimi Principis, & Excellentisimi D. D. Filippi Mariæ Angli Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis pro exequtione Mandatorum prædictorum, & alias omnibus modo, Jure, via, causa, & forma, quibus melius, & validius potuerunt, & possunt, intervenientibusque omnibus ibidem Actibus, & solemnitatibus, quæ in talibus, & similibus tam de jure, quam de consuetudine requiruntur, sponte, libere, deliberate, & ex certa scientia, nullo metu, nulloque juris, vel facti errore ducti. Ejus nomine invocato ad ejusque laudem, & gloriam, qui contra tam celestia quam terrena gubernat, ac glorioſæ Dei Genitricis, & Beatorum Sanctorum Johannis Baptistæ, Ambrosii, Antonii, & Georgii Militis totiusque Celestis Curiæ triumphantis. Et ad honorem, exaltationem, & augumentum perpetuum prefati Illustrisimi Principis, & Excellentisimi D.D. Ducis, & Successorum suorum infrascriptorum, & ad tranquillitatem perpetuam, & felicis Status augumentum dictæ Civitatis, & Communitatis Saonæ, ejusque Populi, & Subditorum suorum quorumcumque liberè, expeditè, & absolutè dederunt, tradiderunt, dimiserunt, relassaverunt, & consignaverunt, & dant, tradunt, dimittunt, relaxant, consignant, & ex toto, & in totum transtulerunt, & præsentium vigore transferunt præfato Illustrisimo D. Duci licet absenti, & præfato Magnifico D. Gaspari Procuratori, & Procuratorio nomine præfati Illustrisimi D.D. Ducis ad hæc omnia ab ipso D. Duce habenti plenum, & sufficiens Mandatum fieri rogatum mihi Joanni Francisco Gallinæ Secretario, & Notario infrascripto die secunda præsentis mensis Martii, nec non mihi Johanni Francisco Notario prædicto velut publicæ Personæ stipulantibus, recipientibus, & acquirentibus nomine præfati D.D. Ducis ejusque Hæredum, & Successorum infrascriptorum, & in ipsum D. Ducem licet absentem pleno jure pro se Hæredibus,

Digitized by Google

bus, & liberis ſuis legitimis, & masculis de legitimo Matrimonio naſcituris ſeu Deſcendentibus dictam Notabilem Civitatem Saonæ, & omnes ejus Civitatis Saonæ, Terras, Villas, Caſtra, & Portus ubicunque ſint, & quocunque nomine nuncupentur, & quibuscunque cohærentiis terminentur, ac plena Dominia, & poſſeſſiones, & tenutas ipſarum, & ipſorum quomodolibet ſpectantia, & pertinentes dictæ Civitati, & Communitati Saonæ, aut quovis modo eidem Civitati ſubjecta, ac quæ habent, tenent, & poſſident quoquo modo, cum earum & eorum Hominibus, Feudatariis, Vaſſallis, Subditis, Juribus, Jurisdictionibus, Portubus, Honorantiis, Privilegiis, Præheminentiis, Dignitatibus, Superioritatibus, & Pertinentiis quibuscumque cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Jurisdictione, ac gladii poteſtate, dantes, tradentes & transferentes præfato D. Duci licet abſenti, & in ipſum D. Ducem licet abſentem, & dicto ejus Magnifico Procuratori, & mihi Notario jam dicto velut publice Perſonæ ſtipulantibus, & recipientibus, nomine & vice ipſius D. Ducis, & pro ipſo D. Duce, & Succeſſoribus ſuis prædictis integrum, verum, plenum, liberum, & abſolutum Dominium, ac integram, & plenam poſſeſſionem, & tenutam dictæ Civitatis Saonæ, & prædictorum omnium, & ſingulorum cum omnibus Juribus eorum ut ſupra. Renuntiantes iidem Sindici, & Procuratores dicto nomine verſus dictum D. Ducem licet abſentem, & verſus præfatum Magnificum Procuratorem, & me Notarium ejus nomine ſtippulantem, & recipientem, & in eum D. Ducem licet abſentem, & in ipſum Magnificum Procuratorem, & me Notarium ſtipulantem, & recipientem pro ipſo D. Duce & Deſcendentibus ſuis prædictis omnibus ſuprascriptis traditis præfato D. Duci & omnibus juribus in ipſis traditis competentibus dictæ Communitati modo aliquo, & ſe dicto Sindicario nomine, & Procuratorio, & dictam Communitatem protinus alienos a prædictis facientes etiam non obſtante aliqua alia traditione, quæ aliter modo aliquo, & ſub aliquibus formis in genere vel in ſpecie facta eſſet, de prædictis ſeu aliquo prædictorum, quibus traditionibus alias factis, ſi factæ reperirentur, in quantum aliqualiter huic contraria eſſent, iidem Sindici, & Procuratores dicto nomine ſponte renuntiaverunt, & renuntiant, ac eam annullaverunt, & annullant, perinde, ac ſi nunquam facta eſſet. Eligentes, vocantes, recognoscentes, nominantes, & acceptantes eundem Dominum Ducem licet abſentem, & Succeſſores ſuos prædictos in veros, & legitimos Dominos dictæ Civitatis, & Communitatis, & facientes eidem D. Duci licet abſenti, & præfato Magnifico ejus Procuratori ejus nomine recipienti ſubjectionem, reverentiam, & obedientiam debitas uti vero Domino, & cætera omnia facientes, quæ fideliſſimi Subditi Domino ſuo facere tenentur. Conſtituentes dicti Sindici, & Procuratores dicto Sindicario, & Procuratorio nomine præfatam notabilem precario nomine præfati D. Ducis tenere, & poſſidere prædictam Civitatem Saonæ, & omnia ſuperius data, & tradita cum omnibus eorum Juribus, & ſuperius traditis, donec & quousque præfatus D. Dux per ſe, vel alios ejus nomine corporalem poſſeſſionem de prædictis acceperit, quam accipiendi, in ſe retinendi, & quidquid inde voluerit faciendi, ut de re ſua, & propria auctoritate dicti Sindici Dicto nomine præfato D. Duci licet abſentius, & dicto ejus Magnifico Procuratori, & mihi Notario ſtipulantibus, & recipientibus pro ipſo D. Duce, & ejus Succeſſoribus antedictis, plenam libertatem, & licentiam tradiderunt & tradunt, dant, & concedunt. Eo videlicet modo fecerunt, & faciunt præfati Sindici, & Procuratores dicto nomine prædictam traditionem, & hæc omnia, & ſingula, quod de cætero præfatus D. Dux, ac Liberi, & Hæredes, ac Deſcendentes ſui prædicti pleno jure, libere, & expedite, & abſolute habeant, teneant, & gaudeant, & poſſideant prædictam Civitatem Saonæ, & omnes ejus Terras, Villas, & Caſtra, & omnia alia data, tradita, & conſignata ut ſupra cum ipſorum hominibus, juribus, & omnibus, & ſingulis ſuprascriptis traditis, & de ipſis pro libito voluntatis diſponant, uti de rebus propriis, & uti dicta Communitas diſponere potuiſſet ante preſentem traditionem, ſine contradictione dictæ Communitatis, & Subditorum ſuorum, ſed cum ejus & eorum defenſione a quacumque Perſona, Domino, vel Dominio, cujuscumque dignitatis, & gradus exiſtat, etiamſi de eo ſpecialem neceſſe foret fieri mentionem, poſtque præfati Sindici, & Procuratores dicto Sindicario, & Procuratorio nomine flexis genibus reverenter conſtituti in præſentia præfati Magnifici Procuratoris, nomine præfati Illuſtriſſimi D. Ducis; Volentes, & intendentes debitum fidelitatis, & ſubjectionis juramentum præſtare præfato Domino Duci licet abſenti, & Magnifico Procuratori antedicto, & in ejus manibus, nomine & vice præfati D. Ducis, & ipſius fidelitatis & ſubjectionis plenam promiſſionem facere promiſerunt, & ſolemniter promittunt jam dicto Magnifico Procuratori, Procuratorio nomine antedicto, & mihi Notario ſuprascripto ſtipulanti, & recipienti pro prelibato Illuſtriſſimo D. D. Duce, ac pro Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis prædictis, & juraverunt, & jurant ad Sancta Dei Evangelia manibus corporaliter tactis Sacris Sanctis Scripturis ſuper quodam Miſſali quod idem Magnificus Procurator dicto nomine in ſuis tenebat manibus, & in manibus mei Notarii infraſcripti ſtipulantis, & recipientis, nomine & vice jam dicti Illuſtriſſimi, D. D. Ducis, & Hæredum & Succeſſorum ſuorum prædictorum prius eis, & cuilibet eorum delato, & tradito juramento per ipſum Magnificum Procuratorem, & me Notarium nomine ipſius *D. D. Ducis* debitum fidelitatis Juramentum in animas & ſuper animas ipſorum Sindicorum & dictæ Communitatis, & Antianorum ejusdem, & quorumcumque Subditorum ipſius Communitatis. Et quod a preſenti hora in antea usque in perpetuum, & cunctis temporibus dicti Sindici, & Procuratores, ſuis & dictis Nominibus, dicta Communitas, Antiani, dictus Populus, & Subditi quicunque dictæ Civitatis, & Communitatis

Digitized by Google

nitatis Saonæ, & Succeſſores ſui perpetuo erunt fideliſſimi, boni, veri perfecti, & ſinceri Homines, Subditi, & Servitores ipſius *D. D. Ducis*, & Succeſſorum ſuorum prædictorum, & quod nullum alium viventem, ſeu naturaliter vivere potentem, ſeu moriturum cujuscunque ſtatus, dignitatis, præheminentiæ, & gradus exiſtat, etiamſi de eo neceſſe foret ſpecialem fieri mentionem, & etiam ſi ab his intelligi poſſet excluſus, non recognoscent in *D*ominum ſuum, niſi ipſum *D. D*ucem, & Succeſſores ſuos prædictos. Item quod dictam Civitatem Saonæ cùm omnibus ejus Terris, Caſtris, & juribus ſuis datis, & translatis, ut ſupra, tenebunt, cuſtodient, & ſalvabunt ſicuti tenentur, & debent veri Subditi ad gloriam, nomen, & vice, & nomine, & ad utilitatem dicti *D. D. D*ucis, & Succeſſorum ſuorum prædictorum, & de ipſis disponent ad Mandata dicti *D. D*ucis, & Succeſſorum ſuorum prædictorum. Item quod Poteſtates, Officiales, Caſtellanos, Capitaneos, & Rectores, & cujuscunque alterius generis Officiales mittendi per *D. D. D*ucem reverenter recipient, eisque obedient ſine exceptione. Item quod Litteras, Mandata, & Nuncios, Legatos, ſeu Ambasſiatores ipſius *D. D.* Ducis reverenter recipient, & eis ſine exceptione obedient. Item quod nunquam erunt in aliquo tractatu, disputatione, ſeu colloquio, machinatione, opere, vel facto, in quo tractetur contra dictum *D. D*ucem, ſeu ejus Succeſſores prædictos, nec contra ejus Perſonam, ſeu Statum, neque in quo tracteretur, ſeu fiat, quod dictus *D. D*ux perdat Perſonam, vel membrum, vel aliquid quod teneat, ſeu læſionem aliquam in hære vel Perſona patiatur, quin imo ſi aliqui ipſorum aliquod prædictorum præſenſerint, obviabunt pro poſſe, et notificabunt dicto *D. D*uci per ſe perſonaliter ſi poterunt, et ſi non poſſent per Nuntium, vel Litteras. Item quod ſi contingeret dictum *D. D*ucem aliquid de ſupradictis, vel translatis, vel de his, quæ tenet, ac de aquirendis per ipſum perdere illud toto poſſe recuperare juvabunt, et ſi contingeret dictum *D. D*ucem, et ejus Succeſſores prædictos ut ſupra, ab aliquo cujuscunque dignitatis exiſtat aliquam oppreſſionem, injuriam, vel damnum recipere, vel recipere poſſe in hære, vel in Perſona, quod ipſum *D. D*ucem, et ejus Succeſſores prædictos pro toto poſſe juvabunt ſine exceptione aliqua. Item quod ſi ab eisdem vel aliquo ipſorum aliquod conſilium petetur per ipſum *D. D*ucem, vel ejus Succeſſores prædictos, illud dabunt, quod eis videbitur pro meliori. Item quod ſi quicquam ex eis in ſecreto committeretur per ipſum *D. D*ucem, quod illud nemini pandent, neque aliquid facient propter quod pandatur ſine ipſius *D. D*ucis licentia. Item quod cætera omnia facient, et ſingula, quæ quilibet fideliſſimi Servitores, et Subditi facere tenentur, et debent bona fide, et ſine fraude, et omni diligenti ſtudio, et pura mente. Item juraverunt, et jurant dicti Sindici, dicto Sindicario, et Procuratorio nomine, in omnibus, et per omnia, prout jurari requiritur ſecundum formam Capitulorum utriusque novæ, et veteris formæ fidelitatis. Quæ omnia, et ſingula prædicti Sindici, et Procuratores dicto nomine juraverunt, et jurant ut ſupra, et promiſerunt, et promittunt præfato *D. D*uci licet abſenti, et dicto Magnifico Procuratori, et mihi Notario ſtipulanti, et recipienti nomine et vice dicti *D. D. D*ucis, cunctis temporibus habere, et tenere rata, gratà, et firma, et attendere, et obſervare, et nullo modo contrafacere, nec venire per directum, et per indirectum, tacite, nec expreſſe, nec aliquo queſito colore, per ſe nec ſubmiſſas Perſonas, nec aliqua occaſione, vel cauſa, quæ dici poſſet, vel excogitari modo aliquo, ſub pœna refectionis, et reſtitutionis omnium, et ſingulorum damnorum, intereſſe, et expenſarum per ipſum *D. D*ucem, vel dictos ejus Succeſſores patiendorum, et fiendarum ſub obligatione, et ypoteca omnium bonorum ipſius Communitatis, ejusque Subditorum. Renuntiantes, et renuntiaverunt, et renuntiant dicti Sindici, et Procuratores dicto nomine verſus præfatum *D. D*ucem licet abſentem et præfatum Magnificum Procuratorem, et me Notarium ſtipulantem, et recipientem, nomine dicti *D. D*ucis ejusque Hæredum, et Succeſſorum prædictorum, exceptioni non factarum prædictarum dationis, et libere translationis, et non factorum prædictorum juramentorum, omnium et ſingulorum non ſic actorum et geſtorum, exceptioni doli mali, actionique, et exceptioni in factum, et generaliter omnibus probationibus, et productionibus jurium, Teſtium, et Inſtrumentorum contra prædicta, et inde præfatus Magnificus, et Potens *D. D.* Gaspar Procurator, et Procuratorio nomine præfati Illuſtriſſimi *D. D. D*ucis Mediolani etc. juſſit, et mandavit, et præfati Egregii, et Nobiles Cives Saonæ Sindici, et Procuratores, Sindicario et Procuratorio nomine, dictæ Notabilis Communitatis Saonæ, rogaverunt per me Johannem Franciſcum Galinam Secretarium, et Notarium infraſcriptum de prædictis omnibus, et ſingulis publicum confici debere Inſtrumentum unum, et plura ejusdem tenoris, Præſentibus Magnifico, et Potenti Viro *D.* Franciſco de Vicecomitibus, dicto Carmagnola Comite Caſtri Novi, Spectabilibus *D.* Tadiolo de Vicomercato Conſiliariis, Conradino de Vicomercato Filio quondam *D.* Thomæ, et Zanino Ritio Secretariis præfati Illuſtriſſimi *D. D. D*ucis Mediolani etc. et Egregiis, et Nobilibus Viris Johanne de Rubertis de Tripoli Filio quondam *D*omini Filippi habitante in Caſtro Sancti Martini de Rubertis, *D.* Jacobo de Milio Filio quondam *D.* Antonii Legum *D*octore, *D.* Chriſtophoro de Ghilinis Magiſtro Intratarum *D*ucalium, Paulino de Raude Filio quondam *D.* Andrioli, et Bertololo de Crivellis Filio quondam *D.* Guidetti, et quampluribus aliis inde Teſtibus notis, vocatis, et ſpecialiter ad prædicta rogatis.

Ego Beltraminus de Reſtis Filiis *D.* Anthonii Civitatis Mediolani Imperiali auctoritate Notarius hanc Cartam ſcripſi.

LV.

Digitized by Google

LV.

Capitula post deditionem atque subjectionem Communitatis Savonæ, Philippo Mariæ Anglo, Duci Mediolanensi porrecta, quibus eadem Communitas conservationem privilegiorum suorum, consvetudinum atque conventionum cum exteris factarum petiit, eorumque confirmationem a laudato Duce obtinuit, d. d. 19. Mart. An. 1422.

Filippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Annuere volentes quantum decet factis nobis requisitionibus parte Notabilis, & Circumspectæ Communitatis nostræ Civitatis Saonæ per Egregios, & sapientes Viros Dominum severinum de Gambarana Legum Doctorem, Raphaelem de Riario, Gasparem Vagienum, Julianum Corsium, Paulum Sansonum, & Honofrium Pavesium Dilectos Cives nostros Saonæ, ac Ambasiatores, Sindicos, & Procuratores Communitatis antedictæ circa porrecta nobis per ipsos Ambasiatores parte ipsius Communitatis Capitula infrascripta, ea fieri fecimus Responsiones nostras pro ut infra distincte, & particulariter annotatum est, mandando Reverendis, spectabilibus & Egregiis Consiliariis nostris in Janua, nec non Potestati nostro Saonæ, ac omnibus, & singulis officialibus nostris, præsentibus & futuris, ad quos spectat, & spectabit, quatenus easdem Responsiones nostras, & quamlibet earum, pro ut ad litteram jacent absque ulla exceptione servent, & faciant inviolabiliter observari, contra eas, & contenta in eis quovis modo nequaquam attentando, nec aliqualiter permittendo sub pœna nostro arbitrio inferenda.

Quorum quidem Capitulorum, & Responsionum nostrarum ad eadem Capitula factarum tenores sequuntur videlicet: Infrascripta sunt Capitula porrecta Illustrissimo Domino nostro per Ambasiatores Communitatis Civitatis Saonæ, requirentes, & supplicantes, ut prælibatus Illustrissimus Dominus noster dignetur ea benigne approbare, & eis gratum responsum adhibere.

primo quod omnes Franchisiæ, Immunitates, & quæcumque Libertates, & Privilegia, quas, & quæ ipsa Saonæ Communitas, Cives, & habitatores, ac etiam Districtuales Saonæ habent, & soliti sunt habere in Civitate, & Districtu Januæ, manuteneantur, & conserventur eisdem omnibus prænominatis tam communiter, quam divisim, & quod Conventiones alias factæ inter Commune Januæ ex una parte, & inter Commune Saonæ ex alia parte, seu vice, & nomine ipsarum Communitatum, & præsertim factæ sub anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, die decimo nono Februarii, & sub Anno Domini 1323. die decimo nono Julii, tempore Regis Roberti, ac etiam omnes aliæ Conventiones, & ipsarum omnium Conventionum additiones, & declarationes postmodum factæ inter prædicta Communia, seu vice, & nomine ipsarum Communitatum, sint & esse debeant, ac etiam remaneant, & remanere debeant perpetuo in eisdem forma, esse, sensu, condicione, gradu, statu, & usu, pro ut jacent ad litteram, & sicut fuit, & est ibidem usitatum, & perpetuam roboris firmitatem obtineant, & obtinere debeant in omnibus, & per omnia, pro ut, & sicut in ipsis continetur.

Item quod omnes Conventiones, & Pacta quæcumque initæ, & facta temporibus retro actis, vice, & nomine Communitatis, Saonæ a sex Annis ultra cum Magnificis Marchionibus de Carreto, seu cum quibusdam aliis Dominis, Communitatibus, Corporibus, Collegiis, & universitatibus, & ipsius Civitatis privilegia quæcumque sint perpetuo, & esse debeant firmæ, & firma, ac etiam remaneant, & remanere debeant semper, pro ut, & sicut in ipsis continetur.

Item, quod ipsa vestra Saonæ Civitas, & Antiani, & Consilium ipsius Civitatis cum suo universo, & toto Districtu cum suis Burgis, & castris & Locis, Terris, & Villis possint, & perpetuo valeant sese regere, ordinare, & gubernare eorum more solito, & pro ut ibidem jam longo tempore transacto fuit, & est usitatum, & secundum statuta & Privilegia, Consuetudines ibi consueta, & consuetas, ac etiam quod Potestates, & cæteri Officiales Saonæ teneantur, & debeant perpetuo administrare jus, & justitiam, regere, summarie judicare, & cætera eorum officiis incumbentia peragere, secundum ipsius Civitatis Leges municipales, seu Statuta factas, fiendas, vel facta, & fienda, ac etiam secundum ordines, consuetudines, & bonos mores ejusdem Civitatis, & in defectu ipsarum, & ipsorum, secundum Leges Communes Imperiales, & cum potestate plena addendi ad ipsas Reges municipales, & ordines corrigendi, & de novo faciendi, pro ut hactenus ibidem fuit, & est usitatum.

Item, quod ipsum Commune Saonæ, vel aliquis Civis, seu Habitator, ac Districtualis Saonensis numquam possint, seu valeant civiliter, seu criminaliter trahi ad aliquod judicium, vel aliter conveniri, seu aliter quoquomodo, per directum vel per indirectum, inquietari, turbari, molestari, aut condemnari extra Civitatem, & Districtum Saonæ, nisi pro ut in Conventionibus Januæ, & Saonæ continetur, immo, quod in ipsa Civitate Saonæ trahi ad Judi-

Digitized by Google

cium, conveniri, condemnari, vel absolvi debeant per Officiales Saonæ, seu per jus dicentes, & reddentes ibidem occaxione cujuscumque Causæ Civilis, vel Criminalis imposterum movendæ contra prænominatos, seu contra aliquem ipsorum communiter vel divisim.

Responsio Domini ad suprascripta quatuor Capitula, Dominus dispositus semper complacere Communitati prædictæ, & eam bene tractare, contentus est quod fiat pro ut in eis Capitulis continetur, reservata semper potestate præfato Domino addendi, dimminuendi, declarandi, & providendi, pro ut ei videbitur.

Item quod ipsum Commune Saonæ, Cives, vel Habitatores, seu Districtuales aliqui Saonæ nullo tempore per aliquem possint, seu valeant damnificari, lædi, seu quoquovis modo aggravari, vel molestari, directe vel indirecte, aliquibus mutuo, collecta, gabella novo usu, seu quavis alia impositione, vel ex actione, seu gravamine personali, nisi in illis, in quibus, prout, & sicut in ipsa Civitate Saonæ, & ejus Districtu, seu Territorio fuit, & est consuetum per longas consuetudines retroactas, & per longa tempora ibidem fuit usitatum.

Responsio Domini ad istud quintum Capitulum. Dominus dispositus est dictam Communitatem bene tractare, & eam, quantum poterit, ab oneribus reservare.

Item, quod Potestas, & Castellani, & cæteri omnes officiales Saonæ in principio eorum regiminis debeant, & teneantur jurare, & jurent observare omnia Capitula Saonæ facta, & fienda, & juxta formam, & tenorem Capitulorum Saonæ, pro ut jacent ad litteram, nullo extraneo intellectu habito.

Responsio Domini ad prædictum sextum Capitulum. Dominus contentus est, quod fiat, pro ut in suprascripto Capitulo continetur respectu Officialium, respectu vero Castellanorum, Dominus vult, quod remaneant in ejus dispositione.

Item quod ipsi omnes prænominati officiales sint, & esse debeant Ghibellini, ac debeant, & etiam præcise teneantur manutenere, tenere, ac etiam observare Partem Ghibellinam in Civitate, posse, & districtu Saonæ, & ejus Districtu aliquod officium exercere, seu obtinere aliquam Castellanariam.

Responsio Domini ad prædictum septimum Capitulum. Apud Deum non est exceptio personarum, nec etiam Dominus intendit apud ipsum esse, ideo providebit circa contenta in Capitulo per modum, quo poterunt merito contentari.

Item quod prædicti omnes Officiales in fine eorum Officii sindicentur, & debeant sindicari semper in Civitate Saonæ, pro ut, & sicut ibidem fuit usitatum, & consuetum per longa tempora, & juxta tenorem Capitulorum Saonæ factorum, fiendorumve.

Responsio Domini ad prædictum octavum Capitulum, Dominus contentus est, quod fiat, pro ut in ipso Capitulo continetur.

Item quod prælibata Dominatio velit, & dignetur manutenere, & perpetuo defendere effectualiter cum ipsius inclytæ Dominationis armis, ingeniis, gentibus armigeris tam equestribus, quam pedestribus, & ejus propriis sumptibus, ipsum Commune, & Homines Districtuales, Feudatarios, seu Vassallos Saonæ a quibuscumque inimicis, & contra quoscumque emulos Guerram, seu Bellum quommodocumque, & qualitercumque imposterum moventibus, & moventes in futurum contra ipsorum Commune, Homines, Vassallos, ac Districtuales Saonenses, & quod ipsis Communitati, Hominibus, Districtualibus, & Feudatariis Saonæ eadem inclyta Dominatio auxiliabitur, & favorem præbebit, & opem juxta ipsius prælibatæ Dominationis suum posse, & posibilitatem.

Responsio Domini ad prædictum nonum Capitulum. Dominus considerans contenta in prædicto Capitulo ad eum pertinere, & dispositus dictam Civitatem conservare, exigente quocumque casu, providebit pro ut ei videbitur convenire, & fuerit opportunum.

Item quod ipsum Commune, Homines, Districtuales, & Vassalli Saonæ perpetuo sint liberi, franchi, & immunes tam in ære, quam in personis in quibuscumque Civitatibus, Locis, & Terris, tam in Mari, quam in Terra, in quibus, & prout, & sicut soliti sunt esse, ubicumque habere, & tenere.

Responsio Domini ad prædictum decimum Capitulum: Dominus quantum cum Justicia, & honore poterit, semper favebit, ut Franchisiæ, & Immunitates, & Libertates, de quibus in Capitulo fit mentio, dictæ Communitati observentur.

Item quod prælibata Dominatio velit, & dignetur ordinare, providere, & per modum congruum adhiberi velle, quod nonnulli Cives, seu Districtuales, & Habitatores Saonæ possint, & effectualiter valeant habere, & consequi a spectabili Domina Maria relicta quondam Domini Antonii ex Marchionibus de Carreto Tutrice, Curatrice, seu Gubernatrice Johannis Bertholomei Filii ipsorum jugalium quasdam Pecuniarum quantitates, quas ipsi prænominati habere, & recipere debent juridice, & debito modo a prænominatis Domina Maria, & Johanne Bertholomeo, quia alias ipsi Cives solverunt fidejussorio nomine ipsius quondam Domini Antonii quasdam Pecuniarum quantitates aliquibus creditoribus ipsius, ac etiam sæpe sæpius ad instantiam prædictorum

Digitized by Google

rum Civium prædicta Domina Maria fuit requisita, quatenus satisfacere velit ipsis, quæ semper renuit, & recusat, immo, quod deterius est, trusatur de ipsis, licet contra Deum, Jus, & Justiciam; Quare super præmissis dignetur eadem devotissima Dominatio de remedio opportuno provideri velle, & in Mandatis dare, & præcipere Magnificis Dominis Gubernatoribus vestris Civitatis Januæ, ac spectabili Domino Potestati Saonæ, & in, & super præmissis opetentur, & taliter faciant, brevius quam poterunt, & efficacius quod ipsi prænominati Cives habeant, consequantur, & consequi possint omne illud, & quicquid a prædicta Domina Maria dicto nomine habere, & recipere debent, vel aliter provideatur, pro ut, & sicut videatur expediens eidem vestræ Celsitudini.

Responsio Domini ad prædictum undecimum Capitulum. Dominus favorabilis erit tam per ejus Litteras, quam alio quocumque honesto modo, quod Cives, & Districtuales Saonæ suum debitum consequantur a Domina Maria in Capitulo nominata.

Item, velit, & dignetur eadem vestra Metuendissima Dominatio committere, & stricte præcipiendo mandare præfatis Dominis Gubernatoribus, Potestati, & cæteris quibuscumque Officialibus vestris Januæ & Saonæ, & omnibus aliis vestris Officialibus præsentibus, & futuris, & per vestras Litteras Patentes his præsentibus annexas, quatenus inviolabiliter, & perpetuo observent, & observari faciant, curent, effectualiter, & omnino debeant omnia, & quæcumque Capitula suprascripta cum eorum vestris Responsionibus, ac etiam quod manuteneant, protegant, & defendant Commune, Cives, & Districtuales Saonæ a Communitate, Duganeriis, seu Pedagiis Januæ, & observent, & observari faciant Conventiones inter ipsa Communia, seu nomine, & vice ipsarum Communitatum factas, præsertim sub Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, & sub millesimo tercentesimo trigesimo secundo, pro ut jacent ad litteram, nullo extraneo intellectu subaudito, & in nullo attentent, seu attentari valeant, vel præsumant violare, corrumpere, vel annullare prædicta Capitula, seu prædictas Conventiones, immo observent, & faciant observari in omnibus & per omnia, pro ut, & sicut in ipsis omnibus, & singulis continetur.

Responsio Domini ad istud ultimum Capitulum. Dominus dispositus dictam Communitatem per suos semper bene tractari favorabiliter imponet futuris Præsidentibus, & Officialibus Januæ, & Saonæ juxta requisita per seriem ipsius Capituli. In quorum Testimonium præsentes fieri, & registrari jussimus, nostrique Sigilli appensione muniri. Datum Galiabe de XVIIII. Martii. M.CCCC.XXII. Indictione quinta decima.

Signatum,

Johannes Franciscus.

LVI.

Approbatio pacis conventæ inter Alphonsum, Aragoniæ Regem, necnon Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, ex parte Ducis, una cum Renunciatione jurium ipsi in Comitatum Bonifacii & Calvi, ac Regnum Corsicae competentium, d. d. 29. Mart. Anno 1426.

In nomine Domini Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, Indictione quarta, die Veneris Sancto, vigesima nona mensis Martii. Cum per, & inter Serenissimum, & Excellentissimum Principem, & Dominum Dominum Alfonsum, Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ Regem, Comitem Barchinonæ, Ducem Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitem Rossillionis, & Ceritaniæ, seu Spectabiles Viros Bernardum de Corbaria, & Andream de Brure Milites, Nuntios, Procuratores, & Ambassiatores, & Procuratorio nomine præfati Domini Regis ex una parte, & Illustrissimum, ac Potentissimum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, seu Spectabilem Virum Antonium de Ofzate Generalem, Collateralem, Commissarium, & Procuratorem, & nomine Procuratorio præfati Domini Ducis ex parte altera, concedente altissimo, a quo universa bona procedunt, fuerit inita, facta, & firmata bona, vera, & cordialis Compositio, Pax, Amicitia, & Confederatio, nec non Unio, & Liga certis modis, & formis contentis in Instrumento inde confecto dato apud Portum Pisanum super galea, de qua Patronus est Bernardus de Vilamari Diocesis Gerundinensis secunda die Martii Anno prædicto clauso per me Franciscum Axalo Secretarium, & Notarium infrascriptum, considerato etiam virtute cujusdam Capituli ex contentis in dicto Instrumento dictum Dominum Ducem, pro se, & suis Haeredibus, & Successoribus teneri, & esse obligatum ad renuntiationem infrascriptam faciendam sub obligatione omnium bonorum suorum, ac pœna centum millium Ducatorum auri, & in auro; idcirco præfatus Dominus Dux volens inita, & firmata, & jurata per dictum suum Procuratorem exequi, & complere, ac totaliter ad effectum deducere, visis, & ostensis sibi omnibus Capitulis, & unoquoque ipsorum in dicto Instrumento contentis, initis, & firmatis per & inter dictos Bernar-

Digitized by Google

dum de Corbaria, & Andream de Brure, nec non Antonium de Olzate, nominibus quibus ſupra, gratis, & ex dicta certa ſcientia, ſolemniter, & conſulte pro ſe, & dictis ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus eis melioribus modis, juribus, viis, & formis, quibus, & pro ut melius potuit, & poteſt, ad plenum de his informatus, ratificavit approbavit, emologavit, & laudavit, & ratificat, approbat, emologat, & laudat, & de novo ad majorem, & ſuperabundantem cautelam fecit, iniit, & firmavit, ac facit, init, & firmat dictas Compoſitionem, Pacem, Amicitiam, Confederationem, nec non Unionem, & Ligam, & demum omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, & latius ſpecificata, nec non etiam præfatus Dominus Dux gratis, & de dicta certa ſcientia ſolemniter, & expreſſe pro ſe, & dictis ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus tamquam Dominus Januæ, & Januenſium, & pro melius, & efficatius potuit, & poteſt, inſtantibus, & requirentibus præfatis Militibus, Ambaſſiatoribus, & Procuratoribus præfati Domini Regis, nec non etiam ad inſtantiam noſtrum Notariorum præ, & infraſcriptorum, ut publicarum Perſonarum ſtipulantium, & recipientium nomine præfati Domini Regis, & ſuorum Hæredum, & Succeſſorum, & omnium, quorum intereſt, & intereſſe poteſt, & poterit in futurum, pleniſſime de his informatus ceſſit, & renuntiavit, ac cedit, & renuntiat cuilibet juri, ſi quod habet, & habere poteſt in Caſtris, & ſeu Comitatibus Bonifatii, & Calvi, nec non Juri, ſi quod habet, nomine ut ſupra, in Regno Corſicæ, & quibuscumque Locis, Terris, & Caſtris, quæ per eum, ſeu nomine ſuæ Dominationis, ſeu Commune Januæ tenentur, & poſſidentur in dicto Regno cum Juribus, & Pertinentiis eorumdem, & pro ut in prædicto Inſtrumento, ad quod iſta referuntur, plenius & latius continetur; quæ quidem omnia, & ſingula prædicta præfatus Dominus Dux promiſit, & promittit per ſolemnem ſtipulationem ſub ſui bonorumque ſuorum præſentium & futurorum obligatione, ac juravit, & jurat ad Sancta Dei Evangelia, manu corporaliter tactis Scripturis, in manibus noſtrum Notariorum recipientium nomine præfati Domini Regis attendere, & obſervare, & attendi & obſervari facere ſub dicta pœna centum millium Ducatorum Parti obſervanti applicandorum per Partem non obſervantem; & quæ omnia fecit, & facit præfatus Dominus Dux cum, & ſub his Pacto, Lege, & Conditione, quod præfatus Dominus Rex perſonaliter ſimilem Ratificationem, Approbationem, ac de novo firmationem pro ut ſupra, per eumdem Dominum Ducem actum eſt; quibus ſic peractis dictus Dominus Dux rogavit utrumque noſtrum Notariorum de his fieri, & confici unum, & plura publica Inſtrumenta unius, & ejusdem tenoris in Teſtimonium præmiſſorum. Actum Mediolani, in Caſtro Porte Jovis, in quo reſidet præfatus Dominus Dux, præſentibus Spectabili Oldrado de Lampugnano Filio quondam Sapientis, & Egregii Legum Doctoris Domini Uberti Portæ Vercellinae Parochiæ Sancti Joannis ſupra murum Camerario præfati Domini Ducis, Egregiis Georgio dicto Scaramuzia de Sancto Georgio Filio Dominicæ Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Prothaſii in Campo intus ſimiliter Camerario præfati Domini Ducis, Tebaldo de Seratico Filio quondam Domini Piſelli Caſtellano, & Habitatore dicti Caſtri Portæ Jovis, & Joanne de Balbis Filio Andoardi ſupraſcriptarum Portæ Vercellinæ Parochiæ Sancti Joannis Familiari, præfati *Domini Ducis*, omnibus Habitatoribus Mediolani nec non Nobilibus Viris Arnaldo de Palon Patrono Galeæ Galterando *Dortal*, & Georgio de la Via Principatus Cathaloniæ, Teſtibus ad prædicta vocatis, notis, idoneis, & rogatis.

Subſcriptiones Notariorum, qui de prædictis confecerunt Inſtrumentum, & illud ſubſcripſerunt infraſcriptorum ſunt tenorum, videlicet.

Signum mei Franciſci Axalo præfati Sereniſſimi *Domini* Regis Scriptoris Mandati, ac Illuſtriſſimi *Domini* Infantis, Petri Aragonum, Siciliæ &c. Secretarii, auctoritatibusque Apoſtolica ubique, & dicti *Domini* Regis per totam Terram, & *Dominationem* ſuam Notarii publici, qui una cum Notario, qui ſe inferius manu propria ſubſcripſit, prædictis rogatus, & vocatus interfui, eaque ſcribi feci, & clauſi; Corrigitur autem de raſis in linea decima octava Parti obſervanti.

Ego *Donatus* de Ciſero de Herba Filius quondam *Domini* Marchiſii Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Fidelis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Scriba præfati *Domini Ducis* prædictis rogatus interfui, & hoc Inſtrumentum confeci, tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus hic appoſui conſuetum ad fidem, & in Teſtimonium praemiſſorum, facta correctione, de qua fit mentio in ſupraſcripta ſubſcriptione ſupraſcripti Notarii, qui una mecum, & ego cum eo prædictum confecimus Inſtrumentum.

LVII.

Pax atque compoſitio inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem Januaeque Dominum ab una; Communitates vero Lucerniae, Uraniae & Undervvalden ab altera parte, ſuper nonnullis quaeſtionibus, litibus atque controverſiis jam dudum inter eos exortis atque in bellum deductis, ſtabilitae, d. d. 21. Jul. An. 1426.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

ANno a Nativitate *Domini* milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione quarta, die *Dominico* vigeſimo primo menſis Julii ſecundum morem, & ſtilum almæ Civitatis Mediolani. Cum diu ſuper nonnullis Quæſtionibus, Litibus, *Diſcordiis*, *Differentiis*, & *Debatis* vigentibus inter Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum *Dominum*, *Dominum*

Digitized by Google

num Filippum Mariam Anglum *Ducem* Mediolani &c. Papiæ, Angleriaeque Comitem, ac Januiæ *Dominum*, Natum quondam numquam delendæ memoriæ Illustrisſimi Principis, & Excellentisſimi *Domini Domini* Johannis Galeaz olim primi *Ducis* Mediolani &c. & agentes pro eo & ejus nomine parte una, & Magnificas, Excelſasque Communitates Luceriæ, Uraniæ, & Undervvalden infra Silvam, & agentes pro eis, & earum nominibus, parte una, durae Guerræ, & ſtrepitus Bellorum actae fuerint occaxione Comitatus Leventinae, Oppidi, ſeu Terrae, & Caſtrorum Berinzonæ, Vallis *Domiaſulae*, ſeu Curiæ Matarellæ, & pertinentiarum, ac meri & miſti Imperii, & gladii temporalis poteſtatis dicentibus & agentibus pro eo dictos Comitatum, Caſtra, Terram, ſeu Curiam, merum, & miſtum Imperium, & gladii poteſtatem, & quilibet eorum pertinere, & ſpectare pleno Jure præfato *Domino Duci*, & ejus Cameræ *Ducali*, ipſumque *Dominum Ducem* in et ſuper prædictis habere meliora, & pociora Jura, quam habeant præfatæ Communitates pluribus rationibus, & cauſis, & maxime qui praefatus *Dominus* Dux, & ejus Progenitores per tanti temporis ſpatium, cujus Principis memoria hominum in contrarium non exiſtit, fuerunt, & de præſenti eſt ipſe *Dominus Dux* in pacifica poſſeſſione, & tenuta praedictorum omnium, de quibus ſupra fit mentio; & quia praedicta ſunt intra Limites ſui *Dominii*, & quia de ipſis diſpoſuit, ac præfati ejus Progenitores diſpoſuerunt pro eorum libito voluntatis, & ut communiter diſponunt *Domini* rerum, de ipſis rebus, et bonis ſuis; & praefatis Communitatibus et aſſerentibus ſeſe habere meliora, et potiora Jura in et ſuper prædictis, et quolibet eorum, quam habeat præfatus *Dominus Dux*, praedicta etiam omnia, et quodlibet eorum praefatis Communitatibus ſpectare et pertinere pleno jure, pluribus rationibus et cauſis, et maxime qui a praefatis Communitatibus exiſtentibus in pacifica poſſeſſione praedictorum, idem *Dominus Dux* ipſas Communitates praedictis bonis de facto privavit, et ſpoliavit, et quia praefatae Comunitates de proprietatibus praedictis, et bonis bonum, verum, et juſtum titulum, & datum habuerunt ab ipſis, in quorum bonis praedicta fuerunt, et tam per Imperialia Privilegia confirmantia eorum Jura, quam per alia *Documenta*; et prafato *Domino Duce*, et Agentibus pro eo negantibus, multaque etiam alia dicentibus et allegantibus ipſis Partibus, & Agentibus pro eis, quo diffidebantur ad invicem ipſae Partes, ex quibus omnibus res dubia erat, et de maximis Guerris, & Bellorum ſtrepitibus, ac litibus, quaeſtionibus, et diſcordiis dubitabatur in futurum.

Tandem Magnificus, et Potens Ottolinus Zoppus, Natus Magnifici *Domini* Quirici habitans in Civitate Mediolani in Porta Vercellina, in Parochia ſanctae Mariae ad Portam, Camerarius ipſius *Domini Ducis*, ac Commiſſarius. Ambaſſiator, Nuncius, et Procurator, et Procuratorio et Commiſſario nomine ipſius *Domini Ducis* parte una, et Spectabiles, et circumſpecti Viri *Domini* Veruherus Fanierbus Vicaridus, et Veruherus Reller Conſiliarius, ambo Sindici, Nuntii. Ambaſſiatores, & Procuratores Communitatis, & Univerſitatis Luceriæ, Henrichus Beroldingen, Vicarius, Arnoldus de Solaria, & Bernardus de Mantedis, omnes Nuncii, Sindici, Ambaſſiatores, et Procuratores Univerſitatis, & Communitatis Uraniæ, & Arnoldus Villix dictus Amſem Nuncius, Ambaſſiator, Sindicus & Procurator Communitatis, et Univerſitatis de Undervalden infra Silvam, parte altera, volentes dictas Guerras, et Bellorum ſtrepitus reſcindere, et penitus tollere, dictisque Litibus, et Quæſtionibus perpetuum ſilentium, et finem imponere, ipſarumque Partium parcere laboribus. et expenſis, et precibus etiam amicorum ipſarum Partium intervenientibus pervenerunt, et perveniunt ad infraſcripta titulo Transactionis, Compoſitionis, Pacis, & Concordiæ perpetuo duratura, bona fide, & ſine fraude, ut infra, videlicet:

Imprimis quatenus dictæ Partes ſibi viciſſim, ſcilicet una Pars alteri, et altera alteri, et Subditis ſuis quibuscumque teneantur remittere, & tenore præſentium remiſerunt, et remittunt omnia dampna, injurias, incendia, homicidia, prædas, invaſiones, et offenſiones reales, et perſonales, ſpolia, rapinas, et quævis alia dampna, rancores, odia, et inimicitias ſibi mutuo qualitercumque, et quommodocumque illatas, et factas a toto tempore præterito usque in præſentem diem, volentes, ac expreſſe promittentes dictae Partes, dictis modis, et nominibus, quod inter easdem partes ſit bona, perpetua, et inviolabilis Pax, et Concordia perpetuis temporibus amodò inviolabiliter, et inconcuſſe duratura bona fide, et ſine fraude, et dolo, eamque Pacem, et Concordiam dictae Partes dictis nominibus tempore praeſentium inierunt ſolempniter, firmant, roborant, et ſolemnizant modo, et forma praedictis, et infradictis.

Item quatenus dictae Partes, et utraque earum dictis modis, et nominibus non debeant movere Guerram, nec aliam noxiam novitatem facere per ſe ſe, aut alium, ſeu alios ſibi invicem, una Pars contra aliam, et alia contra aliam, aut contra eorum Subditos, et Incolas, ut ſupra, nec contra ipſos, aut eorum Bona, Terras, et Loca quavis occaſione, vel cauſa, nec moventi, vel moventibus Domino, vel Dominis, Communitati, vel Perſonae, cujusvis ſtatus, gradus, conditionis, vel praeheminentiae exiſtat, praebere receptaculum, tranſitum, victualia, auxilium, conſilium, vel favorem, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, vel alio quovis quaeſito colore.

Item quatenus praefatae Communitates teneantur facere, et praeſentium tenore praedicti eorum Sindici, Ambaſſiatores, Oratores, Procuratores, et Nuntii dictis modis, et nominibus tenore praeſentium fecerunt, et faciunt Transactionem, Conventionem, Pactum, et quietationem de praedictis Comitatu Leventinae, Caſtris, Oppidis, et Terra Berinzonae, ac de Valle *Domoſſulae*, ſeu Curia Mattarellae, et de eorum Jurisdictionibus, mero, et miſto Imperio, et gladii poteſtate, et de omnibus et ſingulis eorum

Digitized by Google

Juribus, Actionibus, Pertinentiis, Dominiis Proprietate, et Poſſeſſione, quae, et quas praefatae Communitates, vel aliqua earum, et earum Homines Communiter vel diviſim habent, et habere poſſent quocumque jure, vel titulo honoroſo, vel lucrativo quommodocumque, vel qualitercumque, et generaliter in, et de omnibus aliis Vallibus, Locis, et Terris, ac Jurisdictionibus, eorumque, et cujuslibet eorum Territoriis, et Pertinentiis, ſeu Juribus quibuscumque, maxime quæ tenta, & obſeſſa fuerunt, vel quaſi citra montes per Illuſtriſſimos Dominos Vicecomites, ſeu Progenitores praefati Domini Ducis Mediolani, ullo umquam tempore præterito, vel præſenti, ſalvis tamen proprietatibus, Juribus, & Actionibus ſingularium perſonarum dictarum Communitatum, ſi quas in dictis Territoriis, vel in aliquo eorum, vel alibi in Dominio præfati Domini Ducis juſto titulo poſſident, & habere prætendunt, illa præmiſſa totaliter transferunt, dant, remittunt, pariter, & tradunt omni meliori, & validiori titulo, quo poſſunt, praedicta bona, & Valles cum omnibus ipſorum Dominiis, Pertinentiis, Appenditiis, & Juribus in eumdem Dominum Ducem, ſeu eidem Domino Duci, & ejus Hæredibus, ſeu eidem dicto ſuo Procuratori, & nobis Notariis infraſcriptis, ac utrique noſtrum in ſolidum Perſonis publicis praeſentibus, et recipientibus, ac ſolemniter ſtipulantibus, nomine & vice, & ad partem, & utilitatem ejusdem Domini Ducis, & ſuorum Hæredum tantum, aſſerentes et dicentes dicti Procuratores dictis modis, & nominibus, eorum bona fide, ſine fraude, quod nullum in quamvis Perſonam, Dominum, vel Communitatem de præſcriptis Juribus, Terris, Locis, Rebus, Vallibus, & Jurisdictionibus, vel de aliqua earum alienationem, ceſſionem, aut translationem quovis titulo fecerunt, vel fieri procuraverunt, ſalvis tamen proprietatibus ſingularium Perſonarum ut ſupra, Dicta igitur principalis translatio, & remiſſio, ut præfertur, facta eſt, & fit per præfatos Sindicos, & Procuratores, dictis modis & nominibus, prædicto Ottolino dicto nomine præſenti, ſtipulanti & recipienti, pretio & nomine pretii Florenorum decem millium, & unius Ren. ſolvendorum Locis, & terminis, & ſub pactis, & poenis infraſcriptis tam ratione, & occaxione Jurium, & Actionum, quæ, & quas dictae Communitates praetendebant, habere in prædictis Terris, & Locis, quam ratione, & occaſione emptionis praedictorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum, ac imperticionum eorumdem Locorum, ac expenſarum, & onerum, quae, & quas usque in praeſentem diem ſuſtinuerunt, & habuerunt, & alia ratione, & cauſa, videlicet Florenos tres mille trecentum triginta tres Ren. Soldos triginta, & denarios octo Imperiales nunc de præſenti ſine dilacione ulteriori, quos Florenos tres mille trecentum triginta tres Ren. Soldos quatuor, & denarios octo Imperiales præfati Domini Sindici, & Procuratores dictis modis, & nominibus contenti, & confeſſi fuerunt, & ſunt, recepiſſe, & habuiſſe, & ibidem præſentialiter, realiter & vere receperunt, & habuerunt a praefato Ottolino dicto nomine praeſente, ſtipulante, & recipiente, & per eum dicto nomine a præfato Domino Duce ex, & de denariis propriis ipſius Domini Sindici, & Procuratores dictis nominibus exceptioni non receptorum dictorum Florenorum trium millium trecentum triginta trium Ren. Soldorum triginta, et denariorum octo Imperialium, & ſpei futurae receptionis, & omni probationi, & defenſioni in contrarium. Reſiduum vero dictorum Florenorum decem millium, et unius Ren. quod eſt Florenorum ſex mille ſex centum ſexaginta ſeptem Ren. Soldorum quindecim, et denariorum quatuor Imperialium praefatus Ottolinus dicto Procuratorio, et Commiſſario nomine, et per eum praefatus Dominus Dux dare teneatur, et debeat praefatis Communitatibus, aut earum legiptomo Nuncio, et Procuratori in Chalendis Menſis Februarii proxime futuri, aut infra octavum diem ipſius Menſis inclusive in loco Ayralae Vallis Leventinae, ita, et taliter, quod praefatus Dominus Dux teneatur, et debeat praefatis Communitatibus, et dicto cuilibet eorum legiptimo bonum, et liberum Salvum Conductum facere, et concedere, quod ſecurè portentur dicti denarii usque ad limites ſui Ducalis Dominii verſus limites dictarum Communitatum, et in earum Communitatum, vel alicujus earum tutam Patriam in Periculo, et expenſis dicti Domini Ducis.

Item quatenus dicti Sindici, et Procuratores dictis nominibus teneantur, et debeant renuntiare, et ex nunc tenore praeſentium renunciaverunt, et renuntiant quibuslibet Inſtrumentis, Documentis, Litteris, Privilegiis, et Acquiſitionibus, quae, et quas praefatae Communitates habent de ipſis Terris, Caſtris, Locis, et Bonis ſuperius Specificatis in manibus praefati Ottolini dicto nomine, et noſtrum Notariorum infraſcriptorum Perſonarum publicarum, et utriusque noſtrum in ſolidum ſtipulantium, et recipientium, nomine, et vice, et ad partem, et utilitatem praefati Domine Ducis, dictaque omnia Inſtrumenta, Documenta, Litteras, Privilegia, et Acquiſitiones concernentia dicta bona ſuperius ſpecificata dumtaxat tenore praeſentium irritarunt annullarunt, caſſarunt, et abolerunt, et irritant, caſſant, et abolent, ita, et taliter quod eis in praejudicium praefati Domini Ducis, nec ejus Haeredum tantum ullo umquam tempore uti non valeant, ſed in caſu quo uti velint, et poſſint in praejudicium, ut ſupra tantum, habeantur pro infectis, abolitis, irritis, et annullatis, reſervatis tamen præfatis Communitatibus quibuscumque aliis contentis in dictis Privilegiis, de quibus ſupra fit mentio, et ſine eorum præjudicio, et ſalvis ſemper, et firmis manentibus omnibus et ſingulis ſupraſcriptis, et infraſcriptis, et ſine eorum præjudicio.

Item quatenus prædicti Nuntii, Sindici, & Procuratores dictis Nominibus teneantur, & debeant liberare, quietare, & abſolvere, & tenore præſentium liberant, quietant, & abſolvunt nos Notarios infraſcriptos, & utrumque noſtrum in ſolidum Perſonas publicas ſtipulantes, & recipientes, nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem omni-

Digitized by Google

omnium & ſingulorum præfati Domini Ducis Subditorum, & maxime Hominum, & Incolarum prædictarum Vallis Leventinæ, Terræ Birinzonæ, & Vallis Domioſſulæ, & Partium ipſarum, & per nos Notarios infraſcriptos, & utrumque noſtrum in ſolidum ipſos omnes Subditos, Homines, & Incolas, & item ipſos omnes Homines, Subditos, & Incolas ab omnibus Proceſſibus, Promiſſionibus, Juramentis, Fidelitatibus, Obedientiis, Homagiis, Condemnationibus, mulctis, & obligationibus, quibus tenerentur, & quomodolibet teneri, & obligati dici, & excogitari poſſint ipſis Communitatibus, ſeu ſingularibus Perſonis ipſarum Communitatum, & cujuslibet earum, & ex nunc ipſas Proceſſus, Promiſſiones, Juramenta, Fidelitates, Obligationes, Condempnationes, atque Mulctas annullant, & irritant, ac pro nullis, & irritatis haberi volunt, & intendunt, & maxime illas Obligationes, & Inſtrumenta quibus ſe obligaverunt Commune, & Homines, ſeu ſingulares Perſonæ Domioſſulæ, & Locorum prædictorum, & pertinentiarum Hominibus dictorum Communitatum, aut alicujus earum Officialibus, ſeu ſingularibus Perſonis earumdem Communitatum, cauſa & occaxione emptionis, ſeu alienationum bonorum, rerum, & jurium Hominum Domioſſulæ, & præfatorum Locorum rebellium, vel non obedientium ipſis Communitatibus, ſeu earum Officialibus, omni ceſſante, obligatione, ſalvis tamen ſi Inſtrumenta hujusmodi, & Obligationes ipſæ forent, & eſſent ex cauſa mercantiæ, debiti, vel alio juſto titulo, ſeu contractu, vel quaſi ſervandum, quod tunc, & eo caſu in præſenti Capitulo quietacionis, & liberacionis non intelligantur, nec comprehenſa ſint, ſed in ſuo robore permaneant, ac ſi præſens Capitulum factum non eſſet, & locum non haberet.

Item, quatenus dictæ Communitates de Luceria, Urania, & Undervalden infra Silvam, & Homines ipſarum Communitatum, & cujuslibet earum, & omnes Habitatores, & Incolæ earumdem, & cujuslibet earum & omnes eorum Nuncii, Coadjutores, Factores, & Negociorum Geſtores, & earum Communitatum Subditi tantum ſint, & eſſe debeant ab hodie in antea usque ad decem annos proxime futuros incluſive exempti, immunes, & liberi ab omnibus, & ſingulis Datiis, Pedagiis, Gabellis, Tributis, & Fodretis quibuscumque, & quocumque nomine cenſeantur, excepta ſolutione Soſtæ Birinzonæ, ad quam teneantur, & teneri debeant a principio Limitum Domini Ducis usque ad Civitatem Mediolani excluſive, eundo, & redeundo, eosque, & quemlibet eorum præfatus Ottolinus, Commiſſario nomine quo ſupra, liberos, exemptos, & immunes fecit, & facit a dictis quibuscumque Datiis ſolvendis, ut ſupra, & ut ſupra de quibuscumque eorum Mercanciis, Rebus, & Bonis, de quibus ſtetur Sacramento conducentium, vel conduci facientium; et hæc omnia ſalvis ſemper, et in ſuo robore permaneant, infraſcripto Capitulo mentionem faciente de Domino Gaſpare Vicecomite, etc. et ſine ipſius Capituli præjudicio.

Item quatenus finito tempore dictorum decem annorum, de quibus in proxime præcedenti Capitulo fit mentio, dictæ Communitates Luceriæ, Uraniæ, et Undervalden, et infra Silvam, et quælibet earum, et cujuslibet earum Homines, Habitatores, et Incolæ teneantur, et debeant ſolvere Datia, Pedagia, Gabellas, Fodreta, et Tributa a principio Limitum dicti Dominii usque ad dictam Civitatem Mediolani excluſive eo modo quo, et pro ut ſolvere tenebantur tempore numquam delendæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis, et Excellentiſſimi Domini, Domini primi Ducis Mediolani tantum, et non aliter. Et hæc omnia ſalvis, et firmis manentibus omnibus, et ſingulis ſupraſcriptis, et infraſcriptis, et ſine eorum præjudicio.

Item, quatenus debita, et credita hinc inde inter ipſas Partes, et quamlibet earum, et earum, et cujuslibet earum Homines, et ſingulares Perſonæ mutuo contracta, et contrahenda, et facta, et facienda tam tempore Guerræ diu actæ inter ipſas Partes, quam ante et in futurum, et actiones, de quibus legiptime conſtabit per avtentica Inſtrumenta, vel Litteras Latinas, ſeu Alamaneas, vel alias legiptimas Probationes, et Teſtimonia exigi poſſint hinc inde, et quod Judices, et Juſticiarii ambarum Partium debeant adminiſtrare Juſticiam ſuper præmiſſis debitis, creditis, et actionibus ſummarie, et de plano, ſine ſtrepitu, et figura Judicii, non Conſvetudine Loci, ſed ſola veritate inſpecta, et ulterius tam pro dictis debitis, quam etiam pro venditionibus, emptionibus, et in ſolum dationibus, et pro debitis contractis tempore regiminis ipſorum in Lombardia, fiat jus ſecundum Conſuetudines, et ſtatuta, quæ, et quas tunc ibidem uſitabant ipſæ Communitates, et quælibet earum.

Item, quod vigore, cauſa, et occaxione áliquarum Condempnacionum realium et perſonalium factarum per Homines, ſeu Officiales ipſarum Communitatum, ſeu aliquem eorum in partibus Lombardiæ, tempore regiminis, et Dominii prædictarum Communitatum non poſſint nec debeant dictæ Communitates, nec aliqua earum, nec ipſorum Homines, et Officiales, nec aliquis eorum, nec alicujus eorum bona moleſtari, vel aliqualiter inquietari, nec turbari, nec exinde eis per quempiam aliquid peti, ſed dictæ Communitates, et eorum Homines, et Officiales, et Bona exiſtant liberati, ac ſi ullo tempore condempnacionem non feciſſent.

Item, quod vigore, nec cauſa, aut occaſione aliquarum vendicionum, et alienacionum factarum per eas Communitates, vel aliquam earum, vel earum, vel alicujus earum nomine ſeu nominibus, alicui Perſonæ, vel aliquibus Perſonis, Communi, Collegio, vel Univerſitati tempore eorum Regiminis, et Dominii in partibus Lombardiæ de aliquibus bonis aliquorum tunc eorum Rebellium et maxime Laurentii de Ponte, aut aliorum quorumcumque, non teneantur ipſæ Civitates, nec aliqua earum, nec earum, vel alicujus earum Homines de evictione, nec ex vendito aliquibus Perſonis, quæ exinde datum, aut cauſam haberent, vel habeant, vel de cætero habebunt, nec etiam exinde ipſæ Communitates, nec aliqua earum, vel alicujus earum Homines, et ſingulares

Digitized by Google

gulares Personæ non possint realiter, nec personaliter turbari molestari, nec inquietari.

Item, quod si, quod Deus avertat, aliqua Persona, vel aliquæ Personæ ex Hominibus, et Personis suprascriptorum contrahentium dictis nominibus caperentur de facto, et non de jure in Dominio alterius ex dictis contrahentibus, vel aliqua præda, furta, vel rapina fierent in Dominiis prædictis, quod prædictæ Partes, scilicet illa, in cujus Dominio, vel Territorio prædicta, vel aliquod eorum fierent, statim eas Personas taliter captas, et detemptas, ut supra dimmitti, et relaxari facere, et prædicta prædas, furta, rapinas dimmitti, et restitui facere cum omnibus expensis, dampnis, et interesse, quæ exinde fierent, dampnum passo, vel pasis teneantur.

Item, quod nulla Persona cujuscumque status, et conditionis existat ex Hominibus dictarum Partium, vel alterius earum possit personaliter capi, vel detineri in Territorio, vel Dominio alterius ipsarum Partium pro aliquo debito publico, vel privato.

Item, quod si aliqua Persona cujusvis status, gradus, aut condicionis existat, cujuslibet Partium dictarum, committat aliquod homicidium in Personam alicujus, vel aliquorum ex Hominibus, et Personis alterius dictarum Partium quod statim puniatur ipse talis homicidia, et sibi exinde Justicia fiat in Loco commisi criminis.

Item, quod si præfatus Dominus Dux alienaret, vel alienasset aliquam Terram, vel partem Dominii sui, quod nihilominus Pacta, et Conventiones inter ipsas Partes celebrata, ut in præsenti Instrumento habetur, serventur, et servari debeant in ipsa Terra alienata, vel quæ alienari continget ut supra, ita, et taliter, et quemdmodum servarentur; aut servari deberent, si prædictalis alienatio facta non esset, et hæc omnia salvis, et firmis manentibus omnibus, et singulis suprascriptis, et infrascriptis, et sine eorum præjudicio.

Item, quod præfatus Dominus Dux non turbet, molestet, nec inquietet, nec turbari, molestari, nec inquietari faciet, nec permittet per se, nec per suos in Dominio suo realiter, nec personaliter aliquem, vel aliquos ex Hominibus, et Personis, ac Subditis dictarum Communitatum vel alicujus earum, causa, vel occasione totius ejus, quod Johannes Moresinus, et ejus Socii, vel aliquis eorum petere, vel requirere possent ipsis Communitatibus, vel alicui earum, vel earum, vel alicujus earum bonis, causa, et occaxione robariæ prædictæ, vel dampni factarum, vel quommodolibet illatorum dicto Johanni, et Sociis suis, vel in eorum bonis pro parte dictarum Communitatum vel alicujus earum in Loco de Zornico, seu de Valle Leventinæ dumtaxat.

Item quod dictæ Partes, et utraque earum in Dominio suo teneatur, & debeat manutenere stratas, & vias publicas, per quas itur & reditur per unum ex dictis Dominiis in alterum cum Personis, & Mercantiis tutas, et securas bene aptatas, ita, & taliter quod per eas libere pateant transitus & reditus, dictusque transitus, & reditus per, & inter dictas Partes potius augeatur quam dimminuatur.

Item, quod ex Hominibus, & Personis dictarum Partium, & utriusque earum usque ad numerum sexaginta dumtaxat possint ire quocumque voluerint pro stipendiis sumendis, & quod ob hoc non intelligatur contrafactum fuisse præsenti Instrumento, nec aliquibus contentis in eo, dummodo non offendant ipsas Partes, nec alteram earum in passibus, nec per passus, nec alicujus earum.

Item, quod Reverendus Dominus Abbas Desertinensis sit, et esse debeat Adhærens dictarum Communitatum, & acceptus pro Adhærente quantum ad Pacem præsentem una cum omnibus suis Subditis, Adhærentibus, & Coadjutoribus in præterita Guerra.

Item, quod dictæ Communitates, nec aliqua earum, nec earum, nec alicujus earum Homines, nec Subditi non sint, nec esse intelligantur obligati præfato Domino Duci, nec præfatus Dominus Dux, nec ejus Homines, Subditi, & Bona sint obligati ipsis Communitatibus, nec earum Hominibus in aliquo vigore cujusdam asserti Instrumenti assertorum Pactorum, & Pacis alias celebratorum, ut dicitur, inter ipsas Partes, & certas alias Communitates, seu tunc Agentes pro eis confecti, ut dicitur, in seduno per Henricum Canonicum Sedunensem, anno & die ibi contentis, ipsique asserto Instrumento, & omnibus in eo contentis dictæ Partes renunciare teneantur, ac renunciaverunt, et renunciant tenore præsentium, videlicet una Pars nomine, & ad instantiam alterius, & altera alterius solempni stipulatione interveniente, & hæc omnia salvis, et firmis manentibus omnibus, & singulis supradictis, & infrascriptis, & sine eorum præjudicio.

Item quod præfatus Dominus Dux, & Dominus Ottolinus teneantur recipere, dictusque Ottolinus dicto nomine tenore præsentium accepit, & acceptavit, & restituit, & accipit, acceptat, & restituit ad præfati Ducis gratiam omnes & singulas Personas utriusque sexus, & cujuscumque condicionis existant de Territoriis, Jurisdictionibus, & Districtibus Domiossulæ, Vallis Leventinæ, & aliorum Locorum Dominii, & Districtus prælibati Domini Ducis, quæ se submiserunt, adhæserunt, recommendarunt, vel juraverunt quommodocumque, & qualitercumque prædictis Communitatibus, vel alicui earum, vel in earum, vel alicujus earum Officialium, vel nomine Agentium manibus, vel coram eis, vel aliquo eorum ab hodie retro, ipsasque quaslibet Personas præfatus Ottolinus dicto nomine tenore præsentium restituit ad gratiam præfati Domini Ducis, & ad eorum famam, & pristina bona, credita, & jura, & ad primiores, & pristinos gradus, & honores, ita, & taliter, quod dictæ Personæ taliter restitutæ earum, & cujuslibet earum bona nanciscantur, eisque gaudeant, & fruantur ad eorum libitum voluntatis, non obstantibus aliquibus donacionibus, alienacionibus, vel translacionibus per præfatum Dominum Ducem, seu ejus nomine, seu per ejus Ducalem Cameram, seu ejus nomine quommodolibet factis, vel temptatis, nec aliquibus bannis, contumaciis, processibus, confiscationibus, vel Sententiis quommodolibet datis, accusatis, latis, vel factis contra dictas Personas, taliter restitu-

tas

tas ut ſupra, vel aliquam earum, & quas etiam quaslibet donaciones, alienaciones, banna, proceſſus, contumacias, confiſcationes, condempnaciones, & Sententias tam reales, quam Perſonales quomodolibet factas, & accuſatas, ſeu factos, & accuſatos, ut ſupra, & ut ſupra, præfatus Ottolinus dicto nomine revocare, irritare, abolere, & annulare teneatur, ac eos, eas ad inſtantiam, & requiſicionem dictorum Procuratorum, & Sindicorum dictis modis, & nominibus præſentium, ſtipulantium, & recipientium, & noſtrum Notariorum infraſcriptorum, & utriusque noſtrum in ſolidum Perſonarum publicarum ſtipulantium, & recipientium nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem cujuslibet Perſonæ, cujus intereſt, vel intereſſe poterit quommodolibet in futurum, revocavit, irritavit, abolevit, & annullavit, & revocat, abolet, & irritat, & annullat, ac ita, & taliter, quod ſi aliquæ ex dictis Perſonis ſe abſentarunt a Dominio præfati Domini Ducis poſſit remeare, & repatriare ad propria, ibique ſtare, & morari, & inde recedere tute, libere, & impune pro eorum libito voluntatis, omnique impedimento reali, & perſonali ceſſante.

Item, quod omnia bona immobilia, quæ præfatæ Communitates, & quælibet earum, vel earum, vel alicujus earum Homines, & Subditi præſentialiter habent in toto Dominio præfati Domini Ducis perpetuo libera, & exempta ſint, & eſſe debeant ab omnibus oneribus, taleis, & condiciis realibus, & perſonalibus, atque mixtis, eaque ipſi homines, in quorum bonis ipſa bona ſunt, quieta, & pacifica poſſidere poſſint modo, & forma prædictis ad eorum beneplacitum, quodque etiam omnia ea bona, quæ per eas Communitates, aut aliquam earum, vel per earum, vel alicujus earum Homines, & Subditos in futurum acquiri continger, cum, & ſi acquiſita fuerint de licentia præfati Domini Ducis, vel ejus Hæredum, exempta, & libera perpetuo ſint, & eſſe debeant ut ſupra, & ut ſupra.

Item quod ſi ullo tempore, quod Deus avertat, ulla quæſtio, lix, cauſa, vel controverſia moveretur per alteram ex ipſis Partibus, aut Subditos ipſarum Partium tantum, vel ſingulares Perſonas ipſarum Partium, occaxione contentorum in præſenti Inſtrumento, vel aliquorum ex eis, vel aliquorum ab eis, vel aliquo eorum dependentium, emergentium, vel connexorum, quod Pars agens teneatur notificare, & denuntiare ſolempniter alteri Parti id, de quo quæſtionem, litem, vel controverſiam velit, & requirere ſibi ſatisfactionem ejus, de quo ſe creditorem prætendet, & obſervationem ejus, quod dicere, vel allegare voluerit, obſervandum eſſe, vel fiendum, ſecundum formam præſentium Inſtrumenti, Pactorum, & Conventionum, & ipſam Partem contra quam denuntiatum, petitum, vel proteſtatum fuerit, expectari ſpacio duorum menſium inde tunc proxime futurorum, infra quem terminum ſatisfiat illi denunciacioni, proteſtacioni, vel peticioni, quæ fiet, ſeu fieri continget, ut ſupra, & ut ſupra tollatur, & ſopiatur per quatuor amicos ab ipſis Partibus, ſeu ab Agentibus pro eis, vel aliqua earum, pro ut dicta quæſtio moveri continget, communiter eligendos, vel per quintum diſcretum Virum ab ipſis quatuor communiter eligendum, caſu quo dicti quatuor prius electi, ſeu eligendi, non eſſent concordes, qui quintus cum, & ſi eligi continget ab ipſis quatuor eligendis ut ſupra, eligatur per ipſos quatuor de Patria Valiſienſi, exceptis quibuscumque Epiſcopis, & Clericis, qui eligi non poſſint ad prædicta, cujus quinti auctoritati pareatur per dictas Partes, dummodo pronuntiet, & decidat infra dictum terminum. Præterea ſi contingat præfatum Dominum Ducem velle aliquid denuntiare, petere, vel proteſtare contra præfatas Communitates, vel aliquam earum, occaxione contentorum in ſupraſcriptis Capitulis, vel aliquo eorum, vel aliquorum ab inde dependentium, emergentium, vel connexorum, teneatur ipſam proteſtacionem, peticionem, ſeu denunciacionem facere, vel fieri facere in Burgo, ſeu Loco Altorf Vallis Uraniæ in Platea publica ipſius Burgi, ſeu Loci, & quod omnis peticio, proteſtacio, ſeu denunciacio in ipſa Platea facta, ſeu fienda pro parte ipſius Domini Ducis contra ipſas Communitates, vel aliquam earum habeatur perinde, ac ſi facta eſſet ipſis Communitatibus, & cuilibet earum in earum Plateis, Domibus, & Perſonis propriis, ipſaque Platea ipſius Burgi Altorfenſis ſit Locus Judicii, ubi, & in quo conveniantur, & congregentur, & conveniri, & congregari, & vocari debeant judices, & Partes occaxione Litis, & Quæſtionis, quæ oriri continget occaxione ſupraſcriptæ cujuslibet peticionis, denunciacionis, ſeu proteſtacionis, quæ fiet pro parte ipſius Domini Ducis, ut ſupra, & ad omnes actus, & proceſſus fiendos usque ad Sententiam diffinitivam incluſive, & ad audiendum ipſam Sententiam. Vice verſa ſi præfatæ Communitates, vel aliqua eorum voluerint aliquam peticionem, proteſtacionem, vel denunciacionem facere, vel fieri facere contra præfatum Dominum Ducem occaxione contentorum in ſupraſcriptis Capitulis, vel aliquo eorum, vel aliquorum ab inde dependentium, emergentium, vel connexorum, quod ipſam denunciationem, petitionem, ſeu proteſtacionem facere teneantur in Platea publica Berinzonæ, ipſaque Platea ſit Locus Judicii, ubi, & in quo conveniantur, & congregentur Judices, & Partes occaxione litis, & quæſtionis, quæ oriri continget occaxione dictæ cujuslibet Peticionis, Litis, denunciacionis, ſeu proteſtacionis, quæ fiet pro parte ipſarum Communitatum, vel alicujus eorum, & ad omnes actus, & proceſſus fiendos usque ad Sententiam diffinitivam incluſive, & ad audiendum ipſam Sententiam, quodque etiam ipſæ Partes poſſint, & debeant citari in dictis Plateis ſingula ſingulis congrue referendo ad omnes actus, & proceſſus fiendos ut ſupra, & ut ſupra, & quæ quælibet citacio fienda in ipſis Plateis poſt dictam quamlibet denunciacionem fiendam, ut ſupra, ita valeat, ac ſi ipſis Partibus perſonaliter facta eſſet; quodque dictæ Partes viciſſim ſibi, & quibuslibet earum Nunciis, Ambaſſiatoribus, Procuratoribus, Famulis, Perſonis, & Equis in dictis Terris, & ſeu Burgis Altorf, & Berinzonæ, & utroque, & altero eorum teneantur dare, & præſtare Hoſpicium, Victualia & Receptaculum pro convenienti pretio, & ipſæ quælibet perſonæ, Nuncii, Procuratores, Ambaſſiatores, & Famuli cum eorum Familiis, Equis,

Digitized by Google

Equis, Arneſiis, Rebus, & Bonis ſemper poſſint tute, libere, & impune ire, ſtare, morari, pernoctare, & converſari in Dominiis, & per Dominia dictarum Partium, & cujuslibet, & alterius earum, ſimiliquè modo quilibet Mercatores, & Homines, ſeu Perſonæ dictarum Partium, & cujuslibet, & alterius earum per ipſa Dominia, & in ipſis Dominiis ſtare, habitari, converſari, ire, & redire cum eorum Mercanciis, Rebus, & Bonis tute, libere, & impune, omni impedimento reali, & perſonali ceſſante, & non obſtante aliqua pendentia alicujus Litis, Quæſtionis, vel Diſcordiæ, quæ verteretur inter ipſas Partes, vel aliquam earum, nec aliqua executione, quæ fieret, vel fieri vellet occaxione inobſervantiæ ſupraſcriptorum Capitulorum, vel alicujus eorum, vel aliquorum contentorum in eis, aut aliquo eorum, ſeu præſenti Inſtrumento, quodque ob prædicta, vel aliquod prædictorum ſupraſcripta Pax non intelligatur rupta, nec violata, ſed inconcuſſe ſervetur, et ſervari debeat per, et inter Partes easdem. Rurſus ſi dicta quæſtio quæ oriri continget ut ſupra, et ut ſupra, non excederet ſummam Florenorum centum, prædicta omnia, quæ ſupradicta ſunt de Locis Altorf, et Berinzonæ vendicent ſibi Locum in Loco Ayroli, et in Loco Hoſpitalis Vallis Urſariæ.

Item, quatenus dictæ Communitates, et quælibet earum, et cujuslibet earum Homines, Mercatores, et ſingulares perſonæ ad ſolucionem Daciorum infraſcriptorum Locorum, niſi eo modo, quo et pro ut inferius declaratur, videlicet quod in Valle Lugani non teneantur ſolvere pro rebus, Bonis, et Mercanciis dictarum Communitatum, et earum Hominum, et ſingularium perſonarum, niſi quartam partem ejus, quod ſolverent, et ſolvere tenentur ſecundum formam dati Daciorum ipſius Vallis, ſi præſentia Capitula facta non eſſent, excepta extimacione equorum, et beſtiarum bovinarum, et quarumlibet aliarum rerum, ad cujus extimacionis ſolutionem minime teneantur.

Item quod non teneantur ad ſolucionem Dacii, ſeu Pedagii Locarni, ſeu Nobilium Cataneorum de Locarno, niſi eo modo quo, et pro ut ſolvebatur tempore præfati Domini Ducis primi.

Item, quod ſuper Territoriis Magnifici, et Spectabilium Domini Gaſparis Militis, et Hermitis, et Lanceroti omnium de Vicecomitibus non teneantur ſolvere aliqua Dacia, et Pedagia, niſi eo modo quo, et pro ut ſolvunt, et ſolvent alii Mercatores, et aliæ perſonæ inde tranſeuntes, et tranſituri cum Mercanciis, et Bonis, et a dictis Territoriis, et utroque eorum excluſive usque Mediolanum excluſive non teneantur, nec teneri debeant ad ſolutionem aliquorum Daciorum, Pedagiorum, Gabellarum, Fodretorum, Tributorum, et ſeu exactionum cujuscumque generis, et maneriei ibi poſitorum, ſeu ordinatorum, nec aliqualiter de cætero ponendorum, ſeu ordinandorum.

Promittentesque denique dictæ Partes nominibus ſuis, et nominibus quibus ſupra, pro ſe, et ſuis Hæredibus bona fide, et ſine fraude, et ſub obligatione ipſorum, omniumque ſuorum bonorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, omnia, & ſingula ſuperius narrata, concluſa, & ſcripta habere, & tenere firma, valida, & grata, perpetuoque obſervare, & non contrafacere, opponere, vel venire per ſe, vel alium aliqua cauſa, vel ingenio, de jure, vel de facto, in judicio, nec extra, directe vel indirecte, nec alicui contrafacere, vel opponere volenti aliqualiter conſentire, omnibus exceptionibus doli, metus, violentiæ, & omni alteri circumventionis Privilegio, Conſuetudinis, vel Statuto, Juri Canonico, vel Civili, ac omni Conſilio, quibus, vel quorum altero contra prædicta aliqua Partium prædictarum opponere poſſet, vel aliqualiter ſeminari poſtpoſitis, & remotis. Et de prædictis præfati contrahentes dictis modis & nominibus, rogarunt nos Antonium de Sormano Notarium Mediolanenſem, & Gaſparrem Curtem Notarium Patriæ Valeſienſis, & utrumque noſtrum in ſolidum, ut publicum conficeremus Inſtrumentum unum, & plura tenoris ejusdem, reſervantes utrinque in omnibus, & per omnia ſupradicta, & promiſſa, ac reſervata ſint, & eſſe ſemper intelligantur honor, debitum, & auctoritas Sacri Imperii, & Obligationum, aliarumque Confæderationum, Juramentorumque, Ligarumque prius initorum, & factorum per dictas Partes, ſalvaque ſemper, & illæſa remaneant absque ſiniſtro interpretationis ſcropolo.

Quibus ita peractis, præfatus Ottolinus, nomine præfati Domini Ducis, & omnium Hæredum ſuorum volens præfatas Communitates, & earum Hæredes de prædicta denariorum quantitate ipſis debita ut ſupra tutas reddere, & cum, & ſub condicione, & in caſu quo in ipſo termino ipſorum denariorum quantitas ipſis Communitatibus debita non daretur ut ſupra, & non aliter, nec alio modo, fecit, & facit venditionem, & datum in ſolutum, & pro ſolutione dictorum Florenorum ſex millium Sexaginta ſeptem Ren. ſoldorum quindecim, & denariorum quatuor Imperialium ipſis Communitatibus debitorum ut ſupra, ad proprium, liberam, francham, & abſolutam ab omnibus condicionibus, & fictis alicui perſonæ dandis, & ſolvendis, exceptis factis, redditibus, & proventibus, quæ debentur Eccleſiæ Majori Mediolanenſi, & Dominis ordinariis ejusdem, ſeu aliquibus ex eis in infraſcripta Valle Leventinæ, & ſeu per Communitates, & ſingulares Perſonas ejusdem ipſis Sindicis, & Procuratoribus dictarum Communitatum præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus, & per ipſos Sindicos, Procuratores dictis nominibus ipſis Communitatibus, &, item ipſis Communitatibus; nominative de Valle Leventinæ, & Valle Madia, & eorum Dominiis, & mero, & mixto Imperio, & Gladii temporalis Poteſtate, Bonis, Juribus, & proprietatibus ſingularum Perſonarum ipſarum Vallium dumtaxat exceptis, & quæ in hac in ſolutum dacione comprehenſa non ſunt, nec veniunt, nec comprehenſa, nec veniſſe intelligantur, & de eorum in ſolutum datorum Juribus, & Pertinentiis univerſis; eo tenore, quod ſupraſcriptæ Communitates a dicto termino, quo ſibi debetur ſupraſcriptæ Pecuniæ quantitas non ſolvetur, vel cum effectu dari, & ſolvi non offereretur, ut ſupra tantum, & non aliter, prædicta in ſolutum data habeant, & teneant, & titulo hujus dacionis in ſolutum poſſideant absque præfati Domini Ducis, nec alicujus alterius Perſonæ contradictione, & ceſſit, dedit, atque mandavit, ac cedit, dat, atque

Digitized by Google

atque mandat præfatus Ottolinus dicto nomine præfatis Sindicis, & Procuratoribus præsentibus, stipulantibus, & recipientibus dictis modis, & nominibus omnia Jura, omnesque actiones, & rationes, utiles, & directas, reales & personales, mistas atque ypothecarias præfato Ottolino, dicto nomine, & per eum præfato Domino Duci pertinentia, & spectantia, & pertinentes, & spectantes, & competituras, & competitura in, de, pro, & super prædictis, in solutum datis, & eorum occaxione; & volens præfatus Ottolinus dicto nomine casu prædicto tantum, & non aliter plenum Dominium, & plenam possessionem, seu quasi prædictorum in solutum datorum, ut supra, in prædictas Communitates transferre, dare, & derelinquere, & se absentem exinde facere, & ipsas Communitates facere, & constituere possidentes prædictorum, constituit prædictus Ottolinus, dicto nomine, se prædicta in solutum data, nomine suprascriptarum Communitatum, & pro eis tenere, & possidere, donec præfatæ Communitates prædicta in solutum casu prædicto, & eorum possessionem acceperint, intraverint, & apprehenderint corporalem, quæ, & quam accipiendi, intrandi, & apprehendendi, & eam retinendi a dicto termino solucionis fiendæ, & casu, quo ipsa solucio non fieret, vel fieri non offereretur ut supra, in antea retinendi, & habendi, præfatus Ottolinus, dicto nomine, præfatis Sindicis, & Procuratoribus dictis modis, & nominibus præsentibus, stipulantibus, & recipientibus, & per ipsos ipsis Communitatibus plenam parabulam, & licentiam dedit, concessit, tribuit, & dat, concedit, & tribuit, ipsasque Communitates constituit Procuratores in hanc rem suam, dicto nomine, & cui etiam Dominio, & possessioni, seu quasi præfatus Ottolinus, dicto nomine in casu prædicto, & non aliter illico, & manifeste renunciavit, & renuntiat, & in præfatos Sindicos, & Procuratores dictis modis & nominibus, præsentibus, recipientibus, & stipulantibus transtulit, deseruit, dedit, & derelinquit, & se dicto nomine absentem exinde fecit, ita, & taliter quod præfatæ Communitates in casu prædicto tantum, & non aliter, in præfati Domini Ducis locum, jus, & statum sint, & succedant, & esse, & succedere debeant respectu prædictorum superius in solutum datorum, & eorum occaxione, & ita quod dictæ Communitates casu prædicto, & ab ipso termino in antea perpetuo possint de, & pro prædictis in solutum datis petere, exigere, consequi, experiri, replicare, se tueri retentione uti, & cætera proinde facere, & exercere utiliter, & directe, quemadmodum, & prout præfatus Dominus Dux posset & potuisset huc usque, & usque ad dictum terminum dictæ pecuniæ persolvendæ. Quare præfatus Ottolinus dicto nomine promisit obligando præfatum Dominum Ducem, & omnia ipsius Domini Ducis bona, præsentia & futura, præfatis Sindicis, Procuratoribus præsentibus, stipulantibus, & recipientibus, dictis modis & nominibus, & per ipsos Sindicos, & Procuratores ipsis Communitatibus, & item ipsis Communitatibus, quod prædicta in solutum data superius casu, & forma præmissis, semper & omni tempore defendet, & guarentabit ab omni Persona, Communi, Collegio, Capitulo, & Universitate, & Communi Mediolani, & a qualibet ypotheca in forma Communi, & Juris, & prout verus dans in solutum tenetur de jure accipienti, seu accipientibus, quod que ipsis Communitatibus reddet, & restituet omnem evictionem, quæ sequeretur de prædictis, vel aliqua parte eorum, & contra præsens Instrumentum non veniet, nec faciet ratione modici, minimi, vel enormis pretii, vel aliqua alia occasione, vel ratione, & ipsis Communitatibus faciet omne, & totum id quod, & pro ut tenetur, & debet de Jure, & ex forma, & natura hujus Instrumenti, & contentorum in eo, & hæc omnia suis propriis expensis, dampnis, & interesse litis, & extra, quam quidem vendicionem, & datum in solutum fecit, & facit præfatus Ottolinus dicto nomine præfatis Sindicis, & Procuratoribus, dictis modis & nominibus præsentibus, & recipientibus in solutum, & pro solucione prædictorum Florenorum sex millium sex centum sexaginta septem Ren. soldorum quindecim, & denariorum quatuor Imperialium ipsis Communitatibus ut supra debitum. Renunciando exceptioni præfatus Ottolinus dicto nomine, quod præfatus Dominus Dux non possit ullo tempore dicere, opponere, nec allegare, se fore deceptum in dimidia, nec ultra dimidiam veri, & justi pretii, nec prædicta in solutum data fore majoris pretii pretio suprascripto; & si ullo tempore reperirentur plus valere seu esse majoris valoris, & pretii pretio suprascripto, illud omne plus pretium, & superfluum, quod adesse reperiretur a dictis Florenis sex millibus sex centum sexaginta septem, Soldis quindecim, & denariis quatuor Imperialibus, præfatus Ottolinus, dicto nomine, præfatis Sindicis, dictis nominibus, præsentibus, stipulantibus, & recipientibus remisit, & remittit, & de eo superfluo, & pluri pretio ipse Ottolinus, dicto nomine ipsis Sindicis, & Procuratoribus, dictis nominibus, præsentibus, stipulantibus, & recipientibus fecit, & facit generalem confessionem, finem, liberacionem, quietacionem, & pactum perpetuum de non petendo, & ulterius non agendo, totiusque sui juris remissionem & jam titulo, & ex causa Transactionis, & Pacti, & alias, omnibus modis, quibus melius potuit de jure; renunciando exceptioni præfatus Ottolinus dicto nomine non factæ suprascripta Dationis in solutum, & prædictorum, & infrascriptorum omnium, & singulorum, non ita actorum, & factorum, & omni probacioni & defensioni in contrarium, Quæ omnia, & singula suprascripta, & in præsenti Instrumento contenta fecerunt, & faciunt suprascripti Contrahentes dictis modis & nominibus ita & tali tenore, quod si aliqua Partium prædictarum, vel ejus Sindici non attenderent, & non observarent contenta in suprascriptis Capitulis, & quolibet eorum, & in toto præsenti Instrumento, vel alicui eorum contrafacerent, vel venirent, liceat alteri Parti capere, & retinere de Terris, Dominio, Personis, & rebus Partis non attendentis, seu contrafacientis, & suorum, usque ad completam solucionem, & integram satisfactionem omnium defectuum, dampnorum, & interesse exinde sequendorum, & sustinendorum per Partem passam. Ego igitur Ottolinus Zoppus prælibati Domini Ducis in facto præsenti Procurator, Nuntius, seu Ambassiator ejusdem Domini Ducis,

Digitized by Google

& pro eo, ſuisque Hæredibus, Succeſſoribus, & Subditis ſupraſcripta omnia, & ſingula Pacta, Pacem, Conventiones, Capitula, dacionem in ſolutum, promiſſiones, & omnia, & ſingula ſupraſcripta, & eorum tenorem, & effectum approbo, laudo, & confirmo, & præſentis Scripti, ſeu Inſtrumenti patrocinio corroboro, & in Teſtimonium præmiſſorum, & robur perpetuo firmitate, juſſu, permiſſione, & voluntate prælibati Domini Ducis ejus Sigilli Ducalis Copiam hujus Inſtrumenti publici in membrana, & forma publica redigendam, & dandam præfatis Communitatibus appenſione juſſi muniri, Signisque, & ſubſcriptionibus Notariorum prædictorum, & infraſcriptorum appoſitione obtinui roborari. Nos quoque Nuncii, & Procuratores prædictarum Communitatum Uraniæ, Luceriæ, & Undervalden infra Silvam ad prædicta omnia, & ſingula ſolempniter peragenda per præfatas Communitates ſolempniter conſtituti, & ea faciendi, concludendi, & contrahendi, ut ſupra de verbo ad verbum ſcriptum eſt, plenam facultatem, & poteſtatem habentes a præfatis Communitatibus, omnia, & ſingula ſupraſcripta approbamus, laudamus, & confirmamus, et præſentis patrocinio Scripti communimus, et in Teſtimonium præmiſſorum nos præfati Sindici et Procuratores, dictis modis et nominibus, conjunctim, et diviſim, quilibet pro ſua Communitate, a qua miſſus eſt, pro nobisque, et omnium noſtrorum Succeſſoribus dictarum Communitatum Sigilla, Copia hujus Inſtrumenti in membrana, et forma publica redigenda, et danda præfato Domino Duci duximus appendenda, Signisque, et ſcriptionibus Notariorum prædictorum, et infradictorum munimine obtinuimus roborari.

Acta fuerunt, et ſunt prædicta omnia in Eccleſia, ſeu Capella Sancti Stefani Birinzonæ, præſentibus Spectabili, et Egregio Annibale de Angoſolis Filio quondam Spectabilis, et Egregii Militis Domini Ugolini Honorabili Capitaneo Birinzonæ, Egregiis Gaſparo Taberna Filio quondam Cismontini Civitatis Mediolani Portæ Horientalis, Parochiæ Sancti Pauli in Compedo, Luchino de Campo Filio quondam Domini Martini habitante in ipſa Terra Birinzonæ, Johanne Filio quondam Nobilis Redulfi Eſper de Raronia Patriæ Valeſii, Ottolini de Barcha, Filio quondam Domini Petri habitante in ipſa Terra Birinzonæ, Johanne Odi Filio quondam alterius Johannis habitante in Luceria, Poſing de Urania, Johanne Ambriol de ſtans de Undervalden, omnibus teſtibus notis, idoneis, et ad prædicta vocatis, et rogatis.

Ego Antonius de Sormano Filius quondam Domini Ambroſii Civitatis Mediolani P. N. P. S. Bartholomei intus Notarius publicus Mediolanenſis una cum ſupraſcripto Gasparo Curten Notario Patriæ Valiſienſis, et in ſolidum hoc publicum Inſtrumentum rogatus tradidi, ſcripſi, et ſubſcripſi.

LVIII.

Pactum de matrimonio inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem atque Mariam de Sabaudia, Amadei IX. Sabaudiæ Ducis filiam, ſancitum, d. d. 2. Decembr. An. 1427.

In Nomine Domini, Amen.

Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione ſexta, die ſeconda menſis Decembris per hoc publicum Inſtrumentum cuntis fiat manifeſtum; Quod Illuſtrsſimi Principes, & Excellentiſſimi Domini, Dominus Amedeus Dux Sabaudiæ, chablaiſii, & Auguſtæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemuntium, & Gebennenſis, Valentinenſisque Dienſis; & Dominus Filippus Maria Anglus Dux Mediolani etc. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Ianuæ Dominus ſecundum quod infraſcripti ipſorum Dominorum Procuratores nobis infraſcriptis Notariis, & in præſentia Teſtium infraſcriptorum proteſtati ſunt ex multis, variisque, & majorum exemplis, & rerum ipſarum experientiis aperte cognoſcentes Statui Magnorum Principum nihil eſſe ſalubrius, nihilque ad tranquilam, jocondamque Subditorum ſuorum vitam accommodatius, quam bene, & pacifice cum ſuis finitimis vivere, cum eorumque, propinquioribus Dominis aliqua Sanguinis affinitatisve neceſsitudine perſtringi, memoriaque repetentes, quantum honoris, quantum utilitatis, & boni ſplendidiſſimum illud, memoratuque digniſsimum Matrimoniale Sacramentum Illuſtrium quondam alte memoriæ Prædeceſſorum ſuorum Domini Galeaz Vicecomitis Avi Paterni ipſius Domini Ducis Mediolani, & Dominæ Blanchæ de Sabaudia Sororis Avi Paterni ipſius Domini Sabaudiæ Ducis produxerit non modo ipſis Dominis, verum etiam Subditis utriusque, qui ab inde usque in hæc fere tempora tute, libere, & amicabiliter invicem ſunt verſati, & denique recenſentes Con-Sanguinitatem illam jam prope modum ſeneſcere ad ultimumque prohibitæ Conſanguinitatis gradum attingere, atque a Deo eſſe datum, ut in hoc fluctuoſo variarum turbationum temporum ſeſe habilitas renovandæ ipſius Conſanguinitatis exhibeat in Perſona ipſius Domini Ducis Mediolani, & Illuſtris Domicellæ Dominæ Mariæ Filiæ majoris Domini Ducis Sabaudiæ prædicti. Scientes nihilominus Conſanguinitatis gradum inter eos vigentem prohibere Matrimonium iſtud absque diſpenſatione legitime contrahi. Cum ipſi Domini duo Duces ſe invicem tertio Conſanguinitatis gradu conſtitutos eſſe cognoſcant, Domicellamque ipſam quartum gradum ingreſſam. Sed in benignitate, & clementia Apoſtolicæ Sedis confidentes, ex certa ſcientia deliberatoque animo propoſuerunt firmiterque determinaverunt, quod accedente Sedis Apoſtolicæ conſenſu, Matrimonium prædictum omnino feliciter contrahatur ut exinde non ſolum renovatæ, ſed ymo potius continuatæ, & augmentatæ Conſanguinitatis, & affinitatis Fœdere conjuncti ipſi Domini primum deſcendentesque ſui pariter, & Subditi omnes cum tota eorum patria pacifice, quiete, & ſalubriter ſimul vivere poſsint, & veræ tranquilitatis amenitate perfrui mereantur. Quam ob rem Magnificus & generoſus Miles Dominus Umbertus Baſtardus de Sabaudia, Dominus Gaſpardus Dominus Montismajoris, Dominus Manfredus ex Marchionibus Salutiarum Milites, & præfati Domini Ducis Sabaudiæ Mareſchalli,

Digitized by Google

ANno *Domini* a Nativitate milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, Indictione ſexta, die Lunæ octavo Menſis *Decembris*. Per hoc publicum Inſtrumentum cunctis fiat manifeſtum, quod cum Illuſtriſsimus Princeps, & Excellentisſimus *Dominus Dominus* Filippus Maria Anglus *Dux* Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes ac Januæ *Dominus*, ſeu pro eo ejus ſolemnes Procuratores, Ambaſsiatores, & Nuntii ad hæc ſpecialiter conſtituti, plenumque Mandatum cum libera poteſtate habentes, confeſsi fuerunt præfatum *Dominum Ducem* habuiſſe, & recepiſſe ab Illuſtriſsimo Principe, & Excellentisſimo *Domino Domino* Amedeo *Duce* Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ Principe, Marchione in Italia, Comite Pedemontium, & Gebenenſis, Valentinenſisque & *Dienſis* pro vera *Dote*, & nomine *Dotis* præclaræ, & Inclytæ *Domicelæ Domina* Maria de Sabaudia Filiæ natu majoris ipſius *Domini Ducis* Sabaudiæ, & quæ ſibi fuerunt per ipſum *Dominum Ducem* Sabaudiæ ejus Patrem in *Dotem* conſtituta in Contractu Matrimonii nuper inter eos inhiti, videlicet centum mille Florenos auri boni, & juſti ponderis Florenorum in Ytalia currentium, ut puta Januinorum Florenorum, Bononienſium, & conſimilium, pro quibus quidem Florenis centum millibus iidem Procuratores dicto nomine promiſerunt præfatum *Dominum Ducem* Mediolani facturum certas decentes aſsignationes ipſi *Dominæ* una cum annualibus redditibus trium millium quingentorum Florenorum pro ſtatu ipſius *Dominæ* condecenter manutentione, etiam cum promiſsionibus reſtituendæ *Dotis*, & in caſu reſtituendæ *Dotis*, quod *Deus* avertat, & cum aliis modis, formis, pactis, Promiſsionibus, Obligationibus, & Clauſulis, & in omnibus, & per omnia, pro ut latius continetur in duobus publicis, & conſimilibus Inſtrumentis die ſecunda fluentis Menſis *Decembris* per Egregium Berandum Masnerii, & me Johannem Franciſcum Gallinam ipſorum *Dominorum* Secretarios, Tabelionesque publicos receptis, confectisque, et conſignatis, ad quæ habetur, et haberi intelligatur relatio ſecundum illorum veram ſubſtantiam, et effectum. Hinc eſt quod ipſe Illuſtriſsimus *Dominus* noſter, *Dominus Dux* Mediolani etc. volens illa prout ab ejus mera voluntate, et puro animo progreſsa amologare ex ejus recta, et ſpontanea voluntate maturoque ſuper hoc præhabito Conſilio ipſas *Dotem*, confeſsionem, promiſsionem, et omnia, et ſingula in ipſis duobus Inſtrumentis contenta ut jacent ad bonum tamen, et ſanum intellectum, de quibus omnibus idem *Dominus Dux* Mediolani habuit, et habet plenam, et veram notitiam, et informationem ac profectam ſcientiam ut ibidem atteſtatur omnibus jure, modo, via, cauſa, & forma, quibus melius & validius potuit, & poteſt ad opus dictæ præclaræ *Dominæ* Mariæ verſus me Johannem Franciſcum Secretarium, & Notarium infraſcriptum, uti publicam perſonam ſtipulantem, & recipientem hæc omnia, nomine, & vice præfati Domini Ducis Sabaudiæ, dictæ *Dominæ* Mariæ, & cujuscunque interſit, vel poſſit intereſſe; laudavit, ratificavit, approbavit, & amologavit; ac laudat, ratificat, approbat, & amologat, ac confirmat, & ad majoris roboris firmitatem illas firmat, contrahit, jurat, & concludit in omnibus, & per omnia ſecundum ipſorum veram ſubſtantiam, & effectum, & prout in dictis Inſtrumentis continetur bona fide tenere, & per conceſsionem hujus Actus publici Inſtrumenti, & inſuper vult, & expreſsè concedit idem Dominus Dux Mediolani illa tantam ubique obtinere roboris firmitatem, quantam ſi per eum perſonaliter, & omnino contracta, firmata, & concluſa fuiſſent, profitendo dictos Ambaſſatores, Nuntios, & Procuratores ipſius Domini Ducis Mediolani ad illa omnia, & ſingula dum fierent ab eodem plenam, & liberam habuiſſe poteſtatem, & ſpeciale Mandatum, nullo unquam tempore revocatum. Promittens propterea idem Dominus Dux Mediolani pro ſe, & ſuis Hæredibus, & Succeſsoribus univerſis juramento Scripturis tactis, etiam citra ipſius Juramenti derogatione bona fide in verbo Principis, & ſub ſuorum omnium expreſsa obligatione bonorum prædictam confeſsionem, & omnia, & ſingula contenta in dictis Inſtrumentis, rata, grata, firma, & valida perpetuo habere, & tenere, adimplere, & attendere, & nunquam per ſe, vel

Digitized by Google

vel per alium contrafacere, vel venire quomodolibet, clam, vel palam, dirrecte, vel indirrecte, quovis quesito colore, renuntiando in hoc facto, sub vi dicti sui Juramenti jam prestiti, omni actioni, exceptioni doli mali, vis, metus, & in factum, condictioni sine causa ob causam, vel ex injusta causa, omni circuitioni, fraudi gravamini, & errori, ac ignorantiæ facti omni appellationis, supplicationis, provocationis, ac bonorum cessionis remedio, omnique absolutioni, relassationi, & dispensationi Juramenti, ac in integrum restitutionis benefitio, exceptionique non numeratæ Pecuniæ, speique futuræ habitionis Patriæ, & Locorum Consuetudinibus, omnibusque Privilegiis, Dignitatibus, Indultis, sub quacunque verborum forma concessis, vel concedendis, omnibusque Juribus, Canonibus, vel Civilibus, Municipalibus, & aliis quibuscunque quibus ad veniendum contra prædicta, vel premissorum aliqua se juvare posset quomodolibet, vel rueri, & signante juri dicenti, generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis; De quibus omnibus idem Dominus Dux Mediolani jussit, & mandavit, ac jubet, & mandat, publicum confici Instrumentum unum, & plura ejusdem tenoris per me Johannem Franciscum jam dictum, & sui Ducalis Sigilli pendentis munimine roborari. Actum in Castro Portæ Jovis Mediolani, in quo residet præfatus Dominus Dux Mediolani. Præsentibus Spectabilibus Viris Dominis Franchino de Castiliono juris utriusque Doctore famosissimo Consiliario, Francisco Barbavarie Secretario Magnifico Johanne Francisco Balbo Phisico, & Georgio de Vicecomitibus Camerario ipsius Domini Ducis, ac Antonio de Seratico Castellano dicti Castri Portæ Jovis, inde Testibus notis, vocatis, & specialiter ad predicta rogatis.

LXII.

Arbitria pacis facta per Nicolaum, Cardinalem tit. sanctæ crucis in Jerusalem inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem ex una, necnon Amadeum IX. Sabaudiæ Ducem, Rempublicam Venetam, Communitatemque Florentiæ ex altera parte, d. d. 30. Decembr. An. 1427.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

ANno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo vigesimo, septimo Indictione quinta, die Lunæ trigesimo mensis Decembris, Salvator noster Omnipotens qui ex primi Psalmatis lapsu, unde nobis mors oriebatur eterna sua ineffabili pietate per Virginitatis Claustrum humanitatem sumpsit in Terris, fragilitatique nostræ compatiens Crucis in patibulo mortem quam patientissime toleravit, ut nos ab impia damnatione redimeret, & aeternæ salutis semitam jam nobis primi Parentis crimine clausam reseraret inter cetera Documenta non modo inter Discipulos suos, verum etiam inter Turbas, & Populos Pacem principaliter prædicavit, eamque ad Coelos ascendens iterum dixit summaque cum diligentia comendavit, ut et nos, quæ manuum suarum factura sumus, Pacem eandem, & sectare, & diligere niteremur, sed malignus Pacis emulus discordiarum Sator, inimicus humani generis, qui venenosis acculeis, iniquisque sugestionibus, in hujusmodi salutiferæ monitionis appositum semper anhellat, variis diverticulis, falacibus laqueis, damnatisque consiliis corruptibilem naturam nostram ad ejusmodi salutis viam declinandam, erroris-que, ac perditionis iter damnabile capescendum seducere, & dementer impellere non lassatur. Cum itaque humani generis inimicus malignitati semper invigillans inter Illust. Principem & Excellent. *Dominum* Amedum Sabaudiæ *Ducem*, Chablaysii, & Augustæ Principem, Marchionem in Italia, Comitem Pedemontium, & Gebennensis, Valentinensisque Diensis, ac Illust. Principem, & Excellentissimum Dominum, *Dominum* Franciscum Foscari, Dei gratia Ducem, & Inclytum *Dominium*, & Communitatem Venetiarum &c. nec non & M. & P. Communitatem Florentiæ, omnes invicem Colligatos ex parte una, & Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, ex parte altera, nonnullos errores, discordias, & scandala seminaverit, ex quibus Partes ipsæ tandem ad Guerram publicam devenerunt, exindeque infinitæ rapinæ, incendia, vulnera, cædes aliaque horrenda facinora successerunt, que in pœnis labi quotidie properabant. Sanctissimus ac Beatissimus in Christo Pater, *Dominus Dominus* Martinus, Divina Providentia Papa Quintus, cujus proprium est inter Christi fideles pacem, tranquilitatem, & concordiam procurare divino Spiritu circumfusus, suaque immensa clementia cupiens hujusmodi discordias, & scandala resecare pestiferosque Bellorum anfractus, qui non modo Partium istarum Status, verum etiam totam Italiam perturbabant, in Pacis dulcedinem commutare, sese ad hoc Sanctissimum opus tota mente disponens Partes ipsas ac compaternis effectibus invitavit suasque Vices Reverendissimo in Christo Patri, & *Domino Domino* Nicolao Miseratione divina titularis Sanctæ Crucis in Jerusalem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali plene totaliterque commisit, qui onus id Catholica intentione, favoreque Christianæ Religionis leta & prompta mente susceptit, cujus salutifera consilia Partes ipsæ pro ejus mentibus acceptarunt. Ipsius itaque Reverendisimi Domini Cardinalis intervenientibus laboribus, industria, opera, & sollicitudine, quibus jugiter insudavit, post longos variosque tractatus; tandem Spiritus Sancti gratia invocata Spectabiles, & Egregii Viri Dominus Henricus de Colomberio, *Dominus* Unsfleus, ac Petrus Marchiandi Legum *Doctor*, Oratores, Sindici, & Procuratores præfati Illustris-

ſtrisſimi Principis, & Excellentisſimi *D*omini Amedei, *D*ucis Sabaudiæ &c. ut de eorum Sindicatu, & Mandato pleno conſtat publicis, & patentibus Litteris præfati *D*omini *D*ucis Sigillo ſuæ Cancellariæ impendenti ſigillatis, datis in Caſtiono die decima tertia Octobris ſub Anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, ſignatis manu Gulielmi Bolomerii Secretarii ſui a nobis Notariis infraſcriptis viſis, & lectis, & Spectabiles, & Egregii Viri *D*omini Faxinus *D*andulo juris utriusque *D*octor, Paulus Corario quondam *D*omini Filippi Procurator Sancti Marci, & Thomas Michael, quondam *D*omini Laurentii Honorabiles Cives Civitatis Venetiarum, Syndici & Procuratores praefati Illuſtriſſimi Principis, & Excellentisſimi *D*omini Domini Franciſci Foſcari Dei gratia inclyti Venetiarum etc. Ducis, *D*ominii, & Communis Venetiarum, ut de eorum Sindicatu, & Mandato plene conſtat publico Inſtrumento ſcripto, & publicato per providum Virum David de Tataldinis Imperiali auctoritate, & *D*ucalis Aulæ Venetiarum Notarium in MCCCC. XXVI. Indictione quarta, die decima quarta præſentis menſis *D*ecembris a nobis Notariis infraſcriptis viſo ac lecto, & Spectabiles, & Egregii Viri, *D*omini Reynaldus Filius quondam *D*omini Maſii de Albicis Miles, ac Marcellus Stroza de Strocis, Legum *D*octor, honorabiles Cives Florentini, Oratores, Sindici, & Procuratores predicte M. & P. Communitatis Florentiæ, ut patet publico Inſtrumento ſcripto, & publicato per Albertum quondam Luce Civem, & Notarium Florentinum in milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione quinta, ſecundum curſum, & morem Florentinorum die decima ſeptima menſis Novembris a nobis Notariis infraſcriptis viſo, & lecto Procuratoriis, & Sindicatoriis nominibus quibus ſupra, ac pro omnibus, & ſingulis Colligatis, Recomendatis, Adherentibus, Complicibus, Sequacibus, & Subditis eorum ex parte una, & Venerabilis Vir *D*ominus Frater Filippus de Provanis Preceptor *D*omus Sancti Antonii Mediolani, ac Spectabilis, & famoſus juris utriusque *D*octor *D*ominus Franchinus de Caſtiliono, & Johannes de Aretio ambo Conſiliarii præfati Illuſtriſſimi *D*omini Filippi Mariæ Angli &c. Syndici, Nuntii, Procuratores, & Mandatarii, & Ambaſiatores ipſius *D*omini *D*ucis, ſicut de eorum Syndicatu, & Mandato plene conſtat publico Inſtrumento confecto, tradito, & ſubſcripto per *D*onatum de Ciſero de Herba, quondam Marchiſii Civitatis Mediolani Portae Novae Parochiæ Sancti Fidelis publicum Notarium &c. & præfati Illuſtriſſimi *D*omini *D*ucis Mediolani Scribam in milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſexto, Indictione quinta die Sabbati vigeſima ſexta Octobris, Sigillo pendente ipſius *D*omini *D*ucis in cera alba communito a nobis Notariis infraſcriptis viſo & lecto Sindicatorio & Procuratorio nomine ſupradicto, ac pro omnibus, & ſingulis Colligatis, Recomendatis, Adherentibus, Complicibus, Sequacibus, & Subditis ipſius Domini Ducis ex parte altera. Ad laudem, & reverentiam Omnipotentis *D*ei, & Gloriosisſimæ Virginis Mariæ Matris ejus, & Beatorum Mauritii Martyris, Marci Evangeliſtæ, Johannis Baptiſtæ & Ambroſii Confeſſoris, ac totius Coeleſtis Curiæ trionphantis, & ad tranquilitatem, & requiem perpetuam Partium prædictarum, Statuumque ſuorum. Sindicariis, & Procuratoriis nominibus quibus ſupra, non per errorem, ſed ſponte, & ex certa ſcientia, ac omni meliori, & efficaciori via, & modo, quibus potuerunt, & poſſunt, fecerunt, contraxerunt, celebrarunt, & firmaverunt, ac faciunt, contrahunt, celebrant, & firmant inter ſe, nominibus quibus ſupra, bonam, veram, puram, ſinceram, & inviolabilem Pacem, Deo dante, perpetuis temporibus duraturam, cum Capitulis, Pactis, Conditionibus, modis, formis, promisſionibus, Obligationibus, Articulis, & Clauſulis infraſcriptis, videlicet:

1. In primis, namque prædictae Partes, nominibus quibus ſupra, inter ſe, Procuratoriis & Sindicatoriis nominibus Dominorum, ſeu Dominorum ſuorum pro ipſis, & pro omnibus Subditis, & Terris quos, & quas *D*omini ſui, ſeu *D*omina ſua ſupraſcripta habent, & tenent, ac pro eorum Colligatis, Adherentibus, Recomendatis, Feudatariis, Confederatis, Complicibus & Sequacibus, puris, meris, & rectis cordibus quacunque machinatione remota fecerunt, & faciunt liberationem, quietationem, & remiſſionem de omnibus occiſionibus, captivationibus, damnis, rapinis, incendiis, injuriis, & offenſis quibuscunque, realibus & perſonalibus, hinc inde, opere, auxilio, vel conſilio, facto, verbo, vel in ſcriptis, vel aliter quomodolibet hactenus factis, datis, vel illatis, commiſſis vel perpetratis, ſe invicem, nominibus quibus ſupra, & pro omnibus ſupraſcriptis ſimpliciter, libere, & generaliter de omnibus prædictis atque eorum dependentibus, & connexis, nec non generaliter de omnibus poenis, & intereſſe, cæterisque omnibus obligationibus, quibus, occaſione præſentis, ſeu proximæ Guerrae, vel in ea, vel propter eam geſtorum, vel factorum invicem tenerentur, Quietantes, & liberantes, & ad veram cordialemque animorum reconciliationem etiam predictis nominibus devenientur ſalvis ſemper omnibus Capitolis præſentis Contractus repetita.

2. Item, convenerunt antedicte Partes nominibus Procuratoriis, & Syndicatoriis quibus ſupra quod de cetero unaqueque Partium alteram, & ipſius alterius Partis Subditos, Vaſſallos, Civites, Caſtra, Terras, & Bona omnia quos, quas, & quæ quacunque ratione vel cauſa tenent de præſenti, & in futurum tenebunt ipſiusque veros Colligatos Adherentes, Recomendatos, Confederatos, ſive Conventionatos infra duos menſes a die præſentis Contractus prædicto Reverendiſſimo *D*omino Cardinali Sanctae Crucis nominandos, eorumque Colligatorum, Subditorum, Adherentium, Recomendatorum, Feudatariorum, & Confederatorum Civitates, Caſtra, Terras, & Bona quecunque præſentia, & futura de cetero aliqualiter non offendet, neque moleſtabit, neque contra ipſos aliqualiter ſe impediet realiter, vel perſonaliter, dirrecte, vel indirrecte, neque aliquo queſito colo-

Digitized by Google

colore, ſed pacifice, & quiete inſimul vivent, ſeque ut veros, & bonos amicos tractabunt, & reputabunt. Salvis ſemper omnibus Capitulis infraſcriptis, & omnibus aliis in præſenti Contractu contentis.

3. Item, præfati *Do*mini Frater Filippus Franchinus, & & Johannes, nomine quo ſupra dicti Illuſtriſsimi *Do*mini *Du*cis Mediolani, quietant, & remittunt, &, quantum opus eſt, de novo tradunt, cedunt, & concedunt eo modo, & meliori quo fieri poteſt titulo Transactionis, Pacis, & Concordiæ, ſeu *Do*nationis purae, meræ, & irrevocabilis, quæ dicitur inter Viros, quæ nulla cauſa ingratitudinis, vel aliter revocari poſſit Illuſtriſsimo *Do*mino *Du*ci Sabaudiæ antedicto, ejusque Hæredibus & Succeſſoribus cauſamque habentes ab eisdem omni Loca, Terras, Caſtra, Cenſus, redditus, & homagia ubicunque ſint, vel eſſe reperirentur. Nec non omnia Jura, & Actiones in ipſis præfato Illuſtriſſimo *Du*ci Mediolani competentes, & ceſſibiles, ac quæcunque alia, quas, & que prefato Illuſtriſſimo *Du*ci Mediolani competentes, & ceſſibiles, ac quæcumque alia, quas, & que prefatus Illuſtriſsimus *Do*minus *Du*x Sabaudiæ tenet, & poſſidet, tenuitque & poſſedit a tempore mortis Illuſtriſsimi Domini Ducis Mediolani Fratris prænominati Domini Ducis Mediolani moderni usque ad diem primam Menſis Septembris Anni *Do*mini milleſimi quadringenteſimi vigeſimi ſexti, quæ fuerint, vel eſſe reperirentur de Bonis, vel Haereditate dicti Domini Ducis Mediolani, ſuorum prædeceſſorum quorumcunque, vel quæ ad ipſum quovis titulo.

4. Item, quod omnia Loca, Terræ, Caſtra, Villæ, Oppida, cum eorum Juribus, Confinibus, & Dependentiis quibuscunque, nec non quecunque alia, quas & quæ prænominatus Illuſt. Dom. Dux Sabaudiae aquiſivit, vel aquiſiviſſe reperiretur quovis titulo & cauſa, per vim vel aliter, de Terris, Bonis, vel Haereditate, mediate vel immediate, præfati Illuſtriſsimi Domini Ducis Mediolani, vel quæ ipſe Dominus Dux Mediolani tenebat, & poſſidebat per ſe, vel alium a tempore dici primi menſis Septembris Anni Domini milleſimi quadringenteſimi vigeſimi ſexti, usque ad diem Contractus præſentis Pacis inclusive, teneantur, & poſſideantur, tenerique, & poſſideri poſſint pacifice, & quiete ab ipſo Illuſtriſsimo Domino Duce Sabaudiæ, ejusque Hæredibus, ac Succeſſoribus cedunt, quietant, & remittunt, titulo præſentis Tranſactionis, Pacis, & Concordiæ, ſeu Donationis purae, meræ, & irrevocabilis quæ dicitur inter vivos, quæ ob nullam cauſam ingratitudinis, vel aliter revocari poſſit.

5. Item quod Civitas Brixiæ cum omnibus Fortilitiis ſuis, ac totis Territorio, Diſtrictu, Comitatu, Epiſcopatu, omnibusque Terris, Caſtris, & Locis, Aquis, Paſſibus, Vallibus, Montibus, & Locis quibuscunque, qui, & quæ ſunt, & comprehenduntur de jure vel conſuetudine, ſeu etiam poſſeſſione, vel quaſi in pertinentiis, Jurisdictionibus, Confinibus, Diſtrictu, Territorio, etiam ſi eſſent alienæ Dioceſis, Comitatu, Epiſcopatu, ſeu Dioceſi Brixiæ, etiam ſi quæ eſſent, quæ haberent conceſſionem, Prerogativam, Conſuetudinem, vel Jurisdictionem aliquam ſeparatam a Civitate, Diſtrictu, Territorio, Comitatu, Epiſcotu, & Dioceſi Brixiæ, dummodo ſupraſcripta, & infraſcripta ipſi Illuſtriſſimo Dominio Venetiarum tradenda, & dimittenda, vel relaxanda ab ipſo Dominio Venetiarum, teneantur ab ipſo Illuſtriſsimo Domino Duce Mediolani, vel ejus Subditis teneantur, vel tenerentur tempore inceptæ Guerræ inter ipſum Dominium Venetiarum, & ipſum Illuſtriſsimum Dominum Ducem Mediolani, etiam ſi tradita, aut data per ipſum Dominum Ducem fuerunt ab eo tempore citra alicui inter quæ tamen tera rippæ Tridenti, & Caſtrum Tevi cum omnibus ſuis Fortilitiis, Juribus, Jurisdictionibus, & Perrinentiis quæ per Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Epiſcopum Tridentinum præſentialiter poſſidentur, & non comprehendantur, & dummodo ſint citra flumen Oleji verſus Brixiam, vel etiam ultra Oleum, de Confinibus tamen, vel Pertinentiis ſupraſcriptorum Caſtrorum, vel Terrarum citra Olium tradendorum, vel dimittendarum, inter quas confines, & pertinentias etiam comprehendantur illud reliquum Caſtri Palazoli, quod eſt ultra Olium verſus Mediolanum cum ſuis pertinentiis, & Locus Terzole, tam citra Olium, quam ultra, cum ſuis Pertinentiis, niſi dictus Locus Tezoli, vel Pertinentiæ ſit, vel ſint de alio Territorio quam Brixienſi, non compræhendatur, cujus probatio non intelligatur virtute horum verborum in aliquem translata, ſed remaneant juditio prefati Reverendiſsimi Domini Cardinalis Sanctæ Crucis, & etiam ſi prædictæ pertinentiæ omnes quorumcunque locorum prædictorum ſe extenderent ultra ſpacium centum trabucorum infraſcriptorum, vel ſaltem ſi non ſint de prædictis pertinentiis, ſive ultra ipſum Olium ſuper Territorio Brixienſi infra ſpacium centum trabucorum infraſcriptorum menſurandorum ab Aqua Olii ſecundum menſurandi trabucos in illa Patria declarando, quod quilibet trabucus intelligatur eſſe quatuor Brachiorum Venetorum ad illam menſuram, cum qua menſurantur pani lanei venales in Venetiis, intra quod trabucorum ſpacium Locus Caleii non comprehendatur, hoc addito & declarato, quod ſi inter ſpatium centum trabucorum eſſent aliqua alia Fortilitia vel Caſtra, illa cum eorum juribus, & Pertinentiis inter prædictum centum trabucorum ſpacium dumtaxat compræhendenda remaneant ut infradicto Illuſtriſsimo Ducali Dominio Venetiarum, dummodo non ſint prædicta & infraſcripta, vel aliquod eorum in Territorio, & Diſtrictu Cremonæ aut Pergomi, vel alio Territorio dicti Illuſt. Domini Ducis Mediolani, vel Brixienſi, excepto Palazolo, tam citra, quam ultra Olium cum ſuis pertinentiis, ut ſupra. Quæ omnia cum omnibus juribus ſuis, Præheminentiis, Honorantiis, & Jurisdictionibus quibuscunque una cum Caſtro Iſeii Villa Pontaria, & Rippa citra Olium, & Locum verſus Brixiam, ac Valibus, & Montibus de Iſeo cum Lacu pro quanto dictus Lacus eſt de Jurisdictionibus, & Pertinentiis Caſtri Pontariæ, & Ripæ prædictæ de Iſeo cum omnium etiam predictorum Juribus, & Pertinentiis, Villis ac Poſſeſſionibus, quas dictus Illuſtriſsimus Dominus Dux Mediolani

lani quocunque jure tenet & posſidet in aliquo prædictorum Locorum ipſi Illuſtriſſimo Domino, tradendorum, dimittendorum, vel relaxandorum, vel tenuerit, & poſſederit in aliquo prædictorum Locorum tempore inceptæ Guerræ inter dictum Dominium Venetiarum, & dictum Dominum Ducem Mediolani, etiam ſi tradita, aut data fuerint per ipſum Dominum Ducem alicui, ſalvis Locis, quæ darentur, per Dominum Epiſcopum Tridentinum, ut ſupra teneantur, & posſideantur ac teneri, & posſideri posſint quo ad jura ipſi Illuſtriſſimo Domino Duci competentia quoquo modo, non autem, quo ad jura privatarum Perſonarum non habentium cauſam ab ipſo Domino Duce poſt dictam Guerram inceptam pacifice, & quiete ſine aliqua contradictione ipſius Domini Ducis, vel habentium cauſam ab eo ab Ill. Ducali Dominio Venetiarum, quos, quas, & quæ prænominatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, ſive ejus Procuratores ejus nomine prædicto Illuſtriſſimo Domino Venetorum tradent, relaxent quantum ad illa, quæ ab ipſo Domino Duce, vel ejus nomine tenentur, vel tenebantur ut ſupra, titulo Transactionis, Compoſitionis, Pacis, & Concordiæ, ſive Donationis puræ, meræ, & irrevocabilis, quæ dicitur inter vivos, & quæ ob nullam cauſam revocari posſit, & omni modo, jure, & forma, quibus melius, & efficatius valere posſit. Cedens prædictus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, ſive ejus Procuratores ut ſupra, dicto Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetorum omnia jura, & Actiones ſibi competentia & competentes in quibuscumque rebus, & Locis præmiſſis, etiam ſi ſingulariter dictus Dominus Dux Mediolani aliquid posſideret, vel posſidet ut ſupra. Renuntians ſive renuntiantes inſuper omni Actioni, Juri, & Legum beneficio, ac cuicumque Privilegio ſibi competentibus, quibus ullo unquam tempore dictus Dominus Dux poſſet contra prædicta, vel aliquod prædictorum ſe juvari, ac promittens, ſive promittentes pro ipſo Domino Duce, & Succeſſoribus ſuis ſolemniter ac jurans, ſeu jurantes corporaliter ad Sacra Dei Evangelia ipſum Dominum Ducem de prædicta Civitate Brixiæ, Fortilitiis, Territorio, Diſtrictu, Comitatu, Epiſcopatu, Confinibus, Terris, & Locis omnibus ſuprascriptis prædicto Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum remanere debentibus ut ſupra, & Civibus Diſtrictualibus omnium, & ſingulorum ſuprascriptorum Locorum quantum ad concernentia ſtatum nullo unquam tempore per ſe, vel alias intromittere contra ipſum Dominium, ſeu habentes cauſam ab eo vel aliqualiter impedire, vel immiſcere, ſingulariter vel univerſaliter, ex quacunque cauſa, quæ dici, vel excogitari posſit, etiamſi denuo taliter ſuperveniret ipſis prædictis rebus, apud dictum Dominium, ſeu habentes cauſam ab eo exiſtentibus. Ita tamen, quod Vallis Camonica cum ſuis Confinibus, Territoriis, juribus, & jurisdictionibus, etiamſi de dictis Pertinentiis, & Appenditiis prædictæ Civitatis Brixiæ fuiſſe hactenus reperiretur, nullo modo in prædictis ipſi Illuſtriſſimi Ducali Dominio remanſuris comprehendi debeat, dumtamen Caſtrum, Villa Pontaria, Lacus, & Ripperia, de Iſeo, ut ſupra, cum Territorio, Pertinentiis, Honorantiis, Præheminentiis, & Jurisdictionibus ſuis quibuscunque non remaneant dicto Ducali Dominio Venetiarum, etiamſi eſſent vel fuiſſent de Pertinentiis Vallis Camonicæ quovismodo; Quæ quidem tradenda, & relaxanda, ſeu dimittenda, ut promittitur tradidiſſe, & expediviſſe, & realiter ſine aliqua diminutione asſignaſſe, ſeu asſignari feciſſe teneatur, & debeat dictus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani prædicto Illuſtriſſimo Domino Dominio Venetorum, vel Deputatis ab eo infra terminum dierum viginti quinque, quo ad Caſtra quinque, videlicet Iſeum, Palazolum, Pontolium, Olani, & Urceas novas, & triginta unius, quo ad alia a die celebrationis Contractus præſentis Pacis, & ex nunc præfati Oratores, & Procuratores nomine Procuratorio ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani concedunt, cedunt, remittunt, relaxant, & promittunt in omnibus, & per omnia, ut ſupra, & conſtituunt ſe dicto nomine ſeu præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Dominii Venetorum, tenere, & poſſidere, & quaſi omnia, & ſingula prædicta, quæ dictus Dominus Dux Mediolani ut ſupra, tradere tenetur, dantes, & concedentes liberam licentiam, & facultatem præfato Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum, & ſuis Procuratoribus, & habentibus ab eo Mandatum poſt dictum terminum apprehendendi corporalem tenutam, & poſſeſſionem, vel quaſi propria auctoritate, non obſtantibus ulla contradictione, ſen moleſtia dicti Domini Ducis Mediolani, vel alterius ejus nomine, vel ſuorum complicium. Cum hoc tamen quod quando ſupradicta omnia tradentur realiter, & tradita fuerunt, tunc continuo ille, qui ea accipiet, habere debeat poteſtatem, & Mandatum a predicto Ducali Dominio Venetiarum, quod Mandatum, & poteſtas usque nunc per hoc præſens publicum Inſtrumentum irrevocabiliter eidem concedatur, & conceſſum ſeu conceſſa eſſe intelligatur liberandi in plena, & ſolemni forma eundem Dominum Ducem Mediolani ab omnibus, & ſingulis, ad quæ vigore præſentis Capituli ratione dimiſſionis, traditionis, & relaxationis dictarum rerum faciendarum ut ſupra, teneretur, ſalva ſemper omni obligatione ad quam, vigore præſentis Capituli, obligatum eſſe debeat idem Dominus Dux, etiam poſt traditionem factam cum hoc tamen, quod de evictione non teneatur, niſi pro ſuo dato, & facto tantum, & ita prædicta traditione facta per hoc Inſtrumentum liberatus eſſe intelligatur, hoc etiam addito, quod ſi aliquo caſu contingeret prædictam traditionem, ſive relaxationem aliquarum rerum ultra predicta quinque Caſtra tradenda infra dies viginti quinque, ut dictum eſt, per ipſum Dominum Ducem traducendorum non compleri infra terminos ſuprascriptos, dummodo ex mala fide ipſius Domini Ducis non procederet, non propter ea intelligatur huic Capitulo eſſe contrafactum, dummodo dictam traditionem, & aſſignationem continuandam perficiatur infra aliquos quinque vel ſex dies immediate ſequentes, hoc etiam adito, & convento quod ſi in conſignatione, & traditione Locorum, & Fortilitiorum fienda per præfatum Dominum Ducem Mediolani jam dicto Illuſtriſſimo Dominio Venetiarum, vel occaſione confinium, & pertinentiarum aliquæ dif-

Digitized by Google

differentiæ orirentur præfatus Reverendisfimus Dominus Cardinalis Sanctæ Crucis sit, & esse debeat Diffinitor, & Judex sine ullo ordine Judiciorum, cujus diffinitioni, & declarationi stetur omni remedio cessante secundum in simili Capitulo quod incipit; *Item si forte dissessio vel quæstio &c.*

6. Item quod, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, sive ipsius Procuratores nomine suo teneantur Magnificos Dominos de Malatestis in omnibus promissionibus absolvere &c.

7. Item, quod Castrum Insulæ de Donisiis eo modo quo nunc esse remaneat Marchioni Mantuæ, & Spectabilis Aloysius de Verme, Filii quondam Filippi de Arcellis habeant, & possideant, omnia quæ habebant in Territorio Ducis Mediolani &c.

8. Item quod Castrum de Montechio teneatur per Ill. Dominum Marchionem Ferrariæ absque ulla turbatione per Dominum Ducem Mediolani inferenda.

9. Item quod nulla pallata, seu quodlibet aliud obstaculum, vel clausura in Flumine Padi per Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, & etiam per ejus Adherentes, seu Recommendatos fieri, vel refici possit, & valeat, & vice versa nulla pallata, seu quodlibet aliud obstaculum, seu clausura per Illustrisfimum Dominium Venetorum neque etiam per suos Adherentes, & Recommendatos debeat in dicto Flumine Padi, fieri vel refici, Pontes vero qui alias fuerunt in Flumine Padi tempore Illustrisfimi Domini Ducis Mediolani Patris Domini Ducis Moderni refici possint; per Illustrissimum Dominium Venetiarum, & ejus Adherentes, Recommendatos, & Complices in Locis suis ubi erant, & super suo Territorio, & versa vice per dictum Illustrisfimum Dominum Ducem Mediolani & ejus Adherentes, & Complices in Locis suis, & Territorio suo reffici possint, ubi erant, & nulli alii Pontes possint per alterutram Partium fieri declarando tamen quod in Locis antiquitus consuetis in Pado, & in quibus solvebantur tempore Illustrisfimi Domini Ducis Mediolani Patris Domini Ducis præsentis Datia eo tempore solvi consueta solvantur, & alibi quam in Locis suprascriptis super Pado imponi, vel exigi non possint, & impositа omnino removeantur.

10. Item quod Dux Mediolani in quantum Dominus est Januæ liberet, & absolvat Magnificum Commune, & Homines Florentiæ ab omni promissione, conventione, obligatione, juramento, sive vinculo quibus tenerentur, & obligati essent Magnificæ Communitati Januæ in eo, & ab eo, quod ipsi Commune, & Homines Florentiæ non possint conducere Res, Merces, & Mercantias, de partibus Angliæ, & Flandriæ, nisi cum Navigiis Januensibus.

11. Item quod Nobiles de Flisco, & de Campo Fregoso, & eorum Successores teneant, & possideant libere, absque ullo impedimento Illustrissimi Domini Ducis Mediolani omnia Castra, Fortilitia, & alia bona sua etc.

12. Item quod si forte discenssio, vel questio oriretur inter prefatum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, & Nobiles de Flisco, Reverendissimus Dominus Cardinalis Sanctæ Crucis sit Judex etc.

13. Item quod dictus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani teneatur, & debeat infra terminum duorum mensium a die præsentis Contractus computandorum restituere, & libere relaxare, & relassari facere ipsi Magnificæ Communitati Florentiæ, Adherentibus, Recomissis, & Colligatis suis omnes Civitates, Terras, & Castra, Fortilitia, Jura, & bona immobilia quæcunque, eo modo quo nunc sunt, quæ tempore præsentis Guerræ per ipsum Dominum Ducem, Gentes, Complices, & sequaces ipsi Communitati, Adherentibus, Recomissis, Colligatis, seu alicui eorum ablatæ, vel ablata fuissent, si modo ab ipso Domino Duce teneantur & possideantur, quod si teneantur, vel possideantur per Stipendiarios ipsius Domini Ducis Mediolani, & non restituantur infra terminum prædictum, dictus Illustrisfimus Dominus Dux teneatur finita præsenti firma eos cassare de stipendio suo, dum tamen dicta firma non possit se extendere ultra terminum sex mensium a die præsentis Contractus computandorum, quod si eorum firma extenderet se ultra dictum terminum, teneatur finito dicto termino eos etiam cassare de stipendio suo. Si autem sit in manibus Sanctissimi Pontificis, vel alicujus extra Personas suprascriptas, Exceptis Civitatibus Imolæ, & Forlivii cum suis Communitatibus, Destrictibus, & pertinentiis, teneatur ipse Dominus Dux bona fide, & pro posse supplicare, & instare apud summum Pontificem, & apud alios ad quos fuerit opportunum, & ea restituant, si relaxant dictæ Communitati, Colligatis, & Recomisfis ut supra singula singulis, congrue referendo, dummodo sibi intimetur saltem per Litteras apud quos alios instare debeat, & dummodo eidem Domino Duci nominentur, & particulariter requirantur saltem per Litteras ea que ab ipso, seu ejus nomine possideantur, vel per Stipendiarios suos ante summum Pontificem, sive ejus nomine quæ restituere habeant, aut restitui facere vel pro restitutione supplicare ut supra.

14. Item, quod prælibatus Illustrisfimus Dominus Dux Mediolani, directe, vel indirecte, clam vel palam, non debeat se aliquo modo intromittere de Civitate Bononiæ, aut de aliquo loco sibi subdito, nec de aliquo loco Tusciæ, Romandiolæ, vel alterius Provinciæ a Bononia ultra, usque Romam, neque de aliquo Nobili, vel Domino, qui intra dictos confines habitaret, seu in dictis Provinciis esset, & versa vice dicta Liga de prædictis Civitate Bononiæ, & Locis ipsi Civitati pertinentibus, vel aliis quibuscunque Terris, in Romandiola existentibus Ecclesiæ Subditis non possit se intromittere, exceptis Locis, quæ ad præsens per ipsam Ligam Colligatis, seu ea recomisfis etc. ut supra tenentur, & possidentur, seu tempore motæ Guerræ tenebantur, & possidebantur, excepta Civitate Imolæ, & Forlivii, cum suis Communitatibus, Destrictibus, & pertinentiis, & exceptis Dominis, & Nobilibus dictorum Locorum de quibus omnibus possit se dicta Liga Colligatorum, etc. ut supra, intromittere singula singulis congrue referendo.

15. Item, quod quilibet de Liga possit se intromittere de Locis, Terris Colligatis, & recomisfis suis etc. ut supra, non autem, quod unus impediat se de Locis Colligatis, & recommisfis alterius sine ejus

Digitized by Google

ejus voluntate, etiam si dicti Domini, & Nobiles subjecti essent vel sint Romanæ Ecclesiæ, hoc tamen addito, quod id hoc Capitulo nulla mentio facta esse intelligatur de Magnificis Dominis de de malatestis, neque de Terris, quæ tenent, sed quo ad eos remaneat Capitulum supra de ipsis specialiter positum.

16. Item quod illi de Fliſco, & Campo Fregoſio includantur in presenti Pace etc.

17. Item quod unaqueque Pars teneatur nominare Reverendissimo Domino Cardinali predicto suos Colligatos, Recomendatos, Adherentes, & Complices infra duos menses a die presentis Contractus, & immediate infra alios duos menses possint & debeant ratificare nominationem, & præsentem Contractum, & eo casu comprehendantur in præsenti Contractu Pacis, alias habeantur proinde ac si non essent nominati, nec in hoc Contractu comprehensi.

18. Item quod aliquis Colligatus predictorum non possit nominare pro Colligato, Adherente, vel Recomendato aliquem de Subditis, tam præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, ejusque Colligatorum, Adherentium, vel Recomissorum a Flumine Olii ultra versus Mediolanum nec a Civitate Parmæ cum ejus Territorio inclusive ultra versus Placentiam; Et e contra dictus Dominus Dux Mediolani non possit nominare pro Colligato, Adherente, vel Recomendato, seu aliquem ex Subditis præfati Illustrissimi Dominii Venetorum, vel ejus Colligatorum, Adherentium vel Recomissorum a Flumine citra versus Venetiam, nec a Civitate Parmæ exclusive versus Venetias, hoc etiam addito, & declarato, quod idem Illustrissimus Dominus Dux Mediolani non possit dare pro Colligato, Adherente, vel Recomendato aliquem Subditum Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ, nec e converso, etc.

19. Item, convenerunt Partes prædictæ, nominibus quibus supra, quod in casu quod ultra, de quibus habet cognoscere præfatus Reverendissimus Dominus Cardinalis, vel ejus, ut supra, oriretur aliqua controversia vel questio aut dubitatio in Capitulis præsentis Contractus, aut in aliquo casu, seu circa ipsa, vel aliquid eorum, aut causa, vel occasione eorum, vel alicujus eorum, tam circa verba, quam circa effectum, & tam occasione confinium, quam alia quamvis occasione, vel causa, quæ dici, vel excogitari possit, etiam si non diceretur in aliquo non esse obtemperatum, vel contrafactum totius presentis Contractus Capitulis vel alicui eorum in totum, vel in parte, tunc & eo casu, vel eis casibus judex sit, & Cognitor Sanctissimus Dominus noster Martinus Papa quintus Conservator Deputatus cum juditio, & decisioni sive declarationi tam judicialiter quam extrajudicialiter factæ, servata Juris forma, & solemnitate, vel non servata, omnes antedictæ Partes, & quælibet earum parere teneantur, & servare, & executioni mandare, sine aliqua exceptione, vel contradictione, omnique remedio nullitatis, appellationis, restitutionis in integrum, querelationis, & supplicationis, atque alterius cujuscunque maneriei cessantibus.

20. Item quod præsens Pax debeat publicari per Partes prædictas, & quemlibet earum in suis principalibus Civitatibus die vigesima tertia mensis Februarii proxime futuri.

21. Item, quod præsens Pax, & omnia, & singula in presenti Instrumento Pacis contenta habeantur, & sint valida, & firma, sed tamen ad majorem cautellam Partes, & earum quelibet teneatur ratificare etc. ad diem vigesimam tertiam mensis Februarii prædicti etc.

22. Insuper ad majus robur dicti Procuratores, & Syndici nominibus antedictis tradunt, dimittunt, cedunt, & relaxant, liberant, & absolvunt per Aquilianam stipulationem præcedentem, & accopulationem subsequentem legitime interpositas, & constituunt se supradictis nominibus, & eos quorum sunt Procuratores, & Syndici tenere, & posſidere omnia & singula supraſcripta Loca restituenda, & relaxanda ut supra nominibus eorum, quibus traddi, dimitti, restitui, cedi, vel relaxari debent, & in omnibus, & per omnia faciunt omnia, & singula supraſcripta, quæ eos facere debere supraſcriptum est. Quam quidem Pacem, & omnia, & singula supraſcripta, & omnia, & singula contenta in singulis Capitulis ipsius solemni stipulatione promiserunt præfatæ Partes dictis modis, & nominibus sibi ad invicem singula singulis congrue refferendo, & nobis Notariis infraſcriptis, ut publicis Personis stipulantibus, & recipientibus nomine eorum, & singulorum, quorum interest, seu interesse poterit in futurum, firma, rata, & grata perpetuo habere, & tenere, & inviolabiliter observare, & adimplere, & nunquam contrafacere, dicere, vel venire, de jure, vel de facto per se vel alium seu alios, dirrecte vel indirrecte, tacite vel expresse, quovis modo, causa vel ingenio, vel aliquo quesito colore, sub pœna Ducatorum centum millium auri solemni stipulatione promissa, cum reffectione omnium, & singulorum damnorum, expensarum, & interesse litis, & extra, in quam pœnam incidat quælibet dictarum Partium, & quælibet ex eis, qui, vel quæ contrafaceret, & prædicta integraliter observaverunt, & ab illo contrafaciente exigi possit, & debeat, & applicari Parti, vel illi observanti contra quam, vel quem esset contrafactum, & pœna soluta, vel non, prædicta omnia, & singula nihilominus firma perdurent, & inviolabiliter observentur. Renuntiantes prædictæ Partes, & earum quælibet in prædictis omnibus, & singulis nominibus quibus supra, exceptioni non sic, vel aliter celebratæ dictæ Pacis, non sic vel aliter factorum Capitulorum, Declarationum, & Conventionum, non sic, vel aliter celebrati Contractus, & gestæ rei, exceptioni doli mali, condictioni sine causa, vel ex injusta causa, in factum actioni, exceptioni quod metus causa, privilegio, fori, & cuilibet alii juri, Legum, Constitutionum auxilio, eisdem dictis modis, & nominibus, & vel dictis principalibus, vel alicui ipsorum quomodolibet competenti, vel competitura, & Legi dicenti generalem renunciationem non valere; Et insuper dictæ Partes, dictis modis, & nominibus, ad majorem prædictorum omnium firmitatem, sponte, & ex certa scientia juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, tactis Scripturis, in animas ipsorum Constituentium, supraſcripta omnia & singula, & quodlibet ipsorum attendere, observare, & adimplere perpetuo, bona fide, ad sanum, bonum,

Digitized by Google

bonum, & purum ſenſum, & intellectum, omni cavillatione, abſurditate, mala interpretatione, dolo, fraude, & exceptione ceſſantibus, & remotis, & hæc omnia ſub ypotheca, & obligatione omnium bonorum præſentium, & futurorum prædictarum Partium principalium, & cujuslibet earum. Voluerunt etiam, & mandaverunt, & rogaverunt prædictæ Partes, & quelibet earum de prædictis omnibus, & ſingulis per nos Chriſtophorum de Rogeriis de Urbe præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis Secretarium, Antermetum de Spina præfati Illuſtriſſimi Ducalis Dominii Venetiarum Secretarium, Petrum Nigro quondam Ser Symonis de Venetia, & Laurentium Pauli Ser Guidonis de Florentia, & Antonium Juſti de Piſis Notarium Florentinum, & Baptiſtam de Caſtiliono de Mediolano omnes Notarios publicos infraſcriptos, & quemlibet noſtrum debere confici unum vel plura publica Inſtrumenta ejusdem ſubſtantiæ, & tenoris, pro ut fuerit opportunum.

Quem Contractum ſupraſcriptum omniaque, & ſingula in eo contenta fecerunt, & faciunt, ac ſuſpenderunt, & ſuſpendunt prædictæ Partes ſub conditione ſi præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani infra quindecim dies, a die celebrati præſentis Contractus, præfato Reverendiſſimo Domino Cardinali Sanctæ Crucis licenciaverit Uxorem, & Filias Magnifici Comitis Carmagnolæ totaliter, quod ad ſui libitum poſſint ire quocunque eis placuerit, nec non & omnia ſua bona immobilia per ipſum Comitem empta, & ſuper eis edificata, & conſtructa in Territorio præfati Domini Ducis exiſtentia, ſine ulla contradictione per ipſum Dominum Ducem, vel ſuos in præmiſſis apponente, vel inferente libere reſtituerit, ita & taliter quod omnibus ipſis bonis uti, & gaudere poſſit perpetuo, pacifice, & quiete, ac de illis facere, & diſponere tanquam de rebus propriis ad libitum ſuum, pariterque idem Illuſtriſſimus Dominus Dux eidem Domino Cardinali relaſſaverit Johannem Ludovicum de Fliſco, ipſiusque liberos, & alios quoscumque ipſius obſides ſine aliqua redemptione, ſi in ipſa redemtione pro tunc captivi reperirentur, quibus liberationibus, & relaxationibus, & reſtitutionibus factis per ipſum Dominum Ducem, ut præmittitur, perinde habeantur omnia prædicta ac ſi in conventione, & Promiſſione Contractus Pacis pure deducta forent, & præſens Pax firma eſſe intelligatur & ſit, & interim infra prædictos quindecim dies omnes injuriæ, & offenſæ per utrasque Partes ceſſareque debeant taliter, quod neutra dictarum Partium alicui ex aliis Partibus aliquas injurias vel offenſas facere poſſit, vel debeat. Quod ſi in dicto termino quindecim dierum aliquid immobile per aliquam Partium acciperetur, alteri Parti reſtitui debeat per Partem, quæ abſtuliſſet Parti cui ablatum foret. Ipſis vero liberationibus, & relaſſationibus, ut promittitur, non ſequentibus; eo caſu præſens totus Contractus cum omnibus, & ſingulis in eo contentis pro non facto habeatur, & perinde ſint omnia in ipſo Contractu contenta ac ſi nunquam fuiſſet factus, & celebratus.

LXIII.

Unio atque conſociatio inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem atque Johannem Jacobum, Montiſferrati Marchionem, ad annos triginta duos, facta d. d. 6. April. Anno 1428.

In Nomine Domini, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo octavo, Indictione ſexto menſis Aprilis. Altiſſimo concedente, qui omnium bonorum eſt dator, Venerabilis Vir Dominus Frater Filippus de Provanis, Præceptor Domus Sancti Antonii Mediolani, & Magnificus, Generoſusque Miles Dominus Gaſpar Vicecomes, Conſanguineus, & Conſiliarius honorandiſſimus infradicti Domini Ducis Mediolani, ambo Procuratores, ac Mandatarii, & Procuratorio nomine Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Filippi Mariæ Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini, ut conſtat publico Mandati Inſtrumento confecto per me Donatum Notarium infraſcriptum die heri, parte una, & Spectabiles, & Nobiles Viri Conradus de Carreto ex Marchionibus Saonæ, Foreſtus de Scazoſis, & Antonius de Rippis Ambaſſiatores, & Procuratores, & Procuratorio nomine Illuſtris Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Johannis Jacobi Marchionis Montiſferrati, &c. ut de eorum Mandato conſtat publico Inſtrumento recepto, & in publicam formam redacto per me Nicolinum Notarium infraſcriptum Anno & die in eo contentis, parte altera, pro conſervatione, & augumento fraterni amoris, quo continuo præfati Domini Dux, & Marchio ſe ad invicem dilexerunt, & vixerunt, pro communi utilitate ipſorum Dominorum, & utriusque eorum, & Status, & Dominii, & Subditorum, Vaſallorum, Adhærentium, & Recommendatorum, ipſorum, & utriusque eorum, & ad omnem alium bonum finem, & effectum, quem infraſcripta poterunt operari, ex eorum, & cujuslibet eorum certa ſcientia, & etiam ſpontanea voluntate ſibi ad invicem, & vicisſim per ſolempnem ſtipulationem promiſerunt, & inter ſe convenerunt, quod præfati Domini Dux, & Marchio, & ipſorum, & utriusque eorum Hæredes, & Succeſſores, ſeu quos etiam præfatus Dominus Dux habilitaverit, & legitimaverit, pacifice, & quiete ad invicem vivent, ſeque continebunt, amabunt, & gubernabunt fraterno amore, & quod alter ipſorum Dominorum per ſe, vel alium ſeu alios, directe, vel per indirectum, ſub colore aliquo, non offendet alterum, neque Guerram facient, ſeu movebunt alteri ipſorum Dominorum, & ejus Subditis, Terris, Civitatibus, Caſtris, Hominibus, Feudatariis, Colligatis, Adhærentibus, & Recommendatis inter quos tamen Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos non comprehendantur aliqui, qui de præſenti ſint rebelles, vel hoſtes alicujus prædictorum Dominorum, ſeu

Digitized by Google

alicui eorum Guerram facientes, & quod Gentibus armigeris, Peditibus, Ambasiatoribus, Nuntiis, & alteris cujuscumque conditionis, gradus, & ſtatus, perſonis alterius ipſorum Dominorum non dabit per ſe, vel alium, directe, vel indirecte, impedimentum aliquod, propter quod libere, & ſecure ire, ſtare, redire & tranſire non poſſint, & valeant cum eorum armis, victualibus, rebus, & bonis quibuscumque ſuper Territorio ipſorum Dominorum, & utriusque eorum, & quod alter ipſorum Dominorum ſuper Territorio ſuo Gentibus alterius ipſorum Dominorum tranſitum facientibus, & morantibus, ſtantibus, & redeuntibus ut ſupra dari faciet, & permittet refreſcamenta, & victualia pretio competenti. Item promiſerunt ſibi ad invicem, & viciſſim dictæ Partes, dictis modis, & nominibus, ſolempni ſtipulatione, quod ipſæ partes teneantur altera alteri ſtatim notificare omnia, quæ ſenſerint tendentia contra Perſonam alterius, & ſimiliter ſi ſentirent aliquid tractari, ex quo ſequi poſſet perditio alicujus Terræ Partis alterius, vel deviatio, ſubornatio, ſublevatio, vel remotio alicujus Capitanei, ſeu Conductoris, aut aliquorum Gentium excedentium numerum quinquaginta Perſonarum militantis, vel militantium ad ſtipendia, & ſervitia Partis alterius; Ita tamen quod non teneatur nominatim, & ſpecifice nominare perſonam, vel perſonas, per quam, ſeu quas notitiam haberet de prædictis, vel aliquo prædictorum, niſi in ipſo Tractatu talis perſona, vel tales perſonæ adeſſent, quo caſu eam, vel eas ſimul cum aliis nominare teneatur; Ita tamen, & taliter, & ita actum fuerit inter ipſas Partes ſolempniter, quod per prædicta, nec aliquod prædictorum non fiat, nec fieri intelligatur præjudicium aliquod, neque in aliquo derogari Ligæ, Confæderationi, & Unioni, quam habet præfatus Dominus Marchio cum Illuſtri, & Excellentiſſimo Domino Duce Sabaudiæ, immo reſpectu dicti Domini Ducis Sabaudiæ, & ejus Hæredum, & Succeſſorum dictus Dominus Marchio, non obſtantibus in præſenti Contractu contentis, ſit, & eſſe intelligatur in eo eſſe, ſtatu, & gradu, in quo erat ipſe Dominus Marchio ante præſentem Contractum, ac reſpectu dictæ Ligæ quo ad omnia in eo contenta per præſentem Contractum ipſe Dominus Marchio ſit omnino in libertate ſua, ſimilique modo intelligatur omnino ſalva per hunc præſentem Contractum, & reſervata Liga, Unio, Confæderatio, quam de menſe Decembris proxime præterito præfatus Dominus Dux Mediolani contraxit cum prædicto Domino Duce Sabaudiæ in Civitate Taurini, reſpectu cujus Ligæ quo ad omnia in ea contenta per præſentem Contractum ipſe Dominus Dux Mediolani intelligatur, & ſit omnino in libertate ſua. Quæ omnia, & ſingula, dictæ Partes, dictis modis, & nominibus ſibi ad invicem, et viciſſim, et nobis Notariis infraſcriptis tanquam perſonis publicis Officio publico ſtipulantibus et recipientibus, nomine, et vice, omnium, et ſingulorum, quorum intereſt, et intereſſe poterit quomodolibet in futurum, prædicta omnia, et ſingula, et in præſenti Contractu contenta attendere, et obſervare usque ad Annos triginta duos proxime futuros, et nullo unquam tempore infra dictum tempus triginta duorum Annorum contrafacere, vel venire, per ſe, vel alium vel alios, aliqua ratione, vel cauſa, de jure vel de facto, directe, vel indirecte, et ſub aliquo colore, ſub refectione, et reſtitutione omnium, et ſingulorum dampnorum, expenſarum, et intereſſe litis, et extra, quæ, et quas una ipſarum Partium incurreret, et ſuſtineret, eo quod alia Pars prædicta omnia, et ſingula non attenderet, et obſervaret, vel eis contrafaceret in totum, vel pro parte, qua tamen refectione, et reſtitutione debenda, vel non, et facta, vel non, nihilominus prædicta omnia, et ſingula rata, et firma permaneant, et ſerventur, obligantes exinde dictæ Partes, dictis modis, et nominibus, videlicet præfati Domini Præceptor et Gaspar præfatum Dominum Ducem, et bona ſua, et præfati alii Procuratores præfatum Dominum Marchionem, et ejus bona præſentia et futura ſibi vicisſim, et nobis Notariis infraſcriptis perſonis publicis ſtipulantibus, et recipientibus pro ipſis Partibus, ac nomine omnium, et ſingulorum quorum intereſt, et intererit, et intereſſe poteſt, et poterit in futurum, etiam per aſtrictionem fidei præfatorum Dominorum Ducis, et Marchionis pro prædictis omnibus, et ſingulis firmiter attendendis, et obſervandis; Renuntiantes ipſæ Partes, dictis nominibus, in præmisſis omnibus, et ſingulis, exceptioni non facti, et non celebrati hujus Contractus, et prædictorum, et infradictorum non ſic actorum, et factorum, et omni probationi, et defenſioni in contrarium, nec non etiam exceptioni doli mali, metus, et in factum actioni, conditioni ſine cauſa, et ex injuſta cauſa, et omni alii Legum, et Iuris auxilio, quibus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum veniri poſſet de jure, vel de facto; Et quæ etiam Partes juraverunt et jurant ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis, videlicet præfati Domini Præceptor et Gaspar virtute Mandati in eos facti in animam præfati Domini Marchionis in manibus noſtrum Notariorum recipientium nomine omnium, quorum intereſt, ut ſupra, et ut ſupra, prædicta omnia referendo, attendere, et obſervare, et nullo unquam tempore contra facere, vel venire; ac ſemper in iis omnibus bonam et rectam utrinque ſervare fidem, et inde præfati omnes Procuratores dictis nominibus rogarunt per nos Donatum de Ciſero de Herba, et Nicolaum Garonum de Tiburtio Notarios infraſcriptos, et utrumque noſtrum in ſolidum de prædictis confici debere publicum Inſtrumentum tenoris unius et ejusdem.

Actum Mediolani in Domo Conſilii Secreti prælibati Domini Ducis, et in Camera, in qua dictum Conſilium congregari ſolet ſita in Porta Vercellina, Parochia Sancti Prothaſii in Campo intus, præſentibus Spectabilibus et Generoſo Milite Dominis Petro de Rubeis, Nato quondam Domini Bertrandi Portæ Romanæ Parochiæ Sancti Nazarii et Franchino de Caſteliono juris utriusque Doctore eximio Filio quondam Domini Petri dictarum Portæ Vercellinæ Parochiæ Sancti Prothaſii, Loduico de Crotis Filio quondam Domini Lucoli Portæ Ticinenſis Parochiæ Sancti Aleſandrii in Zebedia, & Franciſco de Barbavaria Filio quondam Domini Jacobi prædictarum Portæ Vercellinæ Parochiæ

Digitized by Google

rochiæ Sancti Prothasii omnibus Consiliariis, & Secretario præfati Domini Ducis Mediolani habitatoribus Mediolani, & Domino Georgio de Carreto Filio suprascripti Domini Conradi Legum Studenti, & Honofrio de Salutiis Filio quondam Baptistæ, ambobus habitatoribus Terræ Casalis Sancti Evasii omnibus Testibus ad prædicta vocatis, notis, idoneis, vocatis, & rogatis, nec non Antonio de Sormano Filio quondam Ambrosii Portæ Novæ Parochiæ Sancti Bartholomæi, Item & Henrico de Molteno Filio Johannoli Portæ Vercellinæ Parochiæ Monasterii Novi Notariis similiter ad prædicta vocatis.

LXIV.

Pactum inter Sigismundum, Roman. Regem, ac Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, non modo ad præparandum Regis illius introitum in partes Italiæ ejusque coronationes, sed etiam ad gerendum bellum contra Dominium Venetorum conventum, d. d. 1. Aug. An. 1431.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Amen.

ANno Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo trigesimo primo, die Mercurii primo Mensis Augusti, Indictione nona, secundum stilum, & consuetudinem Mediolanensem. Ad laudem Omnipotentis Dei nostri, & amplitudinem Imperialis, ac Ducalis Status in partibus Italicis, detrimentumque, & confusionem eorum emulorum, hæ sunt conclusiones habitæ per, & inter Magnificos Dominos Brunorium de la Scala. Comitem Sancti Montis Veronæ, ac Vicentiæ Vicarium Generalem, Ladislaum Filium Vaylboldæ de Thamasi Magistrum Curiæ, Laurentium Ederval Mareschalcum, Mathiam Vicecancellarium, Consiliarios, Oratores, & solemnes Procuratores Serenissimi Domini nostri Regis, ut constat Maestatis suæ Litteris, quarum tenor infra sequitur ex una parte, & Magnificum Militem Dominum Gasparem Vicecomitem Consanguineum, Consiliarium, & Procuratorem Illustris Domini Ducis Mediolani, etc. ut constat Ducalibus Litteris, quarum tenor infra sequitur:

Primo enim dictæ Partes, dictis nominibus, non per errorem aut improvide, sed animo deliberato, & ex certa scientia, concluserunt, & concludunt, convenerunt, & conveniunt, juramentoque suo firmaverunt, & firmant, ut infra.

Item convenerunt, & conveniunt, atque alteri promiserunt, & promittunt, quod prælibatus Dominus Rex, & ipse Dominus Dux insurgent cum omni suo posse contra Dominium Venetorum, & adversus ipsum Dominium undecunque, & qualitercumque Guerram facient non assumpturi cum eis Pacem, Concordiam, nec Treguam, nisi de eorum ipsius Domini Regis, dicti Domini Ducis consensu, ac voluntate procederet.

Item, convenerunt, & conveniunt, quod nec ex præsentibus Conventionibus, nec aliquo quovis modo præjudicari aut derogari debeat, neque præjudicetur, aut derogetur aliqualiter ullis concessionibus factis per ipsum Dominum Regem præfato Domino Duci pro sua persona.

Item, convenerunt, & conveniunt, quod tempore fiendarum assignationum de Civitatibus Januæ, & Asti, de quibus mentio fit in inferioribus Capitulis ubicumque provideri debeat Gubernationi, Regimini, & custodiæ ipsarum Civitatum, Fortiliciorumque, & pertinentiarum suarum de personis utrique Parti fidatis, prælibato scilicet Domino Regi, & ipsi Domino Duci, & eveniente casu obitus ipsius Domini Regis, quem Deus avertat, aut recedente Maestate sua ex Italia, teneantur, & debeant ibi deputandæ Personae ipsas Civitates cum Fortaliziis ac pertinentiis suis, præfato Domino Duci resignare, ac in manibus suis reponere libere, & sine aliqua exceptione, ac omni contradictione cessante, restituendo singula ipsi Domino Duci in eo statu, in quo, & prout habuerint, sicque dictæ Personæ promittere, ac jurare teneantur, & pariter observare, omni dolo, & fraude remotis.

Item, quia pro multitudine Populi non posset in Civitate Mediolani magna Gentium quantitas absque multo incommodo hospitari, non possit insuper ibi decenter suscipi, & honorari Maestas Regia cum merito excessivo, convenerunt, & conveniunt dictæ Partes, quod præfatus Dominus Dux non adducet Mediolanum ultra Equites mille quingentos, aut duos mille, & si plures adduxerit, debeant suscipi, ac morari in aliis Terris dicti Domini Ducis, verbi gratia in Locis existentibus ad Fronterias contra Venetos.

Item, quia omnis virtus unita fortior est ipsa divisa, promiserunt dictæ Partes, quod nullo unquam tempore in antea acceptabunt aliquam Pacem, Treguam, Concordiam, Intelligentiam, vel Conventionem cum Dominio Venetorum, palam vel occulte, una Partium sine voluntate & assensu alterius, & quod præfatus Serenissimus Dominus Rex eidem Domino Duci, & Dominus Dux Domino nostro Regi fideliter & constanter omni suo posse, undecunque valebunt, assistent invicem Consiliis, & auxiliis ad relevationem Imperialis ac Ducalis Status, nec eumdem Dominum Ducem Filium suum deseret, se relinquet, nec ipse Dominus Dux Dominum Regem quovis modo usque ad finem agendorum contra Hostes Venetos, & eorum nunc Colligatos, aut quod Pax bona, & secura cum voluntate sua, & dicti Domini Ducis utrumque realiter subsequatur.

Item, promiserunt, & spoponderunt prædicti Regii Procuratores, & Oratores modo, & nominibus quibus supra, sub verbo Regio, quod prælibatus Serenissimus Dominus Rex per totum præsentem mensem Augusti erit in Italia indubie personaliter constitutus.

Item, promiſerunt modo quo ſupra, quod ſi Dominus Rex decreverit Januam ad manus ſuas recipere, ſibi, & Fortaliziis illis de Communibus Servitoribus Imperii, & ſuis, atque Domini Ducis providebit, & in gubernatione dictæ Civitatis Conſiliis, & auxiliis dicti Filii ſui Domini Ducis libenter utetur.

Item, promiſerunt, & ſpoponderunt, quod ſi Dominus Rex deliberabit extra Italiam, quod tunc Civitatem Aſt cum ſuis Fortaliziis relaſabit, & reponet ad manus Filii ſui Domini Ducis in eo ſtatu, ut illas, & illa acceperit absque dolo, & etiam Officiales ſuos promittere, & jurare faciet, quod, contingente caſu ſiniſtro, quem Deus avertat, ipſam Civitatem, & Fortalizia ad manus dicti Domini Ducis reſignabunt, & omnia ſupraſcripta, & ſingula prædicti Procuratores, & Oratores, nomine quo ſupra, promiſerunt realiter, & inconcuſſe, fideliter, & pure attendere, & obſervare, proſequi, & adimplere, dolo, & fraude ceſſantibus quibuscumque & in animam quoque ipſius Sereniſſimi Domini Regis, tactis corporaliter Sacroſanctis Scripturis, ad majorem certitudinem præmiſſorum juraverunt, & jurant ut infra.

Item, vice verſa Magnificus Miles Dominus Gaſpar Vicecomes, Conſanguineus, Conſiliarius, & Procurator dicti Domini Ducis, quia honorem, & gloriam Sereniſſimi Domini Regis Dominus Dux cordiatim affectat, idcirco promittit, & pollicetur, modo, & forma, quibus ſupra, quod ipſe Dominus Dux præfato Domino Regi tenebitur dare, ac dabit coronam in Mediolano, quandocunque ſua Maeſtas deliberaverit illam aſſumere, cum tali honore, & cerimoniis, ut Prædeceſſores ſui in Imperio, & ſignanter quondam Glorioxiſſimus Dominus Carolus Quartus Genitor ſuus illam habuit, contradictionibus, & impedimentis ceſſantibus quibuscumque.

Item prædictus Magnificus Dominus Gaſpar Procuratorio nomine quo ſupra promiſit, & ſpopondit, quod ſi Maeſtas Regia, in cujus manibus reponenda eſt Janua, dimittet in manibus Domini Ducis, & quod eidem Regiæ Majeſtati, ſi decreverit per mare ad Romam transire, tenebitur dare, & dabit in effectu paſſagium Navium, & Galearum de Janua, vel de Savona ad Romam cum comitiva ſua reducendi in tanto numero, pro ut neceſſitas requiret, & ad ſecuritatem hujusmodi tranſitus expedire videbitur, quandocumque ire voluerit, dicti Domini Ducis ſumptibus, & expenſis; in caſu vero quo ſua Majeſtas per Terram deliberaret tranſire, ex tunc Dominus Dux ſuæ Maeſtati etiam de gentibus Domini Ducis provideret, & eamdem conducere debebit, & reducere iterum quandocumque ſibi placuerit dicti Domini Ducis ſumptibus, & expenſis.

Item, prædictus Procurator prout ſupra, promiſit, & ſpopondit, quod Dominus Rex ad manus præfati Domini noſtri Regis dabit, & aſſignabit Civitatem Aſtenſem cum Fortaliziis, & pertinentiis ſuis in manibus Domini Ducis exiſtentibus pro manſione, ac ſede ſua ibidem firmanda, & poſtquam Regia Majeſtas montes attigerit, & intrare, ac prædictam Civitatem cum pertinentiis, præmittitur habitare voluerit, quod ex tunc illi, vel illis, quos promittere decreverit ipſam Civitatem cum pertinentiis ad manus ſuæ Majeſtatis tradet, & tradi faciet, adjuncto quod Caſtellani ſuæ Maeſtatis Domino Duci jurent, & promittant, quod caſu eveniente ſiniſtro, quem Deus avertat, ipſam Civitatem, & Fortalizia ad manus Domini Ducis reſignent, & poſtquam ſua Maeſtas exibit Italiam, illa relaſſabit, & reponet ad manus Domini Ducis in illo ſtatu, ut accepit, absque dolo.

Item, praedictus Procurator ut ſupra, promiſit, & ſpopondit, quod præfato Sereniſſimo Regi illo die, quo Italiam intraverit, & tandem omni menſe quinque millia Ducatorum dabit, & aſſignabit, ac aſſignari faciet absque dilatione, quamdiu eadem ſua Maeſtas in partibus Italiæ commorabitur.

Item, quia *Dominus Dux* diſpoſitus eſt annuere votis Regiæ Maeſtatis, præcipue ut ipſe cum ſtatu *Domini Ducis*, qui ſuus, & Imperii Sacri exiſtit, pro ut libet, diſponat, idcirco promiſit, & ſpopondit, quod quando ſua Maeſtas conſtituetur in Italia, tunc ſua Maeſtas videat, & mature deliberet, ſi erit bonum, utile, ac honorabile pro bono Imperii, ac Statu *Domini Ducis*, quod Janua cum pertinentiis ſuis, quæ *Dominus Dux* jam poſſidet, ſit in manibus Regiæ Maeſtatis, quod ſi ſuæ Maeſtati videbitur, quod ſit, & quommodo, quod ex tunc *Dominus Dux* eamdem cum pertinentiis ſuis, ut præmittitur, ad manus ſuæ Maeſtatis illico aſſignabit, obligando dictum *Dominum Ducem* tenore præſentium, quod remanente Janua in manibus ſuæ Maeſtatis, ut præmittitur, quamcumque operam adhibebit conſiliis, & auxiliis ad juvandum ſuæ Maeſtati manutenere Januam cum ſuis pertinentiis, & aſſignationem Civitatis Januæ cum pertinentiis aſſumi ſuæ Maeſtati facere, quandocumque eidem placuerit, vel eamdem recipere voluerit ante tranſitum ſuum ad Romam, vel poſt reditum ſuum, & ſimiliter cum aſſignatione Civitatis Aſtenſis & pertinentiis faciet.

Omnia quoque, & ſingula præmiſſa, & quodlibet promiſſorum idem *Dominus* Gaſpar, nomine quo ſupra, promiſit, & ſpopondit, & pollicetur, fide pura, & integerrima, ac tactis corporaliter Sacroſanctis Scripturis, in animam ipſius *Domini Ducis* juravit fideliter, conſtanter, & inviolabiliter obſervare, proſequi, & adimplere, Sereniſſimo *Domino* Regi per totum menſem Auguſti præſentem in Italia conſtituto, & realiter exiſtente.

Denique vero dictæ Partes promiſerunt, altera alteri, prædicta omnia, & ſingula, bona fide, & ſincere ac realiter, obſervare, nec aliqua occaxione aut quovis modo contrafacere, nec venire; Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta præfati *Domini* Procuratores, modis dictis & nominibus congrue referendo, promiſerunt & promittunt ſub obligatione præfatorum *Dominorum* Regis, & *Ducis*, bonorumque ſuorum præſentium & futurorum, ſibi vicisſim & mihi Donato Notario infraſcripto Perſonæ publicæ, & officio publico ſtipulanti, & recipienti nomine eorum-

Digitized by Google

eorumdem *Dominorum* Regis, & *Ducis*, ſingula ſingulis congrue referendo, & omnium, quorum intereſt, & intererit, atque juraverunt, & jurant ad Sancta *Dei* Evangelia, manibus corporaliter tactis Sacroſanctis Scripturis, in animas ipſorum *Dominorum* Regis, & *Ducis* in manibus Reverendi Patris *Domini* Abbatis Monaſterii Sancti Ambroſii Mediolani recipientis, nomine, ſeu nominibus, Regio & *Ducali*, facere, attendere, adimplere, & efficaciter obſervare pro poſſe recte, fideliter, & ſincere, & nullo umquam tempore perſeſe, aut per ſubmiſſam Perſonam, directe, aut per indirectum, de jure, vel de facto, aut ullo quæſito vel quærendo colore contrafacere, vel venire, renunciantes exceptioni non factarum dictarum Conventionum ſub juramento, ſeu juramentis ut ſupra, et non celebrati hujusmodi Contractus, et prædictorum, et infradictorum non ſic actorum, omnique probationi, et defenſioni in contrarium, et ut veritas præmiſſorum felicioribus alis evolet, altius extollatur, omnia promiſſa etiam acta fuerunt in præſentia, et conſpectu, auditu, et intellectu Clariſſimorum *Dominorum* de Conſilio præfati *Domini Ducis*, nec non quamplurium præfatorum Nobilium, et Gravium, præſenteque ibidem et intelligente Gentium, et Perſonarum tam Eccleſiaſticarum, quam Laicarum, multitudine copioſa; et inde præfati *Domini* Oratores, et Procuratores rogaverunt me *Donatum* Notarium infraſcriptum de prædictis debere confici publicum Inſtrumentum. Tenor namque Mandati Regii talis eſt. Sigismondus *Dei* gratia Romanorum Rex Semper Auguſtus, ac Hungariæ, Boemiæ, *Dalmatiæ*, Croatiæ etc. Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis, quemadmodum alias Magnifico Brunorio de la Scala Comiti Sancti Montis, Veronæ et Vicentiæ Vicario Generali mandatum, poteſtatem, et facultatem pleniſſimam dedimus ad ineundum cum Illuſtri Filippo Maria Anglo *Duce* Mediolani Principe, et Filio noſtro Cariſſimo, noſtro, et Imperii Sacri nomine, certas Conventiones, et Uniones pro introitu noſtro perſonali ad Italiam præparando, ſicuti tam Littera mandati, quam inſcriptiones Fœderum inter nos utrinque factæ, et datæ, id clarius atteſtatur; ita a negotiis, quæ pro tota Chriſtianitate, et bono Imperii hic peragere habuimus, *Deo* volente, liberati, et illis ordinate diſpoſitis, nobisque jam ad intrandum Italiam in puncto paratis, præfato Brunorio, ac Magnificis Ladislao Filio Vayboldæ de Thamaſis Magiſtro Curiæ, Laurentio de Ederlbat Mareſcalco, et Honorabili Matthiæ Vice-Cancellario, Conſiliariis, et Fidelibus noſtris *Dilectis*, de quorum conſcientia, prudentia, et fide ſincera ab experto probata, fiduciam habemus ampliſſimam, et cuilibet eorum in ſolidum tamquam Ambaſiatoribus, Mandatariis, et Procuratoribus noſtris, quos etiam tenore præſentium facimus, conſtituimus, et illos eſſe ordinamus, damus, concedimus, et tribuimus omnimodam, & plenam auctoritatem, facultatem, & licentiam ſpecialem Conventiones, Uniones, Fœdera, Tractatus, & inſcriptiones inter nos, & Filium noſtrum Ducem Mediolani præfatum, initas renovandi, & conficiendi, illos quoque, & illa de novo inſcribendi, promittendi, ſpopondendi, & in animam noſtram jurandi, promiſſiones quoque, & juramenta, debita ſuper hujusmodi concluſis, & factis realiter obſervandis a præfato Duce recipiendi, & ſumendi, & quæque ex hujusmodi rebus dependentia, & connexa noſtro nomine faciendi, concludendi, & confirmandi, quæ noſmet facere poſſemus, ſi perſonaliter adeſſemus, ratum & gratum habentes, ac verbo noſtro Regio habere promittentes quicquid præfati Conſiliarii noſtri egerint, tractaverint, & concluſerint in præmiſſis. Datum Nurimbergæ, die ſecunda menſis Jul. Anno Nativit. Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, Regnorum noſtrorum anno Hungariæ &c. Quadrageſimo quinto, Romanorum vero vigeſimo primo, ac Boemiæ undecimo. Tenor autem mandati Ducalis talis eſt: *Filippus Maria Anglus* Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Attendentes immenſam erga nos fidem, plurimam devotionem, ſingularem prudentiam, virtutes eximias, & ampliſſimam ſufficientiam Magnifici Militis Conſanguinei, & Conſiliarii noſtri dilectiſſimi Domini Gaſparis Vicecomitis, de ipſo non aliter, quam de nobis ipſis confidentes, eumdem harum ſerie, ex certa ſcientia, & de noſtræ plenitudine poteſtatis, ac omni modo, jure, via, & forma, quibus melius, & validius poſſumus, facimus, conſtituimus, & creamus noſtrum verum legiptimum, avtenticum, & ſolemnem Nuntium, Procuratorem, Mandatarium, & Commiſſarium, & quicquid melius dici, & eſſe poſſit, ſpecialiter, & expreſſe ad, procuratorio nomine noſtro faciendum Sereniſſimo Principi, & Invictiſſimo Domino noſtro Domino Sigismondo, Dei gratia Romanorum Regi ſemper Auguſto, & Hungariæ, Boemiæ, Dalmatiæ, Croatiæque &c. Regi, & ſeu quibuscumque agentibus pro Maeſtate ſua quaslibet promiſſiones, & obligationes cujusvis generis, conditionis, & maneriei, & e converſo ad recipiendum nomine noſtro a præfato Domino Romanorum Rege, & Agentibus pro Maeſtate ſua, quasvis promiſſiones, & obligationes, cujuslibet generis, & maneriei, & denique ad faciendum, firmandum, & concludendum nomine noſtro cum præfato Domino Rege, & agentibus pro quæcumque Pacta, Capitula, & Conventiones, & quoscumque Actus, & Contractus cum omnibus terminis, juramentis, verborum adpoſitionibus, condicionibus, modis, & formis, de quibus eidem Domino Gaſpari de mente noſtra informato viſum fuerit, & placebit. Item ad jurandum nomine noſtro, & in animam noſtram, & per fidem noſtram, & per Sacramentum Ducale, quod omnia nomine noſtro promittentes firmiter attendemus & ad præſtandum, nomine noſtro pro praedictis & quolibet prædictorum, quodcumque juramentum, & in quacumque forma ſibi videbitur. Et ſimiliter ad recipiendum pro nobis, & recipi faciendum ab ipſo Domino Rege, ſive ab Agentibus pro Maeſtate ſua quodcumque juramentum, & in omni forma, de qua ipſi Procura-

Digitized by Google

curatori noſtro viſum fuerit, & ad faciendum de præmiſſis, & quolibet præmiſſorum unum, & plura autentica Documenta cum omnibus clauſulis opportunis, & de quibus dicto Procuratori noſtro videbitur; & generaliter ad omnia, & ſingula faciendum in prædictis, & quolibet prædictorum, ac dependentibus, & connexis neceſſaria, utilia, & opportuna, etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, vel quae, ut nimis generalia dici poſſent in ſpeciale mandatum veriſimiliter non venire; quæve demum nos poſſemus efficere, ſi perſonaliter adeſſemus, dantes, & concedentes prænominato Domino Gaſpari Procuratori noſtro, plenum, liberum, generale, ac ſpeciale mandatum cum plena, libera, generali, & ſpetiali adminiſtratione circa praemiſſa, & quodlibet præmiſſorum, & ſuperinde committentes taliter vices noſtras demum vero ſub noſtrorum præſentium & futurorum obligatione bonorum promittentes, rata, grata, & firma ſemper habere, ac tenere cum effectu quæcumque per eumdem Procuratorem noſtrum acta, geſta, & facta fuerint in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, & contra ea, vel aliquod ex eis ullo futuro tempore non facere, nec venire, præſentibus usque ad duos menſes proxime futuros efficaciter valituris. In quorum Teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique Sigilli munimine roborari. Datum Cuſaghi die vigeſimo octavo Julii milleſimo quadricenteſimo trigeſimo primo, nona Indictione. *Franciscbus.* Actum Mediolani in Eccleſia Sancti Ambroſii, videlicet in Sacraſtia Dominorum præpoſiti, Canonicorum, & Capituli dictae Eccleſiæ ſita poſt altare majus ipſius Eccleſiae, præſentibus Egregio Milite Domino Johanne Taliano de Foliano Filio quondam Domini Caroli Habitatore Parmæ noto dictorum Contrahentium, Venerabili Viro Domino Moro de Prealonis Filio quondam Domini Albertoli Ordinario Eccleſiæ majoris Mediolani, & Canonico dictae Eccleſiæ Sancti Ambroſii habitante in domibus dictae Canonicae Sancti Ambroſii, ut ſupra, Venerabili Viro Domino Baldaſſaro de Caxris Abbate Sancti Vincentii Mediolani, Venerabili Viro Domino Vincentio de Platis Abbate Monaſterii Sancti Victoris Mediolani, Domino Dominico de Riziis, Filio quondam Domini Stephani Archipresbytero Eccleſiae Sanctæ Mariæ de Viſilo, Johanne de Bonromeis Filio quondam Domini - - - Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Pedonis Mediolani, Domino Johanne de Mirabiliis Filio quondam Domini Simonis Portæ Vercellinæ Parochiæ Sancti Nazarii ad Petram Sanctam Mediolani, Ambroſio de Boſſiis Filio quondam Domini Antonii Portae Cumanæ, Parochiæ Sancti Thomæ in Cruce Sichariorum Mediolani, Johanne de Gallarate Filio quondam Domini Aleſſii Portæ Vercellinæ Parochiæ Monaſterii Novi, Domino Thoma de Zuchis Filio Domini Johannis Simonis Profeſſore juris Civilis Portae Horientalis, Parochiæ Sancti Babilæ intus Mediolani, Johanne Baptiſta de Caſteliano Filio Guideti Portae Vercellinæ Parochiae Sancti Johannis ſupra murum noto, ut ſupra, & circumſpecto Petro Cecumcht de Machalfava Secretario prælibati Domini Regis noto ut ſupra, omnibus Teſtibus ad prædicta vocatis, idoneis, & rogatis, nec non etiam præſentibus Johanne de Liſero de Herba Filio mei Donati Notarii infraſcripti Portæ Novæ Parochiae Sancti Fidelis, & Antonio de Panſichis Filio Siſini Portæ novae Parochiæ Sancti Johannis ad quatuor facies ambobus Civitatis Mediolani Notariis ſimiliter ad prædicta vocatis.

LXV.

Inſtrumentum publicum de arbitratu pacis inter Eugenium IV. Pontif. Maxim. Rempublicam Venetam atque Communitatem Florentiæ ab una, nec non Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem ab altera parte, per Cardinales Brandam de Caſtilliono & Johannem tit. S. Petri ad vincula, atque Nicolaum, Marchionem Eſtenſem, pronunciato, d. d. 16. Aug. An. 1435.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

ANno a Nativitate ejusdem 1435. Indictione XIII. die Martis decimo ſexto menſis Auguſti Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Eugenii divina providenia Papae quarti.

Cum dulce ſit verbum Pacis, & res in ſe ipſa ſalutaris, quod ſola in humanis rebus bona ſimul & jucunda nominatur, teſte Ambroſio ſuper *Beati immaculati* ſic interpretante verba illa, *Ecce quam bonum, & quam jucundum eſt habitare Fratres in unum.* Idcirco Spectabiles & generoſi Viri Domini D. Guarrerius de Caſtilliono juris utriusque Doctor, & Lancellatus de Crottis Conſiliarii, Oratores ac ſolemnes Procuratores, Mandatarii & Nuntii ſpetiales Illuſtriſſimi Principis, & Eccellentiſſimi Domini, Domini Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januae Domini ſufficiens, ſolemne, & ſpetiale Mandatum ad hæc, & alia habentes, ut conſtat publico Inſtrumento rogato, & traddito per Spectabilem Johannem Franciscum Gallinam, Ducalem Secretarium Tabelionem publicum, & authenticum, cujus tenor talis eſt.

Vigore dicti Mandati, & Poteſtatis ipſis attributæ per dictum Illuſtriſſimum Principem Dominum Ducem, & omni modo jure, forma, quibus magis, & melius potuerunt, in praeſentia Sanctiſſimi Domini noſtri, et Teſtium, & Notariorum infraſcriptorum conſtituti, habita prius, ut dixerunt, directione & voluntate Reverendiſſimorum Patrum, & Dominorum Domini Brandæ de Caſtilliono Epiſcopi Portuenſis, & Domini Johannis Tituli S. Petri ad Vincula Presbiteri, Sanctae Rom. Eccleſiae Cardinalium, et Illuſtris Domini Nicolai Marchionis Eſtenſis, per ea quae viderunt praefatos Dominos Arbitros pro-

Digitized by Google

pronunciasse, declarasse, & amicabiliter composuisse inter Sanctitatem *Domini* nostri, & præfatum Illustrissimum Dominum Dominum *Ducem*, prædicta omnia, & singula præsertim laudata, & seu amicabiliter composita, sponte, & ex certa scientia, & non per errorem, nec vi, aut metu, animo plene et mature deliberato, approbaverunt ratificaverunt, et emologant, ac ad abundantem cautelam, & quatenus expediat dicto nomine de novo promiserunt, et promittunt nobis Notariis infrascriptis tamquam publicis Personis stipulantibus vice & nomine Sanctissimi *Domini* nostri, & Cameræ Apostolicæ, aut omnium aliorum quorum interest, & interesse poterit, vel posset in futurum, prædicta omnia perpetuo habere firma, & rata, et quod Illustrissimus Dominus Dux in nullo contrafaciet, vel veniet in futurum aliqua ratione vel causa, directe, vel indirecte, palam vel occulte, vel aliquo quæsito colore, sub pœna in Instrumento sui Compromissi contenta, quæ pœna toties committatur, ac peti et exigi possit, qoties contrafactum fuerit, ratis nihilominus remanentibus Promissionibus, & Ratificationibus supradictis, ac esse juraverunt ad Sancta *Dei* Evangelia, corporaliter manibus tactis Scripturis, in animam ipsius *Domini Ducis* Constituentis, quod praefatus Dominus *Dux* praedicta omnia attendet, & observabit bona fide, realiter & sincere, sine ulla exceptione, & omni contradictione cessante, & haec omnia si, et in quantum Sanctitas *Domini* nostri, Illustrissimum *Dominium* Venetorum, & Magnifica Communitas Florentiae, et quilibet eorum singulariter, & de per se ratificationem, & novi Contractus Celebrationem faciant de Conventionibus, Conclusionibus, Obligationibus & Pactis in alio Instrumento per *Dominum* Poggium, *Dominum* Plondum, & Gherardinum Notarios suprascriptos.

In Dei Omnipotentis nomine, Amen. Ex quo per misericordiam Domini nostri Jesu Christi Salvatoris nostri, benignitatem & clementiam Sanctissimi & Beatissimi Domini nostri Domini Eugenii Papæ Quarti Sacro-Sanctæ Romanæ, & Universitatis Ecclesiæ dignissimi summi Pontificis, ac propter Bonitatem, & Catholicam fidem Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini, Domini Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini sit secuta, facta, & firmata, bona, integra, & Sincera Pax inter præfatum Sanctissimum Dominum nostrum parte una, & dictum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani parte altera, omnesque inter eos differentiæ sedatæ, & totaliter semotæ sint per Arbitratus, & amicabiles Compositiones inter dictas partes pactas, & factas per Reverendissimos in Christo Patres, & Dominos Dominum Brandam de Castilliono Episcopum Portuensem, & Dominum Johannem Tituli S. Petri ad Vincula Presbyterum Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales, ac Illustrem & Excelsum Dominum, Dominum Nicolaum Marchionem Estensem, de quorum Compromisso, & Potestate, ac de Arbitratibus & amicabilibus Compositionibus suprascriptis nobis Notarius infrascriptis plene constat, & quæ omnia formaliter sunt inserta in Instrumentis, Ratificationis & novæ Commissionis factæ nuper per Spectabiles, & generosos Viros Dominum Guarnerium de Castilliono juris utriusque Doctorem, & Dominum Lancellotum de Crottis præfati Domini Ducis Mediolani Oratores, Procuratores, & legitimos Nuntios, quæ omnia suprascripta intellecta, visa, & cognita plenarie fuere per Sanctitatem Domini nostri suprascripti, & maxime per Sanctitatem suam viso, & in sui præsentia intellecto quanta cum largitate, modestia, & bonitate, Oratores, & Procuratores suprascripti devenerunt ad ratificandum, & de novo faciendum, & promittendum, nomine præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, omnia, & singula ad dictos Arbitratus pertinentia, & quæ in ipsis Arbitratibus, & amicabilibus Compositionibus per dictos Arbitros factis continentur; & in Instrumento Ratificationis Procuratorum prædictorum, ut prædicitur, sunt inserta, ac etiam certas Conclusiones, Conventiones, Obligationes, & Pacta firmatas, & firmata inter Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum D. Franciscum Tituli S. Clementis Presbiterum Cardinalem præfati Domini nostri Papæ Camerarium, vice & nomine Sanctissimi Domini nostri prædicti, & pro ipso Sanctissimo Domino nostro, & pro ipso Sanctissimo Domino nostro, & vice, & nomine Illustrissimi Ducalis Dominii Venetorum, & Magnificæ Communitatis Florentiæ, & cujuslibet eorum singulariter, & de per se, pro quibus de rato promisit, & ipsum Illustrissimum Dominum Ducem ipsiusque nomine per Reverendissimos Dominos Dominum Brandam de Castilliono, & Dominum Johannem Tituli Sti Petri ad Vincula S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac Illustrem Dominum Nicolaum Marchionem Estensem supra nominatos, qui in præmissis pro præfato Domino Duce Mediolani fecerunt, & ratihabitionem promiserunt prout in dicto Ratificationis, & novæ Promissionis Instrumento per dictos Oratores & Procuratores factarum serioše sunt inserta. Sanctissimus Dominus noster præfato Illustrissimo Domino Duci Mediolani, in carithate, & amore cumulate respondere, & bene contentus, & consolatus de omnibus suprascriptis, nomine prælibati Domini Ducis, factis, sua Beatitudo præsens, volens, & summa cum benignitate verba proferens, sponte, libere, & ex certa scientia, animo plene & mature deliberato, nullo juris aut facti errore ductus approbavit, ratificavit, approbat, ratificat, & emologat tam Arbitramenta, & amicabiles Compositiones factas, & factas per Arbitros, Arbitratores & amicabiles Compositores prædictos inter suam Sanctitatem prædictam, & prælibatum Dominum Ducem, quam confirmationem Pacis, omnesque Conclusiones, Conventiones, & Obligationes factas inter Reverendissimum Dominum Cardinalem Camerarium suprascriptum, nomine suæ Sanctitatis, & pro sua Sanctitate, & Illustrissimo Dominio Venetorum, ac Magnifica & Excelsa Communitate Florentiæ, & quolibet eorum singulariter, & de per se, pro quibus de rato promisit. & Reverendissimos Dominos Cardinales de Castilliono, & Sancti Petri ad Vincula, ac Illustrem Dominum Dominum Marchionem Estensem, nomine ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani factas,

Digitized by Google

ctas, & facta, prout in Inſtrumento de eis Conventionibus tractatur, per Dominum Poggium de Terranova, Dominum Blondum de Folivio, Notarios & Apoſtolicos Secretarios ac Gerardinum de Luviſano de Fulgineo rogato plenius continetur, cujus Inſtrumenti tenor in Inſtrumento Ratificationis, & novæ Promiſſionis factarum per Oratores & Procuratores ſupraſcriptos formaliter eſt inſertus, & ad abundantem cautellam Sanctiſſimi Domini noſtri prædicti etiam de novo, quatenus expediat, omnia, & ſingula, quæ in Arbitramentis, & amicabilibus Compoſitionibus ſupradictis, ac Conventionibus, Concluſionibus, Obligationibus, & Pactis pro Pace, & ſecuritate navantur, & continentur formaliter ad plenum, prout jacent, de novo facit, & promittit, & convenit præfatis Spectabilibus, & generoſis Oratoribus, & Procuratoribus in ſuæ Sanctitatis præſentia exiſtentibus, & nobis Notariis infraſcriptis ſtipulantibus & recipientibus nomine ac vice præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, Magnificæque, & Excelſæ Communitatibus Florentiæ, & cujuslibet eorum, ac omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, & poteſt, vel poſſet quomodolibet intereſſe, omnia, & ſingula prædicta ſemper rata, grata, firma, & ſtabilia ſe habiturum, & quod nullo unquam tempore quovis modo contra faciet, directe, vel indirecte, palam vel occulte, aut aliquo quæſito colore. Et omnia attendet, & obſervabit bona fide, realiter, & ſincere ſine ulla exceptione, & omni contradictione ceſſante.

In eadem forma ratificatum fuit per Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum.

In Nomine Domini, Amen.

Cum hoc ſit, quod per gratiam & Miſericordiam Omnipotentis Dei facta ſit, concluſa, & firmata bona, integra, & ſincera Pax inter Sanctiſſimum, & Clementiſſimum Dominum noſtrum Dominum Eugenium, Sacroſanctæ Romanæ, & Univerſalis Eccleſiæ Digniſſimum Pontificem parte una, & Illuſtriſſimum Principem Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, & Januæ Dominum parte altera. Recepitque Sanctitas Domini Domini præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem in bonum, & devotiſſimum, Sanctitatis ſuæ & Eccleſiæ Filium, & ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux in totum ſe dederit, bono animo, & læto corde, Sanctitati Domini noſtri prædicti pro bono ſuæ Sanctitatis Filio, & devoto: Cum etiam inter Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum ac præfatum Dominum Illuſtriſſimum Ducem Mediolani, Magnificam, & Excelſam Communitatem Florentiæ, jam diu Pax bona, & Concordia concluſa, & firmata fuerit, quam in futurum ſervare intendunt, cumque liquido conſtet ex hiis, ſi in concuſſa, & illibata permaneant, longam Pacem, tranquilitatem, & quietem, ne dum prædictis Dominis, & Dominiis, ſed & toti Italiæ provenire. Et propterea Sanctiſſimus Dominus noſter veluti optimus Paſtor, ac zelantiſſimus Populi ſibi commiſſæ tota mente, & affectione cupiat huic tanto bono, quantum in ſe eſt, opportune conſulere, conſiderata optima, & ſincera diſpoſitione, quam ad eundem effectum reperit præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem habuiſſe, & habere ad laudem ſemper Omnipotentis Dei, & Glorioſiſſimæ Matris ejus, Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, omniumque Sanctorum, & Sanctarum Dei Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus Dominus Franciſcus miſeratione divina Tituli Sancti Clementis Sanctæ Rom. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ac dicti Domini noſtri Papæ Camerarius, nomine & vice præfati Sanctiſſimi Domini noſtri, & Romanæ Eccleſiæ ac pro ipſo Sanctiſſimo Domino noſtro, & Coligatis, Vicariis, Adherentibus, Complicibus, Sequacibus, Recommendatis, & Subditis Sanctitatis ſuæ, & Eccleſiæ prædictæ, cujuscumque ſtatus, dignitatis gradus, & conditionis exiſtant, ac etiam nomine cujuslibet eorum & ſingulorum ex eis, & Coligatorum, Adhærentium, Complicium, Sequatium, Recommendatorum, & Subditorum ſuorum, pro quibus, nomine Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, promiſit, & promittit de rato, & ratihabitione, videlicet ſe facturum, & curaturum ita, & taliter, quod præfatus Sanctiſſimus Dominus noſter ratificabit, & approbabit, & faciet, quod Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, & Magnifica Communitas Florentiæ & quilibet eorum de per ſe ratificabunt, & approbabunt infra dies quindecim a die celebrationis præſentis Contractus. Et Reverendiſſimi in Chriſto Patres, & Domini, Dominus Brandus de Caſtilliono Portuenſis Epiſcopus, & Dominus Johannes tituli Sti Petri ad Vincula Presbyteri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac Illuſtris & Excelſus Dominus Nicolaus Marchio Eſtenſis, vice & nomine ſupranominati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani pro ſe, & ſuis Colligatis, Adhærentibus, Sequacibus, Recomendatis, & Subditis, pro quo Domino Duce promiſerunt, & promittunt de rato, & ratihabitione, & ſe facturos, & curaturos quod ratificabit, & approbabit omnia ſupraſcripta & infraſcripta infra dies quindecim a die præſentis Contractus, ut præfertur pro Pacis utriusque prædictorum obſervantia, firmitate, ſtabilitate, & ſecuritate, & pro ſecuritate ipſorum quatuor, & ſingulorum ex ipſis quatuor de per ſe concordes, & unanimes remanentes devenerunt ad infraſcripta Conventiones, Concluſiones, Obligationes, & Pacta, de quibus ſtatim infra ſequitur, ſcientes, volentes, & conſentientes ex certa ipſorum, & cujuslibet ipſorum, ſcientia, nullo ducti errore, & omni modo, jure, via, & forma, quibus melius & validius poſſunt, videlicet:

Primo tam Pax inter præfatum Sanctiſſimum Dominum Ducem nuper celebrata, & concluſa, quam etiam Pax inter Illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetorum, & Magnificam Communitatem Florentiæ ex una, & prædictum Illuſtriſſimum Dominum Ducem ex alia parte Ferrariæ facta, & concluſa, videlicet de Anno 1434. firmæ, ſtabiles, & inconcuſſæ remaneant, et ſerventur in omnibus Capitulis et ſecuritatibus ad ipſos, et quemlibet eorum, et alios quoscumque pertinentibus, et ſpectantibus. Item quod ſi quis, aut ſi qui ex prædictis quatuor Dominis vel Dominiis videlicet Sanctitas Domini noſtri Papæ, Illuſtriſſimum Dominium Venetorum, Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, et Magnifica Communi-

tas

Digitized by Google

tas Florentiæ offenderet, vel offenderent per ſe vel alium, ſeu alios, aliquem, ſeu aliquos ex aliis prædictis quatuor, taliter quod offenſa manifeſta appareret, præſertim prout eſſet ſi vi, tractatu, vel dolo aut etiam per Rebelionem Subditorum, ſeu aliquo quovis modo acciperet, ſeu occuparet aliquam Civitatem, Terram, Caſtrum, aut Fortalitium tam alicujus ex prædictis quatuor quam cujusvis Vicariorum, Colligatorum, Sequatium, Complicum, Adhærentium, et ſeu Recomendatorum, aut aliis uſurpantibus ut præmittitur, favorem daret Gentium, aut Victualium, vel etiam paſſus ad hæc, ſi prohibere poſſet aut cum ſuis Gentibus aut per alterum Territorium excurſionibus, prædationibus, aut caſtrametationibus inſultaret, aut aliter, ſtatum vel honorem ſeu dignitarem alicujus prædictorum, quovis quæſito colore, per ſe, vel alium, ſeu alios, manifeſte læderet, aut lædi vel diminui manifeſte procuraret, tunc et eo caſu omnes alii prædicti, et quilibet eorum de per ſe cum ſuis, ut præmittitur, Colligatis, Sequacibus, Complicibus Adhærentibus Recomendatis, et Subditis teneantur inſurgere contra talem, vel tales offendentem, vel offendentes ad deffenſionem, et conſervationem, offenſi, et ad offenſam offendentis, vel offendentium, ſeu procurantis, vel procurantium, bona fide, et toto poſſe, absque temporis perditione, vel mora, aut exceptione, vel bene aut male facti interpretatione, aut etiam alicujus judicii expectatione imo ſimpliciter, et plane ad offenſi requiſitionem per Litteras aut verba, per ſe ſive per Nuntium, ſive Nuntios, faciendam. Si vero aliæ curentur diſcordiæ, quod futurorum ſcandalorum poſſe fieri cauſa viderentur, tunc et eo caſu hujusmodi diſcordiæ, et quævis earum audiri, examinari, decidi et terminari poſſint et debeant per Sanctitatem Domini noſtri Papæ, et Sacrum Collegium Reverendorum Dominorum Cardinalium, qui infra quatuor menſes a die, qua fuerit per offenſum requiſitum, declarare dicere, et terminare debeant, quæ Partium vis foveat. Et ſi qua, vel ſi quæ Partium prædictarum determinationi ejusmodi contradixerit, et non aquieverit, vel contradixerint, et non aquieverint, reliquæ Partes aliæ teneantur, et debeant Parti aquieſcenti, ſeu aquieſcentibus favere, et contradicenti, vel contradicentibus, reſiſtere viribus, et potentia, ſi opus fuerit, et ab aquieſcente, vel aquieſcentibus fuerint requiſitæ modo et forma ſuperius annotatis; hoc tamen acto, et convento, quod, pendente hujusmodi cognitione, non poſſint Partes ipſæ aliquid innovare, aut per vim Armorum facere.

Item pro majori firmitate præſentium, nulla dictarum Partium accipere poſſit ad ſua ſtipendia vel aliter ad ſua ſervitia, Capitaneos Conductores, vel aliquas alias Gentes armigeras, Equeſtres, vel Pedeſtres, quæ ab alia Parte caſſarentur, vel aufugerent, vel aliquo modo recederent ſine expreſſa licentia illius Partis, a cujus Stipendiis recederet, vel recederent; de qua licentia debeat legitime conſtare, & occurrente caſu, quod aliqua ex dictis Partibus caſſaret, ſeu licentiaret Capitaneos, Conductores, vel aliquas alias Gentes armigeras, Equeſtres, vel Pedeſtres, bona fide, & ſuo poſſe curare debeat cum effectu, quod illi tales nullatenus damnum inferant aut jacturam alicui ex dictis Partibus, Subditis, Recommendatis, Colligatis. Adhærentibus, Complicibus, & Sequacibus eorumdem.

Item, quod Colligati, Reccomendati, & Adhærentes declarare debeant infra quatuor menſes a die præſentis Contractus proxime ſecuturos, & ratificare debeant ſuis avteniticis Litteris, vel publicis Inſtrumentis, hoc tamen intellecto, quod nulla dictarum Partium dare poſſit pro Colligatis, Adhærentibus & Reccommendatis ſuis, Colligatos, Adhærentes, & Recommendatos cujuslibet alterius Partis quæ Declarationes, & Ratificationes fieri debeant Dominis Cardinalibus de Caſtilliono, & Sti Petri ad Vincula, ac Domino Marchioni Eſtenſi, vel alicui ex ipſis, & hi vel quis eorum dictas Declarationes recæperit, notificare debeat Partibus infra menſem, poſtquam recæperit.

Item quod præſentes Conventiones, & Concluſiones, Obligationes, & Pacta durare debeant perpetuo, ut ſupra dictum eſt, & interpretari debeant ad bonum, ſanum, & purum ſenſum, omnia in meliorem partem interpretando, & in favorem ejus cui offenſa videretur illata, ſi talis caſus occurreret, quod Deus avertat.

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti feliciter Amen.

Cum ad ſalutem humani Generis nil ſanctius pace, nilque ſalubrius fuerit a divina Clementia impetratum. Ipſe Salvator noſter Diſcipulis ſuis dixit, *pacem meam relinquo vobis*, per quæ verba ſalubre & neceſſarium Documentum extitit univerſis fidelibus Chriſtianis pacem fore perpetuo quærendam, omni poſſibili ſtudio retinendam. Cumque ipſe Salvator noſter miſericordiam ſuam in Chriſticolas ejus effundens ad flagella Sanctæ Matris Eccleſiæ totius Italiæ & Univerſi Populi Chriſtiani reſpiciens, diſpoſuerit Guerras, & tribulationes Eccleſiæ ſuæ Sanctæ ſublevare, quibus ſublatis, & Italiæ toti, & ſubſequenter univerſo Populo Chriſtiano videtur, & manifeſte cognoſcitur pacem & quietem veriſimiliter dari ſua miſericordia, & benignitate, atque clementia Sanctiſſimi Patris & Beatiſſimi Domini Eugenii Papæ Quarti Sacroſanctæ Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ digniſſimi Summi Pontificis, & bona mente, & Catholica diſpoſitione Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Filippi Mariæ Angli Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini, ex vera rectaque ipſorum diſpoſitione vereque divina ordinatione, atque, ut prædicitur, miſericordia factum eſt; Quod Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus, Dominus Franciſcus divina miſeratione tituli Sti Clementis Præsbiter Cardinal, & dicti Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Camerarius, ex auctoritate & poteſtate ſibi conceſſa per Sanctitatem Domini noſtri prædicti, ut patet per Apoſtolicas Litteras plumbeo, & Pontificali Sigillo munitas a nobis Notariis infraſcriptis viſis, & lectis, parte una; Et Illuſtriſſimus Princeps Dominus Filippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. ſupraſcriptus parte altera, fecerunt, & conſtituerunt ſuos Arbitros, Arbitratores, & amicabiles Compoſitores, de jure & de facto, de jure tantum & de facto tantum, Reverendiſſimos in Chriſto Patres, & Dominos,

Dominum Brandam de Castilliono Episcopum Portuensem, & Dominum Johannem tituli Sti Petri ad Vincula Presbiterum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Cardinales, & Illustrem, & Excelsum Dominum D. Nicolaum Marchionem Estensem &c. ad arbitrandum arbitramentandum, & amicabiliter componendum de & super omnibus, & singulis discordiis, differentiis, debatis, & aliis quibuscumque causis inter eos usque in præsentem diem subortis, prout de Instrumento Compromissi præfati Reverendissimi Domini Cardinalis Camerarii constat, manu Domini Blondi de Fodinio, Notarii publici, & Sanctitatis Domini nostri, ac præfati Domini Cardinalis Camerarii, Secretarii, Apostolicæque Cameræ Notarii, dicti Cardinalis Camerarii & pendenti Sigillo munito, & de Compromisso præfati Illustrissimi Domini Ducis constat publico Instrumento dato & subscripto manu spectabilis Domini Johannis Francisci Gallinæ Papiensis Secretarii præfati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani publici Notarii consueto Sigillo præfati Illustrissimi Domini Ducis munito, & ex Litteris patentibus præfati Domini Ducis a nobis Notariis infrascriptis visis, & lectis. Qui Reverendissimi Domini Cardinales, & Illustris Dominus Marchio, Arbitri, & Arbitratores præfati volentes eorum fungi potestate, vigore Commissionum supradictarum, declaraverunt, pronuntiaverunt, & suam Sententiam protulerunt, pro ut inferius continetur, videlicet;

Nos Branda de Castilliono Episcopus Portuensis, & Johannes tituli Sti Petri ad Vincula Præsbiter, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Nicolaus Marchio Estensis &c. Arbitrii, & Arbitratores, ac amicabiles Compositores prædicti, vigore potestatis nobis a prædictis Partibus per Instrumenta et Litteras, de quibus supra fit mentio, datæ, concessæ, et attributæ, pro Tribunali sedentes in Camera Paramenti Sanctissimi Domini nostri Papæ, quem Locum ad hoc aptum primo et ante omnia ellegimus et elligimus; viam Arbitramentorum et amicabilium Compositorum eligentes omni modo, et forma quibus magis, et melius possumus, ut infrascripta subsistant, et firmitatem habeant, pronuntiamus, determinamus, et declaramus, arbitramentamur, et amicabiliter componimus in scriptis in hunc modum videlicet;

In primis quod de cætero fiat Pax, et perpetuo bona voluntas inter Sanctissimum et Clementissimum Dominum nostrum Dominum Eugenium Papam IV. Sancrosanctæ Romanæ, et Universalis Ecclesiæ dignissimum Summum Pontificem parte una, et Illustrissimum Principem et Excellentissimum Dominum Filippum Mariam Anglum Ducem Mediolani etc. Papiæ Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum parte altera, Colligatosque, Vicarios, Recommendatos et Subditos, Adhærentes, Complices, et Sequaces utriusque Partis, et quod de cætero nulla molestia, offensa ab una ad alteram Partem inferatur per se, vel alium, seu alios et, si quæ inferretur, subito debeat restitui, et emendari, omni exceptione cessante, et omnes præteritæ hinc inde offensæ remissæ intelligantur, et sint puro corde, et animo; Ita quod Sanctitas Domini nostri recipiat, et perpetuo habeat præfatum Illustrissimum Dominum Ducem in suum, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ bonum Filium, et devotum: Et similiter præfatus Dominus Dux perpetuo habeat præfatum Sanctissimum Dominum nostrum in suum Patrem, et Dominum, et excollendissimum Pastorem.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux infra dies viginti a die Ratificationis, tamen facta prius Ratificatione, dare, et restituere, atque consignare debeat Sanctissimo Domino nostro Papæ, vel suo legitimo Nuntio, et pro eo legitime recipienti Civitatem Imolæ cum omnibus suis Fortalitiis, et Territorio omniaque, et singula Castra, et Fortalitia quæ in Imolensi Territorio, Commitatu vel dictione tenet ad manus suas per se vel alium, seu alios, sine aliqua exceptione, aliaque dilatione, vel contradictione, libere, et expedite, sine aliqua pecuniarum solutione Castellarum, vel aliis pro ipsorum stipendiis, vel aliis causis, quæ dici, excogitari, vel opinari possent, per Sanctitatem Domini nostri, vel Camerarium ejus Apostolicum fienda, & quod Sanctitas Domini nostri teneatur & debeat dare operam, facere, & curare, quod Illustrissimum Ducale Dominium Venetorum similem consignationem, deditionem, & restitutionem faciat suæ Sanctitati vel pro eo legitimè recipienti, de Terris, quas in Territorio Bononiensi tenet, & specialiter de Castro Sancti Johannis in Pfiuto, Castro Franco, Sancta Agata, & Mancolino infra dictos viginti dies.

Item de quibuscumque aliis Terris ad Ecclesiam pertinentibus, quod forte aliis essent occupatæ per ipsum Dominum Ducem tempore præsentis Guerræ, & quas ipse tenet per se vel alium, similiter restitutio fieri debeat per prælibatum Dominum Ducem Mediolani, ac etiam operam dari, fieri & curari per Sanctitatem Domini nostri, quod fiat simile per Dominium Venetorum, ut præfertur, ac etiam teneatur Sanctissimus Dominus noster facere, & curare, quod M. Dominus Faventinus restituat Sanctitati suæ præfatæ omnes Terras, Castra, Fortalitia, seu Loca per eum occupatas, vel occupata tempore præsentis Guerræ de Comitatu Imolæ vel Territorio Bononiensi infra dictos dies viginti.

Item quod prælibatus Dominus Dux infra dies viginti quinque a die Ratificationis, facta prius Ratificatione, ut præmittitur, teneatur, & debeat revocasse in Lombardiam & intra sua Territoria reduxisse omnes, & singulas Gentes Armigeras, Equestres, & Pedestres, quæ circa Patinarium, & Mutinense Territorium reperiuntur ad sua servitia militantes omni exceptione remota, & specialiter Magnificum Capitaneum Nicolaum Piceninum, & Franciscum ejus Filium, Arasmum de Trultio, Bernardinum de Ubaldinis & Petrum Jampaulum Ursinum, Antonellum de Sertis Christophorum de Lavello, Christophorum, de Torrellis, Almericum de S. Severino, Comitem Leonem de Pergula, Sacramosium de Parma atque Belmamolum cum eorum Comitivis, & Sotiis, Lanceas spezatas, & generaliter omnes alias Gentes, Equestres, & Pedestres. Et similiter Sanctitas

Digitized by Google

ctitas Domini noſtri teneatur, & debeat facere curam, quod Illuſtriſſimum Dominium Venetorum revocet, & intra Territoria ſua, ultra Padum reducat Gentes ſuas Armigeras, Equeſtres, & Pedeſtres, citra Padum ad præſens exiſtentes, infra ſupra dictum tempus dierum viginti quinque; excæpto tamen & reſervato, quod ſi dictus Dominus noſter vellet aliquas de dictis Gentibus tam Domini Ducis Mediolani, quam etiam Dominii Venetorum retinere, & in ſuis ſerviciis exercere, ſit in arbitrio Sanctitatis ſuæ, dummodo conſentiant præfati Domini Dux Mediolani, & Dominium Venetorum vel is eorum, cujus Gentes retinere vellet Sanctitas ſua.

Item teneatur, & debeat præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux ſe de cætero de Terris, & Vicariis, Vaſallibus, aut Subditis Eccleſiæ nolimode impedire per ſe vel alium, ſeu alios, aut impedientibus favorem dare, clam vel palam, tacite, vel expreſſe vel alio quæſito colore, nec in Regno Apuliæ aliquod Dominium Civitatis, Terræ, Caſtri, Terræ, aut Fortalitii, vel Loci pro ſe vel Communitate Januæ accipere, acquirere, vel acquiſitas tenere quovis modo, aut quæſito colore; Et teneatur Sanctitas Domini noſtri dare operam, facere, & curare, quod Illuſtriſſimum Dominium Venetorum promittat ſolemniter Sanctitati ſuæ ſe ſimiliter de Terris, & Vicariis Eccleſiæ & Regno Apuliæ nullo modo ſe impedire talibus conditionibus ſuis quæ dantur, & dicuntur in præmiſſis de prædicto Domino Duce Mediolani, & hæc infra dies quindecim.

Item quod Sanctitas Domini noſtri juxta ſolitam ejus Clementiam bene tractet, & conſervet, eo modo, & forma, quibus fuerit declaratum per nos Arbitros, & Arbitratores, & amicabiles Compoſitores ſupraſcriptos, eos qui pro Domino Duce fecerunt in præſenti Guerra, videlicet Magnificam Communitatem Bononiæ, Baptiſtam de Canedulo, & Magnificum Nicolaum de Fortebracchiis, M. Dominum Forlivii, M. Dominum Fulgenei, Dominos de Columna & de Sabellis, & quod omnes & ſinguli prædicti recipiantur, ad gratiam Sanctiſſimi Domini noſtri, & Romanæ Eccleſiæ, & remittantur eis omnes injuriæ publicæ vel privatæ, ipſique, & eorum Subditi, et Adhærentes, tam Clerici, quam Laici, abſolvantur ab omnibus pœnis, et cenſuris, in quas incurriſſent occaſione præſentis Guerræ usque in præſentem diem, et remaneant cum Sanctitate Domini noſtri in eo modo, et forma, quibus fuit declaratum per nos Arbitros, et Arbitratores, et amicabiles Compoſitores ſupraſcriptos.

LXVI.

Conventio inter Alphonſum Aragonum Regem ejusque fratres ex una, atque Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem ex altera parte inita, in qua laudatus Rex ac fratres ejus promittunt, ſe Duci Mediolanenſi, quotieſcunque requiſiti fuerint, præſtituros eſſe auxilium, d. d. 8. Octobr. An. 1435.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Amen.

CUm omnibus Virtutibus Principes ornatos eſſe conveniat, nihil tam eſt, quod magis Principem deceat, & extollat, quam quod pro liberalitate collata gratus, & memor exiſtat, cum, ut ait Cicero, gratitudo non ſolum virtutum maxima ſit, ſed alienarum virtutum mater habeatur, qua ratione fretus Sereniſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Alphonſus Dei gratia Rex Arragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Ungariæ, Jeruſalem, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinoniæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceritaniæ cum Sereniſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino Joanne Dei gratia Rege Navarræ etc. ac Illuſtri, & Excellentiſſimo Domino Infante Don Henricho, Dei gratia Magiſtro Ordinis, & Militiæ Sancti Jacobi ſuis Fratribus a Januenſibus captus, maximisque periculis perſonarum, perditionisque Terrarum & bonorum ſuppoſitus, omni alio remedio, & ſpe deſtitutus, miras liberalitate, & beneficentia Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani etc. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini magna cura, difficultate, & expenſa de Januenſium manibus ereptus, redemptus, liberatus, honoratus, & adjutus extitit, & ſucceſſive præfatorum Dominorum Regum, & Infantis Don Henrici Fratrum proteſtationibus, & juramentis declaratum fuit ipſos præfato Domino Duci fidem dediſſe, & ejus captivos fore, idem Dominus Dux periculum præfatorum Dominorum Regum, & Infantis, pro ſuo periculo commutavit, & Ductoribus Claſſis pro redemptione, & recompenſatione abunde ſatisfecit, & ita præfati Domini Rex Arragonum, & Fratres vitam, animum, Statum, & ipſam, quæ nullo pretio æſtimari poteſt, libertatem talem a præfato Domino Duce conſecuti ſunt, ut propriis vocibus clare recognoſcant nunquam ex eorum memoria tam grande, & inæſtimabile benefitium deleri, nec digne recompenſari poſſe, niſi in hac eorum vita, donec corde, & ſpiritu continebitur, pro omnibus favoribus, præſidiis, ac requiſitionibus dicti Domini Ducis usque quaque Perſonas, Statum, animum, & vires exponant, eorumque poſteritas præfatum Dominum Ducem ſemper tueatur, & foveat, & laudibus hanc liberalitatem ad cœlum efferat; Idcirco præfati Sereniſſimi Domini Reges, & Illuſtris Dominus Infans Don Henricus, & quilibet eorum ſingulariter, & principaliter, de per ſe, ſponte, libere, ac omni modo, jure, via, & forma, quibus melius & efficacius potuerunt, & poſſunt infraſcriptas Promiſſiones, Obligationes, & Capitula ſequentia contraxerunt, fecerunt, & ſolemniter celebrarunt cum ſpectabili, & Clariſſimo juris utriusque Doctore, Domino Guarnerio de Caſtiliono Conſiliario, Commiſſario, & Procuratore legitime conſtituto per præfatum Dominum Ducem Mediolani, etc. prout conſtat publico Inſtrumento tradito, & rogato per me Urbanum de Jacoppo Secretarium, & Notarium ejusdem Domini Ducis infraſcriptum recipienti, & ſti-

pulanti nomine, & vice præfati Domini Ducis Mediolani etc. infraſcripta omnia, & ſingula inviolabiliter ſervanda, & adimplenda.

Imprimis præfati Sereniſſimi Domini Reges Aragonum, & Navarræ, ac Illuſtris Dominus Infans Don Henricus Magiſter Sancti Jacobi, & quilibet eorum ſingulariter, & principaliter, de per ſe, ſolemni ſtipulatione, præcedente interrogatione, & ſubſequente reſponſione promiſerunt, & fidem ſuorum corporum ſponte, libenter, & animo deliberato dederunt dicto Domino Guarnerio Procuratori ſpetiali præfati Domini Ducis ut ſupra, quod totiens, quotiens idem Dominus Dux Mediolani requiret, vel requiri faciet, per Nuntium, aut Litteras, præfatum Sereniſſimum Dominum Regem Aragonum, aut præfatum Sereniſſimum Dominum Regem Navarræ, aut Illuſtrem Dominum Infantem Henricum, ille eorum requiſitus ſtatim, omni mora poſthabita, rejectis quibuscumque excuſationibus, & exceptionibus, infalanter, & perſonaliter veniet ad ipſum Dominum Ducem, ubicumque erit, ad erigendum, faciendum, & adjuvandum diſponere, & ordinare negotia, & Statum ejusdem Domini Ducis, & ad proſequendum, & ſuſtinendum impreſias communes, aut ſolius præfati Domini Ducis, & ſimul cum ipſo Domino Duce perſonaliter continuabit, & ibi perſeverabit, donec eidem Domino Duci videbitur opportunum pro rebus melius dirigendis, & componendis, nec in hoc ullam difficultatem, dubitationem, aut exceptionem ipſi, vel eorum aliquis facient, allegabunt, aut prætendent, ſed ſine duplicitate, aut alia interpretatione ſervabunt, implebunt, & indiſtincte venient ut ſupra, non intendentes prædicti contrahentes, nec conſentientes in hoc præfatos Dominos Regem, & Infantem liberatos eſſe, ſed obligatos ad hoc totaliter remanere vigore fidei datæ, & ad hoc ſervandum, implendum, & attendendum ex abundanti cautela iterum, & de novo tactis manibus Scripturis aſtrixerunt, & dederunt eorum ſinguli fidem ei Spectabili Domino Guarneriò Procuratori Domini Ducis ad hoc recipiendum etiam conſtituto recipienti nomine præfati Domini Ducis Mediolani in præſentia noſtrum Notariorum, & Teſtium infraſcriptorum. Et hoc principaliter, & expreſſe promiſerunt ea lege, & mente, ut firmiter, & inviolabiliter valeant, non obſtantibus quibuscumque aliis Capitulis, Clauſulis, aut Derogationibus generalibus vel ſpecialibus, & ſpetialiter non obſtante aliqua dubitatione, vel allegatione, quæ fieri poſſet, vel prætendi quavis occaſione, vel cauſa, & maxime ratione Intelligentiæ, aut Ligæ, aut alicujus Clauſulæ in ea poſitæ.

Item quod præfati Domini Reges, & Infans Don Henricus vere captivi præfati Domini Ducis, cui ſoli ſe reddiderunt, & fidem dederunt, ut ſponte proteſtati ſunt, ab hac hora in antea liberi ſint, & eſſe intelligantur, quamvis etiam prius a præfato Domino Duce effectualiter in libertate poſiti fuerint, ſive ut liberi tractati ſint; ſalvis tamen ſemper, & firmis manentibus omnibus contentis in præcedenti Capitulo, quod obligat perſonas eorum ad veniendum ad præfatum Dominum Ducem, cui nullo modo præjudicare, nec derogare intendunt ex aliquibus dictis, & factis, ſeu dicendis, & fiendis in futurum, & firmis manentibus omnibus, & ſingulis Capitulis Intelligentiæ, & Ligæ invicem contractæ, & ſupraſcripto Capitulo.

Et omnia ſupraſcripta præfati Sereniſſimi Principes, & Domini Reges, ac Illuſtris Dominus Infans Don Henricus, & quilibet eorum de per ſe, nec non præfatus Dominus Guarnerius procuratorio nomine prælibati Domini Ducis Mediolani, promiſerunt unus alteri, & alter alteri attendere, obſervare, & adimplere bona fide, realiter, & ſincere, omni dolo, & machinatione ceſſantibus; & in nullo umquam contravenire de jure, vel de facto, nec ſub aliqua excuſatione etiam quovis jure conceſſa, nec ex aliquo prætenſo colore, nec ex aliqua cauſa præterita, præſenti, vel futura, quæ dici, vel excogitari poſſet, quæ in ſpecie cogitata non fuiſſet, vel quæ in genere cogitata non fuiſſet, nec cogitari potuiſſet; volentes etiam hoc ad in excogitata trahi, & omnes excuſationes rejici, & vias omnes, cauſas, & rationes remotas, & rejectas eſſe, per quas prædicta, aut ex eis aliqua in dubium quovis modo revocari poſſent, etiamſi talia forent, quæ in generali renuntiatione non venirent, vel aliter jus tertii tangerent, aut læderent; intendentes de his omnibus comertium, & conventionem inter ſe habere poſſe, & inter ſe ſervari, ac impleri omnino debere, ſi umquam fides in aliquo ſervanda eſt. Et ad majorem roboris firmitatem, ac firmiſſimam prædictorum omnium obſervantiam, & irrevocabilem validitatem præfati Sereniſſimi Principes, & Domini Reges, & Illuſtris Dominus Infans, ac eorum ſinguli, & prædictus Dominus Guarnerius, Procuratorio nomine ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis, in, & ſuper animas eorum, & ſingulorum ex eis tactis Sacris Evangeliis juraverunt prædicta omnia, & ſingula attendere, obſervare, & numquam in aliquo contrafacere de Jure, vel de facto, aut aliquo pretextu, colore, vel cauſa, nec ex alicujus mandato, vel ſuaſione, nec propter aliquod privatum, aut publicum intereſſe, & ad augendam omnem obligationem, qua Chriſtianus aliquis Deo, vel mundo obligari poſſit, aut aliquo fortiſſimo vinculo ligari, præfati Domini Reges, & Infans Don Henricus, & eorum ſinguli, dictusque Dominus Guarnerius Procuratorio nomine ejusdem Domini Ducis Mediolani, voverunt æterno Deo, & omnibus Sanctis prædicta omnia, & ſingula adimplere, & ſervare ut ſupra; & in quantum ullo unquam tempore contravenirent, aut contrafacerent in aliquo, ex nunc prout ex tunc, præfati Domini Reges, & Dominus Infans, & eorum ſinguli, ac dictus Dominus Guarnerius, Procuratorio nomine ejusdem Domini Ducis, congrue ad contrafacientem referendo proteſtantur, conſentiunt, & ſe propria voce damnant, & judicant, quod ab omnibus hominibus dici, appellari, tractari, teneri, reputari, nominari, & judicari poſſint, ac debeant ut vere, & totaliter fidefragi, infames, perjuri, deteſtabiles, omni fide, humanitate, gratitudine, & virtute, ac honore carentes, & quicquid deterius, ac opprobrioſius dici, & excogitari poſſit: ſed amplius ad tollendum omne remedium in contrarium, & ut auferatur omnis cogitatio excuſationum, præfati Domini Reges, & Dominus Infans, ac eorum ſinguli, & Dominus Guarnerius de Caſtiliono Procurator, ut ſupra, pro-

Digitized by Google

promiſerunt, juraverunt, & voverunt ut ſupra, quod a prædictis promiſſionibus, juramentis, & votis ut ſupra, nec ab iſto juramento umquam impetrabunt aliquam abſolutionem, remiſſionem, & annullationem ab aliquo ſummo Pontifice, Epiſcopo, vel alio, nec alicui impetranti, aut impetrare tentanti conſentient, vel aſſiſtent, ſed totaliter, ac omni ingenio, ac exfortio reſiſtent, & prohibebunt; Et in quantum abſolutio, vel remiſſio quovis modo impetraretur aut fieret, vel motu proprio concederetur, promiſerunt, & juraverunt, quod tali abſolutione nunquam utentur, nec ex illa ſe liberos, aut abſolutos reputabunt, ſed eam pro irrita, & nulla tenebunt, nec prædictis modis, vel aliis etiam non expreſſis, aut cogitatis in præmiſſis ullo modo deficient, nec contravenient per ſe, vel alium, aut alios, directe, vel indirecte, palam vel occulte, quovis modo, cauſa, vel ingenio, Renunciantes omnibus exceptionibus non ſic, vel aliter celebrati Contractus, non ſic factorum Capitulorum, vel rei geſtæ, exceptioni doli mali, condictioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, & exceptioni quod metus cauſa, fori privilegio, exceptioni ſubjectionis, & cuilibet Juris, & Legum, Canonum, & Conſtitutionum auxilio quommodolibet competenti, vel competituro, & Legi dicenti generales renunciationes non valere, & omnibus aliis privilegiis, & exceptionibus quibuscumque; Et hæc omnia ſub hyppotheca, & obligatione omnium bonorum præſentium & futurorum Partium prædictarum, & cujuslibet earum; Et inde præfati Domini Reges, & Dominus Infans Don Henricus, ac eorum ſinguli, & dictus Dominus Guarnerius, Procuratorio nomine Domini Ducis prælibati, juſſerunt, & jubent, rogaverunt, & rogant de prædictis fieri debere unum, & plura Inſtrumenta ejusdem tenoris per nos Joannem Olzinam Secretarium prælibati Domini Regis Aragonum, & Notarium infraſcriptum, ac Urbanum de Jacoppo Secretarium ejusdem Domini Ducis Mediolani, & Notarium infraſcriptum.

Actum in Caſtro Portæ Jovis Mediolani in Camera nova prædicti Domini Ducis Mediolani, in qua præſentialiter habitant præfati Serenisſimi Domini Reges, & Dominus Infans anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, die octavo præſentis menſis Octobris Præſentibus Illuſtribus, ac Magnificis, & Spectabilibus Domino Joanne Antonio de Bancio de Urſinis Principe Tarenti, etc. Domino Joanne Antonio de Marzano Duce Sueſſæ, Domino Vitali Caſtellandorio Filio Vitalis de Blanes, Domino Fernando Davolos Filio Rodorici, Louis Davolos, nec non Domino Franchino de Caſtiliono Filio quondam Domini Petri Conſiliario, Jacobo de Abiate Filio quondam Domini Georgii Fiſici, Simonino Ghilino, Filio quondam Domini Andreæ, & Petro Cotta, Filio quondam Domini Semandi Secretariis Ducalibus, teſtibus notis, idoneis, & rogatis.

Rex Alfonſus -- Nos Rex *Juan* Nol el Maeſtres. Signum mei Joannis Olzina Secretarii Serenisſimi Regis Aragonum ſupradicti, Imperialique auctoritate Notarii publici, qui una cum prænominato, ac ſubſcripto Spectabili Urbano de Jacoppo Ducali Secretario, præmiſſis omnibus, dum ſic agerentur, interfui, & præſens publicum Inſtrumentum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſolitumque meum ſignum Tabellionatus appoſui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Urbanus de Jacoppo Filius quondam Domini Bartholomei Ducalis Secretarius, publicusque Imperiali auctoritate Notarius, una cum prænominato Joanne Olzina Secretario Regio, præmiſſis omnibus, dum ſic agerentur, interfui, & præſens publicum Inſtrumentum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſolitumque meum ſignum Tabellionatus appoſui in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

LXVII.

Tabulæ fœderis inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem & Johannem Franciſcum, Mantuæ Marchionem, in conſpectu Nicolai, Marchionis Eſtenſis, ad annos 10 ſanciti, d. d. 4. Jul. An. 1438.

In Chriſti nomine, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, Indictione prima, die quarto Menſis Julii. In Palatio infraſcripti Illuſtris Domini Marchionis Eſtenſis ſito prope ſuam Urbem Ferrariæ, cui nomen eſt Pulcro Flore, preſentibus teſtibus vocatis, & rogatis Illuſtri Domino Leonello, Eſtenſi nato prælibati Illuſtris Domini Marchionis, Magnifico Viro Ugutione de Contrariis filio quondam Magnifici Viri Domini Mainardi Conſocio, & Conſiliario præfati Illuſtris Domini Marchionis, ſpectabili & egregio Viro Bartholomæo de Pendagliis filio quondam ſpectabilis, & egregii Viri Sr. Gabrielis, & egregio viro, Rafaele de Montanis, filio quondam ſpectati Viri Domini Antonii de Montanis & aliis, & his teſtibus aſſerentibus ſe bene cognoſcere infraſcriptum Dominum Maſeum. Chriſti iterum ejusque Matris glorioſisſimæ Virginis Mariæ, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac Beati Georgii victoriosi, & totius Curiæ triumphantis, nominibus atque ſubſidiis ſuppliciter imploratis, ut hanc preſentem unionem, & ligam indiſſolubili caritate & vinculo firment. Ad conſpectum Illuſtris & excelſi Domini Domini Nicolai Marchionis Eſtenſis &c. nati felicis, & glorioſæ memoriæ Illuſtris & Magnifici Domini, olim Domini Alberti Marchionis Eſtenſis; Et de ſua conſcientia, conſenſu, voluntate, & ordinamento; ut ipſe, & infraſcripti Mandatarii, & Procuratores in preſentia dictorum teſtium, & mei Ludovici, ac infraſcriptorum Notariorum dixerunt & atteſtati fuerunt. Conſtituti ſpectabilis & egregius Vir Dominus Mapheus de Muzano, Secretarius Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini, Domini Filippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani &c. & ejus Procurator Mandatarius ac Commiſſarius habens ad infraſcripta peragenda plenum & ſufficiens Mandatum rogatum per Spectabilem,

Digitized by Google

& egregium Virum Dominum Joannem Franciſcum Galinam filium quondam Domini Petri publicum Notarium Secretariumque & Notarium prefati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & de ejus Sedis, & Sedis rogationibus levatum, & aſſumptum per Aloyſium de Sancto Petro filium quondam Domini Auguſtini Notarium publicum Mediolani ſtipulatum de anno preſenti, die Jovis vigeſima ſexta Menſis Junii à nobis infraſcriptis Notariis viſum & lectum, ſigillatum, etiam ſigillo ſolito magno prefati Illuſtriſſimi Domini Ducis in cera alba, atque dicti Dominus Johannes Franciſcus, & Aloyſius ſunt veri, & publici Notarii, ac eorum ſcripturis fides plenaria adhibeatur conſtat per literas teſtificas datas Mediolani ſub die vigeſimo ſeptimo Menſis preteriti ſub nomine Spectabilis, & egregii Viri Domini Sillani de Nigris de Papia Vicarii, & vice poteſtatis magnifici Viri Domini Ghiſelli-Marchionis Malaſpinæ de Mulatio honorabilis Poteſtatis Civitatis & Ducatus Mediolani, cum ſigillo ſolito prefati Domini Poteſtatis impreſſo in cera viridi ſcriptas manu egregii Viri Conſtantii de Concuretio Cancellarii prefati Domini Poteſtatis à nobis etiam Notariis viſas, & lectas, Procuratorio, Commiſſario, & Mandatario nomine predicto, & etiam nomine, atque vice dicti Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis, pro quo idem Dominus Mapheus ſolemni ſtipulatione promiſit infraſcripto ſpectabili Zanebaldo ſtipulanti & recipienti ut infra de rato, & ratihabitione omnium, & ſingulorum infraſcriptorum, & ſe effecturum, atque curaturum, ita, & taliter cum effectu omni exceptione juris vel facti remota, Quod prelibatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux præſens Inſtrumentum, & omnia, ac alia in ipſo appoſita, & contenta, usque ad dies viginti proximè futuros approbabit, ratificabit, & ratihabitione hemologabit per publicum & ſolemne Inſtrumentum manu publici Notarii conficiendum, cum clauſulis, & ſolemnitatibus neceſſariis, & opportunis validandum & roborandum, & que tam de Jure quam de conſuetudine apponi debeant in ſimilibus, vel per ſuas Literas patentes ſigillo ſuo ſigillatas, & ſolemniter atque perfecte confectas, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum ex una parte. Et ſpectabilis & egregius Vir Zanebaldus de Brolo conſocius Illuſtris & Magnifici Domini Domini Joannis Franciſci Marchionis Mantuæ &c. Et ejus Procurator, Mandatarius & Commiſſarius ad hæc ſpecialiter conſtitutus, habens ab eo Illuſtri Domino Marchione plenum & ſufficiens Mandatum, prout conſtat per publicum documentum ſcriptum manu infraſcripti egregii Viri Boſii, filii quondam Cabrini de Arivabenis Notarii publici, & Secretarii prefati Domini Domini Marchionis Mantuæ ſtipulatum de Anno preſenti die Mercurii ſecunda inſtantis Menſis à me, & ab infraſcriptis etiam Notariis viſum, & lectum ſigillatumque ſigillo ſolito magno prefati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ in cera rubea, cum littera etiam teſtifica data Mantuæ ſub die ſecunda dicti menſis inſtantis, ſub nomine ſpectabilis & egregii Militis ac legum Doctoris, & Comitis Domini Petri Georgii de Almericis de Peſauro Poteſtatis dictæ Civitatis Mantuæ ſcripta per Jacobum de Andreaxiis Notarium Mantuanum, à nobis etiam Notariis & lecta & viſa, ſigillata etiam ſigillo dicti Poteſtatis in cera rubea, Procuratorio, Commiſſario, & Mandatario nomine prefati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ, ac nomine, & vice ejus, pro quo dictus Zanebaldus promiſit dicto Domino Mafeo ſtipulanti & recipienti nomine, & vice prefati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis de rato, & ratihabitione omnium, & ſingulorum in preſenti Inſtrumento contentorum, & ſe facturum & curaturum omni exceptione Juris vel facti remota. Quod dictus Illuſtris Dominus Marchio Mantuæ usque ad Viginti dies proxime futuros, preſens Inſtrumentum, & omnia & ſingula in ipſo contenta approbabit, confirmabit & emologabit per Inſtrumentum publicum, & ſolenne, manu publici Notarii conficiendum, cum omnibus & ſingulis clauſulis, & ſolemnitatibus neceſſariis & opportunis validandum & roborandum, & que tam de Jure quam de conſuetudine apponi debeat in ſimilibus vel per ſuas literas patentes ſigillo ſuo munitas & ſolemniter confectas, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum ex altera parte. Dictæ Partes nominibus antedictis ſponte, & ex certa animi ſcientia, & non per errorem vigore dictorum ſuorum mandatorum, ac omni alio meliori modo, via & forma, quibus melius potuerunt, inierunt, fecerunt concluſerunt & firmaverunt inter prelibatos Illuſtriſſimos Dominos Dominos ſuos perfectam unionem, veram intelligentiam, & bonam ligam duraturam usque & per annos decem proxime futuros, à die celebrationis hujus Inſtrumenti inchoaturas pactis, modis, & condictionibus infraſcriptis, ut ſequitur.

Promotte prima lo prefato Illuſtriſſimo Signore Miſer lo Duca, al prefato Illuſtre Signor Miſer lo Marcheſe de Mantoua de defendere, & mantenere quello cum li ſoi figlioli, & heredi in lo proprio ſtado, in lo qual al preſente ſi ritroua cum tutti li ſoi beni, Vaſſalli, & Subditi raſone, & jurisdictione, Terre, & Fortezze, le quale tene, & poſſiede, & cuſi del Marcheſado de Mantoua, come del Veroneſe, Breſſano & Cremoneſe, cioè del Veroneſe, Caſtellaro, Delaguſello, Piſchiera cum la ſoa Rocha, & Fortezze Belforte, Vilimpinta, Hoſtia cum la ſoa Rocha, & Fortezze, & cum le Torre le quale ſono fora delle pretede, del Breſſano, Redoldeſco, Canedo cum la Rocha, & Ponte ſopra Oglio, Hoſtiano, Lonado cum la ſoa Rocha, & Fortezze, Caſtione dali ſtiveri cum la ſoa Rocha, Item la Villa de Solfarino, Caſtelzufredo cum la ſoa Fortezza, & Aſola cum le ſoe Roche, Item cum tutte le Fortezze, & Luoghi della ſoa Squadra, del Cremoneſe, el Revelino del Ponte doio da Canedo, Inſula di Douareſi, Viadana cum la Cittadella & Rocha, San Martino dal Argine cum la Rocha, Doſolo Sabioneda cum la Rocha, la Torre de Monteſauro cum lo Ponte li, item el luogo de Belforte cum tutti li Beni ſimilmente juris dictione, & raſone le quale el tene & poſſede vel quaſi per ogni via in li dicti luoghi, overo in li Territorii de quelli o

de

de alcuno de quelli, item & cum tutti li soi Recomendati & adherenti: sono Jacomo da Gonzaga, Miser Guido de Miser Feltrino de Gonzaga cum lo Castello de Nuvolara, cum el Castello, & Rocha de Bagnolo de Contado de Rezzo, & cum el Castello de Vescovado del Cremonese, Item Nicolao da Sesso cum la Forteza de Rulli, Item & cum li figlioli, & heredi delli predicti; Item promette el prefato Illustrissimo Signor Misser lo Duca al prefato Illustre Misser lo Marchese de Investire quello incontinente per se & li predicti suoi Figlivoli, & heredi de tutte le predicte terre le quale el tene del Veronese, Item & de quelle del Bersano, & del Cremonese in forma valida, cioè in feudo honorifico à consiglio de savio perche epso Illustre Misser lo Marchese intende quelle recognoscere legitimamente dalla soa Celsitudine. Et promette al prefato Signor Misser lo *Duca* d'esser suo bono colligado, & de havere, & tractare tutti li suoi amici per amici, & li suoi inimici per inimici, & de fare per conservazione & augumento del Stado del prefato Signor Misser lo *Duca*, quanto farà per lo suo proprio. Item promette epso Illustrissimo Signor Misser lo *Duca* al prefato Illustre Signor Misser lo Marchese, che, acquitandose Verona per le soe gente, ò per quelle d'epso Signor Miser lo Marchese, ò per l'una, o per l'altra, ò per qualunque altra forma, & per lo simile Vizenca con li lor Contadi, intendando, che Bassano sia in uno delli predicti, Che le predicte Cittade, & Contadi ut supra siano, & debano essere liberamente del prefato Illustre Miser lo Marchese cio è in suo libero *Dominio*, e Governo Feudale, & che de tempo in tempo come se acquistasseno le predicte Cittade, ò alcuna de quelle, & delle Terre, & Fortezze delli dicti Contadi el prefato Signor Miser lo *Duca*, le facia mettere subito in le mane, & obedientia del prefato Signor Miser lo Marchese, & promette epso Signor Miser lo *Duca* al dicto Signor Miser lo Marchese de darli tutti li adjutorii, & favori bisognevoli, & ad epso Signor Miser lo *Duca* posibili per li acquisti delle predicte Terre, & luoghi, & che la Celsitudine sua delle spese, che epsa farà per li dicti acquisti, non dimandarà mai per alcuno tempo, ni farà dimandare al prefato Signor Miser la Marchese, Anzi de quelle ex nunc gline fà fine, & remissione, & promette el prefato Signor Miser lo Marchese investire quello per se, et per li suoi figlivoli, et herede delle predicte in feudo honorifico, et validamente à consiglio de savio, et ò siano del suo *Ducado*, over della Jurisdizione, ò rasone de quello, ò non; promette epso Signor Miser lo *Duca* al prefato Signor Miser lo Marchese de deffendere, et mantenere quello et li suoi figlivoli, et Eredi in lo *Dominio*, e Signoria etiam de le predicte Terre, et luoghi novamente da esser acquistadi como è dicto di sopra; ma con questo pacto de volontà de li dicti dui Signori, che in le predicte, et infrascripte cose non se intenda la persona, terre, et beni del Magnifico Conte Aloyso dal Verme le quale epso Conte teneva quando se partite da i servitii di Venetiani, et siane, ove, et come se Vegliono, Anzi lo Illustre Signor Miser lo Marchese de Mantova promette habiando Verona, et Vicenza de lasciare, et de dare sel pervenesseno alle soe mane liberamente al precitato Conte Aloyse ogni sua Terra, et logo, et beni, che fossen d' epso Conte Alouise li quali fosseno in lo terreno de Verona, et de Vincenza, ò altroe, et de lasciarglegi godere liberamente, et exempti da ogni cosa, cum mero, et mixto imperio. Et per forma chel prefato Conte Alouise, ni per rispecto alla persona soa, ni de alcuni soi lochi terre, et beni sia obligata à persona del Mondo, se non al prefato Signor *Duca* solamente, et cusi ex nunc, prout ex tunc lo predicto Signor Miser lo Marchese venendo lo caso de li dicti acquisti per qualuncha forma se voglia, et sia libera, et absolve da ogni vinculo, et obligatione la persona terre, et loci et beni del precitato, Conte Alouise ut supra, et questo perchel prefato Signor Miser lo *Duca* cum consentimento del prefato Marchese, non Vole ch' epso Conte Alouise sia obligato per se, ni per soe terre, loci et beni in cosa veruna ad altri, che ad luy perchel hà pur caro cha una bona Cittade. Item promette lo prefato Signor Miser lo *Duca* al prefato Signor Miser lo Marchese, che Sigillati che siano li presenti capituli, se la sua Signoria venisse ad fare pace, ò concordio cum Venetiani, et non habiando Bergamo, ni Bressa, ni Verona ni Vicenza, de dir liberamente al prefato Signor Miser lo Marchese Cremona cum lo Cremonese, excepto Pizigetone, et ogni altra terra che fosse sopra ad dicta investiando de quella in feudo honorifico, et promettendo de defendere lui, et li figlivoli, et eredi simelmente in la Signoria de la predicta cum lo suo Territorio, ut supra, Insuper non siando acquistate ni Verona ni Vicenza in alcune sue Castelle, et acquistandose Bergamo, ò Brexa, ò per qualuncha altro modo li havesse, che quelle tale Cittade, che primamente se acquistasse, se debbia configuare in possanza del prefato Signor Miser lo Marchese per sua securezza, fin à tanto se venesse ad acquistare Verona la quale acquistata che sia, debiasi et data, et configuata al prefato Signor Miser lo Marchese, et epso Signor Miser lo Marchese devesse alhora restituire al prefato Signor Miser lo *Duca* Bergamo, et Bressa cum le Castelle sue chel havesse havuto dal prefato Sig. Miser lo *Duca* per soa segurezza fin à tanto chel havesse havute Verona, & sel occoresse chel se acquistasse alcune, ò più Castelle del Veronese, e del Vicentino, ò de alcuni de quelli senza la Cittade, ò alcune de quele, chel dicto Signor Miser lo Duca simelmente facia dare quelle in possanza del prefato Signor Miser lo Marchesi investiando quello, & promettendo ut supra reservando sempre le cose del Conte Aouise in le quale si facia como e dicto di sopra, & in caso che non se potesse acquistare, ni havere per veruna forma le soprascripte Cittade, ni alcuna de quelle, cioè Bergamo, Brexa, Verona, Vincenza, & venendose alla pace, chel dicto Signor Miser lo Duca sia tenuto dare liberamente Cremona, & lo Cremonese ut supra al prefato Signor Miser lo Marchese, & quello

inve-

Digitized by Google

inveſtire, & promettere de defendere, & mantenere ut ſupra, & che all' ora lo dicto Signor Miſer lo Marcheſe ſia tenuto reſtituire ſolamente le dicte Caſtelle del Veroneſe, & de Veſentina, le quale ſe trovaſſe tenere, & havere acquiſtate da poi la ſigillatione de preſenti Capitoli al prefato Signor Miſer lo Duca; Item promette lo prefato Signor Miſer lo Duca al prefato Signor Miſer lo Marcheſe chel non tofa alli ſoi ſervitii per directo, ni per indirecto, ni laſciarà eſſer per alcuna Via, ſalvo cha cum el Conte Franceſco ſolamente, quello iniquo, e traditore fiolo de Lodovigo, & chel non gli concedarà devenire in Lombardia, ni à luy, ni à cavalli de ſoa conducta, ni gli darà, ni laſciarà dare per alcuni ſoi adjutorio, ſubſidio, ni favore alcuno per directo ni per indirecto. Item promette epſo Signor Miſer lo Duca, al prefato Signor Miſer lo Marcheſe dar ſoldo per cinquecento Lanze, & cinquecento Fanti per tempo de guerra, ſi quali ſiano dati in conducta al Illuſtre Miſer Carlo ſuo Figliolo cum el ſoldo uſato che ſe dà agl' altri, promettando de non darli manco, quanto hà quello, chà miglior conditione di ſuoi, & che ogni meſe correrà le ſue paghe, conſiderato che epſo non haverà ad haver beneficio de taxe, como hà le altre ſoe gente, ſalvo che ſel occoreſſe, che le foſſe mandato in le ſoe Terre cum el beneficio delle Taxe, che all' ora recevano tante paghe, quante receverano le altre ſoe gente, cioe quelle che ne haveſſe più. Item, che per tempo de pace facendo reductione epſo Signor Meſſer lo Duca alle altre ſoe gente, puoſſa etiamdio piacendo allo ſua Signoria redure la predicta conducta d' epſo Miſer Carlo, cum queſto chel ſia tratado in quello modo, che ſarà tractado quello, che harà miglior tractamento. Et verſa vice venendo ad fare acreſcimento alcuno epſo Signor Miſer lo Duca ad alcuno ſuo Capitaneo, ò Conductero ſimel mente debia creſcere ad dicto Miſer Carlo alla rata ſoa de quello che ſarà meglio tractado. Item che la perſona d' epſo Signor Miſer lo Marcheſe non ſia obligate ad exercitarſe, ſe non quanto à lui piazerà. Item promette epſo ſignor Miſer lo Duca al prefato Signor Miſerlo Marcheſſe far exhorſare ducati cinquanta per Lanza, & ſei per fante de preſtanza, civè la mitade ſigillati li preſenti Capituli, & l' altra mitade fin à dui meſi da poi. Item chel dicto Miſer Carlo haverà de proviſione quello ducato per Lanza, ch'epſo Signor Miſer lo Duca dà alli Conducteri de le altre gente ſoe. Item che continue le dicte gente ſtiano durante la dicta guerra in le terre d'epſo Signor Miſer lo Marcheſe, & à ſoa obedienza, & non de altri. Item che per tempo de paſe ſe le foſſeno di biſogno eſſer adoprate altrove, debbiano fare come farano le altre gente d'epſo Signor Meſer lo Duca. Item non ſia tenuto per le dicte gente, & fanti adſcrivere, ni ad fare moſtra, Item debia principiare el ſuo ſoldo como ſerano ſigillati li preſenti Capituli, conſiderato, chel ſe puo tenere chel habbia la dicta conducta fornita. Item come ſe doverà principiare la dicta guerra per epſo Signore Meſer lo Marcheſe, ſia tenuto epſo ſignor Miſer lo Duca mandar di qua lo Conte Aluyſe com la ſoa Compagnia ad ſtare in le terre d'epſo Signor Meſer lo Marcheſe, & à ſua obedienza, fiando lui contento de vegnire, & non contentandoſe ſia tenuto de mandarge altre tanto delle ſoe gente, che ſiano grate al prefato Signor Miſer lo Marcheſe. Item ſia tenuto ut ſupra immediate mandare in le dicte Terre Fanti cenquecento oltra li ſuoi, li Conteſtabili di quali non ſiano ſoſpecti ad epſo Signor Meſer lo Marcheſe. Item per lo ſimile ogn' altre gente, che foſſeno mandati di qua ſiano ad obedientia d'epſo Signor Miſſer lo Marcheſe, non fiandoli la perſona del Capitaneo. Item, que allo acquiſtare de Breſana, & del Cremoneſe non ſia obligato epſo ſignor Miſer lo Marcheſe ad dare delli ſuoi homeni, ne carri, ne ad fare altri ſpeſe, ſe non quanto à lui piacerà de ſua bona voluntade. Item ſel prefato ſignor Meſer lo Marcheſe, perdeſſe alcuna ſoa Terra, che epſo ſignor Miſerlo Duca ſia tenuto ad ricoprarla ad dicto ſignor Miſer lo Marcheſe, & chel non debia mai fare paſe, ni accordo, ſe al dicto Signor non ſerà prima reſtituite ledicte Terre, ſalvo ſel non foſſe de ſua bona voluntade. Item del reſto delli denari, che epſo ſignor Miſer lo Marcheſe ſe trovaſſe dever havere dalla Signoria de Veneſia, ſia tenuto lo prefato Signor Miſer lo Duca non fare mai pace, ò accordo cum la dicta Signoria, ſe prima epſo Signor Miſer lo Marcheſe non ſerà interamente pagato, & ſatisfato. Item ſe alli Mantouani; ò habitanti in le Terre del prefato Signor Miſer lo Marcheſe foſe tolto, ò retenuta alcuna ſua coſa, che haveſſeno in Veneſia, ò in alcuna delle Terre, & logi della Signoria de Veneſia, epſo Signor Miſer lo Duca ſia tenuto de far in dicto caſo per li Mantuani, quella medema opera chel faria per ricovrare la ſoua libertade ſel foſſe in prigione, & chel faria per li ſoi Milaneſi proprii, & per le piu care perſone chel habia in queſto Mondo fazendo lui talmente in queſta coſa, chel prefato Signor Miſer lo Marcheſe, & li Mantuani ſteſſi ſe acorgerano, & dirano che epſo harà fatto, & farà cuſi bonamente, & realmente in li facti loro como el debia fare; & che epſi medemi de chi foſſe el fatto non poriano, ni ſapriano fare altrimente. Item che la dicta Liga, & pacti ſe intendano cum pura, & bona fede, & eſſer facta cum ogni ſolennità opportuna, ad conſervazione di Stadi del una parte, & del altra, & ad augumento de quel le, ſegondo laudo de ciascuno ſavio, aqual è Liga comenzi queſto di, & duri per dece anni continui.

Et renuntiaverunt dicte Patres dictis nominibus exceptioni non factæ, & non celebrate, ac non concluſe dictæ Ligæ, unionis, & intelligentie, & exceptioni non facti, ac non celebrati præſentis Contractus, & Inſtrumenti, reique non ſic geſtæ ſorique Privilegio, exceptioni doli mali, & in factum, ac conditioni ſive cauſa, omnique alii exceptioni, ſuo Juri, & legum auxilio ſibi competenti vel competituro. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta dictæ Partes agentes nominibus quibus ſupra, obligando bona dictorum ſuorum Dominorum præſentia & futura, ac hæredes ipſorum ſolemni ſtipulatione promiſerunt ſibi invicem præſentibus ſtipulantibus

Digitized by Google

bus, & recipientibus nominibus, & modis antedictis firma & rata perpetuo habere, tenere, attendere & obſervare, & in aliquo non contrafacere vel venire, modo aliquo, ratione vel cauſa de jure vel de facto, ſub poena ſolemni ſtipulatione promiſſa ducatorum centum millium boni auri, & juſti ponderis, & obligatione omnium bonorum infraſcripti præfati Illuſtriſſimi Domini Domini *Ducis*, & dicti Illuſtris *Domini Domini* Marchionis Mantuæ præſentium & futurorum, cum refectione damnorum, & expenſarum litis, & extra, quæ poena ſoluta vel non, ſupraſcripta omnia & ſingula ſint perpetuo firma, & ad majorem firmitatem prædictorum dictis Dominis Mapheus, & Zanebaldus, Procuratores, Mandatarii, & Commiſſarii ſupradicti ſponte manibus corporaliter tactis ſcripturis juraverunt ad Sancta Dei Evangelia in Animas dictorum ſuorum Dominorum, vigore Mandatorum ſuorum, ſupra ſcripta omnia & ſingula à ſe dicta, facta & geſta ſic vera fuiſſe, & eſſe, & ea firma & rata perpetuo habere, tenere, attendere, obſervare, & in aliquo non contra facere vel venire modo aliquo, ratione vel cauſa, que dici, vel excogitari poſſit; nec non iidem Procuratores & Commiſſarii atque Mandatarii in fidem, & ad majus teſtimonium & robur prædictorum ſupraſcripta omnia & ſingula ſuis Sigillis propriis muniverunt :,: Cum li lor Beni, raſone, jurisdicione, Vaſalli, ſubditi e logi li quali recomendati.

(L. S.) Ego Boſius filius quondam egregii Viri Domini Cabrini de Arivabenis de Brixia Civis Mantuæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Illuſtris & Excelſi Domini Marchionis Mantuæ, & Secretarius ſupraſcriptis omnibus & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere pariter, & in ſolidum cum infraſcriptis egregiis viris Ludovico Caſella Notario & Secretario prælibati Illuſtris, & Excelſi Domini, Domini Marchionis Eſtenſis &c. & Petro della Eccleſia Notario Mediolanenſi, ſcripſi, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque mei Tabelionatus quo publice utor apoſui conſuetum, cum addictione iſtorum verborum ut ſupra, cum li lor Beni, raſone, jurisdicione, Vaſalli, ſubditi, e loghi li quali recomendati, ſcriptorum in fine preſentis Inſtrumenti cum hoc ſigno ,: cadentium in linea trigeſima nona hic ſic ut ſupra errore, & non vitio ommiſſorum.

(L. S.) Ego Ludovicus Caſella filius quondam Domini Antonii de Caſellis Notarii, Imperiali autoritate Notarius publicus Ferrarienſis, nec non ſcriba ſupradicti Illuſtris & excelſi Domini Domini Marchionis Eſtenſis &c. ſupraſcriptis omnibus & ſingulis interfui, & ea rogatus ſcribere pariter in ſolidum cum ſupraſcripto egregio Viro Boſio, & cum infraſcripto egregio Viro Petro della Eccleſia Notario Mediolanenſi ſcripſi in ſcedis, & Rogitibus meis. Et in fidem me ſubſcripſi ſignumque meum in capite mei nominis conſuetum apoſui.

(L. S.) Ego Petrus della Eccleſia figlius Magiſtri Giroldi publicus Imperiali autoritate Notarius Mediolanenſis ſupra ſcriptis omnibus & & ſingulis interfui, et ea rogatus ſcribere pariter in ſolidum cum ſupraſcriptis egregiis Viris Boſio & Ludovico ſcripſi, et in fidem me ſubſcripſi ſignumque meum conſuetum apoſui.

(L. S.) (L. S.)

LXIIX.

Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani approbatio fœderis defenſivi heic jam inſerti, d. d. 6. Auguſti An. 1438.

In Nomine Sancta & Individua Trinitatis feliciter, Amen.

ANno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, prima Indictione die Mercurii ſexta Menſis Auguſti. Cum hoc ſit quod inter Illuſtriſſimum Principem & Excellentiſſimum Dominum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comitem ac Januæ Dominum ſeu egregium Maffeum de Muzano Secretarium & legitimum Procuratorem dicti Domini Ducis parte una, & Illuſtrem & Excelſum Dominum Dominum Joannem Franciſcum de Gonzaga Marchionem Mantuæ, etc. ſive ſpectabilem Zenebaldum de Broilo ejus legitimum Procuratorem, ejus nomine parte altera, facta concluſa & firmata fuerit ſolemnis Liga & Confœderatio cum modis, pactis, formis, obligationibus terminis, & aliis ſolemnitatibus in Inſtrumento ipſius Ligæ contentis traddito & rogato anno, & Indictione præſentibus die quarto menſis Julii proxime præteriti per Ludovicum Caſellam Notarium Ferrarienſem, per Boſſium de Brixia Notarium præfati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ, & per Petrum de Laccleſia, Notarium Mediolanenſem. Pro tanto nunc prefatus Illuſtriſſimus Princeps & Dominus Dux Mediolani etc. plenam notitiam ſcientiam & cognitionem habens, ut dixit & proteſtatus eſt, atque dicit & proteſtatur de ſupraſcripta Liga, & omnibus in ea & in dicto Inſtrumento contentis, omnibus Iure, modo, via, cauſa & forma, quibus melius & validius potuit & poteſt deliberate & ex certa ſcientia, nulloque Juris vel facti errore ductus, & cum interventu quarumcumque ſolemnitatum in talibus & ſimilibus tam a Iure quam a Conſuetudine requiſitarum cum reformationibus, modificationibus, additionibus & declarationibus infraſcriptis ratificavit, approbavit & confirmavit, ratificat, approbat, & confirmat per præſens publicum Inſtrumentum, & verſus me Johannem Franciſcum Gallinam Secretarium, & Notarium ipſius Domini Ducis velut publicam perſonam ſtipulantem, & recipientem

tem ſupraſcripta & infra ſcripta omnia & ſingula nomine & vice præfati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ, & cujuscumque interſit vel intereſſe poſſit ſupraſcriptam Ligam cum modis & formis in ea contentis, & omnia & ſingula in dicto Inſtrumento Ligæ contenta prout jacent. Promittens, recipiens, faciens, & obligans Idem Dominus Dux in omnibus & per omnia, prout in dicto Inſtrumento continetur & prout ſupraſcriptus ejus Procurator, ejus nomine, in dicto Inſtrumento fecit & promiſit, cum his tamen moderationibus, modificationibus, additionibus, declarationibus & reformationibus, quod ubi & in quacumque parte ſupra ſcripti Contractus fiat mentio quod præfatus Dominus Dux aliquo caſu teneatur prædicto Domino Marchioni dare Cremonam cum Territorio ſuo ſalvo, &c. prout in ipſo Inſtrumento continetur. Iſtud ſemper & in omni ipſius Inſtrumenti loco intelligatur ipſo Domino Duce non dante eidem Domino Marchioni Brixiam cum Territorio Brixenſi quod ipſe teneret, vel Pergamum cum Territorio Pergamenſi, quod ſimiliter ipſe teneret. Sed ubi ipſe Dominus Dux eidem Domino Marchioni daret vel dare cum effectu paratus eſſet Brixiam cum Territorio ſuo ut ſupra, aut Pergamum cum ſuo Territorio, ut ſupra, in electione ipſius Domini Ducis Tunc & eo caſu nullatenus ipſe Dominus Dux teneatur, neque obligatus ſit, dare dicto Domino Marchioni Cremonam cum Cremonenſe, immo a tali obligatione eo caſu liberatus ſit & eſſe intelligatur ſufficiatque ipſi Domino Marchioni Brixiam, aut Pergamum habere ut ſupra. Et per hunc modum & formam intelligantur omnes partes prædicti Contractus Ligæ, & omnia verba ipſius ubi convenit eſſe declarata aucta, vel diminuta, aut reformata, ſingula ſingulis congrue referendo. Item cum hac moderatione, & additione, quod ubi in ſupraſcripto Inſtrumento Ligæ fit mentio, quod in contentis in dicto Inſtrumento non intelligantur perſona, Terræ & bona Magnifici Comitis Aluyſii de verme, quæ ipſe Comes tenebat quando receſſit a ſervitiis Dominii Venetorum, ubicumque ſint, immo remaneant libere dicto Comiti, intelligatur, & pro addito, & declarato habeatur non ſolum ad bona, quæ fuerunt & reſpectaverunt non ſolum ipſi Comiti, ſed etiam Aſcendentibus ſuis. Et ita pro expreſſis prædictæ declarationes & reformationes habeantur, ac ſi in dicto Inſtrumento Ligæ poſitæ eſſent. Et nihilominus idem Dominus Dux prædicta omnia & ſingula & contenta in ipſo Inſtrumento Ligæ cum prædictis reformationibus & declarationibus de præſenti, & de novo, per hoc præſens Inſtrumentum verſus me Secretarium & Notarium ut ſupra ſtipulantem & recipientem, facit, recipit & promittit in omnibus & per omnia prout jacent ad conteſtum. Promittens idem Dominus Dux mihi Notario & Secretario ſtipulanti ut ſupra omnia & ſingula prædicta attendere, & obſervare & nullo modo contrafacere vel venire per directum, vel indirectum, neque aliquo quovis modo ſub pœna refectionis, & reſtitutionis omnium, & ſingulorum damnorum, intereſſe, & expenſarum per dictum Dominum Marchionem propterea faciendorum & fiendarum & ſub hypoteca, & obligatione omnium bonorum præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis præſentium & futurorum. Renuntians, & renuntiavit & renuntiat idem Dominus Dux verſus me Secretarium & Notarium antedictum ſtipulantem ut ſupra exceptioni non factæ præſentis ratificationis & approbationis & prædictorum omnium & ſingulorum non ſic actorum, & geſtorum exceptioni doli mali, actionique, & exceptioni in factum & generaliter omnibus probationibus, & productionibus teſtium, Jurium & Inſtrumentorum contra prædicta. Et inde præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit, & rogavit, & jubet & rogat de prædictis publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris per me Johannem Franciſcum Secretarium & Notarium antedictum. Actum in Caſtro Magno Portæ Jovis Mediolani, Portæ vercellinæ Parochiæ Sti. Protaſii in Campo extra, videlicet in Camera Cubiculari præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, præſentibus ſpectabilibus viris Domino Aluyſio de Crottis filio quondam Domici Lucoli Conſiliario, Simonino Chiglino Secretario, Andrea de Birago filio Domini Maroli, & Jacobo de Arditiis de Abiate filio quondam Magiſtri Georgii Phiſici Camerariis præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis inde teſtibus notis vocatis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis.

(L. S.) Et ego Joannes Franciſcus Gallina filius quondam Domini Petri publicus Papienſis Imperiali autoritate Notarius, Secretariusque, & Notarius præfati Illuſtriſſimi Domini mei Domini Ducis Mediolani &c. hanc Cartam mihi fieri juſſam rogatus traddidi, & ſubſcripſi, meumque conſuetum ſignum Tabelionatus appoſui in fidem, & teſtimonium præmiſſorum & aliis occupatus negotiis per infraſcriptum Aluyſium de Sancto Petro Notarium ſcribi feci.

(L. S.) Et ego prædictus Aluyſius de Sancto Petro, filius quondam Domini Auguſtini publicus Mediolanenſis Imperiali auctoritate Notarius, hanc Cartam juſſu ſupraſcripti Secretarii & Notarii ſcripſi, meumque conſuetum ſignum Tabelionatus in fide præmiſſorum appoſui & me ſubſcripſi.

LXIX.

Digitized by Google

LXIX.

Johannis Franciſci, Mantuæ Marchionis comprobatio fœderis defenſivi ſupra videndi, d. d. 6. Aug. Anno 1438.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

ANno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, prima indictione, die Mercurii ſexta Menſis Auguſti. Cum hoc ſit, quod inter Illuſtriſſimum Dominum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani & Papiæ Angleriæque Comitem ac Januæ Dominum, ſeu egregium Mapheum de Muzano Secretarium & legitimum Procuratorem dicti Domini Ducis parte una & Illuſtrem & Excelſum Dominum Dominum Johannem Franciſcum de Gonzaga Marchionem Mantuæ &c. ſive ſpectabilem Zenebaldum de Broilo, ejus legitimum Procuratorem ejus nomine parte altera, facta, concluſa & firmata fuerit, ſolemnis Liga & Confœderatio cum modis, pactis, formis, obligationibus, terminis & aliis ſolemnitatibus in Inſtrumento ipſius Ligæ contentis traddito & rogato Anno & Indictione præſentibus die quarto Menſis Julii proxime præteriti per Ludovicum Caſellam Notarium Ferrarienſem, per Boſſium de Brixia Notarium præfati Illuſtriſſimi Domini Marchionis Mantuæ & per Petrum de Laccleſia, Notarium Mediolanenſem. Cumque hodie præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux ratificaverit & approbaverit dictam Ligam, & omnia & ſingula contenta in dicto Inſtrumento Ligæ cum moderationibus tamen modificationibus, declarationibus, reformationibus & additionibus in Inſtrumento ipſius Ratificationis contentis, cujus Inſtrumenti Ratificationis tenor talis eſt:

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter Amen. Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo, prima indictione, die Mercurii ſexta Menſis Auguſti. Cum hoc ſit, quod inter Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Dominum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, ſeu Egregium Mapheum de Muzano Secretarium & legitimum Procuratorem dicti Domini Ducis parte una, & Illuſtrem & Excelſum Dominum, Dominum Joannem Franciſcum de Gonzaga, Marchionem Mantuæ &c. ſive ſpectabilem Zenebaldum de Broilo, ejus legitimum Procuratorem, ejus nomine parte altera facta concluſa & firmata fuerit ſolemnis Liga, & Confœderatio cum modis, pactis, formis, obligationibus, terminis, & aliis ſolemnitatibus in Inſtrumento ipſius Ligæ contentis traddito, & rogato anno, & indictione præſentibus die quarto Menſis Julii proxime præteriti per Ludovicum Caſellam Notarium Ferrarienſem, per Boſſium de Brixia Notarium præfati Illuſtrimi Domini Marchionis Mantuæ, & per Petrum de Laccleſia Notarium Mediolanenſem. Pro tanto nunc præfatus Illuſtriſſimus Princeps & Dominus Dux Mediolani & plenam notitiam, ſcientiam & cognitionem habens ut dixit, & proteſtatus eſt atque dicit & proteſtatus de ſupraſcripta Liga & omnibus in ea & in dicto Inſtrumento contentis omnibus jure, modo, via, cauſa, & forma, quibus melius & validius potuit & poteſt deliberate, & ex certa ſcientia nulloque juris vel facti errore ductus, & cum interventu quarumcumque ſolemnitatum in talibus & ſimilibus tam a Jure quam a conſuetudine requiſitarum cum reformationibus, modificationibus, additionibus, & declarationibus infraſcriptis ratificavit, approbat & confirmat per præſens publicum Inſtrumentum & verſus me Johannem Franciſcum Gallinam Secretarium & Notarium ipſius Domini Ducis velut publicam perſonam ſtipulantem & recipientem ſupraſcripta & infraſcripta omnia & ſingula nomine & vice præfati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ, & cujuscumque interſit vel intereſſe poſſit ſupraſcriptam Ligam cum modis & formis in ea contentis & omnia & ſingula in dicto Inſtrumento Ligæ contenta, prout jacent. Promittens, recipiens, faciens & obligans idem Dominus Dux in omnibus & per omnia, prout in dicto Inſtrumento continetur, & prout ſupraſcriptus ejus Procurator, ejus nomine in dicto Inſtrumento fecit, & promiſit. Cum ſuis tamen moderationibus, modificationibus, additionibus, declarationibus & reformationibus. Quod ubi & in quacumque parte ſupraſcripti Contractus fiat mentio, quod præfatus Dominus Dux aliquo caſu teneatur prædicto Domino Marchioni dare Creſſonam cum Territorio ſuo ſalvo, &c. prout in ipſo Inſtrumento continetur. Iſtud ſemper & in omni ipſius Inſtrumenti loco intelligatur, ipſo Domino Duce non dante eidem Domino Marchioni Brixiam cum Territorio Brixienſi, quod ipſe teneret, vel Pergamum cum Territorio Pergamenſi, quod ſimiliter ipſe teneret: ſed ubi ipſe Dominus Dux eidem Domino Marchioni daret, vel dare cum effectu paratus eſſet Brixiam cum Territorio ſuo ut ſupra, in electione ipſius Domini Ducis. Tunc & eo caſu nullatenus ipſe Dominus Dux teneatur, neque obligatus ſit dare dicto Domino Marchioni Cremonam cum Cremonenſi, immo a tali obligatione eo caſu liberatus ſit, & eſſe intelligatur, ſufficiatque ipſi Domino Marchioni Brixiam aut Pergamum habere ut ſupra, & per hunc modum & formam intelligantur omnes partes prædicti Contractus Ligæ & omnia verba ipſius, ubi convenit eſſe declarata, aucta vel diminuta aut reformata ſingula ſingulis congrue referendo. Item cum hac moderatione & additione, quod ubi in ſupraſcripto Inſtrumenro Ligæ fit mentio, quod in contentis in dicto Inſtrumento non intelligantur Perſona, Terræ & bona Magnifici Comitis Aluyſii de Verme, quæ ipſe Comes tenebat, quando receſſit a ſervitiis Dominii Venetorum, ubicumque ſint, immo remaneant libere dicto Comiti intelligatur & pro addito & declarato habeatur non ſolum ad bona, quæ ipſe Comes tempore dicti receſſus tenebat, ſed etiam ad bona quæ fuerunt, & ſpectaverunt non ſolum ipſi Comiti, ſed etiam Aſcendentibus ſuis. Et ita pro expreſſis prædictæ declarationes & reformationes habeantur, ac ſi in dicto Inſtrumento Ligæ poſitæ eſſent. Et nihilominus idem Dominus Dux prædicta omnia, & ſin-

& ſingula contenta in ipſo Inſtrumento Ligæ cum prædictis reformationibus & declarationibus de præſenti, & de novo per hoc præſens Inſtrumentum verſus me Secretarium & Notarium, ut ſupra ſtipulantem & recipientem facit, recipit & promittit in omnibus & per omnia, prout jacent ad conteſtum. Promittens idem Dominus Dux mihi Notario & Secretario ſtipulanti ut ſupra prædicta omnia & ſingula attendere & obſervare, & nullo modo contrafacere vel venire per directum vel indirectum neque aliquo quovis modo ſub pœna refectionis omnium & ſingulorum damnorum, intereſſe, & expenſarum per dictum Dominum Marchionem propterea patiendorum & fiendarum & ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis præſentium & futurorum. Renuncians & renuntiavit, & renuntiat idem Dominus Dux verſus me Secretarium & Notarium antedictum ſtipulantem ut ſupra exceptioni non factæ præſentis ratificationis & approbationis, & prædictorum omnium & ſingulorum non ſic actorum, & geſtorum exceptioni doli mali, actionique & exceptioni in factum. Et generaliter omnibus probationibus & productionibus teſtium, jurium & Inſtrumentorum contra prædicta. Et inde præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit & rogavit, & jubet, & rogat de prædictis publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris per me Johannem Franciſcum Secretarium & Notarium antedictum Actum in Caſtro Magno Portæ Jovis Mediolani Portæ Vercellinæ Parochiæ Sti Protaſii in Campo extra, videlicet in Camera cubiculari præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis præſentibus ſpectabilibus Viris Domino Aluyſio de Crottis, filio quondam Domini Lucholi Conſiliario, Simonino Ghiglino Secretario, Andrea de Birayho filio Domini Maffioli, & Jacobo de Arditiis de Abiate filio quondam Magiſtri Georgii Phiſici Camerariis præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis inde teſtibus notis, vocatis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis. Pro tanto tunc præfatus Illuſtris Dominus Marchio Mantuæ plenam notitiam habens de dicta Liga & de dicta ratificatione facta per præfatum Dominum Ducem cum dictis modificationibus, & de omnibus & ſingulis contentis in dictis Inſtrumentis Ligæ, & ratificationis, & præcipue de dictis modificationibus, declarationibus, reformationibus, & additionibus, ratas, gratas, & firmas habens prædictas ligam, ratificationem, reformationes, additiones & declarationes, & omnia & ſingula contenta in dictis Inſtrumentis, omnibus jure, modo, via, cauſa & forma, quibus melius & validius potuit, & poteſt cum interventu quarumcumque ſolemnitatum in talibus, & ſimilibus tam a Jure, quam a conſuetudine requiſitarum ſponte, deliberate & ex certa ſcientia, nullo victu, nulloque juris, vel facti errore ductus ratificavit, approbavit & confirmavit, ratificat approbat & confirmat per hoc præſens publicum Inſtrumentum, & verſus me Joannem Franciſcum Gallinam Secretarium & Notarium præfati Domini Ducis velut publicam perſonam ſtipulantem & recipientem hæc omnia ſupraſcripta & infraſcripta, nomine & vice præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis & cujuscumque interſit, vel intereſſe poſſit ſupraſcriptam Ligam cum modis & formis in ea contentis, & omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento Ligæ contenta prout jacent, & cum declarationibus, & reformationibus, modificationibus, moderationibus & additionibus factis per præfatum Dominum Ducem ut ſupra, & in omnibus & per omnia prout dictus Dominus Dux in dicto Inſtrumento Ratificationis fecit. Promittens, faciens, & obligans idem Dominus Marchio in omnibus, & per omnia prout in dicto Inſtrumento Ligæ continetur, & prout ſupraſcriptus Procurator ſuus in dicto Inſtrumento Ligæ ejus nomine fecit, & promiſit, & cum ſupraſcriptis moderationibus dicti Domini Ducis ſuperius ſpecificatis, de quibus contentum ſe dicit & proteſtatur & quæ omnia promittit ſe obſervaturum & præſertim moderationes & reformationes prædictas videlicet ubi, & in quacumque Parte ſupraſcripti Contractus, Ligæ fiat mentio, quod præfatus Dominus Dux aliquo caſu teneatur, prædicto Domino Marchioni dare Cremonam cum Territorio ſuo ſalvo &c. prout in ipſo Inſtrumento Ligæ continetur. Iſtud ſemper & in omni ipſius Inſtrumenti loco intelligatur ipſo Domino Duce non dante eidem Domino Marchioni Brixiam cum Territorio Brixienſi, quod ipſe teneret, vel Pergamum cum Territorio Pergamenſi, quod ſimiliter ipſe teneret, ſed ubi ipſe Dominus Dux eidem Domino Marchioni daret, vel dare cum effectu paratus eſſet Brixiam cum Territorio ſuo ut ſupra, aut Pergamum cum ſuo Territorio ut ſupra, in electione ipſius Domini Ducis. Tunc & eo caſu nullatenus ipſe Dominus Dux teneatur, neque obligatus ſit dare Cremonam cum Cremonenſi ipſi Domino Marchioni Mantuæ, immo a tali obligatione eo caſu liberatus ſit & eſſe intelligatur, ſufficiatque ipſi Domino Marchioni Brixiam, aut Pergamum habere ut ſupra. Et per hunc modum & formam intelligantur omnes partes prædicti Contractus Ligæ & omnia verba ipſius, ubi conveniet eſſe declarata, aucta, vel diminuta aut reformata, ſingula ſingulis congrue referendo. Item cum hac modificatione, additione & moderatione, quod ubi in ſupraſcripto Inſtrumento Ligæ fit mentio, quod in contentis in dicto Inſtrumento non intelligantur perſona, Terræ, & bona Comitis Aluyſii de Verme, quæ ipſe Comes tenebat quando receſſit a ſervitiis Dominii Venetorum, ubicumque ſint; immo remaneant libere dicto Comiti intelligantur & pro addito, & declarato habeatur non ſolum ad bona, quæ ipſe Comes tempore dicti receſſus tenebat, ſed etiam ad bona, quæ fuerunt & ſpectaverunt non ſolum ipſi Comiti ſed etiam Aſcendentibus ſuis. Et ita pro expreſſis prædictæ declarationes & reformationes habeantur, ac ſi in dicto Inſtrumento Ligæ poſitæ eſſent, & nihilominus idem Dominus Marchio prædicta omnia & ſingula contenta in ipſo Ligæ Inſtrumento cum prædictis reformationibus & declarationibus de præſenti, & de novo per hoc præſens Inſtrumentum verſus me Secretarium & Notarium ut ſupra ſtipulantem, & recipientem, facit, recipit & promittit in omnibus, & per omnia, prout jacent ad conteſtum. Promittens idem Dominus Marchio mihi Notario & Secretario ſtipulanti, ut ſupra prædicta omnia

& ſin-

Digitized by Google

& ſingula attendere & obſervare, & nullo modo contra facere vel venire per directum vel indirectum, neque aliquo quovis modo ſub pœna refectionis & reſtitutionis omnium & ſingulorum damnorum, intereſſe & expenſarum per ipſum Dominum Ducem propterea patiendorum, & fiendarum, & ſub hypotheca & obligatione omnium bonorum præfati Domini Marchionis præſentium & futurorum. Renuntians & renuntiavit & renunciat idem Dominus Marchio verſus me Secretarium & Notarium ante dictum ſtipulantem ut ſupra exceptioni non factæ præſentis ratificationis & approbationis, & prædictorum omnium, & ſingulorum non ſic actorum & geſtorum, exceptioni doli mali, actionique & exceptioni in factum & generaliter omnibus probationibus, & productionibus teſtium, jurium, & Inſtrumentorum contra prædicta. Et inde præfatus Dominus Marchio juſſit & rogavit, & jubet & rogat de prædictis publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris per me Johannem Franciſcum Secretarium & antedictum. Actum in Civitate Mediolani videlicet, in domo, in qua ſolebat habitare Illuſtriſſima Domina, Domina Duciſſa Mediolani & Portæ Vercellinæ Parochiæ Sti. Johannis ſupra Murum, præſentibus Magnifico Domino Guidone Torello de Vicecomitibus Guaſtallæ & Montis clariculi Comite, & ſpectabilibus Viris Domino Aluyſio Crotto filio quondam Domini Lucholi Conſiliariis præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, Domino Antonio de Capua, Milite Cive Mantuano, filio Domini Lanfranchi & Zanebaldo de Broilo familiaribus & conſotiis præfati Illuſtris Domini Marchionis Mantuæ inde teſtibus notis vocatis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis.

(L.S.) Ego Franciſcus Galina filius quondam Domini Petri publicus Papienſis Imperiali auctoritate Notarius, Secretariusque & Notarius præfati Illuſtriſſimi Domini mei Domini Ducis Mediolani, &c. hanc cartam mihi fieri juſſam rogatus traddidi & ſubſcripſi, meumque conſuetum ſignum Tabelionatus in fidem & teſtimonium præmiſſorum appoſui & aliis occupatus negotiis per infraſcriptum Aluiſium de Sancto Petro Notarium ſcribi feci.

(L.S.) Et ego Aluiſius de Sancto Petro, filius quondam Domini Auguſtini publicus Mediolanenſis Imperiali auctoritate Notarius hanc Cartam juſſu ſupraſcripſi, meumque conſuetum ſignum Tabellionatus in fidem præmiſſorum appoſui & me ſubſcripſi.

LXX.

Philippi Mariæ Angli, Mediolani Ducis Declaratio de immutando aliquo fœderis ſupra inſerti capitulo, d. d. 9. Decembr An. 1439.

Filippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Cum nuper inter Illuſtrem Dominum Johannem Franciſcum Marchionem Mantuæ &c. & nos unanimi concordia conventum ſit de quadam immutatione unius Capituli ſeu Capitulorum, vel eorum parte ex illis, quæ invicem alias inivimus, videlicet quod ubi tunc in eo, vel eis promiſimus prælibato Illuſtri Domino Marchioni dare ſtipendium pro Lanceis quingentis, totidemque Peditibus, quæ Lanceæ, quique Pedites darentur, & forent in conducta Illuſtris Domini Caroli nati prælibati Illuſtris Domini Marchionis, nunc & in futurum dicto Capitulo, vel Capitulis in hac parte immutatis ſint & eſſe intelligantur, & debeant in & ſub conducta prælibati Illuſtris Domini Marchionis, & non dicti Domini Caroli, ſibique dare pollice amur ſtipendium pro antedictis quingentis Lanceis, & totidem Peditibus cum ejusdem ſtipendio pactis conventionibus, modis & Capitulis, quæ idem Dominus Carolus habebat, & in ejus perſona loquebantur. Hoc tamen declarato, quod perſona ejusdem Illuſtris Domini Marchionis ex præmiſſis libera remaneat, nec ſit, aut aliqualiter intelligatur obligata niſi ad proviſionem eidem conductæ faciendam, de uno aut pluribus ex ejus filiis, ut ſibi libuerit, remanente tamen obligatione ipſius vel ipſorum ex filiis Domini Marchionis, qui dictam conductam habuerint ſecundam formam dictorum Capitulorum Nobis reſpectu dictæ conductæ & remanentibus firmis omnibus aliis Capitulis inter Nos, & præfatum Dominum Marchionem initis & concluſis, quæ nullo modo propter hanc renovationem tolli, vel interrumpi poſſint quoad alia in eis contenta. Præſentium igitur Noſtrarum Patentium Litterarum tenore ut de hujusmodi immutatione & promiſſione apud omnes perpetuo conſtet & doceri poſſit omni modo, via & forma, quibus melius ac validius ſcimus & poſſumus, ex certa ſcientia, plenaque animi deliberatione prælibato Illuſtri Domino Marchioni licet abſenti. Similiter promittimus eidem Illuſtri Domino Marchioni deinceps dare ſtipendium dictarum quingentarum Lancearum & totidem Peditum, quæ, & qui in & ſub ejus exiſtant conducta illis ipſis pactis modis, conventionibus & Capitulis, quæ præfatus Dominus Carolus habebat. In libertate ſemper remanente perſona ſua dum eidem conductæ de uno, vel pluribus ex ejus filiis provideat, ut præmiſſum eſt, qui illius intendat regimini, quemadmodum eundem Illuſtrem Dominum optime proviſurum non ambigimus; ipſo Capitulo, vel Capitulis & aliis omnibus in reliquis in eis contentis firmis permanentibus, eorumque vim & formam retinentibus.

Digitized by Google

In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus & regiſtrari Noſtrique Sigilli munimine, roborari. Datum Mediolani die nona Decembris M CCCC trigeſimo nono, Tertia Indictione.

(L. S.) Velvinus.

LXXI.

Tabulæ pacis inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem atque Communitatem Vallis Uraniæ, intuitu Comitatus Vallis Leventinæ, factæ, d. d. 4. April. An. 1441.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo, Indictione quarta die martis quarto menſis April. Cum aliquandiu ſuper nonnullis quæſtionibus & differentiis degentibus inter Illuſtriſſimum Principem & Dominum, Dominum Filippum Mariam Anglum Ducem Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comitem ac Januæ Dominum & Agentes pro eo, & ejus nomine pro parte una, & Magnificam Communitatem Vallis Uraniæ de Liga Confœderatorum, & Agentes pro ipſa Communitate, & ejus nomine pro parte altera, guerræ & lites factæ fuerint occaſione Comitatus Vallis Leventinæ, quem Comitatum prædicta Communitas vallis Uraniæ pignori promiſerat, ſuſceperatque ex eo, quod nonnulli homines ex eorum ſubditis aliquas petitiones contra, & adverſus nonnullos homines ex eorum ſubditis præfati Illuſtriſſimi Principis, & Domini, Domini Ducis Mediolani, habere pretendebant, & ſe proclamationes in Locis Bervizonæ, & Aizoli juxta initæ Pacis Capitulorum decreta feciſſe aſſerebant & eis deſuper, Juſtitiam adminiſtratam non fuiſſe juxta eorundem decreta Capitulorum. Quare eis hujusmodi impignerationem licuiſſe præſumebant juxta tenorem unius Capituli prædictæ Pacis manifeſte tractantis & dicentis inter cætera ita videlicet. Quod ſi aliqua partium prædictarum, vel ejus ſubditi non attenderent, vel non obſervarent contenta in ſupraſcriptis Capitulis, & quilibet eorum, &c. liceat alteri parti capere de terris, Dominio, perſonis, & rebus partis non attendentis, usque ad completam ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium defectuum, damnorum expenſarum, & intereſſe exinde ſequentium, &c. prout hæc in eodem Capitulo Pacis clarius elluceſcunt &c. & prælibato Illuſtriſſimo Principe, & Domino Domino Duce Mediolani, & Agentibus pro eo dicentibus dictæ Communitati Uraniæ hujusmodi inpignorationem faciendi minime licuiſſe ex eo quia non appareret Homines dictæ Vallis Uraniæ ſuasque proclamationes & denunciationes ſuarum petitionum ita, ut præfertur, feciſſe juxta decreta Capitulorum Pacis, neque eisdem Juſtitiæ adminiſtrationem unquam denegatam fuiſſe; immo ſi & in quantum eis licuiſſet capere pignori de terris ipſius Domini Ducis, quod tamen non minime credit, tamen non debuiſſent impignoraſſe ultra debitum, & eorum petitiones, & ſibi impignerare Fortaliria ſua Bervizone, cum tamen eis ſuffeciſſet Vallis Leventinæ, ex quibus omnibus res dubia erat de maximis guerris, & bellorum ſtrepitibus, ac de litibus, quæſtionibus & diſcordiis dubitabatur in futurum.

Tandem Eximius & ſpectabilis Dominus Agabitus de Lanfranchis Vicarius generalis, & Chriſtophorus Gallina familiaris, ac Commiſſarii, Ambaſſiatores, Nuntii & Procuratores, & procuratorio, & commiſſario nomine ipſius Domini Ducis parte una, & circumſpecti Viri Judocus Reſſer Miniſter de præſenti, Henricus Beroldinger, Henricus Arnolt antiqui miniſtri, & Johannes Rempff Cancellarius Vallis Uraniæ omnes Nuntii, Sindici, Ambaſſiatores, & Procuratores, ac ſindicario & procuratorio nomine dictæ Univerſitatis Vallis Uraniæ parte altera cum adjutorio & adjuvamine, ac precibus, interventionibus & mediationibus ſtrenuorum, ſpectabilium & egregiorum virorum Dominorum Rudolfi Stuſs, Militis Magiſtri Civium, Jacobi Sbarzinbirn antiqui Magiſtri Civium, & Henrici Eſinger de Turego, Rudolfi Lofinaſt, militis Sculteti velici de Herſtenſtein Miniſtri, Petri Goleſunt, & Antonii Rubei Sculteti de Luceria, Itelli Reding ſenioris Miniſtri, Joannis de Iberg, Ulrici Vaguer, & Joannes Funit, Cancellarii in Suyz, Nicolai de Evillvil Miniſtri, et Joannes Mulier de Undervalden ſubſilva, Judocii Spiler, Miniſtri, et Joannis Usler de Zug, Ulrici Cliver et Rudolfi Ruis, de Glaronia omnium Nuntiorum Ambaſiatorum et Procuratorum per Dominos et ſuperiores ſuos dictarum Communitatum, Valliumque ad hujusmodi concordiam faciendam miſſorum, Deputatorum et ordinatorum, volentes dictas guerras reſcindere et futuros bellorum ſtrepitus tollere, dictisque litibus et quæſtionibus perpetuum ſilentium et finem imponere, ipſarumque partium parcere laboribus, et expenſis venerunt, et perveniunt ad infra ſcripta titulo perpetuæ Pacis et concordiæ in ævum duraturam bona fide, et ſine dolo et fraude, ſine omni Capitulorum præteritæ inter Partes initæ Pacis præjudicio.

Item in primis ipſi Dominus Agabitus et Chriſtophorus, nomine quo ſupra, et ut ſupra convenerunt et promiſerunt vice, et nomine dicti Domini Ducis, ipſis Dominis de Liga et ipſorum contemplatione potiſſimum conſiderata eorum benevolentia, et amicitia ex ipſius Domini Ducis munificentia, et liberalitate dare, et realiter, ac cum effectu numerare ducatos tres mille hoc videlicet modo Ducatos mille in præſentiarum de quibus ipſi Domini de Liga diſponere queant, et ipſos diſtribuere, ad arbitrium eorum, et pro ipſorum libito voluntatis, quos quidem mille Ducatos ipſi Domini Agabitus et Chriſtophorus, quo ſupra nomine et ut ſupra, dederunt et cum effectu realiter numeraverunt ſtatim in præſentia noſtri Notarii Publici et teſtium ſupraſcriptorum circonſpectis Viris Antonio Rubeo antiquo Sculteto Communitatis Lucerienſis, Judoco Reſſer Miniſtro, et Joanni Rempff Cancellario Vallis Uraniæ recipientibus nomine et Vice præfatorum

Domi-

Digitized by Google

Dominorum de Liga, et ad ipsos recipiendum per ipsos Dominos de Liga ellectis, et deputatis, prout hoc mihi Notario Publico subscripto constabat, et alios Ducatos duos mille dicti Domini Agabitus, et Christophorus nomine quo supra, et ut supra de prædictis munificentia et liberalitate dare promiserunt ad spatium sex annorum immediate post Datam præsentium post invicem secutorum, et ultra ad beneplacitum, et discretionem ipsorum Magnificorum Dominorum de Liga, pro quorum securitate contentatur præfatus Dominus Dux inprimis dimittere suam Vallem Leventinæ usque ad Flumen Biaschinæ cum suis pertinentiis, ita tamen, quod in dicto pignore non intelligantur nec includantur villæ Ludrini et Iraniæ, sed remaneant suprascriptæ villæ ipsi *D*omino Duci, et sub ejus subjectione prædictæ Communitati, et Hominibus Vallis Uraniæ usque ad terminum dictorum sex annorum et ultra ad beneplacitum, et discretionem ipsorum magnificorum Dominorum de Liga, dumodo illud beneplacitum non possit transire, neque extendi ultra annos quindecim proxime secuturos, computatis, et inclusis dictis sex annis, quam Vallem ipsam de Urania teneantur bene regere, salvare et custodire juxta naturam pignoris, quo tempore dictorum sex annorum transacto cum beneplacito et discretione ut supra Magnificorum Dominorum de Liga teneantur prædicti de Urania omnino dictam Vallem Leventinæ illæsam et expeditam libere, et sine ulla exceptione dimittere et relaxare prælibato Domino Duci, seu Agenti et Agentibus pro, et ejus nomine solutis per eum dictis duobus mille Ducatis seu oblatis consignatis et depositis, hoc tantum attente intelecto, quod ipse Dominus *D*ux ipsos homines de Valle Leventinæ bene tractabit, et tractari faciet per suos Officiales quoscumque et signanter, quod ipse Illustrissimus *D*ominus *D*ux ipsis omnibus de Leventia gratiam faciat, et remissionem omnium excessuam, qui dici possent ipsos commisisse a tempore insultus facti contra Bervizonam anno *D*omini currente millesimo quadringentesimo trigesimo nono. Et ita *D*omini Agabitus et Christophorus Procuratores nomine quo supra, et ut supra remiserunt et remittunt, dolo et fraude quibusvis exclusis.

Item præfati Dominus Agabitus et Christophorus dicto Ducali nomine et de gratia, et munificentia ipsius Domini *D*ucis concedunt, et faciunt imunitatem et exemptionem a Datiis, Pedagiis, Forletis, et Gabellis quibuscunque hominibus de dicta Liga veteri et solita Confœderatorum et eorum subdictis Magnificis Dominis de Berno, & Solodoro cum eorum subditis in hujusmodi immunitate & exemptione realiter intellectis et inclusis, pro eorum mercantiis, bonis, et rebus ducendis, traducendis, et reducendis versus Mediolanum et usque ad portas Mediolani, eundo et redeundo, et eo modo & forma quibus, et prout prædicti de Luceria, de Urania, de Undervalnden, de subtus silvam præteritis temporibus habuerunt vigore Capitulorum Pacis, de qua supra fit mentio, duraturam usque ad beneplacitum ipsius Principis, & Domini, Domini *D*ucis Mediolani excepto tamen sale, quem per aliquam personam etiam de Liga conduci, nec trafficari possit quoquo modo ad partes et territoria ipsius Domini Ducis, in quibus est prohibitum per decreta sua sub pœna in ipsis decretis contenta, hoc tamen addito et intellecto propter vitandas fraudes, & scandala, et ne alii sub umbra ipsorum de Liga ducant mercantias, et fraudent datia. Quod quoties-cumque aliqua persona, quæ sit ex hominibus ipsorum de Liga conducere velit aliquam mercantiam, vel bona, portet unum buletinum, seu scriptum autenticum, signatum et sigillatum Sigillo Præsidentium suæ Patriæ per quod fidem faciat quod mercantia quam conducit sit ipsius, vel alicujus de dicta Liga, & non alterius cujuscunque, quod buletinum seu scriptum præsentet Datiariis, seu Posteriis Datiariorum ad fidem faciendam, aut fidem faciat per suum sacramentum de ejusmodi, ut præfertur, si Datiarius petat, aliter nulla exemptione, nec immunitatis beneficio gaudeat, nec fruatur hujus Capituli quicunque hoc non servaverit; attento tamen quod Homines de Valle Leventina non intelligantur in hujusmodi immunitatis et exemptionis beneficio inclusi, sed teneantur etiam tempore quo eos dicti de Urania pignori tenent solvere Datia, Forleta, Gabellas, et Pedagia, quemadmodum ante hujusmodi insultum ipsi et alii circonvicini more solito solvere consueverunt, ita tamen quod ipsi per Datiarios seu alios Officiales in hujusmodi Datiis non duriori seu rigidiori, ac pejori modo, sed bene, et benigne pertractentur, prout ante hujusmodi insultum ipsi et alii omnes circumvicini tractati fuerunt, et signanter in emendo, vendendo non impediantur cum eorum mercantiis, bonis, et rebus non angarientur ultra et plusquam alii eorum vicini, sine omni dolo et fraude, isto etiam addito quod *D*ominus Abbas *D*esertinensis cum suis subditis, et alii illorum de Urania antiqui subditi, qui in Pace prædicta, de qua supra fit mentio, coaderentes, et comprehensi fuerunt in omnibus his in præsenti Instrumento comprehensis intelligantur fore inclusi et comprehensi eisdem modo, et forma, quibus in Capitulis prædicta Pacis intellecti, inclusi et comprehensi fuerunt, et non aliter.

Item quod super litibus & controversiis particularium personarum tam illorum de Urania, quam etiam aliorum quorumcumque de Liga Confoederatorum vertentibus, & quæ actenus versæ sunt, & non decisæ, & terminatæ, eligantur duo boni Viri per ipsum *D*ominum *D*ucem, & alii duo boni Viri per ipsos *D*ominos de Liga Confoederatorum prædicta. Qui cognoscant, & terminent dictas lites & controversias in Oppido Lucerriensi facientes partibus Justitiam summariè, & de plano, sine strepitu, & figura Juditii, & sola facti veritate inspecta, & in casu quo dicti quatuor descripti, & bonæ conscientiæ Viri sic ut supra ellecti non concordarent, ipse Dominus Dux habeat potestatem eligendi unum quintum discreti, & bonæ famæ seu conscientiæ Virum ex hominibus tamen de ipsa Liga confœderatorum, quorum omnium, vel majoris partis sententiæ pareatur sine ulla exceptio-

Digitized by Google

ceptione. Verum quia merita causarum partium assertione panduntur, & scriptum est, audi aliam partem si vis recte judicare, pro minori quoque partium disturbio & dispendio teneatur, hic modus & ordo pro reperienda causarum veritate, videlicet quod quilibet de ipsa Liga, qui velit petitiones, vel quærimonias facere contra præfatum Dominum Ducem Mediolani, vel aliquem subditum, seu aliquos subditos ipsius Principis, & Domini, Domini Ducis Mediolani, hoc idem facere teneatur hinc usque ad festum inventionis Sanctæ Crucis, quod erit tertia die mensis Maji proxime secuturi, & eas præsentare sub stilo Latino, intelligibilibus verbis contra quem, & qua de causa, & sub quo anno, &c. Dominis Consulibus de Luceria ita clarè quod intelligi possit, quantum petant, a quo vel quibus petant, & causam quare & locum contractus vel offensionis & tempus quod id factum extiterit cum appositione etiam Testium, si qui præsentes fuerint, quæ petitiones & quærimoniæ ita in his scriptis redactæ, & presentatæ deinde immediate transmittantur Mediolanum, quibus sic peractis teneantur & debeant ipsi Domini de Liga transmittere ad terram Lugani illos duos Commissarios, seu Arbitratores, quos elegerint ad Festum sancti Joannis Baptistæ de mense Junii proximè futuri, & similiter Dominus Dux teneatur ad eum locum dicto tempore mittere suos Commissarios seu Arbitratores, quos ellegerit; provideat quoque Illustrissimus Dominus Dux, quod omnes illi sui subditi contra quos erunt factæ petitiones, & quærelæ vel eorum hæredes una cum dictis Testibus nominatis in dicto loco & tempore præsentes existant, quo sic facto predicti quatuor Commissarii seu Arbitratores, visis petitionibus examinent ipsum negotium, & testes diligenter etiam audiant, Videant & intelligant pro rei veritate eruenda, & si poterunt aliquos per viam amicabilem concordare, bene, quidem; sin autem veniant dicti quatuor Luceriani immediatè, & tunc statim ante omnia eligat Illustrissimus Dominus Dux quintus, quem velint de terris Ligæ, ut supra, qui cum ipsis quatuor præsens interfit, & examinentur ibidem etiam causæ, si quæ ne dum examinatæ forent, pariter & testes, si aliqui de Alamania, seu de partibus Ligæ nominati fuerint: ut si contingeret illos quatuor Arbitratores discordare, quod quintus præsens sit, & causæ quæ per amicabilem Compositionem non terminentur, ut sit sine ulteriori protractione, Justitia mediante, absque tamen figura Juditii, sed sola facti veritate inspecta, ut præfertur, valeant terminari pariter & finiri: & si contigeret, quod aliquis de Subditis dictæ Ligæ nolet parere, & stare dicto Juditio, seu decreto, quod tunc Communitas illius terræ, ubi talis esset oriundus, vel Incola, vel Burgensis, & non præbeat audientiam, nec aliquod præsidium vel auxilium, nec aliquis alius de Liga prædicta Confœderatorum ei præsidium, consilium, vel juvamen quoquomodo præstet, sed detur sibi ab omnibus Colligatis de Liga Confœderatorum in communi, & in particulari totaliter repulsa, & fiat alienus, ac si non esset, nec fuisset de ipsa Liga, nec reputetur de Liga, ita etiam quod infra limites quarumcumque partium Ligæ dictum Dominum Ducem, nec aliquem de suis subditis inquietet, molestet, seu quovis modo præsumat perturbare, & sine dolo, & fraude.

Item quod omnes Homines de Valle Reni, & de Crualia, ac omnes & singuli alii, quicumque Homines, qui cum prædictis Hominibus Comitatus Uraniæ ac hujusmodi controversias, lites & quæstiones devenerunt horum occasione, nullam indignationem, seu inimicitiam dicti Principis consequantur, sed quod omnes insolidum sint, & esse debeant in tali statu, amicitia & gratia, in quibus, & prout fuerunt ante hujusmodi lites, insultationes & controversias, & eo modo, ac si hujusmodi insultus, quæstiones, & controversiæ factæ non fuissent, dolo & fraude quibusvis in his penitus semotis, promittentes denique partes antedictæ, videlicet una alteri & altera alteri nominibus suis, & nominibus, quibus supra invicem, ac mihi Notario, et Cancellario infrascripto tanquam publicæ et autenticæ personæ, recipienti, & stipulanti nomine & vice cujuslibet dictarum partium, & aliorum quorum interest, vel interesse poterit, pro se, & suis successoribus bona fide, & sine fraude omnia & singula superius narrata, conclusa & composita habere, & tenere firma, valida, rata & grata, eaque observare, & non contrafacere, opponere, vel venire per se, alium vel alios omnibus exceptionibus doli, metus, Violentiæ, et omni alio privilegio, consuetudine, vel statuto, Jure canonico, vel civili, quibus, Vel quorum aliquæ prædictarum partium contra prædicta in toto, vel in parte opponere, vel venire possent quovis ingenio, vel quæsito colore postpositis, & remotis, & de prædictis prædictæ partes et quælibet earum dictis modis, & nominibus, quibus supra, rogaverunt me Eglolfum Eterli publicum Imperiali auctoritate Notarium, ac Scribam, & Cancellarium Communitatis Lucerienſis, ut desuper unum, et plura conficerem publicum vel publica Instrumentum, vel Instrumenta ejusdem tenoris, ac etiam in Testimonium, et fidem præmissorum præfatus Illustrissimus Princeps & Dominus Dominus Dux Mediolani, nec non prædicta Communitas Vallis Uraniæ, sua propria præsentibus appenderunt Sigilla, nos præfati Rodulfus Stussi Miles, Jacobus Sbarzimbirn, Henricus Efinger, Rodulfus Hestintister Miler, Ulricus de Herlach Rodulfus de Ergoltinger, Joannes de Mulerii, Petrus de Lundshofor, Ulricus de Herteſtein, Petrus Golfant, Antonius Rubeus, Itellus Redinger, Joannes ab Iberg, Ulricus Vagner, Joannes Frund, Nicolaus de Ernoil, Joannes Muler, Marquardus Telger, Ulricus Aribul, Judocus Spiler, Joannes Hussier, Ulricus Cliver et Rodulfus Ringer, omnia et singula superius conscripta præsentis scripti patrocinio approbamus et roboramus, et in signum majoris efficaciæ, & roboris magnificis amicis, et Confoederatis nostris Dominis Sculteto, & Consulibus Communitatis Lucerienſis superioribus duximus ut suæ Communitatis Sigillum loco, & nomine nostri omnium præsentibus appendere dignarentur,

sub

Digitized by Google

ſub quo Sigillo nos omnes, nominibus quibus ſupra, nos et quilibet noſtrum in ſolidum obligamus ac ſi omnia Sigilla noſtra propria præſentibus eſſent appenſa. Nos vero Scultetus et Conſules Communitatis Lucerienſis fatemur per præſentes nos noſtrum Sigillum commune loco et nomine noſtri ac omnium et ſingulorum prædictorum Ambaſſiatorum, et eorum ob rogatum præſentibus appendiſſe, noſtro tamen damno propter hoc penitus ſemoto. Datum et actum in Luceria in loco noſtri ſoliti Conſilii, anno, indictione et menſe in die prænotatis, præſentibus ibidem diſcretis, et honeſtis Viris Paulo de Burrer, et Conrado Raslinger de numero Conſulum Communitatis Lucerienſis Laicis Conſtantianæ Diœceſis teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis pariter et rogatis.

Subſcripſi et ego Eglolfus Eterli.

LXXII.

Promiſſio a Philippo Maria Anglo, Mediolani Duce facta fratri ſuo Johanni Franciſco, Mantuæ Marchioni, de non proſequendo eum ullo animi rancore, aut malevolentia, propter offenſiones ſibi factas, d. d. 8. Junii, An. 1441.

Fllippus Maria Anglus Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Conſiderantes, quod magni excellentisque animi eſt injuriarum oblivi ſci, fuimus continuo ad ignoſcendum potius quam ulciſcendum proni atque faciles ex monitione omnipotentis Dei dicentis, mihi vindictam & ego retribuam, in corde ipſo ſemper habuimus multocienſque, ſicut eſt univerſo Orbi notiſſimum, non modo de---- hoſtibus ipſis, qui in poteſtatem noſtram pervenerunt, vindictam non ſumpſimus, immo eos libertate, ſtatu, muneribus, & beneficiis plurimis donavimus, amicosque & benivolos nobis effecimus. Quamquam igitur hec omnia clarum & evidens teſtimonium perhibere valeant, quo animo eſſe debeamus, erga Illuſtrem, ac Exc. Fratrem noſtrum, optimum Dominum Johannem Franciſcum Marchionem Mantuæ, &c. Qui licet alias, ſic impellente temporum neceſſitate, offenſionibus, & damnis noſtris intenderit ad petitionem, & inſtantiam---Dominii Venetorum, poſtea tamen in amicitiam & fraternitatem noſtram ultro ac ſponte ſe exhibens ea pro nobis, ac ſtatu noſtro fecit, ac facit que poſſibilia ei ſunt, non modo facultates, ſed univerſum ſtatum, & ulterius---Filios, ac propriam perſonam exponens. Ut magis tamen atque magis de noſtræ erga eum affectione & caritate, vere fraterna, certior clariorque reddatur, & vigat animo magis quieto magisque libero ac tranquillo, tenore præſentium, ex certa ſcientia, motuque proprio affirmamus prefato Domino---Marchioni, Quod nec occaſione perditionis Civitatis Brixiæ, nec alia quavis occaſione, vel cauſa que dici, vel excogitari poſſit, ullo unquam odio, ranchore, paſſione vel Malivolentia proſequuti fuimus ipſum Dominum---Marchionem, nec in præſenti proſequimur, nec jacturam illam noſtram, eidem imputavimus, & ſiquid fortaſſe odii, ranchoris, paſſionis, aut malivolentiæ, reſpectu perditionis dictæ Civitatis, aut alio quovis contra eundem habuimns, aut geſſimus, ſive habemus aut gerimus in preſenti, id totum remiſimus ac remittimus per preſentes, annullamusque, irritamus, caſſamus, & penitus abolemus, Promittentes, & jurantes ſolemniter per fidem corporis noſtri, & quo ſtrictius, efficiacius, ac ſolennius ſcimus ac poſſumus, quod nec verbo, nec facto, nec alio quovis modo de ipſa perditione Brixiæ, nec de alia quavis re quæ cedere valeat in gravamen, aut diſplicentiam ipſius Domini---Marchionis verbum de cætero faciemus, immo nec etiam recordabimus, ſed omnia perinde habebimus, ac ſi nunquam ſecuta, dicta, facta, aut excogitata fuiſſent. Quod inſuper eorum occaſione aliquo futuro tempore, dicto vel opere, directe vel per indirectum, aut alio queſito colore contra ipſum Dominum---Marchionem---Filios, ſtatum, & bona ſua quecumque preſentia, & futura non procedemus, nec procedi faciemus, ſed eos omnes & ſtatum ſuum, univerſaque bona, non aliter, quam propriam noſtram perſonam & proprium ſtatum caripendemus, amabimus, protegemus, ac defendemus, nec tantum conſervabimus, immo etiam pro viribus ampliare & augere ſtudebimus, omnemque eorum fortunam, ſive proſperam, ſive adverſam, propriam reputabimus, & pro ſe, ac Statu ſuo in ſingulis faciemus continuo non aliter quam pro nobis & noſtro, nec minus obſervabimus, adimplebimus, ac exequemur omnia conventa cum prefato Domino---Marchione, & quemcunque in conventionibus ipſis & Capitulis ſecum initis extantia: itaque de inobſervantia aliquorum non poterit digne conqueri, nec proinde aliqua ſibi aut Statui ſuo jactura ſequetur. Sicque denuo affirmamus, promittimus & juramus nosque & fidem noſtram ſerie preſentium ſolenniſſime obligamus. In quorum Teſtimonium preſentes fieri & regiſtrari juſſimus noſtrique Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die octavo Junii milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo.

(L. S.) Marcolinus.

Digitized by Google

LXXIII.

Donatio inter vivos facta consensu Imperiali per Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, prole masculâ carentem, Francisco Sfortiæ, Comiti atque conjugi ejus, Blancæ Mariæ, filiæ laudati Ducis, filiisque ex hac natis, aut nascituris, de Civitatibus, terris, castris atque locis in ipso Diplomate enumeratis, d. d. 10. Novembr. An. 1446.

Filippus Maria Anglus Dux Mediolani etc. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus. Nihil magis Principem decet, quam erga Viros dignos & benemeritos, omnique virtute pollentes esse faciles, benignos, atque gratissimos: Nihil & amplius Patrem decet, quam filios optimos, obedientes, summa prudentia dotatos, omnique bonitate, fide ac pietate plenos extollere, ac sublimare, sibique ne dum facultates & bona sua elargiri, atque relinquere: Verum etiam Statum suum & omne regimen, ac personam ipsam amplissime, liberalissimeque committere. Cæterum ad hæc verba jure merito toto spiritu, toto corde prorumpimus & inflammamur, cum in mente nostra revolvimus, quanta fides, & caritas, quanta devotio & bonitas, quanta denique animi maximi, optimique demonstratio fuerit erga nos Ill. & Magnanimi Filii nostri præcarissimi Comitis Francisci Sfortiæ, Vicecomitis Cremonæ, Domini etc. Qui licet paulo ante fuerit a nobis offensus, & indigne & male tractatus, sentiens ipse maximum gentium nostrarum armigerarum conflictum, & ex eo cognoscens extremum ac irreparabile Status, ac personæ nostræ periculum, ultimumque & infallibilem ruinam nostram, talis ac tantæ bonitatis, Virtutis atque pietatis fuit, ut non expectata ulla requisitione nostra, subito, & sine mora sese nobis obtulerit cum persona, cum gentibus & cum facultatibus suis omnibus, cum tanto quidem animi fervore, promptitudine ac liberalitate, ut amplius nec dici, nec excogitari possit. Erant nobis hostes in foribus, erant in ipsis quidem visceribus constituti, & Subditos, & Cives nostros tam Mediolanenses, quam alios undique prædabantur, ac universus denique status noster ferro, igne, rapinis, prædis affligebatur, adeo ut gentes nostræ conflictæ, atque animis ex toto perditæ, nec in Burgis Mediolani tute redderentur, nec etiam nos & persona nostra in Castro hoc nostro Mediolani secure morabamur, certos nos reddentes, quod vel nostri proprii, vel hostes ipsi & Statu & vita nos privassent, spe, consilio, & auxilio omni ex latere destitutos, nisi præstitissime ejusdem filii nostri favore advolasset, ejusque patrocinio, consiliis & avissamentis fuissemus adjuti, ipse enim multas proditiones & insidias statui, & personæ nostræ factas subito nobis propalavit; demumque taliter sese habuit, ut verissime attestari possumus, nos cum persona & cum Statu post Omnipotentis Dei gratiam, opera & causa sua esse salvatos. Tantum igitur, ac tale benefitium omnino recognoscere intendentes, ac scientes ingratitudinis vitium ipsi Deo, ac toti mundo super cætera vitia fore abominabile nimis, & exosum: Cumque dignum sit, ut idem filius noster habeat, possideat & gubernet illa, quæ ipse servavit, & quasi ex faucibus inimicorum traxit, justum præterea atque honestum videatur, quod postquam dispositione superna filios masculos non habeamus, Status noster, bonaque nostra perveniant in ipsum Comitem, Generum, & filium nostrum optimum, & successive in filios masculos, quos procreavit & procreabit imposterum, ex dilectissima filia Blanca Maria Consorte sua: Cognoscentes denique ipsum illis virtutibus, qualitatibusque dotatum, quæ in omni bono & perfecto Principe requiruntur, prudentia scilicet, justitia, animi magnitudine, clementia, summaque disciplinæ militaris peritia, adeo ut certi esse possint, Cives & Subditi nostri ab eo prudentissime regi & optime gubernari, quæ quidem rationes & causæ nos olim induxerunt ad eamdem filiam nostram sibi matrimonio copulandam jure merito, dignissimeque movemur præfato Comiti Genero, & filio nostro facere donationem infrascriptam cum deliberatione, & voluntate firmissima, quam primum Comes Franciscus ad præsentiam nostram accesserit, & in conspectu nostro fuerit, cum in adoptivum filium nostrum suscipere & creare, atque universalem hæredem quorumcumque jurium & bonorum nostrorum mobilium & immobilium in amplissima & solemnissima forma constituere, ita ut in omni Dominio nostro universisque bonis, & juribus nostris plenarie succedat, atque integre dominetur. Itaque in Dei nomine ex Imperiali potestate plenaria, quam habemus, omnique alio jure, via, causa, modo, & forma, quibus melius, efficacius, & validius possumus, ex certa scientia, & nullo ducti errore juris vel facti, interveniente etiam auctoritate & cæteris hostris transferendum, dandum & concedendum duximus, ac transferimus, damus & concedimus titulo puræ, meræ & irrevocabilis donationis inter vivos prælibato Ill. Filio nostro carissimo Comiti Francisco Sfortiæ Vicecomiti, filiisque suis legitimis ex supra nominata Blanca Mariæ filia nostra, & consorte sua natis & nascituris, Civitates nostras Papiæ, Cumarum, Novariæ, Laudæ, Cremæ, Placentiæ, Parmæ, Asti, Alexandriæ, & Terdonæ, nec non Terras Glaræ, Abduæ, & Pizleonem, reliquasque terras Diœcesis Cremonensis cum universis, & singulis Castris, Rochis, Arontibus, Villibus, Districtibus, & Diœcesibus Civitatum & Terrarum nostratum prædictarum, & cum omnibus aliis juribus, Jurisdictionibus, pertinentiis tam nobis, quam eisdem Civitatibus, & terris nostris, item ipsarum Diœceses, Territoria, & districtus quomodocunque spectantibus & pertinentibus, ita tamen, ac taliter, quod nobis viventibus licitum sit eas ipsas Civitates, Terras, Diœceses, Territoria, & bona suprascripta pro nobis ipsis tenere, & possidere, ac eis continuo uti, frui, & gaudere, ac ipsorum proventus, redditus, intratas & emolumenta integre percipere & habere, atque in usum nostrum convertere, & alia quæcumque, ut ipsorum bonorum verus Dominus peragere, hoc excepto, quod non possimus quicquam contrahendo, vel aliter de ipsis Civitatibus, terris & bonis disponendo ullo modo facere directe vel indirecte, palam vel occulte, aut alio quovis quæsito colore, quominus ipsi filio nostro Comiti Francisco, suisque filiis ut supra pertineant

Digitized by Google

neant ac devolvantur, ipsa quoque omnia post obitum nostrum idem Comes Franciscus gener, & filius noster post obitum nostrum ut supra, dictas Civitates & Terras cum earum districtibus, Territoriis & Diœcesibus, Locaque & jura, de quibus supra, etiam propria auctoritate vendicare & ingredi, eorundemque bonorum, & jurium omnium possessionem apprehendere, apprehensaque retinere, & tueri, illisque uti, frui ac gaudere, ac de ipsis disponere, & facere pro suæ libito voluntatis, ut supra, ita ut in locum, jus & statum nostrum omnino, integreque succedat de & pro omnibus prædictis superius donatis, & eorum occasione: supplentes ex certa scientia, & de prædicta potestate nostra plena, & absoluta omnem solemnitatem, præsertim insinuationis, & juris & facti defectum & sacramenta quælibet expedientia, omniaque alia necessaria, & opportuna, nec non a jure, sed ex forma statutorum seu decretorum & ordinamentorum nostrorum requisita, & expedientia ad confirmationem & convalidationem omnium prædictorum tam de jure, quam de consuetudine: Ac decernentes, & mandantes ex certa scientia, & de eadem potestate nostra, plena & absoluta præsentem donationem, & omnia & singula in ea contenta valere & tenere & servari inviolabiliter debere per quemcumque omni tempore, non obstante quod ipsa donatio non fit insinuata, & non obstante quod non sint servatæ solemnitates, & alia, si qua circa tales donationes fieri requirerentur tam ex forma statutorum & ordinamentorum nostrorum, quam ex forma juris, & non obstantibus aliquibus talibus qualibus dispositionibus, concessionibus, ordinationibus, mandatis, alienationibus, donationibus, translationibus & in feudum concessionibus, & contractibus quibuscumque de dictis Civitatibus per nos, sive Progenitores, aut Predecessores nostros hinc retro taliter qualiter factis & concessis quibuscumque personis: Quibus omnibus & singulis ex certa scientia, & causa legitima, animo deliberato, & de nostræ plenitudine potestatis etiam absolute, & ad cautelam præsentium tenore, quatenus expediat, derogamus, easque in totum revocamus & revocatas esse volumus & mandamus: & ad majorem dictæ donationis factæ ut supra, & omnium, & singulorum suprascriptorum roboris firmitatem, prædicta omnia & singula laudantes, approbantes & confirmantes, ac in suprascriptis omnibus & singulis auctoritatem, & decretum nostrum, & ejus, a quo potestatem habemus, causa per prius plenissime cognita, cognitisque plenissime omnibus & singulis in talibus cognoscendis, interponentes, dantes & præstantes, ac decernentes ex certa scientia & plenitudine potestatis etiam absolute hujusmodi donationem, & omnia & singula suprascripta perpetua rata grata & firma esse ac habere debere, & nullo tempore, nulloque modo per aliquam personam privatam, aut publicam etiam in quacumque dignitate constitutam contrairi posse nec debere directe, nec per indirectum, nec aliquo quæsito colore, nec etiam ex benefitio aliquo speciali, ex certa scientia, & de nostræ plenitudine potestatis etiam absoluta ut supra supplere denuo volumus, & supplemus omnes & singulos defectus tam Juris, quam facti, qui reperirentur aut dici, seu allegari possent interveniisse quovis modo in actu præsentis donationis, & in suprascriptis omnibus & singulis factis & gestis, & tam respectu cujuslibet solemnitatis omissæ, seu quæ omissa reperiretur, aut dici vellet, seu posset, quam aliter quovis modo ut supra, & ita, & taliter quod prædicta omnia & singula, & maxime donatio prædicta facta modo & forma suprascriptis valeant ac teneant & roboris firmitatem obtineant, & etiam sic plenum & validum sortiantur effectum, ac si omnia & singula in jure in talibus requisita, & omnes juris solemnitates in præsenti donatione, & omnibus & singulis suprascriptis adessent, atque intervenissent & observatæ fuissent: Et hæc omnia non obstantibus Legibus aliquibus, nec Consuetudinibus, Decretis, Ordinibus, Statutis, Privilegiis, Juribus, nec aliquibus aliis in contrarium editis vel edendis, aut aliter formam dantibus, aut disponentibus, nec provisionibus nostris, nec Communis nostri Mediolani, nec alterius Communitatis in contrarium facientibus, nec aliter formam dantibus; etiamsi essent tales, aut talia, quæ clausulas haberent derogatorias, & de quibus spetialis & expressa mentio fieri deberet.

Quibus quidem omnibus & singulis in quantum prædictis obviarent, excerta scientia, & de nostræ plenitudine potestatis derogamus & derogatum esse volumus & jubemus, & perinde haberi, ac si expresse & nominatim eis per nos ex certa scientia, & ut supra derogatum fuisset & spetialis, seu nominata mentio facta esset & quas, & quæ habere volumus pro spetialiter expresis. Denique vero mandantes, committentes, & jubentes expresse universis & singulis Offitialibus cujuscumque gradus & Castellanis nostris, qui per tempora supranominatis Civitatibus, Terris, Castris, & Locis nostris præsidebunt, nec non adhærentibus, Recomendatis, Feudatariis, Communitatibus, Nobilibus, Civibus, Populis & Subditis nostris quibuscumque præsentibus & futuris cujusvis status, gradus, præeminentiæ, dignitatis, & conditionis existant, nec minus universis & singulis Capitaneis, & Conductoribus Gentium nostrarum armigerarum tam equestrium quam pedestrium, ac Gentibus ipsis, quatenus præfatum Comitem Franciscum Generum & filium nostrum unicum, de cujus bono & probatissimo regimine, optimoque Dominio firmissimam spem & opinionem certam habemus pro suo vero, unico, & singulari Principe ac Domino, ac indubitato successore nostro in prædictis post obitum nostrum suscipiant, acceptent, teneant, revereantur & honorent, prout debitum ac dignum extiterit; suprascriptasque Civitates, Terras, Castra & Loca nostra cum Rochis & Fortalitiis omnibus in potestate, & manibus suis libere ponant & dimittant: sibique in omnibus, & per omnia obsequantur, pareant, fidelesque & obedientes sint sine aliqua exceptione, & omni contradictione cessante, quemadmodum in præsentiarum sunt nobis ipsis & personæ propriæ. In quorum Testimonium præsentes fieri & registrari jussimus, nostrique Magni Ducalis Sigilli robore & appensione, ac solitæ Carniolæ nostræ secretæ impressione muniri. Datum Mediolani die X. mensis Novembris M CCCC XL. sexto VIII. Indictione. Signatum etc. Joh. Antonius.

Digitized by Google

LXXIV.

Tabulæ fœderis inter Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem, nec non Fridericum, Urbini Comitem, de Auxilio bellico per Comitem Duci præstando, d. d. 31. Aug. An. 1450.

In Nomine Domini Amen.

QUesti sonno Capituli, & Pacti de confederatione, unione, intelligentia, conducta, & provisione acti, facti, praticati, & concluſi, firmati trà lo Illustrissimo Principe, & Excellentissimo Signore Francisco Sforza Vesconte Duca de Milano &c. da una parte, & lo Spectabile & Generoso Cavaleso Messer Angelo di Galli da Urbino, & lo Nobile & Egregio Homo Piero de Arcangelo da Urbino Procuratore, & legiptimi Mandatarii de lo Excellente Signore Messere Frederico de Montefeltro de Urbino per mane de Ser. Bartholameo de Brugaldini, de Messere Martino de Antaldt de Urbino, cioè quello de Messere Angelo à di XXIII. del mese de Luglio proxime passato, & quello de Piero à di X. de Zugno proximè passato ad honore, stato, & mantenimento de Sancta Chiesia & de li Stati de le dicte parte modis, formis & condictionibus infrascriptis videlicet:

Imprimis el prefato Illustrissimo Signore Duca conduce ali soii soldi, & servicii el prefato Excellente Signore Conte de Urbino &c. & si gli promette de dare ogni mese ad raxone de mesi X. per anno, incomenzando in Chalende de Septembre proximè futuro anni MCCCCL. Ducati mille seycento de soldi cinquanto quatro, l'uno per tempo, & termino de uno anno fermo, & uno altro ad benplacito del prefato Signore Duca, & questo se intenda stancdo dicto Signore Conte de Urbino in Casa sua, & quando frà lo prelibato Illustrissimo Signore Duca, & la Signoria de Venexia serà sequita, & concluſa pace, promette lo prelibato Illustrissimo Signore Duca da quelo tempo inanze, cioè in futurum darli Ducati duo milia el mese a la supradicta raxone de soldi cinquanta quatro per Ducato, & mesi deci l'anno ut supra.

Item promette & dechiara el prelibato Illustrissimo Signore Duca a li prefati Messer Angelo & Piero Procuratori del prefato Signore Conte de Urbino, che havendo bisogno la Excellencia sua de operare esso Signore Conte de Urbino fuora del suo Paese, & de li infrascripti Territorii & Confinii, zoè verso Romagna fuora del Territorio de Malatesti de verso Toscana, & lo Ducato fuora del Territorio de Angiari, Ponte Sangianni de Perosa, & del Territorio de Foligno e verso el Reame de Fermo in là, in quello caso gli darà de provisione ogni mese Ducati quattro milia de soldi cinquanta quattro l'uno à la supradicta raxone de mesi deci l'anno, & gli darà quella prestanza, che haverano gli altri Capitanei & Conducteri de la Excellencia sua; & perche ad esso Signore Conte de Urbino al venire in le parte de zà pareria piú dificile, in quello caso, chel fara venire in Lombardia gli farà dare una paga più de prestanza, che a li altri soii Capitanei de quà per rispeto de longo Viazo & lo dicto Signore Conte de Urbino sia tenuto servire a la Excellencia sua in qualuncha Loco, & contra qualuncha persona di che grado, preheminencia, dignità & condictione se sia, & gli serà comandato per esso Signore Duca, ò altro suo Commissario in suo nome, excepto contra Sancta Chiesia, & Signori Fiorentini con conducta de Lanze seycento & Fanti quatro cento, & servirà bene & drictamente & fidelmente senza alchuna exceptione, ne contradictione, mà non sia tenuto ne ad scrivere, ne ad numerare, ne ad fare mostra.

Item è contento & promette esso Illustrissimo Signore Duca, & colli toglie, & abraza in protectione & defensione, el Stato, Citade, Terre, Castelle, Homini, Subditi, Colligati, Adherenti, Recomendati del prefato Signore Conte de Urbino contra qualuncha lo volesse offendere, perturbare, inquietare ò molestare, con ogni sua possa, excepto contra Sancta Chiexia & Signori Fiorentini, & havendo el prefato Signore Duca de rimovere de Casa sua, el prelibato Signore Messere Federico, & siando offexo el Stato suo, el prefato Signore Duca provederà ala salveza de quello secondo el bisogno.

Item è contento el prefato Illustrissimo Signore Duca, che quando accaderà, chel opere el prefato Signore Messere Fedrico fuora del suo Paese, che se in quello Locho dove el prefato Signore Conte de Urbino serà operato, serano altre gente del prefato Illustrissimo Signore Duca, & che non gli fosse suo Capitaneo Generale, che alora esso Signore Conte de Urbino se intenda essere superiore; & Capitaneo de quelle gente, & chel possa fare salvi conducti, & fidanze, & siano observate, & che non sia tenuto, ne obligato ad obedire si non ola persona desso Illustrissimo Signore Duca, ò de suo Commissario.

Item promette el prefato Illustrissimo Signore Duca a li dicti Messer Angelo, & Piero Procuratori ut suprà, che durante la ferma, & referma del prelibato Signore Conte de Urbino non torrà, ne acconsentirà che altri de li soii toglia nissuno suo homo darme, ne, squadrete, ne fante a pede, ne anche doii mesi da poii la fine de la dicta ferma & referma, & similiter che non essendo rechiesto doii mesi inante la sua ferma, se intenda essere refermo del dicto anno del beneplacito.

Item promette el prefato Illustrissimo Signore Duca alli dicti Messer Angelo, & Piero Procuratori ut suprà che finito serà el tempo della sua ferma & refferma, trovandosse fuora del suo Paese, havendose à partire li farà dare. & darà per le sue Terre, Adherenti, Colligati, & Recomendati ala Signoria sua à luy, & ala sua Compagnia da piede, & da Cavallo libero, & securo transito, & victualia per soii dinari.

Item promette el prefato Illustrissimo Signore Duca a li prefati Messer Angelo, & Piero Procuratori ut suprà, che aquistandose le terre de Montefeltro, tanto quelle, che sono state del Signore Messere Federico quanto quelle che non sono state sue, debiano liberamente remanere,

Digitized by Google

nere, & remangheno al prefato Signore Messere Fedrico, & cossi li rimancha la Pergola Sascorbara, le Terre del Contado de Fossambruna, & tutte quelle altre Terre, & Luochi, quale haveste perdute nel tempo, che esso Signore Conte de Urbino era a li servicii desso Illustrissimo Signore Duca, & tutte le altre Terre et Luochi, quale de presente tene el Signore Messere Sigismondo, quale se acquistasseno, se intendano remanere, & remangheno in quello modo, grado, condictione, & forma, & secondo farà composicione, accordo & convencione lo prelibato Illustrissimo Signore Duca con lo Santità de nostro Signore lo Papa.

Item promette el prefato Illustrisimo Signore Duca ali prefati Messere Angelo, & Piero Procuratori ut supra non fare novitade, ne impedimento alchuno ad nissuno Sbandito ò per debito, ò per l' altro maleficio, quale conducesse, ò menasse con loy el prefato Signore Conte de Urbino, da rebelli in fuora.

Item è contento, & vole el prelibato Illustrissimo Signore Duca, che nissuno possa cognoscere de veruno delicto facto, ò che se facesse per quelli de la sua Compagnia prima, ne poii, ne de debacto, a differentia fisse da Soldato a Soldato de la sua Compagnia, se non lo prefato Signore Conte de Urbino, & similiter et quando acadesse, che Soldato alchuno de li soii haveste debacto o differentia con la S. sua.

Item promette el prelibato Illustrisimo Signore Duca a li prefati Messer Angelo, & Piero Procuratori ut supra, chel prefato signore Conte de Urbino, & le sue gente de stancie, & de ogni altra cossa serano tractati como li altri suoii Soldati, che meglio siano siano tractati de la Excellencia sua.

Et e converso li prelibati Messer Angelo, & Piero Procuratori del prefato signore Conte de Urbino promeneto, che lo prelibato Signore Conte de Urbino restando ad Casa, & nel suo Paiese, avendo esso la provisione antedicta de Ducati mille secento omne meso stando ad Casa sua, & sequendo pace con Venetiani Ducati dno milia ut supra ad raxone de soldi Zinquanta quatro per Ducato da Chalende dicte de Setembre proxime in avanti servira con le soe gente, & stato juxta la forma de li Capituli primo & secondo sopradicti, & del Capitolo duodecimo infrascripto, el prefato Illustrisimo signore Duca & sara & curara con effecto tuto quello sia & comprenda essere honore, laude & conservacione, augmento & amplitudine del stato, & bene desso signore Duca dirictamente, fidelmente, & senza exceptione, ne quesito collore.

Item prometeno li prefati Messere Angelo, & Piero Procuratori ut supra, chel prefato signore Conte de Urbino havirà, tenirà, reputarà & tractarà li amici del prefato Illustrisimo signore Duca per veri & boni amici soii, & cosi li inimici per inimici, & con la persona, gente, & stato farà, & contrahera pace, guerra & treugua, acordo, Liga, sufferenzia & intelligenzia realmente & liberamente contra qualuncha, & con qualuncha persona di che grado, condictione, dignità & preheminencia se sia, & voglia, quando, & in che modo, & quocienscumque parerà & piacerà ad esso Illustrisimo signore Duca, & non altramente, nec alio modo & che a la S. sua, & gente sue darà transito recepto, & logiamenti quotienscumque bisognorà, item victualia per li soii dinati in, & per qualuncha Terre, & luochi soii, tante volte, quante bisognasse, & cavalcharà sempre, & farà tuto quelo per lo prefato signore Duca, o per altri per la Excellencia sua gli serà ordinato, & comandato, excepto, como di sopra e dito, non sia tenuto a fare contra sancta Chiesia, & Excelsi signori Fiorentini, & dicendo de sancta Chiesia se intenda che non se faza contra la sanctità de nostro signore el Papa.

Item prometteno li prefati Messer Angelo, & Piero Procuratori ut supra, chel prefato signore Conte de Urbino ratificarà li presenti Capituli per publico Instrumento in forma valida, quale ratificatione sia presentata in mane del prefato Illustrisimo signore Duca fra termine de dì vintesii proxime futuri, aliter dicti Capituli siano nulli, ne siano obligatorii, quanto al prefato Illustrisimo signore Duca, & a lo dicto signore Conte de Urbino, & ne la dicta Ratificacione siano, & debiano essere inclusi li sopradicti Capituli de verbo ad verbum, prout jacent.

Acti facti, praticati, & firmati, & concluси, & sigillati furono li supradicti Capituli in le Case de la habitacione del prelibato Illustrisimo signore Duca poste in la Citade de Lode apresso la strata da doii lati le cosse del Vescovato de la dicta Citade, & altri Confini a di ultimo del mese de Augusto MCCCC. quinquagesimo, Indictione duodecima.

Et a mazore cautella, & fermeza & observancia de tutte le cosse promesse li prefati Misser Angilo, & Piero Procuratori ut supra, hanno sigillati li presenti Capituli del sigillo consueto del prefato signore Conte de Urbino, & de li sigilli, & nizi soii proprii & suto scripti de loro propria mane, presente lo Excellente signore, & Magnifico Messere Alexandro Sforza Pisauri &c. & Ser. Simone de spolito Ducale Cancellero.

Et ego Angelus de Gallis de Urbino Miles & Procurator nomine, quo supra præsentia Capitula propria manu subscripsi, & me subscripsi ad fidem & majus robur omnium præmissorum.

Et ego Petrus Arcangeli de Urbino Miles, & Procurator ut supra pro corroboracione omnium præmissorum me propria manu subscripsi.

LXXV.

Caroli de Gonzaga, Mantuæ Marchionis promissio de finibus ei constitutis, sub pœna 80. millium Ducatorum, non transcendendis facta Francisco Sfortiæ, Duci Mediolani, d. d. 17. Mart. An. 1451.

IN nomine Domini, Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Indictione quarta decima, die Mercurii septimo decimo mensis Martii Illus-

Digitized by Google

ſtris Dominus Carolus de Gonzaga Marchio &c. natus quondam Illuſtris Domini Johannis Franciſci Marchionis Mantuæ &c. voluntarie, ſponte & ex certa ſcientia, & non per vim, nec metum, & non per aliquem errorem Juris, & facti, & alias omnibus modo, Jure, via, & forma, ac cauſa, quibus melius potuit & poteſt, convenit, & facit infraſcriptas promiſſiones, obligationes, & Juramentum coram ſpectabili & eximio Juris utriusque Doctore Domino Johanne de Amelia Ducali Auditore, & ſpectabili Domino Cicho Simonete Ducali Secretario Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis Illuſtriſſimi & Ex. Domini Domini Franciſci Fortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis ac Cremonæ Domini &c. ad prædicta & infraſcripta omnia & ſingula ſpetialiter conſtitutis & deputatis per Inſtrumentum, ſeu rogitum per me Notarium infraſcriptum die ſexto decimo præſentis menſis Martii. Nec non in manibus ſuis, ac etiam mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulantibus & recipientibus nomine & vice, & ad partem, & utilitatem prælibati Illuſtriſſimi Principis, & Ex. Domini, Domini Ducis Mediolani, &c. per hæc verba, ut infra, videlicet: Carolus de Gonzaga, Marchio &c. per lo tenore de le preſente, prometto a li dicti Procuratori, & ciaſchuno de loro preſenti, ſtipulanti, & recipienti ut ſupra de fare, ſtare, & obſervare le ſopraſcripte coſe, & Confine quale per la Ex. ſua mi ſono ſtate ordinate, & deputate, o vero me ſeranno ordinate & deputate, & ale dicte Confine andare. Et prometto da quelle non patirme nequele rompere per alchuno modo fin al termine ordinato, cioè fin a tanto che frà eſſo Illuſtriſſimo Signore Ducha & la Illuſtre Signoria da Venetia ſia facta, & concluſa pace pandita publice per parte di l' uno, e di l' altro; Et quando non ſequiſſe pace frà le dicte parte, & che ſequiſſe guerra, in quello caſo della guerra il termine predicto ſe intenda finito, quando lo dicto Illuſtriſſimo Signore Duca havero acquiſtato la Città de Breſſa, le quale confine ſiano la Terra di Cerrano o vero di Ticcha di Novareſe, o vero Mortara del Paveſe. Et queſto ſe intenda per ſtantia, & reſidentia mia firma, & mie confine. Et in quanto che io non andaſſe a le dicte confine, o vero andandoli le rompeſſe, & fugiſſe via, ſi che non fuſſe retenuto per eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca tunc, & eo caſu prometto all' Ex. ſua pagare Ducati octanta millia d'oro, & in auro nomine pœnæ ſolemni ſtipulatione præmiſſa d'applicarſe ad eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca in termine de octo anni ad raſone de Ducati deci millia ſingulo anno, da pagarſi quolibet anno, Incomenzando el dicto termine del pagamento quando mi contrafaceſſe in rompere eſſe confine ut ſuprà. Item che andando mi una fiata à più alla prezentia del prelibato Illuſtriſſimo Sgnore Duca, cum ſua licentia ritornarò ogni fiata a le dicte confine, & ſimiliter andaro alle altre confine honeſte al parire, & volontá de la Ex. ſua le quale obſervarò ſenza alchuna exceptione, & contradictione, volendo la Ex. ſua mutarme confine, & mi non obſervando quelle, ſe intenda haverle rotte. Item prometto all' Illuſtriſſimo Signore Duca durante il dicto termine non operare, ne tractare, ne temptare alchuna coſa per recto, ne indirecto per alchuno queſito colore, ne farò operare, ne tractare per altre perſone quale foſſe contra la Perſona, o vero Stato deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca, ſua Conſorte, ſoii figlioli & Fratelli, ne de ſoii Colligati, & Adherenti, Ricomendati, & ſequaci, ne de ſoii, overo Città, Terre, & Loci, & alchuni d'eſſi, & ſe ſentirò, che altri la chercherà tractarà, ò templarà de ſubito ne auviſarò lo ſua Ex. per Meſſo, ò per Littere. Ejuſta poſſe li deſturbarò, & obviarò, & coſſi de altra coſa ſia, o poſſa eſſere danno, manchamento & prejuditio de la perſona, & Stato deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca. Item prometto al prelibato Illuſtriſſimo Signoro Duca, che frà el termine de ſei meſi proximi pagarò, & farò il debito efectualiter à tutti queli debeno havere dá mi in Milano, o in altri Loci de la Ex. ſua, ſi che tutti ſe domandarano ben contenti dá mi per qualuncha coſa, o per qualuncha caſone io doveſſe fare alchuna coſe, cioè per la mitade in ſei meſi predicti, & per l' altra mitate infra altri ſei meſi proxime ſubſequenti. Siche in termine de uno anno vengano ad eſſere pagati in tutto, accordati integre, & cum effectu. Intentendo, che ſimilmente ſia facto il debito à mi dà quelli me doveſſeno dare in lo Territorio deſſo Illuſtriſſimo Signore Duca; Item prometto al prelibato Illuſtriſſimo Signore Duca, durante lo dicto termine de Confine non impazarme, ne tore, ne tenire gente darme dà Cavallo, ne da pedi, quali erano de la mia Conducta, le quale per lo preſente renuntio, & laſſo expreſſe, & ſponte. Et ſimiliter prometto ad eſſo Illuſtriſſimo Signore Duca de non demandare, ne fare domandare a le dicte gente darme, che fureno mie, ne ad alchuni deſſi debito alchuno di ſoldo ò di preſtantia, ò del ſervito, o non ſervito, ſi veramente chel ſe intenda mi eſſere liberato, & abſoluto dá tutti quelli dinarî contanti, quali mi poteſſe domandare lo Ex. ſua. Et coſi dá quelli denari haveſſe receuto dà qui in dicto per via de aſſignamenti a mi facta & quelli aſſignamenti non haveſſe riscoſſi, intendo reſteno all' Ex. ſua, & mi non dovermene più impazzare. Et do, & concedo all' Ex. ſua ogni raſone, & actione a mi foſſe acquiſtata per li dicti aſſignamenti. Et coſi prometto

al

al prelibato Illustrisſimo Signore Duca de non impazzarme del governo, & regimento de le mie Terre, ne de qualuncha altra coſa ſpectaſſe à le dicte Terre excepto de le intrade quale Terre ſono di preſente in le mane, & governo de lo Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, & dal preſente di in ante, intendo, che ele remancheno ſotto el governo, & regimento deſſo Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, & ogni altra obligacione, che faſſe trà la Ex. ſua, & mi, per preſentes ſe intenda annullata. Item prometto al prelibato Illuſtrisſimo Signore Duca conſignare Miſſer Evangeliſta mio Figliolo al prelibato Illuſtrisſimo Signore Duca, & prometto farè, & curare cum effectu chel ſtarà dove piacerà alla Excellentia ſua, & obedirà à tutti li ſoii commandamenti. Item prometto al prelibati Illuſtrisſimo Signore Duca, che ſe io contrafaceſſe, o vero non obſervaſſe le ſopraſcritte coſe, & promisſione, cioè ſe faceſſe contra la perſona, o vero lo Stato d'eſſo Illuſtrisſimo Signore Duca, o vero ſe faceſſe, o teneſſe gentedarme dà Cavallo ò da pede, o vero, che Miſſer Evangeliſta mio Figliolo fugiſſe, o vero che mi el faceſſe fugire, o vero anche tractaſſe de tore le Terre del Signore Marcheſe mio Fratello, o le mie, & che fugiſſe, & foſſe pigliato, & retenuto, o vero, che alchuna de le predicte coſe commetteſſe, che ſia obligato, & tenuto pagare al prelibato Illuſtrisſimo Signore Duca Ducati ſeſſanta millia ſettanta cinque d'oro, & in auro, ad raſone de Ducati dece millia ſingulo anno, ſecondo ſe contene infra nella promisſione del prefato Illuſtrisſimo Signore Marcheſe mio fratello, li quali horicetuvo dà eſſo Illuſtrisſimo Duca, per ſoldo ò impreſtantia, non obſtante alchuna dicta liberatione mi haveſſe facta eſſo Illuſtrisſimo Signore Duca deſi dinari; Et in caſo che io non contrafaceſſe in alcuna de le dicte coſe ut ſupra tantumodo fugendo da eſſe Confine foſſe pigliato, & ritornato in preſone, prometto pagare al prelibato Illuſtrisſimo Signore Duca la mitate delli ſopraſcriti Ducati ſeſſanta millia ſettanta cinque d'oro cioè Ducati trenta millia trentaſette d'oro, & in auro à la dicta raſone de Ducati dece millia per anno ut ſupra; Quibus ſolutis poſſa il dicto Illuſtrisſimo Signore Duca providere de la perſona mia de ritenirme in preſone, o de remandarme ad confine come ſopra de ſoa volontà; Et de tutte le predicte coſe hò pregato, & richieſto lo Illuſtre Signore Marcheſe mio Fratello, che prometta per me, & che obſervaro tutte, & ſingule coſe. Ita tamen quod unica ſolutio ex qualibet pœnarum appoſitarum in Inſtrumentis facta, per Magnificum Dominum Carolum pro aliqua ex dictis cauſis liberet eundem Illuſtrem Dominum Marchionem pro dicta cauſa, pro qua ſolutio facta eſſet; Et è converſo ſolutio ex cauſa qualibet pœnarum appoſitarum in ipſis Inſtrumentis facta per Dominum Marchionem liberet à dicta cauſa pro qua ſolutio facta fuerit, præfatum Dominum Carolum, ut unica tantum fiat ſolutio, & pœnarum ſatisfactio per alterum ex eis tantum, ne pœnæ duplicatæ, & unicuique pertinere viderentur. Quæ omnia & ſingula ſupradicta præfatus Illuſtris Dominus Carolus promixit & convenit præfatis Dominis Johanni de Amelia, & Cicho Simonetæ Procuratoribus, Nuntiis & Mandatariis ut ſuprà, nec non mihi Notario infraſcripto perſonæ publicæ ſtipulantibus & recipientibus nomine, & vice, & ad partem & utilitatem prælibati Illuſtrisſimi Domini Domini noſtri Ducis Mediolani &c. & per ipſos Dominos Johannem & Cichum Procuratores, Nuntios & Mandatarios ut ſupra, ac me Notarium infraſcriptum prælibato Illuſtrisſimo Domino Domino noſtro Duce Mediolani &c. attendere, obſervare & adimplere in omnibus, & per omnia, & de verbo ad Verbum prout ſuperius continetur, & fit mentio, & nullo tempore, nulloque modo, cauſa vel ingenio contrafacere, vel venire aliquo titulo, contradictione vel cauſa, & omni tempore prædicta omnia rata, grata & firma habere & tenere & executioni mandare. Et pro prædictis omnibus & ſingulis ſupradictis obſervandis, & adimplendis præfatus Ill. Dominus Carolus juravit & jurat ad ſancta Dei evangelia, manibus corporaliter tactis ſcripturis ſub fide veri, & legalis Domini, & ſub ypotheca, & obligatione omnium & ſingularum terrarum ac bonorum mobilium & immobilium & Jurium ſuorum & hæredum & Succeſſorum ſuorum. Et ita, & eo acto & dicto, quod ſi pro prædictis ullo tempore agi contingerit, poſſit præfatus Ill. Dominus Carolus & hæredes, & Succeſſores ſui ubique & ad prædicta omnia & ſingula realiter, & perſonaliter conveniri, Renuntiando præfatus Dominus Carolus exceptioni, quod non poſſit ullo tempore dicere, opponere nec alegare ſibi hoc ob vim, metum, nec violentiam factam fuiſſe; & omni accuſationi, probationi, & deffenſioni, quam proinde facere poſſet in contrarium; Renuntiandoque præfatus Dominus Carolus exceptioni non facti, & non celebrati hujusmodi Inſtrumenti, promisſionis, obligationis & Juramenti, & prædictorum omnium & ſingulorum non ita, & taliter actorum, & factorum, omnique probationi & deffenſioni in contrarium: Et inſuper etiam renuntiavit præfatus D. Carolus omnibus Legibus & Capitulis tam Juris Civilis, quam Canonici, Conſtitutionibus, Statutis, Decretis, Ordinibus, Conſuetudinibus, Stylis & aliis quibuscumque Juribus per quæ vel alterum eorum impediretur peti,

&

Digitized by Google

& exigi dicta pœna; Quibus omnibus & singulis expresse præfatus Dominus Carolus renuntiavit & renuntiat, quia voluit omnino ad dictas pœnas teneri & obligatum fore & exigi posset effectualiter, & ipso facto. Et inde, & in fidem, & testimonium præmissorum ejus Domini Caroli propria manu hoc præsens Instrumentum subscripsit, & sigillo ejus consueto sigillari fecit; Et inde de prædictis omnibus & singulis jussum & rogatum fuit per me Jacobum de Perego, Notarium infrascriptum & publicum Notarium Mediolanensem ac etiam Notarium præfati Illustrissimi, & Exc. Domini Domini nostri Ducis Mediolani &c. publicum debere confici Instrumentum unum, & plura unius ejusdem tenoris. Actum & datum in Domo spectabilis Militis Domini Francisci de Lauduano sita in Porta Vercelina, Parochia Sancti Protaxii in Campo intus Mediolani, ubi præfatus Ill. D. Marchio Mantuæ &c. suam facit de præsenti residentiam; Præsentibus pro Notariis Marcho de Perego filio mei Notarii infrascripti Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad unxigiam & Ambrosio de Baxilicapetu Filio Domini Antonii Portæ Romanæ, Parochiæ S. Nazarii in Brolio. Interfuerunt ibi Testes spectabilis Miles Dominus Georgius de Mayno filius quondam Domini Aluysii Portæ Vercellinæ Parochiæ Sanctorum Naboris, & Felicis, spectabilis Miles Dominus Franciscus de Lauduano filius quondam Domini Beltrami Portæ Vercelinæ Parochiæ Sancti Protaxii in Campo intus, Dominus Nicolaus de Catabenis de Mantua filius quondam --- Vincentius de Scalona de Cremona filius quondam --- Et Johannes de Ulesiis filius quondam Ambroxii de Civitali, Jacobus Bandi de Malumbris de Cremona filius quondam Ricardi, & Zaninus Bartholomei de Barbatis filius quondam Bartholomei, omnes tres Ducales Cancellarii, & omnes ad præmissa spetialiter vocati, & rogati, ac noti, & idonei.

LXXVI.

Bulla, qua Nicolaus Papa V. declaravit Archiepiscopo Mediolanensi nullum ex eo præjudicium fieri posse, quod Fridericus III. Roman. Rex, corona Regni Lombardiæ non fuerit coronatus Mediolani, d. d. 17. Kal. April. An. 1451.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm charissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum Rex illustris nobis exposuerit, licet ipse quamprimum Italiam intravit imperiales insulas ex nostris manibus susceperturus, prius in animo proposuisset se usque ad urbem Mediolanensem personaliter transferre, ut illic coronam regni Lombardiæ sibi debitam solemnitate sollita per manus venerabilis fratris nostri archiepiscopi Mediolanensis susciperet, quemadmodum nonnulli ex prædecessoribus suis Romanorum Regibus fecisse noscuntur; quia tamen in partibus Lombardiæ, & præsertim in civitate Mediolanensi, adeo contagiosus & letifer morbus vigebat, & sine suo & suorum magno discrimine illuc proficisci nequiret; & quia status ac conditiones illarum partium ita se habebant, ut coronari sua serenitas neque in Mediolano, neque in vicinis locis commode & cum debita honorificentia potuerit, sibi visum fuit, illud iter omittere, & ad nos quam citius festinare, ut imperiali diademate suscepto, quam citius ad Alemanniæ regnum reverti posset, cujus negotia diversimode turbata suam præsentiam magnopere deposcunt, ne tamen corona prædicti regni Lombardiæ negligatur, quæ tanquam inferior decentius ante imperialem, quam post recipitur, cum impedimenta prædicta ex magna parte ad hoc vigeant, propter quæ decenter & commode corona regni Lombardorum in Mediolano, aut in propinquo capi nequeat, nobis humiliter supplicavit, ut coronam ipsam hic Romæ sibi conferre dignaremur.

Nos igitur ipsius Regis in hac parte supplicationibus inclinati, attendentes vera esse, quæ sunt exposita, prout rerum evidentia docet, justamque petitionem hujusmodi judicantes, hodie de venerabilium fratrum nostrorum consilio pariter & assensu, auctoritate apostolica, ex certa scientia, prædictam coronam regni Lombardiæ eidem Regi per nos tradendam & assignandam fore decernimus, ac illam prædicto Regi cum omnibus juribus & honoribus, jurisdictionibus emolumentis & prærogativis suis intra missarum solemnia in basilica S. Petri coram majori altari in magno & celebri conventu prælatorum, principum, procerum & baronum cum omnibus & singulis solemnitatibus aliis in similibus observari solitis tradimus & assignamus, supplentes nihilominus motu proprio, omnes & singulos defectus qui occasione loci, temporis, sedis personarum, aut alias qualitercunque interveniisse potuerint in præmissis. Et ne de cætero super traditione & assignatione præfatis inposterum valeat a quopiam hæsitari, volumus & auctoritate ac scientia similibus decernimus quod præsentes nostræ literæ ad probandum plene traditionem & assignationem hujusmodi sufficiant ubique nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Per hanc tamen traditionem & assignationem nostram non intendimus juri aut consuetudini dicti regni Lombardiæ, aut prædicto Archiepiscopo, quoad facturn dictæ coronationis, nisi pro hac vice dumtaxat in aliquo esse derogatum, immo illud illæsum inviolatumque manere decernimus per præsentes. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ M CCCC LI. XVII. Kal. Aprilis Pontificatus nostri anno V.

LXXVII.

Digitized by Google

LXXVII.

Breve, quo Nicolaus Papa V. Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem hortatus est, ut Oratores suos, pacis cum cæteris Italiæ Principibus pangendæ causa, confestim Romam mitteret, d. d. 8. Jd. Januar. Anno 1452.

NICOLAUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio nobili viro FRANCISCO SFORTIA. Duci Mediolani salutem & Apostolicam benedictionem.

LIcet desiderium nostrum semper fuerit, quod Italia, quæ diu omni ex parte bellis lacessita fuit, & in dies magis lacessitur, pace & quiete temporibus saltem nostris potiretur & ad id superioribus annis operam omnem dederimus, mittendo Legatos nostros primo anno assumptionis nostræ Ferrariam, & postmodum ad alia loca; & etiam anno præcedenti Oratores Partium hic apud nos pluribus mensibus fuerint, & nihil omiserimus, ut pax ipsa sequeretur: tamen peccatis nostris & aliorum sic exigentibus non placuit illi, a quo pax & omne bonum procedit, ut votis nostris pro tunc potiremur, impræsentiarum vero diligenter considerato, quod mala, quod hominum interitus, prædæ & devastationes clarissimarum Civitatum, & Rerumpublicarum ex his continuis Italiæ bellis proveniunt, visum est nobis & Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, dignitati nostræ convenire, nec id absque Dei offensa prætermittere posse, iterum hoc negotium pacis aggredi, omnique studio, ingenio, & diligentia procurare, ut præfato desiderio nostro satisfiat, & quanquam dictæ Pacis concedendæ certam spem habere non possimus, in illo tamen, qui est auctor pacis, & omnium bonorum largitor, confidentes, longe meliorem spem nunc habemus, quam hactenus. Nam credimus Nobilitatem tuam, & omnes alias Italiæ Potentias, satis cognitum & exploratum habere, quod sint bellorum incommoda pariter & discrimina, quæ talia sunt, ut aliquando potentiores, & qui vicerunt, propriores fuerint periculo. Quare ut tantum bonum pacis sequi possit, hortantur eamdem Nobilitatem tuam, ut Oratores tuos huc citissime mittere velis bene instructos de omnibus & cum pleno, ac sufficienti mandato ad hanc pacem concudendam, ad quam ut totis affectibus inclineris, eamdem Nobilitatem tuam ex corde rogamus. Idem scribimus ad alias Potentias quarum interest, & credimus firmiter eas Oratores suos sine mora missuras. Nos enim quam primum præfati Oratores advenerint, ipsi paci, omnibus aliis postpositis, omni sollicitudine incumbemus. sperantes in Clementia Dei nostri qui preciosissimum Sanguinem suum in remissionem Peccatorum nostrorum effundere dignatus est, & non habito respectu ad peccata nostra, sed ad suam ineffabilem misericordiam, hac vice nos fortassis compotes faciet hujus optimi desiderii nostri & ita Majestatem suam supplices deprecamur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, octavo Idus Januarii & Pontificatus nostri anno sexto.

De Luca.

LXXVIII.

Tabulæ pacis & concordiæ inter Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem ab una atque Johannem, Montisferrati Marchionem ejusque fratres ab altera parte, mediante Renato Siciliæ Rege factæ, in quibus per laudatos Marchiones Alexandria Civitas, cum tractu suo, supratandato Duci Mediolanensi in perpetuum ceditur, d. d. 17. Jul. An. 1454. Adjuncta est eisdem approbatio pacis Marchionis Montisferrati, d. d. 7. Aug. An. 1454.

In Nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter, Amen,

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, indicione secunda die Mercurii decimo septimo mensis Julii. Infrascripta sunt pacta, conventiones, reconciliationes, pacificationes, & Capitula facta, & factæ per, & inter Magnificum Militem, & Eximium juris utriusque Doctorem Dominum Thomasium de Renate Ducalem Secretarium, & Mandatarium ac Procuratorem, & Mandatario & Procuratorio nomine Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Domini Francisci Sfortiæ, Vice Comitis Ducis Mediolani & Papiæ, Angleriæque Comitis ac Cremonæ Domini, ad hæc & alia facienda specialiter constitutus, ut constat publico Instrumento illius Procuratorii, seu Mandati, tradito, & rogato per Magnificum Dominum Cichum de Calabria Ducalem Secretarium, ac Notarium Imperialem die heri parte una, & Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum Nicolaum Episcopum Masilienſem, Procuratorem, & Mandatarium Serenissimi & gloriosissimi Domini, Domini Renati Jerusalem & Siciliæ Regis ad hæc, & alia facienda specialiter constitutus, ut constat per Literas præfati Serenissimi Domini Regis ejus Sigillo Sigillatas in Carta membrana in cera rubea tenoris hujusmodi, videlicet: Renatus Dei gratia Jerusalem & Siciliæ Rex, Ducatuum Andegaviæ, & Barri Dux Comitatuum Provintiæ, Subcalquerii, ac Pedemontis Comes. Universis & singulis præsentium seriem inspecturis Salutem. Inter cæteras pectoris & Archani nostri curas, eam præcipuam duximus, qua discussiones guerræ, Jurgia, quæ inter Illustrissimum Consanguineum nostrum Ducem Mediolani ex una, & Illustres Consanguineos nostros Marchionem de Monteferrato, Gulielmum ejus Fratrem partibus ex altera Occaxione Civitatis Alexandriæ, & Castrorum ejus Diocesis, jam diu ortæ & suscitatæ erant, in quibus per partes ipsas cum omnimoda, & potestate plenaria communiter quadam

Digitized by Google

ſpetiali confidentia, ut his crederet diſcuſsionibus & Guerrarum fomitibus in arbitrum arbitratorem publicis conſtantibus documentis fuimus electi, in noſtris manibus, noſtroque tractatu e medio dirimerentur & eis finis imponeretur, quo diverſis cogitationibus, & partitis in noſtræ mentis acie curioſe revolutis, ipſa aliqua pro bono pacis & tranquillitate ipſarum partium excogitata, in vim noſtræ arbitratoriæ nobis attributæ poteſtatis, partibus jam dictis per Reverendum in Chriſto Patrem noſtrum Collateralem Conſiliarium Nicolaum Maſſilienſem Epiſcopum nobis confidentiſsimum in majoribus comprobatum, quem ad hoc expreſſe de certa noſtra ſcientia apud quamlibet ipſarum partium in patria Lombardiæ duximus deſtinandum, circa hæc nobis vacare non valentibus, mandamus tractari, & partes ipſas erſtirpato Guerrarum & diſſenſionum fomitu ad pacis & quietis amœnitatem hortari & ſuſcitari; Et propterea eidem noſtro Conſiliario Epiſcopo Maſſilienſi, virtute ipſius nobis attributæ poteſtatis, prædicta ſcientia & cum noſtri nobis aſsiſtentis Conſilii deliberatione, auctoritatem, facultatem ſpetiale mandatum tenore præſentium damus & concedimus, ſibi expreſſe committentes ut ex noſtri parte, noſtroque nomine ad quamlibet ipſarum partium, ubi degerint, perſonaliter acceſſurus, eas, & quamlibet ipſarum conjunctim & diviſim moneat, ex parte noſtra exortet, & pacis, & concordiæ ſuper dictis quæſtionibus, diſſenſionibus, ac injuriis tractatus parturiendum eidem Epiſcopo noſtro Conſiliario quoscumque apponat, moneat, tractet, diſſenſionesque hujusmodi amicabiliter componat, & alias pro poſſe faciat, quæ ſibi fieri, & expleri videbuntur ſibi poſsibilia ad pacem ipſam & tranquillitatem inter partes ipſas parturiendum, eidem Epiſcopo noſtro Conſiliario, vigore dictæ nobis attributæ poteſtatis, tenore ipſarum præſentium, poteſtatem omnimodam & ſpetiale mandatum dantes, & expreſſe concedentes, quotiens ſibi fuerit viſum, noſtro nomine, & pro nobis cauſam hujusmodi Compromiſsi, & partes cum Caſtris, Fortilitiis in noſtris manibus repoſitis, & ad huc exiſtentibus ad priſtinum ſtatum, in quo ante tempus, & tempore dicti in nos facti Compromiſsi erant reducendi, & reponendi, ſibi Epiſcopo in præmiſsis, & circa præmiſſa tractanda complenda & perficienda, vices noſtras totaliter committentes, mandantes propterea, virtute dictæ noſtræ arbitrariæ poteſtatis, partibus jam dictis, & earum cuilibet, illas gratioſe hortantes, & requirentes, ut ipſi noſtro Conſiliario Epiſcopo Maſſilienſi, ſuisque exortacionibus, tractatibus & apponendis concordiis, partitis, & perſuaſionibus auditum præbeant, aſsiſtant & perſuadeant, ſicut nobis. Datum in Civitate noſtra Aquenſi per manus noſtri prædicti Regis Renati die vigeſima tertia menſis Aprilis Anno Incarnationis Domini milleſimo, quadringenteſimo quinquageſimo quarto, per Regem in ſuo Conſilio prædicto. Joannes Treſſeuranas. Regiſtrata Coſte. Nec non etiam Procuratorem, Oratorem & Mandatarium, & mandatario & procuratorio nomine Illuſtrium & Magnificorum Dominorum Joannis Marchionis Montisferrati Domini Gulielmi ejus Fratris, & aliorum Fratrum ſuorum, prout conſtat publico Inſtrumento tradito & rogato, ac ſubſcripto per Francischinum de Medicis Notarium auctoritate Imperiali die duodecimo præſentis menſis Julii parte altera per, & inter eas partes principales, & earum Adhærentes, Collegatos, Confederatos, Complices, Feudatarios, Vaſallos & Subditos, attendenda, & obſervanda, ac attendendæ & obſervandæ pure, realiter, & bona fide, absque ullis dolo, fraude, fallatia, verſutia, fictione, & ſimulatione ut infra videlicet. Primo quod per, & inter ipſas partes fiat, & per præſentes ſit plenaria, integra, & generalis remiſsio, & perdonatio quarumcunque injuriarum, offenſionum, derobationum, damnificationum, Captivationum hinc inde ab hodie retro per unam partem, vel ejus Subditos, Vaſallos, Feudatarios, Adhærentes, vel Complices, aut gentes contra alteram ſeu ejus Adhærentes & ut ſupra, & e converſo facturum, ita taliter, quod perinde habeantur quantum ad ipſas partes ut ſupra, ac ſi prædicta, & aliquod prædictorum commiſſa facta, aut perpetrata minime fuiſſent, ſalvis tamen infra ſcriptis. Item quod Subditi, Vaſalli, Complices & Adhærentes dictarum partium congrua relatione habita poſsint, & valeant in terras, & Dominia utriusque partis hinc inde ſtare, morari, practicare, mercari, & converſari ſimul & ad invicem amicabiliter, & pacifice, prout faciunt, & facere poſſunt ſubditi Dominorum Amicorum; & inter quos nullatenus ulla differentia extitiſſet, & absque ullo reſpectu, quod præteritis temporibus inter eas partes guerra, diſcordia, & inimicitia vigueriit. Item quod ſi reperiretur per alteram dictarum partium, vel ejus gentes, Subditos, vel Adhærentes, ut ſupra occupata fuiſſe, vel apprehenſa, a tempore mortis Illuſtriſſimi quondam Domini Philippi Mariæ, Ducis Mediolani, etiam citra, aliqua bona immobilia, poſſeſsiones, Terras, Domos, caſtra, aquas, ſeu jura aquarum alicujus, ſeu aliquorum ex ſubditis, vel Adhærentibus ut ſupra alterius partis, quod dicti occupatores, ſeu talia bona tenentes, teneantur & debeant hinc ad dies viginti talia bona, Terras, & poſſeſsiones libere, & absque ulla oppoſitione, contradictione, exceptione, vel mora dimittere & relaxare illis, qui talia bona, & poſſeſsiones tenebant & poſsidebant ante talem occupationem, non obſtantibus aliquibus alienationibus, translationibus, contractibus, diſtractibus, infeudationibus, inveſtituris, vel aliquibus aliis hinc retro talium occaxione factis, liceatque illis, qui dicta bona tenebant ut ſupra, & eorum Succeſſoribus talia bona apprehendere, & in eis intrare etiam propria auctoritate, tummodo talia bona aliqua alia juſta occaxione, quam propter guerram & differentiam apprehenſa non fuiſſent, quo caſu jus fiat ſummarie, & expedite per jus dicentem competentem; ſpetialiter autem, & expreſſe actum & conventum eſt, quod reſtituatur Nobilis Vir Joannes de la Mola de Caſali, pro quo factæ ſunt variæ repræſaliæ hinc inde ad integram poſſeſsionem, ſeu quaſi omnium bonorum, quæ habet & tenebat in Loco & poſſe Candiæ, & ſibi ſuo nomine, & nomine Nobilis Conſortis ſuæ ſpectante jure, prout, & ſicut erat ante guer-

Digitized by Google

guerram, & deinde fiat juſtitia partibus, & ſuper iis omnibus ex nunc fiant Litteræ opportunæ tam per præfatum illuſtriſſimum Dominum Dom. Ducem Mediolani, quam etiam per præfatos Dominos de Monteferrato pro in ſolutum dationibus, & repræſaliis hinc inde ſecutis omnino tollentis, & annulantis, & pro miſſione in poſſeſſionem ipſorum omnium. Item quod præfati Illuſtres Domini Marchio, Gulielmus & eorum Fratres teneantur, & debeant per totum præſentem menſem Julii ex toto dimittere, & relaxare præfato Illuſtriſſimo Domino Domino Duci, ſeu agentibus pro eo, Terras, Caſtra, & Villas Boſchi, Fragaroli, Panoni, Guargneti, Solerii, Refrancolii, Petroſæ, Rochani, Sbzanerii, & quatuordeani, cum eorum fortilitiis, juribus, pertinentiis, territorio, Jurisdictionibus, Vaſſallis, Vaſſalliziis, hominibus & ſubditis quibuscunque: Et generaliter omnia alia quæcumque Terras, Villas, Caſtella, Loca, cum eorum Fortilitiis etiam ut ſupra, qui per prælibatum Dominum, Dominum Ducem Philippum Mariam, vel ejus nomine, vel habentes cauſam ab eo ante ejus mortem tenebantur, & poſſidebantur per ſe aut ejus Adhærentes; Et ſpecialiter Terras, Caſtra, Villas, & Loca, ac homines Pergamaſchi, Carrentium, Coneti, & Betogni, quæ tenebantur, & poſſidebantur per ſpectabiles Marchiones Inciſæ, ac etiam Caſtrum, Caſſinaſchi, quod tenebatur per Spectabiles Nobiles de Gatuniis, Recommendatos, & Adhærentes præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, ſeu aliquem eorum mediate, ſeu imediate, & ſive per eosdem Dominos Marchionem Gulielmum, & Fratres, vel aliquem eorum teneantur & poſſideantur, ſive per alium, vel alios quoquo modo ab eis, vel aliquo eorum cauſam habentem, vel habentes exceptis Caſtris & Terris Filizani, & Caſſinarum cum ſuis territoriis, & quas tamen Terras, & Caſtra Filizani, & Caſinarum cum Territoriis ut ſupra teneatur præfatus Dominus Gulielmus in feudum Nobile recipere, & de eis ſe in feudum inveſtire, ac recognoſcere a præfato Domino Domino Duce ſolemniter, & in forma conſueta, & cum infraſcriptis pactis, & conventionibus in Inſtrumento dicti Feudi, & in ipſo Feudo apponendis, quod liceat præfato illuſtriſſimo Domino Duci, & ejus filiis, Succeſſoribus infra biennium præfato Illuſtri Domino Gulielmo dare in Cambium & Loco, & ſcondro dictarum terrarum, & Caſtrorum Filizani & Caſinarum cum eorum Territoriis ut ſupra aliquem aliam terram, vel Territorium tanti redditus, quanti ſunt dictæ Terræ Filizani, & Caſinarum ſecundum ordinationem duorum eligendorum unius pro qualibet parte, qui poſſint eligere tertium, ſi non poterunt eſſe concordes, & tunc teneatur præfatus Dominus Gulielmus dictas Terras & Caſtra Filizani, & Caſinarum cum Territoriis ut ſupra dimittere, & relaxare libere & expediri præfato Domino Duci, & ejus Succeſſoribus ut ſupra, & ſe de dicta alia terra, ſeu Terris æquivalentis redditus ut ſupra eodem modo ut ſupra in feudum inveſtire à præfato Domino Duce, & ſeu ejus filiis & Succeſſoribus ut ſupra. Item quod præfati Illuſtres Domini Marchio, Gulielmus, & Fratres teneantur, & debeant infra viginti dies proxime futuros dimittere & relaxare, ac ex toto liberare infraſcriptos Magnificos & Spectabiles Dominos Joannem de Carreto Finarii, & etiam Joannem Bartholomeum de Carreto Marchiones, et etiam Nobiles tenentes Locum Milefimi, Rochetam Tavagni, et Nobiles de Inciſa ab omni obligatione, et juramento fidelitatis et adhærentiæ, et recommendationis, ad quas reperiantur obligati ipſis Illuſtribus Dominis Marchioni Gulielmo et Fratribus, pro illis videlicet tantum bonis, Caſtris, et Locis, pro quibus ſupraſcripti Nobiles recognoſcebant et obligati erant Illuſtriſſimo quondam Domino Filippo Mariæ Duci Mediolani, et etiam ſic et tali modo quod in eodem ſtatu et gradu, quibus erant tempore prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Philippi Mariæ, ſint, et remaneant prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani: Item quia mediantibus bonis et laudabilibus operibus et interceſſionibus Reverendiſſimi in Chriſto Patris et Domini Domini Nicolai Epiſcopi Masſilienſis, etiam juſſu et mandato Sereniſſimi et Glorioſiſſimi Domini Domini Renati Jeruſalem, Siciliæ Regis, in quem alias fuerat compromiſſum, prout conſtat publico Inſtrumento tradito per Dominos Joannem Bottum, et Stefanum de Calvinis Notarios per, et inter præfatos Illuſtriſſimum Dominum, Dominum Ducem Mediolani parte una, et prælibatos illuſtres Dominos Marchionem, et Gulielmum de Monteferrato, ſeu eorum Procuratores parte altera, pro, et de cauſis, riſis, litibus, quæſtionibus, occupationibus, guerris, differentiis, moleſtiis, et turbationibus tunc inter dictas partes quomodolibet prætenſis verſisque, et vertentibus, et quæ verti, dici, et eſſe poſſent, generaliter et ſpetialiter, et de ablationibus Terrarum, ſive Caſtrorum capturis, damnis, et injuriis hinc inde ſequutis, et prout in eo compromiſſo continetur, tractata et concluſa fuit, et eſt recta, ſincera, et pura reconciliatio, Pax, concordia, et amicitia inter prælibatum Dominum Dominum Ducem Mediolani, et præfatos Illuſtres Dominos Marchionem, Gulielmum, et Fratres de Monteferrato ſeu ipſum Dominum Epiſcopum, poteſtatem et mandatum, ad hoc habentem eorum de Monteferrato nomine, quarum reconciliationis, Pacis, et Conventionum occaxione, et effectu ſublatæ ſunt, et penitus extinctæ dictæ lites, quæſtiones, controverſiæ, guerræ ac inimicitiæ, quarum occaxione, ac pro quibus ſedandis extinguendis et auferendis, et de quibus factum extiterat dictum Compromiſſum, ſi quæ conſequenter dici debeat dictum Compromiſſum et omnia ejus occaxione ſequuta, et ſpecialiter ratificationes, petitiones, requiſitiones, prorogationes, dilationes fore extincta et extinctas, tamen ad clariorem evidentiam, et ad omnem bonum finem, et effectum eisdem partibus et utrique earum melius profuturos, ipſe Partes, videlicet ſupra ſcriptus Dominus Thomas Mandatarius, et Procurator prælibati Illuſtriſſimi Domini, Domini Ducis Mediolani parte una, et memoratus Reverendiſſimus Dominus, Dominus Nicolaus Epiſcopus Masſilienſis, Procurator et Mandatarius

Digitized by Google

rius præfatus Illustrium Dominorum Marchionis, Gulielmi, et Fratrum de Monteferrato, et eorum nomine parte altera renuntiaverunt, & præsentium tenore renuntiant dicto compromisso, & contentis in eo; Nec non omnibus, & singulis ratificationibus, approbationibus, petitionibus, responsionibus, & actis, ac prorogationibus & dilationibus proinde factis, et secutis in causa dicti Compromissi, vel ejus occaxione, ita, & taliter, quod per præfatum Serenissimum Dominum Dominum Regem inter dictas partes, nec occaxione eorum, de quibus in dicto Compromisso fit mentio, nulla fiant, nec fieri possint, aut debeant præcepta, arbitria, arbitramenta, declarationes, aut sententiæ, nec facta, aut factæ valeant, nec teneant, immo sint nullius roboris, vel effectus: Videlicet suprascripta in præsenti Instrumento contenta valeant et effectum sortiantur inconcussum, aliquibus in contrarium non stantibus. Item quod præfati Illustres Dominus Marchio, Gulielmus, & Fratres & quilibet eorum teneantur, & debeant renuntiare totaliter & omnino, & per præsentes, idem Dominus Dominus Nicolaus Episcopus Masilienſis Procurator & Mandatarius, & Procuratorio nomine ut supra præfatorum illustrium Dominorum de Monteferrato, & cujuslibet eorum præfato Domino Thomasio dicto Procuratorio & Mandatario nomine prælibati Domini, Domini Ducis præsenti, stipulanti, & recipienti pro se, filiis & Successoribus suis renunciavit & renunciat sponte & ex certa scientia, et nullis errore aut ignorantia ductus, omnibus et singulis juribus, actionibus, rationibus, allegationibus, quæ ipsis de Monteferrato, aut alicui, vel aliquibus eorum in, aut pro Civitate Alexandriæ Bregolio, aut ejus districtu, vel Dioceſi, aut in Terris, Castris, Fortilitiis, Vassallis, Feudis, Subditis, et hominibus dictorum districtus et Dioceſis, ac quibuscunque præeminentiis, Superioritatibus, honorantiis, dignitatibus, ac Regaliis in ipsis districtu et Dioceſi dici possent, vel allegari quovis modo mediate, vel immediate eis, vel alicui eorum pertinere aut spectare, vel in futurum vel in aliquem eventum vel conditionem pertinere, vel spectare posse tam vigore, vel occaxione Privilegiorum seu Beneficiorum eis, vel eorum anteceſſoribus aut alicui eorum ab Imperatoria Majestate, seu Regia Romanorum Conceſſorum seu Indultorum, quam etiam vigore cujuslibet alterius Privilegii, Benefitii, Concesſionis, Donationis, translationis eis, vel ut supra Conceſſorum, factorumque a quacumque persona, Communitate et Dominio qualicumque et quantacumque dignitate aut sublimitate præfulgente aut etiam cujuslibet Investituræ, vel Feudi quomodolibet habitorum ut supra, aut etiam si dici posset eos, vel aliquem eorum in partibus illis constitutos fuisse Vicarios, seu Vicarium, generales, seu generalem in partibus illis a præfata Serenisſima Imperatoria Maestate, seu Regia Romanorum, vel etiam occaxione cujuslibet electionis vel translationis, promisſionis fidelitatis, homagii vel juramenti factorum, vel quæ facta reperirentur per Populum seu Commune, vel Homines ipsarum Civitatis, Terrarum vel alicujus earum: Et generaliter et quacunque alia causa vel occaxione quæ dici posset, vel excogitari modo aliquo, vel ingenio etiam a prædictis omnino diverſa aut extranea, et tam majori quam minori et tam simili quam disſimili dicens et protestans nomine quo supra, quod præfati Illustres Domini de Monteferrato nec aliqua persona pro eis nullo unquam tempore vel loco allegabunt, proponent, aut producent, neque allegari, proponi, aut produci facient aliqua, vel aliquod prædictorum imo cuicunque ea alleganti vel allegare volenti obviabunt, & contradicent: & ad cautelam si qua jura in prædictis, aut occaxione prædictorum ipsis de Monteferrato, vel alicui eorum competunt, aut pertinent vel spectant, ea ipsa jura præfatus Reverendiſſimus Dominus Dominus Epiſcopus dicto nomine sponte & ex certa scientia, & ut supra ac animo deliberato, titulo præsentium Conventionum, & reconciliationis ut supra in suprascriptum Dominum Thomam procuratorio & Mandatario nomine præfati Domini Domini *Ducis* Mediolani, præsentem, stipulantem, & recipientem, & per eum in præfatum Illustrisſimum Dominum Ducem Mediolani & pro se & ejus filiis, & Succeſſoribus transtulit & transfert, ac ceſſit, & cedit omnibus, modo, jure, via, & forma, quibus melius potuit & potest, & totaliter, & effectualiter à præfatis Dominis de Monteferrato, & quolibet eorum prorsus, & radicitus abdicando. Item præfatus Reverendus Dominus, *Do*minus Epiſcopus, dicto nomine renuntiat, absolvit, & liberat suprascriptum Dominum Thomam dicto Procuratorio & mandatario nomine præfati Illustrisſimi Domini, Domini Ducis Mediolani, stipulantem & recipientem, a quadam asserta proviſione Ducatorum duorum millium annuatim præstandorum per præfatum Dominum, Dominum Ducem præfato Domino Gulielmo, quousque ei daretur Cambium æquivalens, & a qualibet alia promisſione & obligatione de quibus asserunt fuisse confecta Capitula in Civitate Laudæ, die nono Menſis Madii, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo & demum ratificata per Instrumentum in dicta Civitate Laudæ die vigeſimo sexto menſis Maii, ejusdem anni per publicum Instrumentum rogatum per publicum Notarium per ipsum Illustrem Dominum Gulielmum. Item præfatus Dominus Thomas Procurator & Mandatarius prælibati Illustrisſimi Domini, Domini Ducis Mediolani, & ejus nomine per præsentes remisit ac plenarie, absolute, & libere remittit, & indulget Communitatibus, ac singularibus personis Terrarum, Castrorum, Locorum, seu Villarum restituendarum, & relaxandarum præfato Illustrisſimo Domino Duci, secundum formam præsentis Contractus, omnes & singulas offenſas, injurias, depræ dationes, rebelliones, proditiones, delicta, & crimina per prædictas Communitates, Univerſitates, seu singulares personas ipsarum Commiſſas & commiſſa, aut attemptatas & attemptata contra præfatum Illustrisſimum Dominum Ducem, & ejus Statum guerra durante inter ipsas partes, seu ab initio ipsius guerræ; & hoc etiam sive præmiſſorum occaxione secuti sint aliqui Proceſſus, con-

Digitized by Google

contumatiæ, banna, multæ, ſententiæ, condemnationes, confiſcationes, aut bonorum publicationes, ſive non; quæ omnia per præſentes irritat, annullat, revocat, & abolet, cum omnibus eorum effectibus, ita tamen quod per prædicta non intelligantur comprehenſi, neque liberati hii, qui proditionem aliquam feciſſent, vel commiſiſſent contra præfatum *Dominum Dominum Ducem* in, vel de aliquo Fortalitio, Arce, vel Rocha, quorum cuſtodia ad eos ſpectabat, ſeu eis commiſſa fuiſſet, quibus non intelligatur facta indulgentia, aut remiſſio aliqua. Quare præfatus Reverendus Dominus, Dominus Nicolaus Epiſcopus Maſſilienſis Procuratorio & Mandatario nomine præfatorum Illuſtrium Dominorum de Monteferrato, & ut ſupra pro una parte, & præfatus Dominus Thomas, Mandatario & Procuratorio nomine prælibati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi *Domini Domini Ducis* Mediolani &c. ex altera, & utraque, & altera earum dictis modis, & nominibus quibus ſupra, promiſerunt, & vadiam dederunt, obligando ſe ſe dictis modis, & nominibus quibus ſupra, & omnia ſua bona præſentia, & futura, mobilia, & immobilia pignori ſibi viciſſim & ad invicem, videlicet una pars alteri, & altera alteri præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus viciſſim, & ad invicem, quod præfatæ partes, & utraque & altera eorum modis, & nominibus quibus ſupra ſemper, & omni tempore præſens Inſtrumentum pactorum & conventionum, pacis & reconciliationis, & omnia et ſingula ſupraſcripta, & in præſenti Inſtrumento contenta, attendent, obſervabunt, adimplebunt, ac executioni mandabunt, & ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contrafacient, nec venient aliqua rectione nec cauſa de jure, nec de facto; Et hæc omnia ſub fide bonorum & legalium Dominorum, et ſub proditione fidei eorum, & ſub refectione, & reſtitutione omnium expenſarum damnorum, & intereſſe litis, & extra proinde fiendarum, & ſubſtinendarum prædictorum cauſa & occaxione: & etiam ſub poena & nomine poenæ ſolemniter promiſſæ & in ſtipulatione deductæ, Ducatorum quinquaginta millium auri in auro dandorum et ſolvendorum per partem non attendende & attendere, et obſervare recuſantem prædicta omnia alteri parti prædicta attendenti & attendere & obſervare cum effectu volenti prædicta omnia, & ſingula, qua poena ſoluta, & exacta, vel non, nihilominus prædicta omnia & ſingula in prædicto Inſtrumento contenta, ratæ, grata, & firma ſint, & permaneant, et executioni mandentur per et inter, ipſas partes, ut ſupra; Renuntiando exceptioni dictæ partes, et utraque earum modis et nominibus, quibus ſupra viciſſim et ad invicem non facti, et non celebrati hujusmodi Inſtrumenti pactorum, conventionum, Pacis, & reconciliationis modo, & forma prædictis, et prædictorum, et infra dictorum omnium, et ſingulorum non ita et taliter actorum & factorum, & omnii probationi & defenſioni in contrarium; Renuntiando etiam, ac renuntiaverunt, & renuntiant ipſæ partes, & utraque, et altera earum viciſſim et ad invicem, exceptioni quod non poſſint ullo tempore dicere opponere, nec allegare ſibi ob hoc vim vel violentiam, aut metum factum fuiſſe. Inſuper ipſæ partes, & utraque earum modis, & nominibus quibus ſupra juraverunt, et jurant ad ſancta DEi Evangelia, videlicet præfatus Dominus, Dominus Epiſcopus, ut ſupra, ſuper pectus ſuum, & ſupraſcriptus Dominus Thomas, Mandatario, & Procuratorio nomine prælibati Domini, Domini *Ducis*, manu corporaliter tactis Scripturis, quod ſemper & omni tempore præſens Inſtrumentum pactorum & Conventionum, pacis et reconciliationis, & omnia & ſingula ſupraſcripta in præſenti Inſtrumento contenta, rata, grata, & firma habebunt, et tenebunt, et nullo tempore contrafacient, nec venient aliqua ratione, cauſa, vel occaxione, de jure, nec de facto, & ſub amiſſione fidei, & quod non petent, nec implorabunt relaxationem hujus Sacramenti, & petenti et obtinenti reſiſtent, & caſu quo obtinerent, ea non utentur, nec uti permittent: Et faciunt dictæ partes & utraque earum dictis nominibus, & modis quibus ſupra viciſſim, et ad invicem, eo acto & dicto, quod ſi pro prædictis vel aliquo prædictorum ullo tempore agi contigerit, poſſint ſemper et omni tempore ubique et ſub quolibet Dominio & jus dicente & cauſarum auditore tam Eccleſiaſtico, quam Sæculari realiter conveniri; Renuntiando omnibus et ſingulis infradictis videlicet, quod non poſſint ullo tempore dicere opponere, nec allegare cauſas collocatas nec collocandas, ferias ordinarias, ſolemnes & repentinas, nec aliud cauſarum interdictum: Et conſtituerunt ipſæ partes, & utraque earum viciſſim, & ad invicem dictis modis, & nominibus, quibus ſupra ſe ſe, & omnia ſua bona mobilia, & immobilia, præſentia et futura, videlicet quod una pars nomine alterius, & altera nomine alterius, et pro eis vicisſim, et ad invicem tenere, & poſſidere, vel quaſi; Ita, quod adveniente caſu petitionis fiendæ liceat & licitum ſit parti illi, pro qua agi contingerit, etiam ſua propria auctoritate, & ſine auctoritate, et ſine banno, ſervitore, aut nuntio Communis Mediolani, nec alterius Communitatis aut Civitatis, vel Terræ, & ſine alia contumacia, vel Conventione vel ſolemnitate, & impune ubique invenerit de bonis, rebus, & juribus alterius partis dare debentis, ea bona & res, et de eis bonis et rebus accipere, robare, conteſtare, ſaxire, ſequeſtrare, occupare, capere, et detinere, et in corporalem poſſeſſionem, et tenutam intrare, vendere et alienare, & ſibi extimari facere, & in ſolutum accipere, et retinere usque ad plenam ſolutionem, & integram ſatisfactionem omnium prædictorum, pro quo agi contingerit, et expenſarum, damnorum, et intereſſe litis, et extra proinde fiendarum et ſubſtinendarum prædictorum cauſa, et occaxione: & de prædictis præfatæ partes et utraque earum dictis modis & nominibus quibus ſupra viciſſim juſſerunt et rogaverunt per me Notarium infraſcriptum publicum debere confici Inſtrumentum unum, et plura unius ejusdem tenoris. Actum in Hoſpitio Puthei ſito in Civitate Mediolani in Porta Ticinenſi, Parochia Sancti Sebaſtiani, præſentibus Protonotariis Antonio de Sirturi, filio

Digitized by Google

quondam Leonardi, et Marco de Perego filio mei Notarii infrascripti, ambobus Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notariis et Protonotariis. Interfuerunt ibi Testes Spectabilis Basilius de Blancatis de Aviniono, Spectabilis Miles Dominus Joannes de Stampis, filius quondam Domini Achiloli Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio Venerabilis Miles Dominus Bordonus de Calio, Præceptor Domus Jerosolimitanæ, Spectabilis Juris Utriusque Doctor, Dominus Raphael de Busseto de Terdona, Dominus Oldratus de Scachabarozziis filius quondam Domini ----- Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio Mediolani Christophorus de Putheo filius quondam Domini Anselmi Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Sebastiani Mediolani, & Nicolinus de Dalfinonibus filius quondam Domini Christophori dicti Raynæ Portæ Ticinensis Parochiæ Sanctæ Mariæ Beltradis, omnes testes noti, idonei, vocati, et rogati.

Subscriptus Ego Jacobus de Perego filius quondam Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stefani ad Nuxigiam Notarius publicus rogatus tradidi, scripsi, et me subscripsi et superius glossavi, ubi legitur et per eum in præfatum Illustrissimum Dominum Dominum Ducem Mediolani pro se, & ejus filiis & Successoribus.

Subscriptus cum Signo Tabellionatus antepositio: Ego Jacobus de Perego, filius quondam Domini Vanini, Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stefani ad Nuxigiam Notarius publicus rogatus tradidi, & me subscripsi.

RATIFICATIO.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Indictione II. die septimo mensis Augusti. Actum in Casali Sancti Evasii Vercellensis Diocesis in Cantono Lacus, videlicet in Castro magno dictæ Terræ in Camera magna superiori deversus Torcellum præsentibus spectabilibus et egregiis viris, Dominis Georgio de Carretto ex Marchionibus Saone, & Curretto de Natis de Ast Legum Doctoribus Bertholomeo Della Sala, & Guidetto de Sancto Georgio ex Comitibus Tiandrate omnibus Consiliariis infrascripti Illustrissimi Domini Marchionis testibus notis, vocatis, et rogatis, ac in præsentia mei infrascripti Notarii. Cum alias per & inter Reverendissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum N. Dei gratia Episcopum Massilienſem, & Comitem, Serenissimi & Glorioſisſimi Domini Domini Regis Renati Jerusalem, & Siciliæ, Consiliarium & Oratorem, Procuratorem & Mandatarium nec non Mandatarium, & Procuratorem, & Oratorem, & Procuratorio & Mandatario nomine Illustrium & Excelsorum Dominorum Joannis Marchionis Montisferrati, Guillielmi, Bonifacii & Reverendi in Christo Patris Domini Teodori, Prothonotarii Fratrum de Montefer-

rato pro una parte, & Magnificum Millitem, & eximium Juris utriusque Doctorem Dominum Thomam de Reate Ducalem Secretarium ac Mandatarium et Procuratorem, & Mandatario et Procuratorio nomine Illustrisſimi & Excellentiſſimi Domini Franciſci Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis ac Cremonæ Domini pro Parte altera facta, & celebrata fuerint, & sint pacta, conventiones, reconciliationes Pacificationes, & Capitula, prout, & sicut continetur, & fit mentio in Instrumento inde confecto, tradito, rogato, per Jacobum de Perego Notarium Publicum Mediolani, Anno præsenti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto & die Mercurii decimo Septimo Menſis Julii proxime præteriti. Modo in præsentia mei Notarii & Teſtium ſuprascriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum præfatus Illuſtris & Excelſus Dominus Joannes Marchio Montisferrati, natus quondam Illuſtris, & Excelſi Domini Joannis Jacobi, Marchionis Montisferrati ſuo nomine proprio voluntarie, ſponte, deliberate, & ex certa ſcientia, motuque proprio ac animo deliberato, lecto prius et vulgarizato per me Notarium infraſcriptum dicto Inſtrumento pactorum, conventionum, reconciliationum, pacificationum, & Capitulorum, de quibus fit mentio cum omnibus & ſingulis in eo contentis, ad ejus plenam, & claram intelligentiam ita et taliter, quod omnia & ſingula contenta in ipſo Inſtrumento ac eorum effectum, vires, & robur, plene, & clare intellexit, prout præfatus Illuſtris Dominus Joannes, Marchio, ad Inſtantiam & requiſitionem mei Notarii infra ſcripti ſtipulantis & recipientis nomine ut, infra dixit, & proteſtatus fuit ac dicit, & proteſtatur omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuit & poteſt ad petitionem, inſtantiam, & requiſitionem ac interrogationem mei Notarii infraſcripti ſtippulantis & recipientis nomine & vice prælibati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Franciſci Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, nec non cujusvis alterius perſonæ cujus intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, & poteſt quomodolibet in futurum, intervenientibus ibidem omnibus ſolemnitatibus tam juris quam facti rattificavit, approbavit, confirmavit & laudavit, & rattificat, approbat, confirmat, & laudat ſuprascriptum Inſtrumentum pactorum, conventionum, reconcilliationum, pacificationum, capitulorum, & omnia & ſingula in ſuprascripto inſtrumento contenta, appoſita, inſerta, narrata, & ſpecificata in omnibus & per omnia, ac de verbo ad verbum prout in ſuprascripto Inſtrumento continetur, & fit mentio. Promittens denique præfatus Illuſtris & Excelſus Dominus Joannes Marchio ſuo nomine ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum pignori mihi jam dicto Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti, nomine & vice & ad partem, & utilitatem præfati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Ducis Mediolani, & cujuslibet alterius perſonæ cuyus intereſt, intererit, ſeu intereſſe poteſt & poterit quomodo libet in futurum. Nec non & juravit, & jurat ad Sancta DEi

Evan-

Digitized by Google

Evangelia manibus corporaliter tactis scripturis, quod præfatus Illustris, & Excelsus Dominus Joannes, Marchio semper & omni tempore præsens Instrumentum Rattificationis Laudationis & confirmationis, nec non supra suprascriptum Instrumentum pactorum, conventionum, reconciliationum, capitulorum, & pacificationum, & omnia, & singula suprascripta & in eis contenta attendet, observabit, adimplebit & executioni mandabit, & rata, grata, & firma, habebit, & tenebit, et nullo tempore contrafacere, nec veniat aliqua ratione, nec causa de jure, nec de facto, & hæc omnia sub fide boni, & legalis Domini, & sub perditione fidei ejus, & sub reffectione & restitutione omnium expensarum, damnorum, et interesse litis, & extra proinde fiendarum, & substinendarum prædictorum causa, & occasione, & sub pœna Ducatorum quinquaginta millium auri & in auro, de qua in dicto Instrumento fit mentio, qua pœna soluta & exacta, vel non, nihilominus dictum Instrumentum omnia & singula in eo contenta & de quibus supra fit mentio rata, & grata, ac firma sint, & permaneant, & in executionem mandentur per et inter dictas partes. Renuntiando præfatus Illustris & excelsus Dominus Dominus Joannes Marchio exceptioni non facti, & non celebrati hujusmodi Instrumenti rattificationis, approbationis, Laudationis & Confirmationis, modo, & forma prædictis & prædictorum, & infra scriptorum omnium & singulorum non ita, & taliter actorum & factorum omni probationi & defensioni in Contrarium. Renuntiando etiam, ac renuntiavit, & renuntiat præfatus Illustris Dominus Joannes Marchio Exceptioni quod non possit ullo tempore dicere, opponere, nec allegare sibi ob hoc vim nec violentiam, aut metum factam fuisse, & de prædictis præfatus Illustris et Excelsus Dominus Marchio jussit, & jubet per me Notarium infrascriptum publicum debere confici instrumentum unum, & plura unius & ejusdem tenoris

Ego Francischinus de Medicis, quondam Evasii de Casali Sancti Evasii Vercellensis Dioceesis publicus Imperiali auctoritate, Notarius ac Secretarius præfati Illustris & Excelsi Domini Marchionis Montisferrati præscriptis omnibus & singulis dum sic ut præmittitur agerentur, una cum prænominatis testibus præsens fui, & hoc Instrumentum mihi fieri jussum recepi, & in hanc publicam formam redegi, scripsi, & me subscripsi cum Appositione soliti signi mei in Testimonium veritatis.

Nos Joannes Bartholomeus de Carreto, Marchio Saonæ, Miles, & potestas Terræ Cassalis Sancti Evasii pro Illustri & Excelso Domino Montisferrati: Notum facimus universis et singulis præsentes Litteras inspecturis, quod suprascriptus Præclarus Francischinus de Medicis, qui recepit, et in publicam formam redegit suprascriptum laudationis approbationis, rattificationis et Confirmationis Instrumentum, a decem annis citra anteaque et ipsum tempus fuit, erat et est, publicus, fidus, et authenticus Notarius ac descriptus in matricula Notariorum Communis Casalis, et ad ipsum pro aliis Instrumentis, et actis publicis conficiendis habitus fuit, et habetur recursus tanquam ad publicum, fidum, et authenticum Notarium, Instrumentisque, Actis, et Scripturis suis, tam publicis quam privatis, et tam in judicio, quam extra adhibita fuit, et de præsenti adhibetur plena, et indubitata fides tanquam Instrumentis, Actis, et Scripturis publici, fidi et authentici Notarii. In quorum Testimonium per infra scriptum Aluysium Bazanum publicum, et Casalensem Notarium præsentes fieri jussimus et registrari, nostrique Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani, die vigesimo Augusti, millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.

Subscriptus Ego Aloysius de Bazanis publicus et Casalensis Notarius præscriptas Litteras Testimoniales Jussu, et Mandato præfati Spectabilis Domini Potestatis scripsi, et me subscripsi.

LXXIX.

Instrumentum pacis inter Ludovicum, Sabaudiæ Ducem atque Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem conventæ, vi cujus huic terræ quædam variaque castra & loca una cum iis, quæ ad illa pertinent, restituuntur, d. d. 30. August. An. 1454.

Imbreviatura mei Jacobi de Perego Notarii Publici.

IN nomine Sacrosanctæ et Individuæ Trinitatis, Patris, et Filii, Spiritus Sancti, totiusque Curiæ Cœlestis triumphantis Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secunda die Veneris trigesimo mensis Augusti. Considerantes Illustrissimi Principes Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ, etc. et Dominus Franciscus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani etc. Pacem ex omnibus in humano genere rebus saluberrimam optimam, Sanctissimamque rem esse, ut ea ipsa nihil unquam magis vel DEus vel natura præstiterit, tum et sic cunctis mortalibus æqua ratione desiderabilius, tum tamen maxime ipsis Regibus atque Principibus, ex quibus dependet, et salus et quies, et vita Populorum; Considerantes etiam quod optimos, et vere Christianos Principes decet eam ipsam esse Pacem, per quam verius DEitatis cultus colitur, Urbibus et Principatibus, suis tranquillitas datur, bonitati, virtuti, et sapientiæ præstatur locus, per quam denique optima omnis humanæ naturæ conditio nascitur, alitur, fovetur, sustinetur amplificatur, et usque ad perfectam summamque gloriam extollitur; Considerantes pariter post contractam aliquando felici augurio, atque firmatam inter eos Pacem, dissensiones quasdam atque discordias inter se se insurrepsisse, et quædam quasi bella suborta, sive casus illis, sive fortuna, sive potius ratio locum dedit. Intelligentes quod sicuti post naufragia, optimi sapientissimique consilii res est eductas ex maris fluctibus, et aliqua ex sui parte confractus

naves

Digitized by Google

naves in melius reformare: Sic post iras, atque discordias benivolentiæ, Pacis et amicitiæ reintegrare consilia. Hæc inquam, supradicta omnia, considerantes prafati Domini Duces et ea consimilibus hujusmodi multis pro optimis, subtilissimisque suis ingeniis penitus animadvertentes, infrascriptos Magnificos atque Clarissimos Procuratores, et Oratores suos ordinarunt ad ea, prout infra patebit, conficienda, ex quibus et veteris supradictæ alias confectæ Pacis firmitas corroboretur, et nova utriusque Principis Statui atque Dominio maxime, Saluberrimeque conducentia pacta, conventionesque super adjiciantur: Quo reliqui omnes, non solum Principes sed et totius Orbis privati homines dilucidissime apertissimeque cognoscant bonam inter hos ipsos veramque affinitatem, vicinitatem atque amicitiam, et modo esse et perpetuo fore talem profecto quod et ducibus ipsis, atque Principibus et gloriam in Terris et felicitatem in Cœlis, et eorum Subditis fructum, consolationem, et emolumenta sit procul dubio paritura: Et primum ipsius Illustrissimi Domini Sabaudiæ Ducis Procuratorum atque Oratorum, videlicet Magnifici Domini Jacobi ex Comitibus Valis pergiæ Maximi Cancellarii Sabaudiæ, et Spectabilis Domini Gabrielis de Cordona, Thexaurarii ejusdem præfati Domini Ducis Mandatum sequitur in hunc modum, et formam, videlicet:

Ludovicus Dux Sabaudiæ Chablaysii et Augustæ, Sacri Romani Princeps Imperii, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebernensis, et Bangiati Comes, Baro Vuaudi, et Fontiginati, Nicyæque, Vercellarum et Friburgi Dominus. Universis, modernis, et posteris serie præsentium fiat manifestum, quod cum petitio sive querela adversus nos nuper fuerit suscitata per Illustrem Consangvineum nostrum Carissimum Ducem Mediolani prætexta, et occaxione quarumdam Terrarum, Certarumque fidelitarum, homagiorum, et Adhærentiarum per nos post decessum felicis recordiæ Illustris Fratris nostri Carissimi Domini Philippi Mariæ quondam Ducis Mediolani adeptarum et habitarum; Et quas Terras, fidelitates, homagia, et adhærentias dicebar ipse Consangvineus noster Dux Mediolani ad se pertinere, et spectare debere, illasque Terras more bellicoso, sive guerridico invadere moliretur, et jam magnam partem suarum Gentium Armigerarum prope Loca ditionis nostræ ultramontanæ limitropha destinasset. Quo perpensato, adeo quod ut nobis nihil impingi contingat, quod defectu nostri guerra aut alia calamitas in ditione nostra insurgat, ideo superinde ad eundem Consangvineum nostrum Ducem Mediolani pro omnium bona Pace et Concordia super præmisis omnibus et singulis tractanda fienda et penitus concludenda in præsentiarum duximus destinandos Magnificos Consiliarios, fidelesque nostros sincere dilectos Dominum Jacobum ex Comitibus Vallispergiæ Cancellarium, Ludovicum de Sabaudia Dominum Raconivii Consangvineum, et Marescallum, nec non dilectum fidelem Gabrielem de Cardona Thexaurarium nostros Sabaudiæ Generalem; Ecce quod nos de ipsorum Cancellarii, Marescalli, et Thexaurarii, nostrorum suprascriptorum circumspectionibus et fidelitatibus merito confisi, ex nostra certa scientia et voluntate spontanea eosdem Cancellarium, Marescallum et Thexaurarium facimus, constituimusque, & creamus per præsentes nostros veros & irrevocabiles Procuratores, certosque & indubitatos Nuntios spetiales & generales, ita quod spetialitas generalitati non deroget, nec e contra, ad tractandum cum prælibato Consanguineo nostro Duce Mediolani de & super quæstionibus, & differentiis suprascriptis pactionesque ineundum, necnon Terras ipsas, fidelitatesque, & homagia, & adhærentias ut supra per nos a decessu dicti quondam Domini Philippi Mariæ habitas & adeptas, si expediens fuerit, & necessarium præfato consanguineo nostro Duci Mediolani cum omni jure, actione, & ratione quacunque in illis Terris, fidelitatibus, homagiis, & adhærentiis a morte suprascripti Domini Philippi Mariæ quondam nobis ut supra spectantibus & pertinentibus, spectareque, & pertinere debentibus, cedendum, quietandum, & renuntiandum, illasque Terras, fidelitates, homagia, & adhærentias deliberandum, & omnino remittendum, etiam in dicta Pace concludendum modo, & forma, qui sibi magis convenientes videbuntur, ad quæ omnia & singula, modo præmisso peragenda eisdem Dominis Jacobo Cancellario, Ludovico Marescallo, & Gabrieli Thesaurario & duobus ex eisdem in solidum plenam & liberam præsentibus potestatem impartimur, & proinde valere volumus, ac si per nos gesta essent, & concluſa; Promittentes propterea bona fide, in verbo Principis, pro nobisque, & nostris, ac sub nostrorum expressa obligatione bonorum, nos ratum gratum & stabile perpetuo habituros, & pleno cum effectu observaturos omne id, & quicquid in præmissis, & circa præmissa per dictos Procuratores nostros sive duos ex ipsis actum, gestum, conventum, promissum deliberatum, remissumve fuerit, atque concluſum, ipsosque ab omni onere relevare, cum cæteris clausulis opportunis etiam cum omni alia solemnitate, jurisque, & facti renunciatione, ad hæc necessaria pariter & cautela, Secretario nostro, Notarioque subscripto more publicæ personæ ad opus omnium quorum intererit, stipulanti, & solemniter recipienti, has litteras nostras jussimus conficiendas datas Chamberiaci die decima quarta Julii, anno Domini milleſimo, quatercenteſimo quinquageſimo quarto.

Signatum Loys. Per Dominum, præsentibus Illustri Petro de Borbonio, nec non Dominis Joanne Domino Chontaigine, Petro de Balnia, Domino Ruppis, Martino le Franc, Præpoſito Lausannensi, Ginotino de Nores, Franciſco de Thomatis, Præsidente Gebenuesii, Ludovico Boninardi, Magistro Hospitii. H. Laboryer. Quia autem pro tractandis Capitulis Præsentis Pacis, & Conventionum infrascriptarum transmissi sunt ab Illustrissimo Domino Duce Sabaudiæ varii Procuratores, & Oratores, ne umquam opponi, vel dubitari possit, antenominatorum Dominorum Procuratorum mandata minus roboris forsitan habuisse, propter alia, aliorumque diversorum Mandatariorum mandata, subsequitur, & optimo consilio interseritur hic subsequens Instrumentum præfati Domini

Digitized by Google

ni Ducis Sabaudiæ de revocatione per ipsum facta de aliis omnibus Procuratoribus suis ad hanc materiam, & de prænominatorum confirmatione.

Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablaysii, & Augustæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Gebennensis & Bangiati Comes Baro Vuaudi & Fontiginati, Nitiæque, Vercellarum, & Friburgi Dominus, Universis serie præsentium fieri volumus manifestum, quod nos Superioribus & novissimis diebus pro nonnullis Concordiis, Pace, Liga, Unione, Conventionibus, matrimoniisque contrahendis, & aliis circa hæc tractandis, & perficiendis inter nos, & nostros parte una & Illustrem Consanguineum nostrum, carissimum Ducem Mediolani, & suos parte altera plures, & diversas fecerimus Commissiones, quibus præsentialiter sedulo, maturiusque in animo nostro revolutis futurisque effectibus earumdem efficatius consideratis, cæterisque aliis quamplurimis laude dignis moti respectibus, ipsas omnes Commissiones in quibusvis personis, & sub quavis verborum forma factas protinus, & expresse motuque proprio annullamus, & revocamus, ac revocatas & annullatas fore, & esse decernimus per præsentes; reservantes solum Commissiones per nos factas in personas bene dilectorum fidelium Oratorum nostrorum Magnifici Domini Jacobi ex Comitibus Valispergiæ, Sabaudiæ Cancellarii, Magnificique Domini Ludovici de Sabaudia, Domini Raconixii, Sabaudiæ Mareschalli ac spectabilis Gabrielis de Cardona, Thesaurarii nostri Sabaudiæ Generalis; Quas, cæteris, ut præfertur, revocatis, & rejectis, tam in materia prædicti contrahendi matrimonii, quam aliorum superius specificatorum in sua roboris firmitate manere volumus & decernimus, ac illas dumtaxat denuo, ubi opus sit, confirmamus, & validamus, hanc nostram firmam conclusionem tenore præsentium declarantes. Datum Armessiati die quindecima Augusti, Anno Domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo quarto. Signatum Loys. Per Dominum, præsentibus Dominis Illustri Petro de Borbonio, nec non Joanne Domino Chontaigne Petro de Balnia Domino Ruppis, Martino le Franc Præposito Lausannensi, Ginotino de Nores, Francisco de Thomatis, Præsidente Gebennesii, Ludovico Boninardi Magistro Hospitii. Declauso.

Excellentissimi vero & Illustrissimi præfati Domini Ducis Mediolani Procuratorum ad hæc videlicet, Magnifici & Spectabilium Domini Comitis Francisci de la Mirandula, Domini Georgii de Mayno Militis, Domini Petri de Pusterla Ducalis Aulici, Domini Cichi de Calabria Ducalis Secretarii, Domini Jacobi Calcaterræ in utroque Jure Doctoris, Procuræ, & mandata subsequuntur in hæc verba, videlicet:

Franciscus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ Angleriæque Comes, & Cremonæ Dominus. Sic comprobatam habemus non modo solidam in nos fidem & devotionem, verum etiam rectitudinem, modestiam, æquanimitatem, prudentiam, integritatem & plurimarum, ac magnarum quidem rerum experientiam, & usum Magnifici Amici dilectissimi Comitis Francisci de la Mirandula, ac Spectabilium & Egregiorum Domini Georgii de Maino Militis & Affinis, Petri de Pasterla aulicorum, Cichi de Calabria Secretarii, & Domini Jacobi Calcaterræ, Doctoris Charissimorum nostrorum, quod nullum tanti ponderis tantæque importantiæ negotium est, cujus curam & administrationem non libenter eis committamus, & nobis abunde non suadeamus, id, laudabilem per manus suas effectum & finem habiturum. Amplissimam ergo de hiis, & tamquam de nobis met ipsis fidutiam assumentes ipsos Dominos Comitem Franciscum, & Georgium, ac Petrum Cichum, & Dominum Jacobum, tenore præsentium ex certa scientia & de nostræ plenitudine potestatis, ac omnibus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius & validius, & solemnius ac efficacius possumus, & ita quod quatuor, & tres etiam eorum in aliorum absentia perficere, & concludere possint, facimus, creamus & constituimus nostros veros, legitimos, solemnes, & authenticos Procuratores, Commissarios, Nuntios & Mandatarios, & quicquid dici melius & esse possit spetialiter, & expresse ad Procuratorio nomine nostro praticandum, & tractandum, ineundum, concludendum & firmandum cum Illustrissimo Domino Ludovico, Duce Sabaudiæ, sive cum existentibus hic in præsentiarum suis Oratoribus & Procuratoribus, sive cum aliis quibuscumque ipsius Domini Ducis Sabaudiæ nomine, & mandato legitimam ad instrumenta conficienda dispositionem, & Procuram habentibus, inter ipsum Dominum Ducem, & nos, Pacem, Concordiam, Unionem, Intelligentiam, & Confœderationem, & quodcumque pactorum & fœderum genus cum illis Capitulis, verborum appositionibus, terminis, reservationibus, clausulis, solemnitatibus, modis & conditionibus, & formis, de quibus, & prout ipsis Commissariis, Procuratoribus, Nuntiis & Mandatariis nostris, de nostra mente plenius instructis videbitur & placebit. Item ad requirendum, accipiendum & capiendum ab ipsis Legatis liberationem, absolutionem & quietationem omnium jurium, & actionum, quæ & quas præfatus Dominus Dux Sabaudiensis pertinere quoquo modo, & spectare sibi prætenderet in Terris, Fortalitiis, jurisdictionibus, & pertinentiis aliquibus Valentiæ Basignanæ, Burgifranchi Pecceti, Petræ Marratiorum, Fraxcaroli, Bremidæ, Turris Beretorum, Sancti Angeli, Castri Noveti, Palestri, Conflentiæ, Casinæ de Bossis, Villatæ de Candia, Bulgari, Casalis Gualoni, Villatæ de Bulgaro, Vicolongi, Comitatus Blandratæ, Montis Castri, Pernastæ, & Casinis Casinellarum recepti, simulque si, & hujusmodi sunt aliæ & aliarum quarumcumque. Quas quidem Terras, Oppida, Fortilitia, Villas, & Loca, noviter recuperavimus, & in potestatem, ditionemque nostram redegimus, quemadmodum & a Potentissimo & Illustrissimo numquam delendæ memoriæ Principe, Domino Duce Philippo Maria Patre, Prædecessore nostroque honorandissimo tenebantur, & legitime possidebantur. Item & ad pariformiter postulandum, requirendum, accipiendum, assumendum & capiendum nomine nostro dimissionem, translationem, & a cujuscunque obligationis nexu liberationem, absolutionem & quietationem, accessionem omnium, & singulorum, qui Colligati, Confœderati, Adhærentes, Recommendati, Feudatarii,

datarii, Vaſalli, & Subditi erant præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Philippi Mariæ, Patris & Prædeceſſoris noſtri, qui adhæſerunt, ſeu ſe dederunt ipſi Domino Duci Sabaudiæ, & nobis pertinent, ſicuti ipſi Domino Duci Philippo Mariæ pertinebant: Quos quidem omnes & ſingulos pro nominatis hic, & ſufficienter expreſsis haberi decernimus, cum Terris, Fortilitiis, Oppidis, Locis, Villis, Pertinentiis & Jurisdictionibus ſuis; Et ad fieri proinde faciendum unum, & plura publica, & authentica Inſtrumenta cum illis pactis appoſitionibus Verborum Capitulis, ſolemnitatibus, terminis, clauſulis, conditionibus, modis, & formis, quæ & quemadmodum ipſis Commiſſariis, Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis noſtris de noſtra mente latiſſime inſtructis videbuntur & placebunt.

Et generaliter ad omnia alia, & ſingula in præmiſſis, & circa præmiſſa & eorum occaſione facienda, quæ neceſſaria, utilia, expedientia, & opportuna fuerint, quæque nos ipſi perficere poſſemus ſi præſentes adeſſemus. Dantes, impertientes, & concedentes prænominatis Commiſſariis, Procuratoribus, Nuntiis & Mandatariis noſtris plenum, largum, generale & ſpetiale mandatum in præmiſſis, & circa ea, & quodlibet eorum, etiamſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpetiale, vel ut nimis generalia dici verisimiliter poſſent in præſenti Mandato non comprehendi, nec venire, quæve nos ipſi facere poſſemus ut ſupra, & perficere, & vices noſtras eis totaliter, ac integre committentes: Et denique promittentes ſub obligatione omnium noſtrorum bonorum præſentium & futurorum, rata, grata, & firma habere, & obſervare, attendere & adimplere, & executioni demandare quæcùmque per antenominatos Commiſſarios, Procuratores, Nuntios & Mandatarios noſtros dicta, promiſſa, actitata & concluſa fuerint, aut per quatuor, vel tres etiam eorum, ut ſupra, in aliorum abſentia, & contra ea non facere, nec venire directe, nec per indirectum, palam, nec occulte, nec alio quæſito colore, præſentibus per unum menſem proximum firmiter valituris. In quorum teſtimonium præſentes fieri, & regiſtrari juſſimus, noſtrique Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die vigeſimo Auguſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto. Signatum Vincentius.

Hæc autem Mandata Procuratorum utriusque Partis ut ſupra, Nobis, Secretario, & Notariis infraſcriptis ad ſupra, & infra dicta, atque dicenda rogatis de verbo ad verbum interſerere, prout jacebant & ſe habebant, optimum conſultisſimumque viſum eſt pro conficiendorum omnium robore, ac firmamento.

Præfati Magnifici, & Clariſſimi Domini Procuratores memores Pacis inter Excellentias Dominorum ſuorum initæ & juratæ Anno milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo, die vigeſimo ſexto menſis Decembris, ac omnium, & ſingulorum in ea comprehenſorum & contentorum, cujus tenorem hic pro expreſſo & repetito haberi voluerunt, & volunt, præſertim ejus Capituli quod incipit: *Item actum extitit* &c. Ac memores etiam omnium, & quorumcunque exinde ſecutorum & per ipſos vel alterum eorum geſtorum, contractorum, ſeu factorum, volentes, ſalvis infraſcriptis, & ſupraſcriptis prædictæ Pacis vinculo, & obligationi inhærere, ac in ea perſiſtere & perſeverare, eam penitus approbantes, & confirmantes, niſi quatenus in præſenti Contractu contentis aliqualiter adverſatur, dictam Pacem, ut ſupra confirmaverunt, & in ea, ſalvis ut ſupra, omnimode perſeverare volunt, & perſeverant, & in quantum expediat, etiam ex abundanti, propter ſubortas poſt dictam Pacem inter eos controverſias, turbationes, & contentiones de novo fecerunt, & faciunt, quam pro majori inter ipſas partes pace, & tranquillitate perpetuis temporibus inter ſeſe ſincere, & inconcuſſe, bona fide, & inviolabiliter obſervare, & ex toto manutenere convenerunt, & ſolemniter promiſerunt cum infraſcriptis Capitulis, Conventionibus, & pactis videlicet.

In primis præfati Procuratores pro eorum Illuſtriſſimis Principibus & ipſorum filiis, deſcendentibus & Succeſſoribus ſuis ac pro eorum, & cujuslibet eorum colligatis, adhærentibus, Confœderatis, Complicibus, Subditis, Sequacibus & Recommendatis inhærentes Paci ſupradictæ, inter ipſos alias factæ, & in ea, ſalvis tamen infra ſcriptis, perſiſtentes & perſeverantes, &, in quantum expediat, de novo bonam, liberam, & ſinceram Unionem, & tranquillitatem, & perpetuam Pacem ineunt & firmant.

Item Procuratores prædicti nominibus quibus ſupra, & ut ſupra fecerunt, & faciunt viciſſimi liberam, & totalem quietationem, remiſſionem, & liberationem de omnibus, & ſingulis damnis, injuriis, offenſis, realibus ſive perſonalibus, aut mixtis, quæ partes ipſæ aut earum gentes, & Subditi quoquo modo adverſus ſe invicem intuliſſent, & feciſſent, & tam opere quam conſilio, vel auxilio; Et generaliter de quacumque invaſione, occupatione, apprehenſione, ſeu perturbatione usque in præſentem diem invicem, vel per alteram partium adverſus alteram quomodolibet illatis, & factis, remittentesque ſibi generaliter & vicisſim omnes pœnas, & omne intereſſe, ad quas, ſeu quod una pars alteri ſeu altera alteri usque in præſentem diem quommodocunque obligata eſſet; Et hæc niſi in quantum ad præſentis Contractus, & contentorum in eo corroborationem quovis modo cederent.

Item convenerunt Procuratores prædicti, ut ſupra, pro ipſorum Dominis, eorumque Filiis, Succeſſoribus, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, ac Subditis, ut ſupra nullo quovis modo ſe ſe, aut eorum ſtatum, Subditos, aut Vaſſallos, Colligatos, & ut ſupra, vel bona offendere vel moleſtare, turbare, vel damnificare realiter nec perſonaliter, aut mixtim, directe vel indirecte, palam, vel occulte aut alio quæſito colore, aut guerram ullam, turbationem, vel moleſtiam inferre ſeu offendenti vel offendere volenti conſentire, aut auxilium, Conſilium, vel favorem quoquo modo præſtare, niſi talis offendens eſſet colligatus alterius partis, & id faceret ad defenſam prius tunc ſibi motæ guerræ. Quo caſu dumtaxat liceat ipſi parti, cujus eſſet talis Colligatus eum defendere, durante & vigente ipſa Liga, & intelligatur colligatus, qui ex Liga hactenus facta reperiatur tunc Colligatus, & de qua Liga fiat per prius fides per publicam ſcripturam.

Item

Digitized by Google

Item convenerunt dictæ Partes dictis ut ſupra nominibus, quod ſubditi, Vaſſalli, Adhærentes, & Recommendati, ut ſupra poſſint, & valeant libere & impune, ac tuto hinc inde per Territoria præfatorum Dominorum ire, ſtare, redire, & mercari abſque ulla moleſtia, impedimento, & arreſtatione reali, vel perſonali, aut mixta, & abſque ulla novitate, ſimulque, quod ſi contingeret, quod aliqui adhærentes, Recommendati, vel Confœderati præfatorum Dominorum Ducum prætenderent aliquam injuriam aut violentiam ab altero ipſorum Ducum ſibi inferri, cujus adhærentes, recommendati & confœderati non eſſent; quod ipſi Duces differentiam hujusmodi intelligant, & diſcordias in Pacem, & Concordiam reducant.

Item convenerunt dictæ Partes prædictis ut ſupra nominibus, quod non teneatur aliqua ipſarum Partium nec quoquomodo obligata ſit tranſitum Gentium armigerarum, Equeſtrium vel Pedeſtrium, etiam ab exteris partibus venientium per Territorium, vel ex ſuo Territorio alteri parti aliqualiter concedere, vel permittere, & hoc non obſtante Capitulo Pacis alterius inter ipſos Principes initæ, quod incipit. Item quod quilibet ipſorum Dominorum poſſit de Territorio alterius &c.

Item quod omnes, & ſingulæ Terræ, Caſtra, Loca, & Villæ ſitæ, & ſita citra terminos, & confinia olim poſitos, & ordinata inter Novariam & Vercellas a bonæ & felicis memoriæ Domino Duce Philippo Maria inter ipſos Dominum Ducem Philippum Mariam & Dominum Ducem Sabaudiæ cum pertinentiis ſuis ſint, & eſſe debeant pleno Jure, & omnimodo Imperio, Jurisdictione, & Dominio præfati Domini Ducis Mediolani, & ad ipſum omnimode ſpectent, & ſpectare debeant, nec de iis aut eorum parte præfatus Dominus Dux Sabaudiæ, vel ejus Offitiales ſe ſe quoquo modo impedient, vel impedire poſſint, exceptis Terris Caſſinellarum & Recepti, quæ reſtituantur, & reſtitui debeant ipſi Domino Duci Sabaudiæ cum omni eorum Territorio Poderio, & Diſtrictu, qui ſpectaret &c. a dictis vero Confinibus ſupra per Territorium Vercellenſe ſit, & eſſe debeat pleno Jure, ut ſupra, præfati Domini Ducis Sabaudiæ ut ſupra; Ideo autem per Territorium Vercellenſe dictum eſt, quoniam Villata de Candia, quatenus ſit ultra dicta Confinia, cum tamen non ſit de Territorio Vercellenſi conventum eſt, quod ſicuti nunc eſt, ita in futurum ex præſenti Contractu remanere debeat ipſi Domino Duci Mediolani. Hoc etiam acto, & expreſſe declarato inter Partes prædictas, quod ſi aliqua terrarum quæ ſint citra prædicta confinia habeat aliquid Territorii, vel aliquam ſui partem ultra ipſa Confinia, in nihilo reſpondere teneatur aut ſe ſubmittere jurisdictioni Domini Ducis Sabaudiæ, ſed correſpondere in totum Terris ſuis. Hoc quoque acto, & declarato inter partes prædictas, quod quibuscunque Subditis Dominorum præfatorum, & cujuscunque ſtatus, gradus, & conditionis ſint, habentibus poſſeſſiones, & bona in Dominio, & Terris partis alterius, liceat & licitum ſit illis pacifice, libere, & quiete uti, frui, & gaudere, ac de fructibus eorum pro libitu ſuo diſponere: Et quod reſpectu onerum ab ipſo Domino Duce Mediolani ſuper ejus Terris, & Territoriis imponendorum ſubditi præfati Domini Ducis Sabaudiæ in ipſius Domini Ducis Mediolani Terris & Territoriis bona poſſidentes eo modo, & æque bene, neque plus neque minus tractabuntur, ſicuti ſubditi proprii ipſius Domini Ducis Mediolani, a quo onera ipſa imponentur;

Item quod Rebelles & Banniti partium capiantur ad petitionem partis cujus eſſent, intelligendo tamen de Rebellibus pro Crimine Læſæ Majeſtatis, & hoc capitulum publicari debeat per Proclama.

Item convenerunt nominibus quibus ſupra, quod ipſe Dominus Dux Sabaudiæ, poſt, ac ultra dimiſſas prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani Terras Valentiæ, Baſſignanæ, Burgi Franchi, Peceti, Pretæ, Freſcaroli, Turris de Deretis, Bremidæ, Sancti Angeli, Caſtelli Noveti, Palleſtri, Caſſinæ de Boſſiis, Conflientiæ, Villatæ de Bulgaro, Vicolongi, Comitatus Blandratæ, Montis Caſtelli, Præneſtæ cum ſuo Territorio, Villatæ de Candia Bulgari, Caſalis Gualloni, & aliarum, quæcumque ſint noviſſime recuperatarum per ipſum Dominum Ducem Mediolani, quas etiam cum eorum Fortilitiis, Juribus, Imperiis, Jurisdictionibus, hominibus, fidelitatibus, homagiis, præeminentiis, honorantiis, Regaliis, pertinentiis, & ſuperioritatibus quibuscunque; nec non omnia & ſingula jura, quocumque modo, & quacumque ex cauſa pertinentia, ſeu quæ dici poſſent pertinere, in aut ſuper vel pro eis, & qualibet vel aliqua earum, aut ad eas, vel earum occaxione; & ſpetialiter & nominatim vigore & occaxione cujusdam Contractus, & Inſtrumenti Pacis antedictæ, ſeu Conventionum & Promiſſionum alias factarum per, & inter ipſum Dominum Ducem Sabaudiæ, & ipſum nunc Dominum Ducem Mediolani, nondum tamen tunc Dominum Ducem Mediolani & eorum occaxione ſequutorum, executorum, & factorum eidem Domino Duci Mediolani ſponte, & ex certa ſcientia, & animo deliberato, dimittere & relaxare teneatur, & ſic in eum ex præſenti Contractu, quantum in ſe eſt, dictæ partes, dictis ut ſupra nominibus dimittunt & relaſſant, & pleno jure & omni titulo, quo melius, & efficacius poſſunt, dant & transferunt, ita ut ſupradictorum omnium reſpectu in hiis ſtatu, jure & gradu ſit, & permaneat in quibus Illuſtriſſimus quondam Dominus Philippus Maria Dux fuerat.

Item dicti Procuratores præfati Domini Ducis Sabaudiæ dictis ut ſupra nominibus libere relaxant, & liberant præfato Domino Duci Mediolani, ac eidem ex toto relaſſant, & ab omni juramento, promiſſione ſeu obligatione penitus liberant, & abſolvunt, factis quidem, ſeu contractis poſt mortem Illuſtriſſimi Domini Ducis Philippi omnes & ſingulos Vaſſallos, Adhærentes, & Recommendatos, ſive ſint ex Nobilibus de Candia, ſive de Coconate, ſive de Carreto, ſive de Caſtro novo, ſive de Curtimillio, ſive de Ponte, ſive de Romagnano, ſive de Viſco, ſive de Fliſco, ſive de Bonromeis, ſive de Grimaldis, ſive de Auria, ſive de Ferrariis, ſive ex aliis Nobilibus quibuscumque cujuscumque agnationis ſint, & parentelæ, qui Illuſtriſſimi Domini Ducis Philippi tempore mortis ſuæ Vaſſalli, aut Adhærentes, aut Recommendati fuiſſent, qui tamen non fuiſſent ſubditi, vel Vaſſalli, aut alias Adhærentes præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ ante mortem præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Philippi, eos omnes in eum primum ſtatum, formam, gradum, Conditionem, & modum reducendo, in quo fuerant tem-

Digitized by Google

pore mortis ipsius præfati Domini Ducis Philippi, nec non omnes, & singulas eorum omnium & cujuslibet eorum Terras, homines, præeminentias, honorantias, superioritates, Regalia, Imperia, ac Jurisdictiones cum omnibus eorum Fortaliziis, Castris, oppidis, ac Juribus, ac spetialiter omnes, & singulos habitatores, Incolas, terrigenas dictarum terrarum relassatarum, & nominatarum ut supra, & cujuslibet earum ac omni promissione, obligatione, dominio obedientia, subjectione, & homagii, fidelitatis, & juramenti nexu, quibus sibi quovis modo tenerentur, remittunt, relaxant, & liberant ut supra, ita ut a modo in antea non sint, nec esse intelligantur præfati Domini Ducis Sabaudiæ Confæderati, Colligati, Adhærentes, Recommendati, Vassalli, Feudatarii, Obedientiarii, nec Subditi, nec aliquo vinculo homagii, fidelitatis Juramenti, vel subjectionis, aliqualiter eidem astricti, sed omnino, & omni respectu sint & permaneant astricti, obligati, fideles, Vassalli, & Adhærentes sæpedicto Illustrissimo Domino Duci Mediolani, ejusque Filiis & Hæredibus ac Successoribus in statu, & Ducatu; Et supradicta intelligendo de hiis tantum, qui tempore mortis ipsius Domini Ducis Philippi ejus Feudatarii, Vassalli, Adhærentes, Recommendati, vel Colligati fuissent, de quibus liberatio & restitutio, & relassatio sine exceptione fit ut supra; Si vero aliqui essent, quos præfati Domini Duces, scilicet quondam Illustrissimus Dominus Dux Philippus, & Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ, ante mortem præfati ipsius Domini Ducis Philippi, pro Feudatariis, Vassallis, Adhærentibus, Recommendatis aut Cdlligatis suis accepissent, & sibi astrinxissent, & obligassent, qui debito Jure esse debuissent alterius eorum Vassalli, Adhærentes, Recommendati, aut Colligati, contingatque de hujusmodi, aut eorum aliquo aliquam in futurum dubitationem, contentionem vel discordiam exoriri ex nunc præfati Domini Procuratores dictis ut supra nominibus eligerunt, & eligunt unusquisque pro parte sua confitentes suos, pro ipso scilicet Domino Duce Sabaudiæ, *D*ominos aut Zofredum, Aluigi aut Gulielmum de Sandigliano *Do*ctores, & præfati Illustrissimi *D*omini *D*ucis Sabaudiæ Consiliarios, & pro ipso *D*omino *D*uce Mediolani *D*ominos aut Scevam de Curte, aut Jacobum Calcaterram *Do*ctores, & *D*omini sui Consiliarios, qui omnem in prædictis, & circa prædictorum quamlibet differentiam & controversiam cognoscant, & pro justitia debito Jure definiant; Convenerunt que ut Locus Casalis sancti Evaxii *D*ioceſis Vercellensis tamquam communis & acceptus utrisque partibus sit ille, in quo se transferentes, & ibi quantum opus, & necesse fuerit commorantes supradicti electi *D*omini confitentes, & Commissarii antedictarum altercationum, dissentionum, contentionum, & difinitionum causas cognoscant, terminent & expediant. Hoc etiam addito, quod suprascripti *D*omini Commissarii electi & ordinati ut supra habeant & teneantur cognoscere & terminare de omnibus violentiis & de omni injustitia, quas, & quam subditi præfatorum utrorumque *D*ucum & *D*ominorum prætenderent a tempore alias contractæ pacis, de qua supra sibi factas & illatas esse a quibuscunque Magistratibus, Officialibus, & Jusdicentibus ipsorum *D*ominorum *D*ucum summarie & de plano, sine strepitu, & figura juditii cognoscendo & decidendo.

Item quod si contingat aliquot subditos, Vassallos, Feudatarios, Adhærentes vel Recommendatos ipsarum partium recursum habere pro Justitiæ consecutione, & juribus suis, vel ad ipsos præfatos Dominos Duces, vel ad eorum Officiales, taliter in effectu ab ipsis Dominis Principibus & eorum Officialibus in consecutione justitiæ suæ tractentur, quod nullam omnino conquerendi causam, vel occasionem habeant, & nullum obinde recursum, necessitentur habere ad Dominum suum conquerentis justitiæ denegationem sibi factam esse.

Item convenerunt prædictæ partes dictis ut supra nominibus Procuratores quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur de præsenti confirmare, & ratificare Privilegia, Conventiones, Pacta & Literas quasdam alias usque de anno milleſimo tercenteſimo trigeſimo ſexto die quarto decimo menſis Junii, Communitati & Universitati, Mercatorum hujus Inclytæ Urbis Mediolani conceſſa & conceſſas per Inclytum olim Dominum Aymonem Comitem Sabaudiæ, ac deinde per Illuſtriſſimum Dominum Amedeum, Seniorem Comitem Sabaudiæ confirmatas, ratificatas, & de novo conceſſas, cum additionibus quibusdam ſub Anno Domini milleſimo tercenteſimo quadrageſimo ſeptimo die vigeſimo tertio menſis Maji, demum quoque confirmatas, ratificatas, & de novo conceſſas per Illuſtriſſimum Dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ, Ducem Chablayſii, Auguſtæ, in Italia Marchionem Genitorem ſuum ſub anno milleſimo tercenteſimo nonageſimo nono, die vigeſimo ſecundo menſis Martii, ut conſtat publicis Documentis, & Privilegiis inde confectis, mandando & curando omnimode ut prædicta Privilegia, Conventiones, Pacta, & Literæ prorſus & inviolabiliter, quantum ad ſe & ſuos pertinet, obſerventur per totum Territorium, Jurisdictionem, Dominium, & Confinia Domini Ducis præfati.

Item promittunt præfati Oratores præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ quod Gaſpari de Sueſſa peditum Comeſtabili reſtituentur illi Ducati ſui, quos ſibi aſportavit Antonius de Cantono, Cancellarius ſuus, infra terminum duorum menſium Proximorum, & immediate futurorum, promiſeruntque, ut de eorum Ducatorum quantitate & numero ipſius Gaſpari ſupradicti juramento ſtetur.

Item quod præſens Contractus debeat ratificari per partes principales infra menſem unum, quoniam, quamvis ad ſuperiora ante acta, & inferiora omnia legitime conficienda, Procuratores & Oratores ipſarum partium optima & ſufficientiſſima mandata habeant, & de Jure firmiſſima tamen ipſorum Principalium ſcilicet antedictorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducum ratificationem intervenire, major & uberior ſecuritas erit, & ad ipſorum contrahentium animorum quietationem amplior & laudabilior, & elapſo ipſo menſe infra dies quindecim inde proxime ſecuturos teneantur dictæ partes altera alteri deſtinare ratificationem præſentis Contractus cum incluſione, & inſertione præſentis Inſtrumenti de verbo ad verbum prout jacet.

Pro-

Digitized by Google

Promittentes inter se se, dictæ partes, sive earum Procuratores, ut supra, nullo unquam tempore guerram, offensam aliquam aut Status inquietitudinem vel turbationem ullo quovis modo movere, facere, vel inferre, aut moventi, facienti, vel inferenti, vel movere, aut facere volenti consentire, aut auxilium, vel favorem aliquem dare vel impendere per se vel alium, vel alterius nomine, mediate vel immediate, directe vel indirecte, aut alio quovis quæsito colore & quacumque ratione, vel causa, quæ per ipsas partes, aut aliquam ipsarum partium à tempore dictæ initæ Pacis citra, & usque in præsentem diem aliqualiter dici, allegari, vel quovis modo excogitari posset, ratis tamen, & firmis manentibus omnibus & singulis supra scriptis, & pro quibus omnibus solemniter, bona fide ac sincere attendendis & observandis juraverunt dictæ partes, sive earum Procuratores ut supra tactis sanctis Evangeliis manibus prædicta omnia, & singula omnimode attendere, & observare, non obstantibus aliquibus gestis factis, sive contractis à tempore dicta Pacis usque in præsentem diem per ipsas partes aut ipsarum aliquam, quæ in quantum ad præsentis Contractus, & Pacis Observationem ac omnium & singulorum in præsenti Contractu contentorum quoquo modo refragarentur, aut eis vel alicui eorum in aliquo adversarentur partes prædictæ, aut aliqua ipsarum nullatenus opponere, dicere, vel allegare quovis modo possint, vel possit; Et quantum ad præsentem Contractum, ac ejus robur & firmitatem, & contentorum in eo penitus habeantur, ac si facta, contracta, & gesta aliqualiter non fuissent, intelligendo tamen ratis & firmis manentibus omnibus suprascriptis.

Quare dicti Procuratores & Mandatarii prælibati Illustrissimi & Excellentissimi Domini Ducis Sabaudiæ pro una parte Procuratoriis nominibus quibus supra, & præfati Procuratores, Mandatarii præfati Illustrissimi & Excellentissimi Domini Ducis Mediolani, pro altera parte vicissim, & ad invicem quibus supra nominibus, promiserunt & vadeam dederunt obligando se se dictis modis & nominibus, quibus supra singula singulis congrua referendo, & omnia sua dictis nominibus bona præsentia & futura, mobilia & immobilia pignori sibi vicissim nominibus quibus supra, & ad invicem, videlicet una pars alteri, & altera alteri præsentes, stipulantes, & recipientes vicissim, & ad invicem singulorum, & supra dictorum omnium ut supra contentorum continentiam, qualitatem, tenorem & formam; quodque suprascriptæ partes dictis modis & nominibus quibus supra, & utraque earum vicissim, & ad invicem semper, & omni tempore præsens Instrumentum Pacis & Conventionum, ac Capitulorum, ac omnia & singula in præsenti Instrumento Contenta nominibus quibus supra attendent, observabunt, adimplebunt & executioni mandabunt, & ratum, gratum, & firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore, necaliquo modo ut supradictum contrafacient; Et hæc pariter omnia & singula sub fide bonorum fidelium & legalium Dominorum; quam cum omnes, tum potissimum Principes decet observare, & sub refectione & restitutione omnium Expensarum, damnorum & Interesse litis, & extra proinde fiendarum, & sustinendarum prædictorum causa & occaxione vicissim & ad invicem; & etiam sub pœna, & nomine pœnæ solemniter quibus supra nominibus promissæ, & in stipulatione deductæ Ducatorum centum millium auri in auro, dandorum & solvendorum per partem non attendentem, & non observantem, & attendere & observare recusantem prædicta omnia, & singula alteri parti attendenti & observanti, & attendere & observare volenti cum effectu, suprascripta omnia & singula; qua pœna soluta & exacta, vel non, nihilominus prædicta omnia, & singula suprascripta, & in præsenti Instrumento contenta, in omnibus & per omnia, & de verbo ad verbum prout in præsenti Instrumento continetur, & fit mentio rata, grata, firma, sint & permaneant, & executioni mandentur per & inter ipsas partes, & utramque earum vicissim & ad invicem. Renuntiando exceptioni præfatæ partes, & utraque earum vicissim & ad invicem modis, & nominibus, quibus supra, non facti, & non celebrati hujusmodi Instrumenti Pacis, Conventionum, & Capitulorum, modo & forma prædictis, & prædictorum & infradictorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum, et omni probationi, accusationi et defensioni in contrarium. Renuntiando etiam, et renuntiaverunt, et renuntiant ipsæ partes, et utraque earum vicissim et ad invicem dictis modis et nominibus quibus supra, exceptioni, quod non possint ullo tempore dicere, opponere, nec allegare sibi ob hoc vim, nec violentiam, aut metum factas esse, et omni sive doli, sive alterius cujuscunque modi exceptioni aut excusationi quam proinde facere posset in contrarium et sub omni alia qualibet solemnitate tam juris quam facti renunciatione ad hæc necessaria, aliter et cautelæ; Et de quibus omnibus præmissis et singulis præfati Magnifici Procuratores et Mandatarii præmisis modis et nominibus, quibus supra jusserunt, et rogaverunt per nos Johannem Philippum de Guaschonibus prælibati Illustrissimi Domini, Domini Ducis Sabaudiæ Secretarium, et Jacobum de Perego, prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani Scribam et Notarios Subscriptos, et utrumque nostrum fieri duo publica Instrumenta, ejusdem tenoris, videlicet ad opus cujuslibet partium unum.

Actum in Civitate Mediolani in Hospitio Puthei sito in porto Ticinensi, Parochia Sancti Sebastiani, videlicet in Sala residentiæ præfati Magnifici Domini Jacobi, Sabaudiæ Cancellarii, præsentibus Pronotariis Maffeo, de Suganappis, filio quondam Domini Andreæ Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Secretæ, et Petro de Cermenate, filio quondam Domini Joannis Portæ Cumanæ, Parochiæ Sancti Protaxii ad Monacos ambobus Civitatis Mediolani Notariis, et Pronotariis. Interfuerunt ibi testes Magnificus et Celeberrimus Doctor, Dominus Baptista de Guano, Orator Illustris Comitatus Januæ,

Digitized by Google

natus quondam Domini Barnabæ, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Gulielmus de Sandigliano, natus quondam Domini Dominici Civis Vercellarum circumspectus Dominus Franciscus de Valpergia, Legum studens, natus Domini Catellani, ex Comitibus Vallispergiæ, Nobiles Dominus Eusebius de Burgaro, natus quondam Domini Antonii similiter Civis Vercellarum, Jacobus de Lastria natus Domini Zeneti Civis Yporigiæ, Dominus Georgius de Via, filius quondam Domini Christofori, Cancellarius Communitatis Januæ, Nicolinus de Arborio, natus quondam Nobilis Antonii etiam Cives Yporigiæ, Aluysius de Moinardo, filius quondam Moinardi Civis similiter Vercellarum, Christophorus de Putheo, Hospes ipsius Puthei, natus quondam Domini Anselmi, Nobiles Viri Domini Joannes de Ulexiis, natus quondam Domini Ambroxii, et Cristoforus de Cambiago, filius Domini Jacobi, Ducalis Cancellarii, Nobilis Vir Dominus Georgius de Aliprandis, quondam Domini Antonii Portæ Vercellinæ, Parochiæ Monasterii Novi, et Jacobinus de Capellis natus Domini Pedrachi Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani omnes testes noti, idonei, vocati, et rogati.

Subscriptus cum signo Tabellionatus anteposito Ego Jacobus de Perego, filius quondam Domini Vanini Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stephani, ad Nuxigiam Notarius Publicus ac etiam Notarius et Scriba prælibati Illustrisimi Domini Domini mei Ducis Mediolani, jussus et rogatus tradidi, et aliis occupatus per alium scribi feci, et in fidem, et testimonium præmissorum signum mei Tabellionatus apposui, et me subscripsi una cum Suprascripto Phillippo Notario et Ducali Sabaudiæ Cancellario.

Subscriptus Ego Joannes Philippus de Guasconibus, de Trechate, Novariensis Diocesis, natus Domini Gerardi, nunc Burgensis Clavasii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illustrisimi Domini, Domini Ludovici, Ducis Sabaudiæ Secretarius, præmissis omnibus et singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent, præsens fui, úna cum prænominatis testibus, et exinde hoc præsens publicum Instrumentum una cum egregio et circumspecto Domino Jacobo de Perego, Notario publico, rogatus recepi, quod manu alterius scriptum cum Originali concordatum Solito meo Tabellionatus signo signavi in testimonium veritatis, et in eodem Instrumento contentorum.

LXXX.

Tabulæ fœderis inter Rempublicam Venetam, Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem, ac Communitatem Florentinam contra omnes invasores atque turbatores non lacesitos, ad viginti quinque annos & ultra, initi, d. d. 30. Aug. An. 1454.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Indictione secunda, die trigesimo mensis Augusti. Redemtor noster ad humanum genus oculo misericordi respiciens, ne more ferarum per seculum vagaretur, primum ea decem tulit mandata, quibus ipsum ab injuria compescereret, id solum pro tunc contentus exigere, quo a malo abstineret. Cum vero homini e fluctibus in portum mandatorum jam deducto non satis esset voluisse alterum non lædere nisi pro Charitatis amore proximo opem ferret, misericors & miserator Dominus escam dedit timentibus se, ineffabili namque & exuberabili caritatis ardore miseriam humanam prosecutus, proprii filii incarnationis, primum, ac demum Crucis & Passionis exemplo nos monuit, quod ad salutem comparandam non satis esset homini abstinere a malo nisi fiat quod bonum est, inde nobis nova septem mandata proveniunt, quæ nos opera Charitatis, seu misericordiæ nuncupamus, quibus alligamur atque compellimur non modo ab injuria proximi abstinere, sed Dominicæ passionis exemplo sibi plurimum esse benefici; Et cum duæ sint, ut sapienter dicerent, justitiæ partes, prima, ut ab injuria abstineamus, altera, ut ab homine injuriam propulsemus, deserit enim vitæ societatem, qui ad injuriam proximi propulsandam nihil confert studii, nihil operum, nihil facultatum. Sic & vera Pacis & Caritatis religio eisdem incessit passibus, & cumprimum nos ab injuria proximi compulisset ad sibi benefaciendum subsequenter redderet cautiores; quæ omnia pie ac sapienter considerantes illustrisimus Princeps & Excellentissimus Dominus Franciscus Foscari, Dux inclytumque Dominium Venetiarum, atque Illustrissimus Princeps & Dominus Dominus Franciscus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus; Illustrisque & Excelsa Communitas Florentiæ, cum per eam, quam humana fragilitas pacem appellat, quamque (Deo laudes!) in proximum contraxerunt, jam primum consecuti sunt, ut inter se ab injuria bellorum insidiis & ferocitate fideliter abstineant, volentes ex imitatione Dominica perfectiori Caritatis amore se invicem prosequi, ne quos tutari debent, deserere invicem videantur, sed plenam & uberem, non imperfectam, quam vulgus Pacem appellat, consequantur, ad infrascriptam confœderationem, unionem, intelligentiam & Ligam amice & unanimi concordio devenerunt. Ad quam ineundam, cum propter absentiam personaliter superesse non possint usi sano Legis Consilio, & permissione suos Sindicos, Mandatarios, Procuratores, Nuntios, de quibus infra constituerunt, & transmiserunt. Eapropter Spectatisimi & Clarisimi Viri Domini Carolus Marino, quondam Domini Rosi, Hieronimus Barbatico, quondam Domini Francisci, Procuratoris Sancti Martii, & Marcus Donato Juris utriusque Doctor Domini Natalis, honorabiles Cives Venetiarum Procuratores, Sindici, & Mandatarii antedicti Illustrisimi Domini Ducis, & Inclyti Dominii Venetiarum, ut patet publico Instrumento scripto, & publicato manu circumspecti Viri Emmanuelis Gerardi in præsentibus millesimo, & indictione, die vero vigesimo

Digitized by Google

simo primo mensis Augusti a nobis Notariis infrascriptis viso, & lecto, Sindicario & Mandatario nomine, & pro suis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, sequacibus, & Subditis ex una parte: & sapientissimi & clarissimi Milites, & utriusque Juris Doctores, Domini Guarnerius de Castiliono, & Nicolaus de Acimboldis, Commissarii, Mandatarii, Oratores, Nuntii Illustrissimi Principis Domini Francisci Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, ut patet duobus publicis Instrumentis altero confecto sub præsenti millesimo & indictione, die vero undecimo Maji decursi, manu circumspecti viri Johannis de Ulesiis, quondam Domini Ambrosii de Civitate Austriæ publici Imperiali, Apostolicaque auctoritate Notarii, nec non Cancellarii prælibati Illustrissimi Domini Ducis; Altero vero sub eodem millesimo & Indictione, die vero sexto mensis Augusti præsentis per eundem Notarium, & ambobus subscriptis per spectabilem Cichum, quondam Antonii de Calabria prælibati Illustrissimi Ducis Secretarium a nobis similiter Notariis infrascriptis visis & lectis dictis Mandatario, & Procuratorio nomine, & pro ejusdem sui Principis constituendis filiis & Hæredibus ac Successoribus, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, sequacibus, & Subditis, ex una alia parte, & sapientissimi & clarissimi Viri Domini Johannocius de Pandulfinis Miles, & Petrus spectabilis Cosmæ de Medicis honorandi Civis Florentini, Procuratores, Syndici, & Mandatarii Illustris & Excelsæ Communitatis Florentiæ, prout patet publico Instrumento scripto & publicato sub præsenti millesimo & indictione, die decimo mensis Maji præteriti per egregium Legum Doctorem Dominum Filippum Andreæ de Balduciis Notarium publicum Florentinum, Officialem, & Scribam Reformationum Populi & Communis Florentiæ; & altero Instrumento Prorogationis manu ejusdem die tertio mensis Augusti præsentis, ambobus rogatis, & publicatis per circumspectum Virum Joannem olim Petri de Stia Imperiali auctoritate Notarium a nobis similiter Notariis visis & lectis dictis Sindicario & Procuratorio nomine, & pro suis Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis ex una alia parte. Ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, ejusque Glorioſæ Virginis Matris Mariæ, totiusque cœlestis Curiæ Triumphantis, ad felicitatem & Pacem totius Italiæ, Tranquillitatem & quietem partium prædictarum, suorumque ut supra Hæredum & Successorum, Colligatorum, Adhærentium, Recommendatorum, Complicium, Sequacium, & Subditorum; atque omnimodam Pacis perfectionem, & robur, & vinculum, caritatis inter partes duraturam ad tutelam & conservationem statuum, & Dominiorum antea nominatorum optimo Consilio, & annuente Deo contrahunt, firmant, & ineunt invicem, & vicissim mutuis stipulationibus intervenientibus per singula Capitula specialiter repetitis infrascriptam Confœderationem unionem, intelligentiam & ligam cum infrascriptis Conditionibus, modis, pactis, obligationibus, conventionibus, pœnis, juramentis, ac temporibus, de quibus per Capitula particularius infra habetur mentio spetialis.

Primo namque Partes prædictæ pro se se, ac filiis, hæredibus, & Successoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus supra faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt, bonam, meram, & puram unionem, confœderationem, colligationem, intelligentiam, & ligam duraturam usque ad annos viginti quinque & ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipsis partibus placitum fuerit ad conservationem & defensionem Statuum ipsarum partium, & pro Statibus ipsarum per terram in Italia contra omnes de cætero non lacesitos, aut provocatos, ubicumque, sive in Italia, sive extra Italiam statum habentes, turbantes, seu turbare volentes, aut inquietantes, seu molestantes, vel molestare seu inquietare volentes, partes prædictas, seu earum aliquam, neminem turbantem, molestantem, seu inquietantem excipiendo, undecumque venerit, cujuscumque gradus, & dignitatis existant, etiamsi tales essent, de quibus necesse esset, fieri mentionem spetialissimam etiam Individuo, quæ hic pro facta habeatur, ac etiam per mare ubique, si aliqua dictarum partium a Dominis, aut Communitatibus habentibus statum in Italia offenderetur, sint quicumque velint.

Item quod omnes partes prædictæ infra terminum duorum mensium inchoandorum a die conclusionis præsentis Contractus mittere teneantur Oratores suos ad Summum Pontificem, & ad Serenissimum Regem Arragonum, adhortandum & rogandum, ut cum partibus prædictis Ligam ingrediantur cum illis conditionibus, Capitulis, & conventionibus honestis & rationabilibus. de, & pro quibus dictæ partes cum ipsis convenient, & concordes erunt, secundum exigentiam & decentiam partium, salvis tamen semper manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item convenerunt, & promiserunt partes prædictæ habere, & tenere toto tempore dictæ Unionis, & Ligæ, videlicet Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum tempore Pacis saltem equites sex mille, & pedites duos mille bonarum gentium suis propriis sumptibus; Illustrissimus Dux Mediolani obligetur eo tempore Pacis tenere saltem equites sex mille, & pedites Duos mille; Excelsa vero Communitas Florentiæ ipso tempore Pacis equites duos mille, & pedites mille; Tempore autem Belli obligentur partes ipsæ habere, & tenere videlicet illustrissimum Dominium Venetiarum ad minus Equites octo mille, & pedites quatuor mille; & præfata Excelsa Comunitas Florentiæ equites quinque mille, & pedites duos mille, omnes sumptibus propriis partium prædictarum.

Item si forte, quod Deus avertat, occurreret, quod ad guerram deveniretur, non posit quovis modo per aliquam partium prædictarum fieri Pax, seu ad aliquam concordiam deveniri, nisi de communi voluntate & consensu omnium trium partium suprascriptarum.

Item quod facta conclusione præsentis Ligæ, ulla partium prædictarum devenire non posit ad aliquam intelligentiam, seu Ligam cum aliqua Potentia Italica, nisi de communi consensu, & voluntate omnium partium prædictarum, nisi illam fece-

Digitized by Google

fecerit ſine præjuditio, & cum reſervatione Capitulorum præſentis Ligæ, cui nullo pacto liceat derogare.

Item teneantur partes prædictæ, occurrente guerra ſicut præfertur, ſibi invicem ſuccurrere de gentibus prædictis ſecundum exigentiam & opportunitatem partes, ſive partium offenſarum & ſaltem usque ad medietatem numeri gentium per partes promiſſarum ut ſupra, ac etiam gentes ipſas mittere ad omnem locum & partem Italiæ contra partem offendentem, etiamſi offenſa facta fuerit per mare, ad omnem requiſitionem partis ſive partium offenſarum bona fide & toto poſſe usque ad guerram ipſam, & impreſam per Pacem, aut victoriam finitam. Et hoc totiens fieri debeat, quotiens occurreret caſus guerræ, durante tempore præſentis Unionis & Ligæ.

Item ſi forte occurreret, quod propter offenſam, quæ fieret per mare ut ſupra Illuſtriſſimum dominium Venetiarum neceſſarium judicaret Claſſem maritimam parare contra offendentes habentes Statum in Italia, eo caſu teneatur Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani & Excelſa Communitas Florentiæ ad omnem requiſitionem ipſius Illuſtriſſimi Dominii contribuere proportione ſua expenſæ Claſſis prædictæ, omni menſe Ducatos quinque mille auri, ſi, & in quantum armata ipſa fuerit Galearum viginti; qui quidem Ducati quinque mille æqua portione, & pro medietate ſolvantur per ipſos Illuſtriſſim. Dominum Ducem Mediolani, & Excelſam Communitatem Florentiæ, & ſi armabuntur Naves, computetur, & intelligatur in eo numero Expenſa cujuslibet navis pro duabus Galeis; ſi vero armata prædicta minor fuerit Galeis viginti expenſa navium computata ut ſupra tanto minus per ratam ſolvi debeat per præfatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & Excelſam Communitatem. Reliquum autem Expenſæ Claſſis prædictæ, etiamſi major fuerit, ſolvi debeat per Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum; & præmiſſa totiens bona fide fieri & ſervari debeant, quotiens caſus prædictus advenerit.

Item ſi contingerit, quod ab una dictarum partium ad alteram, vel ab altera ad alteram in ſubſidium alicujus partis gentes mitterentur, illa pars, in cujus Succurſum & præſidium gentes ipſæ miſſæ fuerint, teneatur & debeat eisdem gentibus miſsis, quando ſe reperient in Territoriis, & Dominiis ſuis providere de allogiamentis, ſtationibus, & victualibus; quæ tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis, & pretio, quo vendentur gentibus partes cui mittentur, & etiam in omnibus aliis neceſſariis & in ſimilibus conſuetis gentes ipſas miſſas tractare, quemadmodum gentes partis offenſæ tractabuntur.

Item quod quælibet partium prædictarum teneatur infra terminum menſium duorum inchoandorum a die celebrationis præſentis contractus in ſcriptis nominare ſuos Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, complices & ſequaces; qui quidem ſic nominandi infra terminum quatuor menſium numerandorum a die ſtipulationis præſentis Contractus ratificaſſe, & prædictam denominationem approbaſſe teneantur, quo caſu benefitio preſentis unionis gaudere poſſint, aliter non; Hoc tamen declarato & intellecto, quod pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, nominari poſſint illi, qui per Pacem nuper factam poterant numerari, & pro quando nominari poterant. Qui tamen nominandi tunc demum gaudant benefitio præſentis Ligæ, ſi infra tempus ratificandæ Ligæ prædictæ fecerint, & reſtituerunt, quæ facienda & adimplenda, ac reſtituenda veniebant ex Capitulis Pacis utriusque contractis; cum per hoc Capitulum, nec etiam per tempus ſupra limitatum ullatenus derogetur, nec derogatum intelligatur; quin immo illa fieri poſſint, quæ per Capitula prædicta Pacis utriusque Contractus fieri poterant.

Item quia Illuſtriſſimus Dominus Dux, & inclyta Communitas Januæ ſunt inter Italiæ Potentias, magnum, & notabile Membrum, & Pacem hoc anno contractam inter Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum ex una & Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani ex alia partibus ratificaverunt, & approbaverunt pure & ſimpliciter, quantum ad partes ſupra nominatas & Ligam contrahentis pertinet, convenerunt partes prædictæ, quod dictis Illuſtriſſimo Domino Duci & Magnificæ Communitati Januæ reſervetur, & reſervatus eſſe intelligatur Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam, cum pactis, Capitulis, modis, & Conventionibus honeſtis & rationibus; ſecundum quod ipſis partibus, in Liga exiſtentibus, & eidem Domino Duci & Communitati Januæ concordantibus videbitur & placuerit.

Item quod Illuſtri, & Excelſo Domino Borſio, Duci Mutinæ, & Regii, & Marchioni Eſtenſi, &c. pro ſe, ac filiis & hæredibus reſervetur & reſervatus eſſe intelligatur, Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, Capitulis, modis, & Conventionibus honeſtis & rationabilibus ſecundum quod ipſis partibus in Liga exiſtentibus, ac ipſi illuſtri Domino Duci Mutinæ ſimul concordantibus videbitur, & placuerit, firmis tamen, & in omnibus ſalvis manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item ut præcidatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis, quod ſi aliqua Pars in Liga comprehenſa, vel quæ poſt contractum Ligæ Ligam intrabit, aut aliqui Domini, vel Communitates pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, aut Complicibus datis per aliquem partium in Liga comprehenſarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, aut Colligatos, Adhærentes &c. alicui partium non intelligatur Liga violata quo ad alias partes non contrafacientes, ſed omnes aliæ partes principales in Liga comprehenſæ teneantur ad requiſitionem partis offenſæ contra offendentem ſubſidia præſtare offenſo pro ejus defenſione toto poſſe & bona fide, ſecundum caſus exigentiam, quemadmodum facerent, & facere deberent ſi talis offendens non eſſet in Liga tamquam Principalis, aut acceſſorius ullo modo comprehenſus.

Item contingente caſu guerræ cum aliqua ex prædictis partibus in Liga comprehenſis, aut aliquo ex Colligatis, adhærentibus &c. partes aliæ teneantur non ſolum non dare tranſitum, receptum, & victualia gentibus ad offenſam alicujus

Digitized by Google

cujus partium transeuntibus, sed illis transitum interdicere, non solum denegando sibi praedicta, sed etiam toto posse, & omni suo conatu obsistere, ne transitum habeant ad offensas ut supra, bona fide, & secundum casus exigentiam.

Item quod praesens Liga & Confoederatio solemniter publicetur die exposi declaranda, cum solemnitatibus & processionibus in similibus consuetis.

Item quod praesens Liga Confoederatio per partes principales infra terminum dierum quindecim proxime futurorum hinc inde in forma valida, & authentica per publica Instrumenta, vel Litteras ratificari debeat.

Item quod ex aliquibus, quae dicta sunt supra, vel dicantur in Contractu praesentis Ligae non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque contractu Pacis salvis praemissis.

Quam quidem Ligam, Unionem, & Confœderationem, & omnia, & singula suprascripta & infrascripta promiserunt dicti Sindici, & Procuratores, ac contrahentes suprascripti & quilibet ipsorum Sindicariis & Procuratoriis nominibus, quibus supra sibi invicem & vicissim unus alteri, & alter alteri, & unus omnibus, et omnes uni stipulationibus debitis hinc inde intervenientibus, & nobis Notariis infrascriptis, & publicis personis stipulantibus & recipientibus, vice & nomine omnium, quorum interest vel interesse poterit in futurum firmam, ratam, gratamque, ac firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, observare, & observari facere, & adimplere effectualiter & in totum, & non contrafacere, dicere, opponere, vel venire per se vel alium, seu alios, modo aliquo, vel ingenio, directe vel indirecte, tacite, vel expresse, de jure vel de facto, aut aliquo quaesito colore in juditio, vel extra, in poena, & sub poena Ducatorum ducentorum millium auri, quam poenam constituunt se soluturos Venetiis, Mediolani, Florentiae, Bononiae, & in quolibet alio Loco, Civitate, vel Castro, solemni stipulatione praemissa. Quae poena totiens committatur, & commissa intelligatur per observantem partem, & in fide stantem a parte non observante, vel in fide non stante totiens peti possit, & exigi cum effectu, quotiens in praedictis vel aliquo praedictorum fuerit quomodolibet contrafactum, vel contraventum, aut non observatum, vel omissum; Et poena soluta, vel non, exacta, vel non, una vice vel pluribus, nihilominus praedicta omnia, & singula firma perdurent, et sub eadem poenae stipulatione debeant à partibus inviolabiliter observari.

Pro quibus omnibus & singulis firmiter observandis & adimplendis obligaverunt dicti Sindici & Procuratores sibi invicem et vicissim nominibus antedictis, & debitis stipulationibus hinc inde intervenientibus pignori omnia eorum, & cujuslibet eorum constituentium, bona mobilia & immobilia Status, & Dominia, praesentia & futura, ac etiam Subditos, ac bona Subditorum, & cujuslibet eorum.

Renuntiantes sibi invicem & vicissim partes praedictae nominibus quibus supra in praedictis omnibus & singulis exceptioni dictae Unionis, Ligae, & Confoederationis non factae, non sic factarum promissionum, Obligationum, & Conventionum suprascriptarum, & praedictorum omnium non sic gestorum, et non sic celebrati Contractus, & omni Exceptioni & Conditioni sine causa, vel ex injusta causa privilegio fori, doli mali, & in facto, novarum Constitutionum, beneficio Epistolae divi Adriani & de fidejussoribus, et omni alii Legum, Jurium, & Constitutionum auxilio, & Legi dicenti generalem renunciationem non valere, nec non omni privilegio Litteris et absolutionibus impetratis, vel impetrandis, quibus contra praedicta, vel aliquod praedictorum possent se tueri, dicere, facere, vel venire.

Et ad majorem Expressionem & firmitatem omnium praedictorum, praedicti Sindici & Procuratores, & quilibet ipsorum in animabus & super animabus quorum sunt Procuratores & Syndici tactis Sacris Scripturis ad Sancta DEi Evangelia, sic, ut praemissum est, in omnibus, & singulis superius nominatis attendere, & observare, et attendi et observari facere corporaliter juraverunt.

Mandantes, rogantes, & volentes, quod de praemissis omnibus et singulis, per nos Notarios infra scriptos, unum et plura confici debeant Instrumenta ejusdem tenoris, & continentiae.

In praemissorum autem fidem, et robur praefatus Illustrissimus Dominus Dux Venetiarum mandavit praesens Instrumentum bulla sua plumbea pendente muniri.

Actum Venetiis in Monasterio Sancti Georgii pro nunc Loco residentiae Spectatissimorum Oratorum, Excelsae Communitatis Florentiae; praesentibus Venerando & Reverendo Patre Domino Fratre Simone de Camerino Ordinis Heremitarum Sancti Augustini, Clarissimis & famosissimis Juris utriusque Doctoribus, Domino Johanne de Prato & Domino Francisco de Capitibus Listae de Padua, ac circumspecto Viro, Ulixe de Aleotis, Secretario Illustrisimi Ducalis Dominii Venetiarum, Egregio & Nobili Viro, Johanne de Surigonibus, filio quondam Domini Petri, Cive Mediolanensi, ac egregiis et Nobilibus Viris, Francisco de Castiliono nato spectatissimi Domini Guarnerii Oratoris et Mandatarii ut supra, & Guido Antonio de Arcimboldis, nato Spectatissimi Domini Nicolai Oratoris, & Mandatarii ut supra, ac Guidone de Castilione filio quondam Domini Johannis de Medilano & circumspecto Viro Johanne de Castello Notario & Cive Ferrariensi, Thomasio de Comitibus filio quondam Domini Federici de Mediolano, nec non Egregiis ac Nobilibus Viris, Johanne Francisco nato spectabilis Militis Domini Rolandi de Medicis, Almerico Johannis Almericii de Benciis, & Pandulfo Johannis de Oricellariis, ac Carolo Antonii Paphi, Civibus Florentinis & aliis testibus ad praemissa vocatis, habitis et rogatis.

Ego Dominicus Bellonus, quondam Ser. Jacobi publicus Imperiali auctoritate ac Ducalis aulae Venetiarum Notarius, praedicta omnia de

Digitized by Google

Actis, & Abbreviaturis infrascripti Egregii Viri Domini Alexandri a Fornacibus, ac ejus jussu traxi, transumsi et in hanc publicam formam redegi, et in evidentiam et Testimonium praemissorum me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Alexandes à Fornacibus, quondam Domini Absalonis de Venetiis publicus Imperiali auctoritate Notarius, præfati Illustrisimi Ducalis Dominii Venetiarum Secretarius, prædictis omnibus & singulis interfui, eaque rogatus una cum infrascriptis Notariis publicis scripsi, & publicavi, sed aliis occupatus per suprascriptum Dominicum etiam Notarium publicum ex Actis meis transcribi, et in hanc publicam formam redigi feci, &, ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Ambrosius de Cavalleriis filius Domini Francisci de Civitate Mediolani, Publicus Imperiali auctoritate Notarius, & praefati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius, prædictis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus cum suprascripto & infrascriptis Notariis publicis, et in hanc publicam & authenticam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Et Ego Joannes quondam Acta mani de Caffaretis, de Vulteriis publicus Imperiali auctoritate Notarius & Judex Ordinarius & nunc Cancellarius Prænominati Spectatissimi Petri Cosmae de Medicis Oratoris ut supra, praedictis omnibus et singulis interfui, eaque rogatus una cum suprascriptis & infrascriptis Notariis publicis scripsi, & in hanc publicam formam redegi, & ad evidentiam pleniorem me subscripsi, Signumque meum apposui consuetum.

Ego Pierocius quondam Corbini Bartholomaei Civis Florentinus publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Cancellarius praefati Spectatissimi & clarissimi Militis, Domini Jannocii Angeli de Pandulfinis Oratoris ut supra praedictis omnibus, & singulis interfui, eaque rogatus una cum suprascriptis Notariis publicis scripsi, et in hanc publicam formam redegi, et ad evidentiam pleniorem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Ego Joannes Ambrosius de Corbeta, Filius quondam Domini Franceschini Portae Vercellinae Parochiae Sancti Nicolai intus Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac praefati Domini Nicolai de Arcimboldis Cancellarius, rogatus, una cum suprascriptis Notariis, tradidi. In cujus fidem propria manu me subscripsi, & signum meum apposui consuetum.

LXXXI.

Instrumentum de receptione Communitatis Bononiae in fœdus illud facta, d. d. 3. Sept. An. 1454.

In Nomine Domini, Amen.

Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadragentesimo quinquagesimo quarto Indictione secunda die tertio Mensis Septembris. Cum ad notitiam Magnificae Communitatis Bononiae devenerit, ineundam fore Confoederationem, Unionem, Intelligentiam & Ligam inter Illustrisimum Principem & Excellentissimum Dominum, Dominum Franciscum Foscari, Dei gratia Ducem Inclytumque Dominium Venetiarum ex una parte, & Illustrissimum Dominum Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani Papiæ Angleriæque Comitem ac Cremonæ Dominum, ex alia parte ac Excelsam Communitatem Florentiæ item ex una alia parte ad Conservationem & Pacem Statuum & Dominorum suorum, immo, quoniam omne bonum eo melius quo pluribus conjungatur, ad tranquillitatem & felicitatem totius Italiæ considerans præfata Magnifica Communitas Bononiæ, quantum Statui suo populari conduxerit, quantumque attulerit Commodi & Dignitatis Liga, qua Illustrisimo Dominio prædicto Venetiarum, & Excelsæ Communitati Florentiæ se alias alligarunt, atque junxerunt, videlicet ab anno millesimo quadricentesimo quadragesimo tertio, usque in diem præsentem cupiensque sub eadem tutela, ac protectione diutius permanere, ac se per longiora Sæcula conservare, atque protegere, infrascriptis suis Oratoribus Venetias transmissis, dedit in mandatis procurandi, & omni honesta Instantia petendi, ut huic novæ confoederationi, & Ligæ fiendæ inter tres Potentias, & Dominia antedicta suscipiatur, & acceptetur pro colligatis, Adhærentibus, & Confoederatis a præfatis tribus Potentiis specialiter cum illis Capitulis, Pactis & modis contentis in Liga antedicta anni millesimi quadringentesimi quadragesimi tertii, & per tempus & terminum, quo hæc nova Confoederatio, & Liga durabit inter tres Potentias & Dominia antedicta. Cumque præfati Oratores, videlicet spectabiles Viri Virgilius olim Gasparis de Malvetiis, & Jacobus quondam Pelegrini de Lingratis Cives Bononienses, Sindici & Procuratores legitime & solemniter constituti a Magnificis & Potentibus Dominis sedecim Reformatoribus Status libertatis Bononiæ Civitatis in sufficienti numero congregatis, & more solito convocatis, & cum consensu & voluntate Reverendissimi in Christo Patris, & Domini, Domini Besserionis Episcopi Tuscholani, miseratione divina Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Niceni Bononiæ &c. Legati Apostolici, sicut apparet publico & authentico Instrumento Sindicato scripto, & in formam publicam redacto Anno præsenti millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Indictione secunda, die quarto decimo mensis Junii manu Alberti olim Petri de Parisiis Civis Bononiensis publici Imperiali auctoritate Notarii, a nobis Notariis infrascriptis viso & lecto, per

quod

Digitized by Google

quod ipsi Oratores, Sindici, & Procuratores habent ad hæc & talia facienda plenam libertatem & facultatem, a prædictis sedecim Reformatoribus status libertatis Civitatis Bononiæ, habenses notitiam de conclusione dictæ Unionis, & Ligæ, ac pro exequendis his, quæ ab ipsa sua Communitate habent in Mandatis, fecerunt requisitionem prædictam Serenissimo Principi, & Domino Domino Duci antedicto, ac inclyto Dominio Venetiarum, nec non spectatissimis, & clarissimis militibus ac Juris utriusque Doctoribus Dominis Guarnerio de Castiliono & Nicolao de Arcimboldis Oratoribus prædicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani ac spectabilibus Dominis Jannocio Angeli de Pandulfinis, Militi & Petro spectabilis Cosmæ de Medicis Oratoribus prædictæ Excelsæ Communitatis Florentiæ, ut in dictam Ligam prædicta Magnifica Communitas Bononiæ, sicut superius dictum est susciperetur; et prædictæ tres Potentiæ, & Dominia pro eorum, ad ipsam Magnificam Communitatem Bononiæ affectione & pro faciendo ei rem gratam contentæ fuerint, atque sint ipsi Magnificæ Communitati in hoc complacere, ac quod per præsens publicum Instrumentum appareant. Idcirco spectabiles & Generosi Dominus Carolus Marino quondam Domini Rossi, & Hieronymus Barbadico, quondam Domini Francisci Procuratoris Sancti Marci, Sindici, Procuratoris, & Nuntii prædicti Serenissimi Domini Ducis & inclyti Dominii Venetiarum, ut apparet publico instrumento Syndicatus Scripto, & in publicam formam redacto manu Emmanuelis Gerardi Notarii publici, Anno, Indictione, Mense, & die præsentibus, & Bulla plumbea brevati Domini Venetiarum munito & a nobis Notariis infrascriptis viso & lecto; & antedicti Spectatissimi Milites, & Doctores Domini Guarnerius de Castiliono, & Nicolaus de Arcimboldis Oratoris, Syndici & Procuratoris prædicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, ut apparet duobus publicis Instrumentis scriptis, & in formam publicam redactis altero sub præsenti millesimo, & indictione die vero undecima Maii, manu circumspecti Viri Johañis quondam Domini Ambrosii de Ulleriis de Civitate Austriæ publici Imperiali, Apostolicaque auctoritate Notarii, nec non Cancellarii prælibati Illustrissimi Domini Ducis, altero vero sub eodem millesimo, & indictione, die vero sexto mensis Augusti per eundem Notarium, & Ambobus subscriptis per spectabilem Cichum, quondam Antonii de Calabria prælibati Illustrissimi Domini Ducis Secretarium, nec non prædicti Domini Jannocius Pandulfino, & Petrus Cosmæ de Medicis Oratores, Syndici, & Procuratores prædictæ Excelsæ Communitatis Florentiæ, ut apparet per duo publica Instrumenta scripta & publicata, unum sub præsenti millesimo, & indictione, die decimo Mensis Maii præteriti per egregium Legum Doctorem Dominum Filippum Andreæ de Balduciis Notarium Publicum Florentinum Offitialem & Scribam Reformationum Populi, & Communis Florentiæ, & alterum manu ejusdem die tertio mensis Augusti præteriti, ambobus & publicatis per circumspectum Virum Johannem olim Petri de Stia Imperiali auctoritate Notarium, a nobis similiter Notariis visis et lectis. Tenore præsentis Instrumenti dictis Sindicariis & Procuratoriis nominibus susciperunt & acceptaverunt, ac suscipiunt & acceptant in prædictam Confœderationem, Unionem & Ligam factam et initam inter tres Potentias & Dominia susprascripta annis viginti quinque duraturam. Præfatam Magnificam Communitatem Bononiæ, seu antedictos spectabiles Virgilium de Malvetiis, & Jacobum de Lingratis ejus Oratores, Syndicos, & Procuratores ac Mandatarios præsentes & requirentes ac acceptantes nomine & vice prædictæ suæ Magnificæ Communitatis cum pactis, modis, & conditionibus, ac capitulis infrascriptis, videlicet.

Primo quod prædictus Illustrissimus Dominus Dux, & Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ teneantur dare omnes favores possibiles dictæ Magnificæ Communitati Bononiæ ad conservandum ejus libertatem, & statum Popularem.

Item quod dicta Magnifica Communitas Bononiæ teneatur, & debeat esse amica amicorum, & inimica Inimicorum prædictorum Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, & viceversa dictum Illustrissimum Dominium Venetiarum, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani & Excelsa Communitas Florentiæ habere debeant amicos dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ pro amicis & inimicos pro inimicis, declarando, quod illi intelligantur Inimici Bononiæ, qui contra Civitatem Bononiæ ejusque Districtum, & Comitatum hostiliter venirent, donec illam Civitatem & Comitatum actualiter offenderent.

Item teneatur, & debeat dicta Magnifica Communitas Bononiæ habere, & tenere sumptibus suis tempore belli equites mille ducentos, & pedites sexcentos; tempore autem Pacis equites sexcentos & pedites trecentos bonarum gentium, quas gentes armigeras, & pedites, aut earum vel eorum partem, sicut erit expediens, ipsa Magnifica Communitas Bononiæ mittere, & exercere teneatur ad favores, & commoda ipsius Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrissimi Domini Ducis Mediolani & Excelsæ Communitatis Florentiæ, aut cujuslibet ipsorum Dominiorum in Casibus occurrentibus ad requisitionem eorum, vel alicujus eorum, secundum exigentiam rerum & temporum, cum securitate tamen dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ.

Item quod dicta Magnifica Communitas Bononiæ non possit, durante tempore hujus intelligentiæ, & Compositionis facere vel tractare aliquam Ligam, Confœderationem, Adhærentiam, complicitatem, vel intelligentiam, aut concordiam, nec aliquam practicam tenere cum aliquo Domino, Dominio, Communitate, aut alio, vel aliis, quiqui sint, nisi intervenientе scitu & consensu dictorum Illustrissimi Dominii Venetiarum Illustrissimi Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, & e converso dictum Illustrissimum Dominium Venetiarum Illustrissimus Dux Mediolani et Excelsa Communitas Florentiæ

Digitized by Google

non possint facere aut concludere aliquod concordium, Ligam, aut Confœderationem contra præsentem statum libertatis, dictæ Magnificæ Communitatis Bononiæ, nec in ejus præjudicium absque scitu et Consensu ipsius Magnificæ Communitatis Bononiæ.

Item quod dicta Magnifica Communitas Bononiæ teneatur & debeat ad omnem requisitionem, & voluntatem præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustri Domini Ducis Mediolani, et Excelsæ Communitatis Florentiæ, aut alterius ipsorum Dominiorum dare receptum, transitum, & honestos omnes favores, & Commoda per destrictum, & Territoria sua quibuscumque gentibus armigeris, equestribus et pedestribus præfati Illustrissimi Dominii Venetiarum, Illustrisimi Ducis Mediolani, & Excelsæ Communitatis Florentiæ, quas dicti Illustrissimum Dominium Venetiarum, Illustrisimus Dominus Dux Mediolani, & Excelsa Communitas Florentiæ, vel alterum ipsorum mittere deliberabunt & volent, secundum exigentiam rerum & temporum pro opportunitatibus & commodis Status sui de partibus Lombardiæ; vel aliis Locis ipsius Illustrisimi Dominii Venetiarum, & Illustrisimi Ducis Mediolani ad Partes Tusciæ & Romandiolæ vel aliis Locis ad partes Lombardiæ, vel ad alia Loca ipsius Illustrisimi Dominii Venetiarum, & Illustrisimi Ducis Mediolani, sicut conveniens est huic mutuæ & fraternæ Intelligentiæ totiens, quotiens fuerit opportunum.

Item quod præfata Communitas Bononiæ teneatur & debeat intra dies viginti a die præsentis Conclusionis & stipulationis numerandos ratificasse & approbasse per publicum & authenticum Instrumentum in Solemni & valida forma præsentem Conventionem, & compositionem, et omnia & singula in præsenti Instrumento contenta, & nihilominus præsens Contractus ac omnes Conventionis Capitula, & promisiones suprascriptæ hinc inde factæ, & reliqua omnia ut supra concluſa valida sint, & firma, & inviolabiliter observentur. Quæ quidem omnia & singula suprascripta & infrascripta præfati Sindici, Oratores Procuratores, & Mandatarii, tam Illustrisimi Dominii Venetiarum quam Illustrisimi Ducis Mediolani, & Excelsiæ Communitatis Florentiæ, ac præfatæ Magnificæ Communitatis Bononiæ per solemnem stipulationem, sibi invicem, & vicisim promiserunt, & convenerunt, ac nobis Notariis infrascriptis stipulantibus & recipientibus vice, & nomine cujuslibet eorum rata, grata, firma & valida habere, tenere, attendere, observare, & non contradicere, vel venire per se, vel alium, vel alios, aliqua ratione, vel causa, de jure vel de facto sub pœna Integræ restitutionis, & refectionis omnium & singulorum damnorum, expensarum, & interesse Litis, & extra; qua pœna commissa vel non, soluta, vel non, nihilominus omnia, & singula suprascripta & infrascripta, firma perdurent. Pro quorum quidem omnium observatione præfati Syndici, Oratores & Procuratores nominibus quibus supra obligaverunt se se, Dominia, Subditos, bona quælibet sua atque statum præsentia & futura. Renuntiantes in præmisis omnibus, & singulis exceptioni Contractus non sic celebrati, rei non sic gestæ, promisionis & obligationis prædictorum non sic factorum, exceptioni doli mali, Conditioni indebiti, & sine causa, vel injusta causa, in factum actioni, constitutioni de pluribus reis debendis, exceptioni de fidejussoribus, & Epistolæ Divi Adriani, Statutis, reformationibus provisionibus, & quibuscunque aliis ordinamentis atque consuetudinibus, et Legi dicendi generalem renunciationem non valere, et Legi qua cavetur, quod dictæ Legi non possit renuntiari, et omnibus, et singulis aliis exceptionibus, auxiliis, Privilegiis, et benefitiis, quibus et per quæ contra præmissa, vel quodlibet præmissorum posset aliquid quomodolibet excipi vel opponi. Et ad majorem expressionem, et firmitatem omnium præmissorum antedicti Oratores, Syndici, et Procuratores, et quilibet eorum in animabus, et super animabus eorum, quorum sunt Procuratores et Syndici tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia, sic, ut præmissum est, in omnibus et singulis superius annotatis attendere, et observare, ac attendi et observari, facere corporaliter juraverunt. Et de prædictis suprascriptæ partes voluerunt per nos Notarios infrascriptos, unum, et plura Instrumenta confici debere unius et ejusdem tenoris, et continentiæ.

Actum Venetiis in Monasterio Sancti Georgii in Sala majori versus Canale majus; præsentibus Venerabili Fratre Symone de Camarino Ordinis Eremitarum Sancti Augustini spectabilibus et famosisimis Juris utriusque Doctoribus Dominis Joanne de Prato, et Francisco de Capitibus, Egregiis et Nobilibus Viris Guidone Antonio de Arcimboldis, filio præfati Spectabilis Domini Nicolai de Arcimboldis Ducalis Oratoris, ut supra, et Francisco de Castilliono, nato præfati Spectabilis Domini Guarnerii Oratoris Ducalis ut supra, Egregiis Viris Raphaele Montano Commissario in Venetiis, illustris Domini Ducis Mutinæ, Ulixe de Aliotis Secretario præfati Illustrisimi Dominii Venetiarum, Amoneto Johannis Americi de Bentiis, Pandulfo Johannis de Oricellariis de Florentia, Johanne Filio Magistri Zaccariæ de Zanubotis de Ferraria, et Tadeo Albarisano filio alterius Tadei de Ferraria, Raphaele Gabrielis de Luperis, Lentio quondam Gerardi de Mantuis, et Carulo Allamani de Blanchinis Civibus Bononiensibus omnibus, Testibus ad præmissa omnia convocatis habitis, spetialiter rogatis, et aliis.

Ego Bertucius Nigro, de Venetiis quondam Domini Blasii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius, nec non præfatæ Serenisimæ Dominæ Dominationis Venetiarum Secretarius, præmisis omnibus, dum sic agerentur, et fierent, una cum prænotatis testibus Præsens fui et rogatus cum Infrascriptis Notariis publicis me subscripsi, signumque meum consuetum apposui in fidem, et testimonium præmissorum.

Ego Ambrosius de Cavaleriis, filius Domini Franciſci de Civitate Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius et Cancellarius præfati Illustrisimi Domini Domini Ducis Mediolani de prædictis omnibus et singulis, dum sic agerentur,

Digitized by Google

rentur, et fiebant, interfui, eaque rogatus, una cum ſupraſcripto, et infraſcriptis Notariis publicis ſcribere ſcripſi, et in hanc publicam formam redegi, et ad evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ego Johannes Ambroſius de Corbeta, quondam Domini Franceſchini de Civitate Mediolani publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac præfati Domini Nicolai de Arcimboldis Cancellarius, dum ſic agebantur, et fierent, omnibus interfui, eaque rogatus una cum ſupraſcriptis et infraſcriptis tradidi, et in publicam formam redegi, et juſſus ſcribere ſcripſi, in cujus fidem propria manu me ſubſcripſi et ſignum meum conſuetum appoſui.

Ego Pierocius olim Cerbini Bartholomæi Civis Florentinus, ac Imperiali auctoritate Judex ordinarius, Notariusque publicus Florentinus, et nunc præfati Magnifici et Generoſi Militis Domini Jannocii Angeli de Pandulfinis Oratoris pro Illuſtri et Excelſa Communitate Florentiæ, ut ſupra Cancellarius, prædictis omnibus et ſingulis, dum ſic agerentur et fiebant, interfui, eaque rogatus cum ſupraſcriptis et infraſcriptis Egregiis publicis Notariis ſcribere ſcripſi, et in hanc publicam formam redegi, et ad evidentiam pleniorem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Ego Carulus quondam Becadelli de Becadellis Civis Bononiæ publicus Imperiali et Communis Bononiæ auctoritate Notarius, et nunc Cancellarius præfatorum Spectabilium Oratorum Bononienſium prædictis omnibus et ſingulis dum ſic agerentur et fierent, interfui, et ea omnia cum ſupraſcriptis Notariis ſcribere ſcripſi et publicavi, ac ſcripſimus et publicavimus. In quorum fidem hic me ſubſcripſi, ſignumque meum conſuetum appoſui.

LXXXII.

Franciſci Sforziæ, Mediolani Ducis Ratificatio, ſeu approbatio fœderis inter eum, Rempublicam Venetam atque Communitatem Florentiæ, die 30. Aug. An. 1454. ſanciti, d. d. 9. Sept. Anno 1454.

In Nomine Domini Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto indictione tertia decima ſecundum Curſum Civitatis Mediolani, die Lunæ nono menſis Septembris. Illuſtriſſimus Princeps & Excellentiſſimus Dominus, Dominus Franciſcus Sforzia Vicecomes, Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus natus quondam Celebris memoriæ ill. Domini Sforziæ de Attendolis &c. Cum ad ejus notiam, & certiſſimam indubitatamque cognitionem pervenerit, quod in Venetiis die Veneris trigeſimo menſis Auguſti proxime præteriti, inſpirante Divina Clemencia, facta, inita, celebrata & contracta ſint, bona ſincera & perfectiſſima intelligentia, Unio, Confœderatio, & Liga per & inter illuſtriſſimum Ducale Dominium Venetiarum, ſeu agentis pro eo, pro ſe, & ſuis Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus, & Subditis parte una, & prælibatum illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, ſeu per ſpectabiles Milites & Doctores Dominos Guernerium de Caſtilliono & Nicolaum Arcimboldum, Oratores & Procuratores ſuos, ejus nomine parte alia, ac illuſtrem & Excelſam Communitatem Florentiæ, ſeu agentes pro ea, pro una alia parte, ſimiliter pro ſe, & Hæredibus, & Succeſſoribus, & Colligatis, Confœderatis, Adhærentibus, Recommendatis, Complicibus, Sequacibus & Subditis prædictarum omnium partium ſingulariter referendo, ubi convenit; quodque proinde facta, & concluſa ſunt inter ipſas partes Capitula principalia, quæ Capitula etiam per me Notarium ſibi lecta, & eorum effectum, præfatus illuſtriſſimus Dux clare & expreſſe vidit, cognovit & intellexit, ut ibidem dixit & proteſtatus fuit, & dicit & proteſtatur, quorum quidem Capitulorum effectus & Subſtantia talis eſt.

Primo namque partes prædictæ, pro ſe, ac filiis, hæredibus, ac Succeſſoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus ſupra faciunt, firmant, jurant & contrahunt, bonam, meram, & puram Unionem, Confœderationem, Colligationem, intelligentiam, & Ligam duraturam usque ad annos viginti quinque & ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipſis partibus placitum fuerit ad conſervationem & defenſionem Statuum ipſarum partium, & pro Statibus ipſarum per Terram in Italia contra omnes de cætero non laceſſitos, aut provocatos ubicumque, ſive in Italiam ſive extra Italiam, Statum habentes, turbantes, ſeu turbare volentes aut inquierantes, ſeu moleſtantes, ſeu moleſtare aut inquietare volentes partes prædictas, ſeu earum aliquam neminem turbantem, moleſtantem, ſeu inquietantem, excipiendo undecumque venerit, cujuscumque gradus & dignitatis exiſtant, etiamſi tales eſſent, de quibus neceſſe eſſet fieri mentionem ſpecialiſſimam, etiam in individuo, quæ hic pro facta habeatur; ac etiam per mare ubique, ſi aliqua dictarum partium, a Dominis, aut Communitatibus habentibus Statum in Italia offenderetur, ſint quicumque velint. Item quod omnes partes prædictæ infra terminum duorum menſium inchoandorum a die concluſionis præſentis Contractus mittere teneantur Oratores ſuos ad Summum Pontificem, & ad Sereniſſimum Dominum Regem Aragonum, adhortandum, & rogandum, ut cum partibus prædictis, Ligam ingredian-

Digitized by Google

dantur cum illis Condictionibus, Capitulis, & conventionibus honestis & rationabilibus de & pro quibus dictæ partes cum ipsis convenient & concordes erunt secundum exigentiam & decentiam partium. Salvis tamen semper manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item convenerunt, & promiserunt partes prædictæ habere, & tenere toto tempore dictæ Unionis & Ligæ videlicet Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum tempore Pacis, saltem equites sex mille & pedites bis mille bonarum gentium suis propriis Sumptibus. Illustrissimus Dominus Dux Mediolani obligetur eo tempore Pacis tenere saltem Equites sex mille, & pedites bis mille. Excelsa vero Communitas Florentiæ equites bis mille & pedites mille pro ipso tempore Pacis. Tempore autem belli obligentur partes ipsæ habere, & tenere videlicet; Illustrissimum Dominium Venetiarum ad minus equites octo mille, & pedites quatuor mille, Illustrissimus Dominus Dux Mediolani equites octo mille, & pedites quatuor mille, & præfata Excelsa Communitas Florentiæ equites quinque mille &, pedites bis mille omnes Sumptibus propriis partium prædictarum.

Item si forte, quod DEus avertat, occurreret, quod ad guerram deveniretur, non posit quovis modo per aliquam partium prædictarum fieri pax, seu ad aliquam concordiam deveniri, nisi de communi voluntate, & consensu omnium trium partium suprascriptarum.

Item, quod facta Conclusione præsentis Ligæ ulla partium prædictarum devenire non possit ad aliquam Intelligentiam seu Ligam cum aliqua Potentia Italica, nisi de Communi Consensu & voluntate omnium partium prædictarum, nisi illam fecerit sine præjuditio, & cum reservatione Capitulorum præsentis Ligæ cui nullo pacto liceat derogari.

Item teneantur partes prædictæ, occurrente guerra sicut præfertur, sibi invicem succurrere de gentibus prædictis secundum exigentiam & opportunitatem partis, sive partium offensarum & saltem usque ad medietatem numeri gentium per partes præmissarum ut supra, ac etiam gentes ipsas mittere ad omnem Locum & partem Italiæ contra partem offendentem, etiamsi offensa facta fuerit per mare, ad omnem requisitionem partis, seu partium offensarum bona fide, & toto posse usque ad guerram ipsam, & impresiam per Pacem, aut victoriam finitam, & hoc totiens fieri debeat quotiens occurreret casus guerra durante tempore præsentis Unionis, & Ligæ.

Item si forte occurreret, quod propter offensam, quæ fieret per mare ut supra, Illustrissimum Dominium Venetiarum necessarium judicaret classem maritimam parare contra offendentes habentes Statum in Italia in eo casu teneantur Illustrissimus Dominus Dux Mediolani & Excelsa Communitas Florentiæ ad omnem requisitionem ipsius Illustrissimi Dominii contribuere pro portione sua expensas classis prædictæ, omni mense Ducatos quinque mille auri, si, & in quantum armata ipsa fuerit Galearum viginti; qui quidem Ducati quinque mille æqua portione, & pro medietate solvantur per ipsos Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani & Excelsam Communitatem Florentiæ; & si armabuntur naves, computetur, & intelligatur in eo numero expensa cujuslibet navis pro duabus Galeis: Si vero armata prædicta minor fuerit Galeis viginti, expensa navium computata ut supra tanto minus per ratam solvi debeat per præfatos Illustrissimum Dominum Ducem & Excelsam Communitatem. Reliquum autem expensæ Classis prædictæ, etiamsi minor fuerit, solvi debeat per Illustrissimum Dominium Venetiarum & præmissa totiens bona fide fieri, & servari debeant, quotiens casus prædictus advenerit.

Item quod si contingeret, quod ab una dictarum partium ad alteram, vel ab altera ad alteram in subsidium alicujus partis gentes mitterentur, illa pars in cujus succursum, & præsidium gentes ipsæ missæ fuerint, teneatur, & debeat eisdem gentibus misis, quando se reperient in Territoriis, & Dominiis suis providere de allogiamentis, stacionibus, & victualibus, quæ tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis eo pretio, quo vendentur gentibus præfatis cui mitterentur: et etiam in omnibus aliis necessariis & in similibus consuetis ipsas gentes missas tractare quemadmodum gentes partis offensæ tractabuntur.

Item quod quælibet partium prædictarum teneatur infra terminum duorum mensium inchoandorum a die celebrationis præsentis Contractus in scriptis nominare suos Colligatos, Adhærentes, Recommendatos, Complices, & sequaces, qui quidem sic nominandi infra terminum quatuor mensium numerandorum a die stipulationis præsentis Contractus ratificasse, & prædictam denominationem approbasse teneantur: quo casu benefitio præsentis Unionis gaudere possint, aliter non, hoc tamen declarato & intellecto quod pro Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, &c. nominari possint illi, qui per Pacem nuper factam poterant nominari, & pro quanto nominari poterant, qui tamen nominandi tunc demum gaudeant benefitio præsentis Ligæ, si infra tempus ratificandæ Ligæ prædictæ fecerint & restituerint, quæ facienda & implenda, ac restituenda veniebant ex Capitulis Pacis utriusque Contractus, cui per hoc Capitulum, nec etiam per tem-

Digitized by Google

tempus ſupra limitatum ullatenus derogetur, nec derogatum intelligatur, quin immo illa fieri poſſint. Quæ Capitula prædicta Pacis utriusque Contractus fieri poterant.

Item quia Ill. Dominus Dux, & inclyta Communitas Januæ ſunt inter Potentias Italiæ Magnum & notabile Membrum, & Pacem hoc anno contractam inter Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum ex una, & Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani ex alia partibus ratificaverunt, & approbaverunt pure & ſimpliciter, quantum ad partes ſupra nominatas, & Ligam contrahentes, pertinet, convenerunt partes prædictæ, quod dictis Illuſtriſſimo Domino Duci & Magnificæ Communitati Januæ reſervetur & reſervatus eſſe intelligatur Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis modis & conventionibus honeſtis & rationabilibus, ſecundum quod ipſis partibus in Liga exiſtentibus in eisdem Domino Duce & Communitate Januæ ſimul concordantibus videbitur, & placuerit.

Item ut præcidatur omnis materia turbationis Italicæ Pacis, quod ſi aliqua Pars in Liga comprehenſa, vel quæ poſt contractum Ligæ Ligam intrabit, aut aliqui Domini, vel Communitates pro Colligatis, Adhærentibus, Complicibus aut Recommendatis dati per aliquam Partium in Liga comprehenſarum offenderent, aliquam ex partibus principalibus, aut Colligatos, Adhærentes, alicujus Partium non intelligatur Liga violata quo ad alias partes non contrafacientes, ſed omnes aliæ partes principales in Liga comprehenſæ teneantur ad requiſitionem partis offenſæ contra offendentem Subſidia præſtare offenſo pro ejus defenſione toto poſſe, & bona fide ſecundum Caſus exigentiam, quem ad modum facerent & facere deberent, ſi talis offendens non eſſet in Liga tanquam principalis aut acceſſorius ullo modo comprehenſus.

Item contingente caſu guerræ cum aliqua ex prædictis partibus in Liga comprehenſis, aut aliquo ex Colligatis, Adhærentibus, partes aliæ teneantur non ſolum dare tranſitum, receptum & victualia gentibus ad offenſam alicujus partium tranſeuntibus ſed illis tranſitum interdicere, non ſolum denegando ſibi prædicta, ſed etiam toto ſuo poſſe, & omni ſuo conatu obſiſtere, ne tranſitum habeant ad offenſas, ut ſupra bona fide & ſecundum caſſus exigentiam.

Item quod Ill. & Excellentiſſimo D. Borſio, Duci Mutinæ, & Rhegii ac Marchioni Eſtenſi &c. reſervetur & reſervatus eſſe intelligatur Locus honorabilis intrandi præſentem Ligam cum pactis, Capitulis & modis & conventionibus honeſtis, & rationabilibus ſecundum quod ipſis partibus in Liga exiſtentibus ac ipſi Ill. Duci Mutinæ ſimul concordantibus videbitur & placuerit: firmis tamen in omnibus ſalvis manentibus Capitulis Pacis utriusque Contractus.

Item quod ex aliquibus, quæ dicta ſunt ſupra, vel dicantur in Contractu præſentis Ligæ, non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque Contractu Pacis, ſalvis præmiſſis.

Et denique veram, & certam notitiam habens prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani de omnibus aliis Conventionibus, promiſſionibus obligationibus & clauſulis quibuscumque in ea Liga inſertis de quibus omnibus traditum, & rogatum fuit inſtrumentum per Serenisſimum Alexandrum Illuſtriſſimi Ducalis Dominii Venetiarum Secretarium, Ambroſium Cavallerum, Joannem Ambroſium de Corbera de Mediolano Ser. Joannem, & Perrocium de Florentia Notarios publicos, volens ea omnia exequi, & adimplere, quæ Sua interſunt, cum nihil gratius, nihil optabilius, nihil denique jucundius præfato Ill. Domino Duci in præſentiarum nuntiari, aut accedere, potuiſſet, ipſa Sanctiſſima Liga Unio, & intelligentia pro bono, Pace & tranquillitate Statuum, & rerum Italicarum, ad quorum finem, & effectum ipſa Liga contracta eſt, ex certa ſcientia, ac animo mature deliberato, & omnibus modo, jure via & forma, quibus melius, validius & efficacius potuit, & poteſt ipſam Ligam, intelligentiam, Confœderationem, & Unionem & ipſa Capitula, & omnia & Singula in eis contenta, ac etiam generaliter omnia, & Singula acta, geſta, celebrata & contracta per præfatos ejus Oratores, & Procuratores ejus nomine in prædictis Liga, Contractu, ac etiam ſi talia eſſent, quæ ſpetialem expreſſionem & ratificationem requirerent, approbavit, ratificavit, & confirmavit, ac per præſens inſtrumentum approbat, ratificat & confirmat; promittens ſub fide boni & legalis Principis & ſub obligatione ſui, & omnium bonorum ſuorum, & in manibus mei Cichi Secretarii prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Notarii tanquam publicæ perſonæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice prælibati Illuſtriſſimi Dominii Venetiarum & præfatæ Ill. & Excelſæ Communitatis Florentiæ, & omnium, & ſingulorum, quorum intereſt vel intereſſe poterit, quomodolibet in futurum, quod antedictam Ligam, Capitula & Conventiones, & omnia, & ſingula in eis contenta, & præſens Inſtrumentum ratificationis realiter & vere attendet, & obſervabit omni tempore, & in nullo contrafaciet directe, vel per indirectum, aut alio quæſito colore & de prædictis omnibus juſſit per me Cichum Notarium, & Secretarium

Digitized by Google

um publicum confici Inſtrumentum & id pendente ſigillo ſuo muniri.

Actum Mediolani in Curia Areghi in Camera ſuperiori ſolitæ reſidentiæ præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis prope Turrim præſentibus Magnifico Franciſco de la Mirandulæ filio quondam Domini Franciſci Militis, Domino Triſtano Sfortia, Magiſtro Gaſpare de Piſauro, Fiſico, filio quondam Magiſtri Venturæ de Venturellis Portæ Cumanæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Secretæ, Baldeſare de Barziis, Johanne Simonetta, filio quondam Antonii Secretario, Zannono de Coyvis Sescalco filio quondam Gabrielis Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Martini ad Corpus intus, Azino Stampa, Franciſco de Lampugnano, Jacobo de Curtte filio quondam Cavalchelli & Papo de Burgo Camerariis, & Zanino de Barbatis filio Bartholomæi Cancellario Portæ Vercellinæ Parochiæ Sti. Prothaſii Teſtibus cognitis, & ad præmiſſa vocatis.

LXXXIII.

Inſtrumentum ſuper matrimonio inter Philippum Mariam, ſecundo-genitum Franciſci Sfortiæ, Ducis Mediolani filium, & Mariam, filiam Ducis Sabaudiæ, contrahendo factum, d. d. 13. Sept. An. 1454.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto, Indictione tertia, die Veneris tertio decimo menſis Septembris. Cum ſuperioribus diebus ex nonnullis differentiis, quæ inſurrexerant inter Illuſtriſſimos Principes, & Excellentiſſimos Dominos, Dominum Ludovicum Sabaudiæ Ducem, & Dominum Franciſcum Sfortiam, Vicecomitem, Ducem Mediolani, &c. deventum ſit ad confirmationem Pacis olim inter eos firmatæ, & certas pactiones per utriusque Principis Procuratores, ſolemnibus promiſſionibus, & juramentis firmatas. Nunc Magnifici & Generoſi Milites Domini Jacobus ex Comitibus Vallispergiæ, & maximos Sabaudiæ Ducalis Cancellarius, & Ludovicus de Sabaudia natus quondam bonæ memoriæ Illuſtris Domini Ludovici Achaiæ Principis, ac Conſanguineus prælibati Domini Ducis Sabaudiæ, Dominus Raconixii & Sabaudiæ Mareſchallus, Conſiliarii, & Procuratores prælibati Domini Ducis Sabaudiæ ad infraſcripta omnia, & ſingula plenum mandatum habentes, tenoris hujusmodi videlicet:

Ludovicus &c. Univerſis ſerie præſentium fieri volumus manifeſtum, quod cum ex publico relatu diceretur Illuſtrem Ducem Mediolani eſſe in procinctu guerram nobiscum intrandi, & jam partem gentium noſtrarum ad fronterias propterea miſiſſemus, quia vociferabatur gentes ſuas ad Loca ditionis noſtræ ultramontanæ limitropha jam deſtinaſſe. Hinc eſt, quod nos volentes Deum, & juſtitiam anteponere, ne nobis impingi poſſit, quod defectu noſtri guerra aut alia calamitas in Patria inſurgeret; ideo ad noſtras partes ultramontanas Magnificum Conſiliarium noſtrum ſincere dilectum, & fidelem Dominum Jacobum ex Comitibus Vallispergiæ, Cancellarium Sabaudiæ decrevimus, cui poteſtatem, & omnimodam facultatem contribuimus, & per præſentes conferimus una ſecum vocato Magnifico conſanguineo, Conſiliarioque & Mareſchallo noſtro, & fideli ſincere dilecto, Lodovico de Sabaudia, Domino Raconixii, ſi opus fuerit, quibus, & ipſorum cuilibet in ſolidum plenam, & liberam facultatem, auctoritatemque omnimodam, & poteſtatem conferimus cum præfato Duce Mediolani tractandi; nosque pro querelis ſeu ex parte propoſitis, ſeu proponendis ſubmittendi cognitioni Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, ac alias per viam Confœderationis, Matrimonii, aliarumve pactionum; & inſuper omnes, & ſingulas querelas indeque pacificandi, proque ſalute utriusque Status nova pacta condendi; & generaliter omnia & ſingula alia, quæ in præmiſſis & circa præmiſſa opportuna fuerint pariter & neceſſaria, faciendi, gerendique & exercendi, prout ſuæ, & cujuslibet ipſorum diſcretiones pariter & circumſpectiones expedire noverint. Ad quæ præmiſſa omnia, & ſingula peragenda eumdem Dominum Jacobum, vocato ut ſupra dicto Domino Ludovico, Procuratorem noſtrum irrevocabilem, certumque & indubitatum Nuntium ſpetialem facimus, conſtituimusque, & creamus harum ſerie, promittentes pro nobis, & noſtris bona fide in verbo Principis, & ſub noſtrorum expreſſa obligatione bonorum, nos gratum, ratum, & ſtabile, perpetuo habituros, ac pleno cum effectu obſervaturos quidquid in præmiſſis per dictum Procuratorem noſtrum, ſecum vocato dicto Mareſchallo, tractatum, actum, geſtum, conventum, & promiſſum extiterit, ipſumque ab omni onere relevare, & quantum opus fuerit judicio ſiſti, judicatum ſolvere, cum cæteris clauſulis opportunis, etiam cum omni alia ſolemnitate, juriſque & facti renuntiatione ad hæc neceſſaria pariter & cautela, Secretario Notario publico ſubſcripto more publicæ perſonæ ad opus quorum intererit, recipiente ſolemniter, & ſtipulante, has Litteras noſtras in teſtimonium concedentes. Datum Camberiati, die duodecima Julii anno Domini milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Ita eſt. Loys. Per Dominum; præſentibus Dominis Joanne Domino Contaguiæ, Gulielmo Domino Menthonis, Mercurino de Ranzio Præſidente Conſilii Camberiati, Franciſco de Thomatis Præſidente Gebennenſi, Ludovico Boninardi, Ballino Sabaudiæ, & Joanne Cambionibus. De Clauſo. Nec non Magnifici, & præſtantes Viri Domini Franciſcus de la Mirandola, Comes Concordiæ, Bartolomæus Moronus Juris utriusque Doctor, Ducalis Conſiliarius, Georgius de Maino, Miles Ducalis Aulicus, & Cichus de Calabria Ducalis Secretarius Procuratores præfati Domini Ducis Mediolani ad infraſcripta omnia & ſingula, plenum mandatum habentes tenoris hujusmodi. Videlicet:

Franci-

Digitized by Google

Franciſcus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Dum conſideramus, & mente, cogitationeque noſtra revolvimus, quantum fidei, reverentiæ & devotionis erga nos Statumque noſtrum gerunt Magnificus Vir dilectiſsimus noſter Franciſcus de la Mirandola, Comes Concordiæ, ſpectabiles & egregii Viri Dominus Bartholomeus Maronus, Juris utriusque Doctor, Conſiliarius, Dominus Georgius de Mayno Miles affinis, Petrus de Puſteria Aulici, & Cichus de Calabria Secretarius noſtri Cariſſimi. Dumque ante oculos ponimus ſummam auctoritatem eorum; prudentiam, integritatem, & maximarum rerum experientiam, & ut cupidi ſunt amplitudinis & gloriæ noſtræ, ac mature, & ſapienter ea omnia exequuntur, & faciunt, quæ voluntatis noſtræ eſſe dignoverint. Nulla res adeo eſt importans, & gravis, quam fidei eorum libenter non committeremus. Quare de ipſis, non ſecus ac de nobis ipſis amplisſime confidentes, ipſos Comitem Franciſcum de la Mirandola, Dominum Bartholomeum, Dominum Georgium, Petrum, & Cichum, tenore preſentium, ex certa ſcientia, & de noſtræ poteſtatis plenitudine, omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius & efficacius poſſumus, ita quod quatuor, & tres etiam eorum in aliorum abſentia perficere, & concludere poſsint, facimus, conſtituimus, & creamus noſtros veros, legitimos, ſolemnes, & autenticos Procuratores, Commiſſarios Nuntios, & Mandatarios, & quicquid melius dici, & eſſe poſsit, ad Procuratorio nomine noſtro ineundum, tractandum, praticandum, concludendum, & quaslibet pactiones, conventiones, promiſsiones & obligationes faciendum cum Illuſtriſsimo Principe Domino Ludovico Duce Sabaudiæ, Conſanguineo noſtro Cariſsimo, ſive cum exiſtentibus hic in præſentiarum Magnificis Dominis Jacobo de Vallepergia, Doctore, & Cancellario ac Domino Ludovico de Sabaudia Milite Conſiliario, & Mareſchallo Oratoribus, & Procuratoribus ſuis, legitimam ad hæc conficienda diſpoſitionem, & procuram habentibus; & ſpetialiter ad Procuratorio nomine noſtro praticandum, tractandum, concludendum, & faciendum, quascumque Promiſsiones, Obligationes, Conventiones, Capitula, & Concluſiones pro contrahendis ſponſalibus per verba de futuro, cum ætas apta ad ſponſalia pervenerit, & ſucceſsive pro celebrando, contrahendo, & concludendo matrimonio per verba de præſenti, cum ſimiliter ætas habilis ad matrimonium, Deo dante, pervenerit, per, & inter Illuſtrem Dominam Mariam, aut Illuſtrem Dominam Bonam filias legitimas præfati Illuſtriſsimi Domini Ducis Sabaudiæ, ac Illuſtrem, & inclytum Philippum Mariam filium noſtrum legitimum; & pro his omnibus, quæ occaxione ipſorum ſponſalium & matrimonii & dependentium opportuna ſibi videbuntur, vel expedientia; & proinde etiam quaslibet obligationes, promiſsiones, conventiones, pactiones, & concluſiones, ac Capitula celebrandum & faciendum, ac quæcumque Capitula & juramenta ineundum, faciendum, & concludendum; & ad fieri proinde faciendum opportuna quælibet Inſtrumenta; & generaliter ad omnia alia, & ſingula in præmiſsis & circa præmiſſa, & eorum occaxione faciendum, quæ neceſſaria, utilia, & opportuna fuerint, quæve demum nos ipſi efficere poſſemus, ſi præſentes eſſemus, dantes, impartientes, & concedentes prænominatis Commiſſariis Procuratoribus, Nuntiis, & Mandatariis ac etiam tribus ex eis plenum, largum, generale, & ſpetiale mandatum, cum plena, larga, generali, & ſpetiali adminiſtratione in præmiſsis, & circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, etiamſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpetiale, vel quæ ut nimis generalia dici poſſent in præſenti Mandato veriſimiliter non venire; quæque demum nos ipſi poſſemus efficere, eisque totaliter, & integre committentes vices noſtras; deniqne ut ſupra promittentes ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentrum & futurorum rata, grata, & firma habere, obſervare, attendere, adimplere, & executioni mandare quæcumque per dictos Commiſſarios, Procuratores, Nuntios, & Mandatarios noſtros dicta, promiſſa, actitata, & concluſa fuerint, aut per quatuor, vel tres etiam eorum ut ſupra in aliorum abſentia, & contra ea non facere, nec venire directe, nec per indirectum, palam nec occulte, nec alio quæſito colore, præſentibus hinc ad unum menſem proxime futurum firmiter valituris. In quorum Teſtimonium præſentes fieri & regiſtrari juſsimus, noſtrique Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani Duodecimo Septembris milleſimo quatercenteſimo quinquageſimo quarto. Angelus Auditor.

Animadvertentes, quod præcipuum amoris & benivolentiæ vinculum, & ſolidum Pacis ac conſervandæ concordiæ firmamentum eſt affinitatis conjunctio, per quam inter poſteros ad quietationem ſanguinis devenitur. Conſiderantesque inter Progenitores præfati Illuſtriſsimi Domini Ducis Sabaudiæ, & Prædeceſſores in Ducatu præfati Illuſtriſsimi Domini Ducis Mediolani centum ferme annis continuis per multiplicata matrimonia vinculum Sanguinis & amoris perſeveraſſe, & Illuſtriſsimam Dominam Blancam filiam quondam Illuſtriſsimi Domini Philippi Mariæ Ducis Mediolani, & conſortem prælibati Domini Franciſci Sfortiæ moderni Ducis Mediolani nomen, & originem traxiſſe ab Illuſtriſsima domo Dominorum Ducum & Comitum Sabaudiæ Progenitorum prænominati moderni Ducis Sabaudiæ intendentes quoque in præſentiarum concordiam nuperrime factam novo, & firmiori vinculo ſolidare, & veteres affinitates conjunctionesque per novum matrimonium renovare, ad infraſcriptas pactiones, & conventiones ſtipulatione ſolemni vallatas, Procuratoriis nominibus quibus ſupra, concorditer pervenerunt ut infra videlicet:

In primis quod fiat & celebretur, & contrahatur verum, juſtum, & legitimum matrimonium, ſuperveniente tempore debito, inter infraſcriptas Illuſtres Dominum Philippum Mariam, & Dominam Mariam, & pro eo perficiendo, &, Deo dante, celebrando, ac contrahendo, cum legitima ætas ſupervenerit, prælibatus Illuſtriſsimus Dominus Dominus Ludovicus Dux Sabaudiæ, teneatur, & aſtrictus ſit facere, & curare, ac faciet, & curabit cum effectu quod ipſa Illuſtris Domina Maria ipſius Illuſtriſsimi Domini Ducis Sabaudiæ filia legitima, & ex eo, & Illuſtriſsima Domina Anna de

Digitized by Google

Cipro, Sabaudiæ Ducissa, præfati Illustrisſimi Domini Ducis Sabaudiæ Conjuge legitima, nata, cum pervenerit ad ætatem aptam ad ſponſalia contrahenda, ſolemniter ac legitime contrahet ſponſalia per verba de futuro, apta, & in talibus requiſita, cum præfato Illuſtriſſimo Domino Philippo Maria, ſecundo genito prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani, & ex eo, & Illuſtriſſima Domina Blanca Maria, Duciſſa Mediolani filia videlicet quondam numquam delendæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis Domini Domini Philippi Mariæ Vicecomitis Ducis Mediolani & demum ſucceſſive ſuperveniente ætate ad matrimonium habili, eadem Illuſtris Domina Maria matrimonium ſolemne, verum, & legitimum contrahet, & celebrabit cum præfato Illuſtre Domino Philippo Maria per verba de præſenti ad verum, & juſtum matrimonium apta & conſueta; Et verſa vice præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux Mediolani teneatur & aſtrictus ſit facere, & curare, ac faciet, & curabit cum effectu quod memoratus Illuſtris Dominus Philippus Maria cum pervenerit ad ætatem aptam ad ſponſalia contrahenda ſolemniter, & legitime contrahet ſponſalia per verba de futuro apta, & in talibus requiſita cum præfata Illuſtri Domina Maria, & demum ſucceſſive ſuperveniente ætate ad Matrimonium habili, idem Illuſtris Dominus Philippus Maria ſolemne, verum & legitimum Matrimonium contrahet, & celebrabit cum præfata Illuſtre Domina Maria per verba de præſenti ad verum, & juſtum matrimonium apta, & conſueta, præfatique Illuſtriſſimi Domini Domini Duces, congrua relatione habita temporibus antedictis, debitos conſenſus dictis eorum filiis ad prædicta perficienda, & executioni mandanda per ſe, vel legitimos, & ſolemnes Procuratores præſtabunt.

Item quod tempore, quo contrahetur matrimonium, ut ſupra, prælibatus Dominus Dux Sabaudiæ teneatur, & aſtrictus ſit conſtituere, & cum effectu conſtituet dotem ipſi Dominæ Mariæ filiæ ſuæ de ſcutis centum millibus auri ponderis, & cunei Sabaudienſis, videlicet de Septuaginta ſeptem pro marcha, dandis & ſolvendis per ipſum Dominum Ducem Sabaudiæ præfato Domino Duci Mediolani, ſeu antedicto Domino Philippo Mariæ temporibus tunc per ipſas partes limitandis, & declarandis, ſeu per perſonas, quas præfati Domini Domini Duces ad hoc eligerint; Et quod in inſtrumento, quod pro ipſa dote conficietur apponatur pactum, quod eveniente caſu, quem Deus avertat diſſolutionis matrimonii per mortem præfatæ Dominæ Mariæ ſine filio, vel filiis & filia, vel filiabus decedentiš, dicta dos, ſeu id, quod pro ea tunc receptum reperiretur, reſtituatur præfato Domino Duci Sabaudiæ; ſi vero dictum matrimonium diſſolveretur per mortem præfati Domini Philippi Mariæ, eo caſu dos ipſa, ſeu id, quod tunc pro ipſa receptum reperiretur, reddi debeat, & reſtitui dictæ Dominæ Mariæ, vel cui reſtituenda de jure Communi veniet.

Item quod prælibatus Dominus Dominus Dux Mediolani, in tempore conſumandi matrimonii ut ſupra teneatur, & debeat creare, inſignire, intitulare, & decorare præfatum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam de titulis Comitatus, Civitatis & diſtrictus Papiæ cum pertinentiis, Nobilibus, Vaſſallis, & Feudatariis ipſius Civitatis tam ſeparatis, quam non, & hiis modo, & forma, quibus præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux de præſenti tenet, & poſſidet, & non aliter; & eidem etiam in titulum aſſignare Civitatem, & diſtrictum Terdonæ cum juribus & pertinentiis ipſius Civitatis, Nobilibus, Vaſſallis, & Feudatariis tam ſeparatis, quam non, & ut præfatus Dominus Dux Mediolani poſſidet de præſenti ut ſupra; ita tamen cum hiis modo & lege, quod prælibatus Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Dux Mediolani habeat toto tempore vitæ ſuæ Dominium, Regimen, Superioritatem, ac emolumenta, & commoditates, nec non omnimodam poſſeſſionem, & adminiſtrationem libere, & in totum ipſorum Comitatus, & Civitatum, diſtrictuum Papiæ, Terdonæ, & pertinentiarum, non obſtantibus dictis creatione, inſignitione, intitulatione & decoratione. Poſt deceſſum autem ejusdem Illuſtriſſimi Domini, Domini moderni Ducis Mediolani, prædicti Comitatus, Civitates, diſtrictus & pertinentiæ, tam quo ad dominium, quam quo ad regimen, ſuperioritatem, emolumenta & commoditates, & omnimodam poſſeſſionem & adminiſtrationem transferantur, & tranſeant in ſæpedictum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam, cum hoc tamen quod idem Illuſtris Dominus Philippus Maria eadem omnia recognoſcere teneatur, & debeat, ac recognoſcat in feudum ab Illuſtre Domino Domino Comite Galeaz Vicecomite, primogenito præfati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani tunc futuro Duce Mediolani, cum creatus fuerit Dux Mediolani; eidemque tunc Domino Duci Mediolani, idem Dominus Philippus Maria teneatur fidelitatem & homagium, & debitum fidelitatis juramentum, & homagii præſtare, & facere cum ſolemnitatibus debitis & opportunis; & de prædictis feudalem inveſtituram ab antedicto Domino futuro Duce Mediolani pro ſe, filiis, hæredibus, & Succeſſoribus ſuis ſolemniter recipere, & ipſe tunc futurus Dominus Dux Mediolani in præfatum Illuſtrem Dominum Philippum Mariam eamdem facere, cum hoc tamen quod ipſe futurus Dominus Dux Mediolani nullam aliam jurisdictionem, ſuperioritatem, ac præeminentiam, nec poteſtatem habeat in prædictis Civitatibus, diſtrictibus, pertinentiis, & hominibus eorum, niſi fidelitatis, & homagii ut ſupra, ſpecialiterque non poſſit prætendere ad appellationes, aut querelas ad ſe devolvi debere, neque ſucceſſiones decedentium ſine hærede ad eumdem tunc futurum Ducem jure ſuperioritatis pertinere, firmis tamen, & in ſua natura manentibus juramento fidelitatis, & homagii.

Item quia per memoratos Magnificos Dominos Oratores & Procuratores præfati Illuſtriſſimi Domini, Domini Ducis Sabaudiæ aſſerebatur, & aſſeritur moris eſſe in partibus Gallicanis, ac etiam inter aliquos Principes Italicos ita eſſe obſervatum, quando accipiunt uxores ultramontanas, ut uxoribus conſtituatur dotalitium, quod in vulgari Gallico Doarium nuncupatur, convenerunt quod adveniente caſu, & tempore memorati matrimonii per verba de præſenti teneatur præfatus Dominus, Dominus Dux Mediolani

dictæ,

Digitized by Google

dictæ Domine Mariæ futuræ Nurui suæ constituere Doarium, sive dotalitium ad arbitrium, & taſſam Illuſtriſſimarum Dominarum Dominarum Duciſſarum Sabaudiæ, & Mediolani ſuperius nominatarum, quibus ambabus honoris cauſa declaratio, quibus caſibus velint ipſum doarium præſtari debere, & ipſius conſtitutio Doarii, ejusque taſſatio, & limitatio reſervatur; teneaturque præfatus Dominus Dominus Dux Mediolani occaxione dicti Doarii eidem futuræ Nurui ſuæ aſſignare aliquas ex Terris, ſeu Caſtris dicti Comitatus Papiæ vel Terdonæ nominandas & declarandas per præfatas ambas Dominas Duciſſas; ex quarum redditibus eadem Domina Maria percipere poſſit, occaxione dicti Doarii, id quod, & in caſibus, quibus per præfatas Dominas ambas Duciſſas fuerit declaratum, etiam eâ ad ſecunda vota tranſeunte; ita tamen quod ſi redditus dictarum terrarum non aſcenderet ad totam quantitatem dicti Dotalitii, reſiduum ſibi aliunde repleatur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Dux Sabaudiæ teneatur infra menſes viginti unum proxime venturos conſignare, ſeu conſignari facere prælibatam Dominam Mariam filiam ſuam perſonaliter in manibus prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani, ſeu Nuntiorum ſuorum libere in Civitate Vercellarum, maxime ut ſecundum mores, uſus, & conſuetudines Italicos, ſeu Lombardos & præcipue præfatorum Dominorum modernorum Ducis & Duciſſæ Mediolani inſtruatur, gubernetur, & regatur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Dux Sabaudiæ teneatur infra menſem unum proxime futurum transmittere præfato Illuſtriſſimo Domino, Domino Duci Mediolani ratificationem præſentis Contractus cum Inſertione præſentis Inſtrumenti de verbo ad verbum ſolemniter, & in publicam formam, & vice verſa præfatus Illuſtriſſimus Dominus, Dominus Dux Mediolani transmittere teneatur præfato Domino Duci Sabaudiæ ratificationem præſentis Contractus ſolemniter, & in publicam formam cum inſertione præſentis Contractus de verbo ad verbum infra menſem unum proxime futurum.

Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta præfati Magnifici, & Spectabiles Domini Procuratores promiſerunt & juraverunt corporaliter tactis Scripturis in manibus noſtrum Notariorum in animas Principalium, ſuorum attendere, & obſervare inviolabiliter, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa; Et de præmiſſis omnibus & ſingulis præfati Magnifici Domini Procuratores, nominibus quibus ſupra, juſſerunt, & rogaverunt per nos Joannem Philippum de Guaſconibus, prælibati Illuſtriſſimi Domini, Domini Ducis Sabaudiæ Secretarium & Jacobum de Perego, prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani Scribam & Notarios infraſcriptos, & utrumque noſtrum fieri duo publica inſtrumenta ejusdem tenoris, videlicet ad opus cujuslibet partium unum.

Actum Mediolani in domibus reſidentiæ prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ducis Mediolani ſitis in ejus Ducali Curia Arenghi, præſentibus Protonotariis Joanne Franciſco de Perego filio mei Notarii Infraſcripti Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Mediolani, & Bartholomeo de Brippio filio quondam Domini Ambroxii Portæ Romanæ Parochiæ Sanctæ Euphemiæ intus, ambobus Civitatis Mediolani Notariis & Pronotariis. Interfuerunt ibi Teſtes Magnificus Dominus Bachazinus, alias Franciſcus de Alamanis de Florentia Ducalis Conſiliarius, Spectabilis & Celeberrimus Juris utriusque Doctor Dominus Albricus de Maletis, natus quondam Domini Chriſtophori Ducalis Conſiliarius, Spectabilis, & Celeberrimus Doctor Dominus Angelus de Capellariis de Reate Ducalis Auditor, Magnificus Dominus Andreas de Birago Ducalis Aulicus, natus quondam Domini Maſſioli Spectabilis Vir Petrus de Gallarate natus Domini Joannis, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Gulielmus de Sandigliano natus quondam Domini, Dominici Civis Vercellarum, Dominus Franciſcus de Vallepergia Legum ſtudens natus Domini Catelani, Dominus Georgius de Aliprando natus quondam Domini Antonii, Chriſtophorus de Cambiago natus Domini Jacobi, & Jacobus Malumbra, natus Domini Rizardi Juris de Venogono natus Domini Chriſtophori, Bonifatius de Aliprando natus quondam Domini Alexii, Ducalis Cancellarii, Nobilis Antonius de Tritio, natus quondam Domini Thomaſii Ducalis familiaris, Dominicus de Centoriis natus Domini Antonii Civis Vercellarum, Dominus Nicolaus de Brozio ex Comitibus Caſtri Montis, Jacobus de Laſtria natus Domini Zaneti Civis Yporegiæ, Paglincius, & Thomenus Fratres de Nuceto Condomini Caballarii Leonis & Conſtantius de Filippis natus quondam Oddini Ducalis Sabaudiæ Secretarius, omnes teſtes noti, idonei, vocati, & rogati.

Subſcriptus Ego Joannes Philippus de Guaſconibus de Trecate Novarienſis Dioceſis natus Domini Gerardi nunc Burgienſis Clavaxii publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Domini Ludovici Sabaudiæ Ducis Secretarius præmiſſis omnibus & ſingulis, dum ſic ut præmittitur, fierent una cum prænominatis Teſtibus præſens fui, & exinde hoc publicum Inſtrumentum una cum Egregio & Circumſpecto Domino Jacobo de Perego Notario publico rogatus recepi, quod manu alterius ſcriptum cum Originali concordatum ſolito meo Tabellionatus ſigno ſignavi in Teſtimonium veritatis & in eodem Inſtrumento contentorum.

Subſcriptus ego de Perego, filius quondam Domini Vanini, Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stephani ad Noxigiam Notarius Publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Domini, Domini mei Ducis Mediolani juſſus, & rogatus tradidi, & aliis occupatus per alium ſcribi feci, & in fidem & Teſtimonium præmiſſorum ſignum meum Tabellionatus apoſui, & me Subſcripſi una cum Supraſcripto Joanne Philippo Notario, & Ducali Sabaudiæ Secretario.

Subſcriptus cum ſigno Tabellionatus ante-

Digitized by Google

posito Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius Publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Domini Domini mei Ducis Mediolani, jussus, & rogatus tradidi suprascriptum & antescriptum Instrumentum matrimonii contrahendi ut suprà, & aliis occupatus, per alium scribi feci, & in fidem, & Testimonium præmissorum signum meum Tabellionatus apposui, & me subscripsi unà cum antescripto Philippo Notario, & Ducali Sabaudiæ Secretario.

LXXXIV.

Capitula amicitiæ ac fœderis inter Franciscum Sfortiam, Mediolani Ducem, nec non Episcopum Communitates atque homines patriæ Valesii pacti, d. d. 14. Sept. An. 1454.

FRanciscus Sfortia, Dux Mediolani &c. Habebat Illustrissimus, atque Potentissimus celeberrimæ memoriæ Princeps Dominus Dux Filippus Maria, Pater, & prædecessor noster quondam Honorandissimus quemadmodum informati sumus, cum Reverendo in Christo Patre Domino Episcopo, & Egregiis ac discretis Viris, Communitatibus, & Hominibus Patriæ Valesii non tantum bonam vicinantiam, atque sinceram amicitiam, sed etiam unionem, intelligentiam & confœderationem; & quoniam desideramus & nos, & omni cura studiove conquirimus cum omnibus bene convicinari, & amice convivere, & ea procurare & perficere, quæ communem tendant ad quietem, commoditatem & tranquillitatem, at cum illis præsertim cum quibus præexcellentissimus ipse Princeps Dux Filippus Maria Pater noster observandissimus intelligentiam habebat; & inter Ducalem suam Celsitudinem & Communitates ipsius Patriae Valesii contracta fuisse videntur alias, & firmata Capitula nonnulla in quibus inerant infrascripta, quae a nobis nunc mature perspecta, attentis hujus temporis conditionibus, utrique partium convenientia fore judicavimus Capitula ipsa, & pacta continentiae subsequentis, modis, condicionibus, clausulis & formis, quibus jacent, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, & denuo facimus & nos, dummodo ipse Dominus Episcopus & Communitates infra mensem unum proximum illud idem versa vice faciant, & eademmet Capitula in personam suam cum signis, & sigillis, ac omnibus opportunis nobis committant, quemadmodum convenit & aequum est, & placiturum eis non ambigimus, ut quemadmodum inter nos animorum viget sinceritas, & unio, sic & exterioribus juditiis, & vinculis conjuncti esse dignoscamur. Capitula autem ipsa subsequuntur videlicet.

Primo, quod una pars alteram, nec altera alteram, neque Territorium alterutrius per se, vel alterum quommodocumque, directe vel indirecte, non invadet, molestabit, vel offendet quovis modo realiter vel personaliter, nec attentabit, seu attentari faciet inferre aliquam turbationem, inquietudinem, vel molestiam aliquibus Subditis alterius partium praedictarum, nec etiam transitum, seu reductum dabit aliquibus volentibus venire ad offensiones, & damna alicujus partium praedictarum per passus, & Territoria utriusque partium earumdem, seu alterius earum.

Item, quod una pars alteri, & altera alteri dabit per Territoria utriusque ipsarum hinc inde transitum liberum, & securum, ita quod mercatores & aliae personae subditae ipsarum partium cum eorum mercimoniis, rebus & bonis & sine contradictione offendere volentium possint secure stare, conversari & transire in Territoriis alterutrius solvendo datia & pedagia nunc solita & consueta.

Item quod per Officiales ipsarum partium debeat ministrari justitia Mercatoribus, & Subditis partium ipsarum, super debitis, juribus, & actionibus competentibus, & competituris ipsis Mercatoribus, & Subditis, & ipsorum cuilibet summarie, expedite, sine strepitu, & figura juditii, cavillationibus, & frivolis exceptionibus quibuscumque cessantibus, ita quod remotis finsecacionibus quanto celerius fieri possit, sibi debitum consequantur, Juribus & actionibus partium ipsarum & cujuslibet ipsarum debeat per praesentia pacta nullatenus derogari.

Item convenerunt dictae partes, quod Communitates Patriae Valesii teneantur, & debeant totis viribus, & posse defendere, & resistere, quod per eorum passus & territorium non fiat guerra, nec molestia aliqualis praefato Domino Duci Mediolani, aut ejus Procuratori, seu Agentibus & Subditis per ullum Dominum, Dominium, Civitatem, Patriam Communitatem, aut gentes eorum sint, quae velint.

Item convenerunt praedictae partes, quod si per talem resistentiam, & defensionem, quam ipsae Communitates Patriae Valesii facere tenentur, & debent, ut in praecedenti Capitulo continetur, praedicti de Valesio, aut eorum aliqui incurrerent, vel inciderent in aliquam guerram & invasionem hostilem, praefatus Dominus Dux teneatur pro posse suo, attenta casuum occurrentia, contribuere oneri defensionis & subsidii cum praedictis de Valesio contra praedictos emulos pro sua contingenti parte, intelligendo sane, quod si praedictus Dominus Dux Mediolani exbursaret aliquam quantitatem pecuniae pro satisfaciendo aliquibus stipendiariis aptis pro resistentia & defensione praedicta secundum casum occurrentia, ut praefertur, qui reperirentur in partibus Valesii, seu ibidem propinquis ipse Dominus Dux intelligatur suum debitum adimplevisse vigore conventionum, quae in praesentibus Capitulis continentur.

Item est conventum, quod si aliquae singulares personae dictarum partium, vel alicujus ipsarum in praedictis non satisfacerent, & contra aliquod Capitulorum praedictorum venirent, non ob hoc amicitia violetur, nec ipsae partes in discordiam alicujus seditionis incidant, sed illae personae contrafacientes punian-

Digitized by Google

niantur secundum qualitatem, & quantitatem sceleris, & Damni facti in Locis, & per illos, ubi fieri debebit.

Item convenerunt, quod praesens intelligentia, & confœderatio durent, & durare intelligantur a die datae praesentium usque ad annos viginti quinque proxime futuros; & ultra ad beneplacitum partium. In quorum Testimonium, etc. Datum Mediolani die 14. Septembris 1454.

Cichus.

LXXXV.

Instrumentum, quo enumerantur fœderati atque socii, iidemque a Dominio Venetorum, ut fœdere cum Duce Mediolanensi atque Communitate Florentiæ, die 30. Aug. An. 1454. icto comprehendantur commendati sunt, d. d. 30. Sept. An. 1454.

In Christi Nomine Amen.

ANno à Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Indictione secunda, die ultimo Mensis Septembris. Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus Dominus Franciscus Foscari, DEi gratia Inclytus Dux, Dominium & Commune Venetiarum. Advertentes et Considerantes, quod die trigesimo mensis Augusti proxime lapsi Liga, Unio, & bona Confoederatio contracta, celebrata fuit in hac Urbe, Venetiarum inter praefatum Illustrissimum Dominum Ducem, Dominium et Commune Venetiarum, Colligatos, Adhaerentes, & Confoederatos, Recommendatos, Complices, Stipendiarios, sequaces, & subditos, ac Feudatarios suos ex una parte, et Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Franciscum Sforziam, Vicecomitem Ducem Mediolani Papiae Angleriaeque Comitem, ac Cremonæ Dominum, cum suis Colligatis, Adherentibus, Reccommendatis, & aliis ut supra nominatis ex una alia parte & Ill. & Excelsam Communitatem Florentiæ cum suis etiam Colligatis, Adherentibus, Reccommendatis, & aliis ut supra expressis ex una alia parte modis, Capitulis, & Conditionibus, in Instrumento dictæ celebratæ Ligæ descriptis particulariterque contentis. Inter quæ quidem Capitula est unum spetiale, quo cavetur, quod infra terminum mensium duorum a die conclusæ Ligae inchoandum unaquæque partium teneatur & debeat nominare Colligatos, Adherentes, Reccommendatos, Complices, & Sequaces suos, eosque in scriptis dare qui sic nominati infra alios quatuor menses subsequuturos Ligam hujusmodi, si illius benefitio gaudere voluerunt, approbare & ratificare teneantur. Volentesque & intendentes ipse Ill. D. Dux, & inclytum Dominium & Commune Venetiarum ea omnia, quae conventa et firmata sunt per Ligam praedictam effectualiter adimplere juxta continentiam Capituli ipsius Ligæ, ex certa scientia, & firmo proposito dederunt, & denominaverunt, ac dant, et denominant praefato Illustrissimo Domino Duci Mediolani infrascriptos eorum Colligatos, Adherentes, Confœderatos, Recomendatos, Complices et Sequaces, qui in dicta Liga, et Confoederatione includantur, earumque benefitio habeant gaudere cum omnibus Colligatis, Adherentibus, Confoederatis, Reccommendatis, Complicibus, Sequacibus, Stipendiariis, & Subditis suis. Nomina autem Colligatorum & aliorum ut supra sunt ista: Videlicet Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiae, Illustrissimus Dominus Dux Sigismondus Austriae. Ill. Dominus Dux Mutinae et Regii, ac Marchio Estensis &c. Ill. Dominus Marchio Montisferrati. Reverend. in Christo Pater Dominus Episcopus Tridentinus, Magnificus Dominus Sigismundus Pandulfus, de Malatestis, Arimini &c. Magnificus Dominus Comes Urbini & Magnificus Dominus Malatesta Novellus Cesenæ, Magnifica Communitas Senarum, Magnifica Communitas Lucarum, Magnifica Communitas Bononiae, Magnifica Communitas Anconae, Magnificus Comes Goritiæ, Magnificus Dominus Carolus de Gonzagha, Magnifica Domia Catherina de Ordelaffis, ac Magnifici Domini Cechus et Fratres Forlivii, &c. Magnifici Nobiles de Corrigia, Magnificus Comes Joannes Veglae & Segniæ, Magnificus Dominus Georgius, & Petrus de Lodrono, Spectabilis Dominus Gratiadeus de Campis, & Spectabilis Domina Elisabeth de Cresta. Mandantes mihi Notario infrascripto, ut de nominatione praedicta publicum et authenticum conficiam Instrumentum. Actum Venetiis in Ducali Palatio in Sala duarum Naparum; Praesentibus Spectatissimo et Sapientibus Viris, Domino Francisco de la Siega, Honorabile Cancellario Venetiarum, Ser. Hieronimo de Nicola, et Ser. Alexandro de Fornacibus, Ducalibus Secretariis ad hæc vocatis specialiter, et rogatis. In fidem autem et evidentiam plenissimam, prælibatus Illustrissimus D. Dux praesens Instrumentum fieri jussit & sua Bulla plumbea pendente muniri.

Et Ego Marcus Recanetus natus Egregii Artium et Medicinæ Doctoris, D. Magnifici Andreae Recaneti, Venetiarum Civis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius ac Ducatus Venetiarum scriba praedictis omnibus & singulis praesens fui et ea de mandato praefati Illustrissimi D. Ducis, et Dominii Venetiarum scripsi, et in hanc publicam formam redegi, Signumque meum apposui consuetum.

Digitized by Google

LXXXVI.

Instrumentm, quo nominantur socii et qui a Franciſco Sfortia, Mediolani Duce commendati ſunt, ut fœdere cum Dominio Venetorum atque Communitate Florentiæ die 30. Aug. proxime elapſi ſancito fruantur, d. d. 14. Octobr. An. 1454.

In Nomine Domini Jeſu Chriſti feliciter Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto Indictione III. die Lunæ quarto decimo menſis Octobris ſecundum curſum Civitatis Mediolani. Illuſtriſſimus Princeps, et Excellentiſſimus Dominus Franciſcus Sfortia Vicecomes, Dux Mediolani Papiæ Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Memoriæ tenens, & habunde certificatus usque die trigeſimo menſis Auguſti proxime decurſi Anni præſentis in Civitate Venetiarum inter Illuſtriſſimum Principem D. Franciſcum Foſcari, Dei gratia Ducem, Excellentiſſimumque Dominium, & Commune Venetiarum parte una, & prælibatum D. Ducem parte alia, ac Illuſtrem & Excelſam Communitatem Florentiæ pro una alia parte, ſive inter Procuratores & Mandatarios omnium trium Partium ſupraſcriptarum pro ipſis partibus. Nec non pro Colligatis, Confœderatis Adhærentibus, Complicibus, Sequacibus, Stipendiariis & ſubditis cujuslibet ipſarum partium ſingula ſingulis congrue referendo bonam, veram, & optimam Unionem, Confœderationem. Intelligentiam, & Ligam concluſam, & celebratam ſoleminiter fuiſſe cum modis, pactis, Capitulis & Conditionibus in Inſtrumento dictæ celebratæ Ligæ deſcriptis, particulariterque, contentis, inter quæ Capitula uno ſpeciali cavetur, quod infra terminum duorum menſium a die concluſæ Ligæ inchoandorum unaquæque partium teneatur, & debeat Colligatos, Adhærentes, Recomendatos, Complices et Sequaces ſuos nominare, & in ſic ſcriptis dare qui ſic nominati infra alios quatuor menſes ſubſecuturos Ligam ejusmodi, ſi ejus beneficio gaudere voluerint approbare & ratificare teneantur, & propterea volens, & intendens prælibatus Illuſtriſſimus D. Dux Mediolani ea omnia, quæ contenta & firmata ſunt per Ligam prædictam ex latere ſuo effectualiter adimplere, juxta continentiam Capituli dictæ Ligæ, ex certa ſcientia firmoque propoſito, ac alias omnibus, modo, jure, via, & forma quibus melius potuit et poteſt dedit & denominavit, & dat et denominat præfato Illuſtriſſimo D. Duci, & Dominio Venetiarum infraſcriptos ejus Colligatos, Confœderatos, Adhærentes, Recomendatos, Complices, & Confœderatione includantur, earumque benefitio gaudeant, cum omnibus Colligatis, Adherentibus, Confederatis, Reccomendatis Complicibus, Sequacibus, Stipendiariis, Et ſubditis ſuis, nomina quorum Colligatorum et ut ſupra ſunt hæc, videlicet Illuſtris D. Dux et Excelſa Communitas Januæ cum omnibus Colligatis, Confederatis, Adherentibus Reccommendatis, Complicibus, Sequacibus, Stipendiariis & Subditis ſuis tanquam pars eque principalis in ea honorabili forma, qua nominari poteſt, Illuſtris & Exc. Dominus Borſius, Dux Mutinæ, Regii, ac Marchio Eſtenſis; Illuſtris D. Ludovicus, Marchio Mantuæ pro Civitate & Terris ſuis, ac Magnifici D. Alexandri Fratris ſui, & etiam omnibus aliis Terris, & Locis, quas & quæ de præſenti tenet & poſſidet mediate vel immediate etiam pro terris & Locis, quæ olim erant D. Caroli Fratris ſui Magnifica Communitas Anconæ cum omnibus Terris & Locis ſuis quas & quæ tenet, & poſſidet Magnificus Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis Arimini &c. cum omnibus terris, & locis ſuis quas & quæ tenet, & poſſidet ipſe, & ſui mediate vel immediate; Magnifica Communitas Bononiæ, Magnifica Communitas Lucana, Magnificus D. Malateſta Ceſenæ &c. cum omnibus Civitatibus, Terris & Locis quas, & quæ de præſenti tenet & poſſidet ipſe & ſui mediate vel immediate, Magnificus D. Alexander Sfortia pro Piſauro, & aliis Terris & Locis ſuis; Magnificus D. Aſtorgius de Manfredis Faventiæ; Magnificus D. Thadeus Imolæ; Magnificus D. Boſſius Sfortia pro locis, & Terris ſuis in partibus Tuſciæ; Magnifici DD. de Liga Confœderatorum; Magnificus Comes Henricus de Sacho; Magnificus Johannes Filippus de Fliſco, pro Terris & Locis ſuis Dioceſis Placentinæ, Terdonenſis, & Parmenſis, quas de præſenti tenet & poſſidet, nec non pro aliis Terris, Locis, quas & quæ tenet & poſſidet in Vallibus Barberiæ & Serippiæ, qui omnes ſupraſcripti pro Colligatis & Confœderatis nominantur. Infraſcripti vero pro Adherentibus, & Reccommendatis videlicet Ill. D. Petrus de Campo Fregoſio, Januenſis Dux pro Adhærentia & Recomendiſia Terrarum videlicet novarum Dioceſis Terdonenſis, Vultabii ac Flaooni, Nobiles de Cochonatæ ex Comitibus Radicatæ pro Loco Ticineti & aliis Locis ſuis Chiſellus Galeaz, & Antonius Marchiones Mulatii, Magnificus Dominus Spineta de Campo Fregoſio pro Gavio, & aliis Terris ſuis in Luneſana, Flora mons Spineta, & Johannes Antonius Marchiones Malaſpinæ de Villafranca, Magnifici Domini Marchiones Inciſæ. Nicolaus Sceva, Leonellus Janus, & Baptiſta de Auria Condomini Vallis Unciæ, Petrus Franciſcus, & Johannes Franciſcus de Gutueriis, Condomini Caſtri novi Caltræ Papienſis, Alcani Aſtenſis. Spectabilis Isnardus Malaſpina Marchio Culmorini, Henricus de Auria Dominus Dulcis aquæ, Ricardus Azorus, Mornellus, Bernardus Antonius, Ricardus, & Petrinus Marchiones Petregrottæ. Baldracus Emanuel, & Bertolomeus de Scarampis Condomini Vingii, D. Bertolomeus de Curte Milio ex Dominis Vingii, & Curtis Millii, Johannes de Auria, Dominus Mornetii, Franceſchinus de Carreto Dominus Novelli Monfortis, Caſteletti, Sunii, & pro quatuor partibus Chervenzanæ, Antonius Johannes & Franciſcus de Carreto, pro Adhærentia Vallis Burnude, Cerreti, & Arguelli, Manfredus, Raphael, Proſper, & Benedictus de Carreto pro Adherentia Prunetti Levicis, & Carreti, Franciſcus quondam, Frayllini de Caretto pro Locis, Caſtris, Villis, Spigne, May-

Digitized by Google

Mayrane, Rochette, Spigni, Turris Malvesini, & quinque Partibus Ursolarum, Johannes de Carreto ex Marchionibus Saonæ, Dominus Finarii pro Finario, & omnibus aliis Locis suis, Georgius & Carolus de Carreto pro Adherentia Zucharelli, Bardaneti, & cæterorum aliorum Castrorum suorum, Antonius de Scarampis de Cario pro quarta parte Carii, & toto Rochetto, Johannes Petrus, & Daniel, & cæteri Nobiles de Fallettis pro Locis Pocapalte, Lamore & Seralonge, Princivallus Marchio Malaspina pro locis et Terris suis, Bertolomeus Laniba, Gabriel et Symonettus de Auria Hæredes quondam Filippi de Auria Condomini Boselli, Bomel de Grimaldis pro loco Carosii, Nobiles de Flisco pro Savignono, Stefanus de Auria pro Vuado et Tagliolo, Hieronymus Spinula, Ubertus Jacobus Leonellus, Andreas Francus et Nicolaus de Spinulis pro Francavilla Galeotus et Hector de Spinulis Condomini Taxaroli, Baptista Spinula de la Cabella, Baptista, et Giofredus de Spinulis, Dominus Georgius et Ubertus Carotius, Filippus, Andreas, Nicolaus Lucheſius, Georgius Ubertus, Filippus, Galeotus, Leodrisius, Paulus Carotius, Jacobus, et Julianus, omnes de Spinulis Condomini Arquate, Jacobus Emanuel Petrus, Sigismundus, Barnabas et Cataneus de Spinulis Condomini Petræ Bissariæ Montiscavenæ, et Dametii, Damianus Spinula de Insula pro parte sua Insulæ, Baptista, et Fratris de Insula Condomini Insulæ, et Varianæ; Nicolaus Antonius et Carolus de Spinulis, Condomini Ronchi, Jacobus Carotius et Elianus de Spinulis, Condomini Burgisurnariorum, Nobiles participes Fuzale, Estorinus, Buenorus, Alexander Baptista, Franciscus Johannes Antonius, Thomas, Carolus, et Johannes omnes de Spinulis Condomini Montis Giardini, Marchus Georgius, Mattheus, et Franciscus de Carretto ex Marchionibus Savone, pro Locis suis, Jacobus Spinula de la Rocha, Johannes Antonius Baptistinus Bertolomeus Perinus, et Johannes Antonius de Spinulis Condomini Beilingnani, Ricardus, Johannes Antonietus, Brunonius, et Dominicus, de Gutueriis pro loco Mezadrii Papiensis, Laurentius Turchus pro loco Montis Presatii Papiensis, Franciscus Dominus, et Emanuel ex Marchionibus Cevæ pro Loco Sallarum partium Langarum, Dominus Antonius de Romangnano pro Sancta Victoria et Polentio, omnes Marchiones Cevæ pro Salis prieviclæ et Turris Malpoltieni, ac aliis suis Locis, D. Ludovicus de Bolleris, Reverendus in Christo Pater, et D. Henricus, Episcopus Sedimensis, et Magnificæ Communitatis totius Patriæ Valetii, Nicolaus de Mazetis pro Loco Funchi, D. Aluysius de Flisco pro Locis suis, pro quibus nominari potest, Cagnonus, et Dominus Jacobus Miles ex Comitibus Sancti Martini D. Petrus de Ferrariis Comites Vintimilli, pro omnibus Locis eorum, pro quibus nominari debent Comites Tende pro iis Locis pro quibus nominari possunt, Magnificus D. Ludovicus de Campo Fregosio, D. Catharina de Campo Fregosio pro omnibus Terris et Locis, quos et quæ tenent et possident; et de prædictis omnibus et singulis prælibatus Ill. D. Dux Mediolani jussit per me Notarium infrascriptum confici debere publicum Instrumentum unum et plura ejusdem tenoris.

Actum in Civitate Mediolani in Palatio solitæ residentiæ prælibati Domini posito in Curia Strenghi in Camera Nova posita juxta Cameram Turris, præsentibus Magnificis et præstantibus D. Alexandro de Alexandris Ill. et Excelsæ Communitatis Florentiæ, D. Roberto de Sancto Severino Nepote præfati Illustrissimi Dom. Ducis, Gasparæ filio quoudam D. Tadioli de Vicomercato Comite Valentiæ Ducalibus armorum Ductoribus, D. Angelo Symoneta et Andrea de Birago filio quondam D. Mafioli Ducalibus Consiliariis omnibus, Testibus ydoneis notis, vocatis, et rogatis.

Ego Johannes quondam Domini Ambrosii de Ulesis de Civitate Austriæ publicus Imperiali Apostolicaque auctoritatibus Notarius, et Judex ordinarius, nec non Cancellarius et scriba antedicti Illustrissimi D. Ducis Mediolani, antedictis omnibus et singulis in antedictis Instrumentis denominationis præsens fui, eaque rogatus unum scripsi, videlicet unum continens denominationem ad excelsam Communitatem Florentiæ, aliud vero continens denominationem ad Ill. D. Ducem et Ducale Dominium, me aliis prevento Negotiis, per alium fidum mihi scribi feci, et postea me subscripsi, et publicavi, et in propriam formam redegi, signumque meum consvetum apposui in fidem præmissorum.

Ego Cichus de Calabria, prælibati Illustrissimi D. Ducis Mediolani Secretarius præmissis omnibus interfui, et de Mandato ipsius Illustrissimi D. Ducis suo solito Sigillo præsens Instrumentum muniri feci, ac me propria manu subscripsi in fidem et majus robur omnium præmissorum, etc.

LXXXVII.

Instrumentum, quo nominantur illi, quos Ludovicus, Dux Sabaudiæ, tanquam socios suos atque commendatos in Instrumento pacis cum Francisco Sfortia, Mediolani Duce, &c. die 30. Aug. An. 1454. compositæ comprehensos esse voluit, d. d. 22. Januar. An. 1455.

Ludovicus Dux Sabaudiæ Chablaysii, & Augustæ Sacri Romani Imperii Princeps Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia & Pedemontium Princeps, Gebennensis, & Bangiati, Comes, Baro Vuaudi, & Fontignati, Niciæque & Vercellarum Dominus. Universis serie præsentium fieri volumus manifestum, quod cum in Tractatu Pacis cum Dei auxilio nuper initæ inter nos ex una, & Illustrissimum Consanguineum nostrum carissimum, Comitem Franciscum Sfortiæ, partibus ex altera, inter cætera conventum extitit, quod quilibet nostrum nominare deberet Adhærentes & Recommendatos suos, & hinc inde Litteras nominationis hujusmodi infra unum mensem a data ipsius Contractus Pacis immediate secuturum destinare. Volentes hoc ideo ea, quæ nostri parte fieri incumbunt, votive adimple-

Digitized by Google

adimplere ex noſtra certa ſcientia, ac maturo ſuper his deliberato Conſilio, pro nobis & noſtris prædictos Adhærentes, & Recommendatos noſtros harum ſerie nominamus, videlicet Sereniſſimum Principem Regem Franciæ, Dominum metuendiſſimum, Illuſtriſſimos Principes Dalphinum Viennenſem, ejus primogeniſtum, & cæteros Duces & Principes Sanguinis Inclytæ Domus Franciæ, Marchionem Montisferrati, Joannem Ludovicum de Fliſco, Comitem Lavaniæ, Conſanguineos noſtros cariſſimos, Dominum Ludovicum de Boleris Vicecomitem Reillianæ, Antonium de Romagnano Milites, & Franciſcum de Novel pro Terris pro quibus non eſſent Vaſſalli, Communitates Bernæ, & Valleficum, ac ipſorum Adhærentes Confœderatos & Colligatos, & pro nominatis eos haberi volumus, & teneri, ac prædictæ Pacis Beneficio, prout nosmet, debere frui & gaudere. In quorum Teſtimonium has Litteras noſtri Sigilli munimine roboratas, ac in Cancellaria noſtra regiſtratas per Trumbettam noſtrum harum exhibitorem eidem Comiti Franciſco juſſimus celeriter deportari. De quarum præſentatione & receptione rogamus per Litteras ſuas nos velit certiorare. Datum Taurini, Die vigeſimo ſecundo Januarii, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo. Fabri. Per Dominum præſentibus Dominis Jacobo de Turre Cancellario, Ill. de Sabaudia Mareſchallo, S. D. Vacanboniæ Comite Rupæ Guilielmo Domino Chuyllie, Amedeo de Ghalland, Jacobo de Valpergia Præſidente Conſilii Thaurinenſis, Nicodo de Mentone Domino Nerniati, Amedeo de Viviaco, Jacobo de Ghalland. H. Domino Cardeti, Vencerio Chabodi, Guilielmo de Conflentia, Advocato Fiſcali.

Denominatio Colligatorum Illuſtriſſimi Comitis ſupraſcripti.

Franciſcus Sforcia, Vice Comes, &c. cum externo die ratificaverimus, & approbaverimus Confœderatos & Pacem nuper initam, contractam & celebratam inter Illuſtriſſimum Principem & Excellentiſſimum Dominum, Dominum Ludovicum, Ducem Sabaudiæ ex una parte, & nos ex altera, prout in ipſa ratificatione apparet. Cum in Capitulis dictæ Pacis caveatur & contineatur per nos per totum diem vigeſimum ſeptimum præſentis menſis denominare debeamus noſtros Colligatos, Adhærentes, Complices, Confœderatos, Feudatarios, & Recommendatos, & Denominationem ipſorum præfato Illuſtriſſimo Domino Duci mittere debeamus tenore præſentium omnes & ſingulos infra ſcriptos Complices, & Recommendatos, denominamus, & in Capitulis dictæ Pacis, inſertos eſſe dicimus & declaramus, ut beneficio ipſius Pacis gaudere poſſint. Nomina vero ipſorum ſunt hæc, videlicet:

Illuſtriſſimus & Potens Dominus Joannes, Marchio Montisferrati, pro loco Boſchi.

Illuſtris Dominus Gulielmus de Monteferrato, armorum Capitaneus pro Civitate Alexandriæ & Terris & Locis Alexandrinæ Dioceſis & aliis quas, & quæ de præſenti tenet.

Illuſtris Dominus Carolus Gonzaga, pro Civitate Dertonæ, & totius Dioceſis Dertonenſis, & aliis Terris, quas tenet in Cremonenſi.

Magnificus Dominus Philippus de Bonromeis pro omnibus Terris, & Locis quas, & quæ de præſenti tenet & poſſidet.

Marchiones Inciſæ

Marchiones de Godiliaſcho.

Marchiones de Malaſpinis.

in partibus Januenſibus Luneſanæ Parmenſibus & Placentinis.

Magnificus Alexander Sforcia pro Civitate Piſauri, & aliis Terris.

Nobiles de Cochonate, ex Comitibus Radicatæ.

Nobiles de Fliſco.

Marchiones Mulazii.

Marchiones de Carreto.

Nobiles de Auria.

Domina Luchina de Verme, cum omnibus Terris quas tenet de præſenti.

Nobiles de Crotis pro Rodobio et Vincialia Comes Franchinus Ruſca pro Locis quos tenet.

Tubias, et

Otto de Mandelo.

Dominus Blaſius de Aſereto pro Loco Seravalle.

Nobiles de Spinulis.

Nobiles de Grimaldis.

Nobiles de Campo Fregoſio pro Scazzana et aliis Terris ſuis.

Magnificus Dominus Boſius Sforzia pro ſancta Flora et aliis Terris ſuis.

Petrus Franciſcus et

Joannes Franciſcus Fratres de Guttueriis.

LXXXIIX.

Borſii, Mutinæ Ducis Eſtenſisque Marchionis conſenſus, ut per Pontificem Maximum Franciſco Sforciæ, Duci Mediolani, territoria Rochæ Baſtiani, Barbiani atque Cunei concedantur, d. d. 30. Mart. An. 1456.

IN nomine Domini, Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Indictione quarta die trigeſimo menſis Martii. Ferrariæ in Camera Cubiculari infraſcripti Ill. Domini Ducis Borſii etc. præſentibus teſtibus vocatis, et rogatis, Magnifico Viro Laurenzio de Stroziis, Comite, Conſocio, et Conſiliario ejusdem Domini Ducis, Clariſſimo Referendario ſuo, Domino Ludovico Caſſella, et ſpectabili et inſigni Viro Domino Nicolao de Avaro ejusdem Domini Ducis Conſocio: Cum quandoque contingat, etiam inter eos, qui vera amicitia, cordialique dilectione ſtringuntur, aliquas, non dicam, differentias, ſed dubitationes oriri, utraque parte ſe coloratis rationibus arbitrante fulcitam, & neutra tamen, quod eſt alterius occupare nititur, ſed quod ſuum eſt vendicare conatur, aut tueri, profecto tunc firmiſſionis eſt, puræ dilectionis argumentum cognita veritate aut ex liberalitate quadam pars altera ſponte cedit, contentionesque devitat. Hoc itaque deſiderans Ill. et Excellentiſſimus Dominus, Dominus Borſius, Mutinæ, ac Regii Dux, Eſtenſisque Marchio, ac Rodigii comes, menteque ſua revolvens quænam, & qua-

Digitized by Google

qualis inter Illuſtriſſimum Dominum Dominum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem, Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum, ſeque, ac Prædeceſſores ſuos hactenus fuerint, jugiterque perſeveraverint in hunc usque diem, aut in futurum continuare non dubitetur amicitia, ſinceræque dilectionis effectus, ac benivolentiæ puritas, quamquam occaſione Terræ ſeu Loci Rocchæ, ſeu Baſtitæ, ac Territorii Barbiani & Cunei, Dioceſis Imolenſis, & Provinciæ Romandiolæ, ac pertinentiarum quædam orta videatur hæſitatio ipſo Domino Duce Mediolani aſſerente, Locum ipſum, Territorium, & Roccham cum pertinentiis eidem pertinere vigore conceſſionis per Sanctiſſimum Dominum Dominum Eugenium tunc Papam Quartum de ipſis Terra, Loco & Territorio, ac pertinentiis usque de anno curſo milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto factæ, ac inductionis in poſſeſſionem, ſeu tenutam ſupraſcriptorum Locorum, territorii, & pertinentiarum factæ de ipſo tunc Comite Marchione Marchiæ Anchonitanæ, Romanæ Eccleſiæ Confanonerio, nunc Duce Mediolani circa id tempus per Reverendum Dominum Euſtorgium, tunc Epiſcopum Anchonitanum, & in Marchia Legatum, & poſtea Archiepiſcopum & Cardinalem Benventanum, præfato autem Duce Mutinæ aſſerente Illuſtri quondam Prædeceſſori ſuo Domino Leonello, olim Marchioni Eſtenſi, per eumdem Dominum Eugenium Papam ut ſupra conceſſum fuiſſe, ut ſupra Vicariatum dicti Loci, et Rocchæ ſeu baſtitæ Barbiani, & Cunii, & pertinentiarum, nec non regimen, gubernationem & adminiſtrationem cum diſtrictibus, Territorio, & mero & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione dicti Loci & pertinentiarum hujusmodique conceſſionem poſtmodum confirmatam fuiſſe per Sanctiſſimum Dominum, Dominum Nicolaum Papam Quintum, ſed pro parte præfati Domini, Domini Ducis Mediolani dicebatur talibus conceſſione & confirmatione non elidi, aut minui conceſſionem ſibi primo factam, præſertim etiam cum de ea conceſſione in dictis conceſſione Vicariatus, & confirmatione nulla fiat mentio, quo fit, ut res hæc prima facie deduci viſa ſit in ambiguum ex certa ſcientia & de magnanimitate deliberavit, ut quæ inter præfatos Dominos Dominos Duces vigent amicitia, ſinceraque dilectio, & benivolentia comprobata, nullo pacto conturbentur, nulloque impulſu quatiantur, hujusmodi ambigitati finem imponere, præſentis igitur inſtrumenti tenore præfatus illuſtris Dominus, Dominus Borſius Dux Mutinæ & Regii, Marchio Eſtenſis ac Rodigii Comes, natus quondam Celebris memoriæ Illuſtris Domini, Domini Nicolai, olim Marchionis Eſtenſis, ſponte, ex certa ſcientia, ac omni modo, via, jure, et forma quibus magis & melius potuit & poteſt, etiam ad inſtantiam mei Notarii infraſcripti perſonæ publicæ ſtipulantis & recipientis nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfati Illuſtris Principis Excellentiſſimi Domini, Domini Franciſci Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremonæ *Domini*, & cujuslibet alterius perſonæ, cujus intereſt, intererit, ſeu intereſſe poterit, & poteſt quomodolibet, dixit, & aſſeveravit, & dicit, & aſſeverat, ſe conſentire, & eſſe contentum, ſibique placere, quod Sanctiſſimus Dominus noſter Papa concedat Prælibato Ill. Domino Domino Franciſco Sfortiæ Duce Mediolani, pro ſe, filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, dictas Terras Rocham & Territorium, & Baſtiam Barbiani, et Cunii cum pertinentiis ſuis Dioceſis Imolenſis Provintiæ Romandiolæ, ejusque, ac hominum ibidem habitantium & qui in futurum habitabunt, Regimen, gubernationem & Superioritatem cum mero & mixto imperio & omnimoda jurisdictione, nec non Regaliis, datiis, pedagiis, Coloneis, intradis, condemnationibus, poenis, mulctis, ſucceſſionibus, confiſcationibus, honorantiis, praeeminentiis, & caeteris ad Romanam Eccleſiam ibidem ſpectantibus, ſalvo ſemper jure ſuperioritatis ejusdem Eccleſiæ, & hoc vel in Feudum, vel prout Sanctitati ſuae videbitur, non obſtantibus aliquibus conceſſionibus, vel privilegiis eidem Domino Duci Mutinenſi, vel Prædeceſſoribus ſuis, & maxime *Domino* Marchioni Leonello factis, vel indultis per Praedeceſſores ejusdem Sanctiſſimi Domini Papæ moderni, & cum illis modis & formis, clauſulis & ſolemnitatibus, prout, & quemadmodum Sanctitati prælibati *Domini* Papae noſtri moderni videbitur & placuerit & ſe convenerit cum praelibato *Domino*, *Domino Duce* Mediolani & cum quibuscumque Nunciis Mandatariis ſuis, ac etiam, quod ipſe Illuſtris *Dominus Dux* Mutinæ per expreſſum, veram, claram, & indubitatam habet notitiam, & ſcientiam de continentia, effectu, importantia infraſcriptae ſupplicationis porrigendae, parte & nomine praelibati *Domini*, *Domini Ducis* Mediolani, Sanctitati *Domini* noſtri Papae Caliſti tenoris infraſcripti, & quod ipſa Supplicatio procedit de ejus *Domini Ducis* Mutinae &c. voluntate, conſenſu, & beneplacito, quodque contentus eſt, & praeſentium tenore quatenus expediat, ipſe ſupplicat, quod Sanctitas ſua dignetur praelibato Ill. *Domino Domino Duci* Mediolani & ſuis ut ſupra concedere, & diſpenſare omnia in dicta infraſcripta Supplicatione requiſita & contenta, hoc tamen addito, ſalvo & reſalvato, & ſic intelligatur in principio, medio atque fine repetitum, quod propter praeſentem conſenſum, placitum & voluntatem Ill. *Domini Ducis* Mutinae ac propter aliqua comprehenſa, & contenta in praeſentibus inſtrumento, & ſupplicatione porrigenda Sanctiſſimo *Domino* noſtro Papae nomine praafati *Domini Ducis* Mutinae, de qua infra, non intelligatur, nec fit in aliquo derogatum, nec praejudicatum pactis, Capitulis, Conventionibus initis, firmatis ac concluſis inter praefatos Ill. *Dominos Duces* occaxione dictae Terrae Barbiani, & tempore relaxationis ipſius Terrae, & poſſeſſionis ejus factae anno ſuperiore praelibato Ill. *Domino Duci* Mediolani per Ill. *Dominum Ducem* Mutinae &c. Quae quidem pacta, Capitula et Conventiones ut ſupra habeantur hic pro ſufficienter expreſſis & repetitis, ac ſi de verbo ad verbum in præſenti Inſtrumento facta eſſet expreſſio, & mentio ſpetialis, et haec ad eorum

Digitized by Google

rum veram & mutuam benivolentiam conſervandam, & ne qua de caetero controverſia vel ambiguitas eadem occaſione inter eos Principes, aut eorum Principum ſubjectos posſit oriri, ſed ea omnia & ſingula ſint ſalva, & plenam obtineant roboris firmitatem, concesſione aliqua, quam fieri contingat in futurum per praefatum Sanctisſimum *D*ominum Papam, pro ut & quemadmodum in praeſenti Inſtrumento & Supplicatione continetur, & requiritur, non obſtante, et cum eo moderamine, et tempore porrigi debeant, & porrectae intelligantur preces praefato Sanctisſimo *D*omino noſtro Papae, non aliter nec alio modo, cujus quidem Supplicationis tenor talis eſt videlicet.

Beatisſime Pater: *D*udum felicis recordationis Dominus Eugenius Papa quartus, Devotæ Creaturæ veſtræ Franciſco Sfortiæ tunc Comiti, & Marchioni Marchiæ Anconitanæ, & Romanæ Eccleſiæ Confanonerio, nunc vero Duci Mediolani, Papiæ Angleriæque Comiti, ac Cremonæ Domino Rocham, ſeu Baſtiam, & Territorium Barbiani & Cunii cum pertinentiis ſuis Diocæſis Imolenſis Provintiæ Romandiolae gratioſe concesſit, et in poſſesſionem, et tenutam dictorum Locorum et pertinentiarum per tunc Epiſcopum Anconitanum et Marchiae Legatum, et Succesſive Cardinalem Beniventanum nominatum, poni, & induci mandavit, quod Mandatum idem tunc Legatus fuit executus; Verum, Sanctisſime Pater, aſſeritur per praefatum *D*ominum Eugenium ex poſt conceſſum fuiſſe tunc quondam *D*omino Leonello, olim Marchioni Eſtenſi Vicariatum dicti Loci et Roccae, ſeu Baſtitae Barbiani et Cunii, et Regimen, adminiſtrationem, et gubernationem, cum diſtrictibus, territorio, mero et mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione dictorum Locorum, et pertinentiarum, hujusmodique Concesſionem, per felicis recordationis *D*ominum Nicolaum Papam quintum confirmatum fuiſſe, nulla tamen in praedictis concesſione, et confirmatione de concesſione praefato Franciſco Sfortiae, et aliis ſecutis, habita mentione, et ut differentiae et dubitationes quae oriri poſſent, vitentur, Ill. *D*ominus Borſius, Mutinae et Regii *D*ux Marchio Eſtenſis et dixit, et aſſeveravit ſe conſentire et contentum eſſe ſibique placere, quod Sanctitas veſtra dignetur ſeparare Terram, Locum, ſeu Baſtitam, et Territorium Barbiani & Cunii, ut ſupra, cum pertinentiis ut ſupra, ab omni ſubjectione, jurisdictione, mero et mixto imperio, ac gladii poteſtate, et omni balia, et poteſtate Civitatis Imolenſis, nec non officialibus ejus, tam præſentibus quam futuris, & cujuslibet alterius Civitatis, Terræ, vel Provinciæ, quibus, ſeu cui ſubeſſe dici poſſent, vel reperirentur perinde ac ſi numquam fuiſſent de eorum ſeu ejus Territorio, jurisdictione, vel Dioceſi, quo ad temporalia easque Terram, Locum, Rocham, ſeu Baſtiam, & Territorium Barbiani, & Cunii cum pertinentiis ſuis, ut ſupra unire, & ſubire jurisdictioni, mero & mixto imperio, gladii poteſtate, Terræ Cotignolæ Dioceſis Immolenſis & Provintiæ Romandiolæ, ita quod de ejus Terra Cotignolæ, & pertinentiis ſint, appellentur, & nominentur, eique, ac ejus jurisdictioni, mero & mixto imperio, & gladii poteſtati, & ejus Offitialibus, qui per tempora erunt, ſubſit, regatur, & gubernetur, perinde ac ſi per memorata tempora proxime retroacta de ejus Terrae Cotignolæ pertinentiis, jurisdictione, & ut ſupra continetur, fuiſſet, & ſtetiſſet, & numquam dictæ Civitati Imolæ, nec alteri Civitati aut Terrae, & taliter, quod nihil habeat agere cum ipſa Civitate Imolæ nec altera Civitate, aut Terra, nec ejus Officialibus, nec eis in aliquo quovis reſpectu parere & obedire in juditialibus, aut extra juditium, aut oneribus ordinariis extraordinariis aut mixtis, tam realibus quam perſonalibus, aut mixtis, ſeu quæ imponerentur perſonis pro rebus, vel aliter, quibus ſeparatione & ſubjectione, ſic factis dignetur eadem Sanctitas Veſtra, Terram, Locum, ſeu Baſtitam, & Territorium Barbiani & cum pertinentiis ſuis ut ſupra concedere prælibato Franciſco Sfortiæ Duci Mediolani pro ſe hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis hujusmodi Loca Barbiani, & Cunii, ac Rocham, & Territorium & Baſtiam Imolenſis Dioceſis cum pertinentiis ſuis, eorumque hominum ibidem habitantium, & qui in futurum habitabunt, regimen, gubernationem, & ſuperioritatem, cum mero & mixto imperio, ac omnimoda jurisdictione, nec non Regaliis, Daciis, Pedagiis, teloneis, intradis, condemnationibus, poenis, mulctis, confiſcationibus, honorantiis, & cæteris ad Romanam Eccleſiam ibidem ſpectantibus, & pertinentibus, ſalvo jure ſuperioritatis ejusdem Eccleſiæ, & hoc ſecundum, & pro ut Sanctitati Veſtræ videbitur, non obſtantibus aliquibus conceſſionibus vel privilegiis eidem Domino Mutinenſi, & Prædeceſſoribus ſuis, & maxime dicto Marchioni Leonello factis, vel indultis per Praedeceſſores Sanctitatis Veſtræ, & cum illis modis, clauſulis, & ſolemnitatibus, prout, & quemadmodum Sanctitati Veſtræ videbitur, & ſe convenerit cum prælibato Duce Mediolani, & quibuscumque Nuntiis, & Mandatariis ſuis dixerit atque etiam aſſeveravit ipſe Dominus Borſius ſe habere veram ſcientiam præſentis ſupplicationis & de ejus voluntate, conſenſu, & beneplacito proceſſiſſe & contentum eſſe, ac ipſemet Dux Mutinæ ſupplicabat, quod hujusmodi ſupplicatio per Sanctitatem veſtram expediatur, & concedantur omnia in ea ſupplicatione contenta & requiſita, ſalvo ſemper jure pactorum, & Capitulorum initorum, & firmatorum inter præfatos Illuſtres Dominos Duces Occaſione dictæ Terræ, & Loci Barbiani, & pertinentiarum ejus, de quibus, & pro ut in Inſtrumento publico ſuper hoc confecto, in quo tenor præſentis ſupplicationis de verbo ad verbum inſertus eſt, plenius continetur. Quæ omnia & ſingula prædicta hic pro ſufficienter expreſſis & declaratis habeantur, ac ſi de eis de verbo ad verbum mentio ſpetialis facta eſſet; in quo etiam Inſtrumento idem Dominus Borſius Dux promiſit omnia & ſingula in ipſo Inſtrumento contenta, ac per Sanctitatem Veſtram concedenda, ſemper & omni tempore rata, & firma habere, & tenere,

&

Digitized by Google

& nullo tempore contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa, de jure, nec de facto etiam in fide, & in verbo Legalis Principis, ac restitutione omnium expensarum, damnorum, ac Interesse, supplicatur vestræ beatitudini pro parte præfati Ducis Mediolani quatenus concessionis eidem Francisco Sfortiæ ut præfertur. Instrumenti per ipsum Dominum Borsium, ut præfertur facti tenores pro sufficienter expressis, illamque, & illud, & omnia, & singula meis contenta rata, grata, & firma habentes, concessionem prædictam, & consensum præfati Domini Borsii ex certa scientia, Auctoritate Apostolica approbare, & confirmare dignemini, & supplere omnes defectus juris, & facti, si qui forsan interveniissent in eisdem, & nihilominus Rocham, seu Bastitam, & Loca, & Territorium Barbiani, & Cunii cum eorum, & utriusque eorum juribus & pertinentiis, honorantiis & Regaliis ac mero & mixto imperio cum omnimoda jurisdictione & gladii potestate, & ut supra, eidem Francisco Sfortiæ, Duci Mediolani pro se, filiis, & descendentibus suis perpetuo eadem auctoritate confirmare, & quatenus expediat concedere cum non obstantibus, & clausulis opportunis, promittens, præfatus Illustris Dux Mutinensis sub obligatione sui & omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum, mihi Notario infrascripto tamquam publicæ personæ stipulanti & recipienti nomine & vice, & ad partem & utilitatem, præfati Domini Ducis Mediolani & cujuslibet alterius personæ cujus interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum, prædicta omnia & singula superscripta, & in præsenti Instrumento contenta ac concedenda ut supra semper, & omni tempore rata, grata, & firma habere & tenere, & nullo tempore contrafacere vel venire aliqua ratione, vel causa, de jure, nec de facto; Et hæc omnia, & singula etiam in fide, & verbo Legalis Principis, & Domini, & super refectione & restitutione omnium expensarum, damnorum, & interesse litis, & extra proinde fiendarum & sustinendarum prædictorum causa, & occasione. Et de prædictis præfatus Dominus Dux Mutinæ jussit, & jubet per me Notarium infrascriptum publicum debere confici Instrumentum unum, & plura unius & ejusdem tenoris.

Ego Libanerius filius Egregii Viri Franciſci de Libaneriis Notarii Publici Ferrarienſis, ac prælibati Domini Ducis Mutinæ &c. Cancellarii, Imperiali auctoritate Notarius publicus, prædicta omnia, & ſingula ſcripta pro ut in Scedis publicis, & originalibus, ſpectabilis & Clari Viri Victorii de Pavonibus Notarii publici Ferrarienſis, & jam dicti Domini Ducis Mutinæ &c. Cancellarii inveni, de ejus voluntate, & mandato fideliter ſumpſi, ſcripſi, & exemplavi, quod quidem facere potui ſecundum formam proviſionis Communis Ferrariæ de hoc loquentis, & in fidem præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum à Capite mei nominis appoſui conſuetum.

Ego Victorius de Pavonibus natus Ser. Johannis Civis, & Notarius publicus Imperiali auctoritate Ferrarienſis, ac prælibati Domini Ducis Cancellarius prædictis omnibus & ſingulis interfui, & rogatus ea ſcribere ſcripſi, & annotavi in meis Scedis, & ſcripturis publicis, autenticis & originalibus, eaque ſumi, & exemplari feci per ſupraſcriptum Libanerium Notarium publicum Ferrarienſem, quod facere potui vigore proviſionis Communis Ferrariæ ſuper hoc editæ, & in fidem me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus à capite mei nominis appoſui conſuetum.

LXXXIX.

Tractatus confinium inter Dominium Venetiarum ab una, & Franciſcum Sfortiam, Mediolani Ducem ab altera parte confectus, d. d. 4. Aug. An 1456.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac glorioſiſſimæ Virginis Matris Mariæ, Beatiſſimorumque Marci et Ambroſii totiusque Curiæ Coeleſtis Triumphantis, Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, ſexto, Indictione quarta die Mercurii quarto menſis Auguſti ſecundum curſum Civitatis Mediolani. Cum poſt celebratam Pacem in Civitate Laudæ inter Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum, Dominum Franciſcum Foſcari, DEi gratia Ducem Venetiarum, & Excellentiſsimum Dominium, & Commune Venetiarum ex parte una, & Illuſtriſſimum Principem, et Excellentiſſimum Dominum, Dominum Franciſcum Sfortiam, Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem ac Cremonæ Dominum ex parte altera exortæ fuerint differentiæ inter ipſas partes occaxione Confinium & quorumdam Locorum, quae unaquæque partium prædictarum ad ſe ſpectare & pertinere dicebat; aſſerente præfato Illuſtriſsimo Domino Duce Venetiarum, quod Loca, quæ dicuntur Loca illorum de Arigonibus de Quarteronibus in Valle Tacgii, nec non Montes Leva, cum ſuis juribus, & pertinentiis, & item aliqua pars Territorii citra foſſatum Pergamenſe verſus Glaream Abduam, & item Strata Cremonenſis verſus Mozanicam per traverſum apud foſſatum ipſum Pergamenſe usque ad flumen Serii ad præfatum Illuſtriſsimum *Dominium* Venetorum ſpectant & pertinent; Et e contra dicente præfato Illuſtriſsimo Domino *Duce* Mediolani Loca, et Jura, de quibus ſupra ad ſe ſpectare et pertinere, & alia inſuper, videlicet Valles Tortam, Aurariam, & Tacgii, Locum Pecini cum ſuis Juribus, et pertinentiis tamquam exiſtentia de Ducatu Mediolani, & ex membris Valliſaſinæ, Locum Caſtelleti, & Campum tortum juris Abbatiæ Cerreti, nec non Stratam Cremenſem, quatur à Strata Cremonenſi prope foſſatum Pergamenſe usque ad aggerem dividentem Territorium Cremonenſe à Territorio Cremenſi; Tandem conſiderantes prælibati Illuſtriſsimi Principes, & Excellentiſsima Dominia quam dulce, quamve omnibus eorum

Digitized by Google

subditis fructuosum fit nomen Pacis, quam propter summam benevolentiam et caritatem, qua inter seipsos iidem Principes multis hinc inde collatis, et acceptis beneficiis conjuncti sunt inter se se, nullis adhibitis mediatoribus, contraxerunt; volentes eadem mentis dispositione Pacem inconcussam reddere, qua ad ipsam devenerunt, non tam attendentes, quid cui partium jure debeatur, quam quid expediat, hinc ad præcidendas inter et utrinque, et utriusque partis subditos differentiarum, et scandalorum occasiones, sponte et ex certa scientia ad infrascriptas conventiones et pacta devenerunt præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, pro una parte, & Magnifici Dominus Carolus Marino & Nicolaus Canalis, Artium et Juris utriusque Doctor, Oratores et Mandatari, ac Procuratores, et Syndici præfati Illustrissimi Domini Domini Ducis, et Dominii, et Communis Venetiarum ex altera ad infrascripta omnia & singula specialiter constituti, ut patet per Instrumentum solemne dicti eorum Mandati per nos Notarios infrascriptos visum & diligenter examinatum in publica, et autentica forma tenoris subsequentis videlicet:

In Christi nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, indicione quarta, die quinto decimo mensis Maji. Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus Dominus Franciscus Foscari, Dei gratia inclytus Dux Venetiarum, &c. una cum suis consiliis ad infrascripta, & alia exercenda ordinatis, spetialiter, deputatis, & ipsa consilia una cum ipso Domino Duce unanimiter, & concorditer, eorum nemine discrepante, pro se, & Successoribus suis de nomine, & vice Illustrissimi Ducalis Dominii & Communis Venetiarum sponte libere, & excerta scientia, animoque deliberato, omnibus melioribus modis, via jure & forma, quibus magis melius, validius, & efficacius potuerunt & possunt cum interventu omnium & singularum solemnitatum, quæ in hujusmodi rebus requiruntur tam de hujus Civitatis consuetudine, quam de jure, ordinant suos, & dictorum Domini Ducis, Dominii & Communis Venetiarum Syndicos, Actores, Factores, veros & legitimos Procuratores & certos Nuntios Spetiales, & quicquid amplius melius dici, & esse possit & de jure sanius intelligi spectabiles & generosos Viros, Dominos Carolum Marino, Capitaneum Brixiæ, & Nicolaum de Canali, Doctorem Capitaneum Pergami honorabiles Cives suos absentes tamquam præsentes, in omnibus ipsius Illustrissimi Domini Ducis, Dominii, & Communis Venetiarum, & Subditorum & fidelium suorum litibus, causis, controversiis, differentiis, & querelis Civilibus & criminalibus præsentibus & futuris, quæ occasione confinium Stratæ, qua itur ex Pergamo Cremam, ac Castelleti Cremensis & Fossati, & de nonnullis Locis Territorii Pergamensis & in quibuscumque aliis Locis quomodolibet possent occurrere inter ipsum Illustrissimum Dominum Ducem & Dominium, ac Commune Venetiarum ex una, & Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani ex altera parte, spetialiter, & expresse Sindicario, & Procuratorio nomine, quibus supra, ad ineundum, tractandum, practicandum, concludendum & componendum, concordandum, transigendum, & conveniendum, ac ipsas differentias finiendum, judicandum, decidendum, terminandum & firmandum quæcumque pacta, conventiones concordiam, & terminationem, & quælibet alia quæ agerentur cum Illustrissimo Domino Duce Mediolani, vel cum Deputatis ab Excellentia sua. Et insuper ad ponendum, & limitandum & designandum Confinia ipsarum partium & Subditorum suorum, & invicem pacifice & quiete vivere possint. Et pro præmissis, & singulis instrumenta contractus & quaslibet alias scripturas necessarias, & opportunas, ac promissiones & obligationes, & alia quæcumque opportuna faciendum cum pactis promissionibus & obligationibus, clausulis, stipulationibus, ponis, & renunciationibus necessariis & opportunis, & requisitis, prout eisdem Dominis Syndicis, & Procuratoribus visum fuerit expedire; Et generaliter ad omnia, & singula dicendum, faciendum, procurandum & exercendum, quæ in prædictis & circa, prædicta, & in connexis, & dependentibus ab eisdem necessaria fuerint, utilia, & quomodolibet opportuna, & quæ ipsimet constituentes facere possent, si personaliter interessent, etiamsi talia forent, quæ Mandatum exigerent spetiale. Dantes, & concedentes prædicti Domini Constituentes dictis eorum Syndicis, & Procuratoribus in prædictis, & circa prædicta cum annexis, & dependentibus ab eis, & aliquo eorum, ac prorsus extraneis plenum, liberum & generale Mandatum, ac etiam spetiale ubi exigitur, cum plena, libera generali, & speciali administratione & potestate, promittentesque dicti Constituentes firma, rata, & grata habere, attendere, & observare quæcumque dicti eorum Syndici & Procuratores in prædictis & circa prædicta, & in dependentibus, & connexis, ac prorsus extraneis duxerint facienda, & non contrafacere, vel venire, dicere, vel opponere sub hypotheca, & obligatione omnium & singulorum bonorum ipsius Domini Ducis, Dominii & Communis Venetiarum præsentium, & futurorum. Actum Venetiis in Ducali Palatio in sala duarum napparum; præsentibus Egregio, & Sapientibus Viris Domino Francisco de la Segia honorabili Cancellario, Ser. Hieronimo de Nicola, & Ser. Bertucio Nigro Secretariis Aulæ Venetiarum, & aliis Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis. In quorum fidem, & evidentiam pleniorem præfatus Dominus Dux, Dominium, & Commune Venetiarum præsens Instrumentum fieri jusserunt, & bulla sua plumbea pendente muniri. Ego Ludovicus de Brachis filius Ser. Joannis Venetus publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex Ordinarius, nec non Ducalis Aulæ Venetiarum Scriba prædictis omnibus & singulis interfui, & jussu præfati Illustrissimi Domini Ducis, ac rogatus scripsi, & publicavi, signumque meum apposui consuetum in hunc modum videlicet; & primo circa differentias & debbata Pecini, Vallis Aurariæ, & Vallis Tortæ, quas petebat prælibatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani contentus remansit idem Illustrissimus Dux Mediolani libenti animo quod remaneant præfato Illustrissimo Domino Duci, & Domi-

Digitized by Google

Dominio Venetiarum, & ſimiliter illa pars Vallis Taegii, quæ poſſidetur de præſenti per præfatum Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum, & maxime prædictus Locus Pecini, Sevioni, & omnia alia Loca, quæ tenentur, & poſſidentur per præfatum Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum, in dicta Valle Taegii, & e contra contentum remanſit Illuſtriſſimum Dominium Venetiarum præfatum, ſive prædicti Domini Carolus, & Nicolaus Mandatarii, & Oratores ut ſupra pro ipſo Illuſtriſſimo Dominio Venetiarum, quod præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani libere remaneant illæ partes Vallis Taegii, quæ de præſenti per præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani poſſidentur, & maxime Origoni, Amigoni Rogoni, & Quartironi cum Locis infraſcriptis, videlicet; Canto, Almenterga, Pianchello, la Lavina, Vidiſeta, Aſolaſio, Pracovinio; Eccleſia vero Sancti Bartholomæi remaneat, in jurisdictione ejus partis, in qua ſituata eſt, & denique omnia alia Loca, quæ de præſenti tenet, & poſſidet præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani in dicta Valle Taegii. Circa differentias rerum Leuci, quæ ſunt ultra Abduam, videlicet Vallis Mortironi & Loci Brumani, quas petebat præfatum Illuſtriſſimum Venetiarum Dominium, convenerunt, & concordes remanſerunt dictæ partes, quod ſupraſcripta Vallis Mortironi, & dictus Locus Brumani, & alia Loca, quæ præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani de præſenti poſſidet, ita in monte, ſicut in plano Leuci, libere remaneant præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani, & maxime quod, antiquitus eis adminiſtrabatur jus per Poteſtatem Leuci. Circa autem differentias, quæ noviter exortæ ſunt, pro Confinibus citra foſſatum Pergamenſe in Locis dictarum differentiarum, convenerunt dictæ partes, & concordes remanſerunt, quod tantum ſe extendere intelligantur, & remaneant dicta confinia, quantum ſe extendebant, & erant vivente Illuſtriſſimo quondam Domino Duce Filippo Maria pro majori parte temporis. Quantum ad debbatum, & differentiam Caſtelleti prope Cerretum convenerunt, & concordes remanſerunt dictæ partes, quod præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & Dominio Venetiarum remaneat poſſeſſio Caſtelleti, quemadmodum remanſit præterito proximo tempore, ſine præjuditio tamen jurium, & jurisdictionis Abbatiæ Cerreti, cujus Abbates ſemper uti poſſint juribus ſuis contra præfatum Dominium Venetiarum; hoc ſemper intellecto, quod nulli dictarum partium, cui remanebit dictus Locus, liceat aliquod conſtrui facere fortilicium, neque pati per alium quempiam fieri, quod ſi aliquod fortilicium eſſet, explanetur, & in totum ſolo æquetur; jurisdictio vero Campi torti remaneat, & applicata eſſe intelligatur Caſtelleto. Poſſeſſio autem ipſius Campi torti remaneat, & eſſe intelligatur illorum, qui tenent, gaudent, & poſſident de præſenti Cerretum, aut in futurum tenebunt, gaudebunt, & poſſidebunt prædictum Locum Cerreti. Ita & taliter, quod libere ſibi liceat conducere, & conduci facere omnes fructus naſcentes, ſive naſcituros ſuper dicta poſſeſſione Campi torti quo ipſi, vel ipſis placuerit, & viſum fuerit abſque licentia, & ſine Contradictione Officialium Cremæ, aut alterius cujuscunque perſonæ. Item convenerunt ſupraſcriptæ partes, quod Strata Cremenſis, libere remaneat prælibato Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum, & de ea diſponere poſſit quemadmodum ſibi placuerit, cum conditionibus tamen inferius declarandis; Similiter contentatur præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, quod Strata, quæ appellatur Cremonenſis, incipiendo a Strata Cremonenſi inclusive, quæ decurrit verſus Mozanicam usque ad flumen Serii excluſive cum toto Territorio incluſo inter dictum Flumen Serii, & Stratam prædictam remaneat eidem Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum, exceptis Locis Solæ, & Caſinarum de Sichis cum eorum poſſeſſionibus dictis Locis pertinentibus, quia in præſenti poſſidentur, & tenentur per ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem Mediolani, & ſibi reſervantur. Cum hac tamen condicione, quod Subditi, & habitatores Civitatum, Terrarum, & Locorum, ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani poſſint libere verſus ſuas Terras tranſire, ire & redire per eandem Stratam nuncupatam Cremonenſem veterem, & novam abſque aliqua ſolutione Datii, vel Gabellæ, etiam pro quanto ſe extendat dicta Strata Cremenſis ex transverſo, cum omnibus eorum beſtiis, mercantiis, rebus & bonis etiam abſque aliqua obligatione accipiendi bulletas; & teneatur præfatum Illuſtriſſimum Ducale Dominium facere aptari, & reparari dictam Stratam nuncupatam Cremonenſem, & caſu, quo præfatum Illuſtriſſimum Ducale Dominium præterniteret eam Stratam aptari & reparari facere, liceat tunc præfato Illuſtriſſimo Domino Duci Mediolani ipſam aptari & reparari facere, & ubi dicta Strata non eſſet habilis ad meandum, tunc liceat Subditis, & habitatoribus ut ſupra ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani tranſire etiam per Territorium Cremenſe verſus Terras præfati Domini Ducis abſque aliqua Solutione Datii vel Gabellæ ut ſupra. Item quod non liceat præfato Illuſtriſſimo Ducali Dominio Venetiarum fieri facere, aut conſtrui aliquod opus, vel Fortilitium, vel Seriolam in dictis Strada Cremenſi, & Cremonenſi, & Territorio, quod vigori præſentis Contractus remanet præfato Illuſtriſſimo Ducali Dominio, plura aut aliter, quam ſint de præſenti nec pro aggeribus, & erectione Stratarum, nec aliquo cavamento faciendis; ſalvo tamen quod pro reparationibus, & reaptationibus earum, quæ ſunt de præſenti, ut ſint magis habiles ad meandum; promittentes prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani pro una parte & præfati Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii & Sindici prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis & Dominii & Communis Venetiarum pro altera parte, ſub obligatione ſui, modis & nominibus quibus ſupra, & omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum, pignori ſibi vicisſim & ad invicem, videlicet una pars alteri & altera alteri præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus vicisſim, & ad invicem quod ipſæ, partes, & utraque earum modis, & nominibus quibus ſupra ſemper & omni tempore præſens Inſtrumentum, & omnia & ſingula, in præſenti Inſtrumento contenta attendent, obſervabunt, adimplebunt, & executioni mandabunt,

bunt, & ratum, gratum, firmum, & rata, grata, & firma habebunt, & tenebunt, & nullo tempore contrafacient nec venient aliqua ratione, nec causa, de jure, nec de facto per se se, nec per submissam personam, directe, nec per indirectum, nec aliquo quæsito colore. Et quod hæc omnia, & singula facient, attendent, & observabunt ipsæ partes, & utraque earum, modis & nominibus quibus supra, sub refectione & restitutione omnium expensarum, damnorum, & interesse litis, & extra proinde faciendarum, & substinendarum prædictorum causa & occaxione; renuntiando exceptioni præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, & prædicti Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii & Sindici, modis, nominibus, quibus supra, non facti, & non celebrati hujusmodi Instrumenti pactorum, & conventionum, modo, & forma, præmissis & prædictorum, & infradictorum omnium, & singulorum, non ita & taliter actorum, & factorum, & omni probationi & defensioni in contrarium. Insuper prædictæ partes videlicet præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani, in animam suam, & prædicti Magnifici Domini Oratores, Procuratores, Mandatarii & Sindici, ut supra, modis & nominibus quibus supra in animam suam, & dictorum Principalium suorum juraverunt prædicta omnia, & singula, semper & omni tempore rata, grata, & firma habere & tenere, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliqua ratione, nec causa, de jure nec de facto, directe nec per indirectum, palam vel occulte, per se, nec per submissam personam nec aliquo quæsito colore insuper convenerunt dictæ partes, quod in termino unius mensis proxime futuri præfatum Illustrissimum Ducale Dominium Venetiarum, si conventiones & pacta in præsenti Contractu contenta sibi placuerint, teneatur per publicum instrumentum omnia in dicto præsenti contractu cum insertione ipsius ratificare & approbare, & ratificationem mittere præfato Illustrissimo Domino Duci Mediolani; Casu autem quod concordia & Conventiones ipsæ sibi non placuerint, & per præfatum Illustrissimum Dominium Venetiarum intra præfixum tempus dicta Ratificatio non mittatur, tunc suprascripta omnia locum non habeant, sed stetur judicio duorum Arbitrorum communium per partes infra menses duos inde proxime futuros eligendorum; Et si non fuerint dicti Arbitri concordes tunc infra duos alios menses inde futuros per partes ipsas eligatur tertius, quibus tamen differentiis & terminis pendentibus, & quousque sententiarum fuerit in causa, per partes nihil innovetur, sed omnia stent & remaneant in eo gradu, in quo sunt de præsenti; & prædicta omnia, & singula contenta in præsenti Contractu fecerunt & faciunt ipsæ partes sine præjudicio, & cum reservatione omnium & singulorum contentorum in Capitulis Pacis, & Ligæ, nisi pro quanto in præsenti Contractu reperiatur expresse provisum. Et de prædictis omnibus, & singulis prælibatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani & prædicti Magnifici Domini Carolus, & Nicolaus, Oratores, Mandatarii, Procuratores, & Syndici modis, & nominibus quibus supra jusserunt & jubent per nos Antonium de Campo Longo quondam Alberti Civem Patavinum, & Jacobum de Perego quondam Vannini Notarios infrascriptos & utrumque nostrum publicum debere confici Instrumentum unum, & plura ejusdem tenoris & substantiæ cum appositione Sigillorum ipsius Illustrisimi Dominii Venetorum & ipsius Illustrisimi Domini Ducis Mediolani. Actum Mediolani in Curia Arenghi ipsius Illustrisimi Domini Ducis Mediolani in Camera nova superiori respiciente versus Ecclesiam Dominæ S. Mariæ Majoris Mediolani solitæ residentiæ diurnæ ipsius Illustrisimi Domini Ducis. Interfuerunt ibi Testes Spectabiles & Nobiles Domini Gaspar de Martinengo filius Magnifici Militis Domini Antonii Civis Brixiensis, Dominus Franciscus de Placentia de Crema, Legum Doctor, natus quondam Domini Johannis, habitator Cremæ, Comes Nicolinus de Calepio, filius quondam Comitis Trusardi habitator Civitatis Pergami, Leonardus de Præposulo, natus Domini Benedicti, Civis & habitator Bergami, Marcus de Suardis filius quondam Domini Georgii, Civis & habitator Pergami, Daniel de la Capra, natus quondam Domini Betini, habitator Civitatis Venetiarum, Hieronymus de Advocatis, filius Domini Detis, Civis Brixiæ, & Gulielmus de Rotta filius quondam Domini Marchesini habitator Civitatis Pergami, nec non Magnifici & spectabiles Viri Domini Nicolaus de Arcimboldis, Angelus Symonetta, Thomas de Reate Miles, Scæva de Curte Miles, & Doctor ipsius Illustrisimi Domini Ducis Mediolani Consiliarii, Gaspar de Vicomercato, Comes Valentiæ, & Ducalis armorum Ductor natus quondam spectabilis Legum Doctoris Domini Tadioli; Petrus de Pusterla Ducalis Aulicus, Antonius de Bosis Legum Doctor, natus quondam Domini Johannis ex Magistris Ducalium intradarum extraordinariarum, Dominus Jacobus de Triulcio Miles, & Doctor Ducalis Aulicus, omnes Testes noti & idonei ad præmissa omnia, & singula specialiter habiti & vocati ac rogati, nec non præsentibus Pronotariis Georgio de Paniciis, filio Galasii Portæ Novæ Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam, & Johanne Vesconto de Musiis, filio quondam Donati Portæ Horientalis, Parochiæ Sancti Babylæ intus, ambobus Civitatis Mediolani Notariis & Pronotariis.

Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vannini, Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba prælibati Illustrisimi Domini Ducis Mediolani jussus tradidi una cum infrascripto, & suprascripto Domino Antonio Campo Longo Notario infrascripto, & per ipsum scripto signumque meum Tabellionatus apposui in fidem & Testimonium præmissorum & me subscripsi.

Et Ego Antonius de Campo Longo quondam Alberti de Padua publicus Imperiali Auctoritate Notarius, Judex ordinarius, & suprascriptorum Magnificorum Dominorum Oratorum, Procuratorum & Syndicorum Illustrisimi Ducalis Dominii Venetiarum Scriba & Cancellarius jussus tradidi una cum Ser. Jacobo de Perego Notario suprascripto, signumque meum Tabellionatus apposui in fidem, & Testimonium præmissorum & me subscripsi.

Et

Digitized by Google

Et Ego Cichus Symonetta quondam Antonii de Calabria prælibati Illustrisſimi Domini Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus interfui, & juſſu Excellentiæ Suæ ad majorem præmiſſorum fidem me propria manu ſubſcripſi & præſens Inſtrumentum ſuo Ducali pendenti Sigillo muniri feci.

XC.

Tractatus Ligæ, fœderis, Protectionis ac optimæ amicitiæ inter Ludovicum, Caroli VII. Francorum Regis primogenitum, Delphinum Viennenſem ab una; Franciscum Sfortiam, Ducem Mediolani vero ejusque liberos & Succeſſores ab altera parte initus, d.d.6. Octobr. An. 1460. cum ejusdem Ludovici Declaratione quorundam Capitulorum, d. d. 1. Jun. An. 1461. ac Ducis Mediolani acceptatione & ratificatione ejusdem ligæ, d. d. 24. Jul. An. 1461.

FRanciſcus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Quanquam majores noſtri Illuſtriſſimi Principes, Vicecomites, qui hujus Inclytæ Civitatis Mediolani Principatum habuerunt, ac Illuſtriſſimus Genitor noſter, & ſucceſſive nos continuatis, & vetuſtiſſimis temporibus ſumma fide, reverentia, & devotione proſecuti fuerimus Sereniſſimam, ac Chriſtianiſſimam Regiam Domum Francorum; & viceverſa Sereniſſimi Reges domus ipſius, qui pro temporibus fuerint, ipſos omnes majores noſtros ſingulari benevolentia, caritate atque clementia complexi, & ultro, citroque affinitatis vinculo ſibi conjungere dignati ſint; nos tamen antiquæ, atque hæreditariæ devotionis non immemores, ne dum res hujusmodi continuare, ſed augere pro viribus ſemper conati ſimus, & præter eam, quam erga Sereniſſimum atque Chriſtianiſſimum Dominum, Dominum Carolum præſentem Francorum Regem gerimus, tali, ac tanta devotione, & reverentia Illuſtriſſimo, & Serenisſimo Principi Domino, Domino Ludovico, Delphino Viennenſi ejus primogenito, & futuro Regi afficimur, ut ſi non factis, certe ipſius ſaltem animi effectu priſcos omnes ſuperare nobis perſuadeamus, ejusque ſublimitati tantum debere fateamur, quantum perſolvi humana ope vix poſſit: Hic cum Illuſtriſſimus, ac Serenisſimus Princeps, ut cætera in nos collata beneficia hoc loco prætereamus, ut animum noſtrum re ipſa æquaret, aut potius ſuperaret, ultra alia amicitiæ, caritatis, affinitatis, & devotionis vincula, nos, ac Illuſtriſſimam Dominam Blancam Mariam, & liberos, & Succeſſores noſtros ſpeciali gratia, & Clementia complecti dignatus eſt, & Ligæ, Unionis, ac indiſſolubilis amoris vinculum nobiscum contrahere, patrocinium, ac protectionem noſtram in ſe ſuſcipere, & ita Omnipotentis Dei gratia factum eſt ut prælibatus Illuſtriſſimus, & Serenisſimus Dominus Dominus Delphinus, futurus Rex, nos, noſtrosque omnes ut ſupra in Ligam, Confœderationem & intelligentiam puram, meram, & ſinceriſſimam acceptaverit, eamque inierit, ac confirmaverit, protectionemque ſuſceperit medio, atque interventu Spectabilis Viri Proſperi Camulii Oratoris, & Secretarii noſtri, ac ſpetiale mandatum habentis; quem quidem Proſperum ſuperioribus menſibus ad prælibatum Dominum Dominum nunc Delphinum, & futurum Regem transmiſimus, & quam Ligam, confœderationem & protectionem ipſe Dominus Dominus nunc Delphinus & futurus Rex geminatis publicis Documentis, & Litteris ſolemniter confirmare dignatus eſt; quorum, quarum tenor talis ſubſequitur videlicet:

Ludovicus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennenſis, Comesque Valentinenſis, & Dienſis. Univerſis præſentium ſerie fieri volumus manifeſtum, quod cum inter Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Dominum Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolani, Avunculum noſtrum honorandiſſimum, per medium, atque interventum Spectabilis Viri, Proſperi Camulii Oratoris, Procuratoris, & Secretarii ipſius, & ad hoc ſpetiale Mandatum habentis, ut conſtat Litteris patentibus ipſius Avunculi noſtri datis Mediolani die vigeſimo ſexto menſis Auguſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ejus ſigillo ſigillatis, & ipſius propria manu ſubſcriptis, ac per Magnificum Virum Cichum de Galabria ejus Cancellarium ſignatis, & nos Delphinum Viennenſem antedictum initæ, & firmatæ eſſent certæ, convenciones, & Capitula, tam pro nobis, quam pro filiis, hæredibusque, Succeſſoribus, & adhærentibus noſtris, cujus tenor ſequitur, & eſt talis.

Ludovicus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennenſis, Comesque Valentinenſis, & Dienſis. Cum ſit quod gratia Summi Mentium humanarum illuminatoris, & Creatoris noſtri dudum fuiſſet orta cordialiſſima, & ſingulariſſima affectio & benivolentia inter nos parte una, & Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Principem Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Franciſcum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum parte altera Cupientibus nobis ambabus partibus hanc noſtram cordialiſſimam, & ſinceriſſimam dilectionem notam eſſe, non tantummodo inter nos partes, ſed etiam inter filios, hæredes & ſucceſſores noſtros, & quoniam memoria rerum humanarum labilis eſt, reduci in ſpeciale documentum, & declarationem per claram, & publicam ſcripturam, quod quidem tamquam honeſtum, acceptabile, & rationabile cupimus ſpecialiter nos, ne videamur ingrati, pro parte noſtra ejus mutuæ & reciprocæ benivolentiæ & affectionis, quæ eſt inter nos ex una parte ut ſupra, & ipſum præfatum Illuſtriſſimum Dominum Avunculum noſtrum Cariſſimum Dominum Ducem Mediolani ex altera, & devotionis, & ſervitutis, qua ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux affectus eſt erga nos. Idcirco contenti fuimus, & contentamur, atque acceptavimus, & acceptamus, & declaramus de mente noſtra, ac ſponte velle devenire, & venimus ad intelligentiam, & Ligam cum ipſo Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duce Mediolani ſupradicto per medium atque interventum ſpectabilis viri Proſperi Camulii Oratoris, & Secreta-

Digitized by Google

cretarii ſui, & quia a præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Mediolani habet ad hoc ſufficiens Mandatum manu propria Illuſtriſſimi Domini Ducis ſubſcriptum, & pro executione hujus optimæ mutuæ utriusque noſtrum diſpoſitionis, affectionis, & voluntatis, pervenimus inter nos partes prædictas ad intelligentiam, Ligam inſimul, & vicisſim ſub Capitulis Pactis, & conventionibus ut infra videlicet: Quia imprimis prænominatus Proſper Orator, & Secretarius ut ſupra agens, & ſtipulans nomine ipſius Illuſtriſſimi Avunculi noſtri Cariſſimi Domini Ducis Mediolani, hæredum, & ſucceſſorum ſuorum, ut ſupra, vigore dicti mandati promiſit, & ſeu promittit nobis, quod ut proſequatur id, quod eſt certiſſimum mentis & diſpoſitionis ipſius Avunculi noſtri cariſſimi ſupradicti Domini Ducis Mediolani verſus nos, filios, hæredes, & ſucceſſores noſtros ut ſupra toto ejus poſſe, contra quem, aut quosvis, qui nos offenderent, aut offendere attentarent in perſona, ſtatu, & bonis præſentibus, & futuris noſtris, filiorum, hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum ut ſupra; & verſa vice nos Ludovicus prænominatus Regis Francorum primogenitus Delphinus Viennenſis futurus Rex Francorum ex Conſtitutione Regali promiſimus, ac tamquam Delphinus nunc, & Rex in futurum promittimus ipſi Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo Domino Duci Mediolani præfato ſive ipſi Proſpero Oratori, & Secretario ſuo agenti, ſtipulanti, & recipienti nomine Excellentiæ ſuæ, quod nos & nunc, & Rex ſuccedente tempore, adjuvabimus, fovebimus, defendemus, manutenebimus, ſubſtinebimus, & protegemus ipſum Illuſtriſſimum Avunculum noſtrum cariſſimum Dominum Franciſcum Sfortiam Ducem Mediolani præfatum, ejus Illuſtriſſimam Dominam Conſortem Duciſſam, ejus filios, hæredes & ſucceſſores ſuos in Ducatu Mediolani & in aliis ejus, & eorum Dominiis, juribus, jurisdictionibus, & pertinentiis præſentibus & futuris contra quamcumque perſonam, & quamvis potentiam, quæ eum, aut ſuos ut ſupra offenderet, aut offendere, moleſtare, inquietare aut perturbare prædictum ſtatum ſuum, & ſuorum ut ſupra modo aliquo directo, vel indirecto tentaret, aut moliretur, & hoc toto noſtri, ſeu Delphini, ſeu Regis poſſe. Item ſi præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, *Dominæ Duciſſæ*, filiis, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis opus erit auxiliis equitum, & peditum, tunc nos, *Delphinus* nunc, ſeu Rex in futurum infra tempus menſium duorum requiſitionis nobis parte ipſius Illuſtriſſimi *Domini Ducis*, aut ſuorum factæ & ad omnem requiſitionem de ipſis auxiliis noſtris ad ſe mittendis pro tempore factam, & quæ fiet, expediemus, & mittemus equites quatuor millia, & archerios duo millia, quibus de propria expenſa noſtri tunc Regis, nos nunc *Delphinus*, & tunc Rex ſolvi faciemus realiter, & cum effectu de debito ſtipendio pro anno uno inchoando a die, quo ſe dicti equites, & pedites ad iter poſuerint, attendendo ad auxilia prædicta; & hoc totiens, quotiens, & quandocunque occurreret & videatur præfato Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo *Domino Duci*, ſive Excellentiæ ſuæ deſcendentibus opus eſſe, & parte ipſius, aut ſuorum ut ſupra requiſitio facta nobis fuerit de ipſis auxiliis aut parte eorum mittendis & omnia alia pro ipſo Illuſtriſſimo Avunculo noſtro cariſſimo *Domino Duce*, ejus ſtatu, & ſuorum libentiſſime quidem, & ex animo faciemus, quæ debet bonus, & benivolus affinis, ad talem maxime utilitatem cordiali vinculo, Liga & intelligentia colligatus; hoc autem intellecto, quod per præſentia Capitula ſive aliquod ipſorum non intelligatur præjudicatum, nec aliqualiter derogatum Capitulis univerſalis Ligæ Italiæ, immo illa illæſa remanere intelligantur demumque hinc inde inter nos tamquam *Delphinum*, nunc, & ſuccedente tempore futurum Regem Francorum ut ſupra pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris ex una parte & ipſum Illuſtriſſimum Avunculum noſtrum cariſſimum *Dominum Ducem* Mediolani, prænominatam Illuſtriſſimam *Dominam Duciſſam* ejus Conſortem, filios & hæredes & ſucceſſores ſuos ut ſupra ex altera, deinceps ſit, & eſſe intelligatur vigore ſupraſcriptorum conventorum ut ſupra cordialiſſima & ſincerisſima dilectio, Liga, intelligentia perpetuo, ut dicitur, inter nos partes, filios, & ſucceſſores noſtros ut ſupra dicitur, valitura, & duratura. In cujus ſignum, & verum effectum altera pars teneatur agere pro altera, & ejus conſervatione, utilitate & commodis, & e contra, quemadmodum pro ſe ipſa faceret, & hoc bona fide, & pro poſſe. Et ſic in executione præmiſſorum habebuntur, fovebuntur, conſervabuntur, & tractabuntur pro poſſe Officiales, Subditi, Feudatarii, Adhærentes, & Recommendati ac ſervitores ipſarum partium ut ſupra agentium inter ſeſe, hinc inde advenientibus caſibus, & pura fide, ut dicitur, & nullo unquam in contrarium colore, quæſito. Inter quos quidem certis rationibus juſtis & debitis adducti nos Delphinus ut ſupra, non præjudicando aliis denominationibus talium hinc inde inter nos partes pro tempore fiendis, annumeramus, & nominamus pro parte noſtri Spectabilem Dominum Jacobum de Valpergia, dilectum Conſiliarium, & Cambellarium noſtrum, & ejus Terras, ac bona quævis extra jura noſtra prædicta poſita ſint. Quem quidem Dominum Jacobum, & Terras, & bona ſua quæ hoc tempore vexari, licet indebite, videntur, per Illuſtriſſimum Dominum, Dominum Ducem Sabaudiæ, ac ejus bona ipſe Illuſtriſſimus Avunculus noſter cariſſimus Dominus Dux tueri, & defendere, ac conſervare teneatur, & in ſe tutelam ejus recipere debeat in eo ſtatu ſaltem, in quo erant die quarta Septembris proxime elapſi, vel meliori & pacifico, ſi fieri poterit; & hoc non obſtante aliqua Exceptione, quæ vigore ſupraſcriptorum allegari poſſet; Ad quæ quidem omnia ſupraſcripta quantum pro parte noſtri ſervanda, & adimplenda, nos tamquam Delphinus nunc, & Rex Francorum futurus ut ſupra promiſimus, eidem proſpero nomine præfati Illuſtriſſimi Avunculi noſtri cariſſimi recipienti & præſentium tenore in verbo Legalis Principis promittimus pro nobis, & hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quod rata, grata, & firma perpetuo habebimus, & tenebimus omnia, & ſingula ſupradicta, atque ea plene ſervabimus, & adimplebimus, nec ullo umquam tempore eis, aut alicui eorum, aliquo modo, jure, vel cauſa, nec aliquo quæſito colore contraveniemus, ſub obligatione honoris & fidei noſtræ, & ſic tactis corporaliter ſacris Scripturis

Digitized by Google

ris juravimus, præsente ipso Prospero, & vigore dicti Mandati sui talem promissionem & juramentum nostrum acceptante, & ad eadem per ipsum præfatum Illustrissimum Avunculum nostrum carissimum Dominum Ducem Mediolani ratificanda, & per reciprocam Scripturam, & patentes Literas promittenda, & cum juramento, & subscriptione propria reciproce cavenda, prout in præsentibus Litteris nostris pro parte nostri continetur, reservatum esse intelligatur arbitrium, & tempus mensium duorum ipsi Illustrissimo Avunculo nostro, carissimo Domino Duci Mediolani, & ad dictum juramentum super præmissis reciproce, ut dicitur faciendum, & nostri nomine recipiendum deputamus vigore præsentium loco nostri Nobilem Gastonum Dulium Consiliarium & Scutiferum nostrum dilectum. Supplentes ex plenitudine potestatis nostræ, & præcipue omnibus & singulis particulis pro parte nostri ut supra specificatis omni solemnitati, tam juris quam facti, quæ in præsentibus servanda fuissent. In quorum Testimonium præsentes Litteras fieri, registrari, ac nostro sigillo muniri jussimus manu propria nostra in majus robur subscriptas. Datum Genepæ in Brabantia, die sexta mensis Octobris, anno Domini millesimo quadricentesimo sexagesimo. Sic Signatum Loys Cource.

Verum cum in ipsis Capitulis inter cætera contineatur, quod ipse Illustrissimus Avunculus noster teneretur, & deberet defendere, & conservare, ac in suam tutelam recipere Castra, Terras, Bona, & Loca, Magnifici Militis Consiliarii & Cambellarii nostri, Domini Jacobi de Valpergia, quæ tunc vexabantur, in statu, in quo erant die quarta Septembris proxime elapsi, aut meliori, & tamen contigerit, antequam ad notitiam præfati Avunculi nostri honorandissimi devenerint dictæ conventiones, & Capitula, Castra, Terras, & Loca prædicti Domini Jacobi perdita, & destructa fuerint, & ita sibi impossibile erat dictum Capitulum adimplere; offerens tamen aliunde nobis, & præfato Domino Jacobo rem convenientem facere, videbatur tamen eo respectu dictas convenciones, & Capitula amplius Locum & effectum non habere, & quamlibet partium in suo primævo libero statu remanere debere. Sed cum ipse præfatus Avunculus noster nobis, & præfato Domino Jacobo tantum fecerit, quod utrique nostrum satisfactum est, & contenti remaneamus de ipso Avunculo nostro; potissime considerantes actus per ipsum Avunculum nostrum pro rerum dicti Domini Jacobi conservatione jam factas in subsidiis præstandis, ac etiam Capitulorum Ignorantiam, singularemque dilectionem, quam ad nos gerit; ideo mentem, & propositum nostrum declarantes, dicimus, intendimus, volumus, promittimus, & declaramus, quod præfata Liga, Conventiones, & Capitula firma, & efficacia permaneant, & eamdem obtineant roboris firmitatem, ac alter nostrum alteri remaneat obligatus, & astrictus, ac si ipse præfatus Avunculus noster dicta Castra, Loca, Terras, & bona defensasset, & in bono ac pacifico statu conservasset, & ideo omni modo, jure, via, & forma, quibus melius possumus, & valemus, supradictis non obstantibus præmissis attentis ipsam ligam, conventiones, & Capitula iterato promittimus, laudamus, approbamus, & confirmamus, ac, in quantum opus sit, de novo contrahimus & firmamus, & volumus in sua roboris firmitate permanere, & promittimus in verbo Principis & sub fide, & Sacramento Corporis nostri, nostro subscripto Notario, & Secretario ad opus præfati Avunculi nostri stipulante, dictam ligam, conventiones, & Capitula rata, grata & firma tenere, ac in futurum inviolabiliter observare, omni exceptione, quæ in usque in hodiernum objici posset, non obstante, & sic in manibus Secretarii nostri subscripti juravimus Sacrosanctis Scripturis tactis, ipsoque Secretario, ut publica persona pro ipso Avunculo nostro juramentum acceptante, præmissis attentis; supplentes ex plenitudine potestatis nostræ in præsentibus, & præcipue omnibus, & singulis particulis supra specificatis, omni solemnitati tam juris, quam facti, quæ in præsentibus servanda fuisset: Cum firmam spem geramus, dictum Avunculum nostrum, ipsum Dominum Jacobum, & suos omnes in singulari gratia, protectione & beneficio nostri contemplatione susceperum. In quorum Testimonium præsentes Litteras fieri, & registrari, ac sigilli nostri munimine jussimus roborari, & propria manu subscripsimus. Datum Genepæ in Brabantia, die primo Junii anno Domini millesimo quatringentesimo sexagesimo primo. Signatum Loys.

Nos vero licet hujusmodi ligam, confœderationem, & intelligentiam, & prædicta omnia, & singula, quantum nostra interesset, ratificaverimus, & approbaverimus, & ipsam protectionem subierimus, ut latius patet publicis Litteris superinde confectis, & manu nostra propria subscriptis, quas ad prælibatum Illustrissimum & Serenissimum Dominum, Dominum nunc Delphinum, & futurum Regem superioribus mensibus transmisimus: Tamen volentes ex latere nostro omnia perficere, quæ ipsam ligam, & confœderationem & omnia, & singula supradicta perpetua, atque æterna reddant, & agnoscentes optimam erga nos, nostrosque omnes caritatem, liberalitatem, munificentiam, & clementiam prælibati Principis, in primis Celsitudini suæ toto corde, & spiritu, quas majores animo concipere possumus, gratias agimus, & nos, nostrosque omnes perpetuo Serenitati suæ deditissimos atque devictissimos fatemur. Deinde tenore præsentium ex certa scientia, nullo juris, vel facti errore ducti, ac alias omnibus modo, jure, via, causa & forma, quibus melius, validius, & efficacius fieri potuit, & potest, intervenientibus etiam quibusvis solemnitatibus in similibus opportunis & necessariis, prædictam Ligam, confœderationem, & intelligentiam, & omnia, & singula suprascripta debite, & congrue, referendo, libentissimo, promptissimoque animo, & cum omni debita reverentia ipsam protectionem subimus, acceptavimus, & acceptamus, & ratam, gratam, & firmam, ac rata, grata, & firma habuimus & habemus, nec non prædictas conventiones, Capitula, & omnia, & singula in eis contenta acceptantes mutua stipulatione promittimus, cavemus, & nos sub obligatione honoris, & fidei nostræ, quantum ad nos attinet, pariter obligamus; & sic tactis corporaliter sacrosancti Scripturis in manibus infrascripti Secretarii nostri juravimus; præsentibus Spectabilibus, ac Magnificis Viris, Domi-

Digitized by Google

Domino Carolo de Aſtarciis, & Johanne de Sabbies prælibati Illuſtriſſimi & Sereniſſimi Domini Delphini, & futuri Regis Secretariis, ac Oratoribus, qui hujusmodi Sacramentum noſtrum, & ſupraſcripta omnia, & ſingula, ut ſupra Serenitatis ſuæ nomine acceptarunt, & acceptant. Promittentes ex latere noſtro ut ſupra prædicta omnia, & ſingula ſemper & omni tempore rata, firma & grata habituros, & omni fide & ſinceritate adimpleturos, curaturosque, & facturos pro viribus quicquid ope & facultate noſtra fieri poterit, ut tanti Principis liberalitati & clementiæ erga nos, noſtrosque omnes correſpondere valeamus. In quorum fidem, & Teſtimonium præſentes fieri juſſimus & regiſtrari, noſtrique Sigilli appenſione muniri, ac propria manu noſtra ſubſcripſimus. Datum in Civitate noſtra Mediolani die vigeſima quarta Julii, milleſimo quatringenteſimo ſexageſimo primo.

Franciſcus Sforcia, Vicecomes manu propria ſubſcripſit.

Signatum, Cichus &c.

XCI.

Literæ, Ludovici XI. Francorum Regis, quibus Franciſcum Sforciam, Mediolani Ducem, ejusque conjugem Blancam Mariam, ac Eorum hæredes maſculos, de civitatibus Januæ & Savonæ ac earum pertinentiis inveſtivit, d. d. 22. Decembr. An. 1463.

Ludovicus Dei Gratia Franchorum Rex. Noverit tam præſens ætas, quam futura poſteritas, quod nos magis atque magis mente noſtra revolvimus, & diligentius contemplamur, præſtantiſſimas animi & corporis dotes Illuſtris ac Magnanimi Franciſci Sforciæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis ac Cremonæ Domini, Avunculi noſtri Dilectiſſimi ſemper in rebus bellicis pro incomparabili invicti animi ſui ſublimitate prævaluerit, ita ut ejus omnimoda in re præſertim militari virtus & gloria quam maxime præfloruit, adeo ut alios Italiæ Principes excellere facile judicetur, animadvertentes præterea ejus integerrimam, & flagrantiſſimam erga nos Regnumque & Statum noſtrum fidem, & devotionem, quantaque ſingulari & incredibili prudentia in rebus publicis conſervandis, & augendis haud dubie perpolleat, nec minus etiam conſiderantes præclariſſimas virtutes inclytæ ac ſplendidiſſime Blancæ Mariæ Ducisſæ præfati Ducis digniſſimæ ac Sapientiſſimæ Conſortis, & Avunculæ noſtræ Dilectiſſimæ, cujus in rebus peragendis ſumma prudentia, & Solertia, & maxime in Ducem noſtrum religio & pietas, & denique in omnes laudatiſſima clementia & liberalitas permaxime comprobatur. Dignum ſane pro Regia noſtra dignitate cenſuimus, hos ſublimes Conjuges nobis conjunctos parirer & deditiſſimos condignis muneribus extollere, & ultro in eos beneficia pro Regia noſtra liberalitate conferre; quandoquidem hæc, tum Italiæ Paci, & quieti, quam ſummopere affectamus, tum vel maxime ad amovendas, eruendasque bellorum ſuſpitiones quamplurimum conducant; proinde præfatos Inclytos Franciſcum Sforciam, Mediolani Ducem, & Blancam Mariam Ducisſam ejus Conſortem, & eorum Procuratoriis nominibus Clariſſimum juris utriusque Doctorem Comitem, & Militem Albricum Malletam ipſorum Conſiliarium, & Mandatarium, prout de ipſis Mandatis publicis conſtat Documentis, quorum tenor infraponitur, præſentem, & prædictis nominibus recipientem jure feudi recti, gentilis, antiqui, & paterni per nos, & Succeſſores noſtros inveſtimus, ita ut alteri alteri ſuccedat, & ipſis Conſortibus in feudum prædictum damus, & concedimus pro ipſis, & eorum legitimis Filiis & hæredibus, & Succeſſoribus ſuis ex eis legitime deſcendentibus, quem, vel quos præfatus Dux Franciſcus elegerit, ſeu poſt eum præfata Conſors ſua elegerit, Urbes noſtras Januæ & Savonæ, cum omnibus eorum & cujuslibet earum Juribus, Jurisdictionibus, Inſulis, Dominiis, tam terreſtribus, quam Maritimis pertinentiis, fortiliciis, ſeu arcibus, Rippariis, Portibus, & aquis, maxime maritimis; Et generaliter omnes alias Urbes, Terras, Caſtella, Arces, Villas, Oppida, ſeu Villagia, aut Territoria cum eorum Juribus, Jurisdictionibus, ſeu pertinentiis, & ut ſupra ad dictam Civitatem Januæ vel ejus Dominium, ſeu etiam Savonæ, quomodolibet ſpectantes, & pertinentes, ſpectantia, ſeu pertinentia; Et univerſum denique Dominium & Territorium quodcunque & qualecunque ſit, quod quomodolibet ſpectat, vel pertineat dictæ Civitati Januæ, vel Savonæ, vel aliis de quibus ſupra, aut ſpectare vel pertinere conſveverit. Dantes, concedentes & transferentes in præfatos Illuſtres Conſortes, & eorum Filios & Succeſſores, ut ſupra, omnes & ſingulas actiones, jura, quæcumque nobis quomodocumque, & qualitercumque in ſupradictis omnibus, & ſingulis competentia, & quæ vero Domino competere debent, maxime quæ in nobis eſſent & deberentur, ſi urbem ipſam Januæ cum Juribus ſuis ut ſupra pacifice & quiete poſſideremus, ita præfati Conſortes, Filii, & ſucceſſores ut ſupra in prædictis omnibus & ſingulis infeudatis, id valeant & omnino poſſint agere, mandare, diſponere, & exequi, quod noſmet ipſi quomodolibet poſſemus, præſertim Urbem ipſam Januæ nobis cum omnibus Juribus ſuis & pertinentiis, & ut ſupra pacifice, & quiete tenentibus, & poſſidentibus, ſalvo tamen ſemper, & reſervato nobis directo Dominio in

præ-

Digitized by Google

prædictis omnibus & ſingulis ſupra infeudatis. Dantes ex nunc, & transferentes in præfatos Vaſallos noſtros, omnem poſſeſſionem & tenutam Civitatis noſtræ Savonæ & omnium fortiliciorum, & Caſtrorum ſuorum; Et generaliter omnium aliarum Civitatum, Terrarum, Fortiliciorum, quas de præſenti in dicto Territorio Savonæ, & in univerſo Territorio & Dominio Januenſi tenemus, & poſſidemus, ſeu noſtro nomine per alios tenentur vel poſſidentur; Concedentes præterea auctoritatem, & licentiam præfatis Vaſſallis, & Feudatariis noſtris intrandi, accipiendi, & conſequendi prædictam Civitatem noſtram Januæ, & omnes ejus Arces, & Fortilicia; Et denique omnes alias Civitates, Terras, Oppida, Fortilicia, quæ per alios quoscumque in dicto Territorio, ſeu Dominio Januenſi noſtro nomine non poſſidentur. Pro quibus omnibus recuperandis, defendendis, & manutenendis promittimus, & pollicemur, ea omnia præſidia, ad quæ tamquam verus, & legitimus Feudi Dominus quoquomodo tenemur & obligamur; Promittentes inſuper pro nobis & ſucceſſoribus noſtris quibuscumque ſub bona fide noſtra & in verbo Regio, ac ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum prædicta omnia & ſingula rata, grata, & firma habere, & tenere, attendereque, & perpetuo obſervare, & in nullo contrafacere vel venire. Mandantes omnibus & ſingulis armorum Capitaneis noſtris, & reliquis armigeris & gentibus tam Equeſtribus quam pedeſtribus, ac omnibus Rectoribus, Caſtellanis, & Antianis, & aliis quibuscumque, tam mediate, quam immediate nobis ſubditis quatenus libere & expedite relaxent, tradant & omnino conſignent præfatis Vaſſallis noſtris, ſeu agentibus pro eis Civitatem noſtram Savonæ & omnes ejus Arces, & Fortilicia, & alias quasvis Civitates, Terras, Caſtra, Oppida Fortilicia quæcumque, & alia omnia, quæ noſtro nomine, in univerſo territorio & Dominio Januenſi, & in ſupradictis omnibus in feudatis tenentur & poſſidentur. In quorum omnium fidem & Teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique Sigilli munimine roborari. Datum Novioni prope Abbatisvillam, die 22. menſis Decembris, anno Domini Milleſimo quatringenteſimo ſexageſimo tertio, & Regni noſtri tertio. Per Regem Dominis Admiraldo du Lau. de Landes, de Bazogiis, de Ponte Abbatum de Roſaria, & aliis præſentibus. Le Prevoſt.

Et hæc omnia dicta & facta fuere per ſupra ſcriptum Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Dominum Regem Ludovicum & in Feudum conceſſa præſente præfato Domino Albrico Procuratoriis nominibus præfatorum Dominorum ſuorum Ducis & Duciſſæ Mediolani & Supradictorum omnium Feudum & Feudi inveſtituram ſumma cum reverentia & gratiarum actione a præfata Sereniſſima Majeſtate acceptante & ſponte recipiente, ac etiam præfatis nominibus quibus ſupra ſolemniter promittente, quod præfati Domini ſui Dux, & Duciſſa Mediolani & deſcendentes ſui ut ſupra ſemper, & omni tempore erunt dicti Status feudalis veri, fideliſſimi, ac devotiſſimi & obſequentiſſimi Vaſſalli, & Feudatarii præfatæ Sereniſſimæ Regiæ Majeſtatis & Succeſſorum ſuorum, & ea omnia, & ſingula cum prædicto Statu ſideliter, laudabiliter & reverenter facient, obſervabunt, & executioni demandabunt quæ boni nos, veros, & fideles Vaſſallos facere, obſervare, & exequi convenit, & omnino decet, & ad ea, quæ virtute & præextu talis feudi tenentur, & obligantur, & quod habebunt, & tractabunt in, & cum dicto Statu amicos præfatæ Regiæ Majeſtatis pro amicis, & inimicos pro inimicis, cum quibus de & pro ipſo Statu bellum & Pacem facient, & habebunt, prout Majeſtati ſuæ libuerit & placuerit; & pro forma, & obſervantia prædicti feudi & ſupradictorum omnium præfatus Dominus Albricus Mandatarius, nomine præfatorum Dominorum ſuorum Ducis, & Duciſſæ, & in animas cujuslibet ipſorum genibus flexis, & ſumma cum reverentia tactis ſacroſanctis Evangeliis in manibus praefatae Sereniſſimae Regiae Majeſtatis juravit, & jurat per Sancta DEi Evangelia, quod praefati Domini Dux, & Duciſſa ſemper, & omni tempore erunt fideles, obſequentes, & devotiſſimi feudatarii, & Vaſſalli praefatae Regiae Majeſtatis, & ſucceſſorum ſuorum. Cui Sereniſſimae Majeſtati praefatus Dominus Albricus Mandatarius nominibus praefatorum Dominorum ſuorum, homagium & omnimodam fidelitatem cum humaniſſimo Majeſtatis ſuae oſculo, pro ſupraſcriptis rebus infeudatis reverenter, & ſolemniter fecit, & facit, juravit, & jurat, jurans praeterea in animas praefatorum Dominorum ſuorum, quod ſupraſcripta omnia, & ſingula praefati Domini ſui perpetuo & omni tempore attendent, obſervabunt & adimplebunt, & in nullo contravenient, ſub obligatione proprii ipſorum juramenti, & omnium bonorum ſuorum, promittens inſuper praefatus Dominus Albricus Procuratoriis nominibus, quibus ſupra, ſe facturum, & curaturum, cum effectu, quod præfati Domini ſui Dux, & Duciſſa infra terminum quinquaginta dierum proxime ſecuturorum omnia, & ſingula in præſentibus Litteris, & Contractu contenta, & comprehenſa per ſuas patentes Litteras ſuis ſigillis roboratas, & propriis ipſorum manibus ſignatas, ratificabunt, approbabunt & cofirmabunt. Sequitur tenor Mandatorum, & primo tenor Mandati præfati Ducis.

Digitized by Google

Franciſcus Sforcia Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Diurnis, nocturnisque cogitationibus animo revolventes, & reipſa quoad poſſimus elaborantes ea omnia perficere, atque implere, quæ nos, ac Illuſtriſſimam Dominam Blancam Mariam Cunſortem noſtram præcordialiſſimam cum liberis, & univerſa domo noſtra pro more, atque inſtituto Majorum noſtrorum Illuſtriſſimorum Dominorum Vicecomitum in gratia Sereniſſimæ, ac Chriſtianiſſimæ Regis Francorum Domus, Sereniſſimi ſcilicet Principis, atque Eminentiſſimi Domini Domini Ludovici Moderni Franchorum Regis conſervare, atque augere poſſint, quem certe Divino quodam munere cœlitus datum, & hæreditario Regio ſolio ſublimatum omnes uno ore prædicant. Nos propterea pro virili noſtra ultro exhibere decrevimus, ut ſua Majeſtas arcanum mentis noſtræ, ac cordis ipſius penetralia ſimul cum integerrima, ac flagrantiſſima erga ſe ſe, ac Regium Statum ſuum fide, & devotione, & reverentia noſtra in dies magis agnoſcat, & agnoſcendo nos majore caritate, & clementia complectatur. Itaque cum apud prælibatum Sereniſſimum Principem & Chriſtianiſſimum Dominum, Dominum Franchorum Regem, impræſentiarum nonnulla tractare habeamus mentem, & animum noſtrum maxime tangentia, Oratorem ad ejus Regiam Majeſtatem deſignavimus Spectatiſſimum Juris utriusque Doctorem Militem, & Comitem Dominum Albricum Malletam, Conſiliarium noſtrum dilectiſſimum, de cujus fide, rectitudine, integritate, ejusque vitæ & morum præſtantia, & in adminiſtrandis rebus ſolertia & experientia, deque ſuis aliis præſtantibus virtutibus omni ex parte confidimus, & non aliam perſonæ ſuæ, quam nobis ipſis fidem præſtamus, & ita ipſum Dominum Albricum Oratorem, ac verum, legitimum, & autenticum, ſolemnem, & indubitatum Nuncium, Mandatarium, Procuratorem, & Actorem noſtrum, & quicquid melius dici & eſſe poſſit, deſignamus, & motu proprio, ac ex certa ſcientia, & alias omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus, melius, validius, & efficacius poſſumus, creamus, facimus, conſtituimus, & deputamus ſpecialiter, & expreſſe, ad Procuratorio nomine noſtro, & pro nobis comparendum coram prælibata Regia Francorum Majeſtate, & cum ea, ſeu per eam ad hæc legitime conſtituendis confirmandum, & ratificandum ac roborandum Intelligentiam & Ligam alias, videlicet die vigeſimo quarto menſis Junii anni milleſimi quadringenteſimi ſexageſimi primi proxime præteriti cum præfato Sereniſſimo Domino Ludovico tunc Delphino Viennenſi & tamquam futuro Francorum Rege per nos, ſeu per Procuratorem noſtrum nomine noſtro celebratam & concluſam, & ſeu ipſam Intelligentiam & Ligam denuo ineundum, concludendum, ampliandum, dilatandum, & renovandum cum, & ſub iis modis, Capitulis, formis & conditionibus, de quibus ipſe Dominus Albricus Orator, & Mandatarius noſter de mente noſtra abunde edoctus cum prælibata Regia Majeſtate concors fuerit. Item ad dicto nomine noſtro, & pro nobis, ac præfata Illuſtriſſimi Domina Conſorte noſtra, & filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quem, vel quos ex eis elegerimus, ſeu poſt nos ipſa Conſors noſtra elegerit, acceptandum, & recognoſcendum a prælibata Regia Majeſtate Civitatem Januæ, & Saonæ cum univerſo earum Dominio, Statu, Jurisdictione, & correſpondentia in Adhærentiam, & Recommendiſiam, ſeu in feudum nobile, & jure, & in, & ſub ea forma, modo, & conditione, de quibus ipſe Orator, & Mandatarius noſter cum prælibata Regia Majeſtate concordabit, & ipſi Regiæ Majeſtati pro ſe, & filiis, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis pro ipſis infeudandis debitum fidelitatis, homagii, & obedientiæ juramentum præſtandum, & ad ea omnia, & ſingula nos, ac noſtros, ut ſupra, ac Statum noſtrum, & bona quæcumque noſtra ſpecialiter obligandum & ad ea omnia, & ſingula faciendum, quæ convenit, & decet, verum, & ſincerum Vaſſallum erga tantum, tamque ſublimem Principem, Dominum & Regem facere, & adimplere, nec non ad acceptandum quamcumque aliam Civitatem, & quascumque Terras, Caſtella, & Oppida, cum ſuis Juribus, & pertinentiis, & pro eis, & eorum occaſione ineundum, firmandum & concludendum quodcumque genus Conventionum, promiſſionum, pactorum, Capitulorum, appunctamentorum, & fœderum tam in genere ſive in particulari, quam etiam a prædictis diſſimile, & ſub quacumque conditione & forma tradi voluerint, etiam per viam pecuniarum in parva, ſeu magna quantitate perſolvendarum, & pro ut melius concordari poterunt, & ad recipiendum ſuper prædictis autenticas promiſſiones & ſtipulationas, & omnem aliam cautionem, quæ dari & præſtari contigerit, & hæc omnia, & ſingula cum & ſub illis legibus, Capitulis, Pactis, Conventionibus, Promiſſionibus, Obligationibus, Juramentis, Terminis, Cautionibus, Securitatibus, Proteſtationibus, Declarationibus, Renunciis, Reformationibus, & aliis quibuscumque Clauſulis, Solemnitatibus, Modis & Formis, de quibus, & pro ut ipſi Oratori, & Mandatario noſtro de mente, & voluntate, ut prædiximus, noſtra uberrime inſtructo videbitur, & placuerit; & ad fieri proinde rogandum quodlibet publicum Inſtrumentum unum, & plura, ſeu

quas-

Digitized by Google

quaslibet autenticas ſcripturas cum omnibus ſolemnitatibus, & clauſulis neceſſariis & opportunis. Et generaliter ad omnia & ſingula faciendum, procurandum, acceptandum, promittendum etiam cum juramento, ac tranſigendum & concludendum in præmiſſis & circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum, eisque connexis & dependentibus, & emergentibus, quæ utilia, neceſſaria & opportuna præfato Domino Albrico videbuntur, etiamſi talia eſſent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, & quæ exigerent mentionem fieri ſpecialem, ſeu Mandatum magis ſpeciale, vel ſpecialiſſimum, & quæ denique nosmet ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, & prædicta faceremus. Supplentes hic ex certa ſcientia, & ut ſupra omni defectui cujuslibet ſolemnitatis, quæ tam de jure, quam de conſuetudine in prædictis dici poſſet fuiſſe ſervanda. Dantes & concedentes ipſi Domino Albrico Oratori, & Mandatario noſtro in præmiſſis & circa prædicta, & quolibet prædictorum plenum arbitrium & omnimodam poteſtatem & facultatem cum pleno, libero, generali, & ſpeciali, & ſpecialiſſimo mandato, & adminiſtratione, & eidem ſuperinde totaliter, & omnino committentes vices noſtras, promittentes in verbo, & fide legalis Principis, & ſub obligatione, & ippotheca noſtri, omniumque bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum, ac inſuper jurantes ad ſancta Dei Evangelia in manibus infraſcripti Secretarii noſtri, & autentici Notarii, ac in præſentia Teſtium infraſcriptorum per nos ad hæc etiam rogatorum, nos ſemper, & omni tempore rata, grata, & firma habituros, & cum effectu impleturos quæcumque per ipſum actorem & Mandatarium noſtrum in præmiſſis omnibus, & ſingulis & quolibet præmiſſorum acta, promiſſa jurata, transacta & concluſa fuerint, & contra ea, vel alios eorum nullo unquam tempore, facturos, tentaturos, aut contraventuros de jure, nec de facto, directe, nec indirecte palam, vel occulte, aut aliquo quæſito colore. Præſentibus hinc ad menſes decem proxime futuros valituris, quas in fidem præmiſſorum fieri fecimus & regiſtrari noſtrique ſigilli appenſione muniri, ac inſuper manu noſtra propria ſubſcripſimus. Datum Mediolani die vigeſimo quinto Auguſti milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, Indictione undecima. Sequitur ſignatura præfati Ducis manu propria. Franciſcus Sforcia Vicecomes manu propria ſubſcripſi. Sequitur, die vigeſimo quinto Auguſti ſupraſcripto anno milleſimo quatricenteſimo ſexageſimo tertio ut ſupra. Supraſcriptus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux Mediolani in manibus mei Cichi Symonettæ quondam Antonii de Calabria Secretarii, & Notarii Excellentiæ ſuæ tamquam publicæ perſonæ juramentum præſtitit pro obſervantia præmiſſorum ut ſupra in Camera dicta de marmoribus ſuæ ſolitæ reſidentiæ; Præſentibus Reverendo in Chriſto Patre Domino Jacobo Antonio de la Turre, Epiſcopo Mutinenſi, Apoſtolico Collectore, ac Magnifico & ſpectabilibus Viris Domino Antonio Cincinello de Neapoli, Regio Oratore & Domino Angelo Azaiolo de Florentia Milite, Teſtibus ad prædicta idoneis, ſpecialiter habitis & vocatis; ideo ad majus omnium præmiſſorum robur me propria manu ſubſcripſi ac ſignum mei Secretariatus conſuetum appoſui, & de Ducali Mandato Ducali Sigillo conſueto muniri feci. Sequitur ſignatura Cancellarii. Cichus. Sequitur tenor Mandati præfatæ Duciſſæ.

Blanca Maria, Vicecomes Duciſſa Mediolani, &c. Papiæ Angleriæque Comitiſſa, & Cremonæ Domina. Diurnis, nocturnisque cogitationibus animo revolventes, & re ipſa, quoad poſſumus, elaborantes, ea omnia perficere, atque implere, quæ Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum, Dominum Franciſcum Sforciam Conſortem noſtrum præcolendiſſimum, ac nos cum liberis, & univerſa Domo noſtra, pro more, atque inſtituto Majorum noſtrorum Illuſtriſsimorum Dominorum Vicecomitum, in gratia Sereniſſimæ, ac Chriſtianiſſimæ Regiæ Francorum Domus, Sereniſſimi ſcilicet Principis atque Eminentiſſimi Domini, Domini Ludovici, Moderni Francorum Regis conſervare, atque augere poſſint, quem certe divino quodam munere cælitus datum & hæreditario Regio ſolio ſublimatum omnes uno ore prædicant. Nos propterea pro virili noſtra ultro exhibere decrevimus, ut ſua Majeſtas Regia arcanum mentis noſtræ, ac cordis ipſius penetralia ſimul cum integerrima, ac flagrantiſsima erga ſe ſe, ac Regium Statum ſuum fide, devotione, & reverentia noſtra in dies melius agnoſcat, & agnoſcendo, nos majore caritate & clementia complectatur. Itaque cum ad prælibatum Sereniſſimum Principem, & Chriſtianiſſimum Dominum, Dominum Franchorum Regem impræſentiarum nonnulla tractare habeamus mentem, & animum noſtrum maxime tangentia, Oratorem noſtrum ad ejus Regiam Majeſtatem deſignavimus ſpectatiſſimum juris utriusque Doctorem, Militem, & Comitem Dominum Albricum Malletam Conſiliarium noſtrum dilectiſſimum, de cujus fide, rectitudine, & integritate, ejusque vitæ & morum præſtantia, & in adminiſtrandis rebus ſolertia & experientia deque ſuis aliis præſtantibus virtutibus omni ex parte confidimus, & non aliam perſonæ ſuæ, quam nobis ipſis fidem præſtamus, & ita ipſum Dominum Albricum Oratorem, ac verum, legitimum,

Digitized by Google

autenticum, ſolemnem, & indubitatum Nuncium, Mandatarium, Procuratorem & Actorem noſtrum, & quicquid melius dici, & eſſe poſſit, deſignamus, & motu proprio, ac ex certa ſcientia, & alias omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius poſſumus, creamus, facimus, conſtituimus, & deputamus, ſpecialiter, & expreſſe ad Procuratorio nomine noſtro, & pro nobis comparendum coram prælibata Regia Francorum Majeſtate, & cum ea, ſeu per eam ad hæc legitime conſtituendis renovandum, confirmandum & ratificandum, ac roborandum Intelligentiam, & Ligam alias, videlicet die vigeſimo quartò menſis Julii anni milleſimi quatrigenteſimi ſexageſimi primi proxime præteriti, cum præfato Sereniſſimo Domino Ludovico tunc Delphino Viennenſi, & tamquam futuro Franchorum Rege per nos, ſeu Procuratorem noſtrum nomine noſtro celebratam, & concluſam, & ſeu ipſam intelligentiam, & Ligam denuò ineundum, & concludendum, ampliandum, dilatandum, & renovandum cum, & ſub iis modis, Capitulis, formis & conditionibus, de quibus ipſe Dominus Albricus Orator, & Mandatarius noſter de mente noſtra abunde edoctus, cum prælibata Regia Majeſtate concors fuerit, Item ad dicto nomine noſtro, & pro præfato Illuſtriſſimo Domino Conſorte noſtro, & nobis ac filiis, hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quem, vel quos ex eis elegerit, ſeu poſt eum elegerimus acceptandum, & recognoſcendum a prælibata Regia Majeſtate Civitates Januæ, & Saonæ cum univerſo earum Dominio, Statu, jurisdictione & correſpondentia in adhærentiam & recommendiſiam, ſeu in feudum nobile, & jure feudi, & in, & ſub ea forma, modo & conditione, de quibus ipſe Orator, & Mandatarius noſter cum prælibata Regia Majeſtate concordabit, & ipſe Regiæ Majeſtati pro ſe, filiis, & Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis pro ipſis infeudandis debitum fidelitatis, homagii, & obedientiæ juramentum præſtandum, & ad ea omnia, & ſingula nos, ac noſtros ut ſupra, ac ſtatum & bona quæcunque noſtra ſpecialiter obligandum, & ad ea omnia, & ſingula faciendum, quæ convenit, & decet verum, & ſincerum Vaſſallum erga tantum tamque ſublimem Principem, Dominum & Regem facere, & adimplere, nec non ad acceptandum quamcumque aliam Civitatem, & quascumque Terras, Caſtella, Oppida, cum ſuis juribus, & pertinentiis, & pro eis, & eorum occaſione ineundum, firmandum, & concludendum quodcumque Genus Conventionum, promiſſionum, pactorum, Capitulorum, Appunctamentorum, & fœderum tam in genere, ſive in particulari, quam etiam a prædictis diſſimile, & ſub quacumque conditione, & forma tradi voluerint, & per viam pecuniarum in parva, ſeu magna quantitate perſolvendarum, & pro ut res melius concordari poterunt, & ad recipiendum ſuper prædictis autenticas promiſſiones, & ſtipulationes, & omnem aliam cautionem, quæ dari & præſtari contigerit; & hæc omnia, & ſingula cum, & ſub illis legibus, Capitulis, Pactis, Conventionibus, promiſſionibus, obligationibus, juramentis, terminis, cautionibus, ſecuritatibus, proteſtationibus, declarationibus, renunciis, reſervationibus, et aliis quibuscumque clauſulis, ſolemnitatibus, modis, et formis, de quibus, et pro ut ipſi Oratori, et Mandatario noſtro de mente, et voluntate, ut prædiximus, noſtra uberrime inſtructo videbitur, et placuerit, et ad fieri proinde rogandum quodlibet publicum Inſtrumentum unum et plura, ſeu quaslibet autenticas ſcripturas cum omnibus Solemnitatibus, et Clauſulis, neceſſariis et opportunis; & generaliter ad omnia, & ſingula faciendum, procurandum, acceptandum, promittendum, etiam cum juramento, ac tranſigendum, & concludendum, in præmiſſis, & circa præmiſſa & quodlibet præmiſſorum, eisque annexis, dependentibus & emergentibus, quæ utilia, neceſſaria & opportuna præfato Domino Albrico videbuntur, etiamſi talia eſſent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, & quæ exigerent mentionem fieri ſpecialem, ſeu Mandatum magis ſpeciale vel ſpecialiſſimum, & quæ denique nosmet ipſi facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, & prædicta faceremus, ſupplentes hic ex certa ſcientia, & ut ſupra, omni defectui cujuslibet ſolemnitatis, quæ tam de jure, quam de conſuetudine in prædictis dici poſſet fuiſſe ſervanda. Dantes, & concedentes ipſi Domino Albrico Oratori, & Mandatario noſtro in prædictis, & circa prædicta & quodlibet prædictorum plenum arbitrium, & omnimodam poteſtatem, & facultatem cum pleno, libero, generali, & ſpeciali, & ſpecialiſſimo Mandato, & Adminiſtratione, & eidem ſuperinde totaliter, & omnino committentes vices noſtras; Promittentes in verbo, & fide Legalis Principis, & ſub obligatione, & ippotheca noſtri, omniumque bonorum noſtrorum præſentium, ac futurorum; ac inſuper jurantes ad ſancta Dei Evangelia in manibus infraſcripti Secretarii noſtri, ac in præſentia Teſtium infraſcriptorum per nos ad hæc etiam rogatorum, nos ſemper, & omni tempore rata, grata, & firma habituras, & cum effectu impleturas quæcumque per ipſum Oratorem, & Mandatarium noſtrum in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & quælibet præmiſſorum acta, promiſſa, jurata, transacta & concluſa fuerint, & contra ea, vel aliquod eorum nullo umquam tem-

Digitized by Google

tempore facturas, tentaturas, aut contraventuras de jure, nec de facto directe, nec indirecte, palam, vel occulte, aut aliquo quæsito colore. Præsentibus hinc ad menses decem proxime futuros valituris quas in fidem præmissorum fieri fecimus, & registrari, nostrique Sigilli appensione muniri; ac insuper nostra propria manu subscripsimus. Datum Mediolani die XXVI. Augusti MCCCC. LXIII. Indictione undecima. Sequitur signatura præfatæ Ducissæ manu propria. Blanca Maria Vicecomes manu propria; sequitur. Die vigesimo sexto Augusti suprascripto anno M. CCCC. LXIII. ut supra. Illustrissima Domina nostra Ducissa Mediolani in manibus mei Galasii Carchasoli filii quondam Domini Prothasii, Civis Mediolanensis, Secretarii Excellentiæ suæ tamquam personæ publicæ juramentum præstitit pro observantia præmissorum ut supra in Camera solitæ suæ residentiæ; præsentibus spectabilibus, & claris Militibus Dominis Lancelloto, & Andrioto Fratribus de Mayno, & Petro de Pusterla Testibus ad prædicta idoneis specialiter habitis, & vocatis, ideo ad majus omnium præmissorum robur me propria manu subscripsi, ac signum mei Secretariatus consuetum apposui, & de Ducali Mandato Ducali Sigillo consueto muniri feci. Sequitur signatura Cancellarii. *Galassius*. De quibus omnibus, & singulis præfata Serenissima Majestas jussit, & præfatus Dominus Albricus rogavit per nos infrascriptos Notarios, & quemlibet nostrum publica fieri, & autentica Instrumenta. Actum anno Domini MCCCC. LXIII. Indictione undecima, die vigesima secunda mensis Decembris, in Camera Cubiculari præfatæ Serenissimæ Regiæ Majestatis posita in Loco Novioni prope Abbatis villam Diocæsis Ambanensis; præsentibus Dominis, & Militibus, & Consiliariis Johanne Domino Montisalbani Admiraldo Franciæ, Antonio Domino Dulau Seneschallo Aquitaniæ, Karolo de Meleduno, Barono de Landis, & Baillino Senonensi Domino de Ponteabbatis, Baillino Constantiensi, Johanne de Montepedon Domino de Basogis, Baillino Rothomagensi, & Georgio Hauart Domino de la Rosera Magistro Requestrarum Hospitii Regiæ Majestatis, Testibus ad prædicta vocatis specialiter & rogatis.

Et ego Petrus de Portis Præsbyter Parisiensis in Artibus Magister, & in Legibus Baccalarius Canonicus Antissiodorensis, & Collegiatæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ ejusdem Civitatis, atque Thesaurarius, publicus auctoritate Apostolica Notarius, qui ex eo quod omnibus & singulis suprascriptis, dum sic, ut præmittitur, dicerentur, & fierent, una cum præfatis Dominis Testibus, ac Johanne de Salerna de Papia publico Imperiali Notario infrascripto præsens fui; eaque sic fieri, & dici vidi & audivi, & in notam sumpsi, a qua præsens publicum Instrumentum manu aliena, me aliis in negociis occupato scriptum, & extractum, signo meo publico, quo jam dicta fungor auctoritate, signavi in testimonium veritatis de præfati Illustrisimi, & Christianissimi Domini nostri Regis jussu, & per Magnificum, & Præclarissimum Dominum Albricum suprascriptum requisitus, & rogatus.

Ego Johannes de Salerna Civis Papiæ filius quondam Egregii Legum Doctoris Domini Augustini publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius prædictis omnibus, dum sic agerentur, & fierent, interfui, & hoc præsens Instrumentum mihi fieri per præfatam Regiam Majestatem jussum, & præfatum Dominum Albricum rogatum una cum conscripto Magistro Petro de Portis, Notario Apostolico & in hac parte Collega meo traddidi, & aliis occupatus, scribendum commisimus, & facta debita collatione in fidem, & Testimonium præmissorum me subscripsi cum tabellionatus mei soliti appositione signi.

XCII.

Instrumentum juramenti fidelitatis per Oratores & Procuratores Communis Januæ ad hoc constitutos Francisco Sfortiæ & Blancæ Mariæ, ejus conthorali, Ducibus Mediolani, multa cum solemnitate præstiti, d. d. 1. Jun. An. 1464.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima secundum Cursum inclytæ Civitatis Mediolani, die Veneris primo mensis Junii. Cum post factam Illustrissimis Principibus, & Excellentissimis Dominis Francisco Sfortiæ Vicecomiti Duci Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comiti, ac Januæ, & Cremonæ Domino, & Dominæ Blancæ Mariæ ipsius Domini Ducis præcarissimæ Consorti, & seu pro eis, suisque filiis, & Successoribus, Magnifico Comiti Gaspari de Vicomercato ipsius Illustrissimi Domini Ducis Locumtenenti, & Gubernatori in Janua ac Procuratori traditionem Civitatis Januæ & totius ejus Districtus, & Dominii per Commune, Populum, Cives, & Universitatem ejusdem Civitatis, seu pro ea agentes, & ad ipsa peragenda potestatem habentes, ut latius constat publico Instrumento rogato per Egregium Gotardum Stellam Notarium Januensem, & Cancellarium Communis præfatæ Civitatis anno & die in eo contentis, venerint pro suprascripta traditione, & ipsius veræ possessionis translationis adimplemento per insignia infrascripta, approbata consuetudine, & ad hoc ipsum introducta ad prælibatos Illustrissimos

Digitized by Google

simos Dominos Ducem, & Ducissam infra nominati Oratores, Sindici & Procuratores præfatæ inclytæ Civitatis Januæ, ut de eorum pleno Mandato constat Instrumento rogato per suprascriptum Gotardum anno præsenti sub die XXIII. Maji, præsentaverintque ad prædictorum omnium effectum, & qui melius dici, & esse possit ipsis prænominatis Illustrissimis Dominis Duci, & Ducissæ Sceptrum, Vexillum, Claves & Sigillum prædictæ Civitatis Januæ in signum veræ translationis possessionis dictæ Civitatis Januæ, & Districtus & Dominii ipsius, pro ut moris est in similibus fieri ut supra, videlicet Dominus Baptista de Goano juris utriusque Doctor Sceptrum, Dominus Johannes de Serra, Juris utriusque Doctor Vexillum, Jacobus de Fliseo Claves, & Johannes de Inurea Sigillum. Quorum Oratorum, & Sindicorum nomina sunt hæc:

Dominus Baptista de Goano Juris utriusque Doctor.

Dominus Johannes de Serra Juris utriusque Doctor.

Dominus Jacobus de Fliseo.
Dominus Meliadux Salvagius.
Nicolaus Garumberius.
Borruellus de Grimaldis.
Antoniotus de Francis.
Symon de Nigrono.
Nicolaus de Marinis.
Nicolaus de Fornariis.
Baptista Garronus.
Johannes de Inurea.
Petrus de Maiolo.
Johannes Bigna.
Paulus Lodisius Maruffus.
Marcus Grillus.
Paulus de Aurea.
Karolus Lomelinus.
Georgius Lercarius.
Jacobus Justinianus.
Baptista Gentilis.
Laurentius Presenda.
Hieronymus Spinula, &
Baptista de Cassina.

Nunc vero, omnibus sicut supra peractis præfati Oratores, Sindici, & Procuratores pro adimplemento Capitulorum factorum & concessorum prælibatæ Inclytæ Civitati Januæ, & Populo ejusdem per dictum Magnificum Dominum Gasparem Locumtenentem & Gubernatorem ut supra ac Procuratorem præfati Domini Ducis, ut de ejus Mandato, & Procura constat Litteris patentibus ipsius Illustrissimi Domini Ducis datis Mediolani die vigesimo octavo Martii anni præsentis subscriptis manu propria ipsius Domini Ducis, & signatis manu mei Cichi Notarii & Secretarii infrascripti, ac spedicti Domini Ducis sigillo munitis constituti genibus flexis coram conspectu & præsentia præfatorum Illustrissimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ nomine, & vice prædictæ Inclytæ Civitatis Januæ, Communisque, Populi, Hominum, Universitatis, & singularum personarum ejusdem Civitatis tam specialiter quam generaliter, ac districtus ipsius Civitatis, filiorumque, hæredum & Successorum suorum in infinitum, juraverunt in primis, & ante omnia ac jurant ipsi, ac quilibet eorum ad sancta Dei Evangelia suis propriis manibus corporaliter tactis Sacrosanctis Scripturis super uno Missali, quod præfati Illustrissimi Domini Dux, & Ducissa in suis habebant manibus, quod quibuscumque futuris temporibus ab hac hora in antea dicti Constituentes, Civitas, Commune Populus & Cives, ac quilibet Subditi prædictæ Civitatis, & ipsius Districtus, & Dominii, filiique Hæredes & Successores in perpetuum, & quilibet eorum erunt fidelissimi, boni, veri, perfecti & sinceri homines, Subditi, & servitores dictorum Illustrissimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, eorumque filiorum legitimorum & Successorum de quibus in Capitulis continetur, sicut *Dominorum* suorum & neminem alium viventem, seu qui naturaliter vivere, & mori posset, cujusvis status, dignitatis, præeminentiæ, & gradus existat, aut esse possit, etiamsi de eis hic oporteret fieri mentionem specialem, & eorum etiam, qui à prædictis excludi posse dicerentur, aut excluси intelligi possent, non recognoscent in *Dominum* suum immediatum, nisi præfatos Illustrissimos *Dominos Ducem* & *Ducissam*, eorumque filios legitimos & successores ut supra & quod præfatam Civitatem Januæ cum suis omnibus, & singulis Civitatibus, Terris, Castris, & juribus in præfatos Illustrissimos *Dominos Ducem* & *Ducissam* ut supra translatos tenebunt, gubernabunt, & custodient nomine, & vice præfatorum Illustrissimorum *Dominorum Ducis*, & *Ducissæ*, filiorum, hæredum, & Successorum suorum ut supra & ad ipsorum nomen, gloriam, & utilitatem, pro ut & quemadmodum tenentur, & debent veri & fideles Subditi dicti *Dominorum* suorum, ac de, & cum eis, & quolibet eorum facient, & disponent, prout, & sicut ipsis ordinabitur, & injunctum fuerit a prædictis Illustrissimis *Dominis Duce*, & *Ducissa*, filiisque & Successoribus suis; quodque Gubernatorem, Præsidentes, Potestatem, Officiales, Castellanos, Capitaneos, Executoresque & omnes, & singulos ipsorum *Dominorum*, filiorum, & Successorum ut supra Officiales, qui ab ipsis Illustrissimis *Dominis* filiis, & Successoribus suis missi sunt, aut in futurum omni tempore mittentur ad dictam Civitatem, reverenter recipient, & ipsis, & cuilibet eorum integre, quacumque cessante exceptione, & contradictione obedient; etiam similiter Litteras, Mandata, Nuncios, Legatos, & Oratores præfatorum *Dominorum Ducis* & *Ducissæ*, Filiorumque, hæredum, & Successorum suorum ut supra reverenter recipient, & ipsis absque exceptione vel contradictione integre obedient. Item quod numquam erunt, nec se reperient in aliquo tractatu, disputatione, colloquio, consilio, machinatione, opera, nec facto in quo, vel quibus tractetur modo aliquo contra præfatos Illustrissimos *Dominos* nostros *Ducem*, & *Ducissam*, nec eorum filios, & Successores ut supra, nec etiam contra Gubernatorem, aut quosvis ipsorum *Dominorum* Officiales, ut supra, nec contra eorum personas,

vel

Digitized by Google

vel perſonam, aut Statum, aut in quo, vel quibus tractaretur, ſeu fieret aliquid, propter quod ipſi Illuſtriſſimi *Domini Dux*, & *Duciſſa*, filiique, Succeſſores & Officiales ipſorum ut ſupra, nec aliquis eorum perderent, vel amitterent, perſonam, aut membrum aliquod, ſeu rem aliquam, quam de præſenti habeant, & teneant, ſeu in futurum habebunt, & tenebunt, nec patientur aliquid, propter quod prælibati *Domini* filiique, Succeſſores, & Officiales, ut ſupra læſionem recipient in ære vel perſona; quin imo ſi ipſi, aut ipſorum aliquis ſentient, vel audient, aut ſentiet, vel audiet aliquam ex prædictis rebus contra præfatos *Dominos Ducem*, & *Duciſſam*, eorumque Filios, Succeſſores, & Officiales ut ſupra, aut eorum aliquem, ne id fiat, obviabunt toto eorum, & cujuslibet eorum poſſe, quacumque perſonarum exceptione penitus ceſſante, & prælibatis *Dominis Duci*, & *Duciſſæ*, filiisque, Succeſſoribus, & Officialibus ſuis ut ſupra, id, quando citius poterunt, & ſi non poterunt, & ſi non poterunt perſonaliter, notificabunt per Nuntios vel Litteras ſuas. Item juraverunt & jurant dicti Sindici & Procuratores, quod ſi prælibatis Illuſtriſſimis *Dominis Duci*, & *Duciſſæ*, filiisque & Succeſſoribus ſuis ut ſupra, aut alicui eorum aliquo caſu, quem *Deus* avertat, accideret, perdere vel amittere aliquam Civitatem, terram, Caſtrum, Locum, Arcem, aut Fortilitium, Statum, vel aliam rem eorum, quam præfati *Domini* habent de præſenti, aut in futurum habebunt, vel quæ aliquo modo pervenerint, aut pervenient ad obedientiam, manus et poteſtatem præfatorum *Dominorum*, filiorumque, & Succeſſorum ſuorum, ad ipſas, & quamlibet earum recuperandum, & recuperatas, vel recuperatam manutenendum, toto ipſorum Sindicorum & Procuratorum, ſuorumque Conſtituentium poſſe juvabunt. Item juraverunt, & jurant, quod ſi caſus contingeret, quo aliqua moleſtia, oppreſſio, vel injuria fieret præfatis Illuſtriſſimis *Dominis Duci*, & *Duciſſæ*, aut eorum filiis Succeſſoribus, & Officialibus, ut ſupra, aut alicui ipſorum, ſeu ipſis, vel cuivis eorum damnum aliquod in ære, vel malum in perſona ab aliquo cujusvis gradus, dignitatis, & præeminentiæ exiſtat, inferetur, ipſos Illuſtriſſimos *Dominos Ducem* & *Duciſſam*, filios, Succeſſores, & Officiales ut ſupra, toto ſuo poſſe juvabunt, & defendent absque ulla exceptione; quodque dictum Commune, Populus, Homines, Cives, & eorum Deſcendentes dictæ Civitatis, & diſtrictus, ac *Dominii* ejusdem ullo umquam tempore quovis modo non facient aut temptabunt rem aliquam, quæ pertineat, vel ceſſura ſit ad damnum, injuriam aut contumeliam prælibatorum *Dominorum*, filiorumque & Succeſſorum, aut Officialium ſuorum ut ſupra. Item quod ſi dicti Cives, Commune, Univerſitas, & Populus dictæ Civitatis in generali, vel ſpeciali erunt requiſiti vel requiſitus à præfatis Illuſtriſſimis *Dominis Duce*, & *Duciſſa*, aut filiis Succeſſoribus, & Officialibus ipſorum ut ſupra, ac eorum aliquo, eis, & cuicumque eorum omnem poſſibilem præſtabunt favorem; quodque ſi ipſis Communi, Civibus, Populo, Univerſitati, & ſingularibus perſonis dictæ Civitatis, & ut ſupra, vel alicui eorum præfati Domini Dux, Duciſſa, filii Succeſſores & Officiales ut ſupra, aliquod in aliqua re poſtulabunt Conſilium, illud fideliter & recte præſtabunt Conſilium, quod eis videbitur pro meliori, idque omne, quod eis, aut alicui eorum per præfatos Illuſtriſſimos Dominos Ducem, Duciſſam, filiosque, Succeſſores, & Officiales ſuos ut ſupra dictum, aut datum fuerit in ſecreto, alicui perſonæ ſine licentia præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum, Ducis, Duciſſæ, ac ſuorum, ut ſupra, filiorum, & Succeſſorum, non revelabunt, aut notificabunt, nec aliquid facient, propter quod pandatur. Item quod illum vel illos, qui tenderent, vel ſe transferrent, aut tendere, vel ſe transferre vellent ad damna præfatorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ, ſuorumque filiorum, Succeſſorum & Officialium, ut ſupra, non acceptabunt, nec eis, vel ei juvamen aut favorem præſtabunt ullo modo, quin immo ipſis ſe opponent, & contra eos facient tamquam proprii inimici, ac ſuper, & animas ipſorum Sindicorum, & Procuratorum, & cujuslibet ipſorum pro quanto ad eos ſpectat, ac in, & ſuper animas dictorum ſupraſcriptorum pro quibus ut ſupra juraverunt, & cujuslibet eorum jurant, quod ſemper omni tempore facient, omnes illas alias res, quas in omnibus, & per omnia facere tenentur, & debent quicumque fideliſſimi, veri & legales ſervitores, & Subditi erga ſuperiores, & Dominos ſuos bona fide, & ſine fraude, omnique cum ſumma diligentia pure & ſincere. Juraverunt quoque ulterius, & jurant facere dicti Sindici & Procuratores eorum propriis nominibus, ut ſupra, & nominibus dictorum Conſtituentium in omnibus & per omnia, prout requiritur, & debent jurare & facere veri, recti, legales, & fidelisſimi ſervitores & ſubditi ſuis ſuperioribus & veris Dominis, & etiam ſecundum formam Capitulorum & præſtationis utriusque fidelitatis, ſcilicet veteris atque novæ. Promittunt inſuper dicti Sindici & Procuratores & juraverunt & jurant, quod omnes & ſinguli Cives, ſingulares perſonæ, Commune, & Populus dictæ Civitatis Januæ infra terminum duorum menſium ab hodie proxime futurorum, ratificabunt præſens Inſtrumentum per publicum documentum, cum inſertione præſentis Inſtrumenti de verbo ad verbum, quodque ſimile juramentum fidelitatis præſtabunt in manibus Gubernatoris præfatorum Dominorum Ducis & Duciſſæ in dicta Civitate Januæ, quam ratificationem, ſeu quod ratificationis Documentum publicum mittent infra dictum terminum duorum menſium prælibatis Dominis Duci & Duciſſæ.

Quæ omnia & ſingula, firmis & ratis manentibus ſupraſcriptis Capitulis cum promiſſionibus factis in Janua, & nuper per præfatos Illuſtriſſimos Dominos confirmatis, ſupra memorati Sindici, & Procuratores eorum & cujuslibet ipſorum nomine proprio pro quanto ad eos pertinet, & nomine, & vice dictorum Conſtituentium promiſerunt, convenerunt, et juraverunt

runt prælibatis Illustrisfimis Dominis Duci, et Duciſſæ recipientibus pro ſe ac filiis, et Succeſſoribus ſuis prædictis omni tempore abinde in antea firma habere, rata, et grata tenere, attendere, ſolvere, obſervare, et adimplere, et in nullo contrafacere, dicere, nec venire aliqua ratione vel occaſione, de jure, aut de facto ſub refectione et reſtitutione damnorum omnium, Intereſſe et expenſarum litis, et extra, quæ proinde modo aliquo fierent et paterentur per dictos Sindicos, et Procuratores ſuis, et quibus ſupra nominibus prælibatis Illuſtrisſimis Dominis Duci, et Duciſſæ, et ad cautelam nobis Notariis infraſcriptis quibus ſupra nominibus ſtipulantibus et recipientibus, ſolemni ſtipulatione ſolvere promiſerunt, quibus ſolutis, vel non ratus præſens maneat Contractus; Pro quibus omnibus et ſingulis, ſic firmiter et efficaciter attendendis, obſervandis, et ſolvendis prædicti Sindici et Procuratores ſuperius deſcripti ſuis ut ſupra, et dictis nominibus omnia eorum, et dicti Communis, Populi, Univerſitatis et ſingularum perſonarum dictæ Civitatis bona præſentia et futura, prælibatis Dominis, ac nobis Notariis, quibus ſupra nominibus ſtipulantibus, et recipientibus, pignori et Ipothecæ penitus obligaverunt, et obligant ac renuntiaverunt et renuntiant dicti Sindici et Procuratores ſuperius nominati verſus prælibatos Illuſtrisſimos Dominos, et nos Notarios quibus ſupra nominibus ſtipulantes, et recipientes, exceptioni non factarum prædictarum fidelitatis, promiſſionum, recognitionum obligationum, ac juramenti, omniumque et ſingulorum non ſic actorum, factorum, et geſtorum, ut ſupra continetur, omnique alii juri, exceptioni, et defenſioni contra hæc, exceptioni doli mali, metus, et in factum actioni, et omnibus probationibus, et productionibus Teſtium, et Inſtrumentorum contra prædicta omnia et ſingula. Et inde de prædictis prælibati Illuſtrisſimi Domini, Dux, et Duciſſa juſſerunt et jubent nobis Notariis, ac prædicti Sindici et Procuratores rogaverunt et rogant nos Notarios infraſcriptos unum, et plura Inſtrumentum, et Inſtrumenta, publicum et publica conficere debeamus ejusdem tenoris.

Actum in Civitate Mediolani in Curia Arenghi ſolitæ habitationis præfatorum Illuſtrisſimorum Dominorum ſuper quodam maximo Tribunali conſtructo in ipſa Curia ad hunc Actum fidelitatis fiendæ, præſentibus nobis infraſcriptis, Secretariis Cancellariis et Notariis, ac

Reverendisſimo Domino Steffano de Forlivio Archiepiſcopo Mediolani.

Magnifico Viro Domino Antonio Cintinello, quondam Domini Boffardi Serenisſimi Domini Regis Ferdinandi Oratore.

Reverendisſimo Domino Paulo, Archiepiſcopo Dirachii.

Magnifico Viro Ugulotto de Facino, filio quondam Antonii Illuſtr. Domini Ducis Mutinae Oratore.

Reverendisſimo Domino Lazaro Scarampo, Epiſcopo Cumano.

Spectabili Milite Domino Bertholomeo de Rachaneto filio quondam Matthei præfati Domini Regis Secretario.

Magnifico Milite Domino Petro de Pardo de Valentia.

Magnifico Petro Maria de Rubeis, Comite Berceti, filio quondam Domini Petri.

Comite Petro de Verme, quondam Comitis Aluyſii.

Comite Ludovico de Lugo, quondam Comitis Alberici.

Magnifico Petro de Puſterla, quondam Domini Johannis Aulicis praefati Illuſtrisſimi Domini Ducis.

Spectabili Pigello de Portinariis, filio quondam Fulchi Floren.

Spectabili Petro de Gallarate filio quondam Domini Johannis.

Domino Johanne Jacobo de Riciis, Juris utriusque Doctore quondam Stephani Aulicis Ducalibus &

Mattheo de Fornariis filio quondam Mathei.

Antonio Grillo quondam Johannis.

Cataneo Spinula de Luculo quondam Raphaelis.

Cipriano Spinula quondam Bonardi, Civibus Januenſibus.

Bonifacio Aliprando quondam Alexii Cancellario.

Proſpero Camulio, quondam Nicolai Secretario Ducalibus, &

Chriſtoforo Panigarola quondam Petri Cive Mediolani, omnibus Teſtibus ad praedicta habitis, idoneis, notis, vocatis & rogatis.

Et ego Cichus Symoneta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali Auctoritate Notarius, ac praelibati Illuſtrisſimi Domini, Domini noſtri Ducis Mediolani Secretarius prædictis omnibus, dum ſic agerentur & fierent una cum infraſcriptis Notariis rogatus interfui, ſed aliis negociis ejusdem Illuſtrisſimi Domini noſtri occupatus curam ſcribendi, & in hanc publicam formam redigendi de conſenſu ipſorum infraſcriptorum Notariorum alteri commiſi, poſtmodum cum ipſis Notariis legi & auſcultavi, & concordare inveni, ideo ad fidem et majus robur omnium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi ac ſignum meum appoſui conſuetum.

Ego Gotardus Stela filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Judex ordinarius, & Excelſi Communis Januae Cancellarius praedictis his omnibus interfui, et una cum Magnifico Domino Cicho Symoneta, Notario Publico, et primo Ducali Secretario, ac infraſcripto Collega meo Nicolao de Credentia Notario publico, & etiam excelſi Communis Januæ Cancellario rogatus ſcripſi, et cum illis diligenter revidi et auſcultavi, licet per manum alterius hic tranſcribi fecerimus variis, et majoribus negotiis impediti, ſigno et nomine meo appoſito, ut conſuevi, in fidem, & Teſtimonium omnium praemiſſorum.

Ego Nicolaus de Credentia quondam Thomæ

Digitized by Google

mæ publicus Imperiali auctoritate Notarius et Excelſi Communis Januae Cancellarius praedictis omnibus his interfui, & una cum Magnifico Domino Cicho Symoneta Notario publico, et primo Ducali Secretario, ac egregio Gotardo Stella Collega meo Notario publico & etiam Excelſi Communis Januae Cancellario rogatus ſcripſi, et cum illis diligenter revidi, et auſcultavi, licet per manum alterius hic tranſcribi fecerimus variis, et majoribus negotiis impediti, ſigno, et nomine meo appoſito, ut conſuevi, in fidem, ac Teſtimonium omnium praemiſſorum.

Ego Johannes Symoneta filius quondam Antonii de Calabria publicus Imperiali auctoritate Notarius ac praefati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Secretarius, praedictis omnibus una cum ſupraſcriptis et infraſcriptis Secretariis, Cancellariis & Notariis, dum ſic agerentur, rogatus interfui, tradidi, & in fidem præmiſſorum omnium ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portae novae Parochiae ſancti Steffani ad Nuxigiam Notarius publicus, ac etiam Notarius, & Scriba praelibatorum Illuſtriſſimorum *Dominorum Ducis*, et *Duciſſae* Mediolani juſſus, et rogatus una cum praefatis Magnifico *Domino* Cicho Symoneta praelibatorum Dominorum Secretario, et Notario ut ſupra, ac ſpectabilibus Gotardo, Stella et Nicolao de Credentia Notariis publicis Januenſibus & Cancellariis praefati Excelſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis publicis Januenſibus et Cancellariis praefati Excelſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis et Cancellariis tradidi & ſubſcripſi.

Ego Iri de Venegono filius Domini Chriſtofori Mediolani Portæ Novæ Parochiæ ſancti Bertholomei intus publicus Imperiali, & *Ducali* auctoritatibus Notarius, & Cancellarius ac ſcriba præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum *Ducis* & *Duciſſæ* rogatus una cum præfatis Magnifico Cicho, præfatorum *Dominorum* Secretario, & Notario ut ſupra, ac Spectabilibus Gotardo Stella, & Nicolao de Credentia, Notariis publicis Januenſibus, & Cancellariis præfati Excelſi Communis Januæ, ac etiam cum infraſcriptis Notariis, & Cancellariis tradidi, & ſubſcripſi.

Ego Chriſtoforus de Cambiago, filius quondam *Domini* Jacobini, Civitatis Mediolani Portæ Ticinenſis Parochiæ ſancti Georgii in Palatio, praelibati Illuſtriſſimi *Domini Ducis* Cancellarius, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius, & in hac parte Notarius, & ſcriba prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum *Ducum* juſſus et rogatus una cum ſupraſcriptis, & infraſcripto Marco etiam in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Marcus Trotus filius quondam Dominici Civis Alexandriæ publicus Imperiali, Apoſtolicaque auctoritate Notarius & Cancellarius prælibati Illuſtriſſimi *Domini Ducis* juſſus, et rogatus una cum præfato Magnifico Domino Cicho Notario, & Secretario ut ſupra, ac aliis omnibus ſupraſcriptis Notariis, & Cancellariis tradidi, & ſubſcripſi, ac in fidem præmiſſorum omnium ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

XCIII.

Inſtrumentum publicum de poſſeſſione feudali civitatis Savonae, nomine Ludovici XI. Francorum Regis, per commiſſarios ejusdem in manus Franciſci Sforziae & Blancae Mariae, Ducum Mediolani tradita, juxta tenorem inveſtiturae An. 1463. de toto Dominio Januenſi & Savonenſi per praefatum Ludovicum Regem conceſſae, d. d. 7. Februar. An. 1464. una cum Ratificatione & acceptatione Franciſci Sforziae, d. d. 5. Mart. An. 1464.

FRanciſcus Sforzia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Tametſi expedire non videatur ea declarare quae ſatis declarata ſunt, tum aliis noſtris patentibus Litteris Commiſſionis, & arbitrii in Magnificum Germanum noſtrum Conradum de Foliano armorum Ductorem & Locumtenentem noſtrum, tum etiam publico Documento ab ipſo Conrado emanato ſuper aſſignatione poſſeſſionis & tenutæ Civitatis, & Caſtrorum Fortiliciorumque Saonæ in manibus & poteſtate ejusdem Conradi noſtro nomine & pro nobis, & Illuſtriſſima Domina Blanca Maria Duciſſa Conſorte noſtra praecordialiſſima recipientis, facta per Magnificum & præſtantem Militem, Dominum Johannem Chiolet, Dominum de la Chiolatera et Spectabilem Virum Johannem Philippum de Trechate Præſidentem Gra-

nopoli, & Secretarium, & Mandatarios Regios ſimul cum Magnifico & præſtanti Milite Domino Aluiſio de Bria, tunc Locumtenente Regii Gubernatoris Saonæ ad hæc conſtitutos, & deputatos in executione, & pro implemento voluntatis, & mandatorum Sereniſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Ludovici, Dei gratia Francorum Regis Chriſtianiſſimi, de qua quidem conſignatione patet publico Inſtrumento proinde tradito, & rogato per Augūſtinum de Pado Mediolanenſem, & Bertholameum de Oddino, Civem Saonæ, Notarios publicos, die ſeptima menſis Februarii proxime præteriti; Tamen ut ipſorum Regiorum Mandatariorum petioni, & voluntati pariter & menti noſtræ uberius ſatisfaciamus, pro ea praeſertim, qua erga nos uſi ſunt, humanitate ad nos ſe conferendi, nosque, & præfatam Illuſtriſ-

simam Dominam Consortem nostram, & nostros omnes visitandi, quorum certe adventus nobis fuit gratissimus, et jucundissimus, prædicti instrumenti tenorem de verbo ad verbum in his ipsis nostris Litteris inseri jussimus, qui sequitur videlicet.

In nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quadricentesimo sexagesimo quarto, Indictione duodecima, die Martis septimo mensis Februarii. Cum verum sit ut partes infrascriptæ nominibus quibus infra sibi ad invicem præsentes & acceptantes confessæ sint, & confitentur, quod Serenissimus, & Christianissimus Ludovicus DEi Gratia Francorum Rex Saonæ Dominus, sub anno Domini millesimo quatricentesimo sexagesimo tertio, die vigesima secunda, mensis Decembris de toto Dominio Januensi, ac de Civitate Saonæ, posse, mandamento, & districtu eorumdem investiverit Regio more spectatum Jurisconsultum Comitem & Militem Dominum Albricum Malettam, Consiliarium, Oratorem, & Mandatarium Illustrissimorum, & Excellentissimorum Dominorum Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, & Blancæ Mariæ, Ducissæ Mediolani Consortis suæ vice, & nomine prædictorum Dominorum Illustrissimorum Ducis, & Ducissæ pro se & filiis suis masculis legitime descendentibus in feudum, & jure Feudi recti, gentilis, antiqui, & paterni sub modis, & formis contentis in quodam publico ipsius Feudi Instrumento fieri, rogato Magistro Petro de Portis Presbytero Parisiensi, prædicti Regis Secretario, ac Notario Apostolico, & Johanni de Salerna Civi Papiensi publico Imperiali auctoritate Notario, ad quod debita relatio habeatur, & in quo inter cætera constat, prædicti Serenissimi & Christianissimi Domini Domini Regis promissio de consignando, tradendo & expediendo dictam Civitatem Saonæ cum posse, Jurisdictione, Mandamento, & districtu, ac Castris, & Fortiliciis, ejusdem in manibus, & potestate eorumdem Illustrissimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, aut eorum legitimorum Procuratorum legitimam & validam potestatem ab eis habentium infra quinquaginta dies tunc proxime secuturos; & pro præmissis exequendis præfate Regia Maestas suos Oratores, & Commissarios ad hanc Civitatem Saonæ destinaverit, videlicet spectabilem, & strenuum Militem, Dominum Johannem Chiolet, & Egregium Johannem Philippum de Trecate Præsidentem Cameræ computorum Delphinalium ejusdem Regis Secretarium una cum Magnifico Milite, Domino Ludovico de Bria, ejusdem Civitatis, & districtus Gubernatore. Cui super inde prælibata Regia Maestas opportunas Litteras destinavit; cumque etiam verum sit, quod prælibati Illustrissimi Domini, Dux, & Ducissa Mediolani, suis autenticis Litteris constituerint, & creaverint Illustrem Dominum Conradum de Foliano, eorum Procuratorem, & Mandatarium ad requirendum, acceptandum & retinendum consignationem, remissionem tenutam, & possessionem dictæ Civitatis Saonæ & Castrorum, & Fortiliciorum ejus, & ut supra, cum ampla potestate, & baylia constituendo eumdem prædictum Dominum Conradum suum Gubernatorem & Locumtenentem in dicta Civitate Saonæ, ac sibi committendo totaliter vices suas ad quod mandatum etiam debita relatio habeatur; hinc est quod prædictus Illustris Dominus Conradus in omnibus quibus supra requisivit à prædicto Domino Ludovico de Bria Milite, & Locumtenente, Domino Johanne Chiolet etiam Milite & Johanne Philippo Præsidente ad hæc commissis, & Deputatis & conjunctim, & divisim, & prout melius fieri potest, & debet ut dictam Civitatem Saonæ cum Castris, Jurisdictione, destrictu, & Mandamento, & tam respectu partium Terræ, quam maritimarum eidem nomine, & vice prælibati Serenissimi & Christianissimi Domini Regis Francorum dictæ Civitatis directi Domini, ac nomine, & vice prædictorum Illustrissimorum Dominorum, Dominorum Ducis, & Ducissæ Feudatariorum, & utilium Dominorum ejusdem Civitatis virtute infeudationis, de qua supra, tradere velint, & debeant; qui prædicti Domini Locumtenens, & Regii Oratores, & Commissarii sibi ipsis ad invicem mutuum præbendo consensum insequendo formam commissionum suarum, & conjunctim & divisim & omni alio meliori modo; via jure & forma, quibus melius, & validius prædicta, & infrascripta fieri possunt, & meliorem, & pleniorem sortiantur effectum, requisitioni prædictæ annuendo realiter, actualiter, & cum effectu, animoque, & intentione faciendi, & constituendi prædictum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus, & per ipsum prælibatum Illustrissimum Dominum Ducem, & Ducissam ut supra veros possessores & utiles Dominos dictæ Civitatis Saonæ cum suis Castris, Jurisdictionibus, juribus, & pertinentiis tam terrestribus quam maritimis induxerunt, & introduxerunt prædictum Illustrem Dominum Conradum dictis Nominibus ut supra, cum omni sua societate, & armigeris suis & secum existentibus pro ipsius Civitatis, Castrorum & Jurisdictionis, & Jurium possessione, & quasi adipiscenda, & retinenda in corporalem & liberam tenutam, & possessionem omnium infrascriptorum, & cujuslibet eorum, pro ut infra, ordine successivo, & primo introducendo, & ducendo ut supra in possessionem, & tenutam Castri novi dictæ Civitatis Saonæ tradiderunt, consignaverunt, & liberaliter expediverunt prædicto Illustri Domino Conrado Mandatario & Procuratorio, & Locumtenenti nomine & vice prædictorum Illustrissimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, & ad utilitatem, & opus ipsorum & filiorum suorum prædictorum, eumdem Illustr. Dominum Conradum in corporalem, realem, & actualem possessionem, & quasi dicti Castri novi, & Jurisdictionis, & utilis Dominii, & potestatis ejusdem induxerunt cum suis armigeris gentibus tradendo, & consignando, & tradiderunt & consignaverunt eidem dictis nominibus in præsentia nostrorum Notariorum infrascriptorum, & Testium infranominatorum, claves portium & portarum, Turrium, & aliorum Locorum in ipso Castro existentium pro vera traditione, & in signum veræ traditionis possessionis

Castri-

Digitized by Google

Castri prædicti, & eumdem Dominum Conradum dictis nominibus ut supra cum suis gentibus ut supra, ducendo per totum ipsum Castrum, & ipsum Castrum in ejus manibus, & fortia dimittendo, & relinquendo, servatis etiam in præmissis omnibus actibus, & solemnitatibus in talibus solitis & consuetis, quibus peractis successive postmodum, statim, & continenti, facta per prius etiam per præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus præfatis Dominis Ludovico du Bria, Militi Domino Johanni Chiolet, & Johanni Philippo, Præsidenti, Deputatis ut supra requisitione per modum, & formam, de quibus, & pro ut supra fit mentio, ipsi præfati Domini Locumtenentes & Regii Oratores, & Commissarii ut supra, sibi ipsis ad invicem mutuum præbendo consensum, & prout supra, & conjunctim, & divisim, & omni alio meliori modo, & forma, & prout supra, animoque, & intentione ut supra introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut supra cum omni sua societate, & gentibus armigeris ut supra secum existentibus pro ipsius Civitatis, & jurisdictionis possessione adipiscenda ut supra in corporalem possessionem & tenutam Castri Sancti Georgii positi, & situati in ipsa Civitate, & jurisdictionis, & Dominii ejusdem, eumdem Dominum Conradum dictis nominibus ut supra cum ejusdem gentibus armigeris ut supra ducendo per totum ipsum Castrum, et Loca ejusdem, & ipsum Castrum, & Loca ejusdem in manibus, & fortia ipsius Domini Conradi dimittendo, & relinquendo, eidemque claves ipsius Castri, & Fortiliciorum ejusdem in præsentia nostrorum Notariorum & Testium infra scriptorum tradendo & consignando, ac tradiderunt & consignaverunt, ac in præmissis servando omnes alias solemnitates in talibus servari consuetas. Successiveque, ac statim, & in continenti præfati Domini Regii Oratores ut supra, facta eisdem per prius per præfatum Dominum Conradum dictis nominibus simili requisitione et pro ut supra, et omnibus modo ut supra, animoque et intentione, ut supra et prout supra introduxerunt præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut supra cum omni sua Societate, et Gentibus ut supra, pro ipsius Civitatis, et jurisdictionis, ac utilis Dominii possessione adipiscenda ut supra, in corporalem possessionem et tenutam Palatii ipsius Civitatis Saonæ, eumdem Dominum Conradum, et ut supra per Palatium ipsum, et per Loca ipsius ducendo, et Palatium ipsum, et Loca ipsius in manibus & fortia ipsius Domini Conradi et Gentium suarum, et ut supra dimittendo, et relinquendo, eidemque claves ipsius, et locorum ejusdem dando, et tradendo, ac in præsentia ut supra dederunt, et tradiderunt, ipsumque Dominum Conradum ad bancha juris ducendo, et eidem in signum Jurisdictionis, et utilis Dominii totius ipsius Civitatis sibi traditæ virgam seu baculum rationis, et justitiæ ipsius in manibus suis dando, et dimittendo, ac dederunt et dimiserunt, postmodum quoque, et statim et successive præfati Domini Regii Oratores, et Mandatarii ut supra facta per prius eisdem per præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus simili requisitione ut supra, et pro ut supra, omnibus modo, et ut supra, animoque, et intentione ut supra introduxerunt, præfatum Illustrem Dominum Conradum dictis nominibus ut supra cum omnibus suis gentibus ut supra in corporalem possessionem, et tenutam Castri Speroni siti in ipsa Civitate Saonæ eumdem Dominum Conradum, per Castrum ipsum, et per Loca ejusdem ducendo, ut supra Castrumque ipsum, et loca ejusdem in manibus, et fortia ipsius Domini Conradi, et gentium, et ut supra dimittendo, et relinquendo, clavesque ipsius Castri, et Locorum ejusdem in præsentia ut supra tradendo, et consignando ut supra ac tradiderunt, et consignaverunt, ut supra. Postremo vero, et statim ac successive, et in domo habitationis Marchionis Sochæ sita in Civitate Saonæ, in qua moram trahebat præfatus Illustris Dominus Conradus, facta per prius per præfatum Dominum Conradum dictis nominibus ut supra eisdem Regiis Oratoribus ut supra dictis nominibus requisitione ut supra, et pro ut supra, præfati Domini Regii Oratores ut supra suis, et dictis nominibus ut supra, animo, et intentione ut supra, tradiderunt, et consignaverunt ibidem et in præsentia ut supra, actualiter et cum effectu, ac etiam præsentibus Antianis dictæ Civitatis præfato Illustri Domino Conrado dictis nominibus ut supra claves omnium portarum, et pontium ipsius Civitatis Saonæ in signum veræ Traditionis et consignationis, possessionis, et tenutæ totius utilis Dominii ipsius Civitatis, et omnium jurium ejusdem, mandando, jubendo, et præcipiendo, ac mandaverunt, jusserunt, et præceperunt præfati Domini Regii Oratores ut supra Antianis, et multitudini Populi ibidem assistentibus, quatenus amodo in antea præfato Illustri Domino Conrado nominibus præfatorum Dominorum, videlicet Domini Ducis et Dominæ Ducissæ Mediolani præfati Serenissimi, et Christianissimi Domini, Domini Regis Francorum quæ ad hæc, et alia, de quibus in ipsa infeudatione fit mentio, feudatariorum, et utilium Dominorum ut supra debitum præstent fidelitatis juramentum, et omnia alia, et singula opportuna, et necessaria faciant, quæ in præmissis pro plenaria et effectuali executione prædictorum fieri debent, salvo jure superioritatis prælibati Domini Regis, et successorum suorum, pro ut, et quatenus vis, et natura ipsius infeudationis Contractus postulat, et requirit, et ita præfatus Dominus Conradus dictas claves in præsentia ut supra, et animo et intentione dictis nominibus adipiscendi, et retinendi corporalem possessionem, et tenutam dictæ Civitatis, et jurium et pertinentiarum ejusdem recepit, et acceptavit, et insuper, et postremo in præsentia ut supra præfatus Illustris Dominus Conradus de Foliano dictis Procuratorio, et Gubernatorio nominibus, ac etiam ut Locumtenens præfatorum Dominorum Ducis, et Ducissæ Mediolani, virtute dictarum Litterarum suarum, et pro quibus, etiam ad cautelam de ratohabendo promisit infra mensem unum proxime futurum sub ippotecha, et obligatione bonorum suorum principalium præsentium, et futurorum quorumcumque volens agnoscere bonam fidem, et omnimodam fateri veritatem, prout justum

ſtum eſt, et æquum, verſus præfatos *Dominos*, Locumtenentem, Oratores, et Commiſſarios ut ſupra, ſponte, conſulte, deliberate, et appenſate, ac ex ejus certa ſcientia, ac ſpontanea voluntate, non ductus dolo, vi, clam, vel metu, nec alia quavis machinatione circumventus pro præfatis Illuſtriſſimis *Dominis* ſuis *Duce*, et *Duciſſa*, et filiis ſuis ut ſupra, omnibus melioribus modo, jure, via, cauſa, et forma, quibus melius, fortius, et validius fieri, et eſſe poſſit, ac poteſt de jure, palam, et publice, conſtitutus in præſentia noſtrorum Notariorum, et Teſtium infraſcriptorum, fuit confeſſus, tacitus, et contentus, ac in veritate publice recognovit, et recognoſcit ſe habuiſſe, et habere actualem, et effectualem conſignationem, et poſſeſſionem dictorum Civitatis, Caſtrorum et omnium prædictorum cum omnibus portis, et fortiliciis ipſius Civitatis Saonæ, et ſe actualiter, et cum effectu, ac realiter poſitum, et inductum fuiſſe, et eſſe in actualem, realem et effectualem ac corporalem, et quaſi tenutam, et poſſeſſionem dictæ Civitatis Saonæ, Jurisdictionis, poſſe, Mandamenti, *D*iſtrictus, et Caſtrorum, et omnium prædictorum per præfatos *D*ominos Locumtenentem, Oratores, et Commiſſarios per omnia ſigna neceſſaria, et opportuna nomine, et vice præfati Serenisſimi et Chriſtianisſimi *D*omini, *D*omini Francorum Regis, directi *D*omini ut ſupra; et pro præfatis Illuſtriſſimis *D*ominis, *D*ominis *D*uce, et *D*uciſſa Mediolani feudatariis, et utilibus *D*ominis ut ſupra, et apud ſe nominibus quibus ſupra habere, et penes ſe tenere claves dictæ totius Civitatis, et fortiliciorum ejusdem, et dictam Civitatem et Caſtra et omnia prædicta habere, et tenere munitam, et munita nominibus, quibus ſupra, præfatis Spectabilibus Regiis Oratoribus et Commiſſariis antedictis præſentibus, et acceptantibus, ac nobis infraſcriptis Notariis tamquam publicis et autenticis perſonis præſentibus, ſtipulantibus et recipientibus nomine, et vice prælibati Serenisſimi et Chriſtianisſimi *D*omini Regis Francorum, et hæredum, et Succeſſorum ſuorum in Regno. Inſuper prælibatus Illuſtris *D*ominus Conradus Procurator, Mandatarius et Locumtenens ut ſupra virtute poteſtatis ſæpe nominatæ ſibi attributæ omni via, modo, jure, cauſa, et forma, quibus melius fieri potuit, et eſſe poteſt, quietavit, liberavit, et abſolvit et quietat liberat et abſolvit, nomine præfatorum Illuſtriſſimorum *D*ominorum *D*ominorum ſuorum *D*ucis, et *D*uciſſæ Mediolani, de quibus ſæpe dictum fuit, præfatum Serenisſimum, ac Chriſtianisſimum *D*ominum, Dominum Francorum Regem, et ſuos et prædictos Dominos Locumtenentem et Oratores Regios, nosque Notarios infraſcriptos dictis nominibus præſentes, acceptantes et recipientes nomine, et vice prælibati Chriſtianisſimi Regis Francorum, et Succeſſorum ſuorum in Regno, a promiſſione per prælibatam Serenisſimam Regiam Maeſtatem facta, & de qua ſupra fit mentio, de tradendo, oblignando, & expediendo poſſeſſionem, & tenutam ipſius Civitatis, et omnium prædictorum, proteſtatus fuit, & proteſtatur idem præfatus Illuſtris Dominus Conradus nominibus quibus ſupra ſe habuiſſe, et recipiſſe, habereque, et tenere præfatis nominibus quibus ſupra, ac vice, et nomine prælibati Sereniſſimi, & Chriſtianisſimi Domini, Domini Ludovici Francorum Regis, ut directi Domini dictam poſſeſſionem pacificam, & tenutam prædictæ Civitatis, Caſtrorum, Fortiliciorum, & omnium prædictorum, ac Mandamenti ejusdem infra, et intra terminum quinquaginta dierum in præfatis infeudationis, & aliis regalibus Litteris comprehenſum. Renunciantes dictæ partes modis, & nominibus quibus ſupra exceptioni non facti hujusmodi Inſtrumenti, & præmiſſorum omnium & ſingulorum non ſic actorum, & factorum, & omni probationi ad defenſionem in Contrarium. Et de præmiſſis omnibus, & ſingulis præfatis Illuſtris Dominus Conradus nominibus quibus ſupra, & præfati Domini Locumtenens, & Oratores Regii ut ſupra, & quilibet eorum, & tam conjunctim, quam diviſim juſſerunt, & rogaverunt publica confici per nos infraſcriptos Notarios debere inſtrumenta unum, & plura ejusdem tenoris. Actum Saonæ in ſupraſcriptis omnibus Caſtris, Fortiliciis, Turribus, Palatio, & domibus ſuperius deſcriptis ſingula ſingulis congrue referendo; præſentibus ſemper pro Teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis Magnifico Domino Johanne de Carreto, Marchione Finarii, Spectabili Domino Baldeſarre de Curte Legum Doctore, Ducali Vicario Generali de Mediolano, Domino Angelo Scarampo, Præpoſito Ferraniæ, Domino Franceſchino de Carreto de Monte Baldono, Domino Manfredo ex Marchionibus Cevæ, Domino Andrea de Fornariis Judice Maleficiorum Saonæ, Domino Gobertho de Maſues Francigena, Domino Antonio Buffavento, Francigena, Domino Lancilloto de Figino de Mediolano, Domino Johanne Antonio de Figino de Mediolano Domino Johanne Antonio Mirabello de Cazali, Domino Chriſtophoro Panigarola, Paulo Saccho, & Gregorio de Milleſmuo David, Teſtibus vocatis, & rogatis ut ſupra.

Ego Auguſtinus de Pado, natus quondam Domini Gabrielis publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Victoris ad Putheum, ac in hac parte Notarius præfatorum Dominorum Conradi, & Præſidentium Regiorum ut ſupra, ſupraſcriptum Inſtrumentum, & prædicta omnia, & ſingula una cum infraſcripto Ser Bartholomæo de Oddino ſimiliter Notario ſimul, & in ſolidum rogatus tradidi, manuque propria illud ſcripſi, & in Teſtimonium præmiſſorum hic me cum ſigni mei Tabellionatus appoſitione ſubſcripſi.

Ego Bertholameus de Odino Civis Saonæ publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac præfatorum Dominorum Conradi, & Præſidentium Regiorum, ut ſupra, ſupraſcriptum Inſtrumentum, & prædicta omnia & ſingula una cum ſupraſcripto Ser Auguſtino de Pado ſimiliter Notario ſimul, & in ſolidum recepi, & teſtatus fui una etiam cum prænominatis Teſtibus, & in hanc publicam formam redegi, idque ſcriptum fuit per ſupra nominatum Auguſtinum manu propria, & ut ubilibet adhibeatur plena fides, hicque me ſubſcripſi, cum ſolito meo ſigno Inſtrumentorum, in fidem, ac Teſtimonium præmiſſorum, conſtante mihi de caſſatione ut ſupra facta in principio

vigeſi-

Digitized by Google

vigesimæ octavæ lineæ, quia non vitio, sed errore scribentis factum fuit. Quin etiam ad majus robur, majoremque declarationem præmissorum, tenoré præsentium ex certa scientia, & motu quidem proprio ea omnia, & singula, quæ inter prænominatos Commissarios, & Mandatarios Regios, & præfatum Conradum Germanum, & Locumtenentem, & Mandatarium nostrum, de quibus supra fit mentio, acta, gesta, & transacta fuerunt, eamque confessionem, & quietationem, eaque omnia, et singula sic, ut præmittitur, facta, et celebrata, de quibus omnibus plenam habemus notitiam, rata, et firma, et gratissima habentes, atque approbantes, ipsamque assignationem possessionis et tenutæ Urbis, et Fortilitiorum Saonæ in manibus, et potestate ipsius Conradi, ut præmittitur, nostro nomine factam, tamquam si nobis ipsis, et personæ nostræ propriæ facta fuisset, acceptamus, et acceptam esse attestamur. In quorum etc. Datum Mediolani die quinto Martii M. CCCC. LXIV.

Franciscus Sfortia Vicecomes manu propria subscripsit.

Cichus.

XCIV.

Responsiones Francisci Sfortiæ, Ducis Mediolani ad capitula ei per Communitatem Civitatis Savonæ præsentata, per quæ varia privilegia atque immunitates memoratæ civitatis confirmantur, d. d. 3. Mart. An. 1464.

FRanciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Sive consideremus maximam devotionem, & in nos singularem fidem nostrorum fidelium Communis, & Hominum, & Universitatis Civitatis nostræ Savonæ, & districtus ejusdem, quam his evolutis proxime diebus demonstrarunt, quandoquidem translato in nos a Serenissima Regia Francorum Maestate pleno jure Dominio tam Civitatis Januæ, quam etiam ipsius jam dictæ Civitatis Savonæ cum earum Territoriis, tam terrenis, quam maritimis, ad capessendam prædictæ Civitatis Savonæ possessionem emisimus Magnificum Conradum de Foliano Fratrem, & armorum Ductorem nostrum carissimum, quippe quod non expectato ipsius Fratris nostri ad eos adventu non modo cum maxima omnium lætitia sibi obviam accurrerunt, sed etiam eum intra dictæ Civitatis mœnia excipientes satis, superque honorarunt, & dignis muneribus affecerunt, sibique etiam nomine nostro obedientiam præbuerunt; sive pariter mente nostra versemus promptitudinem, & sinceræ mentis affectum, quæ pari modo re ipsa edocuerunt hodie paulo ante præsentium nostrarum concessionem, quippe quod transmissis huc ad nos Spectabilibus Dominis Gambarino de Gambarana, Legum Doctore & Comite Palatino, Joanne Bechala, & Joanne Philippo dictæ Civitatis nostræ Concivibus, & Oratoribus cum pleno mandato per Johannem de Rogeriis tradito anno & die in eo contentis, debitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum in nostris, & Illustrissimæ Dominæ Consortis nostræ manibus per præfatos Oratores suos eorum nominibus præstari voluerunt, & præstiterunt, pro ut constat Instrumento per Cichum de Calabria publicum Notarium, & Secretarium nostrum infrascriptum hodie paulo ante, ut præmittitur, tradito & Rogato; sive denique animo repetamus, quod Illustrissimo nunc quondam Domino, Domino Philippo Mariæ olim Duci Mediolani &c. Patri, & Socero nostro honorandissimo in omnem eventum se fideles, & devotos præbuerint, nullis parcendo laboribus, nec expensis neque ipsius Civitatis discriminibus, sane profecto ipsis, Communi, Hominibus, & Universitati vel in specie, vel in genere per nos multa debere fatebimur, pro quibus & pro aliis quoque eorum meritis, & finequeamus in præsens condigne referre, id saltem eos non ignorare volumus, quod per tempora in rebus suis omnibus nos sic habebimus, quod agnoscent eorum fidem in nos non inanem extitisse; Et propterea cum Oratores ipsi nobis supplicationes, & Capitula parte dictorum Communis, Hominum & Universitatis dictæ Civitatis porrexerint infrascriptas, precantes quatenus eas, & ea in omni earum, & eorum parte confirmare dignaremur, non potuimus abnegare quin ipsorum votis, quo ad melius potuimus, annuendum duxerimus. Quibus quidem peticionibus & Capitulis per nos lectis, & intellectis respondimus, pro ut in fine singulorum prædictorum Capitulorum legitur, quarum petitionum, & seu Capitulorum, & successive responsionum nostrarum tenor sequitur in hac forma videlicet: Infrascripta sunt Capitula porrecta Illustrissimo, & Excellentissimo Domino, Domino nostro Duci per Ambassiatores Civitatis Savonæ, requirentes & supplicantes, ut præfatus Illustrissimus Dominus, Dominus noster dignetur ea benigniter approbare, & eis gratum responsum adhibere: Et quia nobis approbata, & confirmata fuerunt, tam per Christianissimam Maestatem Regiam Francorum quondam patris moderni Regis, quam etiam per novum Regem, & sub Sigillo suo Regio, cujus Privilegium habemus in forma autentica; Et primo quod Civitas Savonæ cum portubus ejus maritimis modulo, ac cum Castris & Fortiliciis in dicta Civitate, & posse constitutis cum toto ejus poderio, nemoribus, stratis, & Silvis, ac omnibus suis pertinentiis quibuscumque spectent, & pertineant, & pleno jure remaneant francha, libera, & expedita Communi, & Hominibus Savonæ, cum omnibus redditibus, intratis, gabellis, pedagiis, & emolumentis, per eos percipi solitis, & consuetis, excepta gabella salis, & de ipsis omnibus fructibus, redditibus, & emolumentis; gabellis, pedagiis, ut præfertur, ipsa Communitas Saonæ, & Homines disponere possint pro eorum libito voluntatis, ac etiam cum omnibus juribus, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, competentibus, & competituris dictis Communitati, Civibus, & Hominibus Saonæ, quodque possint Capitula & Leges municipales, & Decreta condere, tollere, cassare, addere, minuere, & corrigere, declarare, & de novo facere, semel & pluries, & totiens quotiens, & quan-

Digitized by Google

quantum sibi placuerit pro dictæ Communitatis Saonæ libito voluntatis; & juxta dicta Statuta, Antianos dictæ Civitatis, ac alios Officiales quoscumque dictæ Civitates eligere, & constituere in dicta Civitate, & posse, ac districtu, cum Potestatibus, & Bayliis ejusdem Civitatis, pro ut hactenus in prædictis fieri est consuetum in dicta Civitate, posse, ac districtu ejus. *Responsio.* Contentamur quod Civitas Savonæ gaudeat & fruatur Portubus, Castris, Fortiliciis, intratis, & cæteris in Capitulo contentis, positque illas leges, & Decreta condere, illosque Officiales deputare, prout hactenus fruebatur, & faciebat & facere consueverat, præsertim in tempore quo Illustrissimus quondam Dominus Philippus Maria, Dux Mediolani &c. tenebat, & posidebat Civitatem ipsam Saonæ, maxime in eo anno, quo Janua defecit a prælibato Dominio. Si tamen super his emergeret aliquod dubium, reservamus nobis facultatem tunc illud declarandi; & similiter reservamus, si aliquod dubium oriretur occasione Sententiæ latæ per Magnificum quondam Nicolaum Picinium, nobis arbitrium illud pariter declarandi. Item quod prælibatus Illustrissimus & Excellentissimus Dominus, Dominus Dux Mediolani, & Illustrissima Domina Domina Ducissa, & eorum filii & descendentes teneant, & posideant & custodiant, sive teneri, posideri & custodiri faciant omnia Castra Saonæ suis expensis, & stantibus in dictis Castris, & ea custodientibus, sive in dicta Castra confugientibus, & in aliis Fortiliciis de præsenti, sive in futurum Dominus Potestas, sive Magistratus Saonæ posit, & debeat exercere jurisdictionem tam in Civilibus, quam in Criminalibus, etiamsi talia criminalia forent, ex quibus veniret pœna corporalis, usque ad mortem incluxive, imponenda, aliquibus in contrarium nullatenus obstantibus. *Responsio.* Contentamur providere Castellanis de ipsorum solutionibus usque quo adeptum fuerit per nos Dominium Januæ, quo adepto tunc fiat, sicut fieri consuetum est, maxime tempore dominii præfati Domini Ducis Philippi, ut supra. Item quod homines prædictæ Communitatis dictæ Civitatis Saonæ habeant plenam & liberam facultatem, & Bayliam eligendi Potestatem & Magistratus Saonæ anno quolibet, dummodo sint tales eligendi ex Subditis & fidelibus præfatorum Principum, impedimento aliquo non obstante, qua electione facta teneantur præfati Illustrissimi Principes, sive eorum Successores dictam electionem confirmare, & dare operam efficacem, ut intra tres menses a die eorum electionis veniant ad præfatam Civitatem Saonæ cum ejus Societate, & comitiva, cui de Salario, & aliis prærogativis providebitur juxta deliberationem Hominum, & Communitatis prædictæ, ita etiam quod hujusmodi Officiales eligendi cum cæteris omnibus Officialibus Saonæ Sindicari possent & debeant omni modo, omni anno, sine aliqua exceptione & defensione secundum formam Capitulorum Saonæ factorum, & fiendorum. *Responsio.* Contentamur eis complacere; reservato tamen arbitrio providendi, & disponendi per tempora, prout nobis visum fuerit, & prout fieri consueverat tempore præfati Illustrissimi Domini Ducis Philippi ut supra. Item quod prædictum Commune Saonæ faciet & habebit Pacem cum omnibus & singulis, cum quibus prælibati Illustrissimi Principes Pacem habebunt & facient, & facere teneantur guerram, cum gentibus & exercitu, ac cum comitiva gentium & exercitus ipsorum Dominorum Principum contra, & adversus illos, contra quos præfati Illustrissimi Principes guerram facient & habebunt hoc modo, quod ipsum Commune, & Homines Saonæ teneantur dare, & contribuere ipsis Illustrissimis Principibus Balistarios centum duntaxat, & pro uno mense tantum quolibet anno, quo ipsi, sive eorum descendentes guerram facient vel habebunt, & illis egerent, & eos requirent, & hoc sumptibus & expensis ipsius Communis, & Hominum Saonæ. Ita tamen, quod dicti Balistarii non teneantur ire ultra montes, nisi solum usque ad montes exclusive, si vero præfati Illustriss. Principes, & filii sui ex eis descendentibus, ut supra guerram haberent per mare, & galeas armarent intra Corvum, & Monachum teneatur ipsum Commune Saonæ dare & contribuere ipsis Illustrissimis Principibus, & suis prædictis in dicta armata, & guerra duntaxat, & non alias ad rationem suprascriptam, videlicet quod si armarent galeas viginti, tunc dictum Commune armare debeat & teneatur suis expensis Galeam unam, & sic pro rata abinde supra ad eamdem rationem, scilicet de Galeis armandis intra Corvum & Monachum. De aliis vero armandis extra Corvum & Monachum nihil contribuere teneantur; & si præfati Illustrissimi Domini armarent minus, quam decem Galeas, dictum Commune Saonæ eo casu ad nihilum teneatur; ubi vero decem Galeas armarent, & abinde supra usque ad viginti exclusive, tunc dictum Commune Saonæ teneatur, & debeat contribuere in dicta armata medietatem expensarum unius Galeæ tantum, & reliqua medietas fiat & solvatur per Illustrissimos præfatos Principes, ita quod in omnibus casibus supradictis, ubi Commune Saonæ contribuere teneatur, in totum vel pro aliqua parte Patroni, & alii Officiales dictæ Galeæ in qua, vel pro qua, vel quibus dictum Commune Saonæ contribueret in totum vel pro aliqua parte pro ut supra, sint & esse debeant Cives, & Habitatores Saonæ. Sane intellecto, quod in casibus supra scriptis præfati Illustrissimi Principes teneantur dare & tradere ipsi Communi Saonæ corpus, & corpora Galeæ, & Galearum paratarum ad navigandum, cum omnibus suis arboribus, corredibus, velis, temonis, remis, & suo apparatu, & cum pannatio hujusmodi, etiam consideratione habita quod casu, quo præfati Illustrissimi Principes haberent guerram per terram, & per terram, & per mare, quo tunc, & eo casu Commune Saonæ, nisi ad unicam contributionem, scilicet maris tantum juxta modum, formam, & tenorem suprascriptos. *Responsio.* Non videtur aliquid de præsenti debere responderi, quia cum aliquis casus acciderit, tunc utraque pars debitum suum faciet, salvo quod circa armamentum Galearum contentamur, quod fiat consuetum, & maxime præfati Domini Ducis tempore. Item teneantur, & debeant Commune & Homines Saonæ patianturque, & permittant, quod præfati Illustrissimi Principes, & filii prædicti, vel ab eis deputandi posint, & valeant, totiens, quotiens

Digitized by Google

tiens eis placuerit, armare galeas, & alia navilia in portu Civitatis Saonæ expensis prælibatorum Illustrissimorum Dominorum Principum, ac etiam stipendiare Balistarios, & alios Homines in Civitate & districtu Saonæ, impedimentis & contradictionibus quibuscumque cessantibus: Ita tamen, quod nullus Civis, & districtualis Saonæ possit aliquo modo compelli ad eundum superdictis Galeis, navigiis, & armamentis contra ipsorum, vel alicujus ipsorum voluntatem, & præter consuetum. *Responsio.* Contentamur eis complacere, quod fiat juxta solitum, & præsertim tempore præfati Domini Ducis. Item quod si contigerit dictum Commune Saonæ, & Homines habere aliquam guerram, vel dissensionem cujusvis generis, semper, & quandocumque hoc eveniret, teneantur, & debeant præfati Illustrissimi Principes cum suis gentibus armigeris, tam Equestribus, quam pedestribus, bona fide & animo auxiliari ipsi Communi & Hominibus Saonæ, & ipsum Commune & Homines Saonæ defendere & manutenere expensis ipsorum Dominorum Principum contra tales Inimicos guerram sive dissensionem facientes pro ut supra. *Responsio.* Fient omnia necessaria, & opportuna ad eorum tutelam & defensionem. Item quod præfati Illustrissimi Principes teneantur & debeant habere inimicos Communis Saonæ pro suis inimicis & hoc non solum pro tempore moderno, sed etiam pro futuro, omni exceptione & defensione cessantibus. *Responsio.* Fiet debitum opportune. Item quod Commune sive etiam singulares personæ, & Homines Saonæ non teneantur, nec etiam debeant respondere in Janua aliqua ratione, occasione, vel causa, quæ dici possit, vel etiam excogitari, nisi illic contraxisset, vel deliquisset, & repertus ibidem fuisset, quo casu tantum possint ibidem conveniri coram potestate Januæ, qui pro tempore fuerit, & non coram aliquo alio Magistratu, sive officio Januæ, qui pro tempore erit, qui alius Magistratus, & quod Officium sint penitus, tamquam persona privata, respectu personarum eorumdem Saonensium, & in causis, & controversiis, si forent in casu convencionis, aut ratione contractus, vel delicti, de quibus supra nullus delegatus, vel Assessor dari quovis modo possit, nisi de Saonensium processerit consensu, & voluntate. *Responsio.* Fiat ut petitur, salvo pro causa Status: Item quod ipsi præfati illustrissimi Principes modo aliquo, vel ingenio, aliquave ratione, occasione, vel causa, quæ dici possit, aut etiam excogitari, non possint, seu valeant cedere, seu alienare, aut transferre aliqua jura, sive aliquas actiones sibi competentia, vel competituras contra dictum Commune, & Homines Saonæ tam in Civitate, Hominibus & districtu, quam in Castris ejus acquisita, vel acquirenda vigore præsentis Capituli, tam per actum inter vivos, quam etiam in ultima voluntate in aliquam personam, corpus, Collegium, Civitatem, vel Universitatem, nisi in posteros descendentes legitimos, & naturales, & hæredes præfatorum Illustrissimorum Principum, scilicet in illum, qui esset Dominus, sive Præsidens in Janua in casu quo sic esset vel in eorum primogenitum tunc sibi superstitem, cum nullus filiorum suorum januam haberet; & in casu quo ipsi Illustrissimi Principes pervenirent ad aliquem actum alienationis tam inter vivos; quam in ultima voluntate ut supra, tunc & eo casu non valeat, nec teneat etiam tale quod fieret, sive temptaretur agi in contrarium, sed potius sit, & esse debeat nullum, & irritum ipso jure, & idem de ipsis posteris & hæredibus intelligatur in omnibus, & per omnia, pro ut in præsenti Capitulo continetur. *Responsio* Nostra intentio non est aliquod alienare, sed potius acquirere. Item quod præfati Illustrissimi Principes, sive Successores, ut supra per se, vel alios eorum nominibus, vel aliter quovis modo, seu Officiales, vel Gubernatores dictæ Civitatis pro eis, vel aliquis eorum non possint, ullo tempore aliqua ratione, occaxione, vel causa, quæ dici possit, aut etiam excogitari directe vel per indirectum aliquid petere, requirere, imponere, vel habere a dicto Communi Saonæ, sive Hominibus Saonensibus, & districtu, de quibus non fit mentio in præsenti Capitulo, sed sint & esse debeant taciti, & contenti cum dictis suis posteris, & hæredibus de contentis in præmisis Capitulis, nisi pro ut supra. *Responsio.* Nostra intentio non est habere ab illa Civitate, nec petere, nisi quæ optimus Princeps habere & petere potest, & haberi & peti consuevit præsertim tempore præfati Illustrissimi Domini Ducis. Item quod casu, quo Præfati Illustrissimi Principes, aut alter eorum, vel hæredes sui essent ullo tempore Præsidens, aut Domini in Janua communiter, vel divisim, quod tunc, & eo casu Commune Saonæ, & singulares personæ Saonenses sint Franchi liberi, & immunes simpliciter & absolute in Janua, ac in toto ejus posse, & districtu et pertinentiis suis tam in partibus ultramarinis, quam citramarinis, et de omnibus eorum rebus, et mercibus, ac omnibus, et singulis datiis, gabellis, executionibus, impositionibus, vectigalibus, commerciis et præstationibus, et dacitis quibuscumque, et cujuscumque generis, speciei, nominis, et conditionis existant, tam præsentibus, quam futuris, fraude cessante ex parte ipsorum Saonensium, qui vellent uti immunitate contenta in præsenti Capitulo, ita quod ipsi Saonenses a præstatione alicujus impositionis, dacii, commercii, vel gabellæ pro ipsorum rebus, et mercibus minime teneantur, ita etiam quod ipsi Saonenses et districtuales Saonæ possint et valeant in dictis Locis, et quolibet ipsorum uti, frui, et gaudere pure, simpliciter et absolute omni impedimento, et contradictione cessantibus, dictis gratiis, privilegiis, immunitatibus, et franchixiis, omni exceptione, et contradictione remotis, etiamsi assereretur, quod Commune Saonæ non adimpleret Communi Januæ pro sua parte aliqua, quæ forte Commune Januæ prætenderet sibi per Saonenses fieri debere, quia sufficit, quod adimpleant præfatis Illustrisfimis Principibus ea, quæ in præsentibus Capitulis continentur. *Responsio.* De præsenti non intelligimus ad plenum requisita in Capitulo, sed adepto Dominio Januæ illa intelligere studebimus, et talem provisionem faciemus, quod Saonenses merito poterunt contentari. Item quod prælibati Illustrisfimi Domini Principes teneantur, et debeant bona fide, et toto suo posse facere, et dare operam realiter cum effectu, quod itinera, per quæ deferuntur victua-

victualia, resque & merces ad Civitatem Saonæ, & præsertim granum, sint tuta, & expedita tam veniendo ad ipsam Civitatem Saonæ, quam in redeundo, ita quod dicta Civitas Saonæ sit habundans victualibus, & aliis rebus, & mercibus ibidem vehi solitis, & conduci, non obstantibus aliquibus factis, vel fiendis impositerum, & etiam facere, & operari pro posse cum Dominis, & Vicinis circumstantibus dictæ Civitati Saonæ, quod dictæ stratæ, & dicta itinera sint, & stent de cætero tuta, & aperta, aliquibus decretis in contrarium non obstantibus, & casu quo dictæ stratæ & dicta itinera non essent, propter guerras, tuta & aperta, vel aliquod impedimentum sive decretum cujuscumque Domini, salvis tamen semper suprascriptis & infrascriptis, quod tunc, & eo casu, & non alias, possint & valeant capere, & habere super Territoriis & dictionibus prælibatorum Principum Colligatorum, Adhærentium & Vassallorum suorum præsentium & futurorum, tam citra montanorum, quam ultramontanorum, videlicet sachos decem millia grani ad mensuram Lombardiæ pro illo pretio, quo tunc communiter in illo Loco, seu Locis venderetur, & ipsum granum posse inde libere extrahere, & conduci facere ad Civitatem Saonæ ipsorum Emptorum sumptibus, & expensis, solvendo etiam vectigalia consueta, decretis, ordinationibus, reformationibus, & statutis factis, vel fiendis, quomodocumque, & ubicumque in Contrarium non obstantibus. *Responsio.* Nostra intentio est facere quod illa itinera sint libera & secura, & quod Civitas ipsa Saonæ habundet Victualibus. Item quod prælibati Illustrissimi Principes teneantur, & debeant auxiliari & operam dare Communi, & Hominibus Saonæ in habendo, & recuperando illas jurisdictiones & honores de jure spectantes, & quæ spectare debent ut supra Communi Saonæ, ac etiam res, & jura Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Castello Civitatis ejusdem, quæ pleno jure pertineant dicto Communi Saonæ, & sint in voluntate ipsius Communis. *Responsio.* Auxiliabimur juxta posse. Item quod prælibati Principes teneantur, & debeant facere, & curare toto suo posse, quod dictum Commune & Homines Saonæ non teneantur in aliquo Communi Januæ, sive alicui Domino, vel Præsidenti in Janua non solum pro tempore præsenti, sed etiam pro futuro, & quod ab ipso Commune Januæ, sive a tali Domino, vel Præsidente Januæ dictum Commune Saonæ sive Homines Saonæ non vexentur, inquietentur, sive aliqualiter molestentur, vel exigantur maxime occasione aliquarum conventionum, sive obligationum alias inter dicta Communia initarum, & contractarum, quin immo præfati Illustrissimi Principes & filii teneantur, & debeant toto suo posse defendere Commune, & Homines Saonæ, contra & adversus Commune Januæ, & Homines ipsius Communis Januæ de præmissis omnibus, & singulis, & etiam contra talem Dominum, vel Præsidentem in Janua unum, vel plures præsentes, & futuros; & ulterius casu quo prælibati Principes vel filii prædicti, aut alter ipsorum essent Domini, vel Præsidentes in Janua communiter vel divisim, quod tunc, & eo casu teneantur annullare, cassare, & aboliri facere, omnes conventiones, & obligationes, & omnia Instrumenta obligationum & conventionum vigentes, & vigentia, seu quæ viguerunt, & vigent inter dicta Communia Januæ & Saonæ, & ad ipsius Communis & Hominum Saonæ, seu legitimæ personæ simplicem requisitionem, & per publicum Instrumentum quietationis, & liberationis cum solemnitaticus opportunis ad dictamen sapientis, quoniam iniquum foret, & inhumanum, quod dictum Commune Saonæ astrictum esset duabus personis servire, & duas angarias facere, & præstare. *Responsio.* Informabimur de contentis in dicto Capitulo, & re intellecta providebimus ita, & taliter, quod Saonenses intelligant nos suo juri, & nostro honori providisse. Item quod Commune Saonæ possit, & valeat dare et concedere salvos conductus una cum Magnifico Domino Gubernatore, sive Potestate Saonæ, aut ipsorum Locumtenentibus, prout semper facere consuevit et temporibus retroactis, *Responsio.* Fiat sicuti communiter fieri consuevit, et præsertim tempore præfati Illustrissimi Domini Ducis. Item quod pro victualibus cujusvis generis, sive per mare, sive per terram ad ipsam Civitatem undecumque conducendis per quasvis personas, et cujusvis generis nihil solvatur, ac exigi possit pro aliquo ductu, sive impositione, exceptis Gabellis prædictæ Civitatis Saonæ. *Responsio.* Fiat juxta solitum. Item quod præfati Illustrissimi Principes, si Civitas Januæ deveniet sub eorum dominatione, gubernatione, et mandamento, non patiantur aliqualiter vexari, turbari, molestari, conveniri, aut aliqualiter inquietari Cives, Incolas, Habitatores, aut districtuales Saonæ in judicio, sive extra pro aliquo facto salis conducti ad ipsam Civitatem Saonæ, posse, seu ejus districtum, & communiter particulariter, divisimve, et inde contracti, sive aliquo conducti, sive missi, nec etiam pro quibusvis dictis, et factis, commissis, deprædatis, extortis, retentis, sive captis, et damnis quibuscumque, et quommodolibet illatis, datis et factis tempore præteritæ, et præsentis guerræ vigentis inter Cives, et Homines stantes, et habitantes in Civitate Januæ, et sub Obedientia Januæ, et ibidem Præsidentium, sive dicendis, fiendis, committendis, et capiendis, sive deprædandis in futurum ac etiam pro sale conducendo ad ipsam Civitatem Saonæ contractando, et extramittendo in futurum dicta durante guerra, ac etiam post. Mandando omnibus suis Officiariis, et Magistratibus, ac Gubernatoribus, ac Locumtenentibus, tam in Civitate Saonæ, quam alibi, et cuivis Officio, sive cuivis personæ super prætmissis prorsus, penitus, et omnino deneget totalem audientiam contra dictos Cives, habitatores, Incolas, vel districtuales Saonæ. *Responsio.* Contentamur, quia videtur juri esse consentaneum. Volentes igitur nos, quod prædicta omnia sibi observentur inconcusse, mandamus tenore præsentium Regulatori, et Magistris intratarum nostrarum, utriusque Cameræ nostræ Gubernatori, ac Potestati, cæterisque Officialibus nostris prædictæ Civitatis nostræ Saonæ præsentibus et futuris, quatenus has nostras Litteras, et in eis contenta ad unguem observent, et faciant inviolabiliter observari sub indignationis nostræ pœna. In quorum etc. Datum Mediolani die Sabbati tertio mensis Martii 1464. Bo. Signatum, *Cichus.*

XCV.

Digitized by Google

XCV.

Juramentum fidelitatis a Communitate civitatis Savonæ Franciſco Sfortiæ ejusque conthorali Blancæ Mariæ, Ducibus Mediolani, præſtitum die 26. Mart. An. 1464.

IN Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, indictione duodecima, die vigeſimo ſexto menſis Martii. Conſtituti coram illuſtri, et Magnifico Domino Domino Conrado de Foliano armorum etc. Capitaneo ac Gubernatore, et Locumtenente in Civitate Saonæ, et partium Januenſium circumſtantium pro Illuſtriſſimo Principe, et Excellentiſſimo Domino, Domino Franciſco Sfortia, Vicecomite, Duce Mediolani, etc. Papiæ, Angleriæque Comite, ac Cremonæ Domino, nec non et Illuſtriſſima, et Excellentiſſima Domina Blanca Maria Vicecomite Duciſſa Mediolani, etc. prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Conſorte pro infraſcriptis omnibus, et ſingulis ſpecialiter fiendis, promittendis, et explicandis: Infraſcripti ſpectabiles Domini Antiani prædictæ Civitatis, et communitatis Saonæ, nec non et Nobiles Cives, et ſingulares perſonæ dictæ Civitatis, et Communitatis Saonæ, quorum nomina ſunt videlicet: Nomina Dominorum Antianorum ſunt videlicet: Dominus Gaſpar Zocha Prior Officii, Dominus Raffael de Monelia Subprior, Dominus Raymundus Vegerius, Dominus Steffanus de Zocho, Dominus Antonius Axillus, Dominus Antonius Ferrerius, Dominus Steffarus Fodratus ſubrogatus loco Nobilis Domini Joannis Fodrati infirmantis. Rationales Communis Saonæ, Girardus Richerinus, Dominus Baptiſta Vacha, Dominus Odoardus de Cavaleriis aurificus. Nomina duodecim Officialium adjunctorum, Dominus Bertholomeus Bellonus, Legum Doctor, Dominus Gambarinus de Gambarana Legum Doctor, Dominus Angelus Vachus, Dominus Nicolaus Spinula, Dominus Nicolaus Maſſa, Legum Doctor, Dominus Franciſcus Catulus, Dominus Antonius Sanſonus, Dominus Andriolus de Marcheto, Dominus Petrus Saxius, Dominus Petrus Marretus, Dominus Joannes Filippus, Dominus Marcus Floritus. Nomina Hominum habitatorum Guarterii Sancti Andreæ ſunt videlicet: Blaxius Buxius cum uno filio, Manuel Corrazarius, Johannes Germanus cum ejus filio, Melchion de Orchio, et ejus Frater, Martinus Fornarius cum duobus filiis, Antonius Bertorotus, Raymundus Serixola, Franciſcus Scatius, Antonius Bugius, Benedictus Conſtantinus, Petrus Carraria, Andreas Girabellus, Baptiſta Draghus, Johannes de Simonis, Laurentius Carus, Johannes Philippus, Luchinus Bertorucius, Gaſpar Socha, Paulus Strapontinus, Bertholomeus de Odino, Bartholomeus Philippus cum filiis tribus Johannes Vinia, Johannes de Uxilia, et Fratres, Bartholomeus de Rippa cum filiis duobus, Antonius Bertorotus, Johannes de Judicibus, Laurentius Bertonaſcus cum Fratribus duobus, Antonius de Turtona, Petrus, et Johannes de Pigeliis cum filiis quatuor, Bartholomeus Bozius cum ejus filio, Bartholomeus Bertorotus, Doardus Galiardus cum ejus filio, Johannes Gara, Antonius Sanſonus, Steffanus Samine cum filiis duobus, Johannes Fornarius cum Fratribus tribus, Bartholomeus Noraſcus, Antonius Pontius, Ambroſius Lealis cum ejus Fratre, Adanus Borarius cum ejus Fratre, Johannes Porta, Bartholomeus Porta, Gulielmus Brachus, Donarius Maſſaſus, Johannorius Barcharolus, Bartholomeus Belingerius, Andreas Petitus cum ejus filio, Andreas de Dego, Symon Lantia, Johannes de Cumo, Johannes de Carreto cum Fratre ejus, Laudiſius Maſſa, Bartholomeus de Piſſis, Bartholomeus Sifridus, Raffael Vigerius, Magiſter Georgius Pinorius, Johannes de Saulo, Johannes Anfortius, Petrus Muraſana, cum duobus filiis, Baptiſta Garonus Gianus de Cunio, Giraldus Bicharinus, Auguſtinus de Cunio Jacobus Salicetus, Johannes Pater Noſter cum ejus filio, Franciſcus de Zocho, Georgius de Nuceto, Jacobus de Bergalio, Jacobus de Rixis Antonius de Carlo, Blaſius Rircarius, Johannes Baſſus cum filiis tribus, Steffanus Saulus, Johannes Gionus, cum filiis duobus, Ambroſius Dalfinus, Paulus Vialis, Johannes Ferrus, Nicolaus Spinula, Bartholomeus Sachus, Magiſter Johannes de Glimbatiis, Chriſtoforus Crovaria, Bernardus Dalphinus, Gaſpar Ganotus, Angelus Sachus, Gaſpar Pater noſter, Dominus Nicolaus Maſſa, Legum Doctor, Jacobus Fortis, Petrus Ganotus, Bernardus Roitus, Petrus Pontius, Julianus Morrus, Rolandus Garretus, Franciſcus de Ruere, Johannes Meninus, Franciſcus Paliſonus, Petrus Roitus, Johannes Buchalla, cum filiis duobus, Jacobus Regina, Andriolus de Marcheto, Antonius Dalphinus, Lucianus Natonus, Baptiſta Adobatus, Johannes de Plana, Georgius Ponzibolus, Marcus Ranixius, Baptiſta de Auguſtino, Bartholomeus de Tacho, & Thomas ejus Frater cum filiis duobus, Baptiſta Mocuſanus, Laurentius Micolarius, Bartholomeus Berta, Guilielmus Dordonus, Julianus Vivaldus, Lazarinus Baſſanigus, Martinus Spinula, Baptiſta Ferrarius, Auguſtinus Jarella, Dominus Alexander Spinula Legum Doctor, Lutianus Spinula, Julianus Pizardus, Steffanus de Cario, Blaſius Bonus, Johannes Marianus, cum filiis duobus, Nicolaus Richetus, Johannes Scareta, Antonius Ihachinus, Antonius Troxelus, Dominus Bernardus Rudatius cum filiis tribus, Paulus Birtius, Expertus de Monliono, Antonius Rambertus. Nomina Hominum habitantium in quarterio Sancti Johannis ſunt videlicet: Lodivius Traverſagnus, & Frater; Baptiſta Gavotus, Lazarus Feus, & Fratres, Fabianus Marinus, Baptiſta Peronus, Andreas Feus, Baptiſta de Nuceto, Franciſcus Catulus, Paulus Sachus, & Filius, Raymundus Vegerius, & filius, Jacobus Vegerius, Lucas Natonus, & Nicolaus ejus Frater, Leonardus de Ruere, Bartholomeus de Terminelis, cum Fratribus ejus, Benedictus Jupus, & filii, Bartholomeus Tarditus Notarius, Raphael de Monelia, Johannes Carraria, & Fratres, Thomax de Carlo, Franciſcus Gozus, Chriſtophorus de Cruce, Franciſcus Maſſa, Antonius Brunenghus, & Frater, Johannes Maſſa, Argonus Nabonus, Anſaldus Baſſus, Bartholomeus Trula, Matheus de Guilielmis cum filiis, Petrus Amodeus, Angelus Corſarius, Leonardus Maſſa, Baptiſta Corſarius cum filiis tribus, Dominus Marcolus de Portu Mauritio, Zermanus Barberius cum filiis, Bartholomeus Sanſonus, Anſaldus Schinchinus, Baptiſta

Digitized by Google

ptiſta de Rivello, Aycardus, & Filius Franciſcus de Axilu, Antonius Axilius, Georgius Tubronus, Ambroſius Axilius, Jacobus de Eccleſia, Guilielmus Sirratus, Antonius Ferrarius, Bartholomeus de Angelo, Bartholomeus Juppus, Jacobus de Ubertis, Nicolaus Bonorinus, Symon Perrondus, Bartholomeus Gaſtodinghus, Nicolaus de Monliono, Steffanus de Tartona, & Frater, Leonardus de Girardis & Filius Guilielmus de Bo de Saxello, Dominicus Giarola, Marcus Floritus & filii, Obertus Biringarius, & filii, Steffanus Confanonerius, & filii, Jacobus Pontius, Johannes Gaii, Johannes Aymarius, Bartholomeus Bonardus Andreas de Lomaſio, Johannes Ercherio, Johannes Monſaſchus, Petrus Galaffinus, Magiſter Johannes de Cremona Rector Scolarium, Manfredus de Manfredonia, Piſcarinus Gloria, & Frater, Johannes Driota, Paulus de Rivalda, Jacobus de Caſtro Dalphino, Laurentius Floritus, Vincentius Floritus, Lancelotus de Iliranta, Johannes Grifus Lacurius, Nicolaus Brunellus cum filiis, Galeotus de Symonis, Petrus de Monliono, Jacobus de Lorenſa, Bartholomeus de Viglora, Baptiſta Floritus, & filii, Manuel Viglora, Petrus de Viglora, Steffanus de Cultro milio, Baptiſta Griffus & filii, Steffanus Brachus, Baptiſta Cazutus, Antonius de Mandelo, Johannes Divitius, Andreas Fornarius, Gabriel de Stella, Chriſtoforus de Johanna, Baptiſta Schalia, Johannes Biſſotus & filii, Andreas de Viglora, Bartholomeus Galus, Lodiſius Pinctor, Nicolaus de Mattheo, Laurentius Data, Guilielmus de Muzante, Johannes Sachus, Johannes de Ceva, Gartinus Bota, Bernardus de Binaconta, Raffael Rancherius, Bartholomeus Quartinus, Nicolaus Badiſonus, Johanninus Artinus, Antonius de Laſtrego, Antonius Bozius, Iheronymus de Rogerio, Affinator, Antonius de Vigando, Georgius Morrus, Leonardus Merlinus, Antonius de Como, Jacobus de Eccleſia, Leonardus Vaſirius, Catanius de Como, Pelegrinus de Raſtavario, Nicolaus de Vadeſturla, Jacobus de Fontanegio, Carolus de Carreto, Johannes Ihiaginus, Bartholomeus Barberius, Melchion Agnexia, Johannes Fulchus, Alegrus Buta, Franciſcus Doctinus, Magnanus de Monliono, Angordus de Morinello, Philippus de Sinctura, Franciſcus Petitus, Jacobus Machiſanus, Thomas Stiraldus, Luchinus de Marcho, Georgius Vialis, Baninus Birta, Antonius Rapalinus, Benedictus Baſſus, Antonius Groſſus, Iſnardus de Monelia, Octavianus Corſus, Johannes Spinula, & fratres, Johannes Cayrozius, Johanninus Armanus, Gabriel Maſcola, Antonius Juppus, Johannes Scopirius, Hermivetus Sachus, Johannes Corſus. Urbanus Vigerius, Petrus Regina, & Frater, Johannes Sirratus, Lucianus Natonus, Andriolus de Marcheto, Andreas Multidus, Nicolaus de Orcho, Paulus Groſſus, Antonius Scarella, Raffael Sanſonus, & Fratres, Euſebius de Novate, Paulus Paternoſter cum filiis, Enrichus de Paſſale Teſtor, Enrichus Berta, Luchinus Bonfante, Carlinus Vinia, Andreas Patarelus, Johannes Virzelinus, Johannes Pizzanus, Jacobus de Rivata, Henrichus Galaria cum filiis, Franciſcus de Frachia, Bartholomeus Suppata, Petrus Blancus, Chriſtoforus Barutius, & Frater, Laurentius Barbanus, Lorentius Piretus; Nomina vero Hominum habitatorum quarterii Sancti Petri ſunt iſta videlicet: Dominus Gambarinus de Gambarana, Petrus Belingerius, Thomas Sanſonus, & filii, Julianus de Modena, Maximus Griffus cum duobus, Paulus Pater noſter cum ſeptem filiis, Gabriel Vigna, Dominicus Balionus, Jacobus Invrea Sartor, Johannes Montanarius, cum filio, Lodiſius de Crema cum Fratre, Petrus Lodus, Antonius Galus cum duobus filiis, Nicolaus Rubeus, Bartholomeus Gavotus, Blaſius Vercelinus, Johannes Ihanellus de Finario, Rolandus Garretus, Guilielmus Cagnora, Baptiſta de Ferrariis Ligator Ballarum, Johannes Tiranus, Dominicus Menaſerius dictus Barberius, Bonifacius de Larchinoto, Campionus de Campionibus, Demordeus de Campionibus, cum Fratribus, Johannes Adobatus, Johannes de Pagli, Antonius Tagliardus, Maſiolus Maco, Japucius cum Fratre, Maſiolus Mombellus Japucius, Johannes de Como, Japucius Gregorius de Rappallo, Bartholomeus de Recho, Thomas Ravinus, Johannes Bozellus, Calegarius, Luchas Maſſapellus Calegarius, Petrus de Odino Calegarius, Johannes Jordanus quondam Bartholomei Calegarius Johannes Ihapapetra, cum Fratre, Bartholomeus de Zocho cum filiis, Dominus Michael Breſſanus cum filio, Antonius Ruſca, Elligius Lantia, Johannes Breſſanus, Antonius Breſſanus, Franciſcus Fodratus cum Fratre, Raffael de Riario Filius Blanchinæ, Raffael de Riario, Johannes Catulus, Petrus Saxius, Dominus Nicolaus de Garibado Januenſis, Carolus Breſſanus, Jacobus Cauda, Petrus de Mella, Angelus de Mella, Thomas Bava, cum Fratre, Ugolinus Quarterius, Bartholomeus Baleſtrinus, Lucas Penacius, Raffael Bergerius unctor, Bartholomeus Bogerius unctor, Johannes Marretus, Marcus Murator, Bernardus Burlus, Nicolaus Fodratus, Conrenus Moſſius cum Fratre, Anrietus Domoſſius, Jacobus Tozetus, Nicolaus Moſſius, Marchion de Bergalio, Ugolinus de Bergalio, Philippus Dondonus cum filio, Steffanus Rebuffus cum filio, Antonius de Clavaro, Petrus Cervegius, Laurentius Piſſardus, Antonius Vialis, Franciſcus Arnegius, Laurentius Bertalus, Mombellus Japucius cum filio, Bartholomeus Fagianus cum tribus Fratribus, Franciſcus Lanterius Fornarius, Franciſcus Grixus, Petrus Bareta cum Filio. Nomina vero habitantium ſuper ſuborbio Portæ Villanæ quarterii Beatæ Virginis Mariæ ſunt videlicet: Franciſcus de Nuceto, Bernardus de Uxilia Johannes Richetus, Blaſias Ramondinus, Manuel de Uncio, Johannes Lambertus, & Frater Johannes Marronus, & Frater, Henricus Gallaria, Paulus Chinelus, & filii, Antonius Batarelus, Franciſcus de Uxilia, Iheronymus de Cario, Johannes Arnaldus, Luchinus de Andoria, Franciſcus Conſtantius Ferrarius, Guilielmus Aſſidiatus, & Frater, Julianus de Cario Murator, & filius, Antonius Niger, & Filii, Nicolaus de Frachia, Georgius Bertonus, Guilielmus Corſus, Johannes de Uxilia, Ubertus de Monlione, Alexander de Riparia. Ortolanus, Johannes Goaſchus, & filius, Johannes Natinus, & filii, Johannes Maſſaria, Franciſcus Gaya, Johannes Paganus, Antonius Parodus, Petrus Bozulus, Ambroſius Scottus, Johannes Goamerius, & Filii, Baſtianus de Cario, Johannes Pithacus, Andreas Merixia, Antonius Merixia, Petrus Viota, Blaſius Agnoyzæ, Bernardus

Digitized by Google

dus Lionus, Laurentius Natarellus, Nicoloxinus Corsus, Janonus de Dego, Petrus Rebella. Nomina vero hominum habitantium in quarterio Beatæ Virginis Mariæ sunt videlicet: Berthonus Scottus, quondam Nicolini, Franciscus Gaya, Johannes Robertus, Christoforus Robertus Calafatus, Bartholomeus Viglora Lardius, Antonius de Finario Testor pannorum, Lucianus Astulfus, Paulus Bertonus, Antonelus Corsus, Formagiarius, Johannes Segnascus, Laverus, Johannes Cagnola, Georgius Cagnola Antonius Cagnola ambo filii dicti Johannis, Jacobus Fialus, Obertus de Vallebella, Baptista Sansonus tinctor pannorum, Antonius Dorata Unctor, Andreas Steffani, Saoninus de Astulfis, Johannes Bava, Julianus Bava Fratres quondam Carbini, Johannes de Suno, Bartholomeus de Simonis, Gaspar de Simonis, Melchion Blanchus, Antonius de Odino Unctor, Michael Borgagius, Johannes Cazulus, Bartholomeus Cazulus, Aron Fialus Unctor, Steffanus de Sari, Albengus Lambertus, Thomas de Odino Calegarius, Petrus ejus filius, Johannes Fide, Petrus Vassallus, Saoninus Griffus, Ugettus de Valle, Franciscus de Bo Unctor, Laurentius Baluri, Symoninus de Valida, Petrus Stella Barberius, Guilielmus Grossus Unctor, Bartholomeus de Neapoli, Petrus de Neapoli, Bartholomeus Badus, Andreas Pistonus, Jacobinus Rizius, Bernardus Prancinus, Bartholomeus Prancinus, Dominicus Prancinus, Magister Franciscus Stella, Jacobus Stella, Baptista Fulcherius, Paulus Brixus, Baptista Tozetus. Marchetus Bethinus, Hanricus Figarelus, Paulus Vergagnus, Curenus Mossius, Jacobus Nanus, Bartholomeus Bogerius, Nicolaus Assator, Ambrosius Brunenghus, Bertola Mussus, Baptista Nanus, Vincentius Nanus, Antonius Arnaldus, Johannes Ferrarius, Petrus Marretus, Andreas de Rocha, Bartholomeus Marretus, Jacobus Peginus Unctor, Steffanus de Rocha, Antonius de Vuneta, Bassianus Paysinus, Antonius Ghietus, Antonius Aycardus, Jacobus de Varcio, Philippus Rolevius, Laurentius Zocha, Antonius de Marcho, Johannes de Rogeriis, D.M. Christoforus Forcherius, Constantius Ruela, Johannes Ruela, Silvester Ruela, Ignatius Tondatus, Steffanus Moronus, Dominicus de Viviano, Petrus de Monsate, filius Martini, Baptista Vacha, Petrus Buchaordeus, Georgius de Ferrariis, Petrus Andreas de Ferrariis, Steffanus de Zocho, Cosma de Zocho, Johannes Garabelus, Franciscus Embronus, Petrus Mernaldus, Urbanus Curtus, Antonius de Venexia Scoperius, Bernardus de Venexia, Johannes de Francischis, Antonius Perachinus, Jacobus Judex Sartor, Bartholomeus Morenus, Bartholomeus Bertorotus, Michael Bertorotus, Johannes Corsus Filator, Petrus de Cario, Nicolaus Corsus Filator, Ugonus Corsus, Thomas Rolevius, Antonius Barixonus, Jacobus Lisnardus, Botarius, Conrerius Communalis, Martinus de Judicibus Barberius, Nicolaus Lancia, Johannes Caneta, Gabriel Perachinus, Urbanus Campacius, Petrus Cracius, & filius, Rolandus de Rocha taliata Fornarius, Thomas de Uxilia, Augustus de Uxilia, Philippus Barixonus, Franciscus de Saulo Fornarius, Bartholomeus Cerixola, Raymondus Cerixola, Georgius Sanibaldus, Johannes de Crapiata Calegarius, Baldasal Ottacius, Symon Berzus. Et qui omnes & singuli tam in genere, quam per publicum Proclama, & quam in specie ad domum habitationis ipsorum & cujuslibet ipsorum secundum ritum & Consuetudinem dictæ Civitatis pro infrascriptis, & similibus fieri consuetis & quilibet eorum unanimes, & concordes, & nemine eorum discrepante, suis nominibus propriis, & nomine & vice omnium aliorum Civium & universi Populi Civitatis Saonæ, quem tamen ipsi suprascripti repræsentaverunt, pro ut dixerunt, & protestati fuerunt, volentes & intendentes adimplere & executioni mandare omnia ea, quæ nomine prædictæ Communitatis, & eorum, & uniuscujusque eorum nomine in manibus Illustrisimorum Dominorum *Dominorum Ducis*, & *Ducissæ* Mediolani promissa fuerunt per suprascriptos Spectabiles *Dominos* Gambarinum de Gambarana Legum *Doctorem*, & Comitem Palatinum Johannem Bechalam, & Johannem Philippum omnes Cives Civitatis Saonæ, & de quibus in Instrumento fidelitatis per eos factæ in manibus praefatorum Illustrisimorum Dominorum, *Dominorum Ducis*, & *Ducissæ*, nomine dictae Communitatis continetur & fit mentio, & de quo rogatum fuit Instrumentum per spectatisimum *Dominum* Cichum Symonettam, Notarium & Secretarium Præfatorum Illustrisimorum *Dominorum Dominorum* sub die tertio præsentis mensis, seu alio die in eo Instrumento contento, de qua promisione suprascripti omnes Cives & personæ superius nominatæ, pro ut ibidem dixerunt, expressam notitiam habuerunt et habent; Voluntarie, sponte, et ex certa scientia, nulloque errore ducti, & alias omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuerunt, & possunt, etiam ad instantiam, & requisitionem mei Notarii infrascripti personæ publicæ stipulantis, & recipientis nomine, & vice praefatorum Illustrisimorum Dominorum, Dominorum Francisci Sfortiae, Ducis Mediolani, & Blancae Mariae Ducissæ, Mediolani, Consortis suae, Dominorum Mediolani, & aliorum quorumvis, quorum interest, intererit, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, fecerunt & faciunt ac juraverunt, & jurant specialiter, & expresse suprascripti omnes Antiani, Cives, & Habitatores Civitatis Saonæ successive et in instanti, ordine successivo continuato, in manibus prælibati Illustris Domini Domini Conradi præsentis, stipulantis & recipientis nomine, & vice praefatorum Illustrisimorum Dominorum *Dominorum Ducis*, & *Ducissæ* pro se se, nec non pro eorum filiis legitimis, & in Dominio & Statu suis successuris, tactis corporaliter cum eorum omnium manibus sacrosanctis Scripturis, & Evangeliis in, & super uno Missali, quod idem præfatus Dominus Conradus suis tenebat manibus debitum fidelitatis & obedientiae juramentum promittentes, ac promiserunt et promittunt præfati Domini Antiani, Cives universi, & singulares personae Civitatis ipsius Saonae superius nominati, & ut supra, et successivo ordine praedicto suis, & nominibus quibus supra quod nunc et de cætero, et usque in perpetuum dicti omnes Anciani,

ni, Cives, & universæ, & singulares personae dictae Civitatis Saonae & ut supra, ac ipsa tota Communitas, & Universitas Saonae erunt, stabunt, et permanebunt veri, boni, et fideles Subditi praefatorum Illustrisimorum Dominorum Dominorum Ducis, & Ducissae et descendentium suorum ut supra, et ipsorum Illustrissimorum Dominorum Dominorum, & suorum haeredum ut supra toto suo, & dictis nominibus posse Dominium exaltabunt; quodque non erunt in consilio, quod dicto, vel facto vitam, vel membrum perdant aut perside capiantur. Secreta etiam praefatorum Dominorum ipsis credita per ipsos Illustrisimos Dominos seu eorum haeredes, aut per eorum Nuncios, sive Litteras ad ipsorum Dominorum suorum damnum nemini propalabunt, nec manifestabunt; et quod nullo umquam tempore se retrahent a servitiis, & obedientia praefatorum Dominorum ut supra; quin immo semper, & omni tempore, et in omnem fortunæ et temporis eventum in eorum fide, et obedientia perseverabunt; & quod numquam committent aut tractabunt per se, seu aliquem eorum, aut committi, vel tractari per alium, seu alios facient aliquid contra Statum praefatorum Dominorum, nec tractanti, aut committenti favebunt, seu consentient, quin immo si aliquid, quod absit, tractari contigerit, quam prius senserint, quod aliquid tractaretur, seu committeretur contra Statum, & personam praefatorum Dominorum, et descendentium ut supra, illud per se, vel Nuncios, aut Litteras quam citius propalabunt praefatis Dominis aut eorum Officialibus, & tamen ne id fiat impedient & toto posse resistent. Et quod similiter turbabunt, & impedient omnia, & singula, quae essent, aut esse possent in damnum, praejuditium, vituperium, sive dedecus praefatorum Dominorum Principum ut supra, & sui Dominii, sive Status, et quod in casu quo post adeptum Dominium Januæ, ipsi Januenses se rebellarent contra ipsos Principes & Statum suum praedictum, aut vellent se subtrahere a dicto Dominio & subjectione praefatorum Dominorum, tunc, et eo casu ipsi omnes Cives, nec non alii omnes habitantes in dicta Civitate Saonæ, et districtu ac Territorio ipsius tenebunt, & manutenebunt Statum & Dominium, Regalia Jurisdictionem, honores in dicta Civitate, & districtu, ac Territorio nomine praefatorum Dominorum ut supra, ita, & taliter, ficut, et qualiter fideles, et legales subditi debent facere, & tenentur pro suo vero Domino, & quod adjuvabunt ipsos Illustrissimos Dominos, & eorum hæredes ut supra ad defendendum, & manutenendum, ac retinendum Civitatem praedictam, & omnia, et singula bona praedictorum Dominorum etiam ubique consistentia; Et si aliquid, quod absit, perderetur in damnum ipsorum Dominorum, ad illud recuperandum & recuperatum contra omnem hominem manutenendum, omnem eorum bonam operem, ac auxilium, consilium, opem et favorem toto suo posse dabunt, et praestabunt, non obstantibus quibuscumque pactis, sive conventionibus, si quae sunt, inter dictum Commune Januae, & praedictos Saonenses, & in omnibus et per omnia juraverunt, et jurant facere omnia et singula, quae facere tenentur, et debent veri, et fideles subditi pro ipsorum veris Dominis. Ratificantes etiam, et approbantes ultra praedicta omnia et singula promissa, et jurata in manibus praelibatorum Principum ut supra per dictos Dominum Gambarinum, Johannem Bechalam et Johannem Philippum, nomine Communitatis praedictae; et de quibus promisis, et juramento latius continetur, et fit mentio in praedicto Instrumento rogato per praefatum Dominum Cichum Symonettam Notarium, et Cancellarium ut supra, quorum omnium noticiam habuerunt et habent: Ac denique promittentes, et renunciantes suprascripti omnes Anciani, et Cives superius nominati, & unusquisque eorum suis, & dictis nominibus exceptioni non praestitorum praedictorum juramenti fidelitatis, & obedientiæ, omniumque & singulorum, ut supra non sic actorum, factorum, & promissorum, ac omni alii juri, exceptioni & defensioni in Contrarium. Actum in Episcopatu Saonæ, praesentibus Spectabile & Epregio Legum Doctore *Domino* Baldesare de Curte Ducali Vicario Generali, *Domino* Christoforo Panigarola de Mediolano, Antonio de Cardano *Ducali* familiari, omnibus de Mediolano, Spectabile, & Egregio Legum *Doctore Domino* Alexandro Spinula, & Spectabile, & Generoso Viro Domino Paulo de Hauria ambobus Civibus Januæ, omnibus Testibus idoneis ad præmissa specialiter vocatis & rogatis.

Ego Dominicus de Zoiis de Felizano Filius Johannis Thomae Astensis Diocæsis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Cancellarius præfati Magnifici Domini Conradi suprascriptum Instrumentum, & suprascripta omnia simul, & separatim, ac in solidum cum Iheronymo Socha Notario Saonensi rogatus tradidi, suprascriptisque omnibus & singulis, dum sic agerentur, præsens fui simul cum ipso Iheronymo, & quia multis aliis variis negotiis occupatum me reperi, præsens instrumentum infrascripto Augustino de Pado Notario ad in hanc publicam formam redigendum tradidi, & hic me cum signi mei Tabellionatus consueti appositione in Testimonium præmissorum subscripsi.

Ego Augustinus de Pado natus quondam *Domini* Gabrielis publicus Imperiali auctoritate Notarius Mediolanensis Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Victoris ad Putheum impositione mihi facta per suprascriptum Ser. *Dominicum* Notarium, qui aliis occupatus erat negotiis, præsens, seu suprascriptum Instrumentum in hanc publicam formam redegi, & scripsi, et in fidem præmissorum me subscripsi.

Digitized by Google

XCVI.

Capitula inter Franciſcum Sfortiam ejusque conjugem, Blancam Mariam, Duces Mediolani, atque Communitatem Januæ, poſt translationem dictæ Communitatis in præfatorum Ducum Dominium, firmata, d. d. 19. Maji, An. 1464. cum confirmatione & ratificatione Ducis laudati, d. d. ultim. Maji, An. 1464. necnon Blancæ Mariæ, ejus conſortis, d. d. 7. Jun. ejusdem anni.

FRanciſcus Sfortia Vicecomes *Dux* Mediolani &c. Papiae, Angleriaeque Comes, ac Januae, & Cremonae *Dominus*. Nulli fere mortalium ambiguum aut obſcurum eſſe arbitramur, qualis quantaque fuerit ſuperiorum temporum recordatione, benivolentia, atque animorum conjunctio Illuſtriſſimis Principibus Vicecomitibus, & inclytæ huic Mediolanenſi patriæ cum Excelſa Republica Genuenſi, quantaque extant utrinque collata, & ſuſcepta beneficia memoratu quidem digniſſima, quæ omnia recenſere longum eſſet, & veluti ſupervacaneum; quorum omnium originem, & fundamenta, ſi qui diligentius inquirant, non niſi in virtute, & naturali quadam neceſſitate poſita eſſe fatebuntur, quippe quod, quemadmodum inter ſe ſe finitimæ urbes, & populi, & mutua commercia agentes, ita & honeſtati, & gloriæ ſemper ſtuduerunt, et ut eſt Urbs illa Genuenſis antiquiſſima, & praeſtantibus & optimatibus viris repleta, ſic et navalibus, terreſtribusque geſtis, præclariſſima ipſis quondam Illuſtriſſimis Praedeceſſoribus noſtris obſequentiſſima, continue extitit. Quanto autem ſtudio, atque officio omni tempore, & dum in adipiſcendo hujus Mediolanenſis Urbis *Ducatu* nobis, & Illuſtriſſimae *Dominae* Blancæ Mariæ Conſorti noſtræ omni jure debito inſudaremus, & poſtea cum aliis rerum difficultatibus fatigaremur, nos, et Statum, fortunasque noſtras ipſa inclyta Civitas Genuenſis proſecuta fuerit, non ſatis hic explicare poſſemus. Nos autem ſuperioribus annis, cum ipſa Civitas nonnullorum paucorum nequicia, & veluti quadam temporum inclemencia vexaretur, & boni atque innocentes ab iniquis, et malivolis opprimerentur, & omnis Genuenſium Respublica fluctuaret, ipſi Civitati mutuas reddere vices, & publicæ ejus paci, & tranquillitati non minus, quam totius Italiae, cujus ſtudioſiſſimi ſumus, conſulere, conati fuimus, & usque adeo elaboravimus, ut aliquando res, & fortunas quoque noſtras in apertum diſcrimen adduxiſſe videremur. Accidit autem, annuente ipſo Optimo *DEo* Maximo, a quo omnis poteſtas data eſt, ut, poſt tot bellorum turbines, variasque tempeſtatum procellas, ipſa Civitas Januenſis in portum ſalutis ſe recipere, et priſtinam dignitatem et decus recuperare, nobis autem, et rebus noſtris optimum, & ſolidum firmamentum afferre poſſe videatur, effectumque eſt, ipſo inſpirante & diſponente DEo, ut ipſa omnis Civitas Genuenſis in nos cogitatus omnes ſuos direxerit, et omnium Nobilium, Artificum, & Populi conſenſu nos, matura, & diligenti conſultacione, & deliberatione praehabita, ad ſui regimen, & gubernaculum evocaverit. Cumque ſuperioribus diebus Magnificum, et Præſtantem Virum Gaſparem Vicomercatum, Comitem Valentiæ, armorum Ductorem noſtrum ad eas partes, cum pleniſſimo Mandato emiſiſſemus, non diſtulerunt ipſum cum omni noſtrorum turba in Urbem introducere, & in eum nomine noſtro, & pro nobis, ac præfata Illuſtriſſima Domina Conſorte noſtra, & filiis, & deſcendentibus noſtris maſculis legitimis, natis & naſcituris, Civitatem ipſam & ejus Dominium ſolemniter & legitime transferre, cæteraque facere, quae ſua ſponte, & optima ratione ducti Cives erga naturalem, & verum Dominum ſuum facere conſueverunt. Quæ omnia & ſingula ab ipſius univerſæ Civitatis voto, & ſinceritate perfecta plane dignoſcimus, & acceptamus; atiendentes ea maxime conſonare exhortationibus, & voluntati Sereniſſimi, ac Chriſtianiſſimi Domini, Domini Regis Francorum, & Conceſſionibus & Titulis nobis per Regiam ejus Maeſtatem antea factis, & conceſſis, de quibus latiſſima extant documenta acta, & data anno *Domini* milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio, indictione undecima, die vigeſimo ſecundo Decembris in Loco Novioni prope Abbatis villam, & rogati per Petrum de Portis, Præsbyterum Pariſienſem, in Artibus Magiſtrum & in Legibus Baccalarium, Canonicum Antiſiodorenſem, & Collegiatæ Eccleſiæ Beatae Mariæ ejusdem Civitatis atque Theſaurarium, publicum auctoritate Apoſtolica Notarium, nec non per Johannem de Salerna publicum Imperiali auctoritate Notarium, & Civem noſtrum Papienſem; cumque poſt aliquot deinde dies excelſa ipſa Communitas, & Populus Genuenſis cum præfato Magnifico Comite Gaſpare Locumtenente, & Gubernatore noſtro de noſtri conſenſu, & Mandato ad nonnulla Capitula, & conventiones, & conceſſiones devenerint, & ea ſimul concluſerint, atque firmaverint, petentes nunc demum ea, & eas a nobis approbari atque confirmari, quorum omnium tenor talis eſt videlicet:

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Beatisſimæque Mariæ Virginis, Beatorum Johannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ, Principumque Apoſtolorum Petri & Pauli, ac Beatorum Simonis, & Thadei Protectorum Communis & Populi Genuenſis, ac etiam Beatorum Laurentii Patroni, & Georgii Vexilliferi Communis Januæ, totiusque Curiæ Coeleſtis triumphantis, & ad honorem, exaltationem, augumentum & ſublimationem perpetuam Illuſtriſſimi, & Præclariſſimi Principis Domini, Domini Franciſci Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Cremonæ Domini, et ad pacem & tranquillitatem Excelſi Communis & Populi Januenſis, & Magnifici Conſilii Dominorum Antianorum

Digitized by Google

norum Civitatis Januæ, & Universorum Civium dictæ Civitatis. Cum post multorum temporum varietates, quibus Respublica Genuensis, quæ inter cæteras Orbis Nationes cum laude semper floruit, tum bellis externis, tum civilibus dissidiis affectata esset, ita ut pene ad internecionem perventum esse videretur, omnes demum cujuscumque ordinis Cives, & hi, quibus Patriæ decus, ac salus cara erat, communi animo, sublatis discordiis, consilium, Divina Providentia, susceperunt, Dominum perquirendi, qui ex tot mœroribus ad solatium, ex laboribus ad quietem ex tenebris in lucem Genuense nomen revocare posset. Nam etsi ampliſſima Regna sub bono Principe servari non modo, sed augeri soleant, multo magis afflictæ res solent sublevari; & inter cæteros Orbis Principes perscrutati quinam tantis rebus sufficere posse videretur, DEi ductu, inventus est Illustrisſimus, & Excellentiſſimus Princeps, Dominus Franciscus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani, Papiæ Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus, qui singulari virtute, magnanimitateque summa cum justicia omnem vitam cum laude duxit, memorabili exemplo plurimarum rerum a se feliciter gestarum, nomine, & re merito Princeps præclarisſimus. Illum ergo, & ejus admirabiles virtutes, ejusque præclarisſima gesta, & qua prudentia, auctoritateque in gubernandis, regendisque Urbibus semper claruerit admirati, Genuensi Imperio dignum judicantes, qui non modo servare illud, sed extollere posse videatur, Illustrisſimamque & Clarisſimam ejus Consortem, Dominam Blancam Mariam, suosque ex utroque filios masculos de legitimo matrimonio natos, nascturosque, in Dominum, Dominosque recipere decreverunt, sicut de deliberatione superinde facta constat manu mei Gotardi Stellæ, Cancellarii Communis Januæ, Notarii publici hoc anno die decima nona Aprilis. Idcirco Magnificum Consilium Dominorum Antianorum Communis Januæ & eorum, qui interfuerunt, nomina sunt hæc: Martinus Justinianus Prior, Johannes Calvus Notarius, Anfreonus Centurionus, Donaynus de Marinis, Martinus de Vultabio, Antonius de Vintimilio, Julianus Maruffus, Damianus de Grimaldis de Oliva, & Franciscus Lomellinus, quondam Antonii; infrascriptique Spectabiles, & præstantes Viri viginti quatuor ad infrascripta specialiter deputati, & quorum qui interfuerunt nomina sunt hæc: Dominus Baptista de Goano, Juris utriusque Doctor, Dominus Johannes de Serra, Juris utriusque Doctor, Gaspar Cattaneus, Nicolaus Justinianus de Campis, Franciscus Salvayghus, Lucas de Grimaldis, quondam Ansaldi, Marcellinus Maruffus, Antoniotus de Francis, Christophorus Veneroſus, Hieronymus Stella, Notarius, Johannes Ambroſius de Marinis, Benedictus de Nigro, Nicolaus de Furnariis, Bendinellus Saulus, Petrus de Maiolo, Gregorius Lercarius, Karolus Lomellinus quondam Manuelis, Paulus de Auria, Jacobus de Placentia, Hieronymus Spinula, Johannes Bigna, & Laurentius Brexenda, habentes ad infrascripta peragenda sufficientem, & omnimodam potestatem, & baliam, ut constat ex deliberatione suprascripta, scripta manu mei jam dicti Notarii, & Cancellarii hoc anno die decima nona Aprilis, omni modo, via, jure, & forma, quibus magis, & melius potuerunt, & possunt, sponte, & ex certa scientia, nulloque juris, aut facti errore ducti, vel aliqualiter circumventi, & omni metu, dolo, & fraude cessantibus, agentes nomine, & vice Excelsi Communis Januæ elegerunt & eligunt præfatum Illustrisſimum, & Excellentiſſimum Principem Dominum Franciscum Sforziam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Cremonæ Dominum, & Illustrisſimam ejus Consortem, Dominam Blancam Mariam, Duciſſam Mediolani, & successive Illustres eorum filios natos, & nascturos ex eis de legitimo matrimonio masculos illos scilicet, qui in Ducatu Mediolani succedent in veros Dominos dictæ Civitatis Januæ, districtus & Territorii, & pertinentiarum ejusdem, & in Magnificum & præstantisſimum Dominum Gasparem de Vicomercato, Comitem & Procuratorem Ducalem eorum, & cujuslibet eorum nomine, sicut de ejus Mandato, & Procura constat publico Documento Procuræ ipsius Illustrisſimi Principis Domini Ducis Mediolani, & seu Litterarum Ducalium subscriptarum, manu præfati Illustrisſimi Domini Ducis, & etiam manu Magnifici Cichi, Ducalis Secretarii, & sigillatarum ejus sigillo hoc anno die vigesima octava Martii, & quarum Litterarum tenor talis est videlicet:

Franciſcus Sfortia, Vicecomes, Dux Mediolani etc. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Cremonæ Dominus. Cum superioribus jam actis diebus, Sereniſſimus ac Christianiſſimus Princeps, & Dominus Ludovicus, DEi gratia Francorum Rex volens in nos ab effectu demonstrare illum benivolentiæ & amoris affectum, quo semper ulla absque temporum intermissione nos fuit æque prosecutus, sua sponte, motuque proprio Civitates Januæ, & Saonæ cum earum Territoriis quibuscumque tam maritimis, quam terrehis, nobis de sua liberalitate tradiderit, sicuti publicis constat Documentis. Cumque earum Urbium tenutam, & corporalem possessionem assequi studeremus, ut Regiæ Maestati obsecutum iri videremur, & ipsarum aliam, Saonam scilicet cum suis omnibus Territoriis, & districtibus se se sponte dedentibus nostro Imperio adjunxerimus, nec multo post Albingannensibus cum Riperia omni fere Orientali pari modo potiti fuerimus; & alteram vero scilicet Januensem Civitatem, impediente Reverendiſſimo Domino Patre de Campo Fregoſo, Dei gratia ejusdem Civitatis Archiepiscopo, ad hucusque non receperimus, quod eo magis æquo animo ferendum duximus, quo paci, & quieti ejusdem Civitatis potius, quam bello adversum se indulgere proposuimus, & re in ipsa tanto attentiore versemur animo, quanto magis cupimus eidem Regiæ Maestati satisfieri, decrevimus ad eandem Januæ Civitatem emittendum personam, quæ cum Antianis ipsius Civitatis in primis, & successive cum protectoribus

Com-

Digitized by Google

Comperarum Sancti Georgii, nec non cum omni alio quovis Magistratu, aut Praesidente, aut cum Nobilibus, Civibus & aliis quibuscumque personis, quacumque dignitate, aut honore fulgeant, ipsius jam dictae Civitatis nomine nostro iniat, praticet & concludat, quae pro adimplemento voluntatis praefatae Regiae Maestatis noverit expedire; & propterea conversi ad Magnificum, Strenuumque Virum, Comitem Gasparem de Vicomercato Valentiae &c. Consiliarium, & armorum Ductorem nostrum dilectissimum, cujus singulari rerum gerendarum experientia, & summa in tractandis rebus prudentia plerumque usi fuimus, & in rebus quidem gravioribus, & arduis ad perfectum usque nostrae voluntatis complementum duximus committendum, quippe quod de ipso, non secus quam de nobis ipsis in omni re confidimus, ita ut nobis ab se satisfieri abunde non dubitemus. Quare tenore praesentium ex certa scientia, & de nostrae potestatis plenitudine etiam absolute, & alias omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius, & validius possumus, & debemus, ipsum Comitem Gasparem facimus, constituimus, & deputamus generalem & specialem Procuratorem, & Mandatarium nostrum, & quicquid melius dici, & esse possit, specialiter, & expresse, ad nomine nostro, & pro nobis ineundum, praticandum, gerendum, capitulandum, concludendum, & figillandum cum Magnificis Dominis, de Consilio Antianorum Communis praedictae Civitatis Januae, & seu cum Agentibus nomine praedicti Communis Januae, nec non cum Magnificis Dominis Protectoribus & Officio Comperarum jam dictae Civitatis Januae atque etiam cum omnibus & singulis Magistratibus, Praesidentibus, Nobilibus, Civibus, & seu particularibus personis, quicumque sint, aut quibusvis dignitatibus, aut honoribus fulgeant, vel conjunctim, aut separatim tam in praedicta Civitate, quam in ejus Terris, Villis, Locis, atque districtibus commorantibus, & existentibus, etiamsi tales personae essent, quae Mandatum exigerent magis speciale, & inde ad dicto nomine nostro, offerendum, promittendum, & obligandum praedictis omnibus, & singulis, singula singulis congrue referendo omnia, & singula bona nostra mobilia, & immobilia praesentia, & futura, etiamsi talia essent, quae velut nimis gravia non venirent in obligatione generali. Item ad dicto nomine nostro recipiendum debitum fidelitatis & obedientiae juramentum à praedictis omnibus & singulis tam praedictae Civitatis Januae, quam partium Januensium, sub illis modo, tenore, & forma, de quibus, & pro ut sibi de mente nostra plenissime informato melius videbitur, et placuerit. Et generaliter ad omnia, & singula dicto nomine nostro tractandum, gerendum, exercendum, procurandum, & faciendum, pro ut nos ipsi facere possemus, si personaliter interessemus, & quae in praedictis, circa praedicta, & quodlibet praedictorum necessaria fuerint, vel etiam opportuna, & quae quilibet veri, & legitimi Legati, Procuratores & Mandatarii facere possent. Dantes & concedentes eidem Comiti Gaspari Procuratori, & Mandatario nostro in praemissis omnibus, & singulis circa praedicta, & quolibet praedictorum, & in dependentibus & emergentibus ab eisdem plenam, largam, liberam generalem, & specialem administrationem, potestatem, auctoritatem, & baliam, cum pleno, libero, largo, generali, specialique Mandato. Demum promittentes nos rata, grata, & firma habituros, & quod executioni mandari faciemus omnia & singula, quae per ipsum Comitem Gasparem, Mandatarium nostrum, ut supra acta, gesta, facta, recepta, & promissa fuerint nomine nostro non aliter, quam si praesentialiter fecissemus, & quod contra praedicta seu aliquod praedictorum nullo tempore contraveniemus, neque faciemus, sub obligatione nostra, & omnium bonorum nostrorum. Supplentes denique ex eadem potestate nostra, omni defectui solemnitatum, quae in hoc praesenti Mandato nostro interfuisse debere dicerentur. In quorum testimonium praesentes fieri jussimus, & registrari nostrique sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die vigesimo octavo Martii M CCCC LXIV. Franciscus Sfortia Vicecomes manu propria subscripsi. Cichus; & ad cautelam in nos Cancellarios, & Notarios infrascriptos Officio publico stipulantes, & recipientes nomine & vice praefatorum Illustrissimorum Dominorum ut supra, transtulerunt, & transferunt dictam Magnificam Civitatem Januae, & omnes alias Civitates, Terras, Villas, Castra, & Loca dictae Civitati Januae spectantia, & pertinentia, & seu quae dictae Civitati Januae spectare, aut pertinere possent tam ad praesens, quam in futurum, cum mero & mixto Imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, exceptis Civitatibus, Terris, & Insulis, ac juribus translatis per Commune Januae in Comperas, & seu in Magnificos Dominos Protectores Comperarum Sancti Georgii, quae non intelliguntur inclusae vel inclusa in praesenti translatione, & Dominum, & possessionem, & tenutam dictae Civitatis Januae, Territorii ac pertinentiarum & Civitatum, Terrarum & Locorum, & aliorum omnium praedictorum sub modis, pactis, formis, conventionibus, & petitionibus infrascriptis, & cum omnibus & singulis juribus spectantibus, & pertinentibus, & seu quae spectare & pertinere possent Dominio dictae Civitatis, praefatosque Illustrissimum Dominum Ducem, Illustrissimam Dominam Ducissam, & successive suprascriptos eorum filios natos, & nascituros de legitimo matrimonio masculos ut supra, receperunt & recipiunt in eorum & seu dicti Communis, veros Dominos, & eorum Dominationi & protectioni se subjecerunt, & subjiciunt constituentes se tenere & possidere praefatam Magnificam Civitatem Januae cum suo territorio, districtu & pertinentiis, Loca, & Terras nomine praefatorum Illustrissimi Domini Ducis, & Illustrissimae Dominae Ducissae, & filiorum, & etiam omnia, & singula superius data, & tradita cum omnibus eorum juribus, honoribus, & praerogativis, donec & quousque dictae Civitatis, Territorii

Digitized by Google

& pertinentiarum, & aliorum prædictorum poſſeſſionem acceperint corporalem. Dantes & concedentes præfati Magnifici Domini Antiani, & Officiales nomine, & vice Communis Januæ præfato Magnifico Domino Comiti, dicto Procuratorio nomine & per ipſum præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, Duciſſæ, & filiis, & ſeu eorum certo Nuntio, & Procuratori ad hoc poteſtatem habenti plenam, & liberam poteſtatem, licentiam, & auctoritatem apprehendendi, intrandi, & recipiendi corporalem & actualem poſſeſſionem, vel quaſi dictæ Civitatis Januæ, diſtrictus & Territorii, & pertinentiarum, & omnium, & ſingulorum, ut ſupra translatorum, & conceſſorum, quando eis placuerit & viſum fuerit. Qui præfatus Magnificus Dominus Gaſpar Comes, & Procurator ut ſupra, benigne ac reverenter dictam electionem, ac Dominii translationem acceptans & recipiens, dictis petitionibus, ac Capitulis viſis, perlectis, & intellectis, reſpondit, & illis omnibus ſingulariter conſenſit, prout in fine dictorum Capitulorum eſt annotatum.

Et primo, quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Duciſſa, & ſucceſsive eorum filii nati, & naſcituri de legitimo Matrimonio ut ſupra teneantur conſtituere in Civitate Januæ unum Locumtenentem & Gubernatorem, qui vocetur Locumtenens Ducalis, & Januenſium Gubernator, qui ſit vir prudens, modeſtus, & magnæ auctoritatis, & quantum fieri poteſt, moribus noſtris conformis; qui una, & cum, & de Conſilio Magnificorum Dominorum Antianorum electorum, & eligendorum in Civitate Januæ regant & gubernent Civitatem Januæ, ſimul cum Territorio ſuo, & pertinentibus ad Dominium Januæ, & Rempublicam Januenſem ad laudem, & honorem Ducalem, & utilitatem ipſius Civitatis, & ſecundum ſtatuta, regulas, decreta, & ordinamenta dictæ Civitatis Januæ.

Reſpondit, & conſenſit, quod deputabuntur Locumtenens, & Gubernator Ducalis, & alii ad Regimen, qui regent & gubernabunt Civitatem ipſam Januæ, cum Conſilio Dominorum Antianorum, ejusdem ad honorem, & ſtatum præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum & utilitatem Civitatis, & ſecundum ordinamenta dictæ Civitatis.

Item quod Poteſtates futuri Civitatis Januæ & alii Judices, Officiales, ac Magiſtratus Januæ miniſtrent, & miniſtrare debeant jus, & juſtitiam, ſecundum formam Capitulorum, Decretorum, & Ordinamentorum Civitatis Januæ, conditorum, & condendorum, per repræſentantes dictam Civitatem, et, illis deficientibus ſecundum jura Romana, & demum pro ut eſt ſolitum fieri in Civitate Januæ, & quod dictus Poteſtas Januæ, & Officiales Curiæ ſuæ non poſſint eſſe Cives Januæ, vel diſtrictuales origine, nec habitatione, ſed externi: Qui Dominus Poteſtas & Officiales Curiæ ſuæ habeant & habere debeant à Communi Januæ & de pecunia dicti Communis ſalarium ordinatum, & ſeu deputatum, ordinandum & ſeu deputandum per Dominum Locumtenentem, & Gubernatorem Ducalem, & Conſilium Dominorum Antianorum, & alios ad hujusmodi ſalaria perſolvenda deputatos; & quod dicti Poteſtas & Officiales poſſint, & debeant ſindicari ſecundum formam Statutorum & Ordinamentorum Civitatis Januæ.

Reſpondit, & conſentit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod univerſi Cives Januæ, & ſeu Sindici dicti Communis, & ſeu habentes poteſtatem ab ipſo Communi præſtent & præſtare debeant debitum juramentum fidelitatis præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ, & ſucceſsive filiis eorum, & ſeu praefato Domino Ducali Locumtenenti, & Gubernatori, aut alteri nomine praefatorum Illuſtriſſimi Domini Ducis, Duciſſae, & filiorum ſupramemoratorum. Quodque dictum Commune Januae, & univerſi Januenſes erunt boni, veri & legales ſubditi praefatorum Illuſtriſſimi Domini Ducis, Duciſſæ, & filiorum ut ſupra, & eisdem fideliter, et legaliter obſervabunt promiſſa, et renovabunt dictum juramentum fidelitatis ſemper, et quandocumque ad omnem requiſitionem praefatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, et Duciſſae, et filiorum ut ſupra, vel Gubernatoris, et Locumtenentis eorum.

Reſpondit, et conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod omnes Vaſſalli, Feudatarii et conventionati Communis Januae, et eorum ſucceſſores, qui ante praeſentem translationem tenebantur facere homagium, et ſeu fidelitatis juramentum Communi Januae, et ſeu Agentibus pro dicto Communi, illud de caetero facere debeant dicto Domino Locumtenenti, et Gubernatori, et Conſilio Dominorum Antianorum nomine, et vice ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum, et dicti Communis Januae, et in forma ſolita, et antea conſueta.

Reſpondit et conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Cives, et diſtrictuales Januae, et alii Subditi Communis Januae teneantur, et debeant praeſtare Domino Locumtenenti Ducali et Gubernatori illos honores, et obedientiam, et reverentiam, quos, et quas facere, et exhibere eorum Gubernatoribus tempore felicis memoriae Illuſtriſſimi quondam Principis Domini Philippi Mariae Ducis Mediolani, et tunc Januae Domini conſueverunt; et quod praefatus Dominus Locumtenens, et Gubernator Ducalis in ipſos habeat illam omnimodam jurisdictionem, et cohertionem et imperium, quod, et quam in ipſos dicti Locumtenentes et Gubernatores Ducales Januae habere conſueverunt ſecundum formam regularum Civitatis Januae.

Reſpondit et conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod praefati Magnifici Domini Antiani, et Officiales nomine, et vice dicti Communis Januae teneantur, et debeant bona fide, et ſine fraude, toto eorum poſſe manutenere, et defendere praefatos Illuſtriſſimum Dominum Ducem,

Digitized by Google

Ducem, et Illuſtriſſimam *Dominam Ducissam*, et ſupraſcriptos filios ſuos in *Dominio*, et poſſeſſione, vel quaſi dictae Civitatis Januae, Territorii et pertinentiarum, ac aliorum in praeſenti translatione contentorum contra quoscumque in dicto *Dominio*, et ſeu poſſeſſione eos turbare volentes.

Reſpondit et conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod praefatus Illuſtriſſimus *Dominus Dux*, et Illuſtriſſima *Domina Ducissa*, et eorum filii, nati, et naſcituri de legitimo matrimonio ut ſupra defendent Civitatem, et diſtrictum Januae et quoscumque Januenſes, et diſtrictuales Communis Januae, et omnes Subditos dicti Communis etiam in partibus orientalibus, et in quibuscumque aliis mundi partibus exiſtentes, et eorum bona, ac Statum Communis ac Populi Januenſis à quibuscumque injuriis, violentiis, rapinis, oppreſſionibus, et damnis eis, vel alicui eorum illatis, vel factis, inferendis, vel faciendis, et quod praefatus Illuſtris *Dominus Dux*, Illuſtriſſima *Domina Ducissa*, et filii bona fide, et pro eorum poſſe ſalvabunt, et manutebunt univerſos Januenſes, diſtrictuales, vel Subditos, quemadmodum quilibet verus & bonus Dominus ſuos Subditos & fideles defendere, & tueri tenetur, & debet.

Reſpondit & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur, pro poſſe eorum.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & Illuſtriſſima Domina Ducissa, & eorum filii ut ſupra nati, & naſcituri, de legitimo matrimonio, non alienabunt, nec in alium transferent quovis titulo, ſive modo dictam Civitatem Januæ, diſtrictum, Territorium, & ſeu pertinentias ejusdem, nec aliquam partem, nec etiam Dominium, vel poſſeſſionem, vel quaſi Civitatum, Caſtrorum, Villarum, & Locorum, vel jurium ut ſupra translatorum, nec aliquid eorum, nec etiam jurisdictionem, obedientiam & gubernationem Civitatis prædictæ, & omnium ut ſupra translatorum quomodolibet divident, vel ſeparabunt.

Reſpondit, & conſenſit, quod præfati Illuſtriſſimi Domini non alienabunt dictam Civitatem, nec de membris Civitatis, de quibus in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducissa, & ſucceſſive ſupraſcripti eorum filii cum effectu curabunt reintegrare Civitates, Terras, & Loca, membra, & alia jura Communis Januæ alienata, translata, & ſeu occupata per quamvis perſonam, & corpus, Collegium, vel univerſitatem, ad obedientiam Communis Januæ reducere, & ſi quæ alienatio, vel translatio facta eſſet de aliquo Loco ad Commune Januæ pertinente, vel conſueto ſpectare, & pertinere, talis alienatio, translatio, & conceſſio ſit caſſa irrita, & nullius valoris, & habeatur penitus pro non facta.

Reſpondit, & conſenſit, quod fiet toto poſſe ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum, ſalvis ſemper juribus tertii, prout in Capitulo continetur.

Item, quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, Illuſtriſſima Domina Ducissa, & ſucceſſive eorum filii ſupra memorati non imponent, nec imponi facient per ſe, vel alios aliquam avariam, mutuum, vel collectam, nec aliquam exactionem realem, perſonalem, vel mixtam, nec etiam aliquas angarias, vel perangarias, nec aliquam gabellam, & ſeu aliquod onus, quocumque nomine cenſeatur, Communi Januæ, vel Civibus dictæ Civitatis, nec in dicta Civitate, diſtrictu, aut pertinentiis, & quod aliquas res dictæ Civitatis Januæ, vel diſtrictus, vel pertinentiarum, vel etiam aliquos redditus ejusdem, & ſeu Civium Januæ non percipient per ſe, vel per alios, nec quovis modo capient, nec capi permittent; & quod Terras, Loca, jura, redditus, atque bona quæcumque Communis Januæ ad obedientiam dictæ Civitatis & Communis Januæ manu tenebunt, & ſalvabunt bona fide, & pro poſſe ipſorum.

Reſpondit & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur, niſi veniret neceſſitas aliter providendi, quo caſu provideatur ſecundum Ordinamenta Civitatis.

Item quod mulctæ, condemnationes, & emolumenta jurisdictionum Civitatis Januæ, & aliorum ut ſupra translatorum ſpectent, & ſpectare debeant illi, aut illis, ad quos ſpectant, & pertinent vigore Ordinamentorum Communis Januæ, & non alicui alii perſonæ cujuscumqe ſtatus, gradus & dignitatis exiſtat.

Reſpondit & conſenſit, quod in eis ſervetur quod ſolitum eſt ab antiquo tempore Illuſtriſſimi quondam Domini Philippi, Ducis Mediolani, ſalvis juribus Comperarum ſancti Georgii.

Item quod Dignitates, Honores, Officia, & Beneficia cujuscumque generis, & ſcribania Officii monetæ ſcribaniis omnibus aliis etiam comprehenſis Communis Januæ, excepta Poteſtaria Januæ, & Caſtellaniis, dentur & concedantur in Janua, & inter Cives Januæ more ſolito, & ſervata qualitate colorum, & per ipſum Dominum Ducalem Locumtenentem & Gubernatorem, Cives deputandos per ipſum Dominum Locumtenentem, & Gubernatorum et Conſilium Dominorum Antianorum, & ſecundum formam Capitulorum, et regularum, & ordinamentorum Communis Januæ, & ſcribaniæ conferantur ſcribis de Collegio Notariorum Januæ.

Reſpondit, & conſenſit, quod Officia, Beneficia, Honores, Dignitates conferantur & diſtribuantur per Locumtenentem, & præſidentes Ducales in Janua Civibus, & Subditis Communis Januæ; exceptis Caſtellaniis, & Cuſtodiis portarum & Locorum, & Poteſtaria Januæ, ac Officiis Bulletarum Civitatum Januæ & Saonæ, & pro ut fiebat tempore Illuſtriſſimi quondam Domini Ducis Philippi. De Poteſtaria Saonæ, ſi dubium oriatur, fiat quod juris eſt, & ſcribaniæ conferantur etiam ſcribis de Collegio Notariorum Januæ.

Item quod de moneta Communis Januæ non expendatur, nec expendi poſſit, niſi conſulte & deliberate, & ſecundum ordines Civitatis Januæ, & prout eſt fieri conſuetum. Quæ moneta Januæ fabricetur cum ſigno ipſorum Illuſtriſſimorum Dominorum, ut fieri ſolet.

Reſpondit, & conſenſit, pro ut in Capitulo continetur.

Item pro evitandis magnis, & multis inconvenientibus, atque incommodis Januenſium de geſtis per Magiſtratus Januenſes, & etiam de pertinentibus ad juſtitiam non habeatur, nec haberi poſ-

Digitized by Google

sit recursus, vel fieri supplicatio, reclamatio, vel appellatio ad præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, seu præfatam Illustrissimam Dominam Ducissam, vel filios, ne Cives Januæ vexentur, & graventur laboribus, & expensis, & trahantur extra Civitatem Januæ ad longum, sumptuosum & insolitum examen, sed si quæ reclamatio vel supplicatio fiat, debeat porrigi Domino Gubernatori Ducali, & Consilio Dominorum Antianorum, & juxta ordines dictæ Civitatis. De Appellationibus vero fiat, ut disponitur in Capitulis Civitatis Januæ.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur: salvis in pertinentibus ad statum.

Item quod Januenses, & districtuales ac eorum Subditi, & confœderati possint morari, mercari, & & conversari, ac negotiari cum omnibus Nationibus Mundi, & omnia facere circa negociationem, quæ facere poterant ante præsentem translationem.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Januenses in locis honorabilibus & ordinatis, & in Navibus, & Galeis, & cæteris navigiis eorum teneantur, & debeant portare in uno vexillo plena arma, & signa præfatorum Illustrissimi Domini Ducis, Illustrissimæ Dominæ Ducissæ, & filiorum in Loco honorabiliori: Intellecto tamen quod arma Communis Januæ portari etiam debeant in alio secundo Loco immediate honorabiliori.

Respondit & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Commune Januæ, & præfati Magnifici Domini Antiani possint uti sigillo solito Communis in eorum agendis.

Respondit & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, & Illustrissima Domina Ducissa, & filii non possint concedere alicui Civitati, Terræ Universitati vel Communitati, vel etiam singulari personæ conventionatæ cum Communi Januæ, aut etiam non conventionatæ, aliquod in præjudicium, detrimentum, vel derogationem jurium Communis Januæ, vel Comperarum Sancti Georgii, aut aliarum Comperarum, quoniam faciliter ex inadvertentia generari posset maximum incommodum redditibus Communis Januæ, & seu comperarum Sancti Georgii, & aliarum Comperarum & si quid in præjudicium Communis Januæ, vel dictarum Comperarum concessum fuisset per Excellentiam suam, sit irritum, & inane, & nullatenus debeat observari, & si de prædictis orietur inter partes dubitatio, Justitia ministretur, per præfatos Illustrissimos Dominos, secundum jura & Regulas Civitatis Januæ.

Respondit, & consensit pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, & filii confirmabunt, approbabunt & ratificabunt, & ipse Magnificus Dominus Gaspar Comes dicto nomine ex nunc ratificat, approbat, & affirmat omnes & singulas Conventiones, translationes, consuetudines, libertates, privilegia, concessiones jurisdictiones, jura, & decreta concessas, & concessa quomodocumque, & qualitercumque Magnifico Officio Sancti Georgii, & seu Comperis prædictis, & quod prædicta omnia realiter & cum effectu observabuntur, & observari facient præfatis Dominis Protectoribus, & Comperis, nec de gestis, & factis dictarum Comperarum, & Protectorum earumdem, vel gerendis, & faciendis per dictos Dominos Protectores, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint, ipsi Illustrissimus Dominus Dux, Domina Ducissa, & filii, aut præfatus ejus Locumtenens, & Gubernator, qui nunc est, aut pro tempore fuerit, se possint intromittere directe, vel indirecte, aut aliquo quovis modo.

Respondit, & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Ducalis in Janua Locumtenens, & Gubernator, qui nunc est & pro tempore fuerint, teneantur & debeant præbere omne auxilium, consilium, & favorem Commerchiariis & Collectoribus Gabellarum Civitatis Januæ ad colligendum dictas Gabellas, & Commerchia, et curare, quod Commerchia et Gabellæ non fraudentur præcipue per Officiales et Stipendiarios Ducalis Excellentiæ.

Respondit, et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Ducalis in Janua Locumtenens, et Gubernator non possit nec debeat concedere aliquem salvum conductum pro debitis publicis, vel privatis sine Consilio, et Consensu Dominorum Antianorum Civitatis Januæ, et si ex inadvertentia concederetur, sit et intelligatur denuntiatum contramandum unius diei tantum, eo ipso, quod facta fuerit querela de hoc coram Domino Gubernatore, aut coram Dominis Antianis, et facta ei de hoc denunciacione, cui facta fuerit hujusmodi concessio per præfatum Dominum Gubernatorem, aut Antianos, non possit augeri dictum contramandum quovis modo, nisi sit de Consilio Dominorum Antianorum.

Respondit, et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod conventio, quæ est inter Excelsum Commune Januæ ex una parte, et Commune Saonæ ex altera, solita servari, servari debeat; quodque dictæ Civitati Saonæ per præfatos Illustrissimos Dominos nihil concedi possit in præjudicium, detrimentum, vel derogationem jurium Communis Januæ, vel Comperarum Sancti Georgii, aut aliarum Comperarum, quoniam faciliter ex inadvertentia generari posset maximum incommodum Redditibus Communis Januæ, et seu Comperarum Sancti Georgii et aliarum Comperarum; et si quid in præjudicium Communis Januæ, vel dictarum Comperarum, aut conventionum, et Jurium Communis Januæ, et seu contra sententiam alias latam inter Commune Januæ ex una parte, et Commune Saonæ ex altera per quondam bonæ memoriæ Nicolaum Picinium tamquam Delegatum numquam delendæ memoriæ Illustrissimi Principis Domini Philippi Mariæ, olim Ducis Mediolani, et tunc Januæ Domini, concessum fuisset, per Excellentiam suam, sit irritum, et inane, et nullatenus debeat observari, et quod Commerchiarii Civitatis Januæ tam præsentes quam futuri teuere poterunt in Civitate Saonæ unum Collectorem, qui debita Commerchia colligat. Verum si de prædictis inter partes oriretur ulla dubitatio, præfati Illustrissimi Domini partibus justiciam ministrent.

Respon-

Digitized by Google

Respondit et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, et alii facient, et curabunt cum effectu, quod Commune Januæ, et Januenses habebunt Pacem, et poterunt uti, et frui Pace, quam Excellentia sua habet cum quibuscumque Regibus, Principibus, Dominis, et Communitatibus, et quod si de cætero per Excellentiam suam fiet aliqua Pax, vel Tregua, quod in ea Commune Januæ, ac Januenses includentur.

Respondit, et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod cum temporibus retroactis interverint variæ mutationes Statuum, et Regiminis Civitatis Januæ, et ob eam causam secuta sint varia damna, præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa et eorum filii ut supra curabunt opere, et cum effectu, quod Communitas Januæ non molestabitur pro aliquibus damnis, prædis, rapinis, ac offensionibus, et interesse, quæ in dictis mutationibus, aut depositionibus Statuum quommodocumque, aut qualitercumque factæ, aut perpetratæ fuissent, nec etiam occasione alicujus pœna, si in aliquam pœnam dicta Communitas occasionibus prædictis incidisset vel incidisse dici posset.

Respondit, et consensit pro ut in Capitulo continetur, salvo jure inter privatos.

Item quod Magnifici Domini Antiani Civitatis Januæ, qui nunc sunt, et pro tempore erunt, possint, et valeant eligere Legatos et Ambasiatores ad præfatum Illustrissimum Dominum Ducem, Ducissam, et filios, et etiam mittere nuntios, et scribere Litteras, infrascripto Domino Locumtenente et Gubernatore Ducali ignorante.

Respondit et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Item quod Dominus Locumtenens, et Gubernator Ducalis, qui nunc est, et pro tempore erit, teneatur jurare ad sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis in introitu sui Officii observare, et observari facere præsens Instrumentum translationis, Capitulorum, ac Responsionum, et omnia et singula, in eis contenta.

Respondit, & consensit, prout in Capitulo continetur.

Item quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux, Illustrissima Domina Ducissa, et eorum filii supradicti teneantur confirmare, ratificare, et approbare præsens publicum Instrumentum translationis, et Capitulorum, et Responsionum, et omnia, et singula in eis contenta per publicum Instrumentum, vel per ejus patentes Litteras cum solemnitatibus, clausulis, juramentis, et cautelis necessariis, et opportunis, et hoc infra duos menses ab hodie numerandos.

Respondit & consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Quæ omnia, & singula, suprascripta singula singulis referendo dictæ partes dictis nominibus sibi invicem & vicissim una alteri, & altera alteri, solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus promiserunt, & convenerunt, & ad cautelam juraverunt ad Sancta DEi Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis, & etiam ad cautelam promiserunt, & convenerunt nobis Notariis, Cancellariis infrascriptis stipulantibus & recipientibus nomine & vice Excelsi Communis Januæ, ac Comperarum, Sancti Georgii, & aliarum Comperarum & omnium quorum interest, intererit & seu interesse poterit in futurum, perpetuo rata, grata & firma habere, tenere, attendere, & observare, & in nullo contrafacere, vel venire per se, aut alios aliqua ratione, causa, vel ingenio, quæ dici, vel excogitari possit de jure, aut de facto, sub pœna dupli totius ejus, de quo contra faceret, in solidum stipulatione promissa; qua soluta, vel non, rata, grata, & firma maneant omnia, & singula suprascripta; & proinde ad sic observandum obligaverunt sibi dictis nominibus mutuo & vicissim omnia eorum bona habita, & habenda.

Actum Januæ in Palatio magno Communis solitæ residentiæ Magnifici Domini Gubernatoris, & in Camera, ubi hyberno tempore Consilia celebrari solent. Præsentibus spectabilibus Viris Donato del Conte, Aulico præfati Illustrissimi Principis, Christophoro Panigarola, & Blasio de Gradi, Mercatoribus Mediolanensibus, Ambrosio de Senaregha, Francisco de Vernatia & Nicolao de Credentia, Cancellariis Excelsi Communis Januæ, Testibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis. Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, die decimo nono Maii, Indictione undecima secundum Januæ cursum.

Et ego Gotardus Stella filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, ac Excelsi Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & una cum Viro egregio Maphiolo Orabono Cive Mediolani, & Notario publico, ac Cancellario Magnifici Domini Gasparis de Vicomercato, Comitis Valentiæ, & Ducalis in Janua Locumtenentis, ac Gubernatoris rogatus tradidi cum eoque diligenter revidi & auscultavi, signo & nomine meo appositi, ut consuevi, in fidem, & testimonium præmissorum.

Ego Maphiolus Horabonus, filius quondam Domini Melchionis publicus Imperiali auctoritate Notarius, Civis Mediolanensis, ac Magnifici Domini Gasparis de Vicomercato, Comitis Valentiæ, & Ducalis in Janua Locumtenentis, & Gubernatoris Cancellarius prædictis omnibus interfui, & una cum Viro Egregio Gotardo Stella, publico Imperiali auctoritate Notario, & Judice ordinario, ac Excelsi Communis, Januæ Cancellario suprascripto rogatus tradidi, cum eoque diligenter revidi & ascultavi, signo, & nomine meo appositi, ut consuevi, in testimonium, & fidem omnium præmissorum.

In Nomine Domini Amen. Ex hoc publico Instrumento sit omnibus manifestum qualiter Magnificus & Præstantissimus Dominus Gaspar de Vicomercato Comes Valentiæ, Ducalis in Janua Locumtenens & Januensium Gubernator, ac Procurator, & Procuratorio nomine Illustrissimi & Excellentissimi Principis, Domini Francisci Sfortiæ, Vicecomitis, Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis ac Cremonæ Domini, sicuti de ejus Potestate & balia ac mandato constat vigore Litterarum Ducalium subscriptarum manu ipsius

Digitized by Google

Illustrissimi Principis & etiam signatarum manu Cichi, & sigillatarum sigillo ipsius Illustrissimi Principis hoc anno, die decimo nono Maii ex una parte, & Magnificum Consilium Dominorum Antianorum Communis Januæ in pleno numero congregatum, Spectatumque Officium Dominorum viginti quatuor ad hæc deputatorum etiam in sufficienti, & legitimo numero congregatum, agentes nomine & vice Communis Januæ ex altera. Scientes in Contractu habito & celebrato cum præfato Magnifico Domino Comite, nomine quo supra de translatione Dominii Januensis in præfatum Illustrissimum Principem, & Illustrissimam ejus Consortem, Dominam Blancam Mariam Ducissam, ac eorum filios de legitimo matrimonio natos, & nascituros, illos videlicet, qui in Ducatu Mediolani succedent, & seu in præfatum Magnificum Dominum Comitem eorum nominibus cum Capitulis, conventionibus, ac pactis, & concessionibus, ac responsionibus, & consensu unicuique Capitulo factis per præfatum Magnificum Dominum Comitem Gasparem, nomine quo supra; Sicut de prædictis constat publico Instrumento tradito, & rogato per me Notarium, et Cancellarium infrascriptum, ac etiam per Egregium virum, Maphiolum Horabonum de Mediolano Notarium et Cancellarium præfati Magnifici Domini Comitis, hoc anno die decima nona Maji fuisse omissum Capitulum tenoris infrascripti ut postea apud præfatum Illustrissimum Principem de eo tractaretur, videlicet.

Item quia Civitas Januæ, et Cives propter Guerrarum discrimina, et malas condiciones Locorum, in quibus soliti sunt Januenses negociari, sunt multum contriti, fatigati, et consumpti, adeo quod vix possunt se, et suas familias communiter gubernare, quod expensa ordinaria Communis Januæ non possit excedere summam realem librarum quinquaginta millium Januinorum, sed etiam dicta expensa ordinaria possit modificari, et dimminui arbitrio Domini Locumtenentis Ducalis et Gubernatoris, qui pro tempore fuerit, et Magnificum Consilium Dominorum Antianorum, vel Deputandorum ab eis, cui expensæ ordinariæ contribuant, qui de jure et secundum ordinamenta Civitatis tenentur, denuo ad infrascripta pervenerunt, quia requirentibus nostris Magnifico Consilio Dominorum Antianorum, et Spectato Officio Dominorum viginti quatuor Deputatorum, ut supra, quod præfatus Magnificus Dominus Comes vellet ipsi Capitulo dare responsum, et concedere, ac consensum illi præbere, prout in Capitulo continetur. Volens ipse Magnificus Dominus Gaspar, Ducalis Locumtenens, et Januensium Gubernator, ac Ducalis Procurator, ut supra in ea re Civitati, et ipsis Magnifico Domino Consilio Antianorum, et Officio viginti quatuor Deputatorum complacere, visa maxime, et cognita ad hoc voluntate, et consensu præfati Illustrissimi Principis, pro ut ex uno Articulo Litterarum per præfatum Illustrissimum Principem ipsi Magnifico Domino Comiti nuperrime scriptarum expresse apparet, et cujus articuli tenor talis est:

Dux Mediolani etc.

Dilectissime noster: Havemo inteso etc. Alla parte della difficultà, che è facta al Capitulo de le septanta cinque millia libre, per che quelli Cittadini vorebeno remanesse la intrata in cinquanta millia per lo respecto de li squaderni, et desordeni, et damni recevuti per loro qui in dieto, et che questa cosa è remessa noi, che questi Ambasiatori nella verrano ad dimandare qui etc. Dicimo, che noi havemo acceptato il Dominio di quella Citta non con speranza de haverne intrata, ma per avere l'amore, et il core de gli homini, per che per reducere quella Città in bono stato, et bona condicione non solum gli vogliamo tore dil suo, ma gli vogliamo mettere dil nostro; et pero restamo contenti gli concedi quello Capitulo, che la intrata ordinaria resti in cinquanta millia libre, como dimandano, per che cum li Ambasiatori qui non vogliamo ragionare de Capituli, ne d'altra cosa molesta à loro, ne a noi, ma solamente de cose piacevole, contentamento, et alegreza. Si che col nome de Dio gli concedi ogni cosa liberamente, mandandone poi la copia ordinata de li Capituli. Datum Mediolani die XXII. Maii M. CCCC. LXIV. Cichus. A tergo: Magnifico ac Strenuo Gaspari de Vicomercato, Comiti Valentiæ, armorum ductori, et nostro Januæ Locumtenenti dilectissimo.

Respondit et consensit, pro ut in Capitulo continetur.

Promittens Magnificis Dominis Antianis et Officio Dominorum viginti quatuor præsentibus ut supra, et ad cautelam mihi Notario, et Cancellario infrascripto tamquam personæ publicæ Officio publico stipulanti et recipienti nomine omnium, quorum interest, intererit, et interesse poterit, quommodolibet in futurum, et etiam jurans ad sancta DEi Evangelia corporaliter manu tactis Scripturis observantiam, et ratificationem præfati Illustrisimi Principis, et Illustrisimæ Dominæ Ducissæ, pro ut in dicto instrumento de aliis Capitulis, et responsionibus continetur.

Actum Januæ in Palatio magno Communis, et in Camera inferiori, ubi consilia hyberno tempore celebrari solent: Præsentibus Viris Egregiis Jacobo de Barcellis, Ambrosio de Senaregha, Francisco de Vernacia, Nicolao de Credencia, et Lazaro Ponciono Cancellariis Excelsi Communis Januæ, Testibus ad hæc habitis, vocatis et rogatis, anno a Nativitate Domini M. CCCC. LXIV. Indictione undecima, secundum Januæ cursum, die vero vigesima tertia Maii.

Ego Gotardus Stella, filius quondam Peroni de Donatis publicus Imperiali auctoritate Notarius, et judex Ordinarius, ac Excelsi Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, et rogatus scripsi, diligenter revidi, et auscultavi, signo et nomine meo appositio, ut consuevi, in fidem et Testimonium omnium præmissorum.

Idcirco et nos nihil magis cupientes, atque affectantes quam ipsi inclytæ Communitati Januæ gratificari, et in omnibus, quæ nobis possibilia sunt, eorum utilitati, et commodis consulere, quique nihil potius ducimus, quam eam ipsam Civitatem in pristinam dignitatem, atque ornamentum restituere, et in Pace, atque tranquillitate conservare, cujus honor, et commodum nobis etiam

Digitized by Google

etiam, et aliis Civitatibus, et ſubditis noſtris honori et commodo accedit: Ea denique omnia, et ſingula ſic, ut præmittitur, acta et celebrata, et concluſa per ipſam inclytam Communitatem cum præfato Magnifico, Comite Gaſpare, Gubernatore et Locumtenente noſtro exploratiſſima atque gratiſſima habentes, tenore præſentium ex certa ſcientia et de noſtræ poteſtatis plenitudine, et alias omnibus modo, jure, via, cauſa, et forma, quibus melius, validius, et efficacius poſſumus, ipſa omnia, et ſingula confirmamus, ratificamus et approbamus, et in quantum expediat, ad majorem cautelam, et ex abundanti denuo facimus, et concedimus: promittentes etiam pro nobis, et Illuſtriſſima Domina Conſorte noſtra, et filiis et deſcendentibus noſtris, ut ſupra in verbo Legalis Principis, et ſub obligatione noſtri, omniumque bonorum noſtrorum præſentium, et futurorum ea ipſa omnia et ſingula debite, et congrue referendo ex latere noſtro realiter, et cum effectu attendere et obſervare, et in aliquo non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa directe, nec per indirectum aut aliquo quæſito coſore. In quorum Teſtimonium præſentes fieri, et regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli appenſione muniri; ac inſuper ad majus robur præmiſſorum noſtra propria manu ſubſcripſimus. Datum Mediolani die ultima Maii milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto.

Franciſcus Sforcia Vicecomes manu propria ſubſcripſi.

Cichus.

Confirmatio prædictorum Capitulorum facta per Dominam Ducissam Mediolani eodem Anno 1464.

Blancha Maria Vicecomes Ducissa Mediolani etc. Papiæ Angleriæque Comitissa, ac Januæ, et Cremonæ Domina. Plenam notitiam habentes, atque abunde certiores effectæ de omnibus & ſingulis Capitulis & conceſſionibus initis, contractis & celebratis per & inter Magnificum, & præſtantem Virum Gaſparem Vicomercatum, Comitem Valentiæ, armorum &c. Gubernatorem, et Locumtenentem, ac in ea parte Procuratorem, & Mandatarium Illuſtriſſimi Domini Conſortis noſtri, ac nomine noſtro, quæ rata habuimus parte una, & inclytam Communitatem noſtram Januæ, ſeu agentes pro ea parte alia, ſeu pluribus, de quibus extant publica Documenta, & ſcripturæ inde confectæ manu Egregii Viri Gotardi Stellæ Cancellarii, & Secretarii, ac publici Notarii Januenſis ſub die XVIII. menſis Maii anni præſentis, & Maphioli Horaboni. Notarii Mediolanenſis, & Cancellarii prafati Comitis Gaſparis, & de altera etiam conceſſione facta dictæ Communitati de expenſa ordinaria eodem anno die XXIII. Maii manu ejusdem Gotardi. De quorum etiam omnium, & ſingulorum continentia, vi, & effectu plenius edoctæ, atque inſtructæ fuimus ab ipſo Illuſtriſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino conſorte noſtro a cujus Excellentia ipſa quoque omnia, & ſingula confirmata, & approbata fuerunt, ut conſtat patentibus ejus Litteris cum inſerto ibidem omnium ipſorum Capitulorum, ac Conceſſionum tenore, datis Mediolani die jovis ultimo Maii proxime elapſi Menſis, ſuoque Ducali ſigillo pendenti, ſuaque Manu propria ſubſcriptis, & manu Cichi Secretarii præfati Domini Conſortis noſtri ſignatis, cum ipſa Capitula, & Conceſſiones, et Litteræ de nobis quoque ſpecialem faciant mentionem, et noſtra intereſſe dignoſcantur; idcirco et nos tam ut impleamus, quæ ad nos ſpectant, in hac materia, quam etiam ut præcipuum amorem, caritatem et ſtudium, quibus inclytam Communitatem, et Rempublicam Januenſem complexæ ſumus, ipſis patefaciamus prædicta omnia et ſingula Capitula, et Conceſſiones, et exinde ſecuta, quorum omnium tenorem in his quoque noſtris Litteris pro ſufficienter expreſſo haberi volumus, Tenore præſentium ex certa ſcientia, et alias omnibus modo, jure, via cauſa, et forma, quibus melius, validius, et efficacius poſſumus, laudamus, ratificamus, et approbamus, et laudata, ratificata et approbata eſſe decernimus et declaramus, promittentes, prout in ipſis Capitulis, et Conceſſionibus continetur. In quorum Teſtimonium præſentes fieri, et regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli munimine roborari, ac etiam noſtra propria manu ſubſcripſimus. Datum Mediolani die ſeptimo Junii, milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Indictione duodecima.

Blanca Maria Vicecomes manu propria.

Galaſius.

XCVII.

Ceſſio & translatio Inſulæ Corſicæ, cum omnibus juribus, caſtris & proventibus, exceptis tantum duobus caſtris, nimirum S. Bonifacii & Calvi, facta per Comunitatem Januæ Franciſco Sforciæ, Duci Mediolani, d. d. 12. Jul. An. 1464.

IN nomine Domini Amen. Anno a Nativitate, ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto, Indictione duodecima menſis Julii, ſecundum curſum & morem inclytæ Civitatis Mediolani; Poſteaquam divina favente clementia Dominium inclytæ Civitatis Januæ, cum omni ejus dicione ac Jurisdictione ſummo totius ejus urbis, & Ordinum ſuorum conſenſu, publicisque omnium Januenſium votis legitime, ac ſolemniter translatum pervenit in Illuſtriſſimos Principes, & Excellentiſſimos Dominos noſtros Dominos Franciſcum Sforciam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. Dominam Blancam Mariam Duciſſam, &c. ejus præcariſſimam Conjugem pro ſeſe & eorum Illuſtribus maſculis ex eis natis, & naſcituris, & deſcendentibus in infinitum; intellexit ipſa Magnificentiſſima, nobiliſſimaque Civitas Januenſis adverſantem ſuperioribus annis rebus ſuis fortunam pariter cum Sta-

tu

tu mutatam fuisse, & duros casus, & turbines, quibus diu, ac multum agitata fuerat in lætitiam ac serenitatem esse conversos; nec minus omnibus bene, ac pacifice vivere optantibus apertisime declaratum est, omnes præfati Illustrisimi Domini Ducis cogitatus omnia desideria nihil magis intendere, atque eniti, quam ut eandem ipsam clarisimam Urbem terrestribus, maritimisque rebus gestis Illustrem in pristinam dignitatem restitueret, ejusque honores, & commoda undique procuraret. Quorum omnium talia jam jacta fundamenta esse noscuntur, quæ Urbi ipsi decus, & ornamentum, ipsi vero Illustrisimo Principi gloriam immortalem esse videantur. Quæ cum ita sint, & præcipue intelligentes, Magnifici, & præstantes Viri Domini Protectores Comperarum, Magistratus Sancti Georgii ipsius Civitatis Januæ cum additis, hunc animi affectum prælibati Illustrisimi Principis, clementisimumque propositum; & propterea indubitato sibi persuadentes quæcumque officii sui negocia sub Ducalis suæ Celsitudinis patrocinio, atque auctoritate, nonnisi recte, atque salubriter gubernari posse; & præsertim attendentes res Corsicanas, & intratas ejus Insulæ dicto Officio Sancti Georgii spectantes, ita ferente superiorum temporum malitia, a nonnullis emulis, atque rebellibus vexari, quo minus solitam eorum in ea Insula jurisdictionem exercere possent, eorumque talium temerarios ausus atque insolentias sub ipsius Illustrisimi Principis tutela facile comprimi posse; rebus omnibus bene & diligenter discusis, atque examinatis in hanc sententiam, & deliberationem devenerunt de transferendo scilicet Dominio, atque Jurisdictione cum omnibus suis juribus ipsi Officio quoquo modo spectantibus seu spectare valentibus prædictæ Insulæ Corsicæ in præfatum Illustrisimum Dominum Ducem modo, & forma & condicione infrascriptis. Cumque res hujusmodi jam pridem, & repetitis vicibus consultata sit per ipsos Dominos Protectores, & Officium Sancti Georgii, & ad prælibatum Illustrisimum Dominum Ducem delata, & per ejus Excellentiam intellecta, atque approbata. Cumque ipsi Domini Protectores cum additis nuper miserint apud præfatum Illustrisimum Dominum Ducem Egregium Virum Franciscum de Borlasca, Civem Januensem, ipsius Magnifici Officii Sancti Georgii Notarium & Cancellarium in hac parte Procuratorem, & Mandatarium Specialiter, & legitime constitutum per publicum & solenne Instrumentum superinde confectum, & celebratum, traditum, & rogatum per Paulum Maynerium de Vuada quondam Andreæ publicum Imperiali auctoritate Notarium, & ipsius Magnifici Officii sancti Georgii Cancellarium die Mercurii quarta mensis Julii, mensis, & anni præsentis. Idcirco præfatus Illustrisimus, & Excellentisimus Dominus Franciscus Sfortia Vicecomes, Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ & Cremonæ Dominus pro se, & prælibata Illustrisima Domina Blanca Maria Ducissa ejus Consorte, & suis liberis filiis masculis natis, & nascituris ex una parte, & præfatus Franciscus de la Borlasca Cancellarius & Procurator, & Mandatarius præfatorum Dominorum Protectorum, ac Additorum, & Officii Sancti Georgii inclytæ Civitatis Januæ parte alia, consulte, deliberate, & ex certa scientia, & non per aliquem errorem juris, vel facti, ac omnibus modo, jure, via, causa, & forma quibus melius, & validius, ac efficacius fieri possit devenerunt, & deveniunt ad infrascriptas conventiones solemni stipulatione vallatas. Primo namque præfatus Franciscus de Borlasca, Procurator, & Mandatarius præfati Magnifici Officii Sancti Georgii specialiter ad hoc, ut præmittitur, constitutus, Procuratorio nomine, & vice præfatorum Dominorum Protectorum Comperarum ipsius Officii Sancti Georgii, cum sedecim ei Officio additis, dedit, cessit, transtulit ac mandavit, dat, cedit, & transfert in præfatum Illustrisimum Dominum Ducem nostrum, ibi præsentem, stipulantem, & recipientem suo, & suorum ut supra nomine, & vice pleno jure, ut infra, & sub conditionibus tamen infrascriptis, Dominium, Jurisdictionem, & jura quæque tam respectu proprietatum, quam possesionum totius, atque universæ Insulæ prædictæ Corsicæ, quæ Insula est, & esse dignoscitur ex juribus ipsarum Comperarum Sancti Georgii olim jurium Communis Januæ, quæ alias translata fuerant in Magnificos Dominos Protectores dictarum Comperarum Sancti Georgii, exclusis, & reservatis tantummodo Castris, & Oppidis Bonifacio, & Calvo ipsi Communi Januæ remanentibus pro ut infra, cedendo, dando, & transferendo, ac mandando, ac cesit dedit, & transtulit, atque mandavit dicto Procuratorio nomine in ipsum Illustrisimum Dominum Ducem stipulantem, & recipientem ut supra, & ut supra ipsam omnem, totam ac integram, atque universam insulam cum omnibus Fortilitiis, Terris, possessionibus, gabellis, nemoribus, piscationibus, introitibus, redditibus, homagiis & jurisdictionibus, omnibusque denique juribus & pertinentiis suis in integrum, reservati tantummodo dictis Bonifacio & Calvo, nec non cum omnibus juribus, actionibus realibus, & personalibus, ippothecariis atque mixtis, usibus, exceptionibus, & replicationibus dicto Officio Sancti Georgii, & Communi Januæ, vel alteri eorum, eorumque datoribus pertinentibus & spectan-

Digitized by Google

ſpectantibus qualitercumque, quommodocumque, & undecumque pertinere, & ſpectare valentibus, quæcumque, qualiacumque, & quantacumque ſint omnia prædicta, & quibusvis nominibus titulis & juribus cenſeantur & dignoſcantur, ponendo etiam, & poſuit ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, ut ſupra, in locum, jus, & ſtatum præfati Magnifici Officii Sancti Georgii quo ad præmiſſa. Et volens prædictus Procurator & Mandatarius dicto nomine in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & ſuos ut ſupra plenum Dominium, & plenam poſſeſſionem dictæ Inſulæ Corſicæ cum ſuis juribus, & pertinentiis in integrum transferre, exceptis ut ſupra, conſtituit ſe dicto nomine tenere & poſſidere dictam Inſulam cum ſuis juribus, & pertinentiis ut ſupra, & exceptis ut ſupra, nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & ſuorum ut ſupra, donec præfatus Illuſtriſſimus Dominus corporalem ejus Inſulæ per ejus Procuratorem, vel Nuncium poſſeſſionem apprehenderit, & ulterius promiſit, & promittit dicto nomine verſus praefatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & ſuos ut ſupra dictam Inſulam, & bona, & jura ſuperius data, translata, & ceſſa defendere, & manutenere pro dato, & facto ipſius Officii Sancti Georgii, tantum, intelligendo & declarando, prout moris eſt, videlicet, quod præfati Domini Protectores Comperarum, & Officium Sancti Georgii a die quo habuerunt jus & Dominium ipſius Inſulae Corſicae citra, nulli alii perſonae, Communi, Collegio, vel Univerſitati de ea venditionem, aut alienationem aut obligationem, fecerunt, nec impoſterum facient, nec aliquid aliud egerunt, aut in futurum agent, propter quod hujusmodi datio, ceſſio, & translatio impediri poſſit, vel effectum non ſortiri. Promittens inſuper praedictus Franciſcus de Borlascha, Procurator, & Procuratorio nomine quo ſupra, quod praedicti Domini Protectores Comperarum ad omnem requiſitionem, omneque Mandatum prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis, ſeu Magnifici Locumtenentis & Gubernatoris ſui in Janua realiter, & cum effectu conſignari faciet in manibus, & poteſtate cujuscumque Nuncii per ipſum Dominum Ducem aut Gubernatorem deputandum omnes, & ſingulas arces, & fortilicia, quæ inpræſentiarum tenent, & poſſident ſeu tempore dictæ fiendæ conſignationis tenebunt in ipſa Inſula Corſicæ, dictis tantummodo Bonifacio & Calvo exceptis, ut ſupra. Item quod præfati Domini Protectores Comperarum contemplatione præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis infra tres menſes proxime venturos reſtituent Communi Januæ omne jus & omnem Jurisdictionem, quod, & quam habent in prædicto Loco, & Caſtro Calvi, & quia prætendunt præfati Domini Protectores Comperarum Homines Calvenſes ſibi, & Officio Sancti Georgii teneri, & obligatos eſſe pluribus ex cauſis, contentatur prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux, & ita per præſentes promittit ad omnem ipſius Officii Sancti Georgii inſtantiam, & requiſitionem contra ipſos omnes, & ſingulos Calvenſes miniſtrari facere juſticiam cum favore in quibuscumque rebus, & cauſis debitis & honeſtis, ſummarie, & expedite, nec in aliquo ex latere ſuo, & quantum cum honore Excellentiæ ſuæ fieri poſſit, deficere. Verſa vice præfatus Illuſtriſſimus Dominus Franciſcus Sforcia, Vicecomes Dux Mediolani & verſus prædictum Franciſcum Procuratorem, & Procuratorio nomine quo ſupra ſtipulantem, & recipientem in verbo Regalis Principis promiſit, & promittit pro ſe, & præfata Illuſtriſſima Domina Conſorte, & ſuis, & Deſcendentibus ſuis, quod ullo umquam tempore, caſu, vel eventu ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux, aut ſui ut ſupra non transferent, aut alienabunt, neque transferri, aut alienari permittent quovis modo, forma, condicione, vel titulo, directe, vel per indirectum, aut alio quæſito colore dictam Inſulam Corſicæ, aut aliquam ejus partem in aliquam perſonam, Collegium, vel Univerſitatem, aut alios quicumque ſint, & eſſe poſſent, ſine expreſſo conſenſu Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum Sancti Georgii qui ſunt, vel pro tempore fuerint; & quoniam, & ab inicio dictum eſt, prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux omni cura & ſtudio invigilat, & invigilare intendit omnibus juribus, & emolumentis & honoribus præfatæ inclytæ Civitatis Januæ conſervandis, & augendis, & præcipue favere Comperis ipſis Sancti Georgii pro hac ipſa translatione Dominii, & juris dictæ Inſulæ Corſicæ pro annuo cenſu, & cenſus, & annuæ præſtationis nomine, & titulo, & pro aliquali reſtauratione gravium expenſarum, quas ipſum Officium toleravit in acquirendo, & manutenendo ipſius Inſulæ Corſicæ Dominio promiſit & promittit dicto Franciſco Procuratori & Procuratorio nomine præfatorum Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum Officii Sancti Georgii dare, & ſolvere dicto Comperarum Officio libras duas mille monetæ Januæ currentis ſingulo anno, & in fine cujuslibet anni, incipiendo terminum anni primi hujusmodi ſolutionis, ea die, qua præfati Domini Protectores conſignari fecerint realiter, & cum effectu dicto Illuſtriſſimo Domino Duci, ſive, ab eo deputando Caſtra, & Arces, quas ut ſupra tenent, ſeu tempore conſignationis tenebunt in dicta Inſula, & ſic ſucceſſive ſingulis annis usque in perpetuum. Item promiſit & promittit prælibatus Illuſtriſſimus Dominus

nus Dux dicto Franciſco Procuratori, & Procuratorio nomine ut ſupra reſtitui facere in Loco tuto, & idoneo præfatis Dominis de dicto Officio Sancti Georgii omnes, & ſingulas munitiones Caſtrorum & Fortiliciorum Excellentiæ ſuæ conſignandorum in ipſa Inſula Corſicæ; aut earum omnium pretium perſolvi, & numerari faciet ſecundum judicium, & æſtimationem idonearum perſonarum de acordio, ad hoc eligendarum; item quod Excellentia ſua miniſtrari faciet juſticiam omnibus, & ſingulis amicis, & benivolis ipſorum Dominorum Protectorum in ipſa Inſula damnificatis cum reſtitutione, & ſatisfactione omnium indebite ablatorum, pro ut juri & honeſtati convenire videbitur. Et eos omnes, & ſingulos præcipue commendatos habere, & fovere pollicetur in omnibus rebus opportunis, & honeſtis. Item, promiſit, & promittit prælibatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, quod non patietur aliquovis modo, quod Thomaſinus de Campo Fregoſio, aut alius ex ipſa Familia Fregoſa ab ipſo Domino Duce vel alio quovis modo habeat aliquàm præheminentiam in ipſa Inſula Corſicæ, neque aliqua ejus parte. Demum promiſit, & promittit atque concedit, quod Homines Bonifacii propter eorum fidelitatem, & quia ex virtute, ut aſſeritur, Conventionum ſuarum, ſint franchi & immunes in omnibus Terris Communis Januæ, de cætero etiam in tota dicta Inſula immunes ſint, & illis immunitatibus gaudeant, & utantur, quibus gaudent, & utuntur, in Civitate Januæ, aliis Terris Juriſdictionis Januenſis, & in eo ſtatu, & gradu præſerventur, in quo erant, & tractabantur pacifico tempore regiminis dicti Officii. Promiſit inſuper, & promittit præfatus Franciſcus Procurator, & Procuratorio nomine ut ſupra, quod præfati Magnifici Domini Protectores Comperarum cum ſedecim additis hoc Inſtrumentum dationis, ceſſionis, & translationis, & omnia in eo contenta approbabunt, & ratificabunt per ſolenne Inſtrumentum in forma valida, & ampla cum inſertione hujus Inſtrumenti de verbo ad verbum, & ulterius curabunt, & facient cum effectu, quod Commune Januæ, ſeu legitime deputati, aut deputandi ab ipſo Communi ſimiliter dictam dationem, ceſſionem & translationem approbabunt, & ratificabunt in ſolenni forma, & inſtrumenta ratificationum & ceſſionum dictus Procurator dicto nomine teneatur expediri facere & transmittere prælibato Illuſtriſſimo Domino Duci in forma valida & autentica infra terminum menſium quatuor proxime futurorum. Quæ omnia, & ſingula prædictæ partes & utraque earum mutuis inter ſe ſe ſtipulationibus & promiſſionibus, promiſerunt una verſus alteram, & altera verſus alteram dictis quibus ſupra nominibus prædicta omnia & ſingula, & ſingula ſingulis congrue & debite referendo attendere & obſervare ſemper & omni tempore, nec unquam ullo futuro tempore contrafacere, vel venire de jure, nec de facto, directe, nec per indirectum, aut aliquo quæſito colore ſub obligatione ſui nominibus ut ſupra, & omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum, & ſub refectione, & reſtitutione omnium damnorum, expenſaram, & intereſſe litis, & extra, proinde patiendorum, & ſuſtinendarum: et ulterius juraverunt, & jurant ad Sancta DEi Evangelia in manibus mei Notarii infraſcripti veluti perſonæ publicæ ſtipulantis, & recipientis nomine, & vice præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis, & Conſortis, filiorum ſuorum, nec non Magnificorum Dominorum Protectorum Comperarum Sancti Gerogii & aliorum quorumcumque intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quommodolibet in futurum, prædicta omnia, & ſingula, & ut ſupra attendere, & obſervare. Renunciando, & renunciant ipſæ partes, & utraque earum exceptioni non factæ dictæ dationis, ceſſionis, & translationis, ac promiſſionum, & obligationum, & omnium, & ſingulorum ſic & taliter non geſtorum, exceptioni doli mali, metus in factum, actioni, condicioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, omnique probationi & defenſioni in contrarium, ac omni alii Legis & juris auxilio, quo, vel quibus ſe tueri vellent, aut defendere contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum. De quibus omnibus, & ſingulis præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux juſſit, & jubet, dictusque Franciſcus dicto nomine rogavit, & rogat per me Cichum, Notarium & Secretarium infraſcriptum confici debere unum, & plura inſtrumenta ejusdem tenoris. Actum in Camera nuncupata Canis ſolitæ reſidentiæ prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis ſita in Curia Arenghi Civitatis Mediolani. Præſentibus Spectabile Johanne Symoneta, quondam Domini Antonii Secretario, & Johanne Antonio de Girardis de Papia filio Domini Bernini Cancellario Ducalibus Notariis & Protonotariis; Pro teſtibus autem Magnificis Domino Antonio de Cincinellis de Neapoli Sereniſſimi Domini Regis Ferdinandi Oratore, Sfortia ſecundo Vicecomite præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis filio, Domino Magiſtro Benedicto de Reguardatis de Nurſia Phyſico, Antonio Guidobono filio quondam Domini Cavalchini, & Vincentio de Amidanis Secretariis, Donato de Burris, filio quondam Domini Dioniſii familiari Ducalibus, & Chriſtoforo Panigarola Cive, & Mercatore Mediolani notis, idoneis, vocatis & rogatis.

Et ego Cichus Symoneta quondam Domini Antonii de Calabria publicus Imperiali auctori-

Digitized by Google

ctoritate Notarius prædictis omnibus, dum sic agerentur, rogatus interfui, sed aliis ipsius Illustrissimi Domini nostri Ducis occupatus per alium idoneum, & mihi fidum Virum scribi feci, postmodum legi, & auscultavi, & concordare inveni, nihilque varium a veritate rei consistere comperi, ideo ad majus robur præmissorum, fidemque clariorem me propria manu subscripsi, ac signum meum apposui consuetum, & de Ducali Mandato Ducali pendenti Sigillo muniri feci.

XCVIII.

Treugæ inter Johannem, Regem Aragonum, & Franciscum Sfortiam, Ducem Mediolani eorumque subditos & fideles initæ, ac, ad utriusque partis beneplacitum, etiam post eorum revocationem, per duos annos duraturæ, d. d. 11. Decembr. An. 1464. quibus utriusque partis plenipotentiæ & ratificationes adjunctæ sunt.

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo quatercentesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia decima, die Veneris octavo mensis Martii. Illustrissimus Princeps & Excellentissimus Dominus Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ, & Cremonæ Dominus, habens plenam noticiam, & certissimam cognicionem de nonnullis Convencionibus, Pactis, & Capitulis Treguarum, & induciarum tractatis, praticatis, celebratis & concluſis inter Serenissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Johannem, Dei gratia Regem Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ Comitem Barchinonæ, Ducem Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comitem Rossillionis, & Ceritaniæ, sive Magnificum, & Spectabilem dilectum Consiliarium, & Camarlengum Sublimitatis suæ Dominum Petrum Duream Militem Generalem, Locumtenentem suum in Regno Valentiæ ad infrascripta peragenda mandatum, & potestatem plenissimam habentem pro præfato Serenissimo Domino Rege, & ad partem, & utilitatem Subditorum quorumcumque suorum ab una parte, & Nobilem Johannem Antonium de Fignio familiarem, aulicum, & Oratorem ipsius Illustrissimi Domini Ducis Mediolani ad eadem peragenda pari modo largum Mandatum, & plenissimam potestatem habentem pro præfato Illustrissimo Domino Duce, ad partemque, & utilitatem Magnifici Communis Januæ, & Subditorum quorumcumque suorum Januensium ab altera parte, & de ratificatione & nova concessione & firmamento dictarum conventionum, pactorum & capitulorum facta per prælibatum Serenissimum Dominum Regem, pro ut prædicta omnia apparent publico Instrumento inde confecto, rogato & clauſo in Civitate Terraconæ die undecimo mensis Decembris anni proxime decursi millesimi quadringentesimi sexagesimi quarti per Spectabilem Antonium Nogueras, præfati Serenissimi Domini Regis Prothonotarium, & ejus auctoritate per universam ejus dicionem publicum Notarium, & subscripto manu propria ipsius Serenissimi Domini Regis ac pendenti solito ejus Sigillo munito tenoris hujusmodi videlicet:

In Jesu Christi nomine, & Virginis Mariæ Genitricis ejus. Cunctis pateat, & sit notum, quod nos Johannes Dei gratia Rex Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis, & Cerithaniæ, vi-

so, & attente inspecto quodam publico Instrumento cum Capitulis in eo insertis firmatis per Spectabilem dilectum Consiliarium & Camarlengum nostrum Petrum Durrea Militem generalem Locumtenentem nostrum in Regno Valentiæ tamquam Procuratorem nostrum, & a nobis plenam & specialem potestatem habentem ab una, & per nobilem, & Magnificum Virum Johannem Antonium de Figino Oratorem Illustrissimi Principis Francisci Sfortiæ, Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Januæ & Cremonæ Domini, ejusque Procuratorem & Mandatarium, & ab ipso plenam & specialem potestatem habentem, recepto, testificato, & clauso, per Magnificum & dilectum Consiliarium, & Prothonotarium nostrum Antonium Nogueras Notarium publicum subscriptum, cujus quidem publici Instrumenti tenor de verbo ad verbum habet continentiam sequentem.

In Christi nomine & Virginis Mariæ ejus Matris. Cunctis pateat & sit notum, quod nos Petrus Durea Miles Camerlengus Serenissimi Principis, & Domini Domini Johannis Dei gratia Regis Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, Comitis Barchinonæ, Ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comitis Rossilionis & Ceritaniæ, suæque Maestatis in Regno Valentiæ Generalis Locumtenens, tamquam Procurator ejusdem, habensque a Serenitate sua ad infrascripta posse, & speciale Mandatum, instrumento publico mediante manu propria Domini Regis subsignato, suoque Sigillo impendenti munito, cujus series de verbo ad verbum tenoris sequentis:

In Dei nomine. Pateat universis, quod nos Johannes Dei gratia Rex Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comes Rossilionis & Ceritaniæ, de affectu & voluntate Illustrissimi Francisci Sfortiæ Vicecomitis, Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Januæ & Cremonæ Domini affinis & amici nostri Carissimi, circa subscripta veram noticiam habentes suis Litteris ad Serenitatem nostram datis, tum etiam ex serie potestatis per eum attributæ Nobili, & Magnifico Viro Johanni Antonio de Figino familiari suo, cum ejus Charta pergamenea, ipsiusque sigillo sigillata datum Mediolani die vigesimo quinto Octobris proxime dimissi, & circa ea, quæ in vim dictæ potestatis agenda sunt per eumdem Nobilem Virum Johannem Antonium de Figino, nomine Procuratorio dicti Illustrissimi Ducis, et etiam nomine & vice, & ad partem, & utilitatem Communis ejus Civitatis Ja-

Digitized by Google

nuæ, pro quo de rato habendo idem Illuſtriſſimus Dux promiſit, reddere nos conformes, ac morem gerere cupientes dicto Illuſtriſſimo Duci tenore præſentis publici Inſtrumenti de noſtris certa ſcientia, & conſultu, eis modo via, jure, cauſa & forma quibus melius, & validius poſſumus, facimus, conſtituimus, deputamus, & ordinamus, verum, indubitatum, certum, & ſpecialem Procuratorem noſtrum Vos ſpectabilem atque Magnificum Conſiliarium Camerlengum, & Locumtenentem noſtrum generalem in Regno Valentiæ Petrum Durea Militem, de cujus fide Induſtria, prudentia, & integritate plenam fiduciam obtinemus, videlicet ad praticandum, iniendum, faciendum, firmandum & concludendum, pro nobis & nomine noſtro Pacem, concordiam, & veram intelligentiam inter nos ex una parte, & præfatum Illuſtriſſimum Ducem, & prædictum Commune Januæ ex altera, nec non etiam Inducias, & Treguas ad tempus, & ſeu ad tempora, & cum illis pactis, conditionibus, clauſulis, & ſolemnitatibus, de quibus, & pro ut vobis viſum fuerit, & per dictum Illuſtriſſimum Ducem Mediolani prælibato Johanni Antonio ejus Oratori conceſſum & indultum extitit; & generaliter omnia & ſingula, expreſſe agendum, faciendum & firmandum in præmiſſis & circa præmiſſa quæcumque utilia fuerint, neceſſaria & opportuna, & quæ nos facere poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, etiamſi talia eſſent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale; nos enim vobis ſuper præmiſſis & circa ea agenda, tractanda, praticanda, concludenda, facienda, & firmanda, pro nobis, & nomine noſtro locum, vices, & voces noſtras conferimus cum plenisſima poteſtate. Promittentes in noſtris bona fide Regia, in manu, & poſſe Prothonotarii noſtri, & Notarii infraſcripti ut perſonæ publicæ pro nobis, & pro aliis etiam perſonis omnibus, quorum intereſt, & intererit, poteſtque & poterit intereſſe quomodolibet in futurum ſtipulantis & recipientis nos ſemper, & omni tempore ratum, gratum, validum & firmum habituros quicquid per vos dictum Procuratorem noſtrum in prædictis & circa ea praticatum, tractatum, actum, geſtum, factum, & firmatum fuerit, & nullo tempore revocaturos ratione aliqua ſive cauſa, vel aliquo quæſito colore ſub ipoteca, & obligatione bonorum, & jurium noſtrorum omnium ubique habitorum & habendorum. Quod eſt datum & actum in Civitate Terraconis die undecimo Decembris, anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto Regnique noſtri Navarræ anno trigeſimo nono, aliorum vero Regnorum noſtrorum ſeptimo.

Signum † Johannis Dei gratia Regis Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitis Barchinonæ, Ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comitis Roſſilionis & Ceritaniæ, qui prædicta concedimus & firmamus, huicque publico Inſtrumento Sigillum Commune noſtrum apponi juſſimus impendenti. Rex Johannes.

Teſtes ſunt qui ad prædicta præſentes fuerunt, Nicholaus Puiades Archidiaconus Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barchinonæ, Jacobus Taravàu, Legum Doctor regens Cancellariam, & Bernardus Calba, Miles Regii Conſiliarii. Sig † num mei Antonini Nogueras Sereniſſimi Domini Regis prædicti Prothonotarii, ejusque auctoritate per univerſam ipſius dicionem publici Notarii, qui prædictis interfui, eaque de ipſius Mandato ſcripſi, feci, & clauſi. Dominus Rex mandavit mihi Antonio Nogueras, in cujus poſſe firmavit, parte ab una, & Johannes Antonius de Figino Orator & Familiaris Illuſtriſſimi Principis Franciſci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, ac Januæ & Cremonæ Domini, tamquam Procurator & Mandatarius ipſius, & habens a dominatione ſua ſufficientem & amplam poteſtatem cum ejus Charta ſuo Sigillo intus inteſo ſigillata, cujus tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

Franciſcus Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes ac Januæ & Cremonæ Dominus. Cum inter cætera humanæ conditionis beneficia, quæ cælitus dantur, nihil jucundius, aut dulcius expeti poſſit quam concordia, per quam, ut latet neminem, dantur hominibus mercaturæ arbitria, & ad virtutes ſtudia præſtantur; hincque coluntur prædia, ac bonorum omnium principia habentur, & demum, ut veteri & trito loquamur proverbio: Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia vero maximæ dilabuntur. Eo hactenus ſemper ducti ſumus, & in præſens quanto magis ducimur deſiderio, quod quali nos Pacis, & concordiæ fructu gaudemus, tali etiam quodcumque hominum genus potiatur, hi potiſſimum, cum quibus ſumus ſtricto amoris & benivolentiæ nexu devincti: Inter quos eſt Sereniſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Dominus Johannes Dei gratia Rex Aragonum &c. cui ob illam caritatem, qua nos paterne complectitur, ſummo mentis affectu devincimur. Sunt etiam Januenſes noſtri, quos ſi antea ut amicos amabamus, nunc non amare tantum, ſed omnino favoribus noſtris proſequi compellimur, & eorum jura tutari, ſic exigente ipſorum in nos devotione, & fide, ſic etiam, quia a Sereniſſimo Domino Ludovico, Dei gratia Rege Francorum, fuit in nos translatum ejus Civitatis noſtræ Dominium. Cum igitur præfati Sereniſſimus Dominus Rex Aragonum ex una, & Januenſes ex altera parte invicem aliquando diſcrepantes extiterint, hujus rei cauſa utrinque multa incommoda ſunt exorta, non parvo tenemur affectu ea gerere poſſe, propter quæ beneficia Pacis & Concordiæ nobiscum æqua lance ſuſcipiant; ſed cum obſtet viarum diſtantia, ut non poſſimus mentis noſtræ conceptum perſonaliter exercere, duximus per aliam perſonam nobis fidam, atque idoneam cogitatus noſtros adimplere. Quare plenisſimam habentes fiduciam, in virtute & ſufficientia Nobilis Viri Johannis Antonii de Figino dilecti Familiaris noſtri, non ſecus quam de nobis ipſis; Tenore præſentium ex certa noſtri ſcientia, ac de noſtræ poteſtatis plenitudine, etiam abſolutæ, & alias omni modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus melius & validius poſſumus, eumdem Johannem Antonium facimus, conſtituimus & deputamus certum Nuntium, Miſſum, Procuratorem & Mandatarium noſtrum, & quicquid melius dici, & eſſe poſſit, ad Procuratorio nomine noſtro, ac etiam nomine & vice, & ad

partem

Digitized by Google

partem & utilitatem Communis Inclytæ Civitatis noſtræ Januæ, pro quo de rato habendo promittimus, eſſendum cum præfato Domino Rege Arragonum, & ejus Maeſtate dicendum, & referendum, quæcumque ſibi commiſimus, & in mandatis dedimus, & illa etiam, quæ ſibi neceſſaria, & opportuna videbuntur, & ad firmandum, gerendum, praticandum & concludendum Pacem, Concordiam, & veram intelligentiam inter præfatum Serenisſimum Dominum Regem Aragonum ex una parte, & nos & prædictum Commune Januæ ex altera, ſeu aliis, nec non etiam Inducias, & Treguas ad tempus, & ſeu ad tempora, & cum illis pactis, conditionibus, clauſulis, & ſolemnitatibus, de quibus, & prout ejus prudentiæ magis viſum fuerit pro bono, & utilitate dictarum parcium: ita ad agendum, & faciendum generaliter, & expreſſe omnia & ſingula in præmiſſis, & circa præmiſſa neceſſaria, & opportuna, & quæ nos facere ipſi poſſemus, ſi perſonaliter intereſſemus, etiamſi talia eſſent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale. Dantes, & concedentes eidem Johanni Antonio Mandatario, & Procuratori noſtro ſupraſcripto, eamdemmet poteſtatem, baliam, arbitrium, & auctoritatem noſtro, & dicto nomine dicendi, referendi, firmandi, gerendi, praticandi, & concludendi, ac demum omnia alia agendi, & faciendi in præmiſſis & circa præmiſſa neceſſaria & oppotuna, etiamſi talia eſſent, quæ non venirent in generali ſermone, quam nos habemus, & habere poſſe diceremur; Promittentes quoque ſub fide noſtra, & obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum pignori, & ippotecæ nos ratum, gratum, & firmum habituros ſemper & omni tempore quicquid per ipſum Johannem Antonium Mandatarium, & Procuratorem noſtrum actum, geſtum, & factum fuerit nomine noſtro, & dicti Communis Januæ, & quod nullo umquam tempore tam dicto quam facto contraveniemus ex aliqua cauſa, ſeu ex aliquo quæſito colore, neque contraveniri aliquovis modo patiemur. Supplentes denique ex eadem poteſtate noſtra omni defectui quarumcumque ſolemnitatum, quæ in præſentibus noſtris Litteris intercedere debuiſſe dicerentur. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique Sigilli impreſſione muniri. Datum Mediolani die vigeſimo quinto Octobris milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quarto. *Cichus.* Parte ab altera. Viſis & diligenter recognitis, & inſpectis quibusdam Capitulis, quæ tractata, & concordata fuerant, inter quosdam dicti Domini Regis Conſiliarios ad hoc ſpecialiter aſſignatos, & deputatos vice & nomine prælibatæ Regiæ Majeſtatis, & me dictum Johannem Antonium de Figino ut Oratorem, & habentem ſpeciale poſſe a dicto Illuſtriſſimo Domino Duce, ut ſuperius continetur; quorum quidem Capitulorum ſeries de verbo ad verbum habet continentiam ſubſequentem. Conventiones & pacta inita, & firmata ac jurata inter ſpectabilem Virum Petrum Duream Militem Regium Regni Valentiæ Locumtenentem Generalem, Camerlengum, & Conſiliarium, ac Procuratorem & Procuratorio nomine Maeſtatis Serenisſimi Domini, Domini Johannis, Dei gratia Regis Aragonum, Navarræ Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corſicæ, Comitis Barchinonæ, Ducis Athenarum & Neopatriæ, ac etiam Comitis Roſſilionis, & Ceritaniæ ad infraſcripta plenam poteſtatem habentem ex una parte, & Magnificum Virum, Johannem Antonium de Figino Oratorem, & Familiarem Illuſtriſſimi Domini Franciſci Sfortiæ Ducis Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitis, Januæ & Cremonæ Domini, habentem ad infraſcripta a prælibato Illuſtriſſimo Domino Duce Mandatum Speciale ex parte altera. Imprimis quod inter Subditos ejusdem Maeſtatis ſibi fideles præſentes, & furos, & Januenſes præfato Illuſtriſſimo Domino Duci obedientes abinde, & Mari, & Terra ſint induciæ, ſeu Treguæ ad partis utriusque beneplacitum firmiter duraturæ etiam poſt earum revocationem ab utraque, vel altera parte faciendam per annos duos exinde ſequentes; quam quidem revocationem pars revocans parti alteræ infra menſes duos ſuis Litteris ſignificare teneatur, alioquin Induciæ, ſeu Treguæ hujusmodi non cenſeantur revocatæ, ad quod partes hujusmodi accedunt, ut inter Subditos ejusdem Majeſtatis, & Januenſes prædictos marcandi, ſeu repreſaliandi occaſio, & illarum executio, ipſis durantibus induciis, ſit ſublata, & ipſi ſe mutuo, benivole, & amice proſequantur, & ita non liceat Regiis Subditis, & Januenſibus ad invicem uti marchis, aut repreſaliis ullo modo, neque etiam poſſint ad invicem petere in judicio vel extra emendam vel ſatisfactionem aliquorum damnorum, quæ aliquando invicem illata eſſent. Item quod durantibus induciis hujusmodi, ſeu Treguis Subditi ejusdem Maeſtatis ſibi fideles præſentes, & futuri in partibus omnibus Januenſis Territorii, ſeu diſtrictus præfato Illuſtriſſimo Domino Duci obedientibus, & Januenſes ipſi partium ſcilicet obedientium eidem Illuſtriſsimo Domino Duci, infra præfatæ Maeſtatis diciones libere, & ſine aliquo impedimento valeant, & poſſint venire, ſtare, morari, pernoctare & redire, & ſua quælibet commercia exercere quotiens eisdem Subditis & Januenſibus placuerit. Item quod ab hujusmodi Commercio, & quacumque humana & benivola tractatione cenſeantur excluſi, & penitus exempti Januenſes degentes in partibus infra Territorium Januenſium præfato Illuſtriſſimo Domino Duci non obedientibus, & pariter Subditi ejusdem Maeſtatis partium Cathaloniæ ſibi non obedientes. Item quod Subditi ejusdem Maeſtatis ſibi fideles in partibus diſtrictus, ſeu Territorii Januenſium præfato Illuſtriſſimo Domino Duci non obtemperantibus, & pariter Januenſes ipſi Illuſtriſſimo Domino Duci obedientes in partibus Cathaloniæ eidem Maeſtati rebellibus per ſe, vel interpoſitas perſonas directe, vel indirecte nequeant quævis Commercia exercere, neque eis copiarum, ſeu aliarum rerum auxilio eſſe, neque apud eos victualia deferre, neque cum eis Fœdera, aut Inducias inire, immo ſi qua inita ſunt, illico revocentur. Item quod in ſolvendis juribus, ſeu datiis tam per Januenſes in Dominiis, & Terris præfatæ Maeſtatis quam per ejus Subditos in Civitate & diſtrictu Januæ obſervetur, pro ut fuit obſervatum tempore divi Alphonſi Regis, & bonæ memoriæ Philippi Mariæ, Ducis Mediolani. Item quod ſi aliqui ex prædictis Regiis ſubditis vel Januen-

Digitized by Google

nuensibus, vel aliquis eorum contrafecerint, pœnam vitæ, & publicationis bonorum omnium incurrant; & quod partes prædictæ infra earum dictiones teneantur in ipsos contrafacientes animadvertere, banniendo illos de Dominiis suis si personas eorum habere non potuerint, & de bonis eorum, quantum sufficiant, damna passis satisfacere, & alias diligentius illos persequi; taliter ut pœnas ipsas debita punitione luant. Item quod prædictæ Induciæ, seu Treguæ currere incipiant per menses tres computandos a die, qua innotuerit præfato Serenissimo Domino Regi eumdem Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani hujusmodi Capitula ratificasse & confirmasse, ut superius continetur. Item quod tam prædictus Serenissimus Dominus Rex, quam præfatus Illustrissimus Dominus Dux habeant terminum trium mensium ad ratificandum prædicta, & inde post ratificationem prædictam tenebunt, & observabunt & exequentur omnia & singula superius contenta sub pœna quinquaginta millium Ducatorum per contrafacientem, & non observantem incurrenda, & parti alteræ applicanda totiens quotiens fuerit contrafactum; rato manente pacto prospiciente Capitula superius inserta & quodlibet eorum fuisse & esse conventa, & concordata, ob niniam benivolentiam, quæ est inter eosdem Serenissimum Dominum Regem, & Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, ac quietem Subditorum tam Regnorum & Terrarum præfati Domini Regis, quam etiam Civium, & districtualium Januæ. Idcirco nos partes prædictæ, & utraque nostrum, nominibus quibus supra eadem Capitula supra inserta, & quodlibet eorum, Iuduciasque seu Treguas omniaque & singula in eis contenta, & ad tempus, ac tempora, ac modis, & formis, in eis designatis, & mentionatis, concedimus, & firmamus, illaque firma, & rata habemus, & haberi volumus omni casu, promittentes nos partes prædictæ, & utraque nostrum, ego videlicet dictus Petrus Durea vice, ac in personam prælibati Domini Regis sub fide & verbo Regio Maestatis suæ, & ego dictus Johannes Antonius de Figino vice, & in personam dicti Illustrisimi Domini Ducis sub ejus fide & verbo Ducali, quod uterque eorum Capitula supradicta, & quodlibet eorum, omnia, & singula in eis contenta, pro ut ad unumquemque eorum dignoscitur pertinere, & spectare, singula singulis referendo, tenebit, & observabit ac inviolabiliter servari faciet, firmiter, plane, & simpliciter ad bonum sensum, sanum & sincerum intellectum eorumdem, & non contrafaciet, aut aliquem contravenire sinet quavis occasione, seu causa, quæ dici, aut cogitari possit, quin immo tam dictus Dominus Rex, quam prælibatus Dominus Dux eadem Capitula, & quodlibet eorum tenebunt & complebunt, & exequentur, teneri, compleri, & exequi facient a Subditis unius cujusque eorum omni fraude sublata, sub pœnis in ejusdem capitulis mentionatis, & obligatione, & speciali ipoteca bonorum uniuscujusque ipsorum ubicumque reperiantur. In quorum omnium & singulorum testimonium duo consimilia Instrumenta publica fieri fecimus per Prothonotarium Regium, & Notarium publicum subscriptum, quorum unum maneat penes dictum Dominum Regem, aliud vero mihi dicto Johanni Antonio, ut Oratori, & Procuratori dicti Domini Ducis tradatur pro jure, indemnitate, & interesse tam dicti Domini Regis quam prælibati Domini Ducis, quod actum fuit in Civitate Terracone die undecimo mensis Decembris Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Testes fuerunt ad prædicta præsentes vocati & rogati, Venerabilis Nicholaus Puiades, Archidiaconus, Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barchinonæ, Jacobus Taravau, Legum Doctor regens Cancellariam, Bernardus Calba Miles Regii Consiliarii, & Tadeus Vismala, Civis Mediolanensis. Si † gnum mei Antoni Nogueras, Serenissimi Domini Regis prædicti Prothonotarii ejusque auctoritate per universam ejus dicionem publici Notarii, qui prædictis una cum prænominatis Testibus interfui, eaque scribi feci. Constat autem de rasis & correctis in lineis sexta ubi legitur & XXXVIII. sit sublata & LXVII. ipoteca; & clausi. Attendentes quod in vim unius ex Capitulis præinsertis tam nobis, quam præfato Illustrisimo Domino Duci Mediolani præfixus est terminus trium Mensium ad ratificandum illa, prout habet series ipsius Capituli, ad quod referimus. Idcirco volentes id, quod ad nos attinet quam primum efficaciter adimplere. Tenore præsentis, deliberate, ac de nostri certa scientia, Capitula ipsa, & quodlibet eorum, prout superius continetur & inserta sunt ac per prædictos Procuratores nomine nostro & dicti Illustrisimi Ducis concessa, & firmata fuerunt in nostri personam, & ipsius, ratificamus, & de novo concedimus, & firmamus, plenisimamque obtinere censemus roboris firmitatem pro ut series eorumdem Capitulorum, & utriusque eorum singula singulis referendo habet, & in eis, & quolibet eorum latius dicitur, & continetur, promittentes in nostri regia bona fide, in posse dicti nostri Prothonotarii, ac Notarii subscripti, tamquam publicæ, & autenticæ personæ pro nobis, & dicto Illustrisimo Duce, & aliis omnibus quorum interest, & interesse poterit quommodolibet in futurum recipientis ac legitime stipulantis, quod prædicta omnia, & singula Capitula & contenta in eisdem ac hujusmodi nostram ratificationem tenebimus & observabimus, teneri, & observari a subditis nostris inviolabiliter faciemus, & non contraveniemus, aut contra fieri permittemus quavis occasione, titulo, sive causa, sub pœnis in eisdem Capitulis appositis & adjectis, quod actum fuit in Civitate nostra Terracone die undecimo mensis Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, regnique nostri Navarræ XXXIX. aliorum vero regnorum nostrorum septimo.

Signum Johannis Dei gratia Regis Aragonum, Navarræ, Siciliæ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corsicæ, Comitis Barchinonæ, Ducis Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitis Rosilionis, & Ceritaniæ, qui prædicta concedimus & firmamus, huicque publico instrumento sigillum nostrum apponi jusimus impendenti: Rex Johannes.

Testes sunt, qui ad prædicta præsentes fuerunt, Nicolaus Puiades, Archidiaconus Beatæ Mariæ de Mari Civitatis Barchinonæ, Jacobus Taravau, Legum Doctor regens Cancellariam, Bernardus Calba

ba Miles, Regii Consiliarii, & Tadeus Vismala Civis Mediolanenses.

Signum mei Antonii Nogueras Serenissimi Domini Regis prædicti Prothonotarii ejusque auctoritate per universam ipsius dicionem publici Notarii, qui prædictis interfui, eaque scribi feci cum rasis & correctis in lineis XXXVIII. ubi legitur etiam, & in eadem alibi obedientibus Januensibus & XXXVIIII. ipsi partium, scilicet obedientium eidem Illustrissimo Domino Duci infra præfatæ Majestatis diciones libere, & sine aliquo impedimento valeant, & possint; & clausi. Dominus Rex mandavit mihi Antonio Nogueras ejus Prothonotario, in cujus posse firmavit.

Et volens prædicta omnia superius firmata, conventa & concluſa e latere suo adimplere & executioni mandare, cum nihil gratius intelligere potuisset, neque posset, quam quod inter Subditos præfati Serenissimi Domini Regis, cui filiali amore & reverentia devinctus est, & Januenses Subditos ipsius Illustrissimi Domini Ducis bona Pax, & concordia vigeat, qua utriusque partis Subditi invicem praticare, mercari, & tute, ac libere, & sine ulla molestia sibi ipsis inferenda, tam per Terram, quam per aquam Maris, & aliorum quorumcumque Fluminum ire, & navigare valeant; ex certa scientia, & animo deliberato, ac firmo proposito, & omnibus modo, jure, via, causa, & forma, quibus melius, & validius potuit, & potest, ipsas Conventiones pacta, & Capitula, ac omnia, & singula, in eis contenta, & generaliter omnia alia per ipsum Johannem Antonium Procuratorem, & Oratorem suum acta, gesta, conventa, concluſa, promissa, & firmata ut supra nomine præfati Illustrissimi Domini Ducis, ac ipsius Communis Januæ, & omnium Januensium Subditorum suorum ratificavit, approbavit, & confirmavit, & per præsens Instrumentum ratificat, approbat, & confirmat, promittens sub fide boni, & Legalis Principis, & sub pœna superius expressa mihi Notario infrascripto, & Cancellario præfati Illustrissimi Domini Ducis tamquam personæ publicæ stipulanti, & recipienti nomine, & vice ipsius Serenissimi Domini Regis, & omnium & singulorum, quorum interest, & interesse poterit quommodolibet in futurum, quod dictas conventiones, promissiones, pacta & Capitula & omnia & singula, in eis contenta, & præsens Instrumentum ratificationis & ipsam præsentem Ratificationem realiter, & vere attendet & observabit, & per dictos Januenses Subditos suos attendi, & observari faciet sincere, & bona fide, & non contrafaciet, nec non veniet directe, vel indirecte aliqua ratione, causa, vel occasione, aut aliquo quæsito colore, quæ dici, vel excogitari possent; Et de prædictis omnibus præfatus Illustrissimus Dominus Dux jussit, & jubet per me Irium Notarium & Cancellarium infrascriptum fieri debere instrumentum unum, & plura ejusdem tenoris.

Actum in Curia Arenghi Civitatis Mediolani in Camera Canis solitæ residentiæ præfati Illustrissimi Domini Ducis, præsentibus Marco de Trottis, quondam Dominici, & Johanne Blancho de Cremona, quondam Antonii Ducalibus Cancellariis, Notariis & Protonotariis. Interfuerunt ibi testes Reverendus in Christo Pater Dominus Ja. An. Dei gratia Episcopus Parmensis natus quondam Domini Jacobi Ducalis Consiliarius, Magnificus Miles Dominus Lanzalotus de Mayno quondam Domini Ambrosii Ducalis affinis, & aulicus, Spectabilis Antonius Maria de Mirandula natus Magnifici Domini Johannis Francisci, Petrus de Gallerate aulicus natus Domini Johannis, Magister Lazarus de Tedadis de Placentia, Physicus Ducalis, Carolus de Cremona quondam Manredini, Magister Caciarum Ducalium, Floramons de Gratianis de Cotignola quondam Girardi, & Donatus de Burris de Mediolano quondam Dionysii Ducales Camerarii, omnes idonei, noti, ad prædicta vocati, & rogati.

Ego Irius de Venegono Christofori Civis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Bartholomæi intus prælibati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius ac publicus Imperiali & Ducali auctoritatibus Notarius prædictis omnibus & singulis, dum sic agerentur, rogatus interfui, & præsens tradidi Instrumentum, quod aliis implicitus negociis ipsius Illustrissimi Domini Ducis per idoneum, & mihi fidum scribi feci, postea examinavi, & concordavi, & nihil alienum a veritate rei gestæ inveni, ideo ad majorem fidem, majusque robur omnium præmissorum Instrumentum ipsum propria manu subscripsi, ac solitum mei Tabellionatus signum appossui, quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux ejus solito Ducali Sigillo muniri jussit.

XCIX.

Tabulæ pacis atque foederis inter Blancam Mariam & Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Duces ab una, necnon Pagos Helvetiæ in ipsis tabulis nominatos ab altera parte, pro communi bono ac mutua securitate conservanda, sanciti, d. d. 26. Januar. An. 1467.

In Nomine sacrosanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter Amen.

Ad honorem & reverentiam Salvatoris nostri optimi Maximi quoque, Gloriosissimæque Matris Mariæ Virginis, ac totius Curiæ cælestis triumphantis. Illustrissimi, & quam potentissimi Principes, & Domini Domina Blancha Maria. & Dominus Galeaz Maria Sfortia Vicecomites Duces Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comites, ac Januæ Domini; cum suis filiis, hæredibus & successoribus parte una & Magnifici, & Potentes Domini Domini de Magnifica, Excelsaque Liga Confœderatorum cum suis hæredibus, & successoribus, videlicet Domini de Thurego, Domini de Lucerna, Domini de Urania, Domini de Sungtia, Domini de Undervvalden, supra silvam, & sub silva, Domini de Zug cum suis ad se spectantibus, & Domini de Glarona parte altera, moti Zelo caritatis nec non vinculo mutuæ, & antiquæ suæ amicitiæ, & benivolentiæ, ac ad soliditatem Pacis perpetuæ inter ipsos Dominos contrahentes,

Digitized by Google

tes, eorumque Subditos Civitates, Terras, Oppida, & Villagia per ſuos veros Ambaſſiatores, & Oratores, videlicet Illuſtriſſimi *Domini* Principes ſupraſcripti per Magnificum Ambaſſiatorem ſuum, Dominum Antonium de Beſano Clariſſimum Doctorem Mediolanenſem & præfati *Domini* Magnifici Domini confœderati per Ambaſſiatores ſuos de dictis Partibus Ligæ ſupradictæ vice, & nomine ipſorum & ſpecialiter ad hoc deputatos & congregatos in Oppido Lucernenſi anno, menſe & die infraſcriptis, ad protectionem, & conſervationem ſtatuum ſuorum, nec non ad firmamentum, & augumentationem prædictæ amicitiæ, attento etiam quod Provinciæ partium ipſarum convicinæ exiſtunt, omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuerunt & poſſunt, ſimul inierunt, contraxerunt, & firmaverunt, ac ineunt, contrahunt, concludunt, & confirmant inter ſe ſe, per hæc ſcripta perpetuam, veram & ſolempnem & irrevocabilem Ligam, Confœderationem, Intelligentiam, & Unionem perpetuis duraturam temporibus in modum, vel modos, qui ſequuntur, ſalvis tamen ſemper Ligis, & Confœderationibus, nec non Statutis, & Jurisdictionibus tam Civilibus quam Provincialibus per utramque partem jam prius confectis. Primò quod dictæ partes, & quælibet earum cum ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ac earum Subditi, & Provinciæ perpetuo ſtent, & quod inviolabiliter, ac inconcuſſe ſtabunt in bona Pace, & ſincera amicitia, Liga Confœderatione, & Unione, & quod nullo umquam tempore, aut caſu ſe invicem offendent guerris, vel injuriis, & quod una contra alteram guerram vel injuriam non inferet, nec movebit directe, nec per indirectum, quin immo ſe invicem ſemper bona fide diligant &c. & ſimiliter quod nulla ex dictis partibus dabit recte, nec per indirectum per dictionem ſuam, ſeu per ejus Territorium & diſtrictum, paſſum, tranſitum, favorem, auxilium, vel ſuffragium alicui inimico vel emulo *Domino*, vel *Dominio*, aut ipſarum partium ſubdito volenti, & conanti injuriam, nocumentum, aut guerram inferre alteri ex ipſis partibus, & earum Subditis, quin immo debeant dictæ partes hoc prohibere, & poſſe tenus fideliter prohibebunt &c.

Item, & ſecundo quod pro conſervacione & defenſione Statuum amborum partium ſimul colligatarum, & confœderatarum ut ſupra, ſi aliqua ex eis, videlicet præfati Illuſtriſſimi Domini Principes, & eorum filii, & hæredes, vel univerſalis Liga dictorum Dominorum Confœderatorum guerris, vel anxietatibus aggravarentur, vel opprimerentur, quod avertat Deus, in quibus guerris, ſeu anxietatibus pars oppreſſa alterius partis ſubſidium deſideraret, tunc, & in eo caſu quælibet pars oppreſſa habeat, & habere debeat bonam confidentiam, & fidem in aliam partem, juxta bonam caritatem, Amicitiam, Ligam, & Confœderationem ut ſupra contractam & celebratam.

Item & tertio, quod debita Litteris autenticis, aut *Documentis* publicis confeſſata, quorum ſolvendorum terminus tranſivit, ſolvi debeant ſine ulteriori protellacione ad peticionem ſeu requiſitionem creditoris, ſi debitor tantum in bonis habuerit, ut poſſit ſatisfieri creditori, ſi vero tantum in bonis non habuerit, quod ſatisfacere poſſit, tunc procedatur contra debitorem juxta juris formam, & vigorem, ac ſecundum jura Loci, ubi debitor reſidentiam habet, ſi creditor ulterius expectare non vellet, & quod nullum circa hoc fiat impedimentum.

Item & quarto ſi contingeret, quod avertat DEus, quod aliqua controverſia vel difficultas inter partes ipſas, videlicet, inter ipſos Illuſtriſſimos Principes, Filios, Fratres, & hæredes ipſorum & univerſalem Ligam Dominorum de dictis partibus confœderatorum, vel aliquam ex dictis Communitatibus vel partibus aliquo modo ſuborta eſſet, aut ſuboriretur, quod tunc, & eo caſu pro hujusmodi controverſia, vel difficultate ſublevanda quælibet dictarum partium ſibi eligat, & aſſumat duos probos, & honeſtos Viros, Deumque timentes in Arbitros, vel Commiſſarios ſuos, qui Arbitri, vel Commiſſarii ambabus partibus controverſias habentibus diem juridicam ſtatuere, et intimare debeant, & hi ſimul conveniant videlicet ad Abyaſcam, aut quo ipſismet Arbitris pro eorum commoditate melius placuerit, accedente etiam, voluntate utrarumque partium, ibique dicti quatuor Arbitri poſſint & debeant realiter et bona fide, et intervenientibus propriis eorum Sacramentis ſtrictiſſimis prius præſtandis in manibus partium aut pro eis agentium in ampla forma de recte et juſte procedendo & judicando, nec propter ullam cauſam hæc obmittendo, quantum fides juris jurandi eos aſtringere poſſit, &c. partes ipſas, ſeu agentes pro eis audire, & controverſiam, vel difficultatem ipſam intelligere, aut cognoſcere, aut quantum poterunt primo amicabiliter, ac in concordia & de amicabili compoſitione terminare, & eradicare; & caſu quo dicti Arbitri partes amicabiliter concordare, & differentiam ſopire per compoſitionem amicabilem requirent, quod tunc controverſiam ipſam cognoſcant & decidant de jure, DEum ſemper præ oculis habendo infra menſem a die cæpti judicis computandum, & quod ante omnia dicti Arbitri per illud tempus judicii abſolvantur ab omni nexu, & vinculo juramenti fidelitatis, quo aſtricti vel obnoxii forent præfatis Illuſtriſſimis Dominiis, Principibus, aut alicui Communitati dictæ Magnificæ Ligæ Dominorum Confœderatorum & quod prædicti Arbitri per Dominos, vel ſuperiores ſuos cogantur, & aſtringantur ad prædicta; & quicquid per iſtos quatuor Arbitros, vel per majorem partem eorum ſententiatum & declaratum fuerit, obſervetur; ſi vero in componendo, vel in judicando de jure forent hujusmodi Arbitri diſcordes, quod tunc, & eo caſu actores in caſu, ſeu controverſia pendente in jure ſibi eligere, & aſſumere poſſint quintum Coarbitrum, quem voluerint probum, & honeſtum ut ſupra in Locis propinqioribus, & magis commodis dictis partibus, ut pote in Civitate Curienſi, aut in dictione Valleſienſi, qui

ſit

Digitized by Google

fit de Consilio ibidem, & ambæ partes dictum quintum Coarbitrum rogare debent, ut onus prædictum in se suscipiat, debent etiam rogare Dominos, & Superiores ipsius Arbitri, ut cogant, & astringant ipsum Arbitrum ad suscipiendum prædictum onus, pro ut juris est; qui quidem Coarbiter pariformiter, ac in omnibus & per omnia jurabit, pro ut de aliis Arbitris supra dictum est juxta bonam consuetudinem, & quicquid per supradictos quatuor Arbitros, & per quintum Coarbitrum, aut per majorem partem eorum sententiatum, declaratum, vel ordinatum fuerit, sive de amicabili compositione, sive de jure, illud observetur fideliter, & executioni demandetur, qualibet exceptione cessante, & pars, quæ contumaciter coram ipsis Arbitris comparere contempserit, nisi legitime impedita, puniatur in amissione causæ principalis, & in expensis legitimis.

Item, & quinto, si inter præfatos Illustrissimos Dominos Principes, suos hæredes, & successores parte una, & aliquem singularem vel particularem confœderatum præfatæ Magnificæ Ligæ parte altera quovis modo suborta esset, vel suboriretur aliqua controversia, vel difficultas, debebit tunc talis singularis vel privatus confœderatus, si fuerit Thuricensis, adire *Dominos* suos Thuricenses, si fuerit Lucernensis, Dominos suos Lucernenses, & sic de singulis Communitatibus vel *Dominiis*, & coram eis debebit proponere querelam suam, vel ejus gravamen, videlicet quommodo non potest creditum, vel jus suum a praefatis Illustrisfimis *Dominis* Principibus consequi & ibidem coram eisdem Dominis suis debebit proponere, & ostendere jus, & causam ejus, ac quid, & quantum habere prætendit adversum præfatos Illustrisfimos Dominos Principes, & si illi Domini sui dignoverint, & declaraverint illam talem personam habere justam, bonam, ac honestam causam, & actionem petendi & agendi contra ipsos Illustrisfimos Dominos Principes, debebunt tunc scribere hæc præfatis Illustrisfimis *Dominis* Principibus, quod scilicet audierunt querelam illius personæ, & viderunt jura sua, & quod eis videtur ipsam fovere justam causam possendi petere contra Excellentias suas, & illas exhortari, & rogare, quod velint, agnoscendo bonam fidem, satisfacere illi Concivi suo & si tunc per Illustrisfimos Dominos Principes illi personæ agenti satisfactum fuerit taliter, quod Domini & superiores sui de hoc merito contentur, tunc, & eo casu, debebit talis persona stare tacita, & contenta, nec ulterius perturbare, vel molestare debeat Illustrisfimos *Dominos* Principes, & eorum Subditos; si vero post hæc praefati Illustrisfimi *Domini* Principes non satisfacient illi personæ, vel si nihil juridicum, vel honestum apud tales Dominos non adduxerint, quare non teneantur illi personæ ad petita, tunc, & eo casu prafati *Domini*, si eis videbitur, quod non satisfactum fuerit illi personæ, vel nihil juridicum allegatum, ut supra assentiant, & concedatur illi personæ, quod deveniatur ad Arbitros assumendos e latere præfatorum Illustrisfimorum Dominorum Principum, & e latere illius personæ, qui arbitri eligantur, assumantur, se conferant & jurent, & facient, & denique circa hoc fiant & observentur in omnibus, & per omnia, quæ, & pro ut in proxime præcedenti Capitulo declaratum; salvo tamen, quod unus tantum Arbiter pro singula parte eligatur, & pariformiter in omnibus, & per omnia servetur, & fiat, si privata persona ex subditis præfatorum Illustrisfimorum Dominorum Ducum prætenderet habere jus, & actionem, ut supra, adversum Magnificam dictam Ligam, aut contra aliquam Communitatem, vel partem ipsius, ut supra.

Item, & sexto, si quæstio, vel difficultas suborta esset, vel suboriretur per, & inter personas privatas, vel singulares ex Subditis hinc inde, & si Summa fuerit florenorum centum Renensium, vel infra usque ad quinquaginta, tunc præfati Illustrisfimi Domini Principes ordinare, & constituere debeant tres Judices, unum in Inclyta Urbe Mediolani alium in urbe Cumarum, & tertium in Oppido Birinzonæ, qui ultra, vel præter judices ordinarios omnibus, & singulis ex confœderatis de prædicta Magnifica Liga faciant jus, & justitiæ complementum summarie, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura judicii, & absque omnibus superfluis solempnitatibus, & denique protellatione litis contra quoscumque debitores eorum infra mensem; & si summa debita fuerit Florenorum quinquaginta Renensium vel minor infra quindecim dies, nisi justum, & legiptimum impedimentum obstet, sic pariformiter faciant per omnia, & facere debeant præfati Domini confœderati in Civitatibus, Terris, & dictionibus suis in favorem subditorum Illustrisfimorum Dominorum Ducum, ut singulæ causæ summarius expediantur; si vero per Judices hinc inde denegata fuerit justicia personis agentibus, vel protellata fuerit causa & indicisa suspenderetur, ultra terminos juris, & formam præsentium Capitulorum, tunc, & in eo casu possit actor dimissis judicibus, & jure suprascriptis devenire ad Arbitros, qui Arbitri eligantur, assumantur, se conferant & jurent, & faciant in omnibus, & per omnia, quæ, & pro ut in præcedenti Capitulo declaratum extitit; salvo etiam, quod unus tantum Arbiter pro singula parte eligatur, & pars, quæ contumaciter coram ipsis Arbitris comparere legitime contempserit, succumbat in causa, & condemnetur in expensis: & si contingeret aliquem, de judicibus suprascriptis proferre sententiam definitivam, quæ alicui Confœderato merito esset intolerabilis, sive iniqua, talis confederatus poterit causam suam una cum sententia proponere coram Dominis Confœderatis, & si ipsis videbitur, re mature perspecta ipsam sententiam fore intolerabilem, & iniquam ut supra, debebunt hæc omnia scribere, & exponere præfatis Illustrisfimis Principibus, qui Domini Principes dehinc exquirent a prædictis Judicibus rationes, & causas propter quas moti sunt ad prolationem prædictæ sententiæ. & subsequenter ipsi *Domini* Principes responsa, & alle-

Digitized by Google

allegationes, & cætera, quæ moverint ipsos Judices ad hujusmodi Sententiæ prolationem debebunt rescribere præfatis Dominis Confœderatis, & si post hæc ipsis Dominis Confœderatis allegata, & rescripta per Dominos Principes videbuntur legitima, & justa, tunc talis Sententia servabitur; & executioni demandabitur, si vero præfatis Dominis Confœderatis videretur suprascripta, allegata & producta non fore legitima, & justa, tunc, non obstante nec attenta tali sententia, dandus est locus partibus deveniendi ad Arbitros juxta modum superius expressatum, & quod Arbitri causas hujusmodi cognoscant & decidant infra mensem a die cæpti judicii computandum, pars vero, quæ coram ipsis Arbitris contumaciter comparere contempserit, nisi legiptime impedita, succumbat in causa & contempnetur in expensis legitimis, & idem in omnibus & per omnia, ac de verbo ad verbum servetur, exequatur, & fiat in favorem Civium & Subditorum Illustrisimorum Dominorum Ducum, &c. si vero Summa veri crediti erit ultra summam centum florenorum Renensium, tunc possit actor ex subditis hinc, et inde convenire reum coram altero ex supradictis Judicibus vel potest secum devenire ad Arbitros, & sit in Arbitrio actoris petere jus coram dictis judicibus, vel devenire ad arbitros juxta formam superius declaratam; & hæc omnia serventur bona fide, & sine fraude per suprascriptas Dominationes contrahentes, ac per, & inter earum Subditos.

Item, & septimo, quod prælibati Illustrissimi Domina Ducissa & Dominus Dux eorum liberalitatem & munificentiam exercendo, attenta etiam præsenti amicitia sic, ut supra contracta, supradictis Dominis de Liga Confœderatorum, & omnibus suis subditis, & aliis in ipsorum jurisdictione districtibus, & Dominio habitantibus, & Hominibus Leventinis fecerunt istam graciam, amiciciam, & caritatem, quod ipsi quod ad eorum corpora, & bona deinceps sint & perseverentur immunes, ac exempti ab omni solutione pedagii, & quod conducere valeant, & possint libere & expedite, ac sine solucione pedagii mercimonia sua per totum Dominium & Ducatum Mediolani, ubique, eundo, & redeundo, tam per terram, quam per aquam, excepta inclyta Urbe Mediolani ad fossata exclusive, & quod omnes illi, qui per quatuor annos continuos residentiam habuerunt apud præfatos Dominos Confœderatos, quique tandem nominabuntur in Litteris autenticis præfatorum Illustrissimorum Dominorum Confœderatorum sint, & præserventur immunes, & exempti modis, & formis suprascriptis pro ut sunt præfati Domini Confœderati.

Item, & octavo, quod quicumque ex dictis Confœderatis conduxerint equos vel alia mercimonia temporibus nundinarum, seu aliis quibuscumque temporibus ad Terras vel ad partes præfatorum Illustrissimorum Dominorum Principum possint eos, & ea vendere, & distrahere, & impune, ac ad eorum libitum voluntatis cui, vel quibuscumque voluerint, absque omni impedimento, vel molestia tam præfatorum Illustrissimorum Dominorum Principum, quam aliarum quarumcumque personarum, ita quod deinceps fora sint libera, sic quod emptores tam præfatorum Illustrissimorum Dominorum Principum, quam aliorum quorumcumque emere volentium, non prohibeantur, quin emere possint, & valeant ad libitum ipsorum à prædictis Confœderatis, & quod sine impedimento prædictorum Illustrissimorum Dominorum ac quorumcunque aliorum se transferre possint cum eorum mercimoniis quorsum voluerint.

Item, & nono, si contingerit in Dominio præfatorum Illustrissimorum Dominorum Ducum per aliquem ibi jus dicentium capi aliquem debitorem, & in carceres trudi ad peticionem & instantiam alicujus Confœderati de prædicta Magnifica Liga pro consecutione crediti sui, ut aliquando fit in partibus illis, quod talis detentus, & incarceratus non possit, nec debeat ullo modo relaxari, nec è carceribus liberari absque voluntate, & consensu talis creditoris, nisi prius integranter satisfecerit Creditori pro sorte principali, & pro justis impensis, aut nisi idonee satisdederit, aut sufficiens depositum fecerit, de, & pro facienda integra, & reali satisfactione ut supra infra breve tempus cum æquitate & honestate statuendum, & Judex vel Officialis, qui dolo, vel fraude è carceribus dimittet aliquem captivatum ut supra, nisi modis, & in casibus suprascriptis, teneatur erga talem creditorem ad solutionem debiti, & in omnibus, ad quæ ille debitor relaxatus tenebatur, similisque favor, & executio favorabilis fiat Civibus, & Hominibus præfatorum Illustrissimorum Dominorum Ducum è latere, & in Terris, vel Dominio Magnificæ Ligæ suprascriptæ.

Item, & decimo, si quis ex Subditis hinc inde fidejusserit, vel intercesserit pro alio, & si quis promiserit alteri damnum, & interesse, quod à modo in antea talis fidejussor, vel intercessor, & qui promisit dampnum, & interesse ut supra, & hoc notorium fit per Litteras autenticas, seu Documenta publica, talis absque omni excusatione, & exceptione teneatur, & conveniri possit ad præmissa ut supra, non obstantibus aliquibus Statutis, aut Decretis, vel Ordinationibus quibuscumque in contrarium facientibus, aut quibus caveatur, quod intercessor, vel fidejussor alterius non possit conveniri &c. aut quod promissio dampni, & expensarum ac interesse non habeant vires &c. quoniam si quis plura promittit, ad plura teneatur, & solvat.

Item, & undecimo, quod nemo ex Civibus, vel Hominibus præfatorum Illustrissimorum Dominorum Ducum possit aliquo modo recto, nec indirecto arrestari, molestari, nec inquietari per aliquam personam vel Communitatem præfatæ Magnificæ Ligæ Confœderatorum in eorum Dominio, vel dicione, nisi fuerit verus, & justus debitor, vel nisi pro alio fidejusserit, promiserit, & intercesserit, pariformiter per omnia observetur in favorem Hominum præfatæ Magnificæ Ligæ, & quod nemo ex Subditis hinc

inde

Digitized by Google

inde debeat vel possit incarcerari, nisi ex probabili, vel necessaria aut legitima causa & hæc omnia in, & sub pœna refectionis dampnorum, & interesse, quæ pro tali turbacione, vel arrestacione indebita paterentur, & sustinerentur per talem arrestatum, vel indebite molestatum.

Item, & duodecimo, decisum est pro parte Provinciæ, & Vallis Leventinæ, quod de eadem Provincia, & Valle Leventina cum pleno utili Dominio, redditibus & proventibus pro modo, & quidquid ad gladium Spectat sæcularem, prout & ipsi Domini Uranienses ipsam Vallem hucusque detinuerunt, & ea usi sunt Illustrissimi Principes, & Domini, Domina Ducissa, & Dominus Dux ob specialem amiciciam, & caritatem, quam habent, ad Magnificos supradictos Dominos Confœderatos debent se investire à Venerabilibus Dominis ordinariis Templi majoris glorioſissimæ Virginis Mariæ Mediolani, & tunc ipsam Vallem supradictis Dominis Uranienſibus per investituram assignare possidendam, tanquam rem propriam, sicque eadem Vallis quo modo supraſcriptum est, stare, & permanere debet supradictis Dominis de Urania perpetuis futuris temporibus, non obstantibus prædictis Illustrisimis Dominis, *Domina Ducissa*, *Domino Duce*, eorumque filiis, hæredibus, & Successoribus, nec non *Dominis ordinariis*, & eorum Successoribus, & cæteris quibuscumque.

Item, & tertio decimo pro parte censuum, & reddituum anniversariorum, & aliorum spiritualitatem tangentium, quia ipsi *Domini* ordinarii Ecclesiæ Majoris Glorioſiasimæ Virginis Mariæ in Mediolano prætendunt se habere quandam summam super Communi Provincia, & Valle Leventina, vel super personis singularibus, aut earum bonis, & illi de Leventina prætendunt eis tantam summam non tenere, neque debere dare, seu expedire, concluſum, & declaratum est, quod ipsi *Domini* ordinarii eligant unum, & ipsi de Leventina etiam unum, isti duo sic per prædictas partes electi debent conveniri in confinio, ubi prædicta lis dependet, & debent ibi audire jura, & propositiones partium, earumque Testimonia, & quicquid isti duo sic electi decreverint, quod illi de Leventina tenentur, & obligentur dare ipsis *Dominis* ordinariis, hoc ipsum debent jam dicti de Leventina dare, & expedire dictis *Dominis* ordinariis sive fuerit parum, sive fuerit multum. Ita tamen quod præscripti duo Arbitri declarent, & decernant quantum illi de Leventina solvere, & dare debeant prædictis *Dominis* ordinariis, & quod residuum solvant Illustrisimi *Domini* Principes supradicti, si autem prædicti duo Arbitri in decernendo discordarent inter se, quantum illi de Leventina, aut quantum ipsi Illustrisimi *Domini* Principes solvere, & dare deberent prædictis *Dominis* ordinariis, & tunc ipsi Illustrisimi *Domini* Principes possint eligere unum tertium Coarbitrum, qui sit natus de Confœderatis, & de Consilio eorum, & tunc illi tres Arbitri declarare debent quantum ipsi Illustrissimi *Domini* Principes dare, & solvere debeant *Dominis* ordinariis, & si aliqua de prædictis partibus sive fuerint *Domini* ordinarii, sive isti de Leventina, haberet aliquas querelas, seu actiones adversus aliam partem, sive hoc fuerit de censibus præteritis non solutis, aut superflue receptis, & usis pro talibus differentiis sublevandis debent prædicti duo arbitri, & tertius Coarbiter, cum ipsis etiam declarare, & decernere quid sit faciendum, & quicquid tunc per eos declaratum fuerit debent ambæ partes tenere & fideliter satisfacere sine omni contradictione.

Item, quartodecimo quod in omnibus & singulis supraſcriptis, & capitulatis, & concluſis reservetur, & reservatum esse intelligatur, & sic omne totum, & integrum jus superioritatis, Serenisimi Domini Imperatoris semper Augusti, & similiter reservetur jus Confœderationis per utrasque partes prius confectæ, ut in principio dictum est &c. & quod omnia, & singula supraſcripta Capitula, & in eis contenta intelligantur, & observentur, & adimpleantur, ac intelligi observari, & adimpleri debeant bona fide, puro, sincero, & recto animo, ac ad sanum, & purum intellectum qualibet cavillatione, & siniſtra, vel mala interpretacione cessante; Et ut supradicta Confœderatio, Intelligentia, Liga, & Unio perpetuis futuris temporibus eo melius observari valeat. Nos supradicti Principes & Duces Mediolani pro nobis, ac noſtris hæredibus, & Successoribus, & nos supraſcripti Confœderati dictarum partium Ligæ pro nobis, & noſtris Successoribus promittimus bona fide, & omni semota fraude, supraſcripta omnia, & singula rata, grata & firma habere, & tenere, ac inviolabiliter observare, & adimplere, & nunquam contrafacere, vel contravenire recte, nec per indirectum, nec aliquo ex quæsito colore etc. in quorum testimonium, robur et fidem nos memorati Principes et Duces Mediolani præsentes Litteras Confœderationis duplicatas sigillavimus sigillo noſtro Ducali, et pariformiter nos Confœderati antedictæ dictarum partium Ligæ sigillavimus sigillis singularum Communitatum noſtrarum antedictarum easdem Litteras duplicatas, ut supra, ac de verbo ad verbum conformes, quarum Litterarum sigillatarum cuilibet parti principali contrahenti ut supra assignata est una. Actum in Oppido Lucernensi in Loco Consilii Secreti Magnificorum Dominorum Lucernenſium, Anno à Nativitate Domini Salvatoris noſtri milleſimo quadringenteſimo sexageſimo septimo, vigeſima sexta die mensis Januarii.

Digitized by Google

C.

Contractus matrimonii inter Galeatium Mariam Sfortiam, Ducem Mediolani, & Bonam de Sabaudia, d. d. 9. Maji, An. 1468.

In Nomine Domini Amen.

NOverint ſerie præſentis publici Inſtrumenti univerſi, quod anno ejusdem Domini M. CCCC. LXVIII. Indictione prima, menſis vero Maji nona, Pontificatus ſancti in Chriſto Patris et Domini noſtri D. Pauli divina providentia Papæ II. Anno IV. Serenisſimus ac Chriſtianisſimus D. noſter D. Ludovicus Francorum Rex, nec non Illuſtrisſimus Dominus D. Franciſcus Comes de Longavilla, Procuratores et Procuratoriis nominibus Illuſtriſſimæ Domicellæ Bonæ de Sabaud. ex una; nec non Magnificus & ſtrenuus Miles D. Triſtanus Sfortia Vicecomes Frater, Conſiliarius ac Procurator Illuſt. Principis D. Galeas Mariæ Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Mediolani, parte ex altera in Caſtello Ambaſiæ, Turonenſis Dioceſis exiſtentes, deſtinati prout nobis Philippo le Bernier, & Petro Borruem Apoſtolica & Imperiali auctoritatibus Notariis ſubſcriptis, conſtitit hinc inde inferius inſertis Procuratorum Mandatis una. Videlicet dictorum Chriſtianiſſimi D. noſtri Regis, & D. Comitis de Longavilla ſub Sigillo Regio ad Contractus ineundos in Villa Ambaſiæ conſtituto appenſo & duobus dicti D. Triſtani ſub Sigillo prædicti D. Ducis Mediol. in cera alba eisdem Mandatis ac eorum cuilibet applicatis, conſectis de Matrimonio contrahendo inter prædictos Illuſtriſſim. Domicellam Bonam de Sabaud. & Illuſt. D. Galeas-Mariam Sfortiam Ducem Mediolani pertractantes de & ſuper Matrimonio hujusmodi contemplatione favoreque ejusdem convenerunt inter ſe, fecerunt, tractarunt & inierunt nominibus Procuratoriis jam dictis, coram nobis Notariis prædictis, pacta, tractatus & conventiones ſequentes. Et primo promiſerunt dicti Chriſtianiſſ. D. Rex, ac D. Comes de Longavilla Procuratores, & nomine Procuratorio Illuſtr. Domicellæ de Sabaud. prædicto Magnifico D. Triſtano Sfortiæ Vicecomiti, Fratri, & Oratori, Nuncio, Mandatario, & Speciali Procuratori prædicti Illuſtr. *D.* Galeas-Mariæ Sfortiæ Vicecomitis *D*ucis Mediolani ad infraſpecialiter *D*eputato, quod ipſa Illuſtr. *D*omic. Bona Matrimonium contrahet cum prædicto Illuſtr. *D.* Duce Mediolani, & cum prædicto *D.* Triſtano, tanquam Procuratore, & nomine Procuratorio ipſius Illuſtr. *D.* Ducis Mediolani. Item declaravit prædictus Chriſtianiſſimus *D.* noſter Rex nomine Procuratorio quo ſupra, illius Illuſtr. *D*omicellæ dotem eſſe de centum milibus ſcutorum auri novorum in Regno Franciæ currentium, ſuper bonis rebus & rationibus competentibus ad eam & competituris jure ſucceſſionis defunctorum Illuſtriſimi *D.* Ducis, ac Illuſtriſimæ *D.* Ducisſæ de Sabaudia ſuorum Patris & Matris dum viverent. Item quod prædicta Regia Majeſtas dum fuerit per prædictum Illuſtr. *D.* Ducem Mediolani, & ſuos requiſita, dabit eidem *D.* Duci & ſuis pro effectuali ſolutione ipſius dotis conſequenda, omnimodum favorem, auxilium, ſuccurſum & juvamen, quod in verbo Regis ipſa Regia Majeſtas impartiri pollicita eſt, quotiens expediens fuerit. Idem promiſit dictus *D.* Triſtan. Sfortia Procuratorio nomine quo ſupra, voluit, & conſenſit, quod adveniente caſu mortis prædicti Illuſtr. *D.* Ducis Mediol. (quod abſit) dicta Illuſt. *D*omicella Bona eis reintegrata de totali Summa prædictorum centum millium Scutorum auri pro dicta dote perſolutorum, & ſibi reſtituentur in illis terminis & modis, quibus reperietur fuiſſe ſoluta. Item quod prædictus *D.* Triſtanus Sfortia, nomine Procuratorio quo ſupra, adveniente caſu ſupraſcripto (quod abſit) promiſit aſſignare prædictæ Illuſtr. *D*omic. Bonæ pro ſuo dotalicio, & augmento dotis, dum vixerit, ſeu ſervet viduitatem, ſive non, Summam quindecim millium *D*ucatorum auri de Camera, de intrata annuali, quæ ſibi ſolvetur annis ſingulis ſine aliqua detractione aut diminutione & ex nunc idem *D.* Triſtan. nomine quo ſupra, illam Summam quindecim millium ducatorum dictæ Illuſt. *D*omic. Bonæ aſſignat, & pro aſſignatis vult haberi ſingulis annis ſuper intrata, ſive Recepta Civitatis Papiæ in caſu ſupraſcripto, vultque eidem *D.* Triſtanus nomine quo ſupra Procuratorio, quod Reverend. & Theſaurar. prædictæ Civitatis pro tempore jurent in manu dictæ Illuſt. *D*omic. quod reſpondebunt ſibi de dicta intrata quindecim millium *D*ucatorum auri de Camera; & præterea vult & conſentit ipſe D. Triſtan. Procurator, quod quando intratæ prædictæ Papiæ in caſu prædicto reperirentur quovismodo aſſignatæ, quod ex nunc prout ex tunc in caſu antedicto dotalitium ſive dearium antedictum cenſeatur eſſe aſſignatum ſuper intratis Civitatis Mediol. modo & forma aſſignatis ſuper prædictam Civitatem Papiæ quas Intratas Papiæ & Mediol. caſibus antedictis ad hæc hypothecavit, & hypothecat. Item quod præfatus *D.* Triſtanus nomine Procuratorio, jam dicto caſu prædicto (quod abſit) adveniente, ex nunc aſſignavit dictæ Illuſtr. *D*omic. Bonæ ſuperſtiti remanenti, terram & fortalitium de Abiate Graſſo, pro ſua & ſuorum reſidentia, fultum & munitum ornamentis & utenſilibus, ipſi convenientibus & neceſſariis, quodque cum prædicta Illuſt. Bona in partibus translata fuerit, dicta Illuſt. *D*omic. videbit omnia Loca, prædia, *D*ominia & ſtantias dicto *D.* Duci & ſuo Dominio ſubditas & ſpectantes, quæ eligere poterit alium locum ſi maluerit, ex Locis prædictis, qui ſibi placidior, & animo ſuo acceptabilior fuerit, & illum, quem elegerit, ſibi aſſignare promiſit idem D. Triſt. Procuratorio nomine ſupra dicto. Item promiſit præfatus D. Triſt. nomine jam dicto, quod caſu prædictæ Mortis præfati Illuſt. D. Ducis adveniente, Primogenitus ex hujusmodi Matrimonio procreandus ſuccedet D. & Ducatui Mediolani, alii vero filii & filiæ ex dicto Matrimon. procreandi

Digitized by Google

creandi & procreandæ, ſuccedent, ſeu alias collocabuntur & dotabuntur ſecundum morem & conſuetudinem Ducatus & Patriæ Mediolani. Item conſenſit et promiſit ſupradictus D. Triſt. nomine Procuratorio ſæpedicto, quod adveniente caſu ſæpe dicto mortis Illuſt. D. Ducis, & dicta Illuſt. Domic. ſuperveniente, omnia jocalia usque ad ſummam L. millium Ducatorum, quæ per dictum D. Ducem ſibi donata fuerint, aut per aliam perſonam, & Communitatem contemplatione ejusdem D. Ducis nec non veſtimenta, & bona paraſernalia, ac omnia ejus cauſa parata, quæ tempore mortis ipſius Illuſtriſſ. D. Ducis ejus Mariti tunc habebit, eidem Illuſtr. Domicellæ Bonæ plenarie & integraliter remaneant, de quibus diſponere poterit, ſine contradictione quacumque ad ſuæ voluntatis arbitrium; ita tamen quod ſi prædicta Illuſt. Domic. Bona decedat ſine filiis, ſupradicta omnia & ſingula, quæ tempore mortis fuerint in rerum natura, ſpectabunt & pervenient ad hæredes dicti Defuncti D. Ducis; reſervato quod dicta Illuſt. D. Bona pro ſalute animæ ſuæ vel quod pias cauſas diſponere poterit usque ad Summam millium ducatorum. Item promiſerunt dicti Chriſtianiſſimus D. Rex, D. Comes de Longavilla, & D. Triſt. Procuratoriis nominibus prædictis nobis Notariis ſubſcriptis, ſeu alteri noſtrum ſtipulanti, facere ratificari præmiſſa omnia & ſingula. Videlicet idem Chriſtianiſſimus D. Rex, & D. Comes, per prædictam Illuſtr. Bonam; & viceverſa antedictus D. Triſt. per dictum Dominum Ducem Mediolani, præſentibus ibidem Reverendiſſimis in Chriſto Fratribus ac D. Domino Carolo Archiepiſcopo, Lugdunenſi Galliarum Primate, Geraldo Archiepiſcopo Turonenſi, & venerabili ac circumſpecto Viro Magiſtro Petro Doriole, ejusdem Chriſtianiſſimi Domini Regis, Familiari, cum pluribus atque ibidem adſtantibus. Die vero Martis decima dicti Menſis Maii inde ſequentis Anno, Indictione, & Pontificatu prædictis ante oſtium Capellæ dicti Caſtri Ambaſiæ prædictis Illuſtriſſima Domicella Bona de Sabaudia ex una, & Domino Triſtano Sforcia Procuratore, & Procuratorio Nomine quo ſupra parte ex alia, Perſonaliter conſtitutis cauſa contrahendi in facie Eccleſiæ, & ſolemnizandi Matrimonium jam dictum in præſentia Chriſtianiſſimi D. noſtri Regis, nec non Sereniſſimæ D. D. Carolæ Francorum Reginæ, ac Illuſtriſſimarum Principum D. D. Agnetis de Burgundia Illuſtriſſimi Principis D. Ducis Borbonenſis Matris, Jannæ Duciſſæ, Borbonenſis, & Revendiſſimorum ac Reverendorum D. D. Caroli Lugdunenſis, & Geraldi Turonenſis Archiepiſcoporum prædictorum, Joannis Abricenſis Epiſcopi, ac Nobilium Virorum Arnaudi du Chaſtelet, Yvonis du Fou Scutiferorum dicti Chriſtianiſſimi D. noſtri Regis Familiarium, aliorum quoque plurium Dominorum & Dominarum in multitudine copioſa aſtantium, antedictus Chriſtianiſſimus D. noſter Rex interrogavit prædictum Dominum Triſtanum ſe gerentem Procuratorem dicti D. Ducis, an Procuratorii ſui Mandatum eſſet revocatum a prædicto D. Duce Mediolani ejus Domino; qui quidem D. Triſtanus reſpondendo aſſeruit, quod non erat revocatum; & continuo Reverendiſſimus in Chriſto Pater & D. D. Johannes tit. S. Suſannæ Cardinalis Andegavenſis vulgo nuncupatus, præſtitis juramentis ſolitis hinc inde nominibus prædictis: videlicet quod dicti Illuſtriſſimus D. Dux Mediolani, & Illuſtriſſima Domicella Bona ſibi invicem alter alteri fidelitatem & legalitatem tenebunt, & ſe ſe invicem cuſtodient in proſperitate & firmitate, neque ſe, ſe permutabunt pro alteris æque bonorum meliorum, aut deteriorum, dicto D. Cardinali ſtipulante prout ſtipulatus eſt a dictis Illuſtriſſima Domicella Bona, & Magnifico D. Triſtano, nomine quo ſupra, per verba de præſente ad Matrimonium contrahendum cum reſponſione affirmativa ſubſecuta, Annulum benedictum in altero digitorum ejusdem Illuſtriſſimæ Domicellæ poſuit, hisque actis ut præfertur dictam Cappellam Caſtri introierunt ad Miſſam audiendam. De quibus præmiſſis omnibus & ſingulis Chriſtianiſſimus Dominus noſter Rex & D. Triſtanus Sforcia, Procuratores & Procuratoriis nominibus quibus ſupra petierunt & requiſiverunt a Nobis Notariis ſubſcriptis ſibi fieri ſeu confici unum ſeu plura publica Inſtrumenta.

CI.

Galeatii Mariæ Sforciæ, Ducis Mediolani, ratificatio pactorum cum Ludovico, Marchione Mantuæ ejusque filio primogenito Friderico initorum, d. d. 7. Maji, An. 1470.

GALEAZ MARIA SFORTIA Vicecomes, Dux Mediolani, & Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ & Cremonæ Dominus; Cerciorati de reconducta, & refirma Illuſtris Domini Ludovici Marchionis Mantuæ, & Illuſtris Domini Federici ejus primogeniti pratica, & concluſa per Spectabiles Viros Petrum de Puſterla, & Dominum Thomam de Bononia Equitem auratum, Conſiliarios, Oratores & Mandatarios noſtros dilectiſſimos, ad ſtipendia, & ſervitia noſtra cum proviſione, ſtipendiis, Capitulis, Pactis, Formis, Condictionibus, & reſervationibus ſpecificatis, & contentis in Inſtrumentis inde traditis & rogatis per Nobiles Viros Marſilium de Andriaſiis prefati Domini Marchionis Secretarium, & Marcum Trottum Cancellarium noſtrum Notarios publicos ſub die vigeſimo octavo proxime decurſi menſis Aprilis, ad que volumus ut condigna relatio habeatur, tamque ipſa Capitula refermæ & reconductæ prædictarum, quæ, & vidimus, & intelleximus, & hic pro introſertis haberi volumus grata habentes, cum omnibus, & ſingulis in ipſis, & quolibet eorum ſpecificatis & contentis. Tenore preſentium ex certa ſcientia & de noſtræ plenitudine poteſtatis, confirmamus, laudamus, ratificamus, & approbamus, & ea ipſa & omnia & ſingula in eis & quolibet eorum contenta & ſpecificata obſervare, & adimplere ipſisque, nec ali-

Digitized by Google

cui eorum contrafacere, aut venire directe, nec per indirectum, aut alio quovis quesito colore promittimus in verbo legalis Principis & sub obligatione omnium bonorum nostrorum mobilium, & immobilium presentium & futurorum. In quorum Testimonium presentes fieri, & registrari jussimus, nostrique sigilli impressione munire, & ad majorem omnium predictorum corroborationem nostra propria manu subscripsimus. Datum Papiæ die septimo Maji M. CCCC. LXX.

GALEAZ MARIA SFORTIA, Vicecomes manu propria &c.

(L. S.) *Ciebus.*

CII.

Instrumentum de fidelitate per Civitatem Mediolanum & omnes alias civitates ac terras, jurisdictionem separatam habentes, Galeatio Mariæ Sfortiæ, Duci Mediolani, ac Bonæ, ejus conjugi, nec non Johanni Galeatio, eorum primogenito præstita, confectum, d. d. 30. Decembr. An. 1470.

In nomine Domini Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo, Indictione tertia, die Sabbati trigesimo mensis Decembris, secundum cursum & morem Inclytæ Civitatis Mediolani; Cum post felices dies Illustrissimi quondam Principis, & Excellentissimi Domini Domini Francisci Sfortiæ Vicecomitis Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, Januæ & Cremonæ Domini, supervixerit Illustrisima, & Excellentissima Domina Blanca Maria Vicecomes Ducissa ejus olim Principis Consors Legiptima, & in ipsius Domini Ducis Locum, & Ducatus titulum, & dignitatem successerit, & legitimo, omnique debito jure creatus, insignitus, & sublimatus fuerit Illustrissimus Princeps, & Excellentissimus Dominus noster Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. prælibatorum Dominorum Ducis & Ducissæ Jugalium primogenitus, & deinde sublata ab humanis ipsa Illustrissima Domina Blanca Maria in ejus Locum, Statum & jus successerit, & institutus fuerit, etiam quoad Dominium Civitatis, & Districtus Cremonæ prælibatus Illustrisimus Dominus Galeaz Maria Dux ipsorum quondam Jugalium in Ducatu, & Dominio Successor, licet fides, & devotio Civium, Populi, & totius Universitatis Inclytæ, & Celeberimæ Civitatis Mediolani erga prælibatum Dominum Galeaz Mariam Ducem quemadmodum erga Illustrisimos Principes, & Dominos olim Prædecessores suos, & Statum suum constans, solida atque inviolabilis esse existimetur, ita ut nihil ei addi possit, nec majore corroboratione indigeat, tamen ex abundanti, & ad majorem cautelam in quantum expediat, & amoris, ac caritatis exuberantiam patefaciendam tum erga prælibatum Illustrissimum Dominum, Dominum Galeaz Mariam Ducem, tum erga Illustrissimam Dominam Dominam Bonam de Sabaudia, Ducissam ejus precarissimam Consortem, & inclytam eorum jugalium sobolem, & maxime cum ex eis natus sit Illustrissimus, & Excellentisimus Dominus Johannes Galeaz Maria Sfortia, Vicecomes, Comes Papiæ eorum primogenitus, & post ejus Principis felices dies in Ducatu, & Dominio futurus, DEo dante, successor, & hæres, placuit ipsis omnibus Civibus & Populo, & Universitati Civitatis, Mediolani infrascriptum fidelitatis, & homagii, & obedientiæ juramentum renovare & confirmare, seu de novo, ut infra, præstare; idcirco infrascripti Sindici, et Procuratores totius Universitatis Civium Nobilium, et totius Populi prædictæ inclytæ Civitatis Mediolani, videlicet Portarum infrascriptarum, et per quamlibet earum solemniter, et legiptime electi, creati et constituti per Instrumenta Sindicatuum, et Procurarum tradita et rogata per Notarios infrascriptos de porta in portam ut infra per Nos Notarios, et quemlibet nostrum visa, lecta, et diligenter examinata, et qui universi, et singuli Cives prædictarum portarum, totius Civitatis Mediolani, qui dictos Sindicos et Procuratores solemniter constituerunt, prius citati, et solemniter vocati fuerunt, ut ibidem ipsi Sindici, et Procuratores electi, attestati sunt, et affirmaverunt, et attestantur et affirmant, videlicet per Antianos Parochiarum in singulis domibus earum cum licentia prælibati Illustrisimi Domini Ducis, et ipsa Instrumenta Sindicatuum, et Procurarum fecerunt emanatis prius Litteris Ducalibus, quarum licentiæ et Litterarum Ducalium tenores tales sunt videlicet:

Dux Mediolani, etc. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ et Cremonæ Dominus. Dilectissimi nostri satis intellexistis exhortationem vobis nomine nostro factam de præstanda per nos fidelitate in manibus nostris, & Illustrisimæ Dominæ Bonæ Ducissæ Consortis nostræ præcordialissimæ pro nobis ipsis, & inclyto Johanne Galeaz Maria Sfortia Vicecomite Papiæ Comite primogenito nostro dilectisimo, & Sindicatu & Mandato proinde conficiendo; & quia forte obstaret aliquod Statutum, sive Decretum, seu solemnitas aliqua a statuto, seu Decreto, & maxime præsentia Testis noti contrahentium a Statuto requisiti, ad hoc, ut non posset confici, seu rogari Instrumentum prædicti Sindicatus & Mandati per has nostras ex certa scientia, & ex nostræ potestatis plenitudine etiam absolute dispensamus, impertimur, concedimus, & volumus, quod quicumque Notarii publici Mediolanenses possint & valeant tute, libere, & impune rogare, & conficere prædictum Sindicatus, et Mandati Instrumentum, eique secundi Notarii, et Testes opportuni Interesse, etiamsi aliquis Testis notus omnium Constituentium non intervenerit secundum dispositionem dicti Statuti incipientis, *In quolibet Instrumento* etc. quod postmodum valeat, et teneat, illumque sortiatur effectum, proinde ac si factum, et rogatum fuisset solemniter, et cum interventu, et præsentia dicti Testis noti prædictorum omnium constituentium, prædicto Statuto et aliis Legibus, Statutis et Decretis aliter dispo-

disponentibus, vel aliam formam dantibus non attentis quibus omnibus in hac parte ex certa scientia, et ut supra derogamus, et derogatum esse volumus et mandamus. Ex Castro nostro Portæ Jovis die vigesimo quarto Decembris millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Signata *Cichus*. A tergo: Spectabilibus, et Egregiis, ac Nobilibus et prudentibus Civibus, et Universitati Portæ Cumanæ Inclytæ Civitatis nostræ Mediolani dilectissimis nostris. Galeaz Maria Sforcia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papiæ Angleriæque Comes, ac Januæ et Cremonæ Dominus. Ultra per vos de Mandato nostro factam convocationem Capitis unius ex qualibet domo cujuslibet Portæ Inclytæ Urbis nostræ Mediolani volumus quoque, et vobis committimus, ut iterum et de novo infra tres dies proxime futuros convocari. Similiter invicem faciatis ipsa omnia capita in locis consvetis ad audiendum etiam et faciendum, quæ eis nomine nostro dicentur et injungentur, aliquibus in contrarium non obstantibus, quibus in hac parte ex certa scientia et de nostræ potestatis plenitudine derogamus, et derogatum esse volumus. Ex Castro nostro Portæ Jovis Mediolani die vigesimo sexto Decembris millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Signata *Cichus*. A tergo. Spectabili et Egregio, ac Nobilibus Viris Potestati, Vicario, et duodecim Provisionis Inclytæ Urbis nostræ Mediolani dilectissimis. Et qui omnes convocati, et congregati ut supra per singulas dictarum Portarum totam Universitatem Portarum prædictarum, et totius Civitatis Mediolani repræsentaverunt, et indubitanter ex quatuor Partibus ultra tres partes, ut ipsi infrascripti Cives, et Sindici et Procuratores dixerunt, et dicunt, et protestati sunt, et protestantur, et quorum nomina et cognomina sunt hæc videlicet: Et primo Electi, seu Sindici Portæ Orientalis videlicet Sindici Parochiæ Sancti Babilæ, Magnificus Dominus Augustinus de Rubeis filius quondam Spectabilis Domini Dominici Ducalis Consiliarius Senatus Secreti, Illustrissimus Dominus Comes Galeottus de Biyilaquis filius quondam Magnifici Francisci Christini Ducalis Sescalcus spectabiles. Dominus Philippus Vicecomes Filius quondam Magnifici Domini Jacobi, Dominus Dominicus de Viscardis filius quondam Domini Philippi, Magister Nicolaus de Arsago Phiscus filius quondam Domini Philippi, Magister Nicolaus de Arsago Phiscus filius quondam Domini Magistri Marci, Dominus Joannes de Ulexis filius quondam Domini Ambrosii, Dominus Marchisius de Varlsio filius quondam Domini - - - Dominus Christophorus de Cavaleriis filius quondam Domini Joannis, Dominus Ambrosius de Cavaleriis filius quondam Domini Frascoli, Dominus Stephanus de Poris filius quondam Domini Antonii, Paulus de Mediolago filius quondam Domini Christophori, Baptista de Moresinis filius quondam Domini Joannis, Petrus de Giochario filius quondam Domini Joannis, Lutius Cotta filius quondam Domini Catelani, Opicinus de Cunusculo filius quondam Domini Ambrosii, Laurentius de Brepia filius quondam Domini Leonardi, Joannes de Robecho filius quondam Domini Beltrami, Franciscus de Preminugo filius quondam Domini Marcoli, Joannes dictus Thorinus de Rau, filius quondam Pisanelli, Vicentius Santonius filius quondam Domini Jacobi, Joannes Morexinus filius quondam Domini Georgii, Jacobus de Inasate filius quondam Domini Joannis, Angelinus de Brepia filius quondam Domini Leonardi, Thomas de Navate filius quondam Domini Antonii, Andreas de Provano filius quondam Domini Lucini, Dominicus de Busnago filius quondam Domini Petri, Ambrosius de Caponago filius quondam Domini Christophori, Baldasar de Circano filius quondam Domini Joannis, Joannes Antonius Servellonus filius quondam Domini Petri, Martinus de Tomagallo filius quondam Domini Joannis, Antonius de Lampugnano filius quondam Domini Arasmi, Antonius de Mozate filius quondam Domini Petrini, Joannes de Zurlis filius quondam Domini Galdini, Baptista de Suico filius quondam Domini Antonii, Petrus Benzonus, filius quondam Domini Antonii, Christophorus de Scaravacis, filius quondam Domini Raymundi, Joannes de Mantegatiis filius quondem Domini Masioli, Leo de Bonate filius Domini Stephani, Thomasius de Micolis, filius quondam Domini Joannis, Lucas de Pasqualibus filius quondam Domini Iloppini, Christophorus de Preppia, Filius quondam Domini Leonardi, Antonius de Gallarate, filius quondam Domini Georgii, Ambrosius de Rovidi filius quondam Joannis, Petrus Celestinus de Pegiis filius quondam Magistri Georgii, Damianus de Ripalta. filius quondam Domini Marci, Ancellinus de Cimiliano filius quondam Domini Thomasii. Petrus Joannes de Torquatis filius quondam Domini Venantii, Petrus de Lampugnano filius quondam Domini Arasmi, Dominicus de Pazago filius quondam Domini Simonis, Magnificus Dominus Thomas de Reate filius quondam Domini Francisci Comes, & Miles, Venerabilis Vir Dominus Præsbyter Martinus de Marliano filius quondam Domini Stefani, Magister Vicencius de Lampugnano filius quondam Magistri Bartholomei, Johannes de Marliano filius quondam Domini Guilielmi, Joannes de Rovidi filius Domini Petri, Aluisius de Inviciatis filius quondam Domini Martini, Bellinus de Marliano filius quondam Domini Philippi, Nicolaus de Raymundis filius quondam Domini Guberti, Vicencius de Cremona, filius quondam Domini Masioli. Thomas de Verpellis de Laude filius quondam Domini Joannis, Augustinus de Rovidi, filius Domini Petri, Bertollinus de Seregno filius quondam Domini Georgii, Magister Joannes de Vaylate, filius quondam Domini Dionysii, Christophorus de Leuco filius quondam Domini Joannis, Joras de Magistris filius Domini Stephani, Antonius de Casamara filius quondam Domini Dominici, Galeaz de Benzonibus filius quondam Domini Antonii, Ambrosius de Cisate filius quondam Domini Antonii, Antonius de Crispis filius quondam Domini Joannis, Petrus de Barlasina filius quondam Domini Bernabini, Paulus de Calvis filius quondam Domini Aloysii, Franchus de Sechina, filius quondam Domini Masioli, spectabilis Dominus Antonius de Marliano filius quondam spectabilis Domini Alberti, Dominus Bartolameus de Pagnanis Legum Doctor, filius quondam Domini Petri Pauli, Jacobus de Mantegatiis filius quondam Domini Joannis, Dominus Albertus de Marliano filius quondam Domini Joannis Magni, Albertus de Litis filius quondam

Digitized by Google

minus Dionyſius de Triultio filius quondam Domini Benedicti, Dominus Iri de Venegono filius quondam Domini Chriſtophori, Dominus Gabriel de Ondegardis filius quondam Domini Ambroſii Dominus Chriſtophorus Lanzapanicus filius quondam Domini Guidotti, Dominus Raphael de Dugnano, filius quondam Domini Leonis, Dominus Joannes Aloyſius de Criſpis filius quondam Domini Caſparoli, Dominus Joannes de Soldonibus filius quondam Domini Joannis, Defendinus de Biliis filius quondam Domini Joannis, Baptiſta de Galiate filius quondam Domini Primoli, Joannes Davit de Aretio filius quondam Domini Andreæ, Guidettus de Paganis filius quondam Domini Ambroſii, Joannes de Solario filius quondam Domini Pauli, Joannes de Bripio filius quondam Domini Franciſci, Antonius de Plenis filius quondam Domini Beltrami, Marcus de Gluſiano filius quondam Domini Spinoli, Franciſcus de Ruzinelo filius quondam Domini Franciſci, Michael de Criſpis filius quondam Domini Joañis, Joannes Baptiſta de Foſſato filius quondam Domini Petri, Chriſtophorus de Gaphuris filius quondam Domini Philippi, Georgius de Panuruziis filius quondam Domini Joannis, Petrus Machaſola filius quondam Domini Joannis, Jacobus de Marinonibus filius quondam Domini Boni, Joannes de Morigiis filius quondam Domini Paſcoli, Antonius de Prevertio filius quondam Domini Nicolæ, Honofrius de Vicomercato filius quondam Domini Venetiani, Joannes Petrus de Crivellis filius quondam Domini Antonii, Henricus de Molteno filius quondam Domini Joannoli, Joannes de Badaſio filius quondam Domini Zanonis, Albertus de Gringhellis filius quondam Domini Nicolai, Chriſtophorus de Ripa filius quondam Domini Ambroſii, Franciſcus de Graſſis filius quondam Mainardi, Bartholomeus de Landriano filius quondam Domini Joannis Simonis, Stephanus de Fuſtis filius quondam Domini Joannis, Martinus de Tonſis filius quondam Domini Michaelis, Gabriel de Calcho filius quondam Domini Joannis, Joannes de Gallarate filius quondam Domini Gabrielis, Candidus de Peſſina filius quondam Domini Ambroſii, Aloyſius de Caſate filius quondam Domini Antonii, Chriſtophorus de Caſtello filius quondam Domini Gratiæ, Ardigolus de Cavantis filius quondam Domini Guilielmi, Petrus Pelizonus filius quondam Domini Joannis, Joannes de Valle filius quondam Domini Antonii, Jacobus de Vinzemalis filius quondam Domini Mathioli, Joannes Antonius de Lactuada filius quondam Domini Chriſtophori, Manfredus Segazonus filius quondam Domini Arafini, Gabriel de Baldo filius quondam Domini Leonardi Galeaz de Gluſiano filius quondam Domini Thomaſii, Leoninus de Caſate filius quondam Domini Joannis, Antonius Medicus filius quondam Domini Donati Joannes Jacobus de Matrignano filius quondam Domini Gerardi, Albertus de Caſate filius quondam Domini Philippi, Stephanus de la Strata filius quondam Domini Chriſtophori, Magiſter Jacobus de Ferrariis de Gradi filius quondam Joannini, Joannes de Confaloneriis filius quondam Paſii, Guidettus de Guſano filius quondam Domini Prothaſii, Petrus della Cruce filius quondam Domini Ambroſii, Monegolus de Comitibus filius quondam Domini Ambroſii, Jacobus de Rozis filius quondam Domini Antonii, Joannes de Bernate filius quondam Domini Bernardi, Manfredus de Dugnano filius quondam Domini Luzoli, Franciſcus de Tantiis filius quondam Domini Joannis, Magiſter Bartholomeus de Gravedona filius quondam Domini Luchini, Jacobus de Gavantis de Gorgonzola filius quondam Domini Gandolfini, Joannes de Meda filius quondam Thomaſii, Petrus de Figino filius quondam Domini Joannis, Bartholomeus de Zenio filius quondam Domini Gerardi, Mapheus de Clivate filius quondam Domini Andreæ, Ambroſius de Corrigio filius quondam Domini Maloli, Philippus de Sovico filius quondam Domini Bernardi, Joannes de la Cruce filius quondam Domini Ambroſii, Antonius de Boſſano filius quondam Domini Simonis, Gabriel de Medicis filius quondam Domini Chriſtophori, Nicolinus de Carpanis, filius quondam Domini Salmini, Donatus de Mendotiis filius quondam Domini Antonii, Joannes de Imperialibus filius quondam Domini Valentis, Fazinus de Sancto Petro filius quondam Domini Joannis, Chriſtophorus de Meltio filius quondam Roglerii, Antonius de Curte filius quondam Domini Gabrioli, Petrus de Omate filius quondam Domini Ambroxii, Joannes de Sartori, filius quondam Domini Petri, Creſſonus de Crivellis filius quondam Domini Georgii, Antonius Vicecomes filius quondam Domini Joannis, Chriſtophorus Arzonus, filius quondam Domini Antonii, Baldaſar de Premenugo filius quondam Domini Chriſtophori, Joannes Antonius Pelizonus filius quondam Domini Petri, Guilielmus de Aplano filius quondam Domini Bernabovis, Auguſtinus de Giochario filius quondam Domini Joannis, Meliadufius de Suico filius quondam Domini Mirani, Nicolinus de Vicomercato filius quondam Domini Beltrami, Joannes de Gluſſiano filius quondam Domini Jacobi, Joannes de Caſtana filius quondam Domini Bartholomei, Dominus Joannes de Caſtiliono filius quondam Domini Beltrami, Joannes Antonius de la Strata, filius quondam Domini Chriſtophori, Bartholomeus de Biliis filius quondam Domini Gabrielis, Joannes de Varifio filius quondam Domini Jacobi, Franciſcus de Biliis, filius quondam Domini Stephani, Anſelmus de Buſaro filius quondam Domini Franciſci, Matheus de Biliis filius quondam Domini Stephani, Baptiſta de Tabernis filius quondam Domini Joannis, Joannes Franciſcus de Boſiis filius quondam Domini Chriſtophori, Stephanus de Dugnano filius quondam Domini Joannis, Hilarius de Cominis filius quondam Domini Petri de Merono filii quondam Domini Martini, Ambroſius de Laude filius quondam Domini Donati, Petrus de Lignatiis filius quondam Domini Chriſtophori, Franciſcus de Campo filius quondam Domini Ambroſii,

Digitized by Google

sii, & Donatus de Ferrariis de Lidi filius quondam Domini Albritii, constituti per Instrumentum traditum per Jacobum de Perego Notarium Mediolani die vigesimo sexto mensis Decembris 1470. cum Ratificatione &c. per Joannem Antonium de Castiliono Notarium die Mercurii, die vigesima Septima suprascripti mensis Decembris; & qui omnes, & singuli Sindici, & Procuratores præfatæ totius Civitatis, & Populi Mediolani ut supra videlicet numero nonaginta, & ultra, videlicet centum quadraginta & ultra electi per singulas portas ut supra juxta morem Civitatis reputaverunt, & reputant totam universitatem, & solidum corpus Communis, Civitatis & Populi Mediolani ut supra, & omnes, & singuli præsentialiter flexis genibus reverenter constituti coram prælibatis Illustrissimis Dominis Galeaz Maria Vicecomite Duce, & Domina Bona de Sabaudia Ducissa ejus Consorte sedentibus pro Tribunali, ut infra suis nominibus propriis, & item Sindicariis & Procuratoriis nominibus dictorum Constituentium, & totius Universitatis prædictarum Portarum singula singulis congrue & debite referendò tenore præsentium, sponte, voluntarie, ex certa scientia, nullo juris, vel facti errore, aut metu ducti, sed animo mature deliberato, & alias omnibus modo, jure, via, causa & forma, quibus melius, & validius, & efficacius fieri & esse possit in manibus præfatorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, & utriusque eorum stipulantium, & recipientium pro se se, & dicto Illustrissimo Domino Joanne Galeaz Maria primogenito, & aliis filiis, & Hæredibus, & Successoribus suis ut infra promiserunt, & promittunt, & manibus corporaliter tactis Scripturis, & Sacrosanctis Evangeliis super quodam Missali, quod præfati Domini Dux & Ducissa suis tenebant manibus ad Sancta DEi Evangelia, & in animas suas proprias, & Constituentium prædictorum, filiorumque & descendentium suorum juraverunt, & jurant quod ab hodierna die in antea usque in perpetuum erunt fideles, finceri & recti, & obedientes homines, Cives, & Subditi prælibatis Dominis Duci, & Ducissæ Mediolani quoad vixerint; & ipso Domino Duce decedente & supervivente ipsa Illustrissima Domina Bona Ducissa erunt fideles, finceri, & recti, ac obedientes homines, Cives, & Subditi ipsi Illustrissimæ Dominæ Ducissæ, tanquam Ducissæ & Dominæ suæ & pro se ipsa propria, & item tanquam Tutrici, Curatrici, & Administratrici, & Tutorio, Curatorio & administratorio nomine præfati Illustrissimi Domini Joannis Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomitis prælibatorum Dominorum jugalium primogeniti, & futuri Ducis, & legitimi Successoris in Ducatu Mediolani, & Dominio ejusque filiis Masculis legitimis hæredibus, & Successoribus, & ipsis deficientibus erunt fideles, & obedientes, & ut supra secundo genito, & successive reliquis, qui ex ordine Successionis admittentur ad Ducatum & Dominium, ita quod in Ducatu Primogenitus succedere debeat, & eo deficiente descendentes ex eo, & eis deficientibus secundogenitus, & deinceps alii per ordinem dictæ successionis succedere debeant casu quo decesserint, seu defecerint ipsi Illustrissimi Dominus Dux, & Domina Ducissa nullis superviventibus filiis legitimis, aut si ipsi quoque decesserint sine liberis, & descendentibus ut supra erunt fideles & obedientes ut supra illi ex Illustribus fratribus legitimis prælibati Domini Galeaz Mariæ Ducis qui ab ipso Domino Duce ad successionem eligetur, & instituetur, de qua institutione & electione constet per instrumentum aut literas prælibati Domini Ducis ejus sigillo Ducali munitas & ita secundum hunc ordinem successionis erunt perpetuo, & omnibus temporibus fideles, recti, finceri, obedientes, & obsequentes omnes Cives, & Subditi prælibatis Dominis Ducis, & Ducissæ, & primogenito, filiisque & successoribus suis, ut præmittitur, sicut eorum veris, naturalibus, & legitimis Dominis, & neminem alium viventem, seu qui naturaliter viveret, & mori posset, cujusvis status, dignitatis, gradus, & præeminentiæ existat, & esse posit, etiamsi de eo oporteret mentionem fieri specialem, etiamsi talis esset, qui à prædictis excludi posse diceretur, aut exclusus intelligi, recognoscent in Dominum suum immediatum, nisi præfatos Dominos Ducem, & Ducissam, & post eos ipsum Illustrem primogenitum suum, & filios, & descendentes suos, & alios deinceps, qui ex ordine prædictæ successionis ut supra admittentur, & omnia agent, & facient pro viribus, & posse suo ad honorem & statum prælibatorum Dominorum Ducis, & Ducissæ, & suorum ut præmittitur, prout & quemadmodum faciunt, & facere debent, & tenentur veri, & fideles homines, & Subditi Dominorum suorum, & quod nunquam erunt, nec se reperient in aliquo Tractatu, Consilio, machinatione, opere vel facto, in quo vel quibus tractetur modo aliquo contra prælibatos Dominos Ducem, & Ducissam, aut suos, ut præmittitur, nec contra eorum personas, aut honorem, vel Statum, aut propter quod ipsi Domini, aut si ut supra, aut alii eorum perdant, seu amittant personam, vel membrum aliquod, seu rem aliquam, quam de præsenti tenent, seu in futurum tenebunt, nec committent, nec pro posse committi patientur aliquid, propter quod præfati Illustrisimi Dominus Dux & Domina Ducissa, aut sui ut supra offensionem aliquam recipient, quin immo si ipsi, aut aliqui eorum sentient, vel audient aliquid ex prædictis contra præfatos Dominos Ducem, & Ducissam aut suos, ut præmittitur, aut eorum aliquem toto suo posse, & omni conatu, & industria impedient, resistent, & prohibebunt, ne id fiat, & ulterius id per se, vel Nuntios aut Litteras eis quanto citius poterunt, propalabunt, & manifestabunt, nec ullo umquam tempore quovis modo facient, aut tentabunt rem aliquam, quæ pertineat, vel cessura sit ad injuriam seu contumeliam præfatorum Illustrisimorum Domini Ducis & Dominæ Ducissæ, aut suorum ut supra, quin immo ad omnem eorum, & cujuslibet eorum requisitionem, omneque Mandatum, ut fideles, recti, & veri, & Originales Cives, & Subditi prælibatorum Dominorum agent, & facient omnia omni tempore

pore necessaria, & utilia servitia, & obsequia in omnem fortunæ & temporis eventum, nec ob aliquam causam præsentem, novam, vel futuram, aut Status varietatem, seu dimminutionem ab obedientia, & fidelitate prælibatorum Dominorum & suorum ut supra se se retrahent, & abstinebunt, & si quid eis, vel alicui eorum in secreto fuerit, vel commissum per eos Dominos, aut suos ut supra, id nemini sine licentia eorum manifestabunt, aut propalabunt, nec aliquid facient, propter quod pandatur, & consilium, quod ab eis, vel aliquod eorum per præfatos Dominos, aut suos ut supra petetur, secundum eis datam ab æterno DEo prudentiam, fidele & immaculatum præstabunt, & denique omnia & singula omni tempore agent, & adimplebunt pro posse, & omni industria, quæ agere debent boni, fideles, recti, sinceri, & obedientes homines, Cives, & Subditi erga Naturales, & directos Dominos, & Superiores suos bona fide, & sine fraude, & in omnibus, & per omnia, prout requiritur, & fieri debet ex natura cujuslibet solemnis fidelitatis, & prout in ea forma, & secundum formam Capitulorum utriusque fidelitatis, tam scilicet novæ, quam veteris, & pro ut in ea forma continetur sub obligatione sui, & principalium suorum bonorum omnium mobilium, & immobilium præsentium, & futurorum, & sub vinculo juramenti prædicti, renuntiantes, & renuntiaverunt, & renuntiant nominibus quibus supra exceptioni non facti, & non præstiti hujusmodi juramenti fidelitatis, & omnium, & singulorum prædictorum non sic, et taliter actorum et gestorum, omnique exceptioni, et defensioni in contrarium; Et de prædictis prælibati Illustrissimi Domini Dux et Ducissa jusserunt, et jubent, dictique Sindici et Procuratores, et quilibet ipsorum rogaverunt, et rogant per nos Notarios, et Scribas infrascriptos, et quemlibet nostrum in solidum publicum debere confici Instrumentum unum, et plura ejusdem tenoris.

Actum in sala magna prælibati Domini Ducis sita in dicto ejus Castro Portæ jovis Mediolani coram Domino Francisco de Bulis filio quondam Domini Christophori Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sanctæ Mariæ Pedonis Mediolani, Gabriele de Suico filio quondam Domini Joannis Portæ Novæ Parochiæ Sancti Victoris ac quadraginta Martyrum, Joanne Antonio de Castiliono filio Domini Alexii Portæ Novæ Parochiæ Sancti Petri ad Cornaredum, omnibus Civitatis Mediolani Notariis, & Pronotariis. Interfuerunt ibi Testes Illustris Dominus Aloysius de Sallutiis primogenitus Illustris Domini Marchionis de Sallutiis, Reverendissimus Dominus Jacobus de la Turre Episcopus Parmensis, Reverendus Dominus Antonius de Sancto Vitali filius quondam Magnifici Comitis Domini Stephani, Spectabilis Dominus Martinus de Nibia Secretarius & Orator Illustris Domini Marchionis Montisferrati, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Christophorus de Perusinis de Pisauro Ducalis Vicarius Provisionis filius quondam Spectabilis Domini Matthei Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Eusebii Mediolani, Magn. Dominus Cola Caretanus, Magnificus Dominus Joannes Columna, Magnificus Dominus Comes Bartholomeus de Scottis, Magnificus Dominus Bartholomeus - - - - - dictus de Quarteriis Miles, Magnifici Domini Nicolaus, & Palavicinus Fratres Marchiones Palavicini, filii quondam Magnifici Domini Rolandi, Magnificus Dominus Corradus de la Porta filius quondam Reverendissimi Domini Domini Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbyteri Cardinalis, Magnificus Comes Dominus Joannes Galeaz Anguissola, Spectabilis Juris utriusque Doctor Dominus Joannes Augustinus de Lsimbardis filius quondam Domini Laurentii, Spectabilis Dominus Joannes Antonius Mezabarba, Spectabilis Miles Dominus Bernardus de Lonate, Magnificus Dominus Joannes Palavicinus de Scipione, Vicarius Consiliarius, & Cremonæ Locumtenens, & Commissarius filius quondam Spectabilis Domini Petri, Magnifici Comites Domini Marsilius & Amoratus fratres de Torellis filii quondam Magnifici Domini Comitis Christophori, Magnificus Dominus Philippus de Eustachio Arcis Ducalis Portæ Jovis Mediolani Castellanus, & Dominus Jacobus de Eustachio Capitaneus Classis ambo filii quondam Magnifici Militis Domini Antonii, omnes testes idonei, vocati, & rogati.

Subscriptus ego Jacobus de Perego filius quondam Domini Vanini Civitatis Mediolani Portæ Novæ, Parochiæ Sancti Stephani ad Nuxigiam Notarius Publicus, ac etiam Notarius, & Scriba, ac Syndicus, & Procurator prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani suprascriptum Instrumentum fidelitatis una cum suprascriptis & infrascriptis Domino Candido de Porris Syndico Fiscali, ut supra, nec non Christophoro de Cambiago, Marco Trotto, Joanne de Belinzona, & Joanne Antonio de Papia omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis majoribus occupatus per alium scribi feci, & in fidem, & Testimonium præmissorum me subscripsi.

Subscriptus ego Candidus de Porris filius quondam Domini Heliæ Civitatis Mediolani Portæ Cumanæ Parochiæ Sancti Thomæ in Cruce Sicariorum Notarius Publicus, & etiam Notarius, & Scriba, ac Syndicus & Procurator prælibati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani suprascriptum Instrumentum fidelitatis cum suprascriptis & infrascriptis Dominis Jacobo de Perego Syndico Fiscali ut supra, nec non Christophoro de Cambiago, Marco Trotto, Joanne de Belinzona, & Joanne Antonio de Papia omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis occupatus per alium scribi feci, & in fidem, & Testimonium præmissorum subscripsi.

Subscriptus ego Christophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Civis Mediolani Portæ Ticinensis Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illustrissimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius & Scriba publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius suprascriptum Instrumentum fidelitatis una cum suprascriptis Dominis Jacobo de Perego & Candido Porro Syndicis Fiscalibus, nec non Marco Trotto, Joanne de Belinzona, Joanne Antonio de Gerardis de Papia omnibus Notariis Publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis negotiis occupatus per alium idoneum scribi feci & in fidem omnium

præ-

Digitized by Google

præmiſſorum me ſubcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam *D*omini Dominici publicus Imperiali, Apoſtolicaque & *D*ucali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi *D*omini *D*ucis Mediolani Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis una cum ſupraſcriptis Jacobo de Perego, Candido de Porris, Syndicis, ac Chriſtophoro de Cambiago Cancellario, nec non infraſcriptis Joanne Antonio de Gerardis & Joanne de Belinzona Cancellariis *D*ucalibus omnibus Notariis publicis rogatis tradidi, & aliis prælibati *D*omini Ducis negotiis occupatis per alium idoneum ſcribi feci & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus ego Joannes Antonius de Gerardis quondam *D*omini Bernini publicus Papienſis, Imperialique ac *D*ucali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri *D*ucis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Dominis Jacobo de Perego, Candido Porro Syndicis Fiſcalibus, nec non Chriſtophoro de Cambiago & Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Ducalibus Cancellariis omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati *D*omini Ducis negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus ego Joannes filius quondam Domini Maffioli de Molo de Belinzona publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ac prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis una cum ſupraſcriptis Dominis Jacobo de Perego & Candido de Porris Syndicis Fiſcalibus, nec non Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, & Joanne Antonio de Gerardis Ducalibus Cancellariis omnibus Notariis publicis rogatus tradidi, & aliis prælibati Domini Ducis Negotiis occupatus per alium idoneum ſcribi feci, & in fidem omnium præmiſſorum me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Ego prædictus Joannes Antonius de Caſtiliono filius *D*omini Alexandri Notarius Coadjutor Ducalis Cameræ apud ſupraſcriptum Dominum Jacobum Perego Syndicum Fiſcalem prædictis pro Notario interfui ut ſupra, & me ſubſcripſi.

Anno & Indictione ſupraſcriptis vigeſimo menſis Januarii. In Caſtro Terræ Viglevani videlicet in Camera cubiculari prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ &c. Spectabiles & Egregii Domini Stephanus de Coſtis, & Zanninus de Riciis Juris utriusque *D*octores Dominus Leonardus de Lege Cauſidicus & Gunifortus de Fiambertis Cives, Syndici, & Procuratores totius Univerſitatis Civium nobilium & Populi Inclytæ Civitatis Papiæ ſolemniter & legitime electi, creati, & conſtituti per Inſtrumentum Sindicatus, & Procuræ traditum & rogatum per Andriolum de Georgiis, & Franciſcum de Morbiis Notarios publicos Papienſes ac Cancellarios præfatæ Communitatis die octavo prædicti menſis Januarii reverenter flexis genibus conſtituti prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Comite Papiæ, & Domina Bona Duciſſa, & Comitiſſa ejus Conſorte pro ſeſe, & item Sindicariis & Procuratoriis nominibus prædictorum Conſtituentium & totius Univerſitatis prædictæ Civitatis Papiæ, in ipſorum Dominorum Ducis, & Comitis, & Duciſſæ & Comitiſſæ manibus tamquam Comitis & Comitiſſæ Papiæ ſimile fidelitatis & obedientiæ juramentum præſtiterunt, ac in omnibus & per omnia juraverunt & promiſerunt pro ut juratum, & promiſſum extitit ut ſupra per inclytam Communitatem Mediolani, ſeu ejus Syndicos & Procuratores, ut præmittitur, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarios, & Notarios Publicos, & quemlibet noſtrum in ſolidum, præſentibus Magnificis, & Spectabilibus & Egregiis Viris Dominis Thoma de Tebaldis de Bononia milite quondam Domini Bacilerii, Alexandro Spinula Doctore Conſiliariis, Domino Magiſtro Joanne de Marliano quondam Domini Caſtelli, Domino Magiſtro Joanne de Ghiringellis quondam Domini Chriſtophori, Domino Magiſtro Ambroſio de Griffis quondam Domini Jacobi, & Domino Magiſtro Lazaro de Teladis filio Domini Antonini omnibus Artium, & Medicinæ Doctoribus Phyſicis, Domino Cola Cajetano Armorum &c. Domino Joanne Aloyſio Vicecomite Milite quondam Domini Gaſparini, Comite Galeotto Bivilaqua, quondam Domini Comitis Chriſtini Franciſci Seſcalco, Jacobo Aliforo filio Domini Thomæ Secretario, Bartholomeo de Locarno Camerario, & Alexandro Coletta de Cremona Cancellario Ducalibus, Teſtibus notis, idoneis, ad præmiſſa rogatis, & Vocatis.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis & Joanne de Molo Notariis etiam in ſolidum rogatis tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto & infraſcriptis Notariis, & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum, Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne

ne Molo Collegis meis, etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes de Molo, quondam Domini Maſioli de Belinzona Civis Mediolanenſis publicus imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum prædictis Chriſtophoro de Cambiago, Joanne Antonio de Gerardis & Marco Trotto Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, propria manu ſubſcripſi ac ſignum Tabellionatus mei conſuetum appoſui in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Similiter eodem die immediate poſt præſtitam prædictam fidelitatem per præfatos Syndicos, & Procuratores Communitatis Papiæ, ac præſentibus Teſtibus ſupraſcriptis, Spectabiles, & Egregii Dominus Georgius de Ponzonibus, Dominus Baldaſar de Caimis, Dominus Nicolaus de Sfondratis Legum Doctor & Georgius de Vayrolis Cives. Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Cremonæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito anno ab incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, indictione tertia die decima prædicti menſis Januarii per Mattheum de Cantiis Notarium publicum Cremonæ, Dominus Joannes Franciſcus de Cautelis, Dominus Caſpar de Tagliaferris Legum Doctores, Dominus Ludovicus de Valeriis Miles, & Comes, & Dominus Petrus Antonius de Centonibus Doctor, Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Parmæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die nono ſupraſcripti menſis Januarii per Nicolaum de Gabrielibus publicum Notarium Parmenſem, Dominus Petrus Maria de Columbo Legum Doctor, Georgius Scottus, Joannes Malvicinus de Fontana, Nicolaus de Arena Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Placentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die undecimo prædicti menſis Januarii, per Leonardum Luſcum Notarium Publicum Placentiæ, Dominus Cervatus de Viſtarino Miles, Dominus Bonnioannes de Fixiraga, Dominus Bartholomeus de Cademuſtis Legum Doctores, & Dominus Joannes Antonius de Micolis Juris peritus Cives, Sindici, & Procuratores Communitatis Civitatis Laudæ ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Auguſtinum de Micolis & Pariſinum de Saleſano Notarios publicos Laudenſes ac Cancellario præfatæ Comunitatis, Dominus Antonius de Buxeto Legum Doctor, Quiricus de Rovedis, & Franciſcus Anolaſca Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Terdonæ, ut publiconſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Caſſano Notarium publicum Terdonenſem; Item Chriſtophorus de Ponzano Subſtitutus per Dominum Petrum de Ponzano loco ipſius Domini Petri infirmi etiam Syndici & Procuratores Communitatis ut publico Subſtitutionis conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die martis nono prædicti menſis Januarii per ſupraſcriptum Antonium de Caſſano Notarium. Petrus Invitiatus Luchinus Aruntus, Julianus Lanzavefia & Acorſinus Graſſius Cives, Syndici & Procuratores Communitatis, Civitatis Alexandriæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Baulinum Granellum, & Michaelem de Petrobonis Notarios publicos Alexandriæ ac Cancellarios prædictæ Communitatis, Dominus Ravaginus Ruſca Doctor, & Miles, Dominus Codeus de Sancto Benedicto Doctor, Aloyſius de Vicedominis & Joannes de Lazariis Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Cumarum, ut publico conſta Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Stuppanis Notarium publicum Cumarum, omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Sindicariis, & Procuratoriis nominibus præfatorum Communitatum ſingula ſingulis congrue debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ Juramentum in omnibus, & per omnia ac ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus, pro ut & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum, Marcum, Joannem Antonium, & Joannem Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcriptis Notariis, & Cancellariis & in ſolidum tradidi, & in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi & propria manu ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes de Molo de Belinzona filius quondam Domini Maffioli Civis Mediolanenſis, publicusque Imperiali & Ducali auctoritatibus

Digitized by Google

ritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, & Joanne Antonio de Gerardis Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Succeſſive eodem die, & immediate poſt præſtitam fidelitatem prædictam per præfatos Syndicos & Procuratores in manibus prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ Mediolani &c. ac præſentibus eisdem Teſtibus, Antonius de Aliprandis, Jacobus de Brianza, Baldaſar Serdonus & Chriſtophorus de Seregno Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Modoctiæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii, per Franciſcum de Panzuliis Notarium Publicum. Franciſcus de Ariſiis, Paſſus de Rupereto, Robertus de Moraſchis, Salvatus de Aſenoriis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caſtelli majoris, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Liſunorum de Maltraverſis & Jacobum de Pedemaſiis Notarios publicos. Nicolaus de Covo, Gafurinus de Barbobus, Joannes de Cropello & Antonius de Galatiis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Soncini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii per Henriginum de Cropellis Notarium publicum. Baſianus de Liſſis, Bartholomeus de Cademuſtis, Michael de Michelibus, Antonius de Imeriſiis, Joannes de Vailate, & Antonius de Fiochis, Syndici & Procuratores Communis Terræ Pizlaonis ut publico conſtat inſtrumento tradito & rogato die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Liſſis Notarium Cremonenſem. Caſparinus de Manentis, Antoniolus de Cateneis, Bertholinus de Platina, & Tholonus Poslanus Syndici, & Procuratores Communis Terræ Caſtri Leonis, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Maffeum de Peſcina Notarium publicum. Antonius de Comitibus, Jacobus de Guarnatiis, Zenoſius Tarolus, & Antonius de Tinzanis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Burgi Sancti Donini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die nono prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Varano Notarium publicum. Homodeus Bonizonus, Joannes de la Porta, Jacobus Brazerius, & Stephanus de Auguſtis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Florenzolæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die decimo prædicti menſis Januarii per Vicentium de Felino Notarium publicum, Magiſter Dominicus Pectenarius, Manfredus Ghirindellus, Philippus Gallina, & Joannes Ragius Syndici, & Procuratores Communis Terræ Boſchi, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium Teſtam Notarium publicum. Jacobus de Longhis, Paſinus de Bononomino, Caſtellus de Teſtis, & Antonius de Zanis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Leucii, & Vicinantiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die octavo prælibati menſis Januarii per Petrum de Caſtello Notarium publicum. Magiſter Gabriel Siccus, Bartholomeus Cateneus, Magiſter Franciſcus Zenarius, & Franciſcus Stagninus, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caravagii, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die octavo prædicti menſis Januarii, per Marchefium Moronum Notarium publicum. Martinolus de Rozonibus, Stephanus de Maldotis, Stephanus Cornellus de Raynonibus, & Bartholomeus Cavalchini de Fredericis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Trivilii ut publico conſtat inſtrumento tradito & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Joannem Antonium de Dutsberthis Notarium publicum. Stephanus de Flore, Raynerius de Capitaneis de Arzago, Chriſtophorus de Aplano & Mattheus de Caſtigliono Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Ripaltæ ut publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Oſcio Notarium publicum. Stephanus de Arnoldis, Georgius de Sizonibus, Petrus de Sachis, & Bartholomeus de Naſis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Mozanichæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Sacchis Notarium publicum omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe ac Syndicariis & Procuratoriis nominibus præfatarum Communitatum ſingula ſingulis congrue & debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ juramentum in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis tenoribus, modis, & formis, quibus, prout, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolanenſis, ut latius etiam publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcriptis Notariis & Cancellariis & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi ac ſignum mei Tabellionatus appo-

Digitized by Google

ſui conſuetum in fidem & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes quondam Domini Maffioli de Molo de Belinzona Civis Mediolani, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarius prædictum Inſtrumentum fidelitatis una cum prædictis Chriſtophoro, Marco & Joanne Antonio Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Anno, Indictione, ac Loco prædictis, die Lunæ vigeſimo menſis Januarii. Nobiles & Prudentes Georgius de Collis, Spiritinus de Puteo, Joannes de Guaſtamiliis, & Ambroſius de Gravarola Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Viglevani ut publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Guſpertis Notarium publicum; Ghirardus Aribaldus, Giraldus Fraſia, Ludovicus Stancus, & Joannes Jacobus Draconus Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Valentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die vigeſimo quinto prædicti menſis Januarii, per Joannem Maximum de Aribaldis Notarium publicum. Franciſcus de Belingeriis, Guizardus de Fionibus, Marcus de Girardis, Franciſcus de Canibus Sindici, & Procuratores Communium Terræ Baſſignanæ, & Loci Mugaroni ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Mercurii vigeſimo quarto prædicti menſis Januarii, per Thomam de Belingeriis Notarium publicum; Bernabos de Graſſis, Petrus de Dietis, Gaſpar de Ruſſis, & Jacobinus de Nazariis, Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Vailate, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die decimo ſeptimo prædicti menſis Januarii per Petrum de Andreis de Calvenzano Notarium publicum omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſeſe, ac Syndicariis Procuratoriis nominibus prædictarum Communium, ſingula ſingulis congrue, & debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ Juramentum, in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus; pro ut, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius ſimiliter publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato per nos ſupraſcriptos, & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago & Joannem Antonium de Gerardis Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & utrumque noſtrum in ſolidum præſentibus Magnifico Domino Turco Cincinello Sereniſſimi Domini Regis Siciliæ Oratore, Illuſtriſſimo Domino Ludovico de Salutiis, Domino Martino de Nidia Illuſtriſſimi Domini Marchionis Montisferrati Secretario & Oratore, Domino Petro de Galerate filio Domini Joannis, Azone, Vicecomite quondam Domini Gaſparrini, Domini Guidantonio Arcimboldo quondam Domini Nicolai, & Domino Magiſtro Lazaro de Tedadis, Artium & Medicinæ Doctore Ducali Fiſco Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcripto Joanne Antonio de Gerardis Collega meo etiam in ſolidum rogato tradidi & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini, publicus Papienſis, ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto Chriſtophoro de Cambiago Collega meo etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

CIII.

Tabulæ fœderis inter Carolum, Burgundiæ Ducem & Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem, mediante Yolanda, Sabaudiæ Regente initi, d. d. 30. Januar. An. 1475.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto Indictione VIII. die Lunæ XXX. menſis Januarii. Cum maxime dignos Principes deceat in omnibus quæ occurrunt ſibi ante oculos ponere majorum ſuorum geſta, eorumque veſtigia imitari, & eam ipſam quoque naturam & conditionem ſapiant Illuſtriſſimi Principes & Excellentiſſimi Domini Karolus Dux Burgundiæ, & Galeas Sforcia Vicecomes, Dux Mediolani, memoriæ ſiquidem retinentes quod ſtrictiſſimo Amicitiæ, benevolentiæ & neceſſitudinis vinculo conjunctæ ſemper fuerint Illuſtriſſimæ Burgundiæ & Vicecomitum familiæ, & præcipue non immemores quod fraterne & intrinſece & invicem vixerint dum in humanis agerent Illuſtriſſimi Principes Domini Philippus Dux Burgundiæ, & Philippus Maria Anglus ac Franciſcus Sforcia Duces Mediolani

Digitized by Google

diolani Patres & Avus ipſorum Ducum Karoli & Galeas-Mariæ, operæpretium etiam cenſuerunt iidem Duces Burgundiæ & Mediolani, ſi quod per Majores ſuos inchoatum, tam ſincero animo & voluntate fuerat illud non minore benevolentia & animorum conjunctione proſequantur & augeant. Idcirco decreverunt uterque pro quiete, ſinceritate, defenſione & ſtabilimento ſtatuum eorum ſe invicem confœderare & colligare & ita tenore præſentis Inſtrumenti ex certa ſcientia animo mature deliberato & omni meliore modo & forma quibus validius & efficacius fieri poteſt devenerunt & deveniunt ad infraſcriptam Ligam & intelligentiam medio Magnificorum Dominorum Guillelmi de Rupeforti Juris Utriusque Doctoris ipſius Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ Oratoris, & Orphei de Ricano, Joannis Angeli de Florentia juris utriusque Doctoris Conſiliariorum & Anthonii de Applano Aulici præfati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ, Ducis Mediolani, Oratorum, qui omnes a Dominis ſuis Principalibus opportuna & ſufficientia ad hæc Mandata habent per nos infraſcriptos Cancellarios & Notarios viſa & lecta, & ad hoc etiam prædicti omnes Oratores & Mandatarii devenerunt & deveniunt accedente ad hæc opera & interpoſitione Illuſtriſſimæ Dominæ Yolant de Francia Duciſſæ Sabaudiæ, quæ quidem Illuſtriſſima Domina Duciſſa mediatrix ut ſupra ad majorem declarationem & ex abundanti intendit continuare & perſeverare in Ligis & intelligentiis quas habet pro ſe & pro Illuſtriſſimo Domino Philiberto Duce Sabaudiæ, Filio ſuo, nec non pro aliis Filiis ſuis, & Statu ſuo cum præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duce Burgundiæ & Duce Mediolani, ac intendit quod per præſens Inſtrumentum, nec per aliqua in eo contenta non fiat prædictis Ligis & Intelligentiis de quibus ſupra directe nec per indirectum præjudicium aliquod, & ita prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra prædictam declarationem, perſeverationem, & continuationem cum omnibus in eis contentis acceptarunt & acceptant. In primis itaque præfati Magnifici Domini Guillelmus Orator, Mandatarius ac nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ ex una, & Orpheus de Ricano, Joannes Angelus de Florentia & Antonius de Applano Oratores & Mandatarii ac aliis meliori modo & forma ut ſupra nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ Ducis Mediolani ex altera Partibus, fecerunt, firmarunt, inierunt, & contraxerunt, ac faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, puram, & meram Intelligentiam, Ligam, Unionem & Confœderationem & quicquid melius dici & eſſe poſſit perpetuo duraturam & irrevocabilem pro ſeſe eorumque Illuſtriſſimorum Ducum Burgundiæ & Mediolani, Liberis, Hæredibus & Succeſſoribus, eorumque Statibus & Dominiis, ; & promiſerunt & promittunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii ſibi invicem & viciſſim nominibus quibus ſupra, quod dicti Illuſtriſſimi Domini Principales ſui, nullas auxiliares copias, nullum ſubſidium pecuniarum, nullum denique conſilium vel favorem præſtabunt directe nec per indirectum palam aut clam, aut alio quovis quæſito colore hoſtibus præſentibus & futuris alterius ipſorum Principalium, ſeu quibusvis Principalibus aut Communitatibus & perſonis turbantibus, moleſtantibus, inquietantibus, vel turbare, moleſtare atque inquietare volentibus præfatos Illuſtriſſimos Dominos Principales aut alterum eorum, Statusque & Dominia eorum, ſeu alterius eorum ſingula ſingulis congrue & debite referendo, quos Status & quæ Dominia prædicti Domini Principales tenent & poſſident de præſenti. Quinimo prædicti omnes Oratores & Mandatarii promiſerunt & promittunt ſibi invicem quod Domini Principales defendent, & adjuvabunt invicem & viciſſim ſeſe, Liberos, Hæredes, & Succeſſores ſuos, Statusque eorum & Dominia, quæ habent, & poſſident de praeſenti ut ſupra de armigeris quatuor centum tantum, cum equis ſex pro quolibet armigero ſumptibus Partis mittentis, durante guerra, aperta tantum prout infra bene paratis & in ordine ſecundum conſuetudinem & morem praedictorum Dominorum Principalium ſive de Ducatis ſexaginta millibus auri tantum ſingulo anno durante guerra aperta, & infra, prout melius elegerit Pars, quæ obligata fuerit mittere quæ Pars poſſit mittere ſive armigeros prædictos ſive dictos ſexaginta mille Ducatos prout maluerit &; hoc totiens quotiens Parti requirenti expediet, ut infra declarabitur, contra omnes & ſingulos non procuratos aut lacesſitos cujuscumque gradus, conditionis, & dignitatis eſſe dicantur, neminem excipiendo, etiam ſi tales forent, qui nominatim venirent excipiendi, & de quibus habenda eſſet mentio ſpetialis & expreſſa. Item quia in Capitulo præcedenti continetur quod Pars poſſit mittere in auxilium Partis offenſæ, ſive dictos quatuor centum armigeros ſive dictos ſexaginta mille Ducatos auri prout maluerit, voluerunt, & convenerunt, ac volunt & conveniunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra quod caſu quo Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ contigerit hujusmodi auxilium mittere Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ & ejus exercitia elegerit mittere prædictos quatuor centum armigeros, tunc & eo caſu ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Burgundiæ

Digitized by Google

quæ bonos, veros, & fideles Vaſallos facere, obſervare, & exequi convenit, & omnino decet, & ad ea quæ virtute & prætextu talis feudi tenentur & obligantur, & quod habebunt, & tractabunt in & cum dictis Civitatibus, & ut ſupra amicos præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis pro Amicis, & Inimicos pro inimicis, cum quibus, de, & pro Civitatibus ipſis, bellum & pacem facient, & habebunt, prout ſuæ libuerit & placuerit Majeſtati.

Quæ omnia & ſingula prædictæ parres, dictis nominibus, ſibi invicem mutua ſtipulatione interveniente, attendere & obſervare promiſerunt & promittunt ſub fide legalium Regis, & Principum, ac obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium præſentium & futurorum, ac vinculo juramenti prædicti.

Renunciantes, & renunciaverunt prædictæ Partes dictis nominibus vicisſim exceptioni non factæ prædictæ recognitionis & renovationis Pheudalis Inveſtituræ, modo, & forma prædictis, ac non præſtitæ prædictæ fidelitatis & non factarum prædictarum promiſſionum & obligationum, prædictorumque omnium & ſingulorum non ſic actorum & geſtorum, ac omnibus probationis & deffenſionis in contrarium. De quibus omnibus & ſingulis prædictæ Partes, dictis nominibus, juſſerunt, & rogaverunt, ac jubent & rogant, per nos Joannem Antonium de Girardis Papienſem, & Joannem Antonium de Caſtiliono Mediolanenſem Notarios publicos, & Ducales Cancellarios publicum fieri Inſtrumentum. Actum in Caſtro Portæ Jovis Inclytæ Civitatis Mediolani in Camera Cubiculari præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ. Præſentibus Magnificis Dominis Petro Franciſco Vicecomite, Palavicino Marchione Palavicino Milite, Cicho Simoneta Milite, Orpheo de Richano, & Petro de Landriano Conſiliariis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Duciſſæ, & Ducis, nec non & Reverendo in Chriſto Patre, ac Spectabilibus Viris, Dominis Jacobo de Caulers Adminiſtratore Eccleſiæ Ebrudunenſis, Petrono de Vaſſochoro Scutifero, & Franciſco Burlet utriusque Juris Doctore omnibus teſtibus notis idoneis ad præmiſſa vocatis & rogatis.

CV.

Inſtrumentum de fœdere An. 1463. inter Ludovicum XI. Francorum Regem, ac Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem, ſancito agens, quod Bona, Mediolani Duciſſa, tutorio nomine filii ſui, Johannis Galeatii Mariæ Sfortiæ, Ducis Mediolani, die 7. Sept. An. 1478. renovavit.

In Nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione undecima, die Lunæ ſeptimo Menſis Septembris. Cum alias Sereniſſimus Princeps, & Chriſtianiſſimus Dominus D. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex pro ſua ſingulari humanitate, ac munificentia in feudum inveſtiverit Illuſtriſſimos Principes & Excellentiſſimos Dominos Franciſum Sfortiam Vicecomitem, & Blancham Mariam ejus Conſortem Duces Mediolani &c. ſeu eorum legitimum Procuratorem, & Mandatarium de Civitatibus Genuæ, & Saonæ, cum omnibus aliis Civitatibus, Terris, Caſtris, Territoriis & pertinentiis ſuis, cum ipſisque Dominis Duce & Duciſſa ſeu prædicto eorum Procuratore & Manatario Ligam & Intelligentiam contraxerit, ut apparet publico Inſtrumento tradito, & rogato Anno curſo 1463. Indictione XI. die XXII. Menſis Decembris per Petrum de Portis Presbiterum Pariſienſem, & Joannem de Salerna, Civem Papienſem Notarios Publicos.

Deinde ab humanis ſublato prefato Illuſtriſſimo Domino Duce Franciſco, relictis & Superſtitibus præfata Illuſtriſſima Domina Blancha Maria ejus Conſorte & Illuſtriſſimo Domino Galeaz Maria Duce primogenito ſuo, ac legitimo Hærede & Succeſſore in univerſo Dominio præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex recognoverit ac in Feudum inveſtiverit ipſos Illuſtriſſimos Dominos Blancam Mariam Duciſſam, & Galeaz Mariam Ducem, ſeu eorum legitimos Procuratores & Mandatarios de dictis Civitatibus, Genuæ, & Saonæ cum memoratis aliis Civitatibus Terris, Caſtris, Fortiliciis, Territoriis, pertinentiis ſuis, ac prædictam Ligam, & Intelligentiam cum ipſis Dominis Duciſſa, & Duce ceu dictis eorum Procuratoribus, & Mandatariis renovaverit, quemadmodum etiam conſtat per patentes Litteras ipſius Chriſtianiſſimi Domini Regis. Datum Amboſæ die 28. Martii 1467.

Anno & Indictione ſupraſcriptis vigeſimo menſis Januarii. In Caſtro Terræ Viglevani videlicet in Camera cubiculari prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ &c. Spectabiles & Egregii Domini Stephanus de Coſtis, & Zaninus de Riciis Juris utriusque *Doctores* Dominus Leonardus de Lege Cauſidicus & Gunifortus de Fiambertis Cives, Syndici, & Procuratores totius Univerſitatis Civium nobilium & Populi Inclytæ Civitatis Papiæ ſolemniter & legitime electi, creati, & conſtituti per Inſtrumentum Sindicatus, & Procuræ traditum & rogatum per Andriolum de Georgiis, & Franciſcum de Morbiis Notarios publicos Papienſes ac Cancellarios præfatæ Communitatis die octavo prædicti menſis Januarii reverenter flexis genibus conſtituti prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Comite Papiæ, & Domina Bona Duciſſa, & Comitiſſa ejus Conſorte pro ſeſe, & item Sindicariis & Procuratoriis nominibus prædictorum Conſtituentium & totius Univerſitatis prædictæ Civitatis Papiæ, in ipſorum Dominorum Ducis, & Comitis, & Duciſſæ & Comitiſſæ manibus tamquam Comitis & Comitiſſæ Papiæ ſimile fidelitatis & obedientiæ juramentum præſtiterunt, ac in omnibus & per omnia juraverunt & promiſerunt pro ut juratum, & promiſſum extitit ut ſupra per inclytam Communitatem Mediolani, ſeu ejus Syndicos & Procuratores, ut præmittitur, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarios, & Notarios Publicos, & quemlibet noſtrum in ſolidum, præſentibus Magnificis, & Spectabilibus & Egregiis Viris Dominis Thoma de Tebaldis de Bononia milite quondam Domini Bacilerii, Alexandro Spinula Doctore Conſiliariis, Domino Magiſtro Joanne de Marliano quondam Domini Caſtelli, Domino Magiſtro Joanne de Ghiringellis quondam Domini Chriſtophori, Domino Magiſtro Ambroſio de Griffis quondam Domini Jacobi, & Domino Magiſtro Lazaro de Teladis filio Domini Antonini omnibus Artium, & Medicinæ Doctoribus Phyſicis, Domino Cola Cajetano Armorum &c. Domino Joanne Aloyſio Vicecomite Milite quondam Domini Gaſparini, Comite Galeotto Bivilaqua, quondam Domini Comitis Chriſtini Franciſci Seſcalco, Jacobo Aliforo filio Domini Thomæ Secretario, Bartholomeo de Locarno Camerario, & Alexandro Coletta de Cremona Cancellario Ducalibus, Teſtibus notis, idoneis, ad præmiſſa rogatis, & Vocatis.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum Inſtrumentum fidelitatis una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis & Joanne de Molo Notariis etiam in ſolidum rogatis tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto & infraſcriptis Notariis, & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi, ac ſignum meum, Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infraſcripto Joan-

Digitized by Google

ne Molo Collegis meis, etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes de Molo, quondam Domini Maſioli de Belinzona Civis Mediolanenſis publicus imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum prædictis Chriſtophoro de Cambiago, Joanne Antonio de Gerardis & Marco Trotto Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, propria manu ſubſcripſi ac ſignum Tabellionatus mei conſuetum appoſui in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Similiter eodem die immediate poſt præſtitam prædictam fidelitatem per præfatos Syndicos, & Procuratores Communitatis Papiæ, ac præſentibus Teſtibus ſupraſcriptis, Spectabiles, & Egregii Dominus Georgius de Ponzonibus, Dominus Baldaſar de Caimis, Dominus Nicolaus de Sfondratis Legum Doctor & Georgius de Vayrolis Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Cremonæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito anno ab incarnatione Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, indictione tertia die decima prædicti menſis Januarii per Mattheum de Cantiis Notarium publicum Cremonæ, Dominus Joannes Franciſcus de Cautelis, Dominus Caſpar de Tagliaferris Legum Doctores, Dominus Ludovicus de Valeriis Miles, & Comes, & Dominus Petrus Antonius de Centonibus Doctor, Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Parmæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die nono ſupraſcripti menſis Januarii per Nicolaum de Gabrielibus publicum Notarium Parmenſem, Dominus Petrus Maria de Columbo Legum Doctor, Georgius Scottus, Joannes Malvicinus de Fontana, Nicolaus de Arena Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Placentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die undecimo prædicti menſis Januarii, per Leonardum Luſcum Notarium Publicum Placentiæ, Dominus Cervatus de Viſtarino Miles, Dominus Bonnioannes de Fixiraga, Dominus Bartholomeus de Cademuſtis Legum Doctores, & Dominus Joannes Antonius de Micolis Juris peritus Cives, Sindici, & Procuratores Communitatis Civitatis Laudæ ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Auguſtinum de Micolis & Pariſinum de Saleſano Notarios publicos Laudenſes ac Cancellario præfatæ Comunitatis, Dominus Antonius de Buxeto Legum Doctor, Quiricus de Rovedis, & Franciſcus Anolaſca Cives, Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Terdonæ, ut publiconſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Caſſano Notarium publicum Terdonenſem; Item Chriſtophorus de Ponzano Subſtitutus per Dominum Petrum de Ponzano loco ipſius Domini Petri infirmi etiam Syndici & Procuratores Communitatis ut publico Subſtitutionis conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die martis nono prædicti menſis Januarii per ſupraſcriptum Antonium de Caſſano Notarium. Petrus Invitiatus Luchinus Aruntus, Julianus Lanzavefia & Acorſinus Graſſius Cives, Syndici & Procuratores Communitatis, Civitatis Alexandriæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Baulinum Granellum, & Michaelem de Petrobonis Notarios publicos Alexandriæ ac Cancellarios prædictæ Communitatis, Dominus Ravaſinus Ruſca Doctor, & Miles, Dominus Codeus de Sancto Benedicto Doctor, Aloyſius de Vicedominis & Joannes de Lazariis Syndici & Procuratores Communitatis Civitatis Cumarum, ut publico conſta Inſtrumento rogato, & tradito die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Stuppanis Notarium publicum Cumarum, omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Sindicariis, & Procuratoriis nominibus præfatorum Communitatum ſingula ſingulis congrue debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ Juramentum in omnibus, & per omnia ac ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus, pro ut & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum, Marcum, Joannem Antonium, & Joannem Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcriptis Notariis, & Cancellariis & in ſolidum tradidi, & in fidem, & Teſtimonium præmiſſorum ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus appoſui conſuetum.

Subſcriptus ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis, Imperialique, ac Ducali auctoritatibus Notarius, & prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi & propria manu ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Joannes de Molo de Belinzona filius quondam Domini Maffioli Civis Mediolanenſis, publicusque Imperiali & Ducali auctoritatibus

Digitized by Google

ritatibus Notarius, ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, & Marco Trotto, & Joanne Antonio de Gerardis Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Succeſſive eodem die, & immediate poſt præſtitam fidelitatem prædictam per præfatos Syndicos & Procuratores in manibus prælibatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Ducis, & Duciſſæ Mediolani &c. ac præſentibus eisdem Teſtibus, Antonius de Aliprandis, Jacobus de Brianza, Baldaſar Serdonus & Chriſtophorus de Seregno Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Modoniæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii, per Franciſcum de Panzuliis Notarium Publicum. Franciſcus de Ariſiis, Paſſus de Rupereto, Robertus de Moraſchis, Salvatus de Aſenoriis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caſtelli majoris, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Mercurii decimo prædicti menſis Januarii per Liſunorum de Maltraverſis & Jacobum de Pedernaſiis Notarios publicos. Nicolaus de Covo, Gaſurinus de Barbobus, Joannes de Cropello & Antonius de Galatiis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Soncini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die Dominico prædicti menſis Januarii per Henriginum de Cropellis Notarium publicum. Baſianus de Liſſis, Bartholomeus de Cademuſtis, Michael de Michelibus, Antonius de Imeriſiis, Joannes de Vailate, & Antonius de Fiochis, Syndici & Procuratores Communis Terræ Pizlaonis ut publico conſtat inſtrumento tradito & rogato die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Liſſis Notarium Cremonenſem. Caſparinus de Manentis, Antoniolus de Cateneis, Bertholinus de Platina, & Tholonus Poslanus Syndici, & Procuratores Communis Terræ Caſtri Leonis, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Maffeum de Peſcina Notarium publicum. Antonius de Comitibus, Jacobus de Guarnatiis, Zenoſius Tarolus, & Antonius de Tinzanis Syndici, & Procuratores Communis Terræ Burgi Sancti Donini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die nono prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Varano Notarium publicum. Homodeus Bonizonus, Joannes de la Porta, Jacobus Brazerius, & Stephanus de Auguſtis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Florenzolæ, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die decimo prædicti menſis Januarii per Vicentium de Felino Notarium publicum, Magiſter Dominicus Pectenarius, Manfredus Ghirindellus, Philippus Gallina, & Joannes Ragius Syndici, & Procuratores Communis Terræ Boſchi, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die Lunæ octavo prædicti menſis Januarii per Antonium Teſtam Notarium publicum. Jacobus de Longhis, Paſinus de Bononomino, Caſtellus de Teſtis, & Antonius de Zanis Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Leucii, & Vicinantiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato & tradito die octavo prælibati menſis Januarii per Petrum de Caſtello Notarium publicum. Magiſter Gabriel Siccus, Bartholomeus Cateneus, Magiſter Franciſcus Zenarius, & Franciſcus Stagninus, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Caravagii, ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato die octavo prædicti menſis Januarii, per Marchefium Moronum Notarium publicum. Martinolus de Rozonibus, Stephanus de Maldotis, Stephanus Cornellus de Raynonibus, & Bartholomeus Cavalchini de Fredericis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Trivilii ut publico conſtat inſtrumento tradito & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Joannem Antonium de Dursberthis Notarium publicum. Stephanus de Flore, Raynerius de Capitaneis de Arzago, Chriſtophorus de Aplano & Mattheus de Caſtigliono Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Ripaltæ ut publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato die octavo prædicti menſis Januarii per Antonium de Oſcio Notarium publicum. Stephanus de Arnoldis, Georgius de Sizonibus, Petrus de Sachis, & Bartholomeus de Naſis, Syndici, & Procuratores Communitatis Terræ Mozanichæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die octavo prædicti menſis Januarii per Bartholomeum de Sacchis Notarium publicum omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe ac Syndicariis & Procuratoriis nominibus præfatarum Communitatum ſingula ſingulis congrue & debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ juramentum in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis tenoribus, modis, & formis, quibus, prout, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolanenſis, ut latius etiam publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito per nos ſupraſcriptos & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago, Marcum Trottum, Joannem Antonium de Gerardis, & Joannem Molum Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & quemlibet noſtrum in ſolidum.

Subſcriptus Ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum infraſcriptis Marco Trotto, Joanne Antonio de Gerardis, & Joanne de Molo Collegis meis etiam in ſolidum rogatus tradidi, & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus ego Marcus Trottus filius quondam Dominici publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ac prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcriptis Notariis & Cancellariis & in ſolidum tradidi, & ſubſcripſi ac ſignum mei Tabellionatus appo-

Digitized by Google

ſui conſuetum in fidem & Teſtimonium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini publicus Papienſis ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcriptis Chriſtophoro de Cambiago, Marco Trotto, ac infraſcripto Joanne Molo Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi, & ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes quondam Domini Maffioli de Molo de Belinzona Civis Mediolani, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Cancellarius prædictum Inſtrumentum fidelitatis una cum prædictis Chriſtophoro, Marco & Joanne Antonio Collegis meis etiam in ſolidum tradidi, propria manu ſubſcripſi, & ſignum mei Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Anno, Indictione, ac Loco prædictis, die Lunæ vigeſimo menſis Januarii. Nobiles & Prudentes Georgius de Collis, Spiritinus de Puteo, Joannes de Guaſtamiliis, & Ambroſius de Gravarola Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Viglevani ut publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato die Dominico ſeptimo prædicti menſis Januarii per Antonium de Guſpertis Notarium publicum; Ghirardus Aribaldus, Giraldus Fraſia, Ludovicus Stancus, & Joannes Jacobus Draconus Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Valentiæ, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die vigeſimo quinto prædicti menſis Januarii, per Joannem Maximum de Aribaldis Notarium publicum. Franciſcus de Belingeriis, Guizardus de Fionibus, Marcus de Girardis, Franciſcus de Canibus Sindici, & Procuratores Communium Terræ Baſſignanæ, & Loci Mugaroni ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die Mercurii vigeſimo quarto prædicti menſis Januarii, per Thomam de Belingeriis Notarium publicum; Bernabos de Graſſis, Petrus de Dietis, Gaſpar de Ruſſis, & Jacobinus de Nazariis, Syndici & Procuratores Communitatis Terræ Vailate, ut publico conſtat Inſtrumento rogato, & tradito die decimo ſeptimo prædicti menſis Januarii per Petrum de Andreis de Calvenzano Notarium publicum omnes conſtituti flexis genibus coram prælibatis Illuſtriſſimis Domino Galeaz Maria Duce, & Domina Bona Duciſſa Mediolani &c. in eorum manibus pro ſe ſe, ac Syndicariis Procuratoriis nominibus prædictarum Communium, ſingula ſingulis congrue, & debite referendo præſtiterunt fidelitatis, & obedientiæ Juramentum, in omnibus, & per omnia, & ſub eisdem verbis, tenoribus, modis, & formis, quibus; pro ut, & quemadmodum præſtitit præfata Communitas Mediolani, ut latius ſimiliter publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato per nos ſupraſcriptos, & infraſcriptos Chriſtophorum de Cambiago & Joannem Antonium de Gerardis Notarios, & Cancellarios ut ſupra, & utrumque noſtrum in ſolidum præſentibus Magnifico Domino Turco Cincinello Sereniſſimi Domini Regis Siciliæ Oratore, Illuſtriſſimo Domino Ludovico de Salutiis, Domino Martino de Nidia Illuſtriſſimi Domini Marchionis Montiſferrati Secretario & Oratore, Domino Petro de Galerate filio Domini Joannis, Azone, Vicecomite quondam Domini Gaſparrini, Domini Guidantonio Arcimboldo quondam Domini Nicolai, & Domino Magiſtro Lazaro de Tedadis, Artium & Medicinæ Doctore Ducali Fiſco Teſtibus ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Subſcriptus ego Chriſtophorus de Cambiago filius quondam Domini Jacobi Mediolanenſis Portæ Ticinenſis, Parochiæ Sancti Georgii in Palatio, prælibati Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius, & Scriba, publicusque Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius ſupraſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto, & infraſcripto Joanne Antonio de Gerardis Collega meo etiam in ſolidum rogato tradidi & ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem, & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

Subſcriptus Ego Joannes Antonius de Gerardis natus quondam Domini Bernini, publicus Papienſis, ac Imperiali, & Ducali auctoritatibus Notarius, prælibatique Illuſtriſſimi Domini Ducis Mediolani &c. Cancellarius anteſcriptum fidelitatis Inſtrumentum una cum ſupraſcripto Chriſtophoro de Cambiago Collega meo etiam in ſolidum tradidi, & propria manu ſubſcripſi ac ſignum meum Tabellionatus appoſui conſuetum in fidem & Teſtimonium omnium præmiſſorum.

CIII.

Tabulæ fœderis inter Carolum, Burgundiæ Ducem & Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem, mediante Yolanda, Sabaudiæ Regente initi, d. d. 30. Januar. An. 1475.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto Indictione VIII. die Lunæ XXX. menſis Januarii. Cum maxime dignos Principes deceat in omnibus quæ occurrunt ſibi ante oculos ponere majorum ſuorum geſta, eorumque veſtigia imitari, & eam ipſam quoque naturam & conditionem ſapiant Illuſtriſſimi Principes & Excellentiſſimi Domini Karolus Dux Burgundiæ, & Galeas Sforcia Vicecomes, Dux Mediolani, memoriæ ſiquidem retinentes quod ſtrictiſſimo Amicitiæ, benevolentiæ & neceſſitudinis vinculo conjunctæ ſemper fuerint Illuſtriſſimæ Burgundiæ & Vicecomitum familiæ, & præcipue non immemores quod fraterne & intrinſece & invicem vixerint dum in humanis agerent Illuſtriſſimi Principes Domini Philippus Dux Burgundiæ, & Philippus Maria Anglus ac Franciſcus Sforcia Duces Mediolani

Digitized by Google

diolani Patres & Avus ipſorum Ducum Karoli & Galeas-Mariæ, operæpretium etiam cenſuerunt iidem Duces Burgundiæ & Mediolani, ſi quod per Majores ſuos inchoatum, tam ſincero animo & voluntate fuerat illud non minore benevolentia & animorum conjunctione proſequantur & augeant. Idcirco decreverunt uterque pro quiete, ſinceritate, defenſione & ſtabilimento ſtatuum eorum ſe invicem confœderare & colligare & ita tenore præſentis Inſtrumenti ex certa ſcientia animo mature deliberato & omni meliore modo & forma quibus validius & efficacius fieri poteſt devenerunt & deveniunt ad infraſcriptam Ligam & intelligentiam medio Magnificorum Dominorum Guillelmi de Rupeforti Juris Utriusque Doctoris ipſius Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ Oratoris, & Orphei de Ricano, Joannis Angeli de Florentia juris utriusque Doctoris Conſiliariorum & Anthonii de Applano Aulici præfati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ, Ducis Mediolani, Oratorum, qui omnes a Dominis ſuis Principalibus opportuna & ſufficientia ad hæc Mandata habent per nos infraſcriptos Cancellarios & Notarios viſa & lecta, & ad hoc etiam prædicti omnes Oratores & Mandatarii devenerunt & deveniunt accedente ad hæc opera & interpoſitione Illuſtriſſimæ Dominæ Yolant de Francia Duciſſæ Sabaudiæ, quæ quidem Illuſtriſſima Domina Duciſſa mediatrix ut ſupra ad majorem declarationem & ex abundanti intendit continuare & perſeverare in Ligis & intelligentiis quas habet pro ſe & pro Illuſtriſſimo Domino Philiberto Duce Sabaudiæ, Filio ſuo, nec non pro aliis Filiis ſuis, & Statu ſuo cum præfatis Illuſtriſſimis Dominis Duce Burgundiæ & Duce Mediolani, ac intendit quod per præſens Inſtrumentum, nec per aliqua in eo contenta non fiat prædictis Ligis & Intelligentiis de quibus ſupra directe nec per indirectum præjudicium aliquod, & ita prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra prædictam declarationem, perſeverationem, & continuationem cum omnibus in eis contentis acceptarunt & acceptant. In primis itaque præfati Magnifici Domini Guillelmus Orator, Mandatarius ac nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Karoli Ducis Burgundiæ ex una, & Orpheus de Ricano, Joannes Angelus de Florentia & Antonius de Applano Oratores & Mandatarii ac aliis meliori modo & forma ut ſupra nomine prælibati Illuſtriſſimi Domini Galeas-Mariæ Ducis Mediolani ex altera Partibus, fecerunt, firmarunt, inierunt, & contraxerunt, ac faciunt, firmant, ineunt, & contrahunt bonam, puram, & meram Intelligentiam, Ligam, Unionem & Confœderationem & quicquid melius dici & eſſe poſſit perpetuo duraturam & irrevocabilem pro ſeſe eorumque Illuſtriſſimorum Ducum Burgundiæ & Mediolani, Liberis, Hæredibus & Succeſſoribus, eorumque Statibus & Dominiis, ; & promiſerunt & promittunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii ſibi invicem & viciſſim nominibus quibus ſupra, quod dicti Illuſtriſſimi Domini Principales ſui, nullas auxiliares copias, nullum ſubſidium pecuniarum, nullum denique conſilium vel favorem præſtabunt directe nec per indirectum palam aut clam, aut alio quovis quæſito colore hoſtibus præſentibus & futuris alterius ipſorum Principalium, ſeu quibusvis Principalibus aut Communitatibus & perſonis turbantibus, moleſtantibus, inquietantibus, vel turbare, moleſtare atque inquietare volentibus præfatos Illuſtriſſimos Dominos Principales aut alterum eorum, Statusque & Dominia eorum, ſeu alterius eorum ſingula ſingulis congrue & debite referendo, quos Status & quæ Dominia prædicti Domini Principales tenent & poſſident de præſenti. Quinimo prædicti omnes Oratores & Mandatarii promiſerunt & promittunt ſibi invicem quod Domini Principales defendent, & adjuvabunt invicem & viciſſim ſeſe, Liberos, Hæredes, & Succeſſores ſuos, Statusque eorum & Dominia, quæ habent, & poſſident de praeſenti ut ſupra de armigeris quatuor centum tantum, cum equis ſex pro quolibet armigero ſumptibus Partis mittentis, durante guerra, aperta tantum prout infra bene paratis & in ordine ſecundum conſuetudinem & morem praedictorum Dominorum Principalium ſive de Ducatis ſexaginta millibus auri tantum ſingulo anno durante guerra aperta, & infra, prout melius elegerit Pars, quæ obligata fuerit mittere quæ Pars poſſit mittere ſive armigeros prædictos ſive dictos ſexaginta mille Ducatos prout maluerit &, hoc totiens quotiens Parti requirenti expediet, ut infra declarabitur, contra omnes & ſingulos non procuratos aut laceſſitos cujuscumque gradus, conditionis, & dignitatis eſſe dicantur, neminem excipiendo, etiam ſi tales forent, qui nominatim venirent excipiendi, & de quibus habenda eſſet mentio ſpetialis & expreſſa. Item quia in Capitulo præcedenti continetur quod Pars poſſit mittere in auxilium Partis offenſæ, ſive dictos quatuor centum armigeros ſive dictos ſexaginta mille Ducatos auri prout maluerit, voluerunt, & convenerunt, ac volunt & conveniunt prædicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra quod caſu quo Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ contigerit hujusmodi auxilium mittere Illuſtriſſimo Domino Duci Burgundiæ & ejus exercitia elegerit mittere prædictos quatuor centum armigeros, tunc & eo caſu ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Burgundiæ

Digitized by Google

gundiæ teneatur & obligatus ſit dare liberum & ſecurum tranſitum dictis quatuor centum armigeris quo conducere ſe poſſunt a partibus Status dicti Domini Ducis Mediolani ad partes Status ipſius Domini Ducis Burgundiæ, & illos inſuper obligatus ſit tractare & tractari facere citra ſolutionem bene & commode, quemadmodum & prout tractantur reliquæ gentes armigeræ Italicæ, quæ ſunt in ſervitiis prælibati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Burgundiæ. Caſu vero quo præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani elegerit dare dictos Ducatos ſexaginta mille auri, tunc ejus Excellentia teneatur & obligata ſit exburſare ſive exburſari facere hujusmodi Ducatos ſexaginta mille auri in Civitate Mediolani cuicunque legitimo Nuntio & Mandatario præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Burgundiæ, ſive in Loco Bragiæ per Literas Cambii prout maluerit ipſe Dominus noſter Dux Burgundiæ. E contra vero ſi contigerit Domino Duci Burgundiæ mittere prædictum auxilium Domino noſtro Duci Mediolani & ejus exercitui elegerit mittere quatuor centum armigeros eo caſu Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani teneatur & obligatus ſit in dando ſive dari faciendo liberum tranſitum prædictis armigeris citra tamen ſolutionem ut ſupra, & in tractando illos prout & quemadmodum tenetur præfatus Dominus noſter Dux Burgundiæ virtute præſentis Capituli ſingula ſingulis congrue referendo. Si vero Dominus noſter Dux Burgundiæ elegerit dare dictos Ducatos ſexaginta mille auri, tunc eius Excellentia teneatur & obligata ſit exburſare hujusmodi Ducatos ſexaginta mille auri in Terris dicti Domini noſtri Ducis Burgundiæ cuicumque legitimo Nuntio & Mandatario prælibati Domini noſtri Ducis Mediolani, ſive in Civitate Mediolani prout maluerit dictus Dominus Dux Mediolani per Literas Cambii. Item quia in prædictis Capitulis dictum eſt de defendendo ſe invicem & viciſſim dictos Principales totiens quotiens parti requirenti expediret ad tollendum omnem difficultatem, quæ in futurum ſuboriri poſſet, Declararunt & declarant ac convenerunt & conveniunt dicti omnes Oratores & Mandatarii nominibus quibus ſupra, quod defenſio & ſubſidium, quod invicem dicti Domini Principales ſui ſibi invicem præſtare tenentur, de armigeris quatuor centum, ſive de Ducatis ſexaginta mille auri tunc & eo caſu teneantur ſibi invicem præſtare & defendere dicti eorum Principales durante Guerra aperta tantum non autem in Trega vel ullo alio tempore. Item quia forte accidere poſſet, quod illa pars, quæ mitteret dictos armigeros, de quibus ſupra, in ſubſidium alterius Partis, non eſſet ſufficiens ad dandum ſive dari faciendum tranſitum liberum & expeditum ipſius armigeris, Declararunt & declarant, obligaverunt & obligant dicti omnes Oratores & Mandatarii, quod tunc & eo caſu ambo dicti Domini Principales invicem facient pro poſſe, quod dicti armigeri, qui mitterentur, ab altero eorum alteri libere tranſibunt & expedite. Item prædicti omnes Oratores & Mandatarii promiſerunt ſibi invicem quod Domini Principales ſui in quacumque Trega, Pace, Appunctamento, Liga, intelligentia & Confœderatione cujuscunque naturæ & materiei ſit quæ fieri contigerit in futurum cum quacumque potentia, ſtatu, perſona, Collegio, Univerſitate ac Principe cujuscumque Conditionis exiſtat, etiam ſi tales eſſent, de quibus quacunque ratione vel cauſa fienda eſſet ſpecialis & expreſſa mentio, ſe invicem & viciſſim includent, & nominabunt pro Colligatis & Confederatis. Item convenerunt dictis nominibus, ut ſupra, quod præſens Liga & Confederatio ſolemniter publicetur, die expoſt declaranda per præfatam Illuſtriſſimam Dominam noſtram Duciſſam Sabaudiæ, cum ſolemnitatibus conſuetis, prout Dominationi ſuæ videbitur. Actum in Arce Montiscalerii, Dioceſis Taurinenſis, videlicet in Camera ſuperiore cubiculari Illuſtriſſimæ Dominæ Yolant Duciſſæ Sabaudiæ, coram ejus Excellentia præſentibus Reverendo Domino Urbano Bonivardi, Epiſcopo Vercell. Magnificis Dominis Petro de Sancto Michaele magno Cancellario & Antonio ex Comitibus Plozaſchi Præſidente Sabaudiæ teſtibus nominatis, vocatis, & rogatis. Signe *Cichus*.

CIV.

Inſtrumentum recognitionis inveſtituræ & renovationis feudi Januæ & Savonæ, Joanni Galeatio Mariæ Sfortiæ, Duci Mediolani, per Ludovicum XI. Francorum Regem factæ, d. d. 7. Sept. Anno 1478.

In Nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione undecima die Lunæ ſeptimo Menſis Septembris. Cum alias Serenisſimus Princeps & Chriſtianisſimus D. Dominus Ludovicus, Dei gratia Francorum Rex pro ſua ſingulari humanitate, ac munificentia in feudum inveſtiverit Illuſtriſſimos Principes, & Excellentiſſimos Dominos Franciſcum Sforziam Vicecomitem, & Blancham Mariam ejus Conſortem Duces Mediolani, &c. ſeu eorum legitimum Procuratorem, & Mandatarium de Civitatibus Genuæ, & Savonæ cum omnibus aliis Civitatibus, Terris, Caſtris, Territoriis & Pertinentiis ſuis,

Digitized by Google

ſuis, ut apparet publico Inſtrumento tradito & rogato Anno curſo 1463. Indictione undecima die 22. Menſis Decembris per Petrum de Portis Presbiterum Pariſienſem, & Joannem de Salerna Civem Papienſem, Notarios publicos.

Deinde ab humanis ſublato præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Franciſco relictis & ſuperſtitibus præfata Illuſtriſſima Domina Blancha Maria ejus Conſorte, & Illuſtriſſimo Domino Galeaz Maria Duce primogenito ſuo ac legitimo Hærede, & Succeſſore in Univerſo Dominio, præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex recognoverit ac in feudum inveſtiverit ipſos Illuſtriſſimos Dominos Blancham Mariam Duciſſam, & Galeaz Mariam Ducem, ſeu eorum legitimos Procuratores, & Mandatarios de Civitatibus prædictis Genuæ, & Saonæ, cum memoratis aliis Civitatibus, Terris Caſtris, Fortilitiis, Territoriis, & pertinentiis ſuis, quemadmodum etiam conſtat per patentes litteras ipſius Chriſtianiſſimi Domini Regis datis Amboſiæ, die 28. Martii 1467.

Cumque poſtmodum e vivis ſublata Illuſtriſſima D. Blancha Maria Duciſſa, præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex prædictam Feudalem Inveſtituram in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Galeaz Mariam Ducem pro ſe, & Illuſtriſſima Domina Bona Duciſſa ejus Conſorte, ac filiis Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis in Ducatu Mediolani renovaverit in Civitate Lugdini, ut publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato Anno curſo 1473. Indictione XI. die XVII. menſis Januarii per Johannem Neyronis Franciſcum Rafolle Lugdunenſes, & Blaſium Boydum, Notarios publicos.

Succesſive mortuo etiam prefato Illuſtriſſimo Domino Duce Galeaz, relictis & ſuperſtitibus præfata Illuſtriſſima Domina Bona Duciſſa ejus Conſorte, & Illuſtriſſimo Domino Joanne Galeaz Maria Sforcia Vicecomite Duce primogenito ſuo legitimoque Hærede, & Succeſſore in Ducatu Mediolani, Viſum fuit ipſis Dominis Ducibus ad præfatum Sereniſſimum & Chriſtianiſſimum Dominum Regem eorum ſolemnes Oratores mittere cum pleno Mandato ſe ſe recognoſcendi, & Pheudalem Inveſtituram a Majeſtate ſua accipiendi de prædictis Civitatibus Genuæ & Saonæ, ac aliis Civitatibus, Terris, Caſtris & Locis, ac Territoriis, quemadmodum inveſtiti fuerant, præfati quondam Illuſtriſſimi Domini Prædeceſſores eorum, & ſi Oratores iidem beneviſi, & recepti fuerint a Majeſtate ipſa ſua, tamen cum illa ſe admodum tunc occupatam in rebus bellicis reperiret dictæ recognitio & renovatio locum non habuerunt.

Modo autem cum præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex pro ſua immenſa humanitate & clementia, erga præfatos Dominos Bonam Duciſſam & Joannem Galeaz Mariam Ducem dignatus fuerit in præſentiarum ad eos mittere Magnificum Dominum Philippum de Comignes, Militem Dominum Dargentone Pictavenſem ac Cambellanum, & Senescalchum, nec non Oratorem & Mandatarium ſuum, cum pleno, & amplo mandato recognoſcendi ipſos Dominos Duciſſam & Dubem in Majeſtatis ſuæ Vaſallos & Feudetarios de & pro Civitatibus prædictis Genuæ & Saonæ, ac aliis Civitatibus, Terris, Caſtris, Juribus, & pertinentiis ſuis eosque in feudum inveſtiendi de ipſis Comitatibus, Terris, & ut ſupra pro ut inveſtiti fuerunt præfati quondam Illuſtriſſimi Domini Franciſcus Sforcia, & Galeaz Maria Duces, quemadmodum de dicto Mandato conſtant patentes Litteræ ipſius Domini Regis datæ Araſi die XIII. menſis Julii 1478. Idem Magnificus Dominus Philippus Orator, Procurator, Mandatarius antedictus Procuratorio & Mandatario nomine præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis in Executione prædicti ejus Mandati, Tenore præſentis Inſtrumenti ſponte, & ex certa ſcientia, ac alias omnibus via, jure, modo cauſa, & forma, quibus melius & validius & efficacius potuit, & poteſt, intervenientibusque ibidem omnibus & ſingulis ſolemnitatibus tam juris, quam facti in ſimilibus neceſſariis & conſuetis, recognovit, & recognoſcit, in ipſius Domini Regis, & Succeſſorum Vaſallos & Feudetarios ac per oſculum inveſtivit præfatam Illuſtriſſimam Dominam Bonam Duciſſam ibidem coram ipſo Domino Philippo Procuratore & Mandatario antedicto conſtitutam, ſtipulantem & recipientem pro ſe tanquam Duciſſa, ac Matrem, & Tutricem, & advenientе tempore Curatricem & Adminiſtratricem præfati Illuſtriſſimi D. Joannis Galeaz Mariæ Ducis, ac pro ipſo Domino Joanne Galeaz Maria Duce ejusque filiis, & Deſcendentibus, ac Heredibus, & Succeſſoribus in Ducatu Mediolani Maſculis & legitimis, & de legitimo Matrimonio, lineaque Maſculina natis, & naſcituris de prædictis Civitatibus Genuæ & Saonæ, omnibusque aliis Civitatibus, Terris, Caſtris, Fortilitiis, & Locis, earumque & eorum cujuslibet Jurisdictionibus, juribus, & pertinentiis quibuscumque tam Maritimis, quam Terreſtribus quommodolibet ſpectantibus & pertinentibus Dominio dictarum Civitatum Genuæ & Saonæ, ac dictis Civitatibus, Terris, Caſtris, Fortilitiis Locis & Villis ſuis in Feudum, & jure, ac nomine Feudi, & prout inveſtiti fuerunt præfati quondam Illuſtriſſimi Domini Duces Franciſcus, & Galeaz Maria, & in memoratis feudalibus inveſtituris continetur, ad quas habetur relatio.

Viceverſa præfata Illuſtriſſima Domina Duciſſa ſuo & nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Joannis Galeaz Mariæ Ducis, præmiſſam recognitionem & feudalem inveſtituram recipiens cum infinitis gratiarum actionibus ac conſtituta humiliter coram præfato Domino Philippo Procuratore, & Mandatario præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis ac in manibus ipſius Domini Philippi Procuratoris, & Mandattarii antedicti ſtippulantis & recipientis nomine ipſius Domini Regis, manibus ſuis corporaliter tactis Scripturis ſuper uno Miſſali, promiſit, & juravit, & promittit, & jurat ad Sancta Dei Evangelia, quod iidem Domina Duciſſa, & Dux ac Filii & deſcendentes, ac Heredes & Succeſſores ipſius Domini Ducis ſemper, & omni tempore erunt, cum prædictis Civitatibus Genuæ, & Saonæ, & allis Civitatibus, Terris, & Fortilitiis, & ut ſupra inveſtitis, veri, fideliſſimi, devotiſſimi, & obſequentiſſimi Vaſalli & Feudetarii præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis & Succeſſorum, & ea omnia & ſingula, cum prædictis Civitatibus, & aliis ut ſupra, fideliter, laudabiliter, & reverenter facient, obſervabunt, & executioni demandabunt,

Digitized by Google

quæ bonos, veros, & fideles Vaſallos facere, obſervare, & exequi convenit, & omnino decet, & ad ea quæ virtute & prætextu talis feudi tenentur & obligantur, & quod habebunt, & tractabunt in & cum dictis Civitatibus, & ut ſupra amicos præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis pro Amicis, & Inimicos pro inimicis, cum quibus, de, & pro Civitatibus ipſis, bellum & pacem facient, & habebunt, prout ſuæ libuerit & placuerit Majeſtati.

Quæ omnia & ſingula prædictæ partes, dictis nominibus, ſibi invicem mutua ſtipulatione interveniente, attendere & obſervare promiſerunt & promittunt ſub fide legalium Regis, & Principum, ac obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium præſentium & futurorum, ac vinculo juramenti prædicti.

Renunciantes, & renunciaverunt prædictæ Partes dictis nominibus vicisſim exceptioni non factæ prædictæ recognitionis & renovationis Pheudalis Inveſtituræ, modo, & forma prædictis, ac non præſtitæ prædictæ fidelitatis & non factarum prædictarum promiſſionum & obligationum, prædictorumque omnium & ſingulorum non ſic actorum & geſtorum, ac omnibus probationis & deffenſionis in contrarium. De quibus omnibus & ſingulis prædictæ Partes, dictis nominibus, juſſerunt, & rogaverunt, ac jubent & rogant, per nos Joannem Antonium de Girardis Papienſem, & Joannem Antonium de Caſtiliono Mediolanenſem Notarios publicos, & Ducales Cancellarios publicum fieri Inſtrumentum. Actum in Caſtro Portæ Jovis Inclytæ Civitatis Mediolani in Camera Cubiculari præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Duciſſæ. Præſentibus Magnificis Dominis Petro Franciſco Vicecomite, Palavicino Marchione Palavicino Milite, Cicho Simoneta Milite, Orpheo de Richano, & Petro de Landriano Conſiliariis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Duciſſæ, & Ducis, nec non & Reverendo in Chriſto Patre, ac Spectabilibus Viris, Dominis Jacobo de Caulers Adminiſtratore Eccleſiæ Ebrudunenſis, Petrono de Vaſſochoro Scutifero, & Franciſco Burlet utriusque Juris Doctore omnibus teſtibus notis idoneis ad præmiſſa vocatis & rogatis.

CV.

Inſtrumentum de fœdere An. 1463. inter Ludovicum XI. Francorum Regem, ac Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem, ſancito agens, quod Bona, Mediolani Duciſſa, tutorio nomine filii ſui, Johannis Galeatii Mariæ Sfortiæ, Ducis Mediolani, die 7. Sept. An. 1478. renovavit.

In Nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione undecima, die Lunæ ſeptimo Menſis Septembris. Cum alias Sereniſſimus Princeps, & Chriſtianiſſimus Dominus D. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex pro ſua ſingulari humanitate, ac munificentia in feudum inveſtiverit Illuſtriſſimos Principes & Excellentiſſimos Dominos Franciſum Sfortiam Vicecomitem, & Blancham Mariam ejus Conſortem Duces Mediolani &c. ſeu eorum legitimum Procuratorem, & Mandatarium de Civitatibus Genuæ, & Saonæ, cum omnibus aliis Civitatibus, Terris, Caſtris, Territoriis & pertinentiis ſuis, cum ipſisque Dominis Duce & Duciſſa ſeu prædicto eorum Procuratore & Manatario Ligam & Intelligentiam contraxerit, ut apparet publico Inſtrumento tradito, & rogato Anno curſo 1463. Indictione XI. die XXII. Menſis Decembris per Petrum de Portis Presbiterum Pariſienſem, & Joannem de Salerna, Civem Papienſem Notarios Publicos.

Deinde ab humanis ſublato prefato Illuſtriſſimo Domino Duce Franciſco, relictis & Superſtitibus præfata Illuſtriſſima Domina Blancha Maria ejus Conſorte & Illuſtriſſimo Domino Galeaz Maria Duce primogenito ſuo, ac legitimo Hærede & Succeſſore in univerſo Dominio præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex recognoverit ac in Feudum inveſtiverit ipſos Illuſtriſſimos Dominos Blancam Mariam Duciſſam, & Galeaz Mariam Ducem, ſeu eorum legitimos Procuratores & Mandatarios de dictis Civitatibus, Genuæ, & Saonæ cum memoratis aliis Civitatibus Terris, Caſtris, Fortiliciis, Territoriis, pertinentiis ſuis, ac prædictam Ligam, & Intelligentiam cum ipſis Dominis Duciſſa, & Duce ceu dictis eorum Procuratoribus, & Mandatariis renovaverit, quemadmodum etiam conſtat per patentes Litteras ipſius Chriſtianiſſimi Domini Regis. Datum Amboſæ die 28. Martii 1467.

Cumque poſtmodum etiam e vivis ſublata præfata Illuſtriſſima Domina Blanca Maria Duciſſa præfatus Chriſtianiſſimus Dominus Rex prædictam Pheudalem Inveſtituram in præfatum Illuſtriſſimum Dominum Galeaz Mariam Ducem pro ſe, & Illuſtriſſima Domina Bona Duciſſa ejus Conſorte, ac filiis Heredibus & Succeſſoribus ſuis in Ducatu Mediolani, in Civitate Lugduni Ligamque, & Intelligentiam ipſam cum præfatis Dominis Duce, & Duciſſa confirmaverit & renovaverit, ut publico conſtat inſtrumento tradito & rogato Anno curſo 1473. Indictione undecima die 22. menſis Januarii per Joannem Neyronis, Franciſcum Rapholle Lugdunenſes & Blaſium Boydum Notarios publicos.

Succesſive mortuo etiam præfato Illuſtriſſimo Domino Duce Galeaz relictis & ſuperſtitibus præfata Illuſtriſſima Domina Bona Duciſſa ejus Conſorte, & Illuſtriſſimo Domino Joanne Galeaz Maria Vicecomite Duce Primoge-

Digitized by Google

mogenito ſuo legitimoque Hærede & Succeſſore in Ducatu Mediolani, viſum fuit ipſis Dominis Ducibus ad præfatum Serenisſimum & Chriſtianisſimum Dominum Regem eorum ſolemnes Oratores mittere cum pleno mandato renovandi prædictam Ligam & Intelligentiam cum Majeſtate ſua ac ſe ſe recognoſcendi, ac Pheudalem inveſtituram ab ipſa Majeſtate ſua accipiendi de predictis Civitatibus Genuæ & Saonæ, ac aliis Civitatibus, Caſtris, Terris, & Locis ac Territoriis quemadmodum inveſtiti fuerant præfati quondam Illuſtrisſimi Domini Prædeceſſores eorum, & ſi Oratores iidem bene viſi & recepti fuerint a Majeſtate ipſa ſua tamen cum illa ſe admodum tum occupatam in rebus bellicis reperiret dictæ renovatio & recognitio locum non habuerunt.

Cumque his proxime actis diebus præfatus Chriſtianisſimus Dominus Rex ad Excelſam Communitatem Florentiæ miſerit Magnificum Dominum Philippum de Comignes, Militem Dominum Dargenton Conſiliarium & Cambellanum ac Oratorem ſuum, nec non Seneſcalchum Pictavenſem, ibidemque ipſe Dominus Pillippus, & Magnificus Laurentius de Medicis ad hoc plenum mandatum habentes a præfato Chriſtianisſimo Domino Rege Procuratorio, & Mandatario nomine ipſius Domini Regis ut conſtat Littéris Majeſtatis ſuæ datis parte una, & Reverendus Dominus Phillippus Sacramori de Arimino Apoſtolicus Protonotarius & Magnificus Dominus Joannes Angelus de Talentis de Florentia Juris utriusque Doctor Conſiliarius, ac Oratores, Procuratores & Mandatarii præfatorum Illuſtrisſimorum Dominorum Duciſſæ, & Ducis eorum Procuratorio, & Mandatario nomine parte altera ſolemniter rattificaverunt, approbaverunt, & confirmaverunt, nec non de novo fecerint, & invicem contraxerint ipſam Ligam, & intelligentiam alias ut ſupra factam, & celebratam per & inter præfatum Chriſtianisſimum Dominum Regem, & memoratum Illuſtrisſimum D. Ducem Franciſcum, & poſtmodum renovatam & confirmatam cum præfato Illuſtrisſimo Domino Galeaz Maria Duce cum Pactis, Capitulis, Promisſionibus, & obligationibus contentis & expreſſis in Inſtrumento perinde tradito & rogato Anno & indictione præſentibus die XVIII. menſis Auguſti proxime præteriti per Antonium olim Ser. Baptiſtæ Antonii Bartholomei, & Simonem olim Grazini Jacobi Grazini Notarios Publicos Florentinos.

Modo præfata Illuſtriſſima D. Bona Duciſſa pro ſe tanquam Duciſſa, ac Tutorio, Curatorio, & Adminiſtratorio nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Joannis Galeaz, Mariæ Ducis, de cujus Tutela & Cura, ac Adminiſtratione publico conſtat Inſtrumento tradito & rogato Anno proxime præterito 1477. die nono menſis Januarii per Chriſtophorum de Cambiago, & me Joannem Antonium Papienſem infraſcriptum Notarios publicos, & utrumque noſtrum inſolidum ratam & firmam, ac rata ac firma habens ipſam ratificationem & Confirmationem Ligæ, & Intelligentiæ eam & ea omnia & ſingula in præſenti Inſtrumento contenta, ſponte & certa ſcientia, ac alias omnibus, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius potuit, & poteſt confirmavit, rattificavit, & approbavit, ac confirmat, rattificat, & approbat, ac de novo in quantum expediat præfatus Magnificus Dominus Phillippus Procuratorio, & Mandatario nomine præfati Chriſtianiſſimi Domini Regis parte una, & præfata Illuſtriſſima Domina Duciſſa pro ſe & dicto Tutorio, Curatorio, & Adminiſtratorio nomine parte altera, de novo ex abundanti, & in quantum expediat invicem confirmaverunt, & confirmant, ac de novo faciunt, contrahunt, & firmant Ligam, & intelligentiam prædictam cum Pactis, Capitulis, Promisſionibus & obligationibus annotatis in prædicto Inſtrumento Florentiæ ut ſupra celebrato, de quo, & omnibus in eo contentis Partes ipſæ plenam & veram ſcientiam, & notitiam habere dixerunt, & dicunt.

Quæ omnia, & ſingula prædictæ Partes, dictis nominibus, ſibi invicem mutua ſtipulatione interveniente attendere, & obſervare promiſerunt, & promittunt ſub fide legalium Regis & Principum, ac obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium præſentium & futurorum. Renuntiantes & renunciaverunt prædictæ Partes dictis nominibus viciſſim exceptioni non factæ prædictæ Rattificationis, & Approbationis, nec non novæ confirmationis, & renovationis, Ligæ & Intelligentiæ de quibus ſupra, prædictorumque omnium, & ſingulorum non ſic actorum & geſtorum, ac omnibus probationibus, & defenſionibus in contrarium, de quibus omnibus & ſingulis prædictæ Partes dictis nominibus juſſerunt, & rogaverunt, ac jubent, & rogant per nos Joannem Antonium de Girardis Papienſem, & Joannem Antonium de Caſtiliono Mediolanenſem Notarios publicos, & Ducales Cancellarios, publicum confici debere Inſtrumentum. Actum in Caſtro Portæ Jovis Inclytæ Civitatis Mediolani in Camera cubiculari præfatæ Illuſtriſſimæ D. Duciſſæ. Præſentibus Magnificis Dominis Petro Franciſco Vicecomite, Palavicino Marchione Pallavicino Milite, Cicho Simoneta Milite Orpheo de Ricano & Petro de Landriano Conſiliariis præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Duciſſæ & Ducis. Nec non Reverendo in Chriſto Patre,

Digitized by Google

tre, ac Spectabilibus & Nobilibus Viris D. Jacobo Caulers Administratore Ecclesiæ Ebrudunensis Perono de Vassocoro Scutifero & Francisco Burlet utriusque Juris Doctore omnibus testibus notis idoneis ad præmissa vocatis & rogatis.

CVI.

Tabulæ conventionum, quas Bona, Mediolani Ducissa, tutorio nomine filii sui, Johannis Galeatii Mariæ Sfortiæ, Ducis Mediolani, cum Domino Thomasino de Campo Fregosio perfecit, ac in quibus præfatus Thomasinus Insulæ Corsicæ Gubernator constitutus est, d. d. 10, Sept. An. 1478.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, Indictione undecima die decimo mensis Septembris. Havendo li Illustrissimi Principi & Excellentissimi Signori Madona Bona Ducheſſa, & Joanne Galeaz Maria Sfortia Vesconte Duca de Milano &c. ò vero li Magnifici loro Consilieri ad suo nome l' anno proximo passato 1477. tolto ad gratia el Magnifico Messier Thomasino da Campo Fregosio figliolo, che fù del Magnifico Messier Joanne, & remettutoli, & perdonatoli liberamente ogni offesa ch'ello quomodocunque, & qualitercunque havesse facto & assignatoli annuale provisione de Ducati quattro cento con alcuni altri pacti, & conventione contenti, & expressi in Instrumento rogato dicto Anno a di XXX. del mese de Octobre per mi Notaro, & Cancellero infrascripto.

Da poi essendosi dicto Messier Thomasino sempre deportato bene, & fidelmente verso li prefati Illustrissimi Signori, & el Stato suo, e parso a loro Excellentie usarli majore munificentia, & liberalitate, sperando chello debia non solamente perseverare in li boni principii ma etiamdio megliorare, & fare ogni evidentia ad lui possibile de bono, vero sincero & perfecto Servitore verso loro signorie, & cusi li prefati Illustrissimi Signori lhano electo, & constituito per loro Governatore d linsula de Corsica como appare per sue patente Lettere date a a Milano a di VIIII. de Septembre 1478. Signate Johannes con le Condicione, Pacti, & Capituli infrascripti conventi, & concluſi tra li Magnifici Palavicino, Messier Cicho Simonetta, Messier Orpheo de Richano, & Messier Petro de Landriano Consiglieri, Procuratori, & Mandatarii delli prefati Illustrisimi Signori, come appare per loro patente Lettere date a Milano a di VII. del presente mese de Septembre 1478. Signate Joannes ad loro nome per una parte, & dicto Messier Thomasino per l' altra, Cioè

Primo promettono li prefati Magnifici Consiglieri Procuratori, & Mandatarii ad nome delli prefati Illustrisimi Signori, chessi Signori faranno consegnare al predicto Messier Thomasino la Rocha della Bastita in la dicta Isola de Corsica per sua Residentia & securezza con tutte le munizione gli sono dentro con questo che dicto Messier Thomasino satisfacia al Castelano della dicta Rocha de la provisione sua del presente Anno fin al di che uscirà, & lassi liberamente patire dicto Castellano con tutta la Famiglia è tutti li beni soi.

Eſſendo ſtata como è notorio ad tutta l' Italia, antiqua, & continuata Amicitia, Caritate & Confederatione, & Unione fra la Illuſtriſſima Caſa de Signori Veſconti, & la Ill. & Excelſa Caſa de li Signori Marcheſi de Monferrato, & ſucceſſive fra lo Illuſtriſſimo & Potentiſſimo Signore de Felice memoria Franceſco Sforza Duca de Milano, & lo Ill. Signore Joanne olim Marcheſe de Monferrato & lo Ill. Signore Gulielmo ſuo fratello, & dignisſimo, Succeſſore nel Marcheſato, e Dominio meritamente lo Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Principe, & Signore Galeazzo Maria Sforza Duca de Milano dignisſimo Fiolo primogenito Herede, & Succeſſore del prefato Illuſtriſſimo Signore Duca Franceſco inclinatiſſimo, & diſpoſitiſſimo perſeverare, & continuare verſo el prefato Ill. Signore Gulielmo Marcheſe de Monferrato in queſta medeſima afectione, & amore, & ancora ſe poſſibile ſarà de creſcere, & multiplicare, maxime che da poi la morte del prefato Illuſtriſſimo Signore Duca Franceſco, eſſendo le coſe nove eſſo Signore Marcheſe con la perſona, & con lo Stato ha facta evidentiſſima demoniſtrazione con effecto in favore, & beneficio dell' Illuſtriſſimo Signore Duca Galeaz. Aduncha li prefati Illuſtriſſimo Signore Duca Galeazo, & Ill. Signore Marcheſe Tono devenuti, & devengono inſieme ad una libera, ſincera, & indiſſolubile Liga, Intelligentia, Unione, & Con-

Digitized by Google

Confederatione con infrascripti Capituli, pacti, e conventione videlicet chel prefato Illustrisimo Signore Duca Galeaz sii tenuto, & cosi soi Heredi & Successori dal presente di inante; & cusi ha promesso de defendere, aiutare, & mantenere el prefato Signor Gulielmo Marchese de Monferrato, e soi Heredi, & Successori, e tutto il suo Stato, Terre, Luochi, & Jurisdictione con el Stato, gente, & ogni sua facoltà, & possanza da qualuncha persona, & Universitá de che grado, stato, e condicione se sia, che lo turbasse, & molestasse, ò volesse molestare, turbare & inquietare, & non altramente fare per lo aiuto, manutenimento, & defesa del Stato, Terre, Lochi, & Jurisdictione sua propria del prefato Ill. Signore Marchese & soi Heredi, & Successori, che faria per lo Stato, Terre, & Luochi, & Jurisdictione sua propria & similmente promette, & si obliga el prefato Illustrisimo Signore Marchese per se, & soi Heredi, & Successori, & il Stato suo, Terre, Luochi & Jurisdictione con el Stato, gente, & ogni sua faculta, & possanza da qualuncha persona, Universitá, che lo offendesse, turbasse, molestasse, & volesse offendere, turbare, molestare, ò inquietare, & non altramente, che faria per lo Sato, & Lochi, & Jurisdictione sua propria; la quale Liga, & intelligenza s' intenda durare perpetuamente fra detti Signori Duca, e Marchese per se, & suo Heredi Figlioli, & Successori, le quali tutte, & singule cose suprascripte s' intendano ad bono, & sincero seno & intellecto, & puramente, e drittamente. Et li prefati Illustrisimo Signore Duca, & Ill. Signore Marchese promettono invicem & reciproce, per se, suoi Heredi & Successori da intendere, & observare & contra esse non venire, recte vel indirecte, tacite, vel expresse, nec aliquo quesito colore, sotto fede de legali Principi, & Signori, & obligatione di tutti li loro beni. Intendendosi anchora le predicte cose con resservatione, & senza præjudizio de la Liga rinovata frà lo Serenisimo Rè Ferdinando, la Excelsa Communita di Fiorenza, & esso Illustrisimo Signore Duca Galeazo, & quanto se contene in quella, & ad maggiore fede & corroboratione de tutte, & singule predicte cose li prefati Signori hanno facto fare due consimile scripture, cioè la presente, quale e sottoscripta de mane propria desso Illustrissimo Signore Duca Galeaz, & Sigillata del suo Ducale consueto Sigillo, quale ha ad stare presso desso Ill. Signore Marchese, & Sigillata del suo consueto Sigillo quale ha ad remanere presso desso Signore Duca Galeazzo. Le quale Scripture sono state practicate, e concluse in la Citá de Pavia del Mese di Febraro a di 25. del dicto mese nel 1467.

Ego idem Gulielmus Marchio Montisferrati prædicta omnia affirmo, promitto & approbo, & in præmissorum fidem me propria manu subscripsi cum Sigilli mei appensione. Et Ego Blasius Caravagius præfati Ill. Domini Marchionis Secretarius de ejus Mandato scripsi, ac propria manu subscripsi, ac Sigillo ejus Consueto sigillavi.

CX.

Protestatio Johannis Galeatii Mariæ Sfortiæ, Mediolani Ducis, quod, per pacta cum Januensibus proxime de eorum Civitatis deditione & subjectione stabilienda, ipse non contendat præjudicare quocumque modo juribus, tam Franciæ Regis, quam suis in dicta civitate vel communitate, d. d. 27. Jun. An. 1487.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, indictione quinta vigesimo septimo mensis Junii, in Arce Papiæ videlicet in Anti-Camera Cubiculari infrascripti Illustrissimi Domini Domini Ducis versus Parcum. Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Dominus Joannes Galeaz Maria Sfortia, Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes ac Januæ & Cremonæ Dominus. In præsentia, cum Consensu, auctoritate & licentia Illustrissimi Domini Ludovici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis Curatoris, Locumtenentis & Capitanei sui Generalis, habens plenam, & individuam scientiam eorum omnium, quæ tractantur & practicantur per Nicolaum de Nigris Cancellarium & Mandatarium suum Januæ, tam cum Reverendissimo & Illustrissimo Domino Cardinali Januense, quam cum illa Communitate, seu particularibus personis, & tam conjunctim, quam divisim, respectu deditionis fiendæ dictæ Civitatis Januæ, cum toto suo Dominio in Exam. suam, quam etiam respectu reconciliationis & redintegrationis cum præfata Dominatione sua ad æternam rei memoriam, ut veritati semper locus sit, nec refricari possit in dubium, quid senserit Dominatio sua. Sponte, & ex certa scientia, ac omnibus modo, jure causa, & forma, quibus melius fieri potest dixit & protestatus fuit, ac dicit, & protestatur, quod non intendit per aliquas Conventiones, Contractus, vel Pacta, quos, vel quæ fieri contingeret, per præfatum Nicolaum nomine Exæ. suæ, circa præmissa vel aliquid præmissorum, seu aliter quovis modo, cum præfato Reverendissimo, & Illustri D. Cardinali, sive cum Communitate prædicta Januæ, sive cum particularibus personis, tam conjunctim, quam divisim, ut supra, præjudicare in aliquo Juribus tam Christianissimi Regis Franciæ, quam ejus Exæ. &, tam ratione directi & utilis Dominii, quod tam præfatus Christianissimus Rex, quam Celsitudo sua habet in dicta Civitate Januæ, & toto illo Dominio, immo vult illa intacta, & illesa reservari; cum aliter, nec alio modo non deventurus esset ad aliquas Conventiones, Contractus vel Pacta: immo Casu quo in aliquo derogaret huic menti & dispositioni suæ, vult illos, & illa esse irrita, & nullius roboris, & momenti, ex defectu consensus Exæ. suæ, quem nullo modo præstiturus esset, rogans me

Digitized by Google

Notarium infraſcriptum ut de prædictis publicum conficiam Inſtrumentum. Actum in Anti-Camera ſupraſcriptis die, & Anno, præſentibus Magnificis & præſtantiſſimis Viris Comite Joanne de Attendolis, Caſtellano dictæ Arcis, Comite Joanne Bonrromeo, Domino Petro de Birago Equite, Joanne Jacobo Ghilino, & Laurenzio Mozzanica Ducalibus Cancellariis, omnibus Teſtibus notis, & idoneis ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, & rogatis.

Ego Joannes de Lombardis de Laude Ducalis Cancellarius, ac Publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius prædictum Inſtrumentum proteſtationis rogatus tradidi, extraxi, & me in fidem ſubſcripſi.

CXI.

Pacta Reconciliationis inter Johannem Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem ab una, & Paulum de Campo Fregoſio S. R. E. Cardinalem ac Januæ Ducem, ſuo & Communitatis Januæ nomine ab altera parte condita, in quibus præfatus Paulus Ducalem titulum deponere, nomenque Ducalis gubernatoris ſub dominio atque protectione Ducis Mediolani gerere, ac huic ſemper adhærere promiſit, d. d. 9. Jul. An. 1487.

JOannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Genuæ & Cremonæ Dominus. Cum Ill. & Reverendiſſimus D. Genuæ Dux, una cum Magnifica Communitate Genuæ cupiant nobiscum Fœderis & Amicitiæ Pacta inire; nos, ut noſtra in urbem Genuam benivolentia cunctis palam fiat, deſiderio ſuo libenter morem gerimus, quare omni ex Parte confidentes fidei, prudentiæ, & integritati Nobilis Viri Nicolai Nigri Cancellarii noſtri ipſum cum auctoritate, arbitrio, conſenſu & parabola Illuſtriſſimi D. Ludovici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Patrui, Curatoris, Locumtenentis & Capitanei noſtri Generalis ex certa ſcientia, ſponte, & animo deliberato, ac omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius, & validius poſſumus, facimus, conſtituimus, deligimus, & creamus noſtrum verum, certum, legitimum, & indubitatum Nuntium, Miſſum, Procuratorem, Sindicum, & Mandatarium ac quicquid melius dici & eſſe poteſt; qui cum præfato, Ill. & Reverendiſſimo D. Duce, ac iis omnibus, quorum intererit noſtro nomine, tractet, ineat, faciat, percutiat, concludat, & celebret, Fœdera, Amicitiam & Confederationem cum illis clauſulis, formis, conventionibus, Capitulis, Pactis, conditionibus, proteſtationibus, reſervationibus, Juramentis & promiſſionibus, de quibus invicem convenerint; eidem Nicolao dantes & concedentes amplum, validum, & liberum Mandatum, cum plena, libera & omnimoda facultate, arbitrio, & poteſtate circa prædicta ea omnia, tractandi, agendi, paciſcendi, ineundi, & concludendi, ac promittendi, quæ nosmet, ſi adeſſemus tractare agere, paciſci inire, promittere & concludere poſſemus, etiam, ſi talia eſſent, quæ magis ſpetiale Mandatum exigerent, & de quibus mentio eſſet habenda ſpecialis, quæ hic omnia pro ſpecificatis habere volumus, & decernimus; Promittentes in fide Legalis Principis, quæcunque ab ipſo Nicolao nomine noſtro inita, geſta, promiſſa, concluſa, & pacta erunt, rata, firma & inviolabilia perpetuo attendere, ſervare, & adimplere, nec unquam contravenire ſub obligatione bonorum noſtrorum omniumque ad refectionem damnorum, ſi qua noſtra culpa ſupportabunt, hipotechata eſſe volumus & decernimus. In quorum fidem & teſtimonium præſentes fieri juſſi- & regiſtrari, noſtrique Sigilli impreſſione muniri. Datum Papiæ ſub fide noſtri Sigilli die 25. Junii 1487.

Firmatum Joannes Galeaz Maria Dux Mediolani. Ludovicus Maria. Bartholomeus Chalcus.

In Nomine Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti ac totius Cæleſtis Curiæ triumfantis Amen.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, die nona Julii. Cunctis pateat & notum ſit, quod Magnificus Nicolaus de Nigris, Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani Cancellarius, habens ad infraſcripta plenum & ſufficiens Mandatum vigore Litterarum Ducalium, quarum tenor ſupra ſcriptus eſt, nomine & vice ipſius Illuſtriſſimi D. Ducis pro quo ad cautelam de rato promittit ex una parte, & Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Paulus de Campo Fregoſio, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli Sancti Sixti Presbyter Cardinalis & Genuenſis Dux Ill. agens nomine ſuo, & Magnifici Conſilii Dominorum Antianorum Civitatis Genuæ, pro quibus de rato promittit, & ſe facturum, & curaturum, ita, & taliter quod prædictum Magnificum Conſilium Dominorum Antianorum Nomine Excelſi Communis Genuæ ratificabit & approbabit, omnia, & ſingula infra ſcribenda, & ſic mittet ſuos Oratores infra menſem a die præſentis Contractus ad ipſum Illuſtriſſimum Principem etiam ratificandum, & approbandum omnia cum ſolemnitatibus opportunis, parte altera ſponte, &c.

Pervenerunt, & perveniſſe ſibi mutuo, & viciſſim confeſſi ſunt ad infraſcripta pacta, & conventionibus, ſtipulationibus ſolemnibus vallatas, renunciantes &c. quarum Litterarum Ducalium tenor ſupraſcriptus eſt.

In primis namque ipſe Reverendiſſimus & Ill. D. Cardinalis, conſiderans, animoque revolvens, quantum debeat Reipublicæ & Civitati Genuæ Patriæ, & Civitati ſuæ, ex qua originem traxit, & in qua ſui Anteceſſores & ipſe amplos, & Supremos honores ſuſceperunt, dignitatesque & utilitates quantumque quilibet Civis Patriæ debeat, ita ut major eſſe debeat caritas erga Patriam poſt DEum, quam erga Parentes, & præponenda ſit

Salus

Digitized by Google

Salus Patriæ, propriæ saluti, sciensque atque considerans sé ad Præsens in dicta Civitate utrumque gladium tenere & præsidere, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ex quo duplici vinculo ultra Civilitatem tanto magis obligatus est sui ipsius, ac proprii honoris oblivisci. Consideransque, ac animo volvens Statum dictæ reipublicæ ac Civitatis, ac totius Italiæ, volensque, secundum exigentiam & temporum qualitates, postponere honores proprios, ut Civitati suæ consulat, faveat & benefaciat; Considerans etiam, quod ipsius Reipublicæ & Civitatis Status melius protegetur, & defendetur sub umbra & protectione aliarum alicujus potentissimi & justissimi Principis, circumspiciensque suæ prudentiæ oculis, cuinam Principi potius adherere debeat, & quisnam sit inter Christianos Principes, qui magis aptus sit ad dictam Rempublicam & Civitatem, ne dum protegendam, sed augendam & ampliandam, habitoque maturo examine in prædictis & circa prædicta cum nonnullis Civibus, quos caritas erga Patriam non mediocriter movit pariter, & auxit, neminem esse competit, cui magis hæc protectio conveniat, quam Illustrisimo & Excellentissimo Principi & Domino Domino Joanni Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomiti, Mediolanensium Duci, qui tum ob benivolentiam, quam semper habuit Illustrissima Viceomitum familia cum hac inclyta Urbe, tum ob ejus singularem bonitatem & clementiam erga omnes, & potissimum cum fruatur Consiliis & administratione Illustrissimi D. Ludovici Ducis Barri Gubernatoris Locumtenentis Curatoris ac Patrui, cujus prudentia hoc tempore totius Italiæ frena reguntur recte, & summa cum caritate, poterit omnia hujusmodi mala propulsare & hanc Civitatem protegere, tueri, & ampliare quod tanto magis de eo est sperandum quo adeo connexa sunt commoda sui Illustrisimi Dominii, & locorum cum commodis hujus Civitatis, ut nihil penitus esse possit boni vel mali, quod non sit commune, & postremo animadvertens, quod si titulum Ducatus Genuæ dimiserit & hanc Civitatem & districtum sub vexillo & protectione dicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Titulo Ducalis Gubernatoris omnia administraverit, cessabunt intollerabiles expense quibus ad præsens Respublica Genuensis & Errarius Divi Georgi premitur, quia servabitur Pax olim firmata Rome per Spectabilem quondam Lazarum de Auria tunc Oratorem Excelsi Communis Genuæ cum Agente pro Communitate Florentiæ, reformabiturque benevolentia etiam cum Serenissimo Rege Ferdinando & mercaturæ Comercium augebitur, unde multa commoda Partibus ipsis obvenient & publica vectigalia plurimum Commodi & favoris accipient, prædictus Reverendissimus Dominus Cardinalis, & Ill. Dux ob caritatem erga patriam rationibus antedictis & multis aliis, quæ alligari possent.

In Dei Nomine, ac Virginis Matris Mariæ, ac beati Georgii Vexilliferi Genuensium. Consensit eidem Magnifico Nicolao de Nigris dicto nomine, & per eum prædicto Illustrissimo D. Duci Mediolani sub infrascriptis Legibus, Pactis, & Conventionibus, & non aliter; primo deponere dictum Ducalem titulum, & accipere nomen Ducalis Gubernatoris ac totam Civitatem Genuæ, cum toto districtu regere & gubernare sub dicti Ducalis Tituli nomine, una cum Magnifico Consilio Dominorum Antianorum, & seu aliis Officialibus Communis Genuæ Deputatis, & seu pro tempore deputandis juxta regulas & Ordines Civitatis, & decreta condita, & pro tempore condenda per eos, salvis semper Privilegiis & omnibus Juribus & aliis quibusvis concessis, & de cætero concedendis Comperis Sancti Georgii, tam pro Locis & Terris, quæ tenentur per ipsas Comperas, quam pro aliis pertinentibus ad Gabellas & loca Comperarum Sancti Georgii, quæ salva semper intelligantur, vexillaque Ducalia elevare, pingique facere in & super Arcibus & locis consuetis, & super omnibus Navibus, Galeis, & Vasis Navigabilibus juxta morem, & quod omnes Actus, omnes expeditiones, & quicquid de cætero fiet per ipsum Reverendissimum D. Cardinalem & Cives deputatos vel deputandos ad publica Officia pro Communi Genuæ fiet sub nomine & titulo Ducalis Gubernatoris, & pariter quod Moneta fabricabitur et cudetur sub dicto titulo.

Item promittit nullam Ligam facere, Practicam, vel Intelligentiam cum aliquo Rege, Principe, Communitate vel Dominio, Domino, sine consensu ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani quæ sit contra statum præfati Domini Ducis Mediolani, aut quæ per directum aut indirectum offendat, tunc, et in futurum Statum præfati Illustrissimi D. Ducis. Verum quia ipse Reverendissimus D. Cardinalis, et sic Commune Genuæ habuerunt hactenus Ligas, et Confœderationes cum aliquibus Italiæ potentatibus, ex quarum causa debentur dicto Reverendissimo D. Cardinali, et Magnifico Officio Baliæ Genuensis non parvæ pecuniarum quantitates, voluit ipse Reverendissimus Dominus Cardinalis dictis nominibus, quod eidem, et dicto Communi Genuæ sit actio, et restet possendi uno modo vel alio, tam in Mari, quam in Terra inquirere et procurare et accipere dictam eorum debitam satisfactionem, non obstante Capitulo, et aliis supradictis, et sic quibusvis Civibus Genuensibus habere debentibus, a quovis Potentatu, Domino, vel Dominio, tam ex causa reprexaliarum concessarum, vel concedendarum, quam alia quavis causa, immo, quod restet eis actio ut ante depositionem Ducalis Tituli et acceptationem Ducalis Gubernatoris.

Item, ut effectus demonstretur ex antedicta adherentia, protectione et Gubernationis titulo promisit, et promittit dictus Reverendissimus D. Cardinalis dicto nomine, quod salvis Mercaturæ Commercio, et omnibus superius declaratis et inferius declarandis, Respublica Genuensis erit Amica Amicorum dicti Illustrissimi D. Ducis Mediolani, et Inimica Inimicorum; sub hac obligatione tantum, et non ultra; videlicet, quod semper, et quomodocunque inferetur aliqua molestia ipsi Illustrissimo D. Duci contra suum statum in Lombardia debeant Reverendissimus D. Cardinalis et Respublica Genuensis semper ad requisitionem ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani eidem auxilium et favorem præstare contra

Omnes

Digitized by Google

Notarium infraſcriptum ut de prædictis publicum conficiam Inſtrumentum. Actum in Anti-Camera ſupraſcriptis die, & Anno, præſentibus Magnificis & præſtantiſſimis Viris Comite Joanne de Attendolis, Caſtellano dictæ Arcis, Comite Joanne Bonrromeo, Domino Petro de Birago Equite, Joanne Jacobo Ghilino, & Laurenzio Mozzanica Ducalibus Cancellariis, omnibus Teſtibus notis, & idoneis ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, & rogatis.

Ego Joannes de Lombardis de Laude Ducalis Cancellarius, ac Publicus Imperiali ac Ducali auctoritatibus Notarius prædictum Inſtrumentum proteſtationis rogatus tradidi, extraxi, & me in fidem ſubſcripſi.

CXI.

Pacta Reconciliationis inter Johannem Galeatium Mariam Sfortiam, Mediolani Ducem ab una, & Paulum de Campo Fregoſio S. R. E. Cardinalem ac Januæ Ducem, ſuo & Communitatis Januæ nomine ab altera parte condita, in quibus præfatus Paulus Ducalem titulum deponere, nomenque Ducalis gubernatoris ſub dominio atque protectione Ducis Mediolani gerere, ac huic ſemper adhærere promiſit, d. d. 9. Jul. An. 1487.

JOannes Galeaz Maria Sfortia Vicecomes Dux Mediolani &c. Papiæ Angleriæque Comes, ac Genuæ & Cremonæ Dominus. Cum Ill. & Reverendiſſimus D. Genuæ Dux, una cum Magnifica Communitate Genuæ cupiant nobiscum Fœderis & Amicitiæ Pacta inire; nos, ut noſtra in urbem Genuam benivolentia cunctis palam fiat, deſiderio ſuo libenter morem gerimus, quare omni ex Parte confidentes fidei, prudentiæ, & integritati Nobilis Viri Nicolai Nigri Cancellarii noſtri ipſum cum auctoritate, arbitrio, conſenſu & parabola Illuſtriſſimi D. Ludovici Mariæ Sfortiæ Vicecomitis, Patrui, Curatoris, Locumtenentis & Capitanei noſtri Generalis ex certa ſcientia, ſponte, & animo deliberato, ac omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius, & validius poſſumus, facimus, conſtituimus, deligimus, & creamus noſtrum verum, certum, legitimum, & indubitatum Nuntium, Miſſum, Procuratorem, Sindicum, & Mandatarium ac quicquid melius dici & eſſe poteſt; qui cum præfato, Ill. & Reverendiſſimo D. Duce, ac iis omnibus, quorum intererit noſtro nomine, tractet, ineat, faciat, percutiat, concludat, & celebret, Fœdera, Amicitiam & Confederationem cum illis clauſulis, formis, conventionibus, Capitulis, Pactis, conditionibus, proteſtationibus, reſervationibus, Juramentis & promiſſionibus, de quibus invicem convenerint; eidem Nicolao dantes & concedentes amplum, validum, & liberum Mandatum, cum plena, libera & omnimoda facultate, arbitrio, & poteſtate circa prædicta ea omnia, tractandi, agendi, paciſcendi, ineundi, & concludendi, ac promittendi, quæ nosmet, ſi adeſſemus tractare agere, paciſci inire, promittere & concludere poſſemus, etiam, ſi talia eſſent, quæ magis ſpetiale Mandatum exigerent, & de quibus mentio eſſet habenda ſpecialis, quæ hic omnia pro ſpecificatis habere volumus, & decernimus; Promittentes in fide Legalis Principis, quæcunque ab ipſo Nicolao nomine noſtro inita, geſta, promiſſa, concluſa, & pacta erunt, rata, firma & inviolabilia perpetuo attendere, ſervare, & adimplere, nec unquam contravenire ſub obligatione bonorum noſtrorum omniumque ad refectionem damnorum, ſi qua noſtra culpa ſupportabunt, hipotechata eſſe volumus & decernimus. In quorum fidem & teſtimonium præſentes fieri juſſi- & regiſtrari, noſtrique Sigilli impreſſione muniri. Datum Papiæ ſub fide noſtri Sigilli die 25. Junii 1487.

Firmatum Joannes Galeaz Maria Dux Mediolani. Ludovicus Maria. Bartholomeus Chalcus.

In Nomine Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti ac totius Cæleſtis Curiæ triumfantis Amen.

Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, die nona Julii. Cunctis pateat & notum ſit, quod Magnificus Nicolaus de Nigris, Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani Cancellarius, habens ad infraſcripta plenum & ſufficiens Mandatum vigore Litterarum Ducalium, quarum tenor ſupra ſcriptus eſt, nomine & vice ipſius Illuſtriſſimi D. Ducis pro quo ad cautelam de rato promittit ex una parte, & Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Paulus de Campo Fregoſio, Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli Sancti Sixti Presbyter Cardinalis & Genuenſis Dux Ill. agens nomine ſuo, & Magnifici Conſilii Dominorum Antianorum Civitatis Genuæ, pro quibus de rato promittit, & ſe facturum, & curaturum, ita, & taliter quod prædictum Magnificum Conſilium Dominorum Antianorum Nomine Excelſi Communis Genuæ ratificabit & approbabit, omnia, & ſingula infra ſcribenda, & ſic mittet ſuos Oratores infra menſem a die præſentis Contractus ad ipſum Illuſtriſſimum Principem etiam ratificandum, & approbandum omnia cum ſolemnitatibus opportunis, parte altera ſponte, &c.

Pervenerunt, & perveniſſe ſibi mutuo, & viciſſim confeſſi ſunt ad infraſcripta pacta, & conventionibus, ſtipulationibus ſolemnibus vallatas, renunciantes &c. quarum Litterarum Ducalium tenor ſupraſcriptus eſt,

In primis namque ipſe Reverendiſſimus & Ill. D. Cardinalis, conſiderans, animoque revolvens, quantum debeat Reipublicæ & Civitati Genuæ Patriæ, & Civitati ſuæ, ex qua originem traxit, & in qua ſui Anteceſſores & ipſe amplos, & Supremos honores ſuſceperunt, dignitatesque & utilitates quantumque quilibet Civis Patriæ debeat, ita ut major eſſe debeat caritas erga Patriam poſt DEum, quam erga Parentes, & præponenda ſit

Salus

Digitized by Google

Salus Patriæ, propriæ saluti, sciensque atque considerans se ad Præsens in dicta Civitate utrumque gladium tenere & præsidere, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, ex quo duplici vinculo ultra Civilitatem tanto magis obligatus est sui ipsius, ac proprii honoris obliviſci. Considerans que, ac animo volvens Statum dictæ reipublicæ ac Civitatis, ac totius Italiæ, volensque, secundum exigentiam & temporum qualitates, postponere honores proprios, ut Civitati suæ consulat, faveat & benefaciat; Considerans etiam, quod ipsius Reipublicæ & Civitatis Status melius protegetur, & defendetur sub umbra & protectione aliarum alicujus potentissimi & justissimi Principis, circumspiciensque suæ prudentiæ oculis, cuinam Principi potius adherere debeat, & quisnam sit inter Christianos Principes, qui magis aptus sit ad dictam Rempublicam & Civitatem, ne dum protegendam, sed augendam & ampliandam, habitoque maturo examine in prædictis & circa prædicta cum nonnullis Civibus, quos caritas erga Patriam non mediocriter movit pariter, & auxit, neminem esse competit, cui magis hæc protectio conveniat, quam Illustrisſimo & Excellentissimo Principi & Domino Domino Joanni Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomiti, Mediolanensium Duci, qui tum ob benivolentiam, quam semper habuit Illustrissima Viceomitum familia cum hac inclyta Urbe, tum ob ejus singularem bonitatem & clementiam erga omnes, & potissimum cum fruatur Consiliis & administratione Illustrissimi D. Ludovici Ducis Barri Gubernatoris Locumtenentis Curatoris ac Patrui, cujus prudentia hoc tempore totius Italiæ frena reguntur recte, & summa cum caritate, poterit omnia hujusmodi mala propulsare & hanc Civitatem protegere, tueri, & ampliare quod tanto magis de eo est sperandum quo adeo connexa sunt commoda sui Illustrisſimi Dominii, & locorum cum commodis hujus Civitatis, ut nihil penitus esse possit boni vel mali, quod non sit commune, & postremo animadvertens, quod si titulum Ducatus Genuæ dimiserit & hanc Civitatem & districtum sub vexillo & protectione dicti Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, & Titulo Ducalis Gubernatoris omnia administraverit, cessabunt intollerabiles expense quibus ad præsens Respublica Genuensis & Errarius Divi Georgi premitur, quia servabitur Pax olim firmata Rome per Spectabilem quondam Lazarum de Auria tunc Oratorem Excelsi Communis Genuæ cum Agente pro Communitate Florentiæ, reformabiturque benevolentia etiam cum Serenissimo Rege Ferdinando & mercaturæ Comercium augebitur, unde multa commoda Partibus ipsis obvenient & publica vectigalia plurimum Commodi & favoris accipient, prædictus Reverendissimus Dominus Cardinalis, & Ill. Dux ob caritatem erga patriam rationibus antedictis & multis aliis, quæ alligari possent.

In Dei Nomine, ac Virginis Matris Mariæ, ac beati Georgii Vexilliferi Genuensium. Consensit eidem Magnifico Nicolao de Nigris dicto nomine, & per eum prædicto Illustrissimo D. Duci Mediolani sub infrascriptis Legibus, Pactis, & Conventionibus, & non aliter; primo deponere dictum Ducalem titulum, & accipere nomen Ducalis Gubernatoris ac totam Civitatem Genuæ, cum toto districtu regere & gubernare sub dicti Ducalis Tituli nomine, una cum Magnifico Consilio Dominorum Antianorum, & seu aliis Officialibus Communis Genuæ Deputatis, & seu pro tempore deputandis juxta regulas & Ordines Civitatis, & decreta condita, & pro tempore condenda per eos, salvis semper Privilegiis & omnibus Juribus & aliis quibusvis concessis, & de cætero concedendis Comperis Sancti Georgii, tam pro Locis & Terris, quæ tenentur per ipsas Comperas, quam pro aliis pertinentibus ad Gabellas & loca Comperarum Sancti Georgii, quæ salva semper intelligantur, vexillaque Ducalia elevare, pingique facere in & super Arcibus & locis consuetis, & super omnibus Navibus, Galeis, & Vasis Navigabilibus juxta morem, & quod omnes Actus, omnes expeditiones, & quicquid de cætero fiet per ipsum Reverendissimum D. Cardinalem & Cives deputatos vel deputandos ad publica Officia pro Communi Genuæ fiet sub nomine & titulo Ducalis Gubernatoris, & pariter quod Moneta fabricabitur et cudetur sub dicto titulo.

Item promittit nullam Ligam facere, Practicam, vel Intelligentiam cum aliquo Rege, Principe, Communitate vel Dominio, Domino, sine consensu ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani quæ sit contra statum præfati Domini Ducis Mediolani, aut quæ per directum aut indirectum offendat, tunc, et in futurum Statum præfati Illustrissimi D. Ducis. Verum quia ipse Reverendissimus D. Cardinalis, et sic Commune Genuæ habuerunt hactenus Ligas, et Confœderationes cum aliquibus Italiæ potentatibus, ex quarum causa debentur dicto Reverendissimo D. Cardinali, et Magnifico Officio Baliæ Genuensis non parvæ pecuniarum quantitates, voluit ipse Reverendissimus Dominus Cardinalis dictis nominibus, quod eidem, et dicto Communi Genuæ sit actio, et restet possendi uno modo vel alio, tam in Mari, quam in Terra inquirere et procurare et accipere dictam eorum debitam satisfactionem, non obstante Capitulo, et aliis supradictis, et sic quibusvis Civibus Genuensibus habere debentibus, a quovis Potentatu, Domino, vel Dominio, tam ex causa reprexaliarum concessarum, vel concedendarum, quam alia quavis causa, immo, quod restet eis actio ut ante depositionem Ducalis Tituli et acceptationem Ducalis Gubernatoris.

Item, ut effectus demonstretur ex antedicta adherentia, protectione et Gubernationis titulo promisit, et promittit dictus Reverendissimus D. Cardinalis dicto nomine, quod salvis Mercaturæ Commercio, et omnibus superius declaratis et inferius declarandis, Respublica Genuensis erit Amica Amicorum dicti Illustrissimi D. Ducis Mediolani, et Inimica Inimicorum; sub hac obligatione tantum, et non ultra; videlicet, quod semper, et quomodocunque inferetur aliqua molestia ipsi Illustrissimo D. Duci contra suum statum in Lombardia debeant Reverendissimus D. Cardinalis et Respublica Genuensis semper ad requisitionem ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani eidem auxilium et favorem præstare contra

Omnes

Digitized by Google

omnes provocantes ipsum Illustrissimum D. Ducem Mediolani, videlicet ex hominibus Balistrariis quingentis pro mensibus tribus tantum, expensis dicti Excelsi Communis Genuæ, et si plures homines, et pro pluri tempore voluerit ipse Illustrissimus D. Dux Mediolani, illos habere possit expensis ipsius Illustrissimi D. Ducis, et non dictorum Genuensium; pariter, et eo modo, si armare eliget sua Illustrissima Dominatio contra aliquam Potentiam Italiæ, tantum eidem accommodare de Corporibus Navium quatuor grossarum, et Galearum duodecim cum apparatibus necessariis ad navigandum pro dictis mensibus tribus tantum; solvente ipso Illustrissimo D. Duce stipendium Marinariorum et Officialium, et omnia alia necessaria, et si pro pluri tempore ipsas naves, et Galeas retinere voluerit, id facere possit sumptibus suis, et tam pro Corporibus, quam pro aliis omnibus, hac lege et conditione, quod Patroni, tam Navium, quam Galearum, ac Capitaneus ipsarum sint Genuenses, et eligi debeant hic Genuæ per ipsum Illustrissimum D. Cardinalem Ducalem Gubernatorem, et agentes pro Communi Genuæ, qui tamen Capitaneus, et Patroni teneantur jurare fidelitatem tam dicto Reverendissimo D. Cardinali Ducali Gubernatori, quam cuicunque Ducali Commissario in ea Classe ponendo, per ipsum Illustrissimum D. Ducem Mediolani, ac eidem obedire in pertinentibus ad dictam Classem; et si contingeret ipsi Civitati Genuæ aliquod Bellum ingredi pro defensione Status ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani ab aliquo Potentatu Italiæ per quod Bellum, Locus, et Insula Chii offenderetur, ab aliquo Potentatu Italiæ præfatus Illustrissimus D. Dux Mediolani teneatur una cum ipso Communi Genuæ ad defensionem dicti Loci, et Insulæ Chii a tali Potentatu Italiæ, et hoc modo, Locus, et Insula Chii teneatur ex nunc elevare vexilla prefati Illustrissimi D. Ducis Mediolani, ut de aliis dictum est, salvis semper Conventionibus aliis concesis dicto Loco et Insulæ Chii, et Mahonensibus, et pari modo intelligatur eo casu de Insula Corsicæ.

Et versa vice ipse Magnificus Nicolaus nomine ac vice, & tanquam Procurator & Procuratorio nomine dicti Illustrissimi D. Ducis, a quo habet speciale Mandatum ad omnia & singula, & qui ad cautelam de rato promittit, & se facturum, & curaturum, ita & taliter, & cum effectu, quod ipse Illustrissimus D. Dux Mediolani, cum auctoritate & consensu præfati Illustrissimi D. Ludovici Patrui Curatorisque sui, ac Ducalis Locumtenentis & Capitanei generalis cum solemnitatibus debitis, & requisitis ratificabit omnia & singula suprascripta infra dies quindecim a die præsentis Contractus; acceptans omnia supradicta, promisit, & promittit, ipsi Reverendissimo Domino Cardinali præsenti, & acceptanti eundem in Gubernatoris Ducalis Regimine dictæ Civitatis Genuæ continuo & perpetuo manutenere & defendere a quocunque Potentatu, Domino, & Dominio, sive aliqua quacunque persona, Communi, Corpore, Colleggio, vel Universitate etiam si talis, & tales offendere volens, vel volentes, essent Cives, Subditi, vel exiticii, aut Rebelles, nec offendere volenti consentire, nec consentire permittere, vel auxilium aut consilium, vel favorem, per rectum nec per indirectum præbere, imo potius eum in dicto officio manutenere protegere, & deffendere, ac tueri effectualiter contra quemcumque, qui contra eum in Italia tantum insurgere, vellet, aut arma contra eum quovis modo vel quesito colore movere.

Insuper sciens, & intelligens ipse Magnificus Nicolaus dicto nomine, prefatum Illustrissimum D. Ducem non aspirare ad Dominium dictæ Reipublicæ Genuensis, sed solum optare ex ea ac viribus suis se valere posse ad honorem, amplitudinem, & commune commodum, cupiens etiam dictam Genuensium Rempublicam cum Civium Unione, & in Pace haberi, & ampliari, & pariter pro quanto solidior & firmior erit potestas ipsius Reverendissimi Domini Cardinalis Ducalis Gubernatoris quantoque potentior fuerit in dicta Civitate ad omnes emulationes, & consimiles suspicationes evitandas, tanto diuturnior erit benevolentia, & protectio prædicta approbavit, & approbat quod ipse Reverendissimus D. Cardinalis Ducalis Gubernator teneat, & tenere possit ac debeat Arces Castelletti, & Castellatii Civitatis Genuæ, Castra Sabnæ, & alia Castra, & Fortilitia Districtus Genuæ munita, & cum illis hominibus & aliis, prout sibi Reverendissimo D. Cardinali placuerit sub vexillo tamen ipsius Illustrissimi Domini Ducis, & quod ipse Reverendissimus D. Cardinalis Ducalis Gubernator possit & valeat conferre omnia Offitia Civitatis Genuæ, & Districtus sub Ducali nomine, una cum Magnifico Consilio Dominorum Antianorum, prout, & sicut ipse Illustris & Reverendissimus D. Cardinalis, sui Ducatus tempore contulit & conferre solitus est, & demum omnia & singula facere, gerere, & administrare. cum plena & libera jurisdictione sub dicto Ducalis titulo, prout faciebat, aut facere potuisset ante confectionem præsentium Capitulorum.

Insuper declaratum est, quod quicunque provisionati, qui etiam tenebuntur in Palatio, & alibi ad custodiam Palatii, & Civitatis, & aliorum Locorum Communis Genuæ ac etiam ex pecunia Communis, quam aliter fiant & eligantur per ipsum Reverendissimum D. Cardinalem Ducalem Gubernatorem in omnibus, & per omnia, prout solitum est fieri, ante confectionem præsentis Instrumenti.

Et ut magis, & apertius intelligatur animus præfati Illustrissimi D. Ducis Mediolani, ac bona, & liberalis ejus mens erga ipsum Reverendisimum D. Cardinalem, Ducalem Gubernatorem, ac Cives Genuenses tam pro cautela, & securitate prædicti Status, & Gubernatoris, quam pro subventione Errarii Genuensis, libere promisit, & promittit dicto Reverendissimo D. Cardinali, & Communi Genuæ solvere continuo, tam tempore Pacis, quam Guerræ, stipendium provisionatorum centum quinquaginta mensuatim eo stipendio, quo in janua solvitur pro custodia dictæ Civitatis & Status ultra tenendos expensis Communis & qui provisionati pariter capi, & conduci debeant per ipsum Ducalem Gubernatorem, in omnibus & per omnia, prout de aliis supra dicitur. Si vero Guerra moveretur, dicto Reverendissimo Domi-

Digitized by Google

Domino Cardinali Gubernatori & seu Communi Genuæ per quemvis tunc complere debeat numerum stipendiatorum quingentorum, & Equitum armatorum quinquaginta, & pro pluri ac majori Summa, secundum exigentiam, expensis Illustrissimi Domini Ducis Mediolani, pro eo tempore, scilicet quo Guerra durabit, solvendo in moneta, modo, quo supra dictum de provisionatis ultra generalem obligationem tutellæ, & defensionis, quæ salva remaneat.

Item promittit nomine, quo supra quod per prefatum Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani providebitur & fiet cum effectu, quod Florentini citra Macram non progredientur contra Genuenses, & ad hoc præstabit ipsis Genuensibus omne auxilium & favorem opportunum, ac eos defendet.

Item promittit præfatus Magnificus D. Nicolaus Procurator ut supra, quod quicumque Subditi Communis Genuæ, & Magnifici Officii Sancti Georgii qui habent Possesiones privatas, & quæ ad eos spectant ultra Macram, comprehensis etiam hominibus Ameliæ & Illicis, gaudebunt, & fruentur eis pacifice, neque in eis permittet Florentinos dare ullam molestiam præfatis Subditis & hominibus.

Item promittit, nomine quo supra, dictus Magnificus Nicolaus, quod præfatus Illustrissimus Dominus Dux Mediolani non arctabit ipsos Genuenses ad Pacem, aut Treguam cum Florentinis, nisi prius observata Pace alias inter ipsas Partes Romæ contracta.

Item ipse Magnificus D. Nicolaus dicto nomine, sciens bonam ipsius Illustrissimi D. Ducis Mediolani mentem erga hanc Civitatem Genuæ, & quoscunque Cives dictæ Civitatis, cupiensque quod omnes læto, & quieto animo vivere libere possint, & sine aliqua suspicione, remisit, & remittit ipsi D. Cardinali, & Civitati cum districtu, ac quibuscumque particularibus Civibus dictæ Civitatis, & Districtus, quocumque nomine censeantur & cujuscunque ordinis, qualitatis & dignitatis existant, omne delictum, omneque crimen in quod incurissent, vel incidissent conjunctim, & divisim, etiam si esset crimen læsæ Majestatis, & rebellionis aut aliud crimen majus, vel minus, & omnem pœnam, quæ ab eis exigi, vel in eos inferri posset, omneque damnum, expensas, & interesse, quæ, & quod, ab eis, vel aliquo ipsorum peti posset qualitercunque & quomodocumque, quavis ratione, occasione, vel causa antedictis, promisitque atque promittit, quod de cætero, quavis occasione, ratione, vel causa, nulla inferretur molestia verbalis, vel realis dictæ Civitati, vel Civibus, aut alicui eorum, & pariter quod nihil unquam patietur ab ipsis Reverendissimo & Ill. D. Cardinali, aut dicta Civitate, vel Civibus peti posse ex aliqua alia causa, ex qua ipse Illustrissimus D. Dux Mediolani, prætendere posset aliquid sibi deberi per ipsum Dominum Reverendissimum D. Cardinalem & Commune Genuæ quacunque causa.

Item convenerunt ambæ Partes communi consensu, quod per præsentem Contractum non intelligatur aliquid actum, vel conventum contra sedem Apostolicam, & Serenissimum Dominum Imperatorem.

Quæ omnia, & suprascripta singula singulis referendo, dictæ Partes, una alteri & altera alteri, dictis nominibus, solemnibus stipulationibus hinc inde interveniendis, promiserunt rata, grata, ac firma habere, tenere, & effectualiter observare, in nulloque contrafacere vel venire per se, aut alios, aliqua ratione, causa, vel ingenio, quæ dici, vel excogitari possit de jure, aut de facto, sub pœna dupli, & obligatione, dictis nominibus, omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum, Renuntiantes &c.

Actum Genuæ, in Palatio, & in Camera nona superiori quæ est in Capite Salæ viridis, præsentibus Venerabili Fratre Augustino de Luca Ordinis Minimorum Sacræ Theologiæ Magistro; Nobilibus Viris Joanne de Auria quondam D. Dominici Bartholomei, Paulo Ravascherio, & Viro egregio Petro de Ripalta, Cancellario, testibus ad præmissa vocatis, habitis specialiter, & rogatis, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, Indictione quarta secundum Genuæ cursum, die vero nona Julii. GOTTARDUS STELLA, Notarius & Cancellarius.

In Nomine Domini, Amen.

Reverendissimus in Christo Pater Dominus Paulus de Campo Fregoso tituli Sancti Sixti Presbiter Cardinalis, ac Dux Januensium &c. ac Magnificum Consilium Dominorum Antianorum Communis Januæ, & eorum qui interfuerunt Nomina sunt hæc: Marcus Lercarius Prior, Joannes Justinianus, Philippus Lomellinus, Trionlus, Spinula, Joannes Donatus, Hieronimus Logia, Notarius, Elianus Centurionus, Nicolaus Malcravelus, Moruel Cigalla, Nicolaus de Amigdola, Donatus de Marcho.

Ac Magnifica, & Spectabilia Officia Dominorum duodecim Officii Baliæ Communis Januæ, & qui interfuerunt nomina sunt hæc:

Dominus Hector de Flisco J. U. Doctor, Franciscus de Camulis Notarius, D. Raphael de Odono J. U. Doctor, Hieronymus Palmarius, Constantinus de Auria, Petrus Baptista de Guixó, Christophorus de Auria, Stephanus Cigalla, Melchion de Nigro, Peregrus, Rebufus.

Ac Officii Monetæ, & qui interfuerunt nomina sunt hæc:

Thomas Justinianus, Baptista Cigalla, Philippus de Guano, Hieronymus Lercarius, Georgius Judex, Franciscus Spinula, Laurentius de Costa Notarius.

Ac Officii Sancti Georgii, & qui interfuerunt nomina sunt hæc:

Gentilis de Cannulla Prior, Joannes Baptista Adurnus, Caxanus Spinula Peregrus de Vultabio, Antonius Salvagius, Pasqual Sauli, Angelus de Majolo Subrogatus loco Stephani de Bracellis absentis, Dominicus de Marinis subrogatus loco Bartholomei Calvi defuncti. Scientes in magno Convocatorum Consilio in Palatio, sicut constat in Cancellaria manu mei Notarii & Cancellarii infrascripti, hoc anno, die quarta mensis Julii præsentis pro Sententia Viri Nobilis Ambrosi de Marinis approbatum fuisse quicquid ipse Reveren-

Digitized by Google

disſimus & Illuſtriſſimus D. Cardinalis, & Dux ſuò & Magnifici Conſilii Dominorum Antianorum nomine, egit, contraxit, & concluſit cum Magnifico D. Nicolao de Nigris Cancellario & Secretario Illuſtr. & Excell. Principis, D. Ducis Mediolani & ſuo nomine, ſicut de prædictis conſtat publico Inſtrumento manu mei Notarii & Cancellarii infraſcripti, hæc Anno, menſe, & die heſterno & inſuper attributam fuiſſe ipſis quatuor Officiis curam, una cum præfato Reverendiſſimo D. Cardinali, & tunc Duce, revidendi, quæ acta fuerunt, & reformandi, ſi quid poſſet in melius reformari, & habito ſuper prædictis maturo examine factisque aliquibus correctionibus, & reformationibus primum in Capitulo ſecundo de non facienda Liga &c. loco illorum verborum, quæ dicebant, *aut contradicat præſentibus Capitulis* tollantur illa verba, *aut contradicat præſentibus Capitulis*, & loco ipſorum verborum dicatur, *aut quæ per rectum, vel indirectum offendat tunc & in futurum Statum præfati Illuſtriſſimi D. Ducis*, quibus duabus Reformationibus ipſe Dominus Nicolaus Cancellarius, ac Mandatarius, & Procurator præſens conſenſit, & approbavit. Demum volentes, quæ acta ſunt & concluſa pro bono Reipublicæ Genuenſis, & ad honorem præfati illuſtriſſimi Principis D. Ducis Mediolani, & ipſi rata habere, & confirmare, & prout in ipſo Inſtrumento plenius continetur, ad quod habeatur relatio, omnibus illis meliori modo, via, jure, & forma quibus magis & melius potuerunt & poſſunt dicta Capitula, & Pacta omnia, Inſtrumentumque prædictum & omnes reformationes ſuperinde factas ſingula ſingulis referendo, prout jacent, rurſus reviſas, ac reviſa diligenter approbaverunt, confirmaverunt, & ratificaverunt & emologaverunt in omnibus & per omnia, prout in illis continetur; Promittentes mihi Notario, & Cancellario infraſcripto ſtipulanti & recipienti nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Principis D. Ducis Mediolani & omnium, quorum intereſt, intererit ſeu intereſſe quomodolibet poterit in futurum ſe dicta prædicta Capitula, & Inſtrumentum ac Reformationes, & omnia in Inſtrumento prædicto, & in præſenti contenta perpetuo rata, grata, & firma habere, tenere, attendere, & obſervare, & in ullo contrafacere, dicere, vel venire per ſe, aut alios, aliqua ratione, cauſa, vel ingenio, quæ dici aut excogitari poſſit de jure, aut de facto, ſub pœna dupli, & obligatione omnium bonorum Communis Januæ, præſentium & futurorum, Renunciantes &c.

Qui præfatus Reverendiſſimus D. Cardinalis, volens, quæ ſunt conventa, ſervare, ex nunc in Dei nomine aſſumpſit nomen, & titulum Ducalis Gubernatoris, promiſitque mihi Notario, & Cancellario infraſcripto ſtippulanti pro eo perpetuo uti, ac cætera omnia conventa fideliter, & bona fide ſervare in omnibus, & per omnia, prout in ipſis Capitulis, & præſenti Inſtrumento continetur.

Actum Januæ in Palatio, & in Camera inferiori, ubi Conſilia æſtivo tempore celebrari ſolent, præſentibus Viris Egregiis Francisco de Vernatia & Lazaro Pontiono, ac Petro de Ripalta Cancellariis &c. ac etiam Bartholameo de Caſtiliono Scriba Officitii Monetæ teſtibus ad hæc habitis, vocatis, & rogatis, Anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione quarta ſecundum Januæ curſum, die vero decima menſis Julii.

GOTTARDUS STELLA Notarius, & Cancellarius.

CXII.

Inſtrumentum Ratificationis pactorum antea inſertorum per legatos & oratores Ianuenſes coram Iohanne Galeatio Maria Sfortia, Duce Mediolani, tanquam Ianuæ Domino, ſolenniter traditæ, d. d. 9. Sept, An. 1487. cui Ianuenſium mandatum ad hunc actum eſt annexum, d. d. 19. Aug. An. 1487.

In Nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione quinta die Dominico nono menſis Septembris. Leti admodum & contenti Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Paulus de Campo Fregoſio DEi gratia tituli Sancti Sixti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbiter Cardinalis, nunc Ducalis Inclytæ Civitatis Genuæ Gubernator; ac Magnificum Conſilium Dominorum Ancianorum Communis Civitatis ipſius rappreſentantes ipſum Commune, de redintegratione, & reconciliatione facta his proxime actis diebus per ipſos Reverendiſſimum D. Cardinalem tunc Ducem, & Conſilium de ea Urbe cum Illuſtriſſimo Principe, & Excellentiſſimo Domino Joanne Galeaz Maria Sfortia, Vicecomite Duce Mediolani &c. Papie Angleriæque Comite, ac Januæ, & Cremonæ Domino, & reverentia ei uti Domino Genuæ per ipſos exhibenda deſignarunt, proinde ad ipſum Illuſtriſſimum D. Ducem Mediolani Magnificos, & præſtantes Viros Dominum Lucam de Grimaldis, Philippum Lomelinum, Jacobum de Verchietis, Conſtantinum de Auria, Joannem de Vallebella, Lodiſium de Brevi, Joannem Juſtinianum, Paridem de Fliſco, Baptiſtam Spinulam quondam Andreæ, Auguſtinum Preſendam, Hieronimum Centurionum, & Antonium Savulum ſuos & Communis Civitatis prædictæ veros, & Legitimos Procuratores, Sindicos, & Mandatarios, ut publico conſtat Inſtrumento tenoris infraſcripti, ad declarandum, & patefaciendum, in ejus Celſitudinem, ſtatumque ſuum eorum optimam mentem, & diſpoſitionem, quam ſemper habuerunt Illuſtriſſimis quondam Dominis ejus Progenitoribus, congratulandumque cum Illuſtriſſimo ipſo Principe de eorum ipſa reconciliatione, & redintegratione, cum ejus Celſitudine, ac reverentia, ei de cætero uti Domino Genuæ per ipſos exhibenda; quod non modo

publica

Digitized by Google

publica & ornatiſſima, ac elegantiſſima Oratione per prænominatum D. Lucam unum ex ipſis Procuratoribus, Sindicis, & Mandatariis actum extitit; verum etiam ex abundanti, & in quantum expediat per publicum Inſtrumentum id omne, & quæ contracta, pacta, & conventa ſunt cum ejus Celſitudine, ſive Procuratore, & Mandatario ſuo, efficere decreverunt, Igitur iidem Domini Procuratores, Sindici & Mandatarii dictis nominibus, ac pro ſe ipſis conſtituti in præſentia Illuſtriſſimi Domini Ducis, eidem D. Duci, uti Domino Genuæ, debitam reverentiam exhibuerunt & exhibent, ac tenore preſentis Inſtrumenti ſponte, & ex certa ſcientia, ac alias omnibus modo, jure, via, cauſa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius potuerunt & poſſunt prædictam redintegrationem & reconciliationem cum ipſo Illuſtriſſimo D. Duce, cæteraque omnia contenta, & declarata, in Inſtrumento proinde tradito, & rogato, Anno & Indictione præſentibus, die nono menſis Julii proxime præteriti per ſpectabilem Gerardum Stellam, Notarium publicum, & Cancellarium præfati Communis, nec non expreſſa & declarata in alio Inſtrumento Ratificationis ipſorum omnium tradito ſimiliter, & rogato per dictum Notarium & Cancellarium, die decimo dicti menſis Julii, ratificaverunt, confirmaverunt, & ratificant, confirmant & approbant: Promittentes prænominati Magnifici Domini Procuratores, Sindici, & Mandatarii dictis nominibus præfato Illuſtriſſimo Domino Duci ſtippulanti, & recipienti nec non, & mihi Notario, & Cancellario infraſcripto uti perſonæ publicæ ſtipulanti, & recipienti nomine, & vice ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis, & quorumcunque intereſt, & in futurum intereſſe poterit, ſe ſe perpetuo ea omnia, & ſingula attendere, & inviolabiliter obſervare, nec contra ipſa, vel aliquid ipſorum, recte vel indirecte, tacite vel expreſſe, nec aliquovis quæſito colore, dicere, facere, vel venire ſub hipotecha & obligatione omnium & ſingulorum bonorum, mobilium, & immobilium, præſentium & futurorum, præfati Communis Januæ, ac refectione, & reſtitutione quorumcunque damnorum, intereſſe, & expenſarum, quæ, & quas proinde fieri, & pati contingeret per præfatum Illuſtriſſimum D. Ducem; Acto tamen quod per prædicta, non intelligatur in dictis Inſtrumentis, & Pactis aliquid additum, vel diminutum, aut mutatum, ſed omnia ſic, ut ſupra, ratificata, & promiſſa ſint, & intelligantur in illis ſenſu & intellectu, verbis, & forma & conditionibus, ſub quibus ſcripta ſunt, nec aliter, aut in plus obligent, quam in dictis Inſtrumentis continetur & pariter non præjudicetur juribus præfati D. Ducis Mediolani. Renunciantes prænominati Domini Procuratores, Sindici, & Mandatarii dictis nominibus verſus præfatum Illuſtriſſimum Dominum Ducem, & me dictum infraſcriptum Notarium, ut ſupra ſtipulantem, exceptioni non exhibitæ dictæ reverentiæ, & non factæ antedictæ ratificationis, ac non factarum prædictarum promiſſionum, & obligationum, prædictorumque omnium & ſingulorum, non ſic actorum, & geſtorum, & omnibus probationibus, & defenſionibus in contrarium, de quibus omnibus & ſingulis iidem Domini Procuratores, Sindici, & Mandatarii dictis nominibus juſſerunt, & rogaverunt, ac jubent & rogant, præfatusque Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani, & mandat, per me Joannem Antonium de Girardis Notarium publicum, ac Ducalem Cancellarium infraſcriptum publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Arce Portæ jovis Inclytæ Civitatis Mediolani præſentibus Magnificis Dominis Joanne de Auria, Joanne Franciſco Marchione Palavicino Militibus, Joanne Angelo de Tolentis, Joanne Andrea Cagnola, Scipione Barbavaria utriusque Juris Doctoribus Conſiliariis, Alexandro Marchione Palavicino, Comite Joanne Franciſco Auguſtola, Haraſmo de Triultiis, Antonio Vicecomite, Gubernatoribus, Bartholomeo Calco, Jacobo Antiquario, Philippo Ferufino, & Joanne Molo Secretariis, ac Domino Joanne Vicemola, Milite Seneſcalco generali prefati Illuſtriſſimi Domini Ducis teſtibus notis, idoneis ad præmiſſa vocatis & rogatis.

In Nomine Domini, Amen.

Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Paulus de Campo Fregoſio, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ tituli Sancti Sixti Presbiter Cardinalis, & Ducalis Genuenſis Gubernator, Magnificumque Conſilium Dominorum Antianorum Communis Januæ in ſufficienti legitimo numero congregati, & qui interfuerunt, nomina ſunt hæc: Hieronimus Logia Prior, Marchus Lercarius, Elianus Centurionus, Morruel Cigala, Troilus Spinula, Manuel de Fliſco, Nicolaus Lomelinus Subrogatus loco Philippi Lomelini, Julianus Donatus, & Machlanellus, roppreſentantes Excelſum Commune Januæ, volentes mittere infraſcriptos Nobiles ac præſtantes Cives Januæ Oratores ſuos ad Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum D Joannem Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani &c. Dominum Protectorem que noſtrum, ut congratulentur Exæ. ſuæ nomine Civitatis & Communis Januæ pro, & de his, quæ proximo acta ſunt, & conventa inter Illuſtriſſimum Principem ex una Parte, & Agentes pro Excelſo Commune Januæ ex altera, ad quorum obſervantiam animus omnium firmatus eſt, & inconcuſſe ſtabilitus, ita, ut non

Digitized by Google

oporteat aliter de ea re ſpecialem mentionem fieri, ad abundantiorem cautelam, & ſi, ac quatenus expediat ex hoc publico Inſtrumento, & omnibus illis meliori modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus magis & melius potuerunt, & poſſunt, fecerunt, & conſtituerunt, ac elegerunt & creaverunt, faciunt, conſtituunt, creant, & ordinant dictos nobiles, & præſtantes Cives, quorum nomina ſunt hæc: Domini Lucas de Grimaldis, Philippus Lomelinus, Jacobus de Vechietis Conſtantius de Auria, Joannes de Vallebella, Lodviſius de Brevi, Joannes Juſtinianus, Paris de Fliſco, Baptiſta Spinula, quondam Andreæ, Auguſtinus Proſeuda, Hieronymus Centurionus, & Antonius Sauli, ſuos, & Communis Januæ veros, legitimos, & indubitatos, & certos Procuratores, Sindicos, Actores, Factores, & Mandatarios & quicquid de prædictis melius dici, & eſſe poteſt, vel quo nomine melius poſſint appellari abſentes, ſed tanquam præſentes, ſpecialiter, & expreſſe nominatim ad comparendum coram prefato Illuſtriſſimo Domino Principe & Excellentiſſimo Domino ad congratulandum de his, que pro his, quæ nuperime contracta, ac pacta & conventa ſunt, cum ſua Exa. ſeu ejus Procuratorio & Mandatario de bona ad invicem reintegratione, & reconciliatione, formaque vivendi, honore de cætero exhibendo, præfate Exæ. tanquam Domino Januæ, ſic ut ex prædictis conſtat publico Documento ſcripto, & rogato per Notarium, & Cancellarium infraſcriptum, hoc anno die nona Julii, & exinde alio Inſtrumento Ratificationis omnium prædictorum cum correctionibus ſuper eis factis, prout etiam conſtat manu mei jam dicti Notarii & Cancellarii, hoc etiam Anno, die decima Julii, ad quæ Inſtrumenta relatio habeatur, & quibus verbis fieri poterit oſtendendum Civitatem animum, ratificandumque quatenus expediat ea omnia, per novum Inſtrumentum nomine ipſorum Reverendiſſimi D. Ducalis Gubernatoris & Conſilii, ſuo, & nominum Excelſi Communis Januæ, ita tamen, quod per hanc ratificationem ſi fieri contingat, non intelligatur in dictis Inſtrumentis & Pactis aliquid additum vel diminutum aut mutatum, ſed omnia ea intelligantur remanere in eo ſenſu, & in illis verbis ac forma, & conditionibus, ſub quibus ſcripta ſunt, & de dicta ratificatione, unum & plura Inſtrumenta, ac ſcripturas publicas, ac privatas faciemus, & fieri faciendum rogatas, & rogata, vallatas & vallata omnibus illis tenoribus, pactis formis & Clauſulis & Conditionibus, quæ in ſimilibus de jure, vel de conſuetudine requiruntur, vel quæ eam poſſint reddere validiorem, & demum in prædictis, & circa prædicta, & connexis, & dependentibus ab eisdem ea omnia faciendum, procurandum, gerendum & exercendum, quæ neceſſaria fuerunt, & opportuna, & quæ ipſemet Reverendiſſimus D. Cardinalis Ducalis Gubernator & Conſilium Dominorum Antianorum Conſtituentes facere ſi præſentes eſſent, vel mandatum exigerent magis ſpeciale, dantes, & concedentes præfatis eorum Oratoribus, Procuratoribus, Sindicis, & Mandatariis abſentibus ſed tanquam præſentibus in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum, connexis, & dependentibus ab eisdem, plenum, liberum, largum, & generale Mandatum, cum plena, libera, larga, & generali Adminiſtratione, & ſpeciale, ubi exigitur ſpeciale, promittentes mihi Notario, & Cancellario ſuo infraſcripto, tanquam perſonæ publicæ Officio publico ſtipulanti, & recipienti, nomine & vice omnium, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum, ſe perpetuo ratum, ac firmum habituros omne id totum quicquid, ac quantum per præfatos Oratores, Procuratores Sindicos ſuos, in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum, & connexis & dependentibus ab eisdem, actum, geſtum, procuratum fuerit, & ſic quomodolibet adminiſtratum, ſub hipotea & obligatione omnium bonorum Excelſi Communis Januæ, præſentium & futurorum, renunciantes &c. Actum Januæ in Palatio, & in Camera inferiori, ubi Conſilia eſtivo tempore ſolent celebrari, præſentibus Simone Maſtrucio quondam Antonii, Dominico de Caſtiliono, quondam Joannis, & Franciſco Spinula quondam Alexandri, ac Petro de Ripalta, Cancellario Reverendiſſimi D. Cardinalis, teſtibus vocatis Specialiter, & rogatis, Anno a Nativitate Domini 1487. Indictione quarta ſecundum Januæ curſum, die decima nona menſis Auguſti.

Ego Gotardus Stella, filius quondam Peroni de Donatis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Judex ordinarius, & Excelſi Communis Januæ Cancellarius, prædictis his omnibus interfui, & rogatus ſcripſi, licet gravioribus occupatus per manum alterius tranſcribi hic fecerim, ſigno, & nomine meo appoſito, ut conſuevi, in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.

Digitized by Google

CXIII.

Instrumentum desponsationis inter Blancam Mariam, Galeatii Mariae, Ducis Mediolani filiam atque Johannem Corvinum, Matthiae, Hungarorum Regis, filium celebratae, d. d. 25. Novembr. An. 1487.

In Nomine Domini Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, Indictione sexta die Dominico vigesimo quinto mensis Novembris.

Etsi intra Serenissimum & Excelentissimum Dominum Matthiam DEi gratia, Hungariæ & Bohemiæ Regem &c. & Illustrisfimum & Excellentissimum Dominum Joannem Galeaz Mariam Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, Papiæ Angleriæque Comitem, ac Genuæ & Cremonæ Dominum, ac Illustrisfimos quondam Dominos progenitores ejus arcta semper, & continuata extiterit Amicitia, & Benevolentia mutuis utrinque certantibus studiis, atque officiis, nec unquam fortunæ eventu delapsa, tamen animadvertentes iidem Serenissimus Dominus Rex & Illustrissimus Dominus Dux nullo firmiore nexu hanc ipsam Benivolentiam confirmare posse, quod ex matrimonio contrahendo, ac nova inter eos ineunda affinitate, ex qua utrisque Statibus Pax, quies, tranquillitas, maxima accessura est, quo etiam ad utriusque generis splendorem conducet, insistendum fore dijudicarunt, ut novis affinitatis hujusmodi vinculis omnia confirmarentur, quo magis perpetua fierent nullis temporum & seculorum morsibus violanda; Cum igitur superioribus mensibus per Magnificum, & Clarissimum Doctorem *Dominum* Franciscum Fontanam, præfati Serenissimi D. Regis Oratorem, & Mandatarium tractatum fuerit, & concluſum cum præfato Illustrisfimo *D.* Duce Mediolani, & Illustrisfimo D. Ludovico, Maria Sfortia Vicecomite Duce Bari ejus Patruo & Curatore, & Capitaneo & Locumtenente Generali, quod Illustrisfimus D. Joannes Corvinus Oppaviæ, Liptoniæ Dux, ac Comes de Umad &c. ipsius Illustrisfimi D. Regis filius, nunc ætatis dicitur annorum quatuordecim, & ultra, acciperet in ejus legitimam Sponsam, & Uxorem inclytam Virginem Dominam Blancam Mariam, Vicecomitem, filiam legitimam & Naturalem Illustrisfimi quondam felicis memoriæ Domini Galeaz Mariæ Ducis, & Sorrorem Charisfimam ipsius Illustrisfimi, & Excellentisfimi *D.* Ducis Joannis Galeaz Mariæ moderni Ducis; in præsentia ad id efficiendum, & effectui demandandum præfati Serenisfimus *D.* Rex, & Illustrisfimus D. Joannes Dux ejus filius ad prænominatum Illustrisfimum D. Ducem Mediolani desiguarunt Reverendisfimum in Christo Patrem Dominum Joannem, DEi gratia Episcopum Varadinensem eorum Oratorem, ac legitimum Mandatarium Procuratorem, quemadmodum ipsorum Parentibus constat Litteris eorum propriis manibus subscriptis, Tenoris infrascripti.

Habita igitur ad hunc Actum publica, ac solemni, ac ornatisfima Oratione per Magnificum & Clarisfimum Juris utriusque Doctorem Dominum Joannem Franciscum de Marchiano Ducalem Consiliarium nostrum in presentia prefati Reverendisfimi D. Episcopi Varadinensis, præfatorum D. *D.* Regis Ducis Patris, & Filii Oratoris ac Mandatarii, ac Illustrisfimi Domini Ducis Mediolani, nec non Illustrisfimæ & Excellentisfimæ Dominæ Bonæ Ducisfæ Mediolani Matris præfatæ inclytæ Virginis Dominæ Blanchæ Mariæ, ac utriusque Senatorii Ordinis, Procerumque & Aulicorum ejusdem Illustrisfimi D. Ducis Mediolani & per ipsum D. Joannem Franciscum, ipsa Domina Blanca Maria, nunc ætatis, ut dicitur, annorum quindecim, vel circa, interrogata fuit contenta, & sponte contentatur accipere, & accepit, ac accipit in ejus legitimum sponsum & maritum prefatum Illustrisfimum D. Joannem Corvinum Ducem, licet absentem, tanquam præsentem, seu prænominatum Reverendisfimum D. Episcopum Varadiensem ejus Procuratorio & Mandatario nomine, præsentem, stipulantem, & recipientem in eum consentiendo per verba de præsenti.

Viceversa interogatus idem Reverendisfimus D. Episcopus Varadiensis fuit contentatus, & contentatur Procuratorio & Mandatario nomine præfati Illustrisfimi D. Joannis Corvini Ducis accipere, ac accepit & accipit in ejus Illustrisfimi D. Joannis Corvini, Ducis legitimam sponsam, & uxorem prefatam inclytam Virginem, Dominam Blancam Mariam ibi præsentem stipulantem, & recipientem in eam dicto Procuratorio & Mandatario nomine, consentiendo per verba de præsenti, ac idem Reverendisfimus D. Episcopus Procuratorio & Mandatario nomine prænominati Illustrisfimi D Ducis in signum veri & legitimi Matrimonii ipsam D. Blancam Mariam cum duobus annulis auri gemmas precioſas habentibus desponsavit, & desponsat, quod felix fauſtumque & diuturnum sit; Renuntiantes prefati inclyta D. Blanca Maria, & Reverendisfimus D. Episcopus Procuratorio & Mandatario nomine prefati Illustrisfimi D. Joannis Ducis exceptioni non factæ prædictæ desponsationis cum mutuo utrumque consensu per verba de præsenti, prædictorumque omnium & singulorum non sic actorum & gestorum, ac omnibus probationibus, & defensionibus in contrarium: De quibus omnibus & singulis idem inclyta *D.* Blanca Maria, & Reverendisfimus D. Episcopus dicto nomine, & uterque eorum jusserunt, & rogaverunt ac jubent & rogant per nos Joannem Antonium de Girardis Papiensem & Filippum de Comite Notarios publicos & Cancellarios infrascriptos & utrumque nostrum in solidum publicum confici debere Instrumentum unum & plura ejusdem tenoris. Actum in Arce Portæ Jovis inclytæ Civitatis Mediolani, videlicet in Sala Schaglionum sic nuncupata solitæ Residentiæ prefati Illustrisfimi D. Ducis Mediolani, præsentibus Reverendisfimo

mo & Illustrisſimo D. Aſcanio Maria Sfortia Vicecomite tituli Sancti Viti Diacono, Cardinali Bononiæ Legato, Magnificis & preſtantiſſimis Militibus D. Symonoto Belprato Sereniſſimi D. Regis Ferdinandi Siciliæ, &c. Oratore, Domino Franciſco Fontana, Artium & Medicinæ Doctore, prefati Sereniſſimi D. Regis Hungariæ Oratore, & D. Jacobo Trotto, Illuſtriſſimi *D.* Ducis Ferrariæ Oratore, nec non D. Antonio Trotto, Conſiliario, & D. Bartholameo Calco Secretario prefati Illuſtriſſimi D. Ducis Mediolani, omnibus Teſtibus notis idoneis ad præmiſſa vocatis & rogatis.

Nos Matthias DEi gratia Hungariæ Bohemiæ &c. notum facimus, & tenore præſentium ſignificamus, quibus expedit Univerſis, quod nos de fide, & præclara fidelitate, prudentia, legalitate, atque rerum agendarum peritia fidelis nobis dilecti Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Joannis, Epiſcopi Eccleſiæ Varadienſis, Cancellarii, & Conſiliarii noſtri, ad plenum confiſi eumdem ſimul cum Illuſtriſſimo Domino Joanne Corvino, Duce nato noſtro charisſimo, omni modo Jure, via, cauſa & forma, quibus melius & efficacius poſſumus, facimus, creamus, & ſolemniter conſtituimus in noſtrum verum, legitimum, & indubitatum, Oratorem Sindicum Procuratorem Mandatarium, Actorem, Factorem & Nuntium ſpecialem, vel ſi quo alio nomine melius de jure dici vel cenſeri poteſt dantes eidem & concedentes una cum eodem Illuſtriſſimo filio noſtro plenum Mandatum, plenamque & expeditam ac omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem noſtram & ſpecialiter & ſpecifice ad faciendam, contrahendam, concludendam & firmandam affinitatem inter nos, & ipſum Illuſtriſſimum filium noſtrum ab una, & Illuſtriſſimos & Excellentiſſimos Principes D. Joannem, Ducem Mediolani, & Ludovicum Ducem Bari &c. ab altera Partibus, nec non, & ad ſubarandam & deſponſandam pro eodem Illuſtriſſimo filio noſtro, & ejus nomine Illuſtriſſimam virginem D. Blancam ſororem, & neptem eorundem Illuſtriſſimorum D. D Ducum, & ſuper illius dote finaliter concordandum, illamque levandum, & quantitatem etiam ſubinde dandum. Præterea ad ineundam, contrahendam & firmandam Ligam, Intelligentiam & Adherentiam ſeu Confederationem cum ipſis Illuſtriſſimis Principibus & Statibus, Principatibusque eorumdem, ac ſe nomine & vice noſtra, ipſiusque Illuſtriſſimi filii noſtri etiam cum Litteris & juramentis, aliisque quibusvis obligationibus, clauſulis, & Conditionibus opportunis, & etiam quarumcunque adjectionibus & Clauſulis, Litteras ſuas ſub ejus Sigillo, & manus proprie ſubſcriptione dandas, & conficiendas, generaliter vero ad omnia & ſingula facienda, gerenda, procuranda & exercenda, quæ circa prædicta neceſſaria, & utilia fuerunt, & opportune videbuntur, & quæ ordo juris, & conſuetudinis poſtulant & requirunt, ac etiam, quæ ad ipſa, & quælibet ipſorum qualitercunque pertinere noſcuntur; & item, quæ per verum & legitimum Procuratorem, Oratorem, & Mandatarium fieri, procurari, & exerceri poſſent quæque nos ipſi una cum præfato Illuſtriſſimo filio noſtro facere poſſemus & deberemus, ſi preſentialiter ſimul, vel diviſim intereſſemus, etiam ſi talia forent, quæ Mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum; Promittentes ſimul cum Illuſtriſſimo filio noſtro in verbo noſtro Regio, ac bona fide noſtra mediante ſub Ipotecca omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, omnia & ſingula, quæ per dictum noſtrum & Illuſtriſſimi filii noſtri Procuratorem & Oratorem in præmiſſis & circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum tractata, inita facta, diſpoſita, ordinata, promiſſa, firmata, & concluſa fuerint, rata, firma, & grata habere, & inviolabiliter obſervare ipſiusque Oratoris noſtri Litteras, ſi quis fortè ſub ejus ſigillo in præmiſſis rebus confecerit Litteras & Sigillo noſtris, dum ad noſtram notiam pervenerint, intra tempus ſtatuum redimere, ac ipſum D. Oratorem, ab omni onere Satisdationis relevare, harum noſtrarum, quibus tam noſtrum Sigillum ſecretum, quo ut Rex Hungariæ utimur, quam etiam ipſius Illuſtriſſimi filii noſtri eſt appenſum, vigore & teſtimonio Litterarum mediante. Datum in Arce noſtra Viennenſi Anno Hungariæ &c. vigeſimo nono, Bohemiæ vero 18. Matthias Rex manu propria. Johannes Corvinus Dux manu propria.

Pacta Dotalia inter Blancam Mariam, Galeatii Mariæ Ducis Mediolani filiam, & Joannem Corvinum, Hungarorum Regis Matthiæ filium. Actum Mediolani 25. Novembris, Indictione ſexta, Anno 1487.

In Nomine Domini Amen.

Anno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſeptimo, Indictione ſexta, die Dominico vigeſimo quinto menſis Novembris.

Facta hodie paulo ante, & ſolemniter celebrata per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem D. Joannem Dei gratia Epiſcopum Varadienſem, Oratorem, & legitimum Procuratorem, & Mandatarium Sereniſſimi & Excellentiſſimi Domini Matthiæ, DEi gratia Hungariæ & Boemiæ Regis &c. & Illuſtriſſimi D. Joannis Corvini Oppaviæ, Lipthomæque Ducis, & Comitis de Umad &c. ejus Sereniſſimi Regis filii, ut ipſorum conſtat patentibus Litteris manibus eorum propriis ſubſcriptis tenoris infraſcripti, ejus Illuſtriſſimi D. Joannis Ducis Procuratorio, & Mandatario, deſponſatione inclytæ Virginis D. Blanchæ Mariæ, Vicecomitis filiæ legitimæ & naturalis Illuſtriſſimi quondam fælicis memoriæ D. Galeaz Mariæ Ducis Mediolani & Sorroris amantiſſimæ Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi *D.* Joannis Galeaz Mariæ Moderni Ducis, Papiæ Angleriæque Comitis ac Genuæ & Cremonæ Domini, mutuo utrinque conſenſu interveniente per verba de præſenti ut publico conſtat Inſtrumento tradito, & rogato per Nos Notarios & Cancellarios infraſcriptos, quod fælix fauſtumque, ac diuturnum ſit, volens idem Illuſtriſſimus D. Joannes Galeaz Maria *Dux* dotare prænominatam Inclytam *D.* Blancam Mariam

Digitized by Google

am ejus Sororem in præsentia, & cum licentia, auctoritate & Consensu Illustrissimi Domini Ludovici Mariæ Sfortiæ, Vicecomitis Ducis Bari ejus Patrui, & Curatoris, ac Administratoris, Capitaneique Generalis, sponte, & ex certa scientia ac alias omnibus Jure, via, modo, causa, & forma, quibus melius, & validius & efficatius potuit, & potest, promisit & promittit, prefatoque Reverendissimo Domino Episcopo Procuratorio & Mandatario nomine præfatorum Serenissimi *D.* Regis & Ill. *D.* Joan. *Ducis* ejus filii, ac nobis Notariis infrascriptis stippulantibus & recipientibus eorum nominibus, ac aliorum quorumcunque interest, & in futurum interesse poterit, quod idem *D. Dux* Jo. Galeaz Maria *Dux* dabit, tradet, & numerabit, seu dari, tradi & numerari faciet idem *D.* Joanni Sponso, & marito legitimo præfatæ *D.* Blanchæ Mariæ pro dote, nomine, & ex causa dotis ipsius *Dominæ* Blanchæ Mariæ ejus legitimæ sponsæ, & Uxoris *Ducatos* centum quinquaginta mille, videlicet centum mille in auro parato, & quadraginta mille in jocalibus communiter existimandis, & decem mille in vestibus, & ornamentis, ac argento & paramentis pro usu ipsius *D.* Blanchæ Mariæ etiam estimandis, hinc ad annum unum proxime futurum, quo tempore traducetur ad maritum.

De qua quidem dote ut supra præmittitur, per præfatum Illustrissimum *D. Ducem* Mediolani dari & tradi, ac solvi promissa, seu debita ejus dotis parte quam idem Illustrissimus *D.* Joannes *Dux*, vel ejus Procurator & Mandatarius ejus nomine acceperit usque ad integram ipsius dotis satisfactionem prænominatus Reverendissimus *D.* Episcopus, Procuratorio & Mandatario nomine prefatorum Serenissimi *D.* Regis & Illustrissimi *D.* Joannis *Ducis* ejus filii, & utriusque eorum in solidum, promisit, & promittit prefato Illustrissimo *D. Duci* Mediolani, & nobis dictis infrascriptis Notariis ejus nomine, & quorumcunque interest & in futurum interesse poterit stippulantibus & recipientibus, quod iidem Serenissimus *D.* Rex & Illustrissimus *D.* Joannes ejus filius, & uterque eorum in solidum prefato Illustrissimo *D. Duci* Mediolani confessionem, quietationem, & liberationem facient per publicum Instrumentum, seu publica instrumenta, ac ipsi *D.* Blanchæ Mariæ constituent, & facient dotem prædictam, & tertium plus ipsius totius dotis pro tertiario, & ejus augumento.

Ac insuper promisit, & promittit prænominatus Reverendissimus *D.* Episcopus Procuratorio & Mandatario nomine prefatorum Serenissimi *Domini* Regis & Illustrissimi *D.* Joannis *Ducis*, & utriusque eorum in solidum nobis dictis infrascriptis Notariis stipulantibus & recipientibus nomine, & vice, & ad partem, & utilitatem præfatæ Inclytæ *D.* Blancæ Mariæ, & quorumcunque interest, & in futurum interesse poterit, quod iidem Serenissimus *D.* Rex & Illustrissimus *D.* Joannes *Dux*, ejus filius, & uterque eorum in solidum, ita tamen, quod unica solutio sufficiat, dotem prædictam restituent ipsi *D.* Blancæ Mariæ, & ejus filiis & Hæredibus, & Successoribus in omni casu & eventu dotis ipsius repetendæ, & restituendæ, quem *Deus* avertat; in hunc modum, videlicet *Ducatos* centum mille in auro parato, & jocalia prædicta æstimanda, ut supra pro *Ducatis* quadraginta mille, seu ipsos *Ducatos* quadraginta mille, vel ratam eorum, quæ non reperirentur tempore ipsius restituendæ dotis; ac prædictum argentum, & vestes & ornamenta, & paramenta, seu eorum, ut supra, factam æstimationem *Ducatorum* decem mille, vel ipsarum rerum eam partem, quæ eo tempore reperiretur, & ejus, quod non reperiretur pretium, & valorem jam æstimatum, una cum dicto tertio pluri dotis prædictæ pro ejus augumento in pecunia numerata.

Pro quibus omnibus, & singulis, ut præmittitur per præfatos Illustrissimum D. Ducem Mediolani, & Reverendissimum D. Episcopum Procuratorio & Mandatario nomine prefatorum Serenissimi D Regis & Illustrissimi D. Joannis Ducis ejus filii promissis, attendendis, & observandis, iidem Illustrissimus D. Dux Mediolani & Reverendissimus D. Episcopus dictis nominibus sibi invicem mutua stippulatione interveniente, ac nobis dictis infrascriptis Notariis stippulantibus & recipientibus nomine, ac vice, & ad partem & utilitatem quorumcunque interest, & in futurum interesse poterit, attendere, & inviolabiliter observare, nec in aliquo contrafacere, dicere, vel venire recte, nec indirecte, tacite vel expresse, nec aliquovis quæsito colore promiserunt, & promittunt sub ippoteca, & obligatione omnium, & singulorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum ipsorum Illustrissimi D. Ducis Mediolani, Serenissimi D. Regis & Illustrissimi D. Joannis Ducis ejus filii debite referendo eorum etiam, quæ in generali obligatione non veniunt, nec non restitutione & refectione quorumcumque damnorum, interesse & expensarum, quæ & quas proinde per alteram partem fieri, & pati quovis modo contingeret: Ac insuper idem Reverendissimus Dominus Episcopus dictis Procuratoriis & Mandatariis nominibus per speciale pignus prædictæ dotis restituendæ, ac tertiarii, & augumenti ejus, nec non damnorum, interesse & expensarum solvendarum, ut præmittitur, obligavit & obligat Ducatus Austriæ, cum subscriptis Ducatibus, Comitatibus, & Statibus, qui se in proventibus annuis, præter omnes Comitatus, vina scilicet, & blada, aliaque Victualia, ad minus ducenta millia Ducatorum, ut fertur, excedunt, alii vero Status præter præfatum Ducatum Austriæ sunt infrascripti. In primis in Ungaria Comitatus Hunyad, cum pertinentiis, idem Ducatus de Munkach cum Oppido Debrechen, & universis suis pertinentiis, item Castrum Gyulæ, Castrum Maroth, cum Oppido Garab, Castrum Gheriog, cum Oppido Juthag, Castrum Bacymoch, cum universis Oppidis, Theloneis, & aliis omnibus juribus & Pertinentiis, Comitatus de Troroch, cum Castro Selabyna, aliisque omnibus Castris, Oppidis & Villis, ad ipsum Comitatum pertinentibus; Item Comitatus Arua, & Lyptho, cum Castris Likaroah, & Arma; in Slesia vero Ducatus

Oppa-

Digitized by Google

Oppamensis, cum Civitatibus, & Castris Oppaniæ & Hradech, & Civitate Sgyar, Ducatus Lupethyth, cum Castro & Civitate Lupchiensis cum Castro, & Civitate, Ducatus Wladislamensis, cum Fortalicio, Ducatus Thosmaciensis, cum Castro, & Civitate Thosseck, Ducatus Bittomensis cum Civitate, & Castro Bythor, nec non Castro Smercklenech, & Ducatu Rosbomensis, cum Castro, & Civitate Roylæ, universisque omnium Ducatuum, Comitatuum, Statuum, Castrorum præfatorum pertinentiis, & juribus ac utilitatibus, & proventibus quibuslibet.

Cum autem præfatus Serenissimus Dominus Rex, seu prænominatus Reverendissimus D. Episcopus ejus nomine, dicat eundem Serenissimum D. Regem pactum, & Compositionem habere cum Illustrissimo D. Duce Albo jam decrepito, & prefatum Illustrissimum Dominum Joannem in ejus Domini Ducis Albi Ducatum, & Dominium debere succedere, idem Reverendissimus Dominus Episcopus Procuratorio, & Mandatario nomine Majestatis suæ, ex nunc assignavit, & assignat, per speciale pignus totum ipsum Ducatum, & Dominium cum eorum Juribus & Pertinentiis, & Proventibus, item assignavit, & assignat Ducatum, & universum Dominium Illustrissimi Domini Ducis de Sagano in Slexio, in præfatum Illustrissimum Dominum Joannem, Ducem, prefati Serenissimi Domini Regis filium jure etiam Successionis perventurum, similiter cum juribus, & pertinentiis suis, ac Proventibus, & ulterius ad majorem omnium prædictorum, ut supra, observandorum corroborationem, & firmitatem, præfati Illustrissimus D. Dux Mediolani in ejus animam propriam, ejus manibus corporaliter tactis Scripturis in manibus infrascripti Magnifici Domini Bartholamei ejus Secretarii, & Reverendissimus Dominus Episcopus Procuratorio, & Mandatario nomine prefatorum Serenissimi Domini Regis, & Illustrissimi Domini Ducis ejus filii super ejus Domini Episcopi pectus, in animam prefatorum Principalium suorum juraverunt, & jurant ad Sancta DEI Evangelia ea omnia, & singula, rata, & firma habere, & tenere ac attendere, & inviolabiliter observare etiam sub vinculo juramenti.

Demumque promittentes prefatus Reverendissimus Dominus Episcopus prefato Illustrissimo Domino Duci Mediolani, & nobis dictis infrascriptis Notariis stippulantibus & recipientibus; quod idem Dominus Episcopus curabit, & operam dabit cum effectu, quod prænominati Serenissimus D. Rex, & Illustrissimus D. Joannes Pater, & filius solemniter, & perpublicum Instrumentum, ratificabunt, & approbabunt præsens Instrumentum, & omnia, & singula in eo contenta infra terminum mensium sex proxime futurorum, Instrumentumque ipsum Ratificationis intra dictum terminum mittent, & præsentari facient ipsi Domino Duci Mediolani, sub obligatione etiam omnium, & singulorum bonorum suorum mobilium, & immobilium, præsentium, & futurorum, Renuntiantes, & renunciaverunt prefati Illustrissimus *D. Dux* Mediolani, cum auctoritate, ut supra, & Reverendissimus *Dominus* Episcopus dictis nominibus vicisim, mutua stippulatione interveniente, & nobis dictis infrascriptis Notariis, ut supra, stippulantibus, & recipientibus, exceptioni non factarum dictarum promissionum dotis, & ejus restitutionis, & tertiarii, & augumenti ejus, & assignationis, nec non obligationum ac omnibus probationibus, & defensionibus in contrarium.

De quibus omnibus & singulis prefati Illustrissimus *Dominus Dux* Mediolani cum licentia, & auctoritate, ut supra, & Reverendissimus *Dominus* Episcopus, dictis Procuratoriis, & Mandatariis nominibus jusserunt, & rogaverunt, ac jubent & rogant, per nos Joannem Antonium de Girardis Papiensem, & Filippum de Comite, Notarios publicos, & *Ducales* Cancellarios infrascriptos, & utrumque nostrum in solidum publicum confici debere Instrumentum, unum, & plura ejusdem tenoris.

Actum in Arce Portæ Jovis Inclytæ Civitatis Mediolani, videlicet in Camera Cubiculari prefati Illustrissimi *Domini Ducis* Mediolani, præsentibus Reverendissimo & Illustrissimo *Domino* Ascanio Maria Sforcia, Vicecomite titulo Sancti Viti *Diacono* Cardinali Bononiæ Legato, Magnifico, & Clarissimo Artium & Medicinæ *Doctore*, *Domino* Francisco Fontana, prefati Serenissimi *Domini* Regis Hungariæ Oratore, Magnificis *Dominis* Comite Joanne Bonromeo, Joanne Francisco & Rolando Militibus Marchionibus Palavicinis, Petro de Landriano, & Joanne Francisco Marliano, Juris utriusque *Doctore*, Consiliariis, nec non Magnifico *Domino* Bartholameo Calco, Secretario prefati Illustrissimi *Domini Ducis* Mediolani omnibus Testibus notis, idoneis ad præmissa vocatis & rogatis.

CXIV.

Instrumentum juramenti fidelitatis per Civitatem Savonam Johanni Galeatio Mariæ Sforciæ, Duci Mediolani, in arce Vigliovani, die 3. Decembr. An. 1488. præstiti, cum Savonensium petitionibus earumque per Ducem præfatum expeditis confirmationibus, d. d. 24. Nov. A. 1488.

IN Nomine Domini Jesu Christi, ejus Natalis Anno 1488. Indictione septima, die Mercurii tertio mensis Decembris. Clarissimis innumerabilibusque prope argumentis Illustrissimi Mediolanensis Ducis perspexerunt Urbis Saonæ Communitatem præstantissimam ipsorum Ducum dignitati mirabiliter affici; verum id superioribus mensibus satis comprobatum est, quibus cum de Ligustico Imperio dedendo Illustrissimo Principi D. Joanni Galeaz Mediolani Duci tractarentur, Savonenses cum summa omnium hilaritate, ac consensu ad primum ejus rei Nuntium, quippe nihil magis optarent, prefati Domini Ducis Oratoribus Urbem tradiderunt, ac in eorum Oratorum manibus ejus D. Ducis nomine recipientium fidelitatis Juramentum præstiterunt. De hinc, ne ullum reverentiæ ac fidei Officium erga prefatum Principem omitterent,

ad

Digitized by Google

ad ejus Excellentiam miserunt Spectabiles Dominum Petrum Baptistam Ferrerium, Jureconsultum, & D. Franciscum Philippum, & D. Rafaelem Fodratum, Cives Savonæ, ejus Communitatis Legatos, Procuratores & Mandatarios qui coram prefato Domino Duce Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comite, ac Genuæ & Cremonæ Domino constituti, exhibitobue Mandati Instrumento cujus exemplum infrascriptum est, ac, præsente Illustrissimo Domino Ludovico Maria Sfortia ejus Ducis Patruo, Curatore, Locumtenente, & Capitaneo Generali, & auctoritatem suam præstante ad instantiam mei Notarii infrascripti tanquam publicæ personæ stipulantis, & recipientis nomine ac vice præfati Illustrissimi D. Ducis, ac aliorum omnium quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum sponte, & ex certa scientia, animoque deliberato, ac omnibus modo, jure, via, & forma, quibus melius potuerunt, & possunt, juraverunt, & jurant, specialiter, & expresse, nomine ac vice Communis, Hominum & Universitatis Civitatis Savonæ, ac Districtus, ac nominibus eorum propriis in manibus præfati D. Ducis stipulantis, & recipientis pro se se, nec non pro ejus filiis, & descendentibus legitimis, in Dominio & statu suo successuris, tactis Scripturis super Missali, quod prefatus Illustrissimus Princeps manibus tenebat, quod in perpetuum dicti, Commune & Homines, ac Universitas prædictæ Civitatis Savonæ, nec non Districtus ejusdem, ac ipsi Oratores, erunt legales, & fideles Subditi præfati Illustrissimi Domini Ducis, & descendentium suorum, ut supra ac ipsius Illustrissimi Domini, & suorum Hæredum, ut supra dominium totis viribus exaltabunt, quodque non erunt in consilio, quo dicto, vel facto, præfatus Princeps, & seu ut supra vitam, vel membrum perdant, aut perfidiæ capiantur, secreta etiam prefati Domini, & suorum, ut supra, ipsis credita ad ipsorum Dominorum damnum non manifestabunt, nec alicui propalabunt, & quod nullo unquam tempore se retrahent à serviciis, & obedientia prefati Illustrisimi Domini, & suorum, quin immo semper ac omni tempore, ac in omne fortunæ & temporis eventum in fide, ac obedientia versus prefatum Illustrissimum D. Ducem, & suos, ut supra, perseverabunt, & quod nunquam committent, aut tractabunt per se, seu aliquem eorum, aut committi, vel tractari per alium seu alios facient aliquid contra statum prefati Illustrisimi D. Ducis, nec tractanti, seu committenti favebunt, seu consentient, quin immo si aliquid, quod absit, tractari contingerit, cum primum id senserint, statim illud per se, vel Nuntios, aut Litteras, quam citius poterunt, propalabunt prefato D. Duci, aut ejus Officialibus, & tamen ne id fiat totis viribus impedient, ac resistent, & quod similiter turbabunt, & impedient omnia & singula, quæ essent, aut esse possent in damnum, præjuditium, vituperium, sive dedecus prefati D. Principis, & sui Dominii, sive status, & quod in casu, quod Civitas Genuæ rebellaret contra ipsum Principem aut Statum suum, aut vellet se subtrahere à Dominio, & subjectione prefati D. Ducis, quod tamen ejus Excella. nunquam futurum procul dubio existimat pro ejus Civitatis summa in ejus Celsitudinem fide, & observantia, tunc & eo casu Cives, & habitantes in Civitate, & Districtu Savonæ tenebunt, & manutenebunt Statum, & Dominium, Regalia & jurisdictiones, & honores in Civitate, & Districtu Savonæ, & Territorio præfati D. Ducis, ita, & taliter, sicut & qualiter, fideles & legales Subditi debent facere, ac tenentur pro suo vero Domino, & quod adjuvabunt ipsum Illustrisimum D. Ducem, & ejus Hæredes, ut supra, ad defendendum, manutenendum ac retinendum Civitatem predictam, & omnia, & singula bona predictorum Dominorum etiam ubique consistentia, & si aliquid, quod absit perderetur in damnum prefati D. Ducis pariter adjuvabunt ad illud recuperandum, & recuperatum contra omnem hominem manutenendum, non obstantibus quibuscumque Pactis, seu Conventionibus, quæ sint inter Communitatem Genuæ, & prædictos Savonenses. Denique in omnibus & per omnia juraverunt & jurant, facere omnia, & singula, quæ facere tenentur, & debent, veri, legales, & obsequentisimi, & fideles Subditi pro ipsorum veris Dominis ex forma utriusque fidelitatis tam scilicet novæ quam veteris, promittentes insuper dicti Oratores, Sindici, & Procuratores, suis & dictis nominibus, facere, & curare cum effectu, quod Commune, Homines, ac Universitas Civitatis Savonæ, ejusque Districtuales, ob abundantiorem cautelam præsens Instrumentum & omnia & singula in eo contenta etiam per aliud publicum Instrumentum cum Sacramento eis præstando, & Clausulis opportunis ratificabunt, & approbabunt infra terminum unius mensis proxime futuri, eamque ratificationem, post modo immediate mittent prefato Illustrisimo D. Duci in autentica forma, renuntiantes prædicti Oratores, Sindici, & Procuratores, suis & dictis nominibus, exceptioni non prædictorum præstitorum Juramenti, & fidelitatis, & obedientiæ, omniumque, & singulorum, ut supra, non sic actorum, & promissorum, ac omni alii juri, exceptioni, & defensioni in contrarium, de quibus omnibus prefatus Illustrisimus D. Dux jussit & jubet, & prefati Domini Oratores rogaverunt, & rogant per me Philippum de Comite infrascriptum ipsius Illustrisimi *D. Ducis*, Cancellarium, & Notarium publicum, confici debere Instrumentum, unum & plura ejusdem tenoris.

Actum Viglevani in Arce in Cubiculo prefati Illustrisimi *D. Ducis*, præsentibus Reverendissimo *D.* Federico, Episcopo Maleacensi, & Illustr. *D.* Galeaz Peditatus *Ducalis* Capitaneo Generali, ambobus Fratribus de Santo Severino de Arragonia, Filiis quondam Illustris *D.* Roberti, nec non Magnificis *D.* Branda Castilioneo, Jureconsulto Filio quondam *D.* Jacobi, & *D.* Petro Birago Filio quondam *D.* Jacobi, & *D.* Petro Birago Filio quondam - - - - & *D.* Galeaz Vicecomite Filio quondam *D.* Guidonis, *Ducalibus* Consiliariis, nec non Georgio Socha Filio *D.* Melchionis, Antonio Philippo quondam Joannis, *D.* Philippo quondam Joannis, *D.* Philippo

Digitized by Google

de Gambarana, quondam Spectabilis Domini Gambarini, omnibus Civibus Savonenſibus Teſtibus idoneis vocatis & rogatis.

Supradicti autem Mandati Exemplum hic infraſcriptum eſt.

In nomine Domini Amen.

Anno Salutiferæ Nativitatis ejusdem 1488. indictione Sexta, die vigeſimo quarto menſis Novembris, Magnifici & præſtantes Domini Antiani, & Gubernatores Civitatis Savonæ, in pleno & legitimo numero exiſtentes, & etiam Spectabiles, & Egregii Domini Magiſtri rationales dictæ Civitatis etiam in pleno & legitimo numero exiſtentes, & infraſcripti Cives dictæ Civitatis adjuncti dictis Officiis, ex forma deliberationis & Reformationis Conſilii Magni dictæ Civitatis celebrati de Anno præſenti, die vigeſimo quarto menſis Septembris, habentesque ad infraſcripta omnia & ſingula plenam, amplam, largam, liberam, omnimodam, ac plenariam poteſtatem, auctoritatem & bayliam, vigore, & ex forma dictæ deliberationis, & reformationis Conſilii celebrati dicta die vigeſima quarta Septembris, & quorum quidem Dominorum Antianorum nomina ſunt hæc: Dominus Joannes Fribertus, Prior prefati Officii Dominorum Antianorum, Dominus Bartholomeus Aſtulfus Sub-Prior. Dominus Carolus Brexanus Eques aureatus, Dominus Percival Retus, D. Dominicus Oliverius, D. Bernardus Raynaldus, D. Thomas de Monelia, Notarius. Nomina vero D. D. Magiſtrorum rationalium ſunt hæc: D. Joannes Baptiſta Spinula, D. Franciſcus Richerinus. Nomina vero Civium adjunctorum ſunt hæc: D. Bartholomeus Marettus, D. Lazarus Feus, D. Antonius Ferrerius, D. Raphael Sanſonus, D. Paulus de Odino. Conſtituti in Loco infraſcripto ſponte, conſulto, deliberate, ac ipſorum, ac cujuslibet eorum certa ſcientia, & omni meliori via, jure, modo, forma, ordine, & effectu, quibus melius potuerunt ac poſſunt, ac fieri, & eſſe poſſit nomine Communitatis & Univerſitatis Savonæ fecerunt, conſtituerunt, deligerunt, nominaverunt, & deputaverunt, ejusdem Communitatis & Univerſitatis veros, certos, & indubitatos Oratores, Nuntios, Sindicos & Procuratores, & quicquid de jure melius fieri, & eſſe poteſt, ſpecialiter, Spectabiles, & Nobiles, ac Egregios Viros Dominos Petrum Baptiſtam Ferrerium, Franciſcum Philippum, & Raſalem Foderatum, Cives Savonæ præſentes, & præſentis Mandati onus in ſeſe ſponte ſuſcipientes, ſpecialiter & expreſſe ad dandum, præſtandum, & tribuendum obedientiam dictæ Civitatis & Univerſitatis Savonæ Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Principi, & Domino Joanni Galeaz Mariæ Sfortiæ Vicecomiti Duci Mediolani, & ejusdem Excæ. promittendum, quod dicta Communitas, & Homines, & diſtrictuales Savonæ erunt boni, fideles, & legales Subditi ſuæ Excæ. & ejus Statui Mediolani, & toto ejus Dominio, ac etiam Januæ, Savonæ, & alibi ubicunque in præmiſſis & circa præmiſſa, & dependentibus ab eis jurandum corporaliter ad Sancta Dei Evangelia manibus tactis Scripturis in manibus ejusdem Illuſtriſſimi D. D. noſtri Ducis fidelitatem, nomine & vice dictæ Communitatis & Univerſitatis Savonæ, ſic, & prout conveniens ac opportunum fuerit, ac eis præfatis Dominis Sindicis, Oratoribus & Procuratoribus melius videbitur, & placuerit, & item ad quascunque petitiones, requiſitiones & Supplicationes ipſi Illuſtriſſimo Principi, & Domino Domino noſtro Duci Mediolani & cuicunque Deputato, vel Deputando, ab eo faciendum, ac porigendum, ac preſentandum quascunque gratias, conceſſiones, promiſſiones, reſponſiones, & Privilegia, Conventiones, ac beneficia, impetrandum, habendum, & obtinendum, & proinde fieri rogandum de omnibus publicum Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta manu publici Notarii conficienda, cum ſolemnitatibus debitis neceſſariis, & opportunis, & demum in premiſſis, & circa præmiſſa, & in dependentibus, emergentibus, & connexis ab eis, omnia & ſingula faciendum, gerendum & adminiſtrandum, quæ neceſſaria fuerunt, & etiam opportuna, & quæ dicta Communitas Savonæ, & tota Univerſitas ejusdem facere poſſet, ſi præſens eſſet. Dantes, tribuentes, & concedentes ipſi prefati D. Conſtituentes, nomine & vice dictæ Communitatis & Univerſitatis ipſius, dictis eorum, & dictis Univerſitatis, Oratoribus, Sindicis, & Procuratoribus præſentibus, & ſtipulantibus in præmiſſis omnibus & ſingulis, & dependentibus ab eis, ut ſupra plenam, amplam, largam, liberam, & generalem poteſtatem, & bayliam, cum pleno, largo, & generali Mandato, promittentes, & ſolemniter convenientes ipſi D. Conſtituentes dictis Sindicis Oratoribus, & Procuratoribus ut ſupra, nomine dictæ Communitatis, & Univerſitatis Savonæ habere, & perpetuo tenere, ratum, gratum, ſtabile, & acceptum quicquid per dictos Dominos Oratores, Sindicos, & Procuratores actum, dictum, factum, procuratum, & adminiſtratum fuerit, & in aliquo non dicere, facere, opponere, vel venire, directe vel indirecte de jure vel de facto, etiam, ſi de jure poſſent, ſub hypoteca & obligatione omnium & ſingulorum bonorum ſuorum, præſentium & futurorum, de quibus omnibus & ſingulis dicti Domini Conſtituentes publicum juſſerunt confici Inſtrumentum per me Notarium infraſcriptum, ad laudem & dictamen, ſi expediet ſapientis.

Actum Savonæ in Lobia magna Brandalis Communis Savonæ ad Stapiam Dominorum Antianorum, præſentibus Jacobo Pegolo, Silveſtro Panexio, & Federico de Caſtro Delfino Notariis Civibus Savonæ, teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis.

Ego Angelus Conſarius, quondam D. Baptiſtæ Civis Savonæ, publicus auctoritate Appoſtolica, Imperialique Notarius, & Communis Savonæ Cancellarius, præmiſſis omnibus, una cum dictis Teſtibus, interfui, & rogatus ſcripſi, ac in fidem & Teſtimonium veritatis, me propria manu ſubſcripſi, & ſignavi.

Petitiones Savonenſium, & Confirmatio Illuſt. D. Ducis,

Dux Mediolani &c. Cum Magnifica & Præſtantiſſima Savonæ Urbs erga Illuſtriſſimos Majores noſtros, atque erga nos perpetua ſummæ fidei, præcipuæque obſervantiæ Documenta præbuerit, tum nuper haud obſcure declaravit cuncta ſua ſtudia, & cogitatus ad rerum noſtrarum Dignitatem, & Gloriam referri; Nam cum primum de reſtitutione Imperii Liguſtici nobis facienda tractari audi-

Digitized by Google

audiviſſet, ſponte cum ſumma omnium alacritate, & conſenſu noſtræ poteſtati & ditioni ſe commiſit, & tradidit, Oratoribusque noſtris nomine noſtro recipientibus jusjurandum fidelitatis præſtitit, ita ut incredibili quadam erga nos caritate, & affectione cæterorum populorum nemini concedere niteretur, denique, ut cuncta fidisſimæ Civitatis in nos munera perſolveret, huc in præſentiarum miſit ſpectabiles Dominos Petrum Baptiſtam Ferrerium, Philippum Franciſcum, & Rafalem Fodratum, Cives Savonenſes, Oratores, & Mandatarios, qui Communitatis Savonenſis nomine, jusjurandum Oratoribus noſtris jam præſtitum in manibus noſtris renovarunt, quæ quanti a nobis eſtimentur, vix declarare poſſumus, cum Civitas nobiliſsima, quæ tota Italia floreat, dignitati noſtræ magis affici non poſsit; His igitur rationibus jure inducimur, ut Savonam urbem noſtram præclaram habeamus, atque ejus Commoda non modo cuſtodire, & ſervare, ſed etiam pro viribus ampliare cupiamus. Quapropter cum ejus Communitatis Oratores, & Mandatarii ſuprascripti dictæ Communitatis nomine, nobis dederint, poſtulata infraſcripta, nos ea diligenter & accurate examinavimus, una cum Illuſtriſsimo D. Ludovico Maria Sforcia Patruo, Curatore, Locumtenente, & Capitaneo noſtro Generali, atque eis, quatenus dignitas noſtra, & juſtitiæ diſciplina patietur, gratificari optantes, ut ipſius Communitatis præcipuæ, in nos affectioni gratiam referamus cum eorum poſtulatorum ab Illuſtriſsimis quondam Dominis Avo, & Parente noſtris Principibus Sapientisſimis in quandam normam juſtam, æquam, & ſanctam reducta, & concluſa fuerint: Nonnulla vero nova exiſtant, quæ novam formam & regulam exigant, quæ neceſſaria & opportuna videbuntur, decernemus, eorum vero poſtulatorum exemplum hujusmodi extat, petitiones Dominorum Legatorum Civitatis Savonæ, & pro Parte ipſius Communitatis ſupplicatur Excæ. Ducali ſui ſolita clementia dignetur infraſcripta Capitula concedere, & obſervari facere inviolabiliter, tam per ſuam Illuſtriſsimam dominationem, quam per Succeſſores, & alios quoscunque Officiales, & Capitaneos.

Inprimis, quod Civitas Savonæ, cum ejus Portubus maritimis Darſena, Modulo, ac cum Fortiliciis in dicta Civitate, & Diſtrictu conſtitutis, cum toto ejus Comitatu, Nemoribus, Stratis, Villis, ac omnibus ſuis pertinentiis, Jurisdictionibus, prærogativis quibuscunque ſint & eſſe debeant Communis Savonæ, prout ſemper fuerunt, ſpectentque & pertineant plenoque jure remaneant franca, libera, & expedita, & immunia Communi, & Hominibus Savonæ, cum omnibus redditibus, proventibus, intratis, gabellis, daciis, & pedagiis, collectis, & emolumentis per eos percipi ſolitis, & conſuetis, excepta gabella Salis, de quibus omnibus diſponere poſsit ipſa Communitas Savonæ, & Homines pro eorum libito voluntatis, prout retroactis temporibus ſemper fecerunt, cum omnibus eorum juribus, Privilegiis, Franchiſiis, Immunitatibus, competentibus & competituris eisdem, nihil eis innovando prout tempore Regiminis Illuſtriſsimorum Principum, Proavi, Avi, & Genitoris ſuæ Excellentiæ fiebat, & obſervatum extitit;

Item, quod ipſa Communitas Savonæ habens merum & mixtum Imperium ex Imperialibus Privilegiis poſsit & valeat condere Leges Municipales, Statuta, & Decreta, & illas, & illa tollere, caſſare, minuere, corrigere, declarare, & emendare, & de illis ſupplere, & addere ad illius beneplacitum ſemel, & pluries, totiens, quotiens, & quantum placuerit, & prædictis, Communitati, & Hominibus videbitur convenire, & juxta dictorum ſtatutorum, tam factorum, quam fiendorum formam, poſsint & valeant Antianos, & alios quoscunque Officiales dicti Communis, facere, eligere, conſtituere, & deputare tam in dicta Civitate, quam in ejus Territorio, & Diſtrictu, cum poteſtatibus bayliis, emolumentis, Jurisdictionibus ejusdem Civitatis ſolitis, & conſuetis, & prout retroactis temporibus fieri conſuetum eſt.

Item quod prefatus D. Illuſtriſsimus Dux, ac filii & ſucceſſores, & deſcendentes, teneant, muniant, reparent, manuteneant, & cuſtodiant, ſive teneri, poſsideri, muniri, reparari, manuteneri & cuſtodiri faciant omnia Caſtra, Darſenale, & Fortilicia Civitatis Savonæ ſuis propriis expenſis, & absque aliena alia Impenſa & gravamine Communis Savonæ, quodque Magiſtratus Savonæ habeant competentiam, & Jurisdictionem ſupra commorantibus, ſtantibus, cuſtodientibus, & confugientibus in dictis Caſtris; Fortiliciis, & Darſenali, tam Civilibus quam Criminalibus, usque ad mortis ſupplicium inclusive.

Item, quod homines predictæ Civitatis Savonæ habeant plenam, & liberam bayliam, & facultatem ac poteſtatem eligendi Gubernatorem, ſeu poteſtatem, & alios Magiſtratus Savonæ ſingulo Anno de Subditis, & confidentibus, & fidelibus præfati Illuſtriſsimi D. D. noſtri Ducis, juxta formam Statutorum Savonæ, aliquo impedimento non obſtante, quam electionem taliter factam prefatus Illuſtriſsimus D. D. Dux noſter teneatur confirmare, & ratam habere, & effectualiter operari, ac Magiſtratus quicunque Savonæ, in fine cujuslibet ipſorum Regiminis, & Officii debeant omnino ſindicari, & ſtare ad ſindicatum, ſervata forma Statutorum Savonæ factorum & fiendorum, omni exceptione & defenſione remota.

Item ſi contigerit ullo unquam tempore, quod prefatus Illuſtriſsimus D. D. noſter, ſive ejus filii & ſucceſſores parare aliquam Claſſem, ſeu Armatam maritimam in Portu Savonæ, quod in ea non poſsit, neque debeat in aliquo aggravare Communitatem & Homines dictæ Civitatis Savonæ, neque ob aliquam avariam, ſeu angariam, aut collectam eisdem, nec in Communi, nec in privato imponere, ſed teneatur ſuis expenſis propriis, parare munire, & in totum expedire, & quod nullus Civis & Diſtrictualis Savonæ poſsit aliquo modo compelli aſcendere dictam Claſſem, contra eorum voluntatem, & cujuslibet ipſorum.

Item, quod ſi contingeret, dictam Communitatem, & Homines Savonæ gerere, & habere aliquod bonum, Guerram, ſeu Defenſionem cujusvis generis, quod ſemper, & quandocunque hoc eveniret teneatur prefatus Illuſtriſsimus D. D. noſter cum ſuo Exercitu, tam Equeſtri quam Pedeſtri effectualiter auxilium, & opem ferre, & ſuccurrere ipſis Communi, & Hominibus Savonæ, & ipſum Commune, & Homines Savonæ defendere, tueri, &

Digitized by Google

& manutenere expensis prefati Illustrisimi D. D. nostri Ducis contra Hostes ipsorum Communis, & Hominum Savonæ, habereque tenere, & tractare teneatur prefatus Illustrisimus D. Dux Inimicos Communis & Hominum Savonæ pro Inimicis suis quocunque tempore, & omni remota exceptione & defensione, & contradictione.

Item, quod Communitas, Homines & Personæ dictæ Civitatis Savonæ non possint conveniri in Civitate Januæ coram aliquo Magistratu dictæ Civitatis Genuæ pro aliqua lite, rationum occasione, vel causa, quæ dici vel excogitari possit, nisi in dicta Civitate Genuæ contraxissent, vel delinquissent, & ibidem reperti fuissent quibus casibus dumtaxat ibidem conveniri possent coram D. Potestate Genuæ, qui pro tempore fuerit, & non coram aliquo alio Magistratu, sive Officio Genuæ, qui alii Magistratus Genuæ nullam pænitus contra Savonenses habeant, nec habere possint Jurisdictionem, & præsertim ita disponentibus, Conventionibus initis, & vigentibus inter Genuenses & Savonenses.

Item quod prefatus Illustrisimus D. D. noster Dux, non possit, neque valeat transferre seu alienare Dominium dictæ Civitatis Savonæ in aliquem alium Dominum, Commune, Corpus, Collegium, ac Universitatem, aut aliam aliquam quamcunque personam, præter in ejus Primogenitum, Hæredem & Successorem legitimum.

Item, quod præfatus Illustrisimus D. D. noster Dux, & ejus Hæredes, & Successores non possint per se se vel alios eorum nominibus, ullo unquam tempore, aliqua ratione, occasione, vel causa, quæ dici, excipere, vel excogitari posset directe vel indirecte, aliquod genus gravaminis imponere, nunquam aliam taleam, avariam, angariam, fealem vel personalem, collectam, dacitam, vel impositionem, seu Gabellam aliquam ipsis Communi, Hominibus & Districtuali Savonensibus, nec ab eis exigere, percipere, vel habere aliquid occasione prædicta, sed eos manutenere, regere, & conservare teneatur, & debeat, cum suis solitis Franchisiis, & Libertatibus, & immunitatibus, quibus semper gavisi & potiti fuerunt, & maxime tempore Regiminis præfatorum Illustrisimorum Antecessorum suorum proavi, avi, & parentis, & pro victualibus vel bladis cujuscumque generis, tam per Mare, quam per Terram ad eam Civitatem Savonæ, undecunque conducendis per quasvis personas, nihil solvi, exigi, impoi, percipi, & peti possint, exceptis Gabellis Communis Savonæ, quæ ad ipsum Commune pertineant & spectent ut supra.

Item quod præfatus Illustrisimus D. D. noster Dux teneatur, & debeat effectualiter, et realiter facere, & operam dare, quod passus, & itinera, per quæ deferuntur Victualia, & aliæ merces, res, & Mecantiæ ad Civitatem Savonæ, sint, & teneantur tuta, secura, & expedita ad hæc, ut dicta Civitas abundet Victualibus, & augumentetur in Mercantiis, & Negotiationibus, & etiam operari & curare, cum Dominis vicinis, & circumstantibus dictæ Civitatis, quod dicti passus, stratæ, ac itinera, sint, & teneantur tuta & secura, & quod aliquibus Decretis seu denotis Ducalibus in contrarium non obstantibus, tam factis quam futurum fiendis, possint & valeant dicta Communitas, & Homines Savonæ, emere, habere, conducere, & exhibere tam super Territoriis suæ Excellentiæ, quam ejus Colligatorum, Adhærentium, Feudatariorum, & Vassalorum, tam præsentium quam futurorum, usque ad summam Sachorum decem millium frumenti singulo anno pro eo pretio, quo tunc communiter in eo loco, seu locis vendetur pro usu dictæ Civitatis & Hominum Savonæ semper, & quandocunque prædictam Communitatem dictis victualibus indigere contingeret.

Item quod prefatus Illustrisimus D. D. noster, & ejus Successores, ut supra teneantur & debeant auxiliari & opem facere cum effectu Communi, & Hominibus Savonæ in habendo, & recuperando, ac manutenendo Homines, Jurisdictiones, & Immunitates cum eorum juribus spectantes & pertinentes de Jure dictis Communi, & Hominibus, ac Districtualibus Savonæ, & Ecclesiæ Cathedrali ejusdem Civitatis.

Item, quod Commune Savonæ possit, & valeat, prout semper facere consuevit, dare concedere, & impartiri validos, salvos Conductus fidantias publicas, una cum Magnifico D. Gubernatore, sive Potestate Savonæ, aut ejus Locumtenente quibuscunque Personis ad ipsam Civitatem, posse et Districtum, tam Terra quam Mari accedentibus, & Bonis ac rebus eorum, & etiam quibuscunque vasis Navigalibus, & quod præfatus Illustrisimus D. D. noster, & ejus Successores non possint concedere, vel impartiri aliquos salvos Conductus venientibus ad ipsam Civitatem Savonæ, & in ea comorantibus in præjuditium Civium, & Districtualium Savonæ, aut alicujus eorum, vel jurium ipsorum, aut alicujus eorum.

Item quod Gubernator, seu Potestas, Vicarius, & Judex Maleficiorum, ac alii Magistratus Savonæ, & quilibet eorum in principio Introitus sui Regiminis, & Officii teneantur ad Sacra Dei Evangelia tangendo manibus scripturas jurare, servare, præsse effectualiter ad unquam statuta Savonæ, & toto tempore eorum Magistratus, & Officii jus, & justiciam reddere & ministrare, ac facere secundum formam & dispositionem dictorum Statutorum, & illa in aliquo non præterire, neque excedere quavis occasione, ratione, vel causa, & quæ stare debeant contenti, & tacita eorum solitis salariis, & stipendiis cuilibet eorum per dicta statuta taxatis, et quod ultra illa nihil pænitus petere, vel exigere possint, sindicarique debeant debitis temporibus, prout supra dictum est.

Item quod per ejus celsitudinem, sive per ejus Cancellarios, Secretarios, vel alios Magistratus Deputatos, non possint concedi in causis vertentibus, et verrendis in Curia Savonæ inter quasvis Personas aliqua Rescripta seu Litteras Ducales contra formam et Dispositionem dictorum Statutorum Savonæ, et quod Impetrantes eorum beneficio non gaudeant, sed eis non attentis, observetur et exequatur dispositio dictorum Statutorum, proinde ac si dicta Rescripta concessa non fuissent, cum Civitas nostra propter similia Rescripta temporibus retroactis multa passa fuerit incommoda et lites pene fiebant immortales, et dicta Rescripta multorum malorum causæ et Origo fuerunt, et quod Exca. sua non debeat, neque possit concedere, neque permittere, quod Cives, et Districtuales Savonæ conve-

Digitized by Google

veniantur, citentur, trahantur, vel moleſtentur in aliquo judicio per quamvis perſonam, Commune, Corpus, Collegium, et Univerſitatem, niſi ad Excelſam Civitatem Savonæ et Jurisdictionem.

Item, quod prefatus Illſtriſſimus D. D. noſter, et ejus Succeſſores, non poſſint neque debeant habere aliquem regreſſum contra Commune et Homines Savonæ, neque aliquid petere, percipere, vel habere ab eis eoque tempore Guerrarum præteritarum captum, et direptum fuerit Caſtrum Speronj, et invaſum Darcenole per Genuenſes, quia non eſſet æquum, quod pœna infringeretur, ubi non eſt culpa.

Item quod ſua Illuſtriſſima, et Clementiſſima Celſitudo retineat, parcat, et remitti debeat omnes contrafactiones factas per quascunque Perſonas contra ejus Statum temporibus retroactis, etiam ſi tales eſſent, quæ concernerent *Crimen Læſæ Majeſtatis*, ut quilibet poſſit erratorum pœnitere, et bonam fidem agnoſcere.

Item quod Caſtellani Caſtrorum, et Capitaneus Darſenalis dictæ Civitatis Saonæ, non poſſint nec debeant vendere ſeu vendi facere in dictis Caſtris et Darſenali aliquibus Perſonis ſeu Famulis, et ſtipendiariis in eis commorantibus ad cuſtodiam dictorum Caſtrorum et Darſenalis panem, vinum, Carnes, et alia victualia pro evitandis periculis quæ poſſint in eis de facili accidere, et quia etiam ex hoc maximum ſequeretur incommodum Gabellis Communis Savonæ, quodque etiam in dictis Caſtris non recipient aliquos debitores alicujus Civis, vel aliquos delinquentes, qui aliquod Communi feciſſent mali.

Item quod Sua Exca. non patiatur per Januenſes aliquid innovari, ſed quod Conventiones inter eos initæ, et ſententiæ inter eos ultimate latæ obſervantur, et roboris retineant firmitatem, et ſi aliquid pridie Dominis Genuenſibus eſſet conceſſum contra Savonenſes, quod tenderet in præjuditium ipſorum, et dictarum Conventionum, et ſententiarum de quibus ſupra non teneat, et ſit nullum, et irritum, et pro non conceſſo habeatur.

Item quod Hæredes quondam D. Damiani Spinulæ, ſive habentes ab eo, vel eis jura ceſſa, nulla poſſit de cætero inferri dictis Communi, et Hominibus Savonæ moleſtia pro certa cauſa, quam dictus quondam Damianus habuit alias jam pluribus annis elapſis, ſed ſopita totaliter intelligatur, attento quod per quondam felicem memoriam Genitoris ſuæ Exæ. fuit impoſitum perpetuum ſilentium, et ordinatum per eam, quod non præberetur audientia ipſi quondam Damiano, attenta natura rei.

Item, quod ſua Exa. non poſſit, nec debeat, ac etiam non patiatur dictam Communitatem, et Homines Savonæ aliquid plus dare, ſeu ſolvere Dominis Poteſtati ſeu Gubernatori Savonæ, et cæteris Officialibus, tam præſentibus quam futuris, quoquam nomine nuncupentur, et quacunque dignitate fulgeant, quod id, quod diſponitur per Statuta Savonæ, et prout ipſa Communitas ſolita erat ſolvere tempore quondam Illuſtriſſimi D. Avi et Genitoris ſui, et non ultra, vel aliter cogi poſſit dicta Communitas per ſuam Exam. ſeu aliquam aliam perſonam.

Et ut ſua prefata Illuſtriſſima Dominatio ſe in concedendis prædictis faciliorem præbeat, ſuperius requiſita, contentamur nobis concedi, cum hac Conditione, et non aliter, quod ipſa requiſita, et concedenda per prefatum Illuſtriſſimum D. D. noſtrum intelligantur requiri et concedi ſine aliqua contrafactione, et præjudicio Capitulorum, Pactorum, et Conventionum, initorum, factorum, et vigentium inter ſuam Illuſtriſſimam Dominationem, et prefatos Magnificos D. D. Adurnos, et de Fliſco, quibus tamen tam per requiſita, quam per concedenda in aliquo eis non intelligatur eſſe derogatum: Nos vero, ut exordiamur ab his poſtulatis, quæ recentem normam, et conceſſionem poſtulant, inter cætera cum ex eo Capitulo, quod in ordine tertium eſt, prædicta Communitas noſtra Chariſſima poſtulat, ea, quæ pertinent ad cuſtodiam munitionum, ac Reparationem Arcium, et Fortiliiorum, et reliqua in dicto Capitulo contenta libenter Savonenſium petitioni in hac Parte annuimus, et hoc beneficentiæ et liberalitatis munere haud obſcure intelligant, ſe multoque majora, et uberiora, ſi occaſio dabitur, a nobis pro Commodorum ſuorum incremento quotidie impetraturos. De hinc pariter concedimus ea, quæ in quinto Capitulo de Maritima Claſſe armanda, et in nono de Onerum impoſitione commemorantur, ſicut ex ipſis duobus Capitulis poſtulatum eſt.

Item ea, quæ in tertio decimo Capitulo inchoante, *Item, quod Gubernator, ſeu Poteſtas &c.* poſtulantur de Officialibus, juramento, et Sindicatu etc. prompto, et grato animo, ſalvo, ut infra, videlicet in ultima eorum petitione legitur, concedimus, nihil magis curæ habentes, quam, ut Magiſtratus, et Officiales totius Dictionis noſtræ, ac præſertim Urbis Savonæ nobis fideliſſime, juſtiſime vivant, et qui ſecus egerint pro Juris regula, et norma plectantur.

Quæ vero in 14. incipiente, *Item, quod pro ejus Celſitudine &c.* narrantur de Reſcriptis et Jurisdictione ſervanda pariter concedimus, niſi aliter a jure caveretur, firma tamen manente diſpoſitione Statutorum ſuorum in viridi obſervantia exiſtentibus.

Cum autem in cunctos benigni, Clementiſſimi Principis Officia præſtare ſtudeamus, ea, quæ in quinto decimo, et ſexto decimo Capitulo poſtulantur, promptiſſimo animo concedimus et impartimur.

Sed in his, quæ Capitulum 17. narrat, remittimus nos ad prefatorum temporum conſuetudinem, cui contravenire impar eſſe videatur.

Certam ſcientiam non habemus, quæ de his, quæ in 18. Capitulo continentur, cæterum de narratis accurate informabimur, et habita cunctorum debita conſideratione, ita providebimus, quod Savonenſium indemnitati bene conſultum erit.

Quod ad 19. pertinet, quoniam nobis relatum eſt, Illuſtriſſimum Parentem noſtrum cum de Cauſa Damiani Spinulæ cujus ſit mentio coram Exa. ſua ageretur juſſiſſe, ut de ejusmodi cauſa amplius nullum verbum fieret, ita, & nos ab ejus deliberatione diſcedere non intendentes, volumus, quod Communitas Savonæ, aut aliquis pro ea hac de cauſa nullam unquam moleſtiam accipiat.

Contenta item in 20. concedimus, ſalvo usque infra videlicet. In ultima eorum petitione relegitur.

Denique acceptamus, quæ ea ultimo Capitulo

Digitized by Google

decernuntur, quatenus tamen ad Magnificos Adurnos, & Fliscos spectat duntaxat.

Hæc igitur suprascripta, sicut prædiximus, ex certa scientia concedimus, dispensamus & impartimur, in aliis vero Capitulis, & petitionibus porrectis per ipsos Oratores, ut supra, respondemus, ut fuit responsum per Illustrissimum quondam Principem Avum nostrum, quam responsionem, ratam, firmam, & inviolatam esse ac manere volumus, æque ac si per nos concessa extitisset, & quatenus expediat eam denuo concedimus, volentes, quod perpetuo, & inviolabiliter observetur.

CXV.

Diploma Maximiliani I. Romanorum Regis, quo Ludovicus Maria Sforcia, Francisci Sforciæ filius, titulo honoreque Ducis Mediolani ac Comitis Papiæ & Angleriæ, &c. condecoratus eique ac ejus hæredibus masculis legitimis, Ducatus Mediolani cum ejusdem pertinentiis, in feudum traditus fuit, d. d. S. Catharinæ Virginis, An. 1495.

MAximilianus divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Britaniæ, Lothoringiæ Barbantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Corniolæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ, & Gheldriæ, Comes Flandriæ, in Absburg, Tirolis Ferretis, Artheſii, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii, & Burgoviæ, Landgravius Alsatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Rortus Navonis, Salinarum, & Mechliniæ Illustr. Principi Ludovico Mariæ Sforciæ Vicecomiti, Duci &c. Regiam gratiam & omne bonum ac prosperos ad vota Successus, Regiæ Majestati Cæsareique nominis gloriæ pertinere arbitrantes, ut animum cogitatusque omnes ad ea referamus, quæ magnanimo Regi, & Reipublicæ Christianæ Leges ferenti conveniant, in primis ut ea, quæ dignitatem Romani Imperii felicibus incrementis amplificant, assiduitate quotidiana meditemur, & ne sinamus quemcunque de Romano Imperio bene merentem debitis fraudari præmiis, ut cuncti præposita remuneratione, ad promerendum alliciantur, ad re, Ludovice Maria Sforcia Vicecomes, memoriam sæpe numero revocamus, velut in eum cujus amplitudinem, prudentiam, rectitudinem, & animi & corporis eximias dotes debeamus extollere: Nam cum ex invictissimo Principe, & rebus, Bello, & Pace, Militiæ, & domi gloriosissime & præclarissime gestis non solum per omnem Italiam, sed per universum prope Terrarum Orbem celebratissimo Francisco Sforcia Patre, præstantissima & honestissima Viragine, Blanca Maria, unica Filia, Philippi Mariæ, quondam Angli, Mediolanensis Ducis matre, ortum tuum splendidum duci intueamur, duplicem nobis imaginem laudis, gloriæque magnorum tuorum representas. Verum ut Joannes Galeaz, primi Mediolanensis Ducis, Proavi tui decora maxima silentio prætereamus, cujus Excellentes Virtutes, ac mirabilia rerum gestarum monumenta simulque ingentia in Romanum Imperium beneficia promeruerunt ut ad Ducatus Mediolani Comitatusque Papiensis fastigium primus sublevaretur: Avus tuus Philippus Maria, Princeps magno, & excelso animo præcipua justitiæ, moderationis, & Sapientiæ laude floruit: Nec solum Principatus, Populorumque sibi commissorum administrationem singulari Justitiæ, Equitatis, & Innocentiæ disciplina gerebat, sed etiam Jura Imperii adversus effrenatos Hostium Impetus, detestandamque ambitionem, qui Ditionis, statusque sui usurpationi inhiabant, summis viribus, immensis bellorum periculis, & sumptibus perpetuo tutari conatus est, nec immerito Blancam Mariam unicam ejus filiam Francisco Sforciæ Patri tuo collocavit, in quo ad Familiam suam Vicecomitum ascito, tutandi Principatus, propagandæque Sobolis spem firmam proposuerat, nec spes ejus frustrata est: Nam ipso ex humanis sublato in maximo belli ardore, rebusque in apertissimum discrimen adductis in maximum Romani Imperii dedecus & jacturam Franciscus Sforcia eximia Rei Militaris scientia præcipuæ auctoritate ac singulari virtute, quibus excellebat, & immortalitatis gloriam assecutus est, soceri statum e mediis Hostium manibus, ac misero servitutis jugo feliciter & glorioſæ vendicavit. Post adeptum Principatum accedente admirabili Populorum omnium consensu rebusque suis pacatis Italicæ Pacis, & tranquillitatis auctor extitit. Quam quo ad vixit auctoritate, & sapientia, qua mirabiliter pollebat, inviolatam undique custodivit, nullum unquam honoris & reverentiæ munus, quantum in eo fuit erga Romanum Imperium prætermisit. In gubernaculis vero Urbium, Oppidorum ac populorum omnium sibi commissorum Justitiæ, fidei, Clementiæ, & benignitatis velut Jubar quoddam refulgebat. Accedebat felicissimæ Conjugis Blancæ Mariæ divina quædam Societas: Illa enim præcipua inter Mortales Virago, audiendis etiam Subditorum querelis ac componendis, & diffiniendis eorum Litibus divino quodam ingenio sollicita Illustr. marito plurima onera adimebat, & Subditorum votis & expectationibus quam optime respondebat. Fuit præterea mors utriusque a cunctis Populis publico fletu diutissime complorata: Ex iis divis Principibus Francisco Maria & Blanca Maria Jugalibus, Tu nunc solus superes in humanis filius Secularis Ludovice Maria Sforcia Dux, genitus, & natus tempore quo illi Ducatum Mediolani, & Comitatum Papiæ obtinebant; Nemo autem præsenti tempore existit Te grandior natu, qui in Ducatu sit primusgenitus, & nemo est Descendens alicujus Filii Ducatus tempore geniti, ideo nunc Tibi de jure illorum Principum respectu Ducatus debetur, præterea per obitum Philippi Mariæ Angli quondam Mediolanensis Ducis cum nullos ex se filios masculos, aut descendentes legitimos & naturales reliquerit, aperte patet, quod Ducatus Mediolani & Comitatus Papiæ cum reliquis eorum Civitatibus & Terris, directo Jure ad Sacrum Romanorum Imperium fuit devolutus. Unde abinde in antea Serenissimi quondam Imperatoris, Genitoris nostri, & Successive nostri fuit arbitrii quem de dicto

Ducatu

Digitized by Google

Ducatu & Comitatu inveſtiremus. Te igitur unum præ cæteris dignum ac benemeritum duximus, quem dictis titulis ſublimaremus. Tu enim partum a Genitore tuo Principatum Hæreditaria Majorum, & Progenitorum Tuorum virtute inſtitutus, tam ampliſſima prudentia graviſſimoque Conſilio regis, & ejus Principatus habenas, ſic conſultiſſime ſapientiſſimeque adminiſtras, ut ſicuti Excellentium paternarum maternarumque virtutum verus, & indubitatus Hæres exiſtis, ita, Te tanti Principatus dignum & idoneum Succeſſorem oſtendas, tuo ſtudio, & vigilantia nonnullorum machinationes, & conatus in irritum ceſſerunt, eorum præſertim, qui ad hunc ſtatum, quam maxime anhelabant, tuis fælicibus auſpiciis non minus pro ſociorum, quam pro Principatus Defenſione maxima Bella proſpere & feliciter geſta fuerunt, niſi tua ſumma prudentia, & exacta Induſtria affuiſſet Ducatus iſte Mediolanenſis cum univerſo Statu ad maximas clades deductus tandem in Hoſtium & Romani Imperii inimicorum manus perveniſſet, nec ſolum tuo ſapientiſſimo gubernaculo res Mediolanenſes ejusque ditiones, quæ pene collapſæ ad interitum perniciemque tendebant, recuperatæ, erectæ, pacataeque fuerunt, ſed etiam Mediolanenſis Imperii nomen dignitasque excrevit, ita ut Principum nemini in tota Italia concedat. Tu non ſolum Mediolanenſibus rebus bene conſuluiſti, ſed etiam univerſæ Italiæ Pacem & tranquillitatem attuliſti, ut Pacis, & quietis Italicæ auctor, & Conſervator, idem, baſis & columen quoddam eſſe cenſearis. Locupletiſſimis præterea eorum omnium, qui ex Italia ad nos veniunt Teſtimoniis edocti ſumus te admirabili æquitate, juſtitia inviolabili, tanta moderatione & continentia ſubditas tibi gentes gubernare, ut jure merito populi tibi commiſſi ab omnibus beatiſſimi appellentur. Iſta ſicuti magni facimus, & gratiſſima habemus, ita noſtri in te amoris cumulo non parvam quotidie acceſſionem faciunt, & eo maxime quod nobis gratiſſimum eſt, apud vos jura Sacri Imperii noſtri fideliſſime ſervari, atque Imperatoriæ Majeſtati maximam undique Reverentiam exhibere. Hæc autem omnia nota, & perſpecta habentes, ita ut uberiori teſtimonio opus non ſit, jure allicimur, ut te poſteritatemque tuam ac filios & Succeſſores tuos munificentia, liberalitateque noſtra participes reddamus, & beneficiis ingentibus proſequamur, haud obſcure cognoſcentes ſubditorumque maxime intereſſe, pro eorum Pace & tranquillitate Sapientiſſimi Principis ſubeſſe regimini, & te erga Sacrum Romanum Imperium ſic eximia fide & ſtudio ſingulari eſſe affectum, ut ejus dignati & gloriæ nunquam ſis defuturus: Inducimur inprimis ut in te & filios, & deſcendentes tuos conferamur, quæ Parens primo, dehinc frater tuus, licet antea diutius, & ſtudioſiſſime ſupplices poſtulaverint ob multiplices Imperii Romani occupationes multarumque aliarum rerum eventus impetrare nequiverunt. Cum etiam eis, tamen gratificari, & Sereniſſimus Genitor noſter, & nos cuperemus: Scientes igitur, & cognitione pleniſſima edocti quod olim fælicis memoriæ Prædeceſſor noſter Vinceslaus Romanorum Rex Amplisſimam Civitatem Mediolani cum ejus Ducatu, & nonnullas alias urbes, & Terras, de quibus in Privilegiis Ducatuum mentio habetur, in Ducatum erexit, inſtituit, & exaltavit ipſumque Ducatum Mediolani ac Civitatum, & Terrarum in dictis Privilegiis nominatarum, nec non Comitatum Papiæ, & Angleriæ contulit, & gratioſe conceſſit prædicto quondam Celebris memoriæ Ill. Principi Joanni Galeaz Vicecomiti: Quem titulo, & dignitate dicti Ducatus, & Comitatus inſignivit, decoravit, & intronizavit, & ſublimavit, ſicuti Patentibus prædicti quondam Sereniſſimi Regis Litteris, & Diplomate continetur, datis Pragæ Anno MCCC. LXXXXV. die primo & aliis datis ut ſupra Anno MCCC LXXXXVII. die 30. Maji. Dehinc ſucceſſive Sigismundus Romanorum &c. Privilegia dicti Ducatus, & Comitatus Papiæ, & Angleriæ valida declaravit, confirmavit, & ratificavit, ac etiam denuo conceſſit Ill. quondam Philippo Mariæ, Filio, & Succeſſori præfati quondam Illuſtris Joannis Galeaz, Avo Tuo, per aliud Privilegium confectum Anno MCCCCXXVI. die 6. Menſis Julii, & cum Tu, Ludovice Maria, a tantis Principibus, talibusque Parentibus, ſplendidam originem ducas, procul dubio nobis perſuademus fore ut relictum a majoribus tuis dominium non ſolum retineas, ſed etiam cum omni dignitate gubernes, & tuo præſtanti, Excelſo, ac generoſo animo omnia proſpere, feliciterque ſuccedant, ita ut procul dubio confidamus de tua ſolida virtute, graviſſimo conſilio non modo Ducatum & Comitatum ad Sacri Romani Imperii dignitatem in Italia bene & laudabiliter conſervaturum, ſed omni etiam honore, & decore auctum. Ex certa itaque ſcientia, motu proprio, & de noſtra Regalis poteſtatis plenitudine etiam ſuprema & abſoluta non quidem improvide, vel inconſiderate, nec per aliquem errorem juris vel facti, ſed animo quieto, & deliberato Principum, Comitum, Baronum, ac Procerum, & aliorum noſtrorum Imperii Sacri Fidelium accedenti conſilio Princeps dilecte, non ad tuæ petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Regali, noſtro motu proprio ac tuarum ſingularium virtutum expectatione poſcente hodie in nomine Domini Salvatoris noſtri, a quo omnis Principatus dignitas & honor provenire dignoſcitur, te & filios tuos maſculos, & ex legitimo matrimonio procreatos & procreandos, & alios Deſcendentes, qui ex te & filiis tuis legitimis maſculi & legitimi naſcentur, ut infra, & Succeſſores in verum Ducem, & Comites ſucceſſive ordine infraſcripto erigimus, facimus, & decoramus, inſignimus, & ſublimamus, & creamus videlicet Ducatus Mediolani & Lombardiæ, cæterarumque Civitatum, & Comitatuum Papiæ, & Angleriæ, & totius Dioceſis, Diſtrictus, & Territorii earumdem, ac etiam omnium aliarum Civitatum, Terrarum & Locorum, quæ latius, & expreſſius declaratæ, & comprehenſæ in prædictis Litteris diplomate, ac Privilegio Ducatus, ac Comitatus per prædictum dignæ memoriæ Dominum Vinceslaum Regem ipſi Ill. Joanni Galeaz Duci Proavo tuo, ut præmiſimus, conceſſis, & quas Litteras & quod Privilegium Ducatus & Comitatus, cum omnibus ſuis Juribus & pertinentiis debitam & congruam relationem, & quorum verba & effectus & ſubſtantiam hic pro ſufficienter expreſſis haberi volumus & declaramus.

Digitized by Google

mus. Decernentes, & expreſſe, quod tu, Filii, Hæredes, & Deſcendentes & Succeſſores tui, modo & ordine infraſcriptis Duces Mediolani, ac Lombardiæ, ac prædictarum Civitatum, & Terrarum, & Comites Papiæ & Angleriæ, & ut ſupra perpetuis temporibus omni dignitate, nobilitate, jure, poteſtate, libertate, honore, & conſuetudine gaudere debeatis, & frui continuo quibus alii Imperii Sacri Principes & nominati Duces Ill. fruiti ſunt hactenus, & quotidie potiuntur, Terras quoque, Civitates, Oppida, Caſtra, Villas, Munitiones, Provincias, Diſtrictus, Montes & Plana quas & quæ latitudo Dominii tui continet una cum omnibus Terris Feudetariis, & Vaſallis in Partibus, Dioceſibus, Diſtrictibus in dictis Litteris Imperialibus, ac Ducatus & Comitatus, Privilegio declaratis, & comprehenſis, cum earum & cujuslibet ipſarum Dioceſibus, Diſtrictibus, Comitatibus, Juribus, Imperiis & Pertinentiis & Caſtris, Oppidis, Villis, Terris, Territoriis, Aquis, Stagnis, Torrentibus, Lacubus, Piſcheriis, Riperiis & Fluminibus, earumque Regalibus, Silvis, Salinis, Rubetis, Pratis, Paſcuis, Piſcinis, Piſcaturis, Tholoneis, Judeis, Monetis, Juditiis, Bannis, ſive Inhibitionibus Venationum, & pœnis inde ſequentibus conſuetudine, vel de Jure, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Baroniis, Feudis, Feudetariis, Vaſallagiis, Militibus, Clientibus, Judicibus, Civibus, Nobilibus, Plebeis, Ruſticis, Agricolis, Pauperibus & Divitibus, ac omnibus eorum pertinentiis, quæ latitudo tui Dominii, & dictarum Civitatum, & Dioceſum Confinia, & Limites dicti Privilegii Imperialis Ducatuum & Comitatuum comprehendunt: Atque omnia congrua relatio habeatur, ut dictum eſt, in verum Principatum, & Ducatum creamus, facimus, erigimus, & inſignimus, ac de prædicta Regalis poteſtatis plenitudine, etiam abſoluta, motu proprio & ex certa ſcientia decoramus, & tibi Illuſtri Ludovico Mariæ Sforziæ Vicecomiti, Duci, Ducatum ſive Principatum hujusmodi, nec non prædictos Comitatus Papiæ, Angleriæque cum omnibus Honoribus, Nobilitatibus, Juribus, Regaliis, Jurisdictionibus, Imperiis, Privilegiis & Immunitatibus, quemadmodum Ducatus, ſeu Principatus Inſignis a Sereniſſimis Romanis Imperatoribus ſeu Regibus poſſidentur, vel tenentur, ſeu hactenus poſſideri conſueverunt, de benignitate Regali conferimus: Decernentes, & hoc Regali Edicto ſtatuentes, quod tu, Filii, Deſcendentes & Heredes, & Succeſſores tui ordine infraſcripto perpetuo Principes, & Duces Mediolani, & Lombardiæ &c. Papiæ Angleriæque Comites, ut ſupra nominari, & appellari debeatis ab hodierna die in antea, & tamquam Sacri Imperii Duces & Principes, & Comites teneri, & honorari, & ab omnibus reputari, omnique Jure Privilegio, Regaliis omnibus, Jurisdictione dignitate, honore, gratia, & Immunitate, absque ullo Impedimento, perfrui, quibus alii Sacri Imperii Duces & Comites in dandis ſeu recipiendis Juribus, in conſtituendis, ſeu ſuſcipiendis Feudis, & omnibus aliis, Illuſtrium Statum, & condemnationem Ducum ſeu Principum, & Comitum concernentibus fruiti ſunt hactenus, ſeu quomodolibet potiuntur, & gaudere aut potiri poſſunt. Cæterum ne circa Succeſſionem hujusmodi Ducatus, & Comitatuum aliqua impoſterum dubietas oriatur, ſed clarius, & certius ſuccedendi modus detur, edicimus, & ſancimus aliquibus Juribus communibus & municipalibus ſeu conſuetudinibus factis, vel fiendis aliqualiter non obſtantibus. Quod Primogenitus maſculus natus ex legitimo matrimonio tui Ludovici Mariæ Sforziæ, Ducis Mediolani &c. ſuccedat in dicto Ducatu, & Comitatibus prædictis, & aliis Fratribus præferatur, licet conceptus & natus ſit ante Ducatum; & pro ipſo Primogenito decedente etiam vivente te Duce, Primogenitus Maſculus natus ex legitimo Matrimonio dicti Primogeniti præferatur Patruis, & aliis quibuscunque in Ducatu, & Comitatibus prædictis, & quod idem ſervetur in aliis quibuscunque Primogenitis Maſculis Legitimis, & Naturalibus ex legitimo Matrimonio Primogenitorum deſcendentibus ex Primogenitis Deſcendentibus tui Ludovici Mariæ in Infinitum, & quod Primogenito tui Ducis Mediolani etiam decedente ſine deſcendentibus Legitimis, & naturalibus legitimis, ex legitimo Matrimonio natis, Frater ejus ſecundo genitus, legitimus & naturalis, ut ſupra, ſuccedat in dicto Ducatu & Comitatibus prædictis ut ſupra. Et ſi Fratrem vel Fratres legitimos & Naturales non haberet, ſuccedat filius legitimus, & naturalis Fratris ſecundogeniti in prædicto Ducatu, & Comitatibus ſupraſcriptis, & ſi non extiterint Fratres, vel Filii Fratrum ipſorum Deſcendentium tuorum, ut ſupra, admittatur ad Ducatum & Comitatus prædictos proximior legitimus & naturalis, ut ſupra, deſcendens ex Maſculis legitimis & naturalibus tui Ludovici Mariæ Ducis Mediolani. In caſu tamen, quo contigerit ipſis Fratribus primi poſt Te Ducis Mediolani &c. legitimis & naturalibus non eſſe proviſum, vel ipſos non habere aliunde modum, in quo honorifice, ſecundum eorum conditionem, & Statum vivere poſſint, eo caſu dictos Fratres pro quolibet ipſorum volumus à prædicto primo Duce Mediolani habere debere Intratam ordinariam Florenorum duodecim millium auri, & in auro de Camera annuatim; ſimiliter Pronepotes tuos ex Fratre habere, in caſu quo deficiet proviſionis, vel modi prædictam Summam Florenorum duodecim millium auri, & in auro annuatim, & pro quolibet computando tamen in hac ſumma ratam ejus, quod ipſos tangeret, & reditu Cremonæ, quæ fuit Dos Illuſtriſſimæ Dominæ Blancæ Mariæ Matris tuæ, Ludovicæ Mariæ; Item computatis redditibus Eccleſiaſticis, vel Stipendio, vel alia proviſione quam haberent. Ita quod omnibus computatis reperiantur habere dictam Summam Florenorum duodecim millium auri ut ſupra: Decernentes etiam, & de poteſtate qua ſupra ſtatuentes, quod tu, tuique Deſcendentes, & Succeſſores Ducis Mediolani poſſitis & valeatis dare, & in Feudum concedere deſcendentibus & Collateralibus veſtris legitimis, & naturalibus maſculis de quibus ſupra, cujuscunque ætatis fuerint, vel eſſe reperiantur Deſcendentes ſeu Collaterales præfati, legitimis, & naturalibus non exiſtentibus de Civitatibus, & principalioribus Terris; De aliis autem

Ter-

Digitized by Google

Terris, Caſtris, Territoriis, Villis, Rochis, Oppidis, & Intratis, dicti *Ducatus* & Comitatus &c. dare in Feudum, & concedere quocunque modo poſſitis, etiam legitimis exieſtentibus nominatis ut ſupra, cum illis conditionibus, pactis, honoribus, & ſubjectionibus, de quibus vobis videbitur, & placuerit, & dictis Civitatibus, Terris, Caſtris, & Territoriis dicti Ducatus, & Comitatus quo ad Caſtra & Oppida, remanente tamen ſemper dicto Ducatu, & Comitatu conjuncto per viam cujuscunque ultimæ voluntatis in prædictos Deſcendentes & Collaterales diſponere & ordinare valeatis; ac etiam pro Filiis, & Poſteris veſtris. De Capitaneis, Mareſchallis, Rectoribus, Gubernatoribus, Adminiſtratoribus, & aliis quibuscunque Regimen, Gubernationem, & Conſervationem eorum Ducatus, & Comitatus concernentibus providere, prout vobis videbitur, & placuerit. Decernentes etiam, & de Poteſtate qua ſupra concedentes: Quod omnia & ſingula agere, gerere, facere, & expedire valeatis in Ducatu, vel Comitatu prædictis, & Civitatibus & Terris, & locis omnibus ſibi ſubjectis in omnibus, & per omnia, quæ nos, & Romani Imperatores gerere facere & expedire poſſemus, & uti ſuprema, & abſoluta plenitudine poteſtatis, & quibuscunque aliis clauſulis cujuscunque ponderis & qualitatis exiſtant, ſine ulla exceptione, vel diminutione, & alia quæcumque facere, etiam ſi eſſent de reſſervatis ſupremo Principi; Qui omnes & ſinguli caſus, etiam ſi eſſent majores expreſſis, vel etiam ſi requirerent ſpecialem, aut etiam individuam de iis fieri mentionem, hic habeantur pro ſpecialiter enumeratis, & pro ſufficienter expreſſis, & pro ſpecialiter, & ſufficienter enarratis. Inhibentes tamen & prohibentes, quod Deſcendentes & Succeſſores tui Ducis Mediolani &c. non poſſint alicui extraneæ perſonæ, exceptis Deſcendentibus, aut Collateralibus prædictis vendere, infeudare, donare, nec aliquovis modo alienare aliquam Civitatem, Caſtrum, Oppidum Terram, nec aliquam Partem dicti Ducatus & Comitatuum ac Civitatum, antequam ſint in ætate viginti quinque Annorum. Poſt dictam vero ætatem dare, & concedere ut ſupra poſſint de Caſtris & terris prædictis. Decernentes ex nunc irritum, & inane, quod ad præfata alienata, ſi aliter factum fuerit, vel aliqualiter attemptatum. Et hæc ex eo, ut dicti Ducatus, & Comitatus, Deſcendentibus & Succeſſoribus tuis Ducibus Mediolani, & Comitibus &c. quantum plus fieri poterit, integre conſerventur. Poſſint etiam de bonis, & rebus per eos aquirendis ad libitum ipſorum diſponere, & providere. Decernentes etiam, & de noſtræ Regalis poteſtatis plenitudine ſtatuentes ut omnes, & ſinguli Barones, Marchiones, Comites, Feudatarii, Vaſſalli, Nobiles, & quicunque alii tenentes aliqua Feuda, Comitatus, Marchionatus, Conceſſiones Jurisdictiones, Jura, Regalia quocumqun modo in Ducatu & Comitatibus & Civitatibus, ac Civitatum tuarum Dioceſibus, vel aliter quomodocunque in Dominio tuo illa habuerint, & à quibuscunque etiam ſi à nobis, ſive ab olim Prædeceſſoribus noſtris, aut à Ducibus Mediolani Prædeceſſoribus tuis, aut tuis ut ſupra ſubjecti ſint pro Feudis antedictis, & pro quibuscunque aliis Jurisdictionibus & Regaliis quomodocunque ab imperio dependentibus ad omnem tui, & tuorum omnium Deſcendentium, & Succeſſorum requiſitionem de ipſis Feudis, Marchionatibus, Comitatibus, Concesſionibus, Regaliis, Jurisdictionibus, ac Juribus quibuscunque ſeſe de novo inveſtiant, ac novam teneantur facere recognitionem, & novam Inveſtituram recipere, & eam recipiant, & recognoſcant, a te Ludovico Maria Sforcia Duci Mediolani &c. & quod tibi Ludovico Mariæ, tuisque Succeſſoribus ut ſupra præſtent, & faciant fidelitatem, obedientiam, homagium, ac homagii fidelitatem & obedientiæ promiſſionem, & juramentum etiam pro Marchionatibus, Comitatibus, Feudis, Concesſionibus, Jurisdictionibus, & Juribus quibuscunque, quas, & quæ præfati tenent, & recognoverunt, ſeu recognoſcere debuerunt à Sacro Romano Imperio intra præfati tui Dominii fines, aut in Dioceſibus Terrarum & Civitatum prout ſupra nobis facere debuerunt. Dantes & concedentes auctoritate, & poteſtate prædicta tibi Ludovico Mariæ in prædictis omnibus omnimodam poteſtatem, ut approbare, validare, confirmareque poſſes, præſertim Feuda & Conceſſiones ut ſupra per Te, Fratrem, & Nepotes tuos alicui conceſſas, neç ulla perſona cujuscunque gradus & Conditionis exiſtat, vel Communitas aliqua, aut Colleggium poſſint ſe à prædictis excuſare ſub prætextu alicujus Privilegii cujuscunque tenoris exiſtat. Intelligentes etiam, quod cum Ill. quondam Joannes Galeaz Nepos tuus filium unum maſculum legitimum dimiſerit, habeat à te, Ludovice Maria Sforcia, ſeu à filiis Succeſſoribus tuis in prædicto Ducatu ſingulis annis Ducatos duodecim mille auri, & in auro. Cupientes denique tibi tuisque deſcendentibus & Succeſſoribus Ducibus Mediolani, &c. de Armis & Inſignibus providere, præſertim de Inſignibus noſtris Regalibus, quæ Majores tui, & tu noſtro, ac Prædeceſſorum noſtrorum Sereniſſimorum Romanorum Imperatorum, & Regum nomine retroactis temporibus in bellorum actibus, & ubique ſtrenue retulerunt, non ad tuæ petitionis Inſtantiam, ſed de benignitate Regia ex certa ſcientia, & de Romanæ Regiæ poteſtatis plenitudine tibi tuisque legitimis Deſcendentibus, & naturalibus, & Succeſſoribus ut ſupra eorumque Deſcendentibus in infinitum, quos Duces Mediolani & Comites Papiæ Angleriæque eſſe continget, conceſſimus, & concedimus, ac tenore præſentium licentiam, & facultatem elargimur, quod pro dicto Ducatu Mediolani &c. Arma, ſeu Inſignia Regalia videlicet, Aquilam Nigram in Campo aureo in forma qua ipſa Arma Sereniſſimi Romani Reges deferre conſueverunt, aut per quarteria, tuis, tuorumque deſcendentibus Armis prout tibi deſcendentibusque, & Succeſſoribus Ducibus videbitur & placuerit, ubique tenere, deferre, & portare, teneri, deferrique, ac portari facere valeatis cunctis temporibus affuturis, ut per hoc inter nos, & Succeſſores noſtros in Imperio ac

Digitized by Google

te tuosque Successores, ac Descendentes Duces Monumentum & pignus amoris perpetui, Vinculumque Unionis maneat & perduret. Nolentes, sed potius districtius inhibentes te tuosque Descendentes, & Successores Duces, ut supra, in Armorum ipsorum delatione per quempiam cujusvis dignitatis & auctoritatis existat per tempora successura quomodolibet impediri. Gaude igitur Princeps, ac de impensis tibi per Celsitudinem nostram muneribus tua proles exultet. Letare Dux, & Comes, quem nostra Serenitas spetiali, & ampla retributione prævenit, quam huc usque tibi Patri, & Fratri tuis non concessit; Operatio tamen tuo grata concordet cum nomine ut, auctore DEo, concessis tibi per nos potiri valeas fæliciter dignitatibus, ac etiam ascendere ad majorem dignitatem, & prædicta omnia & singula valere volumus, & obtinere effectualem roboris firmitatem, non obstantibus quibuscunque Legibus, Juribus, Constitutionibus, Consuetudinibus, Clausulis derrogatoriis, & aliis Concessionibus, Infeudationibus, vel titulis per nos, & Prædecessores nostros in Imperio aliis factis, collatis, vel concessis super præmissis, vel aliquo prædictorum, per quæ vel per quos præsentibus non expressa vel taliter inserta effectus eorum impediri valeat quomodolibet, vel differri etiam si talia forent, de quibus oporteret superius fieri narratio, & mentio specialis in præsentibus. Quibus omnibus & singulis, quo ad sublimationem, Erectionem, concessionem, infeudationem & alia suprascripta de plena, & absoluta potestate & ex certa scientia præsentibus derrogare volumus, ac etiam derrogamus, supplentes omnem deffectum, si quis obscuritate verborum solemnitatis ommissæ seu alias quomodolibet repertus fuerit in præmisis. Jus tamen quod ex dictis Concessionibus, Creationibus in Feudo dictorum Ducatus, & Comitatuum habemus nobis, & Successoribus nostris in Imperio salvum maneat, & illæsum. Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ Illustrationis, Sublimitatis, Creationis Decorationis, Collationis, seu Decreti paginam infringere, seu ei quovis modo contravenire. Si quis autem secus attemptare præsumpserit, præter indignationem nostram gravissimam, pœnam centum Marcarum purissimi auri, totiens, quotiens contra factum fuerit, se noverit irremissibiliter incursurum, quarum medietatem Regalis nostri Erarii, seu Fisci, residuam vero partem suprascripti Ducis, & Heredum ac Successorum tuorum usibus decernimus applicari. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, sigillari, ac manuali nostro Chirographo in Testimonium munivimus. Actum in Civitate nostra Andvvorpiensi, die Sanctæ Catharinæ Virginis, Anno Incarnationis Domini M. CCCC. LXXXXV.

CXVI.

Julii II. Pontificis maximi Bulla censurarum in singulos de consilio, & interdicti generalis in Ducatum Mediolanensem, ob occupationem ecclesiarum & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, atque fructum eorundem sequestrationem, seu distributionem in laicali abusu & potentia factas, d.d. 7. Id. Octobr. An. 1510.

JULIUS EPISCOPUS,

Servus servorum DEi, ad perpetuam rei memoriam.

INter graues sollicitudines & curas, quibus pro pastoralis Officii & Apostolicæ servitutis debito continuo premimur, una est, ut defensioni & custodiæ Ecclesiarum beneficiorum & bonorum, ac fructuum & reddituum eorundem continuo vigilemus, ac ne perversorum temeratis ausibus à Laicis, quos Clericis infestos oppido tradit antiquitas, fructus & proventus prædicti, qui inter cætera pro servitio Ecclesiarum, & pro sustentatione Ecclesiastici status & dignitatis & Ministrorum ejus provide a S.S. Patribus statuti & ordinati sunt, occupentur, & dissipentur, omnibus remediis, & juris auxilio opportune prohibere, quod tanto perculosius negligitur, quanto exinde turbatio, & confusio Ecclesiastici status & ordinis de facili causaretur, & auctoritas minueretur, cum spiritualia sine temporalibus diu esse non possent; Ordo etiam rationis exposcit, ut justitiam cuilibet præsertim sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui in partem sollicitudinis nobiscum assumpti sunt & aliis Ecclesiasticis Prælatis & personis ministremus & opem, ac operam efficaces exhibeamus, ut Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum, ac dignitatum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum auctoritate Apostolica vel alias in titulum vel commendam commissorum possessionibus & illorum fructuum, & proventuum perceptione sublatis quibuscunque obstaculis & impedimentis quiete & pacifice gaudeant, & ne illis priuentur, omnibus juris remediis, ubi etiam perversorum audacia exigit, vibrato Apostolicæ potestatis mucrone per censuras Ecclesiasticas providere. Sane sicut non sine gravi animi nostri displicentia accepimus, dilecti Filii Carolus de Ambosia, Dominus temporalis de Ambosia, Dominus temporalis de Ciamonte, seu de Calidomonte ac pro charissimo filio nostro Ludovico Francorum Rege in Ducatu Mediolanensi Gubernator, Magnus Magister, nec non ipsius Regis in Parlamento, seu Consilio Mediolanensi Consiliarii nuncupati, nescitur quo nisi maligno ducti Spiritu, & non considerantes, quod Laicis super ipsos Cardinales ac Pontificali dignitate præditos, ac alias personas Ecclesiasticas eorumque Ecclesias, Monasteria, ac beneficia Ecclesiastica illis commissa illorumque Redditus & proventus hujusmodi, nulla est attributa jurisdictio sive potestas fructus, redditus & proventus nonnullorum, Ecclesiarum Cathedralium, etiam Metropolitanarum Ecclesiarum, & Monasteriorum, Prioratuum,

Digitized by Google

um, Præpoſiturarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum hujusmodi, quæ ipſi Cardinales, ac Prælati, & perſonæ Eccleſiaſtice in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut alias etiam ex conceſſionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in Ducatu & Dominio Mediolanenſi obtinent, eorum auctoritate, imo verius temeritate propria, & de facto in manibus Laicorum ſequeſtrare, & partem illorum in proprios uſus conuertere, & diſſipare præſumpſerunt, & in Animarum ſuarum periculum, Divinæ Majeſtatis offenſam, Apoſtolicæ Sedis auctoritatis contemptum, Eccleſiarum damnum, ipſorumque Cardinalium, Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum grave præjudicium & jacturam perniciosum quoque exemplum, ac ſcandalum plurimorum, Nos igitur, ad quos ſupra alios pertinent Eccleſiarum jura defendere, & tueri, ac ſimiles exceſſus etiam per eosdem in eisdem Eccleſiis, Monaſteriis & beneficiis Eccleſiaſticis alias impune commiſſos & perpetratos, ac dictorum præſumptorum, & temerariorum auſus corrigere, ac Cardinalium, Prælatorum & perſonarum Eccleſiaſticarum jura & libertates defendere volentes, dictos Præſumptores, niſi ad Cor reverſi reſipuerint, tali plectere pœna, ut in poſterum a ſimilibus abſtineant, ſintque aliis in exemplum, & tandem metus pœnæ ſit meta malorum, dictorum Cardinalium & Prælatorum & aliarum Eccleſiaſticarum Perſonarum querelis & lamentationibus permoti, nomina, cognomina titulos Cardinalium, qualitates, nobilitates & præeminentias præſentibus pro expreſſis habentes, æquitate & juſtitia id nobis ſuadentibus ex noſtra certa ſcientia, & matura deliberatione præhabita præfatos Carolum Gubernatorem, & Magnum Magiſtrum, ac omnes & ſingulos Dominos de Parlamento, ſeu Conſilio Mediolanenſi nuncupatos, cujuscunque dignitatis, nobilitatis & præeminentiæ & conditionis exiſtant, nec non dictorum fructuum Sequeſtratores & Cuſtodes, Diſtributores, ſive Diſpenſatores, ac eis auxilium, conſilium, vel favorem directe, vel indirecte quovis quæſito colore præſtantes, in virtute ſuæ obedientiæ ac ſub pœnis infraſcriptis, quas contrafacientes ipſo facto incurrere volumus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium monemus quatenus infra duodecim dierum ſpatium poſt publicationem præſentium in locis infraſcriptis faciendum computandorum, quorum quatuor pro primo, & quatuor pro ſecundo & reliquos quatuor dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, ſequeſtra, & arreſta prædicta tollant, revocent, & revocari & tolli faciant & permittant, & ablatos fructus, vel ipſorum juſtam extimationem reſtituant, ac ipſos Cardinales & Prælatos, ac perſonas Eccleſiaſticas ad perceptionem integram omnium & ſingulorum fructuum ſequeſtratorum & arreſtatorum hujusmodi reſpective reſtituant & reponant ac ipſos fructus, redditus & proventus eis percipere pacifice permittant, ac de illis eisdem Cardinalibus, & Prælatis ac perſonis ſeu eorum Procuratoribus a tempore dicti ſequeſtri ſeu arreſti, & ablationis, vel eorum juſta extimatione integre reſpondeant, & reſponderi faciant. Alioquin lapſis dictis duodecim diebus tam illos, quam eis auxilium, vel favorem præſtantes, ex nunc prout ex tunc & e contra, majoris excommunicationis ſententia innodamus, a qua ab alio, quam a Romano Pontifice præterquam in mortis articulo conſtituti abſolvi non poſſint. Si vero per alios novem dies dictos duodecim dies immediate ſequentes, quorum tres pro primo, ex aliis tres pro ſecundo, & reliquos tres pro ultimo & peremptorio termino aſſignamus, dictam excommunicationis ſententiam animo indurato ſuſtinuerint, & mandatis Noſtris effectualiter non paruerint, ſententiam ipſam aggravamus, ac ex nunc prout ex tunc Mediolanenſem, Papienſem, Parmenſem, Cremonenſem, & alias Civitates, Terras, Caſtra, Oppida, & Loca Ducatus Mediolanenſis hujusmodi, ac ſub gubernio D. Caroli in Lombardia conſtituta, ac quæ in illis ſunt, Metropolitanas Cathedrales, ac alias Eccleſias, Monaſteria, ac Religioſa, & Pia loca, quæcunque, ubi dictæ Eccleſiæ Cathedrales, vel aliæ dignitates & beneficia a quorumvis Ordinum, Monaſteria, & Prioratus hujusmodi ſequeſtrata, ſituata & poſita fuerint, et generaliter omnia loca, etiam extra Italiam atque ipſos excommunicatos declaratos declinare, et in quibus ipſos ſcienter ſtare permitti contigerit dicta auctoritate ſimili modo generali Eccleſiaſtico ſubjicimus interdicto, ita quod illo durante in illis, etiam prætextu cujusvis etiam Apoſtolici indulti perſonis, ordinibus vel locis conceſſi, præterquam in caſibus à jure permiſſis, ac etiam in illis alias, quam januis clauſis ac excommunicatis et interdictis excluſis, nequeant Miſſæ et alia divina officia celebrari decernentes, illud ſtrictiſſime fore obſervandum, donec ibidem fuerint, et poſtriduum eorum inde diſceſſum, nec non monitos excommunicatos, et reaggravatos prædictos omnes et ſingulos dignitatibus et honoribus, etiam Doctoratus, ſive Magiſtratus in quibus conſtituti exiſtunt et tam ipſos quam Civitates, caſtra, oppida et loca prædicta omnibus Privilegiis et indultis etiam ſtudii generalis Conceſſionibus, et gratiis, dignitatibus, honoribus, quibus utuntur, et gaudent, ſeu munita ſunt, nec non bonis omnibus, quæ in feudum, vel Emphyteoſin, ſeu alias à Romana, vel aliis Eccleſiis, Monaſteriis, beneficiis, et locis Eccleſiaſticis obtinent, penitus privamus, dictaque bona feudalia et Emphyteutica, et alia ab Eccleſiis obtenta, ad Dominos ſuos reverti debere, ita ut de illis libere diſponere poſſent, et ſi aliquis ex monitis excommunicatis, et reaggravatis prædictis Clerici ſæculares, aut Regulares, quovis modo beneficiati, et in ſacris Ordinibus conſtituti fuerint, illos Prælaturis, adminiſtrationibus, et regiminibus, ac omnibus et ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, Perſonatibus, et Præbendis, cæterisque beneficiis Eccleſiaſticis, quæ obtinent, ac ordinibus, etiam Sacerdotalibus, ad quos promoti forent, ſine ulla ſpe reſtitutionis privatos eſſe decernimus, et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris

noſtris Sipontinenſi, Dirachienſi, et Sedunenſi, ac univerſis, et ſingulis aliis Archiepiſcopis, Epiſcopis, et Cathedralium, etiam Metropolitanarum, et Collegiatarum Eccleſiarum Prælatis, Capitulis et Perſonis aliis Eccleſiaſticis, etiam quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium Religioſis exemptis, et non exemptis ubicunque locorum conſtitutis, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus præmiſſa omnia, et ſingula, ubi, quando, et quoties expediens fuerit, ac pro parte Cardinalium, et Prælatorum, et perſonarum Eccleſiaſticarum prædictorum fuerint requiſiti in Eccleſiis, et aliis locis ſolenniter publicantes, Carolum, Magnum Magiſtrum et Conſiliarios viros de Parlamento Mediolanenſi nuncupatos, ac omnes et ſingulos prædictos, quos conſtiterit præſentium vigore monitos non paruiſſe excommunicatos, privatos, et inhabiles, præfataque Mediolanenſes, et alias Eccleſias, Monaſteria, Civitates Dominii Mediolanenſis, ac illius et alia atque eosdem monitos, excommunicatos, privatos, et inhabiles pro tempore declinare, et in quibus ſcienter ſtare permitti contingerit, ut præfertur, Loca Eccleſiaſtica ſuppoſita interdicto publicent, et denuntient, ac ab aliis publicari, et denuntiari, et hujusmodi interdictum firmiter obſervari faciant, et procurent, donec ſequeſtrum, ſeu arreſtum hujusmodi revocent, et fructus reſtituerint, ipſique Cardinales, Prælati et perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeu eorum legitimi Procuratores in pacifica poſſeſſione Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, et aliorum beneficiorum ſuorum, et ad integram perceptionem fructuum hujusmodi realiter, plenarie, et integre poſiti fuerint reſpective, et inducti, ipſique ſic excommunicati privati, et interdicti meruerint abſolutionis, ac hujusmodi interdicti relaxationis beneficium obtinere. Contradictores, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcendo: Et inſuper ut præſentes literæ ad notitiam monitorum prædictorum facilius pervenire valeant, cum ad illos de præmiſſis certiorandos, perſonaliterque monendos tutus non pateret acceſſus ob illorum potentiam, volumus, et mandamus, easdem literas, vel ipſarum tranſumpta auctentica, cum manu publici Notarii, ſive præfati Archiepiſcopi Sipontini, ſubſcriptis, quibus fidem adhiberi volumus in Bononienſis, Mutinenſis, aut Imolenſis Eccleſiarum circumvicinorum locorum, de quibus verifimilis conjectura ſit, quod ad ipſos monitos poſſit de facili pervenire valvis affigi, quas poſt affixionem hujusmodi eosdem monitos perinde arctare decernimus, ac ſi eis præſentialiter & perſonaliter intimatæ eſſent, & intimarentur: Non obſtantibus conſtitutionibus & Ordinationibus, nec non quibuscunque Privilegiis, & Indultis Apoſtolicis, eisdem excommunicatis, privatis, & interdictis perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, Civitatibus, Terris, & Locis concesſis, per quas effectus præſentium perturbari, aut alias quomodolibet differri poſſet, & quibuslibet Privilegiis, Indulgentiis, & Literis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus, quæ etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialiter ſpecifica & expreſſa mentio præſentibus habenda foret, eisdem excommunicatis, privatis & interdictis, quoad præmiſſa nolumus aliquatenus ſuffragari, cæterisque contrariis quibuscunque. Seu ſi excommunicatis, aggravatis, & interdictis perſonis, Eccleſiis, Monaſteriis, Civitatibus & Locis præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari, & privari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi, ac eorum nominibus, cognominibus, dignitatibus, qualitatibus & ordinibus, mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ monitionis aſſignationis, innodationis, aggravationis, ſubjectionis, decreti, privationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis DEi ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo, ſeptimo Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Sigismundus.

CXVII.

Capitulatio inter Carolum V. Romanorum Imperatorem ac Mediolani Ducem necnon Pagos Helvetiæ fœdere junctos de conceſſis ſubditis tranſigentium emolumentis liberoque inter eosdem commercio exercendo ſtabilita, d. d. 6. Maji, An. 1522.

WIr Karolus der fünfft vom Gottes Gnaden Römiſcher Keiſer, zu allen Zytten Merer des Richs, in Germania, zu Hyſpanien beider Sicilien, Hieruſalem, Hungern, Dalmacien, Croatien etc. Künig, Ertz-Hertzog zu Oeſterrych, Hertzog zu Burgund und Meyland, etc. Graf zu Tyrol und Flandern, &c. Vnd Fernando Gonntzaga, Hertzog zu Arriau, Fürſt zu Malfeta, der Kayſerl. Maj. Oberſten Hauptmann in Italia, Ir Statthalter und Gubernator in dem Hertzogthum und Statt Meyland, und wir die Burgermeiſter, Schultheiſſen, Aman, Räth, Gemeinden, Burger, Landlüt von Stetten, Landen, Herrſchafften, des groſſen und alten Punds ober Tütſcher Landen, Namlich Zürich, Bern, Lutzern, Vrj, Schwytz, Vnderwalden, ob und nid dem Kernwald, Zug mit ſampt dem Vſſern Ampt, Glarus, Baſel, Fryburg, Solothurn, Schaffhuſen, und Appentzel, Thun kund, und zu wiſſen allen denen, ſo zu diſer Zyth vnd uff des künfftig dieſere unſere Brieff leſen, ſehen und verhören vverdent, vvie das innrlich zu Baden In Ergövv, durch unſer beid Theil, ſamentlich Sandtbotten und verordnete zvvyſchent uns iſt vereyniget, vffgericht, Concordiret und beſchloſſen ein Tractat, der Fründtſchafft, und guter

Nach-

Digitized by Google

Nachpurſchafft vom vvegen des Hertzogthumb und Statt Meylands und unſerer Gepint, und Landen und Underthanen, hie dieſet und ennet Sannt Gotthartsberg. Welches Tractats Innhalt von Wort zu Wort hernach volgt:

In dem Namen der Heiligen und unzerteilten Dreivaltigkeit Gott Vatter Sunn, und Heiliger Geiſt, Amen. Dweyl dann by allen Nationen der Welt, durch ware und lange Erfarung allvvegen iſt erkennet vvorden, und cklarlich am Tag liegt, das alle Rych, Stend, Gevvält und Herrſchafften durch Ruvv und Einigkeit ſich erhaben vvachſend, und von Tag zu Tag zunemend und gemeret vverden, Als hiegegen durch Vnheiligkeit und Zvvytracht, geindert zerſtört, und zu Grund gericht vverdent, deſshalben ſige offenbahr und zu vviſſen, allen denen, ſo dieſere unſere Brief zu dieſer Zytt, oder vff das künfftig ſehen vverden, Wie das der Durchleuchtigeſt Fürſt und Herr Donn Fernannd Gonntzaga Hertzog zu Arriau Fürſt zu Malſeta, der Römiſchen Keiſerlichen Majeſtät Obriſter Hauptmann in Italia, Ir Statthalter und Gubernator in dem Hertzogthumb Meyland als der ſollichs von höchſtgedachter Keyſerl. Maj. Willen und in beſonderem befehlich hat, Eins Theils. Vnd die hochgedachten Edlen, Strengen Ernveſten, Frommen, Fürſichtigen und Weyſen Herren Burgermeiſter, Schultheiſſen, Aman, Räth, Gemeinden, Burger Landlüth, und Innvvonner der Stetten, Landen und Herrſchafften, deſs Loblichen groſſen und alten Pundts, Ober-Tütſcher Landen, Namlich Zürich, Bern, Lutzern, Vrj, Schvvytz, Vndervvalden, ob und nid den Kernvvald, Zug mit dem vſſerm Ampt, Glarus, Baſel, Fryburg, Solothurn, Schaffhuſen und Appentzel anders Theils betrachtet hand, nottvvendig zu find, zu guten und gemeinen Nutz allen Iren Stenden und Underthanen, Ein veſte, ſtete und vvirige Einigung und Verſtand über die gut Fründtſchafft und Nachpurſchafft, vvelche die verſchinen Zyth zvvuſthent, Ir Keyſerl. Majeſt. und Stadthaltern und Gubernatorn in den Hertzogthum Meyland, und demſelbigen Hertzogthum, und uns Eydgenoſſen, und unſre Stend und Volgk erhalten und obſervirt vvird mit und gegen einandern intzugen und tzu beſchlieſſen. Und damit die gut Eynigkeit, ſo zvviſchen beyden Theilen iſt, deſs lenger Beſtand und beharren, auch all und jede Sachen, deſs in beſſerer Rovv und Sicherheit zu beiden Theilen und bi den gmeinen Underthanen uſs Krafft ietziger guter Einigkeit und Verſtand belyben, und man deſs er nachpürlicher, ſicherlicher und mit rüvvigem Gmut mit und durch einandern handeln, vvandlen, an Gut und Hab zu nemen, und gemehret vverden mögen; So habend vvir dieſere Eynigkeit und Verſtand durch Mittel unſerer Sandt-Botten und Bevelchhabern von uns beider Theilen verordnet, und depputieret beſchlieſſen laſſen. Namlich im Namen deſs Hochgedachten Herren Don Fernando, vſs Willen und beſonderem Bevelch der Keyſerl. Majeſt. durch den vvohlgedachten und Edlen Herren Johann Angelus Ritius, der Höchſtgemelten Keyſerl. Majeſt. Secretario und im Namen unſer Eydtgnoſſen, durch die Hochgeachten, Strengen, Ernveſten, Fürſichtigen, Wyſen Herren, Hannſs Rudolff Laffater, Burgermeiſter, vnd Herr Johannes Eſcher, Statſchryber Zürich. Von Bern, Herr Hanns Frantz Negely, Schultheiſs, und Herr Anthoni Tiller, Seckelmeiſter von Lutzern; Herr Johannſs Birche, alt Schultheiſs von Vry Herr Hannſs Churſ Stadthalter, und Herr Jacob Apra des Raths, von Schvvytz, Herr Diettrich in der Halden, Ritter alt Lannd-Aman, von Vndervvalden; Her Arnold Luſy, alt Land Amman, von Zug, Herr Hannſs Letter Aman, und Herr Hannſs Burgkart von Glarus, Herr Hannſs Brunner deſs Raths, von Baſell Herr Onoffrius Holtzach, und Herr Batt Sumerer beid deſs Raths, von Fryburg Herr Joſst Fryttag deſs Raths, von Solothurn Herr Cunradt Graff Schultheiſs, von Schaffhuſen Herr Alexander Beyer, Burgermeiſter, und von Appentzel Baſtian Töring des Raths.

In dem Namen Gottes, ſo ſind vvir die vorberürten Geſamten durch Krafft dieſes gegenvvürtigen Brieffs, einandern ingangen, und hand beſchloſſen, die hienach geſchribnen Gedingen, Verheiſſungen Capitel und Verkomnus vvelche man habe, unverbrochenlich zu halten, von beiden Theilen in der Geſtalt, VVyſs und Form, vvie hienach volgt, angenommen:

Zum Erſten, daſs der Fürſt und Herr, Donn Fernand Gontzaga, und ſine Nachkomen, des Ampts, als Statthalter und Gubernator des Hertzogthum und gantzen Stadt Meylands in Namen und an ſtatt der Keyſerl. Maj. in gedachten Hertzogthum und gantzen Statt Meylands, ſollen und wollen zu gon und verfolgen laſſen, den Herren Eydtgnoſſen der obgemelten Ortten der Eydtgnoſchafft und allen jren gehorſamen Zugevvandten, Zugehorigen und Underthanen, hin dieſet und ennet Gebirgs, die Exemptionen, allerley geſtalt der Kouffmſchatzen und Güter, es ſige Vech oder ander bevveglich Gut, ouch Korn Roggen, Vaſs, Muſs, Rüſs, und ander Getreydt, kein Ding nit vorbehalten, doch daſz ſoliche Kouffmannſchatzen und Güter, in gemelten Hertzogthumb, und gantzen Stadt Meyland gevvachſen, gemacht und gearbeitet ſygent, fry vſsemenbten Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, und denſelben allen Inhabenden Stetten, Flecken und Dörffern, und vvas denſelben zugehört, in jr der Eydtgnoſſen, und dero Unterthanen, Herrſchafften und Landen füren, und ferttigen mögen, ohn alle Beſchvvarnuſs der Zöllen Tratten, Tällen, und ander Uffleguugen, vvie die möchten genembt vverden, die Camer zu Meyland, oder ſonderbaren Perſonen Lehenlüten, und Communitator zugehörig. Aber doch daſs ein jeder, vvellicher ſich ſollicher Exemptionen gepruchen und befrovven vvolle, vorhin Erlouptnuſs und Gleit nemen ſoll, von den Amptslüten, ſo von der Keyſerl. Majeſt. Ir Durchlüchtigkeit, und den gedachten Herren Statthaltern und Gubernatorn des Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands zu ſollichem ervvelt vverdent, vvellich gleyt und Erlaubnuſſen man nit kouffen, ſonder innen vergebens unvertzogentlich, und on einichen Widerred, vorgont und geben vverden ſoll, dartzu ſoll ouch nit vergonnt

Digitized by Google

noch geſtattet vverden, das keiner ſige, vver er vvolle, möge einige vile Korns, Roggen, und ander Getreid, vvie die genempt möchten vverden uff den Fürkouff vffkouffen und zuſamen ſchütten, und es in gedachten Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland liggen laſſen, zu vertuſchen, vervvechſeln, oder vvider zu verkouffen, ſondern ſolle der Uerkouffer angends geſtrax vvegs, ſyn Kouffmanſchatz und Güter, in dem billichen Zyt, ſo geſetzt vvirt, In gedachter Erloupnus und Gleytt hinvveg fertigen und fuhren laſſen, doch mit der Erlüterung, das Ir Keyſerl. Majeſt. und Ir Durchlüchtigkeit und gedachten Herren Statthaltern und Gubernatorn des Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands zu der Zytt der Thüry und Mangels nit verpflicht ſigind, den gedachten Herren Eydgnoſſen und den Iro als obſtat Korn und ander Getreidt zu geben. Welliche Thüry man verſton ſoll, zu jedem mal, ſo ein Müt vveytzen, in den Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, mer denn dreytzehen Imperialiſche Pfund, Meylander Wehrung gemeins Kouffs geken vvirt, und das ander Getreit nach Marthzal deſſelbigen doch in ſollicher Zyth der Thüry und Mangels vvellend Ir Keyſerl. Majeſt. Ir Durchlüchtigkeit und die gemelten Herren Statthaltern, und Gubernator des Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands zu Ergötzung Ihres guten Gemüths den obgemelten Herren Eydgnoſſen und jren Unterthanen vvie obſtat, eines gantzen Jars geben, zvvey Thuſend Müt, Namlich, thuſend Müt vveytzen, fünffhundert Roggen, und fünffhundert Müt hirſch, und ouch die Herren Eydgnoſſen und Ihro gehorſamen Zugevvannten Zugehorigen und Unterthanen, Korn oder ander Getreit vſerhalb dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland kouffen daſs ſy darmit frygen Durchtzug und Paſs, durch ſollich Hertzogthumb und gantzen Statt ohne einichen Intrag und Widerred, und ob einiche Betzalung der Tratta, Gabella, Zöllen, Uffziehungen, oder ander Ufflegungen, zu jeder Zyth haben ſollend, und darby, das Ir Keyſerl. Majeſt. Ir Durchleuchtigkeit und andere Herren Statthalter und Gubernatorn deſs Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands allvvegen gutt uſsſehen, haben vvellend, das einiche gefärliche Türung gemacht vverde, und nit zu geſtatten noch vergonnen, das Ire Underthanen deſs vielbemelten Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands, in demſelbigen Korn und ander Getreid vffkouffen, zuſamen ſchütten, und nach jrem Willen vviederum verkouffen mögen, davon ſolliche geverliche Thüry entſpringen vvurde.

Dargegen ſollent die Herren Eydgnoſſen von Stett und Landen der obgemelten Ortten und all Ir Zugevvandten, Zugehörigen und Unterthanen Keyſerl. Maytt. Und Iren Underthanen deſs Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands fryg und on einichen nüvverung der Zöllen, Bezalungen, und Beſchvvernuſs, zu komen und zu gon laſſen, Ueth und ander Ding und Gut, kein Ding vorbehalten, mit dieſer Erlüterung, das in der Zyth der Thüry, in unſer Eydtgnoſchafft Stett und Lendern, vvelliche Zyt der Thüry ſich verſton ſoll, allemal ſo ein Mütt Kernen gelten, mer denn drytzehen Pfund Imperialiſch vvellichs by uns verſtanden ſoll vverden, Sechtzig Schvvytzer Batzen, und des übrig kernen nach marthzal Jeder Gſtalt ſo bemelte Thürung unſer Eydtgnoſchafft Stett und Landen, mit vvyter ſchuldig ſygend zu kouffen laſſen, noch zu lon, denen vſs dem Hertzogthumb Meyland mer dann zvvey thuſend mit Kernen Roggen und Ueſen, und damit gehalten vverden, glyer Geſtalt vvie die vſs dem Hertzogthum Meyland, jederzyth der Thüry ſchuldig ſind gegen uns vvie obſtat.

Zum Andern, Antreffende das Saltz, vvelliches die Herren Eydtgnoſſen und Ir Zugevvannten, Zugehörigen und Underthonen kouffend, Im Germania, Vältlin, Cläffen, oder Inn andern Landen und Ortten, Solle ſin Durchlüchtigkeit, und andere Herren, Stathalter und Gubernatoren des Hertzogthumbs und gantzen Statt In Namen der Keyſerl. Mayl. Inen und der Iren als obſtadt, geben und laſſen, frygen Paſs und Durchtzug in der Gſtalt und Form, vvie hernach folgt: Item ſo ſoll man faren mit dem Saltz ſo in Germania, Vältlin, Cläfen, oder andern Orten kouffe vvird zu dem Turn die die Olauga, und von dannen über den Cummer See, gen Monaſs, und von dannen über Land gen Porletza, und ſo ſy vvytter gen Lugarus zu vvelten faren, Sollen ſy gſtracks vvegs, von Lovvis gen Lovvin zufaren, und dergeſtalt alſo paſsiren.

Ob aber vff dem See, ſich Ungevvitter zutrüge, daſs ſy mit dem Saltz Tags oder Nachts mogend Lenden, an Ortt und Enden, da es Inen am gleguiſten iſt das Saltz daſelbs leggen, und angentz den Ampts-Lüten des Ortts ſollichs antzeigen, und ſo das Ungevvitter nachlaſt, ſtillet und vffhört, das er angentz zum fürderlichiſten mit dem Saltz fürfaren, und har Inn kein Betrug gebrucht vverde, doch ſollent ſy zum erſten, von den Ampts-Lüten, ſo durch die Keyſ. Mayl. Ihr Durchlüchtigkeit, und gedachte Herren Statthalter und Gubernatorn, des Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland hartzu geordnet, zu Menaſio Erloubtnuſs und Gleit nemen, vvelche Erlaubtnuſs vnd Gleit Inen vergebens und unverzogenlich geben vverden ſolle, und ſy aller Zöllen und one Trata, Gabella, Eerungen, und all ander Betzalungen, vvie man dieſelben erdencken möchte, darby ouch mit den Ordnungen der Keyſ. Majl. und des Durchlüchtigen Raths und Meyſtrats zu Meyland, ouch darmit vermitten vverde, viller Betrig und Beſchiſs, ſo zu Nachtheil und Schaden Ir Keyſ. Mayl. und Iren Ingängen oder Intratten des Hertzogthumb und gantzen Stadt Meylands begegnen möchte, vvellich Ordnungen, man vliſsiglichen halten und nachvolgen vvirt, doch das ſollichs one einiche Beſchvvernuſs noch nüvverung vvie obſtatt, doch ſo die gedachten Herren Eydgnoſſen und die Iren vvie obſtatt, von vvegen etlicher Uerhinderung, das Saltz vſs Germania Uältlein Kſefen und andern Ortten nit han möchten. So vvöllen Ir Keyſ. Mayl. Durchlüchtigkeit, und ander Herren Stadthalter und Gubernatorn des Hertzogthum und gantzen Stadt Meyland gutlichen den Herren Eydgnoſſen, und den Iro, vvie obſtatt vergonnen, den frygen Durchtzug das ſy das Saltz von den Ortten und Enden, da es Innen gefellig ſin vvirt, nemen und zu kouffen, und durch das

Hertzog-

Digitized by Google

Hertzogthumb und gantz ſtatt Meyland mögent verttigen laſſen, zu Irem Bruch, Nutz, und one Betzalung einicher Beſchvvürtnuſs, Zöllen, Tölla, Gabella, vvie hie ob In den Artickeln betreffend die Zöll und Beſchvvördnuſs erlütert iſt, Und im Fall das die gedachten Herren Eydnoſſen, und die Iren vvie obſtadt mangel hätten, Und das Saltz von dem Statt Meyland begertten, und daſſelbig Statt Meyland mit Saltz vvellichs man von Venedig oder Genövv verttigett, für ſin Bruch und Notthurfft verſehen iſt, So vverdent Ir Keyſ. Mayl. Ir Durchlüchtigkeit und ander Herren Statthalter und Gubernator, des berürten Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands den gedachten Herren Eydgnoſſen, und den Iren vvie obſtat, alle gelegenheit thun, und Inen das Saltz, ſo ſy über Ir Bruch und Notthurfft hand geben, umb ein ziemlich Geld, In den Ortten, das es beider Theilen am glegniſten ſin vvird, und nachdem ſy ſich vereiniget, ón Betzalung einicher Beſchvvertnuſs, vvie ſie ob entſcheiden und ſpecificirt iſt, nachdem ſich zvvüſchent guten vvaren und lutern Fründen und Nachpuren zu pruchen gepürt.

Zum Dritten, ſolle hiemit durch die Keyſ. Mayl. dem Herren Eydgnoſſen, Iren Zugevvannten, Zugehorigen und Underthonen, ernüvvert, beſtät, und zugelaſſen ſün, Ir alt Fryheiten und Privilegien Im Hertzogthum und gantzen Statt Meyland, und das all und jede, vſs Stett und Landen und die Iren vvie obſtat vvelliche genempt vverden, Inn diſen Capiteln, Sy ſigen Burger Landtlüth, Botſchafften, Bilget, Botten, Edel und Unedel, zu Roſs oder zu Fuſs, vvas ſtats, oder vvürd ſy ſigent, mit Iren Lyben und Gütern durch das gantze Hertzogthum und ſtatt Meyland, fry, ſicher und on einiche Beleidigung, oder Betzalung der Päſs, Polleten, der Perſonen, oder anders mögend Ritten, gon, ſton handeln, vvandeln vviederkeren, und darbi mit Iren Kouffmanſchatzen und Gütern vvelliché Jetz gevvachſen oder gearbeitet ſind, oder vff das künfftig Inn dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland oder Inn andern Ortten der Herren Eydgnoſſen und der Iro als obſtadt, der Pündtnuſs, Ober-Tütſchen Landen, Erdrichen, Herſchafften und Landen ertzogen und gearbeitet vverdent, hie dieſett, und Ennet gebirgs, Durch das Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, Sollent, und mögend, verttigen, kouffen und verkouffen, one einiche Betzalung der Zollen, Gabella, und andern Ufftadung und Beſchvverdnuſs, es ſigend vvas Betzalung es vvellend, ſo der Keyſerlichen Camer zu Meyland, oder ſonderbaren Perſonen, Lehen-Lüten und Communitata zugehörig. Inn dem Hertzogthumb und gantzen Stadt Meyland niemand vſsgenommen. Allein vorbehalten, den Zoll ſo man empfahen vvirt, by den Nüvven Toren der Statt Meyland. Wellicher Zoll doch in keiner andern Form noch Gſtalt, ſoll ervordert und empfangen vverden, dann vvie von Alter har gebrucht vvorden iſt, darbi ſoll auch Ir Keyſ. Mayl. Ir Durchlüchtigkeit und die obgemelten Herren Statthalter und Gubernatorn des Hertzogthumb und gantzen Statt Meylands vergonnen, Das von den Ochſen Roſſen und andern Viech ſo in ernempten Herren Eydgnoſſen und den Iren als obſtadt Landen ertzogen ſind, von denen kein Zoll betzalet vverden ſoll und vvytter das zu Jedem mal, ſo die Peſtilentz regiert (da Gott vor ſyge) Und die Iren vvie obſtadt Inn das Hertzogthumb und gantzen Stadt Meyland, vvellent, daſs ſy ſchuldig und pflichtig ſigent, die ordentlichen Bolletten, und Schyn der Geſundtheit in allen Ortten, da Innen zufallen vvirt, zu pasſieren, von denen ſo ervvelt ſind durch das Ambt der Gſundheit zu Meyland zu nemmen, Welliches Innen doch vergebens, und one einiche Inträg ſolte geben vverden.

Zum Vierdten, das all und ein Jeder der genambty Herren der Eydgnoſſen, und der Iro als obſtatt welliche zu dieſer Zyt ſeſshafft ſind, oder vff künfftigen ſich huſshablichen hinder uns ſetzen es ſige diſſethalb oder ennethalb Sannt Gotthards Berg ſich ſollicher Immunitäten, Exemptionen, Fryheiten und Privielegien erfröwen gebruchen ſollen, und mögen allein, von wegen der Güthern, ſo ſy jetz hand, und beſitzend oder das künfftig er Erben wurdent, inn dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, doch ſoll kein Perſon vſs dem Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland ſich der Crafft dieſes Artickels erfröwen, der inn künfftigen hinder die gemelten Herren Eydgnoſſen oder die Iren, wie obſtadt, ſätzte.

Zum Fünfften, damit vermitten werdint die Betrüg, welliche inn dieſem, mögent geüpt und geprucht werden, zwüſchen beiden Theilen, So iſt heiter beredt und beſchloſſen, das ein Jeder wellicher ſich ſollicher Fryheiten, Privilegien, bruchen und befröwen will, ſich eigentlich hüte, und für ſich ſehe, kein beſchiſs zu bruchen, oder Geſellſchafft und Verpflichtung, mit kouffen gegen Jemand wellicher inn diſs Exemption und Privilegen nit vergriffen, oder ein Frömbder ſige, und die ſo ſollichs handeln bruchen, und üben werden, mit Perſonen die nit vergrifen ſind, wie obſtadt, werdent ſy fallen inn die Buſs und Straff, ſo von beiden Partheyen, Oberkeiten daruff gelegt werdent.

Zum Sechſten, So es ſich begeb, das etlich ſpenn und Zwytracht zwüſchend ſonderbaren Perſonen des Hertzogthumb und gantzen Stadt Meylands und der Herren Eydgnoſſen, und der Iro als obſtatt erwüchſend, ſo ſoll ein Parthy die ander nit laſſen, verpiethen, arreſtiren, actioniren noch pfänden, Sonders ſo ſoll der Cläger den Anclagten beſuchen, und berechtigen, an dem Ort und vor dem Richter da er ſeſshafft iſt, und daſelbs ſolle auch dem Cleger, gut fürderlich Recht gehalten werden, dermaſſen, das er in Monats Friſt nach Glegenheit und Gſtalt der Sachen one Verhinderung einicher Privilegien Ordnungen des Rechten, oder Satzungen, welche hie wieder ſie möchten vſsgeüpt werden, Aber ſo es ſich begebe (da Gott vorſyge) daſs zwüſchen höchſtgedachter Keyſerl. Mayl. und dem Hertzogthumb und gantzen Stadt Meyland, vnnd obernempten Herrn Eydgnoſſen und den Iren wie obſtatt, von wegen ſonderbaren und gmeinen Sachen Spenn und Zwytracht inn ſolcher Gſtalt vertädinget und entſchieden werden, durch glye ſprücher, genembt in Cias oder zu Menderis, und ſo es dartzu käme, das dieſelben in den Urtheilen ſich zertielten, das dann angent durch die Partheyen, und ob ſich dieſelben

ſelben nit verglychen möchten, vff Jro eine oder beyder Theilen begeren, von den Vierſprüchern einhelliglich oder der mertheil zum fürderlichſten einen Obman geordnett und erwelt werden, vſs dem Land Wallis, oder von dem dryen grawen Pünten, Nachdem das vormale mit den alten Hertzogen von Meyland gebrucht, und gehalten worden iſt.

Sum Siebenden, So ein Theil ungehorſame Underthanen hätte, die flüchtig wurdent, inn des andern Theils Landen, und Herrſchafften, daſs dieſelbigen, vff jede Anſuchung des andern Theils, ſchuldig ſin ſollend, die zu handhaben vff die Clag fürderlich Recht ergon zu laſſen, und ſo ſich gerechtlichen befund, ein ſchwere Ubelthat und Miſshandlung, alsdann ſo ſollen ſöllich miſshändtlen ſo gehandthabt ſind, dem Theil der Unterthonen ſy ſyn, überantwurtt werden, damit man ſy nach Jrem verdienen ſtraffen möge, und and Exempel und Byſpyl darab nemmen.

Zum Achtenden, was für Güter das ſiegent, Zins zehenden Gülten, und andere Nutzungen beider Theilen Unterthonen Geiſtlich oder Weltlich in des andern Herſchafften oder Landen hatt und in künfftigen erben wirt, mögen ſie die Nutzungen derſelben han empfahen und fertigen, vſs einer Herrſchafft in die andere, one das vff ſollliche Güter einiche Beſchwardnuſs noch Täll gelegt werden ſollent, vſs was Urſachen es welle, nützit vſgenommen, und von wegen der liegenden Gütern an Schulden zu nemmen, und Erbſchafften hierob nit vſstruckenlich gemeldet, wie die Herren Eydgnoſſen die Underthanen des Hertzogthum und ganzten Statts Meylands inn iren Gepieten halten werden, oder gehalten hand, alſo ſollent Keyſerl. Mayl. Herr Donn Fernnand, und ander deſſelbigen Ambts nachkommen, gemelt herhen, die Eydgnoſſen und Underthonen glycher Form und Gſtalt one Mittel vff dem Hertzogthum und gantzen Statt Meyland ouch halten.

Zum Nündten das zwüſchent Keyſerl. Mayl. und Jr Durchlüchtigkeit und andern Herren Stadthalter und Gubernatorn des Hertzogthumb und gantzen Stadt Meylands, von wegen des Hertzogthumb und gantzen Statt Meyland, und den Herren Eydtgnoſſen, und allen Jren Underthonen und Verwandten frygen, und ſichern zu und vongang, durch einandern, fründtlich thugentlich handlen, und wandlen, ein andern alle fründ und nachpurſchafft und Liebe erzeigen und bewyſen, wie das guten waren Fründen gepürend und zethund wol anſtadt, und biſshar von beiden Theilen und ihren Underthonen geprucht und gehalten worden iſt, ouch luter und heiter, wie die Artickel der Capiteln vſswyſen, plyben ſollendt.

Zum Zehenden behalten die Herren Eydtgnoſſen innen luter vor, all und jede ire geſchworne Pünt, ouch all elter Brief und Siegel, ſo ſy empfangen oder geben hand, das dis Capitel denſelbigen in allweg unſchädlich ſin ſollend.

Zum Letſten iſt beſchloſſen, daſs dieſe gute ware und lutere Einigkeit Verſtendtnuſs Fründtſchafft und Nachpurſchafft inn allen Jren Punćten und Artickeln, veſt und ſtet ſyge, ohne einichen preſten und unverbrochenlich ſolle gehalten werden, und inn irer Crafft und Tugend ſolle blyben, ſo lang Dwyl Jre Keyſerl. Mayl. inn Leben und Standt plybt, und nach dero Todt noch vier Jar gegen der Keyſerl. Mayl. nachkommen in dem Hertzogthum und gantzen Statt Meyland, genempt oder getituliert.

Dernhalben ſo habend wir obgenand beid Theil Namlich Carolus, Römiſcher Keyſer, und Fernando Gonzaga, und wir die obgenannten Eydgnoſſen, diewyl uns der Tractat der Fründtſchafft und guter Nachpurſchafft gevellich und angenehm iſt. Gelobt, becreffiget, beſtet, confirmirt, und ratificirt den vilgedachten Tractat, wir wellend ouch und verſprechend alle und jede obgeſchriebne Ding, ſo durch ermannte unſere, ſamentlich Sandtbotten und Verordnete vereiniget, vffgericht, concordiret und beſchloſſen ſind, veſtenclich und vnuerbrochen gentzlichen, und von Wort zu Wort nach den Buchſtaben zu halten und obſerviren und darwider nützit fürtzunemmen noch zu handeln inn kein Weyſs noch Wege.

Und deſs zu Urkund und Zügknuſs aller und jeder obgeſchriebnen Sachen, ſo habend wir obgemelt beid Theil zwen Original und glychlutende Haupt-Brieff ſtellen und mit unſern Secret Inſigeln beſigelt und verwaren laſſen, und geben von uns den Eydgnoſſen zu Baden inn Ergöw, vff den Sechſten Tag, des Monaths Meyen, nach der Gepurt Chriſti unſers Seligmachers getzalt Tuſent Fünff hundert und in zwey und funfftzigſten Jare. Und von Uns Carolus Römiſcher Keyſer geben zu Brixen vff den acht und zwentzigiſten Tag des Monaths July Nach der Gepurt Chriſti Thuſend fünff hundert, fünffzig und zwey Jare, unſers Römiſchen Keiſerthums im ſiben und dreyſſigſten, und von uns Fernando Gonzaga, geben zu Meyland uff den erſten Tag des Monaths Auguſten, und im Jare als obſtatt.

CXIIX.

Caroli V. Romanor. Imperatoris literæ, quibus Franciſcum Sfortiam, Mediolani Ducem, de Ducatu Mediolani Comitatibusque Papiæ atque Angleriæ inveſtivit, d. d. 30. Octobr. An. 1524.

CArolus Quintus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Inſularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ Firmæ Maris Oceani &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Artheſii & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Holandiæ, Seelandiæ, Ferreti, Limburgi, Namurci & Zutphaniæ, &c. Lantgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, & Burgoviæ Dominus Friſiæ, Portus Neonis, Salinarum, Tripolis, & Mechliniæ &c. Ill. Franciſco Sfortiæ, Vice Comiti Duci Mediolani

Digitized by Google

diolani Principi, & Conſanguineo noſtro chariſſimo gratiam noſtram Cæſaream, & omne bonum, proſperoſque ad vota ſucceſſus. Solet Imperialis Celſitudo ad Dei Optim. Maxim. imaginem ſuperbos & potentes plerumque de ſede deponere, humilesque exaltare, id enim magnanimi Principis eſſe cenſetur, parcere Subjectis & debellare ſuperbos, eosque extollere, quos fide Conſtantia & integritate erga ſe bene meritos didicerit. Sane cum fælicis memoriæ Divus Maximilianus Avus noſter Paternus, dum Sacri Romani Imperii moderaretur habenas Ill. Principi Ludovico Sfortiæ Vicecomiti Patri tuo pro ſe ſuisque Filiis Maſculis, ex legitimo matrimonio procreatis & procreandis aliisque deſcendentibus Maſculis legitimis inde naſcituris ordine ſucceſſive juxta gradus prærogativam, jure primogenituræ ſemper ſalvo, ſuo ampliſſimo Privilegio in Feudum conceſſerit Ducatum Mediolani, & Comitatus Papiæ, atque Angleriæ, cum eorum Civitatibus, ac Terrarum directo Jure ad Sacrum Romanum Imperium ſpectantes, & cum Clauſulis, præeminentiis, ac prærogativis latius enarratis in Privilegio Inveſtituræ ipſius Divi Maximiliani. Cujus tenorem in hoc expreſſo haberi volumus, ac ſi de verbo ad verbum illius inſertio facta foret. Cumque exinde occupatis per Gallorum Regem Ludovicum ultimum Ducatu & Comitatibus cum omnibus eorum Civitatibus & Terris ipſoque Illuſtri Ludovico Patre tuo in manibus Hoſtium prodito, & apud eos vita functo, Illuſtris Maximilianus Sforzia frater tuus Primogenitus manibus, & viribus ipſius Domini Maximiliani Cæſaris Avi noſtri ad hujusmodi Ducatus & Comitatuum Succeſſionem juxta ipſius Privilegii & inveſtituræ formam inductus, ac admiſſus fuerit, ac ipſorum Ducatus & Comitatuum ſuarumque pertinentiarum poſſeſſor effectus immemor benefitii in eum collati ſpretaque fidelitatis forma, qua jure Feudi Sacro Romano Imperio aſtrictus cenſebatur plura cum Gallis Hoſtibus in Sacri Imperii dedecus, & detrimentum molitus fuerit, indeque innito, ac percuſſo cum Hoſtibus Fœdere ſe ipſum cum Ducatu ac Comitatibus & pertinentiis prædictis prodiderit, & quidquid Juris in his habebat Sereniſſimo Franciſco Gallorum Regi ceſſerit ac ad ipſos Hoſtes tranſierit ſeque ab hujusmodi felloniam in Sacrum Imperium commiſſam tanto munere indignum reddiderit, ut merito Ducatu & Comitatibus prædictis cum aliis pertinentiis ipſo jure privatus fuerit, & licet poſtea pro Italiæ quiete Divus ipſe Cæſar Maximilianus hujusmodi Ducatus & pertinentiarum eidem Sereniſſimo Ludovico Francorum Regi, dum in humanis ageret, ſub quibusdam conditionibus, quæ minime obſervatæ fuerunt, inveſtituram conceſsiſſe dicatur, quæ etiam ad præjuditium tertii non protendebatur; illiusſtamen conditionibus non impletis ejusdem inveſtituræ effectus aliunde ſublatus cenſeretur, eodemque vita functo nulla per ipſum Franciſcum Modernum dicti Sereniſſimi Ludovici Francorum Regi Succeſſorem, nec per quamcumque aliam perſonam nova Inveſtitura intra tempora a jure ſtatuta, nec poſtea ab ipſo Divo Cæſare Maximiliano Anteceſſore noſtro, nec a nobis fuerit petita, ſeu obtenta. Quinimmo eodem Sereniſſimo Franciſco, Gallorum Rege moderno, nos, ac ſacrum Imperium non ſolum contemnente, ſed etiam plura contra decùs, & honorem noſtrum, ac Sacri Romani Imperii moliente, & in nos ejusdem Feudi directum Dominum Cervicem elevante, armaque movente prout ſuis propriis Litteris, ac notoriis geſtis nobis innotuit, etiam ſi eidem valida antea inveſtitura conceſsa foret, prout non extitit; merito omni illius commodo carere deberet, ac ipſo jure privatus cenſeretur omnemque jus per eum ex aperta inveſtitura ſui anteceſſoris prætenſum ad nos & Sacrum Romanum Imperium devolutum foret. Nos propterea Dignitati noſtræ, ac Sacri Romani Imperii gloriæ, & decori conſulere volentes ad humiliandum etiam ipſius Gallorum Regis proterviam & elationem, freti Fœderatorum noſtrorum auxilio præſidiisque Subditorum ipſius Ducatus, qui Gallicam Tirannidem exuere conabantur pro ipſius etiam Univerſæ Italiæ quiete ut Ducatus ipſe ad noſtram, & Sacri Romani Imperii obedientiam rediret arma ſumere, exercitum validum diſponere, ipſosque Gallos debellare coacti fuimus. Ita ut, DEo optimo Maximo juſtæ noſtræ cauſæ favente, Gallis ipſis ab Italia excluſis, tu noſtro munere noſtraque ope pro ea quam de te fidem concepimus pro tuisque animi dotibus, ac paternis virtutibus a quibus nequaquam degeneras, ſed eximie polles in ipſos Ducatum Mediolani, ac Comitatus Papiæ & Angleriæ cum eorum pertinentiis inductus & admiſſus hactenusque conſervatus extiteris eoque excluſo ipſo fratre tuo primogenito velut indigno ſolus ex Patris tui deſcendentia legitimus idoneusque Succeſſor ſuperſtes exiſtis; & tanquam ſecundo-genitus & primogeniti incapacitatem primum ſuccedendi locum obtines & licet vivente dicto fratre tuo primogenito pro offenſa per eum Sacro Romano Imperio illata poſſemus jure merito Ducatum ipſum penes nos retinere eoque frui, quia tamen inducimur tuis exigentibus meritis te uberiori gratia pertractare, urgentque tuæ virtutes innumeræ, ac tua in nos & Sacrum Imperium devotio, ut te ea benevolentia, & gratia proſequamur, qua Illuſtrem Ludovicum Patrem

Digitized by Google

tuum Divus ipſe Maximilianus Avus noſter proſequebatur. Ex noſtra igitur certa ſcientia, motu proprio, ac de noſtræ Imperialis Poteſtatis plenitudine, Principum, Comitum, Baronum, & aliorum noſtrorum, Sacrique Imperii fidelium accedente conſilio maturaque ſuper his deliberatione præhabita, declarantes imprimis dictos Sereniſſimos Ludovicum & Franciſcum Francorum Reges omnemque eorum ſobolem & deſcendentiam, dictum quoque Maximilianum Sfortiam fratrem tuum Primogenitum, cum omni illius poſteritate, & deſcendentia, ac horum quemlibet ab omni jure hujusmodi Ducatus & Comitatuum ac Pertinentiarum ex cauſis præmiſſis cecidiſſe, & ipſo jure privatos eſſe. Et quos etiam per præſentes privamus, & hujus noſtri perpetui Edicti tenore privatos cenſeri decernimus, non ad tuæ petitionis inſtantiam, ſed de benignitate Imperiali ac tuarum ſingularium virtutum expectione poſcente, dicto noſtro motu proprio, hodie in nomine Domini Salvatoris noſtri, a quo omnis Principatus Dignitasque, & honor provenire dignoſcitur, Te, & filios tuos maſculos, & legitimo Matrimonio procreandos, & alios deſcendentes, qui ex te, & filiis tuis legitimis maſculi, & legitimi naſcentur ſecundum ordinem genituræ in dicta inveſtitura paterna expreſſa, Ducem, & Duces, Comitem & Comites ordine ſucceſſivo eſſe declaramus & decernimus, & quatenus expediat, te, & tuos prædictos de novo infeudamus, & inveſtimus de dicto Ducatu Mediolani, ac Comitatibus Papiæ, & Angleriæ eorumque Pertinentiis, juxta formam inveſtituræ paternæ & cum clauſulis, conditionibus, prerogativis in ipſa inveſtitura paterna expreſſis, quas hic pro repetitis haberi volumus, ac ſi de verbo ad verbum inſertæ forent, ita tamen quod pro hujusmodi infeudatione & inveſtitura per te, & Procuratorem tuum ſufficienti mandato ſuffultum, tenearis, infra unum annum proximum ab eo die quo hujusmodi inveſtitura tibi fuerit conſignata computandum, debitum homagium facere pro nobis, & noſtris in Imperio Succeſſoribus ac fidelitatis juramentum noſtris in manibus juxta Conſtitutiones feudales, novamque & veterem fidelitatis formam præſtare ac alia erga nos, & Sacrum Romanum Imperium adimplere, quæ de jure, aut conſuetudine debentur omni dolo & fraude ſemotis. Quæ quidem omnia & ſingula ita deliberate & conſulto facimus, ac ut ſupra diſponimus, declaramus, & decernimus, non obſtantibus quibuscunque legibus, Juribus, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus, Privilegiis, Conceſſionibus, Infeudationibus ac aliis quibuscunque conceſſis, vel concedendis in contrarium facientibus, vel aliter diſponentibus, vel aliam formam dantibus, vel aliquid pro ſolemnitate intrinſeca, vel extrinſeca requirentibus, quibus omnibus, ex eisdem certa ſcientia, motu proprio, ac poteſtatis plenitudine, derrogamus, ac derrogatum eſſe volumus, etiam ſi ſpecialem, & individuam derrogationem, expoſcant, & demum quibuscumque aliis contra vim & effectum præſentis noſtræ Declarationis, Conceſſionis, Infeudationis & inveſtituræ impedire aut elidere poſſent; ſupplentes propterea quoscumque defectus tam juris, quam facti, qui in præmiſſis quomodolibet interveniſſent, ac omnem ſolemnitatem tam intrinſecam, quam extrinſecam, quæ in prædictis de jure, ſtilo, vel conſuetudine intervenire debuiſſent, jure tamen Feudi Superioritatis, & reſſorti nobis ac noſtris in Imperio Succeſſoribus, ſalvo & illeſo permanente juxta ipſius Feudi naturam. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtram Declarationis, Conceſſionis, Infeudationis, Inveſtituræ, Supletionis, ac Decreti paginam infringere, aut ei quovis modo contravenire. Quam ſi quis auſu temerario infringere aut ſecus attentare præſumpſerit, præter indignationem noſtram, pœnam etiam graviſſimam centum Marcharum Auri puriſſimi, toties quoties contrafactum fuerit, ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum, quarum medietatem Imperiali noſtro ærario, reliquam vero Parti leſæ decernimus applicandam. Harum Teſtimonio Litterarum manu noſtra ſignatarum, noſtrique Sigilli appenſione munitarum. Datum in Oppido noſtro de Tordeſillas die penultimo Menſis Octobris Anno Domini 1524. Regnorum noſtrorum videlicet Sacri Romani Imperii Sexto, Hispaniarum vero, & aliorum nono. Signatum *Carolus*. Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium. *Alfons. Valdeſius* cum Sigillo Cæſareo appenſo more ſolito.

CXIX.

Proteſtatio Franciſci I. Galliæ Regis contra tractatum pacis Cambracenſis ejusque articulum de ceſſione Ducatus Mediolani agentem, de An. 1529.

FRançois, &c. A tous ceux, &c. Comme à bons, juſtes titres, & moiens notoires, & biens connus en toute la Chretienté, les Duché & Etat de Milan, & Comté d'Aſt, nous competent & appartiennent, & a nos Tres-chers & Tres-amez Enfans, par Droit d' Hoirie & Succeſſion, procedant de Conſanguinité & Lignage, & par Inveſtiture Imperiale ſolennelle, faite avec le conſeil & deliberation des Pairs Princes, & Seigneurs, qui de raiſon & de commune uſance obſervee y doivent intervenir, bien & dûëment expediée en forme de Pragmatique; & partant les Uſurpateurs & Invaſeurs des.

Digitized by Google

desdits Duché, Comte, & Etats, n'aient pû, ni dû raisonnablement être portez, soutenus & favorisez, même par nôtre cher & bien-amé Beaufrere, l'Empereur, contre la teneur & nature de ladite Investiture, portant obligation mutuelle & reciproque, ains au cotraire prour le devoir & aquit de l'obligation, en laquelle de sa part étoit, & est raisonnablement tenu & astreint, eut dû entendre à conserver & entretenir lesdits Etats en nos mains & de nosdits Enfans, ce qui n'a été fait & acompli de sa part, ains sous le nom de Francisque Sforce ont été sans cause, titre, ni moin valable, par aucun tems Usurpateurs des dits Etats, iceux a pris & envahis, & resisté de toutes ses forces au recouvrement & reduction desdits Etats en nôtre obeissance; & en ce faisant par la fortune de la Guerre, comme icelle faisant plusieurs fois est avenu és personnes d'autres Princes, justement & à bonne querelle guerroians, sommes tombez és mains de notredit Beaufrere l'Empereur. Et nous étant en Espagne, au lieu de nous traiter, & mettre á rançon pecuniaire, ainsi que le devoir, Loi, & Usance de la Guerre le requiert; à voulu nôtredit Beaufrere l'Empereur, & de fait a extorqué & exigé de Nous contre ledit devoir, outre deux millions d'Ecus les Cession & transport desdits Duché de Milan, & Comté d'Ast, étans du Patrimoine de nosdits Enfans comme dit est; avec les delais & transport de la Seigneurie & Etat de Gennes, a nous apartenans; lesquels ledit Empereur à fait mettre á sa volonté cu Traité fait à Madrid en Espagne, ou nous étions detenus; & depuis au Traité de Cambrai, nos tres chers & tres amez Enfans, les Daufin de Viennois, & Duc d'Orleans, étant étroitement detenus, bien qu'ils ne fussent que ôtages esdites Espagnes; lesquels Traitez ainsi contre raison faits & moiennez, même quant aux delais, Cessions, Renonciation & transports desdits Duché de Milan, Comté d'Ast, Etats, & Seigneurie de Gennes, avons fait remontrer à notredit Beaufrere, par nos Ambassadeurs pour cet effet commis & deputez, que les deniers qu'il avoit reçus de nous, qui étoient deux millions d'écus, devoient sufire pour l'aquit de nôtre rançon. Que au surplus les choses devoient être remises au premier état, & lesdits Duché & Etat de Milan & Comté d'Ast, & aussi à Seigneurie de Gennes, remises entre nos mains & de nosdits Enfans, & en ce faisant s'en pourroit ensuivre Paix universelle en la Chretienté; laquelle de tout nôtre desir & affection, avons traitée & moiennée pour le bien & repos de la Chretienté, resistance & Invasion du Turc, & autres Infideles devians de la Loi & Foi Chretienne, avec la convocation & congregation du Concile universel, sans le recouvrement desquels nosdits Duché & Etat de Milan, Comté d'Ast, & Seigneurie de Gennes, ne pouvons, ni devons raisonnablement entendre au Traité de Paix avec notredit Beaufrere; lequel, sous couleur desdits delais, Cession, & transport, ainsi indûement recouvert, detient, & fait detenir lesdits Etats & Duché, & en consequence ne pouvons entendre à l'union & tranquillité de l'Italie, & Paix universelle, à notre grand regret & déplaisir. Et pour autant que nous sommes mis en devoir de nôtre part par tous les moiens à nous possibles à quoi nôtredit Beaufrere l'Empereur n'a voulu entendre, à ce que nosdits devoir, Droits, querelles, bien qu'ils soient notoires, soient particulierement entendus, tant en Cour de Rome, Saint Siege Apostolique, Italie, & Alemagne, & ailleurs, avec nos protestations de ne vouloir entrer à la Guerre, mais obvier és maux, & dommages innumerables, qui s'en pouront ensuivre, si nous sommes contraints de ce faire, pour le refus de nôtredit Beaufrere l'Empereur. Pour faire lesquels remontrances, declarations, & protestations, soit besoin commettre aucuns bons personnages à nous feables: Savoir faisons que nous a plein confiant &c. iceux & chacun d'eux avons fait & constitué, faisons, & constituons par ces presences, nos Procureurs, Ambassadeurs, & Messagers generaux & speciaux, pour faire lesdites protestations & declarations esdits Lieux, & chacun d'iceux, & par tout ailleurs, ou nosdits Procureurs, & chacun d'iceux, verront être à faire; promettant de bonne foi en parole de Roi, sous l'hipotheque & obligation de tous en chacuns nos biens, presens & à venir, avoir agreable, ferme & stable, tenir, entretenir, & acomplir tout ce qui par nosdits Procureurs & Ambassadeurs & chacun d'eux, sera fait, dit, procuré, & negocié és choses susdites, posé ores que les cas requissent mandement plus special. En témoin de ce, &c.

CXX.

Contractus matrimonii inter Franciscum II. Sfortiam, Mediolani Ducem, & Christiernam, filiam secundo-genitam Christierni, Daniæ Regis, atque neptem Caroli V. Romanorum Imperatoris, d. d. 10. Junii, An. 1533. cui annexum est procuratorium Deputatis ad perficiendum istud negotium destinatis datum.

ARticuli inter Illustres & Magnificos Dominos Ludovicum de Flandria Dominum de Prato, Cæsareæ Majestatis secundum Camerarium, Dominum de los Covos supremum Præceptorem in Regno Legionis, ac Dominum Nicolaum Perrenot Dominum de Granvella supremum Requestarum Magistrum præfatæ Cæsareæ Majestatis Consiliarios, nec non Magnificos, & Excellentes Dominos Franciscum Tabernam Cancellarium & Procuratorem specialem, & Dominum Thomam Galeratum illustrissimi & Excellentissimi Domini Ducis Mediolani Consiliarios, & apud Cæsaream Majestatem Oratores super Matrimonio inter prædictum Excellentissimum Principem Dominum Franciscum Sfortiam Ducem Mediolani & Excellentissimam Dominam, Dominam Christiernam, secundogenitam Serenissimi Domini Christierni, Regis Daniæ contrahendo, in vim mandatorum hinc inde habitorum concluſi, quorum quidem mandatorum tenores inferius transcribentur.

Primo, quod Imperator, continuando bonam & fidelem amicitiam quam habet cum præfato Duce, & respectu atque intuitu communis tranquillitatis Reipublicæ Christianæ, quietisque Italiæ, & stabi-

ſtabilimenti Status Mediolani, Satisfactionis quoque Subditorum concedit eidem Duci Excellentiſſimam Principeſſam Dominam Chriſtiernam, Neptem ſuam Filiam ſecundo genitam Illuſtriſſimi & Sereniſſimi Principis Chriſtierni Regis Daniæ, Norvegiæ &c. ex quondam Domina Iſabella digniſſimæ memoriæ Regina dictorum Regnorum Sorrore ſuæ Majeſtatis, cui Deus miſereatur.

Quod idem Dux mittet Legatum, & Procuratorem ſpecialem ad dictam Dominam intra primam Diem Septembris proximi in Flandriam, ubi ipſa reſidet in adminiſtratione Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ Principis Dominæ Mariæ Reginæ Viduæ Ungariæ, Amitæ ſuæ ad celebrandum, faciendumque prædictum Matrimonium per verba de præſenti, & deinde ipſam deducendam in Ducatum Mediolani pro Confirmatione dicti Matrimonii infra primam diem Novembris proximi. Deducetur autem Impenſis ſuæ Majeſtatis, usque in ipſum Ducatum, ubi recipietur per ipſum Ducem, & optime per eum, ſuisque impenſis tractabitur, pro ut requirit ſtatus, & conditio ejusdem Excellentiſſimæ Dominæ & ipſius Illuſtriſſimi Ducis.

In cujus Matrimonii favorem & conſiderationem dicta ſua Majeſtas promiſit, atque concedit in dotem prædictæ Dominæ Chriſtiernæ ſummam centum millium Coronatorum Solarium, quæ Summa ipſi Duci perſolvetur infra ſex menſes a die celebrati Matrimonii; Idque pro omnibus juribus, actionibus & reclamationibus, ſive prætenſionibus, quas præfata Domina ſive nunc, ſive in poſterum, ſalvo ut infra, prætendere poſſet, aut exigere in Bonis, Hæreditatibus, Succeſſionibus dictorum Parentum ſuorum, & Prædeceſſorum tam paternorum quam maternorum, de quibus quidem juribus ipſa tenebitur facere quitantiam & renunciationem plenariam & ſufficientem poſtridie Solemnizationis nuptiarum ſuarum, & hoc cum auctoritate expreſſa, & Conſenſu dicti Ducis, ad commodum, favorem, & utilitatem ſuæ Cæſareæ Majeſtatis ſuorumque Hæredum, quantum ad maternas Succeſſiones attinet; quantum vero attinet ad paternas, ad commodum & lucrum Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ Principis Dominæ Dorotheæ Sorroris ſuæ natu majoris, Hæredumque & Succeſſorum ejus; ita tamen, quod reſpectu Regnorum, & Dominiorum dicta Renunciatio habeat locum ad commodum ipſius Illuſtriſſimæ Dorotheæ & ejus Filiorum, & deſcendentium dumtaxat; Et hæc omnia ea conditione, quod in ipſo actu renunciationis ipſa Illuſtriſſima Domina Dorothea, in beneficium ipſius Dominæ Chriſtiernæ, & Succeſſorum ſuorum, promittet cum juramento, & in forma ampla, & valida, etiam accedente auctoritate & decreto ſuæ Majeſtatis ſupplente omnes defectus. Quod ubi ipſa Illuſtriſſima Domina Dorothea, vel ejus Succeſſores quomodocunque perveniant ad Dominia paterna quæ ipſi jure debentur, eo caſu ipſa Domina Dorothea, vel ejus Succeſſores ſolvent præfatæ Dominæ Chriſtiernæ Sorrori ſuæ minori aut ejusdem Hæredibus ſimilem Summam centum millium Coronatorum ultra Summam antedictam, in augumentum, & meliorationem Dotis ſuæ, & quæ ſumma ſolvatur pro modo recuperationis, videlicet pro Regno Norvegiæ recuperato Summa quinquaginta millium Coronatorum, & pro aliis Regnis, & Dominiis ſimilis Summa quinquaginta millium Coronatorum. Quæ centum millia, aut quinquaginta millia, ut ſupra, ſolvi debeant pro medietate infra duos annos a dicta recuperatione & pro alia medietate infra alios duos annos reſpective ut ſupra; Quod ſi non fiet ſatisfactio in terminis prædictis, poſſit dicta Domina Chriſtierna proſequi ſolutionem dictæ ſummæ, ſecundum quod debitur modis, & mediis prædictis per Cenſuras, & alia Juris remedia, & caſu quo non fuerit ſolutum, & ſatisfactum infra ſex annos continuos, incluſis prædictis quatuor annis conventis, ut præfertur, pro ſolutione, quæ ſalva ſint jura præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Chriſtiernæ, non attenta prædicta Renunciatione, & dicta Renunciatio habeatur pro non facta, ſi ipſi Illuſtriſſimæ Dominæ Chriſtiernæ, aut ſuis Succeſſoribus placuerit, reſtitutis per prius omnibus pecuniis receptis a dicta Domina Dorothea, caſu vero quod ipſa Domina Chriſtierna perveniret, & nanciſceretur cum Effectu poſſeſſionem Dominiorum, ut ſupra prædecedente ſorrore ſua Majore ſine liberis, & deſcendentibus quocunque tandem modo id fieri contingat, tenebitur ipſa hæredesve ejus primum & ante omnia reddere & reſtituere eidem ſuæ Majeſtati, ejusdemque Succeſſoribus ſummam centum millium Coronatorum in terminis annorum duorum pro dimidia ſingulo anno omnibus, & quibuscunque exceptionibus in contrarium ceſſantibus pro modo recuperationis ut ſupra pro præfata Domina Dorothea eſt conventum: & hæc quidem promittet eadem Domina Chriſtierna ante Celebrationem prædicti Contractus Matrimonii per verba de præſenti faciendum, & celebrato Matrimonio ratificabit cum auctoritate prædicti Ducis, & accedente juramento ad ſancta Dei Evangelia corporaliter, tam per eam, quam per dictum Ducem præſtando, qui quidem Dux ex nunc, prout ex tunc, & termino ſolutionis dictæ ſummæ ducentum millium Coronatorum adveniente, & ſecuta ſatisfactione ipſam aſſignavit, & aſſignat in aſſignatione ſpeciali ad commodum ejusdem Chriſtiernæ, ſuorumque Hæredum, & Succeſſorum expreſſe, & particulariter in & ſuper loco, Marchionatu, ac Dominio Mortarii, omnibus ejus intratis ordinariis, & extraordinariis, Redditibus & Proventibus ac Datio mercantiæ totius Status Mediolani, & generaliter ſuper omnibus, & quibuscunque bonis, & juribus præfati Illuſtriſſimi Ducis, & Status Mediolani. De quibus aſſignationibus ipſa Domina Chriſtierna ejusque Hæredes, ac in ejus defectum præfata ſua Majeſtas quantum ad dicta centum millia Coronatorum, quæ eadem ſua Majeſtas ſolvere debet, & de aliis centum millibus Coronatis, caſu quo, & pro parte, qua ſoluti fuerint, ipſa Domina Chriſtierna, Hæredesque & Succeſſores ejus erunt, & permanebunt Poſſeſſores & fructus percipient, nihil de ſorte detrahendo, caſu quo Repetitio Dotis locum habeat, usque ad plenam, atque omnimodam ſolutionem & ſatisfactionem prædictæ ſummæ, hoc modo, videlicet, computando, & recipiendo, pro quibuscumque pecuniis per ipſum Illuſtriſſimum Ducem receptis, & quovis modo ſolutis ad computum,

Digitized by Google

putum, et rationem de ſeptem pro ſingulo centenario, et ita quod in primis, et ante omnia percipiantur et computentur intratæ, redditus, et ut ſupra dicti loci, ac Marchionatus Mortarii, ea etiam conditione et lege adjecta, quod ſit in facultate præfati Illuſtriſſimi Ducis loco dicti Loci Mortarii ſupponere, et ſubrogare Locum, et Oppidum Derthonæ cum iisdem Obligationibus, Pactis et Conditionibus, ut ſupra.

Similiter tenebitur idem Dux dare præfatæ Dominæ Chriſtiernæ in Dotalitium antefactum ſeu Donationem propter Nuptias, et Matrimonii prædicti reddium annuum quindecim millium aureorum Coronatorum, quem habebit, et poſſidebit caſu quo ipſa ſupervivat poſt ipſum Ducem ad vitam ipſius Dominæ Chriſtiernæ, ipſo tamen Duce ſine Filio, vel Filiis in Statu ſuccedentibus decedente: relictis vero Filio, vel Filiis habeat & conſequatur redditum decem millium Coronatorum tantum, nec ultra dictas ſummas alia alimenta petere poſſit. Aſſignatio vero pro dicto antefacto et Donatione propter Nuptias, ut ſupra, fiat ſuper bonis declarandis arbitrio duorum Virorum eligendorum altero a Cæſarea Majeſtate et altero ab ipſo Duce ſyncere, & bona fide procedendo ita quod ipſi Illuſtriſſimæ Dominæ Chriſtiernæ idonee caveatur, et expedita ſit ante Conſumationem Matrimonii.

Item quod præcedente ipſo Illuſtriſſimo Duce præfata Illuſtriſſima Domina Chriſtierna lucretur quascunque veſtes, Jocalia etiam precioſa, & cujuscunque valoris & alia ſuppellectilia, quibus ad uſum ſive ornatum perſonæ ſuæ præfata Domina uſa fuerit, & tam ab eodem Domino Duce largienda quam quomodocunque profeciſcentia.

Item, quod prædecedente ipſa Illuſtriſſima Domina Chriſtierna ſine liberis, ſalvum ſit jus jus repetitionis Dotis tam ſuæ Cæſareæ Majeſtati pro centum millibus Coronatis ſolutis, quam Hæredibus, & Succeſſoribus eidem Dominæ Chriſtiernæ pro aliis centum millibus, qui ſoluti reperientur. Non obſtantibus quibuscunque Legibus, Decretis, Statutis, & Conſuetudinibus Civitatis, & totius Ducatus, & Status Mediolani tam generaliter quam particulariter, nec poſſit tamen à ſua Majeſtate, nec ab Hæredibus & Succeſſoribus præfatæ Dominæ Chriſtiernæ reſpective ut ſupra, fieri exactio dictæ Dotis, & dictarum Summarum repetitio, vita præfati Illuſtriſſimi Ducis durante.

Et pro meliori, & firmiori ſtabilimento, & effecta hujus aſſignationis, totiusque tenoris, & continentiæ hujus præſentis Contractus faciet idem Dux interinari, verificari & regiſtrari, approbari & emologari eundem Tractatum in ſuo Senatu & per ſuos Finantiarios, & ex abundanti idem Dux ſupplicat ſuæ Majeſtati, ut velit ad corroborationem prædictorum et in favorem prædicti Matrimonii in quantum opus erit, pro ſupradictis bonis Feudalibus à Sacro Imperio procedentibus interponere Decretum ſuum, & auctoritatem Imperialem continentem, in quantum neceſſe eſt derogationem omnium, & quorumcumque Conſuetudinis, Uſuum Statutorum, atque Ordinationis Legumque particularium dicti Ducatus Mediolani, & dependentium ipſius. Caſu quo contrariaretur generaliter, vel ſpecialiter conventis & contentis in hoc ipſo Tractatu, idque in optima & amplisſima forma.

Promittentes dicti Procuratores & Mandatarii, tam ſuæ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis quam dicti Illuſtriſſimi *D.* Ducis nomine reſpective, & jurantes in animam ipſorum conſtituentium, ipſos Cæſarem, & Ducem rata & grata habere omnia, & ſingula prædicta, illaque inviolabiliter obſervare, ſub obligatione omnium, & ſingulorum bonorum ſuorum præſentium & futurorum ipſorum conſtituentium, ſtipulatione debita, & ſolemni interveniente in quorum fidem & teſtimonium dicti Procuratores & Mandatarii ſe ſubſcripſerunt, & ſigna ſua ſolita, una cum Sigillis ſuis appoſuerunt, rogaverunt Secretarium ſuæ Majeſtatis & Notarium infraſcriptum, ut ſe ſubſcriberet, & ſubſignaret. Actum in Civitate Barchinonenſis die decima menſis Junii, anno Domini milleſimo, quingenteſimo trigeſimo tertio. Firmata *Leys de Prato* cum Sigillo. Firmata *Serzenet* cum Sigillo. Firmata *Covos* Comentator mayor cum Sigillo Firmata *Franciſcus Taberna* cum Sigillo. Firmata *Joannes Thomas Gallaratus.*

Subſcriptum. Ego *Antonius Perretius*, Secretarius ſuæ Majeſtatis ad omnia ſupradicta et Capitulata præſens fui. Firmata *Perretius.*

Tenores Mandatorum tam Cæſareæ Majeſtatis, quam præfati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Ducis Mediolani ſequuntur in hæc verba:

Carolus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex, Archi dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Habapurgi, Flandriæ, Tirolis &c. Notum facimus tenore præſentium Univerſis. Quod nos de fide, Induſtria, dexteritate, atque prudentia Nobilis et Magnificorum Ludovici à Flandria Domini de Prato Militis aurei Velleris ſecundi Camerarii noſtri Nicolao, Perrenoti Juris utriusque Doctoris, & ſupremi Requeſtrarum Magiſtri, nec non Franciſci de los Covos Ordinis Sancti Jacobi de Spata in Regno Legionis noſtro ſupremi Præceptoris Secretarii, et Conſiliariorum noſtrorum fidelium Dilectorum plurimum confiſi, eosdem aut duos ex eis, qui infraſcriptis tractandis melius intereſſe poterint, omnibus melioribus, modo, via, jure et forma, fecimus, conſtituimus, creamus et ſolemniter ordinamus tenore præſentium noſtros veros, certos, legitimos et indubitatos Procuratores, Actores, Factores, negotiorumque infraſcriptorum Geſtores, et Mandatarios Generales et ſpeciales, ita tamen, quod ſpecialitas Generalitati non deroget, nec è contra ad noſtro nomine et Illuſtris Chriſtiernæ Infantis Daniæ, Neptis noſtræ Chariſſimæ, et pro ea cum Illuſtri Franciſco Sforcia Duce Mediolani Principe et Conſanguineo noſtro Cariſſimo, ſeu cum ejus legitimis Procuratoribus et Mandatariis, Sponſalia per verba legitima de præſenti expreſſum conſenſum dictæ Illuſtris Chriſ-

Digitized by Google

stiernæ denotantia contrahendum, promittendumque quod ipsum Illustrem D. Ducem Mediolani in legitimum sponsum accipiet, eique nubet, & cum eo Matrimonium in forma Ecclesiæ consueta consumabit, atque de & super sponsalitiis, Arris, Dote, Dotario antefacto, bonis paraphernalibus, seu quocumque nomine nuncupentur, conveniendum et paciscendum, de hisque assecurandis, & de Donationibus propter Nuptias sive ante Nuptias, constituendis, et assignandis tractandum, & concludendum, & quascumque scripturas publicas et privatas, et Instrumenta per manus publici Notarii cum quibuscunque stippulationibus, conventionibus, cautelis, pœnarum adjecti onibus quantumcumque maximis faciendum, atque confici petendum, et obtinendum, promittendumque, quod Nos omnia et singula supra scripta ipsam Illustrem Christiernam Neptem nostram ratificari et observari faciemus. Nosque super his omnibus et singulis bonaque nostra obligandum et hypothecandum, & in animam nostram si opus fuerit jurandum et quodcumque licitum, & honestum præstandum; et generaliter ad omnia alia, et singula faciendum dicendum tractandum, conveniendum paciscendum & concludendum, quæ in præmissis et circa præmissa necessaria visa fuerint, et opportuna, et quæ nosmet facere, dicere, tractare, convenire paciscere et concludere possemus, si præmissis personaliter interessemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum; Promittentes nos gratum, ratum ac firmum perpetuo habituros, & penitus observaturos, quicquid per ipsos Procuratores nostros, aut per duos eorum, ut supra, actum, dictum, gestum, conventum, & conclusum fuerit in praemissis, & circa praemissa, sub hypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium et futurorum; Harum testimonio Litterarum, manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri appensione munitarum; Datæ in Civitate Barcinonæ, die nona mensis Junii, Anno Domini millesimo, quingentesimo tertio: Imperii nostri decimo tertio & Regnorum nostrorum decimo octavo. Sic signatum *Carolus* & Subscriptum: Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis proprium: *Obernburger.*

Franciscus Secundus Dux Mediolani &c. Profecturus in præsentiarum nostro nomine Magnificus Jureconsultus, et Cancellarius noster, Dominus Franciscus Taberna, Orator ad Cæsaream Majestatem, Dominum nostrum colendissimum, ut pro perfectione Matrimonii nobis ineundi cum Excellentissima Principe, Domina Christierna, Filia secondo-genita Illustrissimi, & Serenissimi Principis Christierni, Regis Daniæ, &c. ac suæ Majestatis Neptæ, quam, ante profectionem suam ab Italia, eadem Majestas sua nobis dignata est in Matrimonium polliceri, conditiones suscipiat, ac firmet, conveniens visum fuit nobis, eidem Tabernæ Litteras dare; in quarum executione prædicta, & cetera omnia, quæ idem Cancellarius in adimplenda susceperit & promiserit, rata, grata, & firma semper haberi possint & debeant; Per has itaque nostras prænominatum Dominum Franciscum Cancellarium, et Oratorem nostrum, de quo plenè confidimus, Procuratorem & Mandatarium nostrum specialem ex certa scientia, nullo juris, vel facti errore ducti, facimus, constituimus & creamus specialiter ad Procuratorio nomine nostro suscipiendum, acceptandum et stabiliendum quascumque Conditiones, Pactiones, Transactiones Capitulationes, Promissiones Obligationes, Conventiones, & Conclusiones in & super praemissis, et eorum causa & occasione, quae eidem per praefatam Cæsaream Majestatem nostro nomine dati & concedi voluerint. Dantes et concedentes præfato Oratori et Procuratori nostro in praemissis, & circa praemissa et quolibet præmissorum, & abinde dependentibus, connexis, et emergentibus, plenum & liberum generale & speciale mandatum cum plena, libera, generali & speciali administratione, ac totaliter vices nostras in hoc; ita ut in præmissis, et circa præmissa ea facere possit, et valeat, quæ eidem nostro nomine melius expedire videbuntur; & quæ nos facere possemus, si præsentes ibidem essemus; Promittentes etiam in verbo veri, et legalis Principis, & sub obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum ac etiam sub vinculo juramenti, nos perpetuo ratis, gratis et firmis habituros quicquid per præfatum Oratorem & Procuratorem nostrum actum gestum & conclusum fuerit in prædictis, & circa prædicta. In quorum fidem et testimonium præsentes manu nostra subscriptas fieri et registrari jussimus, ac Sigilli nostri munimine roborari. Datæ Viglevani die 3. Maii millesimo, quingentesimo tertio. Sic signatum *Franciscus* & Subscriptum *Bartholomeus Rozzonius.* Subscriptum *Antonius Perezius.*

CXXI.

Literæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, quibus Ducatum Mediolani, post illius per obitum Francisci II. Sfortiæ, Mediolani Ducis ad S. Rom. Imperium reversionem, Philippo, Hispaniarum Principi, dedit, eumque ac hæredes ipsius masculos ex legitimo thoro nascituros de dicto Ducatu ejusque pertinentiis investivit, d. d. 11. Octobr. An. 1540.

JOannes Suarez de Carvasal DEi & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Lucensis, Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Consiliarius ac Commissarius Apostolicus Generalis Sanctæ Cruciatæ, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe in Hispaniarum Regnis &c. Notum facimus & attestamur per præsentes universis, quod vidimus, legimus ac diligenter inspeximus quasdam

dam Litteras Cæsareas in Pergameno scriptas manu propria Divi Caroli quinti Romanorum Imperatoris & Regis Hispaniarum Domini Nostri colendissimi, signatas ejusque Bulla aurea cum cordulis aureis appensione mutatas, & secundum morem Cancellariæ Imperialis expeditas, sanas quidem & integras, non vitiatas, non concellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes ut in eis apparebat. Quorum tenor sequitur in hæc verba;

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen.

Carolus quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus ac Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum ac Terræ firmæ Maris Oceani &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Wittembergiæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barcinonis, Artheſii & Burgundiæ, Comes Palatinus, Hanoviæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Ferretis, Riburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, &c. Lantgravius, Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristanni, Gotiani &c. Princeps Cathaloniæ, Asturiarum, &c. Dominus Frisiae, Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, Biscayæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniae &c. Ad æternam rei memoriam recognoscimus & notitiæ mandamus eorum quibus expedit universis. Cum primum DEi Opt. Max. nutu & voluntate ad Sacri Romani Imperii curam administrationemque vocati essemus, memores hujus vocationis nostræ ut & munus nobis injunctum pro virili exequeremur, & ea præstaremus, quae paulo ante jurejurando eramus polliciti, in primis animum ad ea consilia convertimus, quibus & publicæ tranquillitati prospicere & imperii jura nedum tueri & conservare, verum etiam ammissa legitimis modis ac mediis recuperare possemus. Itaque cum inter alia gravamina, quæ imperio incumberent, Ducatus Mediolani, insigne Imperii Romani Feudum ante annos aliquot occupatum teneretur ab iis qui benefitium Imperii non agnoscerent, quique non modo sese de Feudo intra legitima tempora recognosci non petiviſſent, verum etiam præpostera ratione fidelitatis eorum aliqui in Feudi Dominos Divos Romanorum Cæsares Prædecessores nostros, nosque & sacrum imperium Arma Hostililia subinde induissent Alii vero cum Hostibus nostris, & Imperii pacisentes & se & Feudum ipsum illis prodidissent. Proinde judicavimus Offitio nostro convenire, ut Imperio suum jus, suamque auctoritatem hac etiam in parte restitueremus, præsertim ad Bellum prioris lacessiti ac provocati. Habito igitur delectu nostrorum & accitis in Belli societatem Fœderatis nostris, quos huic rei idoneos judicavimus, fretique tum eorum auxiliis, tum nostris viribus & Copiis, Præsidiisque Subditorum ipsius Ducatus Mediolani, qui dudum antea pertæsi illius insolentis Dominatus, de excutiendo inviti jugo cogitare ceperant, ad arma descendimus, ipsumque Ducatum Mediolani, DEo Optimo justam causam nostram fovente, ejectis Hostibus in nostram & Imperii Devotionem fidemque recepimus, ac Illustrem quondam Franciscum secundum Sfortiam Mediolani Ducem, veluti postliminio revocatum ab exilio in paternum Feudum reposuimus; Hic tamen haud ita multo post accepti beneficii non satis memor, cum ad nova Consilia & Fœdera cum Hostibus nostris ineunda deflexisset, ac plerique ex primariis, atque adeo Summis Italiæ Potentatibus, antea maximis beneficiis nostris aucti una cum vicinis Regibus, in nos nihil tale merentes conspirassent, atque huic novo excitato Bello & Incendio non Italia tantum, sed Europa ferme tota Armis conflagraret. Nos vero omni humana ope atque auxilio, præterquam Serenissimi Principis Domini Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, Boëmiæ etc. Regis, Archiducis Austriæ &c. Fratris nostri Charissimi, penitus destituti essemus; DEi tamen Clementia, res eo deductæ sunt, ut disjectis ac profligatis tam ex Insubria, quam Hetruria, & Regno nostro Neapolitano, cum magna sua clade hostibus & Mediolani Status nostris Armis defensus, servatusque sit, & Pax Italiæ reddita. His ergo Victoriis aucti, etsi Jure nostro in hostes uti potuimus, memores tamen pristinæ Clementiæ ac liberalitatis nostræ, & ut plane testaremur, nos maluisse non dimicare, quam cum tanta jactura Christiani Sanguinis vincere, Victoriis illis à DEo concessis ea moderatione usi sumus, ut non tam cupiditate, aut privatæ rei nostræ causa, quam necessitate cumpulsi atque coacti pro Jure & Dignitate Imperii Bellum susceppisse videremur, obliti enim veterum injuriarum, Pacis conditiones amplectimur, ipsumque Ducem Franciscum deprecantem errati veniam, condonata illi noxa, in gratiam nostram & pristinum Statum receptum ac restitutum, datis conditionibus de prænarrato Feudo Ducatus Mediolani pro se suisque Hæredibus, & Successoribus masculis ex ipsius corpore legitime descensuris, denuo investimus, idque Litteris nostris testatum relinquimus, quas hoc loco pro repetitis habere decernimus. Eo autem Duce absque Liberis & Descendentibus legitimis defuncto, quum Mediolanensis Status iterum ad nos & Sacrum Romanum Imperium pleno Jure delatus esset, quamvis de eo statuere jam dudum decreveramus, ne quid tamen de causa novarum rerum in Republica uti pridem magno dolore nostro factum erat, denuo excitaretur, ideo Ducatum ipsum toties jam non sine maximis nostris laboribus & impensis receptum, defensum ac servatum, publicæ tranquillitatis causa & pro conservanda Auctoritate & Jure Imperii, ad manus nostras accipiendum & tantisper retinendum duximus, donec melior de illo in beneficium Christianitatis disponendi occasio

Digitized by Google

occasio daretur. Quæ quum in hanc usque diem expectata magis quam oblata sit, visum nobis tandem est, & reipublicæ rationibus expedire & nostræ Imperiali Auctoritati congruere, ut de eo Statu citra diuturniorem expectationem statueremus. Cæterum diu multumque cogitantibus Nobis, cuinam status iste, tot laboribus, tantoque sumptu cum nostro, tum Subditorum nostrorum, & præcipue Regnorum & Dominiorum Castellæ, Arragoniæ & Cathaloniæ, aliarumque Ditionum hæreditario Jure nobis subditarum fortunis, & Facultatibus, ac sanguine ipso recuperatus, defensus & servatus, merito conferendus esset, ecce opportune sese nobis offert Serenissimus Princeps, Dominus Philippus Princeps Hispaniarum, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, & Filius noster charissimus, qui eo munere præ cæteris dignus videatur. Neque enim ullum alium facile inveniri posse arbitramur, quem vel justius hoc beneficio ornare, vel libentius illo uteri & conservare cupiamus, sive publicam Christianitatis causam sive Auctoritatis & Jurium Imperii conservationem, sive etiam sumptus & labores hujus Status gratia, à nobis impensos, ipsiusque Status Mediolani ac totius Italiæ, Potentatuumque & Ordinum ipsius, quorum Paci, quieti & Securitati inprimis recte consultum cupimus, rationes ac præfati charissimi Filii nostri qualitatem, & erga Nos & Sacrum Imperium affectionem studium ac fidem consideremus. His itaque & aliis insuper legitimis causis, & rationibus adducti, non tam privatæ rei aut commodi nostri, & ipsius Serenissimi Filii nostri causa, quam pro conservatione Auctoritatis & jurium Imperii, & in beneficium totius Reipublicæ Christianæ, ac securitatis Italiæ, & ut voto ac desiderio continuæque efflagitationi Subditorum ipsius Status Mediolani satisfaceremus, motu proprio, In Nomine Domini Servatoris nostri, à quo omne donum perfectum, non per errorem, aut improvidentiam, sed animo nostro bene deliberato, ex certa scientia, sano & maturo accedente Consilio, Imperiali Auctoritate nostra, ac de plenitudine Imperialis, supremæ & absolutæ potestatis nostræ, atque alias omni meliore modo, via, Jure, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius possumus & debemus prædicto Serenissimo Filio nostro Don Philippo, Principi Hispaniarum, & Archiduci Austriæ, etc. pro se & ejus Filiis, & descendentibus masculis legitimis, de legitimo Matrimonio lineaque masculina natis & nascituris, ordine Primogenituræ servato, & juxta naturam Feudi ipsius Ducatus & Status Mediolani, dedimus, concessimus, & elargiti sumus, ac tenore præsentium Literarum nostrarum, damus, concedimus, & elargimur cum titulo, honore, & Dignitate Illustrissimi Ducatus in Feudum Regale, Nobile, Gentile, Honorificum atque Antiquum, Paternum & Avitum, ac titulo & Jure Nobilis, Gentilis, Honorifici, Antiqui, Aviti & Paterni, Feudi Regalis, dictum Ducatum Mediolani ac Comitatus Papiæ, Angleriæque cum omnibus eorum Pertinentiis, & Attinentiis, Feudis, Feudalibus Regaliis, & Juribus Regalium, nec non Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Terris, Districtibus, Dominiis, Arcibus, Castris, & Castellis, & cujuscumque Generis Fortalitiis, ac cum mero mixtoque Imperio, Gladii potestate, & omnimoda Jurisdictione, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, Homagiis, Fidelitatibus, Vassallis, etiam majoribus, ad hæc cum omnibus illis, Privilegiis, Prerogativis, Potestatibus, Auctoritatibus, Præheminentiis, Libertatibus, Immunitatibus, nec non Edificiis, Possessionibus, Pratis, Campis, Vineis, Viridariis, Pascuis, Nemoribus, Silvis, Furnis, Molendinis, Aquis, Aqarumque Decursibus, ac Juribus aquæ ducendæ, Piscationibus, Venationibus, Datiis, Gabellis, Pedagiis, Vectigalibus, & cujuscumque generis Redditibus & Proventibus in dictis Angariis, Superangariis, & aliis quibuscunque Bonis, Rebus, Juribus, & Actionibus realibus, Personalibus atque mixtis, directis & utilibus, quomodocunque & qualitercunque spectantibus ad dictos Ducatum Mediolani & Comitatus Papiæ, Angleriæque, cum eorum pertinentiis & attinentiis antedictis. Præterea cum Jure Patronatus Ecclesiarum, seu præsentandi ad eas, Facultate cudendæ Monetæ, tam Aureæ, quam Argenteæ, nec non Merchatuum & Nundinarum, Pœnis quoque & mulctis earumque Indictionibus, Bannis, Confiscationibus, cæterisque Juribus, Jurisdictionibus, Potestatibus, Facultatibus, & commodis cujuscunque Generis vel speciei existant, quæ Prædecessores Mediolani Duces, Papiæque & Angleriæ Comites à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Nobisque, & Sacro Imperio in Feudum habuerunt & tenuerunt, etiamsi talia forent, quæ expresse & specifice essent exprimenda & sub quacumque generalitate non venirent, nec inclusa censerentur. Ita quod præfatus Carissimus Filius Noster Don Philippus, ejusque Filii, & Descendentes Supradicti habeant, teneant, & possideant Ducatum & Comitatus prædictos cum omnibus supra commemoratis à nobis, & Sacro Romano Imperio, nostrisque Successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus in Feudum, ac titulo & jure Feudi, ut supradictum est, & hæc omnia cum plena cessione Jurium translatione Dominii, positione in locum, Jus & Statum nostrum, & Sacri Imperii, quoad præmissa constitutione missi, & Procuratoris in rem suam, transferentes in prædictum filium nostrum charissimum, & ejus Filios, & Successores antedictos, omnia jura, omnesque actiones utiles, directas, reales, & personales, hypothecarias & mixtas in & super prædictis Ducatu, Comitatibus, Urbibus, Civitatibus, Castris, Oppidis Locis, Terris, Territoriis, Dominiis, jurisdictionibus, Bonis, Rebus, Juribus & Pertinentiis suis quomodolibet nobis, & Sacro Romano Imperio spectantibus, & pertinentibus, cum facultate quam ipsis per præsentes concedimus & elargimur, redimendi, luendi, & recuperandi, petendi, exigendi, vendicandi, reintegrandi quæcumque membra, ac jura ad dictos, Ducatum, Comitatus, Dominia, Urbes, Civitates Oppida, Castra, Loca & Terras spectantia & pertinentia, alienata, concessa, donata, occupata, illicite detenta, & præsertim quæ cum pacto de retrovendendo

Digitized by Google

dendo sunt alienata, in quibus Jus luendi, nobis, & Sacro Imperio, aut Cameræ nostræ Imperiali seu Ducali Mediolani spectans eidem Cariſſimo Filio nostro ejusque Hæredibus & Succeſſoribus antedictis per has Litteras nostras cedimus, transferimus, & donamus, vel quovis modo distracta indebite, ac conceſſa in præjudicium Feudi, ac Imperialis & Ducalis Authoritatis quacumque ratione, titulo seu cauſa, conſtituentes Nos insuper omnia supradicta tenere & possidere, seu quasi, nomine prædicti Chariſſimi Filii nostri & ejus Succeſſorum ut supra donec effectualem eorum Poſſeſſionem vel quasi acceperint, cujus adipiſcendæ ipſi Sereniſſimo Filio nostro, & ejus Succeſſoribus jam dictis plenam Facultatem & poteſtatem concedimus, atque hæc quidem omnia & ſingula deliberate & conſulto facimus, & ut ſupra dictum eſt, donamus, cedimus, transferimus, diſponimus, & conſtituimus, non obſtantibus quibuscumque Legibus Juribus, Statutis, Decretis, Conſtitutionibus, Uſibus, Conſuetudinibus, Privilegiis, Conceſſionibus, Infeudationibus, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus, vel aliter diſponentibus aut aliam formam dantibus, vel aliquid pro ſolemnitate intrinſeca, vel extrinſeca requirentibus; quibus omnibus & ſingulis ex certa ſcientia motu proprio, & de poteſtatis noſtræ Imperialis, plenitudine derogamus, & derogatum in hac parte eſſe volumus, etiam, ſi ſpecialem & Individuam derrogationem expoſcerent, & demum quibuscunque aliis, quæ vim & effectum hujus noſtræ Conceſſionis, Donationis, & Infeudationis impedire, aut elidere poſſent, ſupplentes propterea quoscumque defectus, tam Juris, quam Facti, ſi qui in præmiſſis quomodolibet interveniſſent, ac omnem ſolemnitatem tam intrinſecam, quam extrinſecam, quæ in prædictis de Jure, Stylo, vel Conſuetudine intervenire debuiſſent; Jure tamen Feudi, Superioritatis ac Reſſorti nobis, & noſtris in eodem Imperio Succeſſoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Salvo & illeſo permanente juxta Feudi ipſius naturam; Hac inſuper Lege adjecta, quod prænominatus Filius noſter Chariſſimus, infra Annum à die adeptæ Poſſeſſionis prædicti Ducatus Mediolani, & Comitatuum & aliorum præmiſſorum continue numerandum; Ejus autem Filii & deſcendentes legitimi, in prædicto Feudo Succeſſores, quoties caſus poſtulaverit à nobis, & Sacro Romano Imperio, & Succeſſoribus noſtris in ipſo Imperio Romanorum Imperatoribus, vel Feudum recognoſcere, ac debitum & conſuetum Fidelitatis Juramentum præſtare teneantur, juxta Conſtitutionis Feudalis novamque & veterem, Fidelitatis formam, aliaque omnia facere & adimplere erga nos, & Succeſſores noſtros, ac Sacrum Imperium, quæ ratione Feudi debetur, omni dolo, & fraude ſemotis. Mandantes proinde omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Vaſallis, Majoribus & minoribus, Offitialibus, cæterisque Urbium, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum Ducatus, & Comitatuum, ac Dominiorum prædictorum, Magiſtratibus, Conſulibus, Communitatibus, Hominibus, & Subditis noſtris, & Imperii fidelibus dilectis cujuscumque Status, gradus, Conditionis, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtant, præſentibus & futuris, ut prænominatum Sereniſſimum Principem, Filium noſtrum Chariſſimum, Don Philippum ejusque Succeſſores ſæpedictos in eorum veros Principes, & Dominos ſuſcipiant, & admittant, eisque in omnibus & ſingulis tam judicialibus, quam extrajudicialibus, prout ad eorum quemlibet ſpectat, & par eſt, reverenter pareant, debitamque fidelitatem, obedientiam, & obſequia illis præſtent. Quatenus noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, & pœnas alias hic infra dicendas cupiant evitare. Nulli autem omnino hominum liceat, hanc noſtram Donationis, Conceſſionis, Infeudationis, Supplectionis, Decreti, & Conſtitutionis paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire. Si quis vero ſecus attemptare præſumpſerit, præter noſtram & Imperii Sacri indignationem graviſſimam, Pœnam centum Marcharum Auri puriſſimi, quotieſcunque contra factum fuerit, ſeſe ipſo facto noverit irremiſſibiliter incurriſſe, quarum dimidiam Erario ſeu Fiſco noſtro Imperiali, reſſiduum vero Sereniſſimo Filio noſtro ejusque Succeſſoribus decernimus applicanda. Harum Teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Bullæ noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datas in Oppido noſtro Bruxellenſi Ducatus noſtri Brabantiæ, Die undecimo, Menſis Octobris. Anno á Nativitate Domini milleſimo, quingenteſimo quadrageſimo. Imperii noſtri vigeſimo & aliorum noſtrorum vigeſimo quinto *Caroli* V. Perenottus, Ad Mandatum Ceſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium. Obernburger.

Quibus quidem Litteris Cæſareis ſic per me diligenter inſpectis & viſis, ac correctis & fideliter extractis per Secretarium Regium, ac Notarium Publicum infraſcriptum in præſentia Teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, eas exemplari fecimus, & transumi ex dicto ſuo vero authentico Originali, ac in hanc Tranſumpti formam & Exemplar redigi. Decernens & volens, ut huic publico Inſtrumento Tranſumptionis, & Exempli eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, ubique Locorum & Terrarum, ac ubi opportunum fuerit, quæ ipſis Originalibus Litteris Cæſareis adhiberetur, ſi fuerint exhibitæ, & Oſtenſæ, & ad majorem evidentiam & corroborationem omnium præmiſſorum, Auctoritatem noſtram pariter, & Decretum interpoſuimus, prout tenore preſentium interponimus. In quorum fidem, & Teſtimonium præſentes Litteras manu propria, nomine, ac Sigillo noſtris munitas, ac per ipſum Secretarium Regium ac Notarium Publicum infraſcriptum ſubſcriptas eas corroboravimus. Datum & actum in Oppido Valiſoletti, Palentini Diœceſis, in ædibus noſtræ ſolidæ reſidentiæ, ſub Anno à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo octavo, die vero vigeſima ſexta menſis Septembris, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri *Pauli* Papæ ter-

Digitized by Google

los legitimos ſupradictos in prædicta noſtra donatione Conceſſione, & hac noſtra Infeudatione, Inveſtitura Ducatus, Comitatuum, Pertinentiarum & Jurium prædictorum aut aliqua eorum parte impediant, perturbent, moleſtent, gravent, ſed illis omnibus, & ſingulis libere & pacifice ſecundum eorum formam & tenorem uti, frui, & gaudere ſinant, & contrarium ne faciant, neque fieri procurent, aut permittant directe vel per indirectum, quovis quæſito colore ingenio, ſeu prætextu. Quatenus pœnas ſupradictas, & præterea mulctam marcharum mille auri puri maluerint evitare, qua quilibet contrafaciens toties, quoties contrafactum fuerit ultra pœnas ſupra cominatas, ipſo facto, ſe noverit irremiſſibiliter incurriſſe, quarum dimidium Imperiali fiſco ſeu Ærario noſtro reliquum vero Parti læſæ decernimus applicandum. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Bullæ noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Ratisbona, die quinta menſis Julii Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, Imperii noſtri vigeſimo & Regnorum noſtrorum trigeſimo primo. Carolus VI. Perenotus. Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis Proprium. Jo. Obernburger. Quod quidem Tranſumptum fuit a ſuo Originali extractum, & per me Secretarium, & Notarium publicum infraſcriptum cum eodem collatum in præſentia Excellentis Domini Joannis de Figueroa, Equitis juris utriusque Doctoris, Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis Conſiliarii & Referendarii & Regentis Cancellariam in Citerioris Siciliæ Regno, qui in fidem, & teſtimonium veritatis ſe hic ſubſcripſit, Sigillumque Regium apponi fecit in Civitate Vintonia, Regni Angliæ die tertia Menſis Auguſti Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. Signatur Jo. De Figueroa &c. Teſtes, qui collationi, & Comprobationi præinſerti Cæſarei Privilegii cum ſuo Originali præſentes fuerunt Gabriel a Zayas & & Petrus de Angulo Hiſpani, Franciſcusque Scaramus Neopolitanus ad hoc ſpecialiter vocati atque rogati. Et quia ego Gonſalus Perezius Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis Secretarius, & Apoſtolica ac Regia auctoritatibus publicus Notarius, collationi & comprobationi hujus Tranſumpti una cum prænominatis Teſtibus præſens interfui, & cum ſuo Protothyppo ſive Originali concordare illud inveni, ideo me hic ſubſcripſi & ſignum meum appoſui in fidem ac Teſtimonium veritatis. Signatum Gonzalus Perezius, & Sigillatum.

CXXIII.

Capitulatio inter Gubernatorem Mediolanenſem & Finarienſes facta diebus 18. 20. & 22. Maji, Anno 1571.

PArtido, que ofrece Beltran de la Cueva a la gente del Marques Alphonſo, que guardaca el Caſtillo de Govonne y la Aprovacion de el Duque de Alburquerque.

Don Beltran de la Cueva, por parte, y en nombre del Illuſtriſſimo, y Excellentiſſimo Senor Don Gabriel de la Cueva Duque de Alburquerque &c. Capitan General por ſu Mageſtad en Italia, y ſu Governador en el Eſtado de Milan, &c.

Aviendo embiado a Petro de Paz Sargento Mayor, que en mi nombre, por parte de ſu Excelencia al Caſtelano del Caſtillo del Final, a que por reſpectos convenientes a la conſervacion del Eſtado del Milan, tu vieſſe por bien de aceptar dentro el preſidio que fueſſe neceſſario, a tal que no pudieſſen Franceſes occupar el dicho Caſtillo por el gran danno, que dello reſultaria al dicho Eſtado, y que eſſo no era por invadir, ni quitar a nadie coſa ninguna, ſino ſolo para el efecto arriba dicho. Y aſſi meſmo, que las perſonas aſſi del dicho Caſtellano, como de los de mas, que goviernan, y reſiden en el dicho Caſtello, puedan eſtar en el libremente, ò ſalir, como mas fuere ſu voluntad con todos ſus bienes ſin recibir danno, ni perjuyzio, en lo uno, ni en lo otro, y aviendolos el dicho Sargento Mayor, dicho todo lo arriba contenido quatro vezes, en mi nombre, por parte de ſu Excelencia, y requirido les con la paz, proteſtando les, que todo el danno, que ſobre ello ſuccedieſſe era por culpa, y cauſa dellos, y contra la voluntad, y mente de ſu Excelencia, y mia; y non ſiedo aceptado por ellos, antes de continno ofendiendo a los Soldatos deſte Exercito, y aviendo el dicho Caſtellano, y los que goviernan el dicho Caſtillo, elomado oy al Sargente Mayor, y pedidole de nuevo, les dixeſſe lo que las otras vezes les avia dicho; y deſpues de referido, pidieron ſe lo dieſſe en eſcrito, y firmado de mi nombre, y a tal que el dicho Caſtellano, y los de mas, que goviernan, y reſiden en el dicho Caſtillo, eſten ciertos, y ſeguros, que todo lo ſobre dicho, que el Sargento Mayor les ha dicho, fue por orden mia de parte de ſu Excelencia, les prometo en nombre del Duque mi Sennor de guardar lo arriba dicho, y por el Sargento Mayor a ellos ofrecido; porque la intencion de ſu Excelentia no es echarlos fuera, ni quitarles el Caſtillo, ni Uegar a nada de lo que en el tienen, ſino que eſten en el con todo quanto en el ay, acetando el preſidio, que yo quiſiere por parte, y en nombre de ſu Excelencia meter en el dicho Caſtillo, y eſto para ſolo aſegurar, que Franceſes no entren eh el, como arriba eſta dicho, y para mayor ſeguridad del dicho Caſtellano, y los que goviernan y reſiden en el dicho Caſtillo, de eſta firmada de mi nombre. Dat. en el Burgo del Final a 14. de Mayo 1571. Sottoſcr. *Don Beltran de la Cueva.*

Para mayor declaracion de la mente mia en nombre del Duque mi Sennor, y como por mandato mio el dicho Sargento Mayor muchas vezes, les ha dicho, dezimos, y declaramos, que la Guarnicion, y Preſidio, que metemos en el dicho Caſtillo, ni por otra qualquiera coſa hecha, ò que hizieramos, no entendemos prejudicar direta, nè indireta à los razones de la Ceſarea Mageſtad de l' Emperador, ni del Sacro Imperio Romano, ni del Sennor Marques del Final, masque ſiem pre queden ſin ningun per-

Digitized by Google

perjuizio, offenſion, ni derogazion, en el mesmo grado, forma, y manera, que en eſtado por el paſado, y aſſi en nombre de ſu Excelencia lo prometo guardar, y oſſervar.

Que todos los bienes, que huviere en el dicho Caſtillo, que fueren del Sennor Marques, ò ſea oro, plata, Eſcrituras, Armas, Artileria, Municiones, y de otra qualquiera calidad que ſea, pueda el Sennor Marques, ò ſus legitimos Agentes, ò Procuradores ſeguramente transferireas, y Uevarlas todos, ò parte de las a donde fuere la voluntad del Sennor Marques, ò de ſus Procuradores, y desde agora declaramos a los mesmos, que goviernan le dicha Fortaleza, ò tros quales quiera, que tuvieren eſpecial, y legitima Procura para ello puedan, y tengan Comiſſion pora Uevar, y hazer de todo ello liberamente loque quiſieren.

Aſſi mesmo, que todos los otros bienes aſſi del Caſtellano, como de los de mas, que goviernan el dicho Caſtillo con ſus perſonas, y vidas, ſean ſalvos, y los puedan llevar, y ellos yr adonde les pareziere, y tornar ſeguramente ſin ningun impedimiento, ni offenſion.

Que los Soldados del dicho Caſtillo ſean todos ſalvos, y ſeguros, y los que ſe quiſieran yr lo puedan hazer libre, y ſeguramente con todas ſus armas, y ropa ſin ſer ofendidos, ni moleſtados de ninguna perſona, y que los de mas, que al Caſtellano, y a los que goviernan quiſieren quedar, lo puedan hazer, ò otros tantos en ſu lugar.

Que el Capitan Delfin ſea buelto en gracia, como de primero aſſi de la vida y honora, como de los tiennes fugos, y le ſea quitado la talla, y bando, como desde aora ſe le quita, y quede en el mesmo eſtado, y gracia que eſtava antes de aver entrado eſta poſtrera vez en el dicho Caſtillo.

Que todos los Vaſſallos, y Subditos del Senor Marques que eſtan en el dicho Caſtillo queriendo puedan bolver a ſus caſas, y gozar de ſus haziendas, y biennes libremente, ſin ſer moleſtados, ni inquietados en hechos, ni en palabras, como perſonas, que eſtan debaxo de la protecion de ſua Excelencia, y de la perſona, que aqui en ſu nombre quedara.

Que ſu Excelencia, como Capitan General en Italia y Governador del Eſtade de Milan por ſu Mageſtad, firmara las preſentes Capitulaciones de ſu propria mano, en termino de doze dias.

Que todo lo arriba, y concedido, ſe entiende despues de aver recebido, y acetado el Preſidio en el Caſtillo, que a mi me pare ciere.

Que de las praeſentes Capitulaciones les ſeran dadas dos Copias autenticas, de las quales puedan hazer lo que quiſieren. Dat. en el Burgo del Final a 18. de Mayo. 1571.

Subſcript. Don Beltran de la Cueva, & ſigillat.

Por mandato de ſua Sennoria Illuſtriſſima. Juan Guen.

Illuſtre Senor.

He viſto lo que aveis concedido a los del Caſtillo del Final, y hareis, que todo ſe cumpla, y effectue, como, y de la manera, que vos lo haveis firmado de vueſtra mano; lo qual confirmo por eſta carta, firmada de la mia, y guarde Nueſtro Sennor vueſtra Illuſtre perſona con el acrecentamiento, que yo deſeo. De Milan à 20. de Mayo 1571.

Aſervicio di V. M.

El Duque de Alburquerque.

A tergo, al' Illuſtre Sennor, el Sennor Don Beltran de la Cueva mi ſobrino.

(L. S.)

Extractum fuit præſens exemplum à Scripturis pertinentibus ad Marchionatum Finarii, & exiſtentibus in Regio Ducali Archivio Mediolani in Falcia ſignat. & inſcripta Copia de Decreti Cæſarei &c. in Capſa, ſeu Cophano ſignato D.

Platonus.

Carta a los Comiſſarios Imperiales, del Sennor Duque de Alburquerque, en la qual declarano aver tenido animo de occupar la Juridicion del Final ni los reditos, ſine dolo el Caſtillo, y la cauſa, que lo ha movido a eſto.

Illuſtres Sennores.

Entiendan vueſſas Sennorias, que yo no me movi a embiar la gente al Final, por loque vueſſas Sennorias dizen el Memorial, que me dieron a 20. de el preſente, ſino por eſcuſar el mucho des aſſoſiego, diſturbo, y danno, que podia venir a eſte Eſtado, ſi los Franceſes ſe apoderaſſen del dicho Final, como tuve por machas partes aviſos duplicados con gran certification, de que lo querin hazer, y andando movida in Francia tanta gente como anda, y aviendo yo ſabido de parte oierta, que Franceſes embiaron a tratar con el Marques del Final, que les vendieſſe, ò permutaſſe ſu Eſtado: y viendo, que el Marques eſtava tan mal con ſus Vaſſallos, y ſus Vaſſallos con el, con mucha razon ſe podia creer, que holgara de trocarlos, por otros, que el Rey de Francia le dieſſe en ſu Reyno, con que viviеſſe mas quieto, y ſoſegado, y ſin tener que reſponder, ni dar deſcargo a la Mageſtad del Emperator, de las quexas, y agravios, que ſus Vaſſallos han dado contra el a ſu Mageſtad Ceſarea, y pare ciendome, que no podia complir con la obligacion de mi cargo, ſino me aſſegurava de que los Franceſes no ſe apoderaſſen del dicho Eſtado, y para eſſe efecto, y no para otra coſa embie la gente, pues los Miniſtros de ſu Mageſtad Catholica, nunca tuvimus, ni tenemos voluntad de dexar de ſervir a ſu Mageſtad Ceſarea, con todo el reſpeto, que ſe dove a tan gran perſona, y que tan eſtrecho denudo tiene con ſu Mageſtad Catolica. Y aſſi mi animo nunca fue, ni es de ocupar la Jurisdicion, y tentas del Eſtado del Final, ſino que en lo uno, y en lo otro puedan hazer vueſſas Sennorias como Comiſſarios de ſu Mageſtad Ceſarea, todo lo que quiſieren; por que lo que yo ſolo quiero, y pretendo es tener la gente que tengo en el Caſtillo, y en aquel Eſtado, por aſſegurarme, que los Franceſes no le ocupen, de que pueden

Digitized by Google

reſultar, en lo que eſtà a mi cargo, los grandes inconvenientes, que eſtan dichos: y anſi tengo por cierto, que aviendo la Mageſtad del Emperator ſido ſervido de mandar conſiderar de la importancia que eſto es, vera, que yo no podia dexar de hazer lo que he hecho, por las cauſas, y reſpectos dictos: pues como ſu Mageſtad Ceſarea ſabe mejor que nadie, los Miniſtros de los Reges no podemos dar diſculpa, quando por la negligencia, y deſervido, aventuramos a perder lo que eſtà a nueſtro cargo, por no hacer para evitarlo las prevenciones, y diligenzias, que ſomos obligados, y guarde nueſtro Senor las Illuſtres perſonas de vueſſas Senorias.

En Milan a 22. Mayo 1571.

A Servicio de vueſſas Senorias.

El Ducque de Alburquerque.

Atergo a los Illuſtres Sennores, los Sennores Commiſſarios de Su Mageſtad Ceſarea.

Extractum fuit præſens exemplum à Scripturis pertinentibus ad Marchionatum Finarii & exiſtentibus in Regio Ducali Archivio Mediol. in Capſa, ſeù Cophano ſigillato A. & à Volumine ſignato F. &c.

Platonus.

CXXIV.

Capitulatio de Marchionatu Finarienſi per Gubernatorem Mediolanenſem in manus Commiſſariorum Maximiliani II. Roman. Imperatoris reſtituendo, die 27. Octobr. Anno 1573. concluſa.

EN Milan à veinte ſiete de Octubre de mil y quinientos y ſetanta y tres, el Illuſtriſſ. ſenior Don Antonio de Guzman, Marques d'Ayamonte, Governador del Eſtado de Milan, y Capitan General en Italia per el Rey Catholico D. Phelippe de Auſtria por una parte, y los muy Illuſtres Sennores Luca Romer de Maretſez, Comendador, y Capitan Provincial en el Contado de Tyrol, y Chriſtoval Segismondo Romer de Maretſez, Comendador en Mayelberg, y Capitan de Trieſte, y Jacobo de Romenguen Comiſſario Deputado de la Mageſtad Ceſarea ſobre la reſtitucion, y entrega del Caſtillo, y Eſtado del Final por la otra, y en cumplimiento de los Capitulos acordados, y aſentados entre las dichas Mageſtades por medios de los Sennores Conde de Mònteagudo, y Don Petro Faxardo, y deſpues de averſe tractado, y platicado entre ellos en eſta materia lo que convenia, y aber el dicho Sennor Marques entendido la buena volontad de los dichos Sennores Commiſſarios Imperiales en eſte negocio, y lo que en gracia, y complacencia de Su Excelencia, y de ſu pareces, y conſentimiento querian, y ſe ofrecian azer à beneficio de los vezinos del dicho Final, como abaxo ſe dirà, en toda concordia, y conformedad, y en execution de los dichos Capitulos contenidos en un Decreto de la dicha Ceſarea Mageſtad fecho à 19 de Setiembre d'eſte anno, que quedaron en poder del Secretario infraſcripto convinieron, y capitularon, que la dicha reſtitucion, y entrega ſe hiziele, y recibieſe con las condiciones, y additamentos ſiguientes.

Lo primero el dicho Sennor Marques de Ayamonte dixo que en quanto à la entrega de Caſtillo de Govon, y Eſtado del Final eſtava pronto, y prometia de entregar el dicho Caſtillo con l' Artilleria, Moniciones, y las de mas coſas, que ſe hallaſſe, y conſtaſſe averſe tomado al tiempo de la ocupacion del, ſin que faltaſſe coſa, conforme à los dichos Capitulos, del Decreto Ceſareo, y que in lo de mas del dicho Eſtado, y Burgo de Final era tambien pronto de reſtituir todo lo que del ſe huviere occupado por la Mageſtad Catolica, ſin que en ninguna parte del quedaſſe Soldado, ni coſa que pudieſſe eſtorvar la verdadera, y real entrega à los dichos Sennores Comiſſarios en nombre de la Mageſtad Ceſarea à los qual ſe entregaria libre, y realmente, y ſe introduz irian en lo que ſi huviſſe aſſi occupado con los Soldados, que eſtava tratado à toda ſu ſatisfacion, eceptuado la Vale de Eſtelanello, y Novello, que han de quedar, como eſtavan, y eſtan ſegun Sa Mageſtad Ceſarea en el dicho ſu Decreto ordena, y apunta, y con la proteſtacion, que los dichos Sennores Comiſſarios en ſu nombre hizieron, y que las fuerzas de la Mageſtad Catholica eſtarian prontas, y aparexadas para el caſtigo de los dichos Subditos en caſo, que deſobedecieſen à los mandamientos Ceſareos, y de los dichos Comiſſarios en nombre de la Mageſtad Ceſarea, y para la pacifica poſſeſſion del dicho Eſtado en adelante ſiempre, que fueſſe neceſſario, y dixo aſſi miſmo, que todo lo que ſe avia tratado, y reſuelto por los dichos Sennores Comiſſarios en eſte negocio avia ſido a ſu inſtancia, y interceſſion, y con ſu parecer.

Y luego los dichos Sennores Comiſſarios aviendo viſto la reſpueſta, echa por el dicho Sennor Marques al Memorial de los Capitulos, que por ſu parte ſe le dio, que es conforme à lo ſuſo dicho, dixeron que la aceptavan, y aceptaron en nombre de la Mageſtad Ceſarea por la orden, y comiſſion que para ello tenian, y promitieron en nombre de la dicha Mageſtad Ceſarea de que por cauſa de las inobediencias, y rebeliones paſſadas, hechas por los del Final à la Mageſtad Ceſarea no les daria ningun caſtigo, antes ſe lo remetian, y perdonan en virtud de la dicha Comiſſion, y orden, que de la dicha Mageſtad Ceſarea para ello tienen y de no Uevar, ni conſentir nombre del Marques en ſu Com-

Digitized by Google

Compagnia, y de no ponerees Guarnicion, ni Presidio en el Borgo del Final si no fuere con la intercesion de su Excelencia ni mas de los sciscientes Alemanes, que tienen para ello autoridad, y reputacion de la Magestad Cesarea, y dellos en su nombre, y para guardias de las puertas dando ellas fianzas de la suma de qvince mill Escudos, y sois personaies por Rehenes a su satisfacion, y entregandoles las armas, y entretanto, que non dan Mercaderes por fiadores, y respondientes de la dicha cantidad, ha de dar en su poder otros sey hombres á su satisfacion por seguridad, y este perdon, y gracia se entiende quedando permaneciendo ser buenos subditos de la M. C. y obedientes à sus mandamientos, delos dichos sennores Comissarios en su nombre, y por contemplacion de la Magestad Catholica, y à instancia, y intercession del Sennor Marques de Ayamonte teniendo por mas seguridad su palabra, y oferta, que en nombre de la Magestad Catholica se les ha hecho, que ha de assister con las fuerzas de la dicha Magestad Catholica en caso, que los dichos del Final desobedeciesen y desacatasen de aqui adelante, y sus Rehenes, en que haziendola los dichos del Final de otra manera no sean los dichos Sennores Comissarios obligados à ninguna observancia delo que aqui prometen, y por fee, y testimonio de lo qual, y de todo lo arriba dicho, y contenido los dichos Sennores Marques, y Comissarios en virtud de la Comission, que cadauno dellos tiene acerca desto lo firmaron de propria mano, y sellaron con los sellos de sus armas en dicho dia, mes, y anno, signat. El Marques de Ayamonte, L. Romer Land. Christofar Sigismondo Romer, Jacob von Romingue El Secretario Antonio de Sotello, y sellado con los Sellos de lo suso dichos Sennores. Loco del † Sigillo

Juan de Neyra.

CXXV.

Rudolphi II. Romanorum Imperatoris literæ, quibus Philippum II. Hispaniarum Regem, de Ducatu Mediolani Comitatibusque Papiæ ac Angleriæ investivit, d. d. 28. Febr. A. 1579. quibus simul insertæ sunt priores investituræ, nimirum Caroli V. & Ferdinandi I. Imperatorum.

RUdolphus secundus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Viertembergæ & Tecka, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landtgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, & Salinarum etc. Ad futuram memoriam Recognoscimus tenore præsentium pro nobis, & nostris in Imperio Successoribus notum facientes Universis. Cum Divus quondam Imperator Carolus Quintus augustæ memoriæ, Magnus Patruus, Avus maternus, & Prædecessor noster observandissimus superioribus annis devoluto ad Majestatem suam, & Sacrum Romanum Imperium pleno Jure, per obitum Illustris quondam Francisci Sfortiæ Mediolani Ducis absque Hæredibus legitimis, & Feudi capacibus defuncti, ejusdem Mediolanensis Status & Ducatus, ac pertinentiarum utili Dominio volens, & cupiens securitati, & incolumitati ejus Status quam posset rectissimè consulere, & talem Principem ei præficere, qui Sacri Romani Imperii Jus, & proprietatem auctoritate, potentia & viribus tueri & conservare, Subditos vero in pace & justitia regere, & gubernare posset, eundem Ducatum, Statum & Dominium Mediolanense ex supradictis, & aliis rationabilibus causis cum Comitatibus Papiæ & Angleriæ, ac omnibus eorum pertinentiis & Juribus Filio Charissimo Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum, utriusque Siciliæ & Hierusalem &c. Regi Catholico, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ & Mediolani &c. Avunculo Sororio, & Fratri nostro Charissimo motu proprio & quod nullum magis utilem convenientem, ac idoneum ad ejusdem Status, ac Jurium Sacri Imperii in eo defensionem comperiret paterne contulerit, atque donaverit, & post modum Serenitatem ejus de dictis Ducatu Mediolani, ac Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ ad dictos Ducatum & Comitatus tunc spectabant, seu olim spectaverant, seu pertinuerant, Ducibusque & Comitibus prædictis competierant, seu etiam competere deberent de Jure, vel Consuetudine, vel aliter quomodocunque juxta formam Investiturarum antiquarum, & cum omnibus Juribus, Honoribus Prerogativis, Libertatibus & Exemptionibus in antiquis Investituris latius expressis non tam pro serenitate sua, quam etiam ejusdem Filiis masculis ex legitimo Matrimonio procreatis, ac procreandis, & aliis descendentibus, qui e Serenitate sua, & Filiis ejus legitimis masculis legitime nascerentur secundum ordinem genituræ, & ejusdem Feudi naturam infeudaverit, & investiverit: Postea vero cum existimaret omnibus modis prospiciendum ut futuris contentionibus & differentiis quæ inter Successores oriri possent omnis occasio præcluderetur in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus supradictis talem succedendi rationem & formam constituerit, per quam status ille cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum integer & indivisus conservaretur, ita ut neque Successorum pluralitate, neque Competitorum ambitione vel contentione distrahi, sive discerpi, quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu & Comitatibus succederent Filius ejus primogenitus masculus & legitimus, ejusdemque Primogeniti, Primogenitus Masculus legitimus, & sic ordine successivo de Primogenito in Primogenitum masculum descendentem usque in infinitum; deficientibus autem primogenitis masculis,

Digitized by Google

lis, succederet secundo genitus masculus legitimus, ejus secundo geniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes idem etiam de tertio & quarto genitis intelligendo ordine primogenitura semper servato. Deficiente vero linea masculina succedere deberet Filia Primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem Successionis ordine in secundo tertio & quarto genitis filiabus earum denique descendentibus primogenitis servato, prout in Diplomate ipsius quondam Divi Caroli desuper edito, ac inferius inserto latius continetur. Defuncto autem prælibato Divo quondam Imperatore Carolo Quinto, Divus quoque Imperator Ferdinandus inclytæ recordationis Dominus & Avus Paternus noster observandissimus ad benevolam & studiosissimam petitionem dicti Serenissimi Hispaniarum Regis Fratris nostri Charissimi, insistendo vestigiis prænominati Divi Patris sui Caroli Quinti, non solum denuò investiverit, & infeudaverit eundem Serenissimum Regem Philippum pro se & Filiis suis masculis ex legitimo Matrimonio procreatis & procreandis, aliisque descendentibus ex Serenitate ejus, & Filiis ejus legitimis legitimè secundum ordinem genituræ nascituris de dictis Ducatu Mediolani & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis, prout constat ex Rescripto Majestatis suæ, quod datum fuit in nostra Imperiali Civitate Augusta Vindelicorum die vigesima sexta mensis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, verum etiam præmemoratam extensionem a Divo Patruo nostro, quo ad modum, & formam Successionis factam laudaverit, approbaverit, ratificaverit, confirmaverit & corroboraverit, sicuti apparet in Diplomate desuper emanato, cujus tenor sequitur in hæc verba:

Ferdinandus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiæ, Carniolae &c. Marchio Moraviae & Dux Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiae, Viertembergae & Teckæ, Princeps Sueviae, Comes Hasburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiae, Landtgravius Alsatiae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore praesentium Universis. Quod Serenissimus Princeps Dominus Philippus, Hispaniarum utriusque Siciliae & Hierusalem &c. Rex Catholicus Nepos noster Charissimus nobis benevole exponendum curaverit, se superioribus annis a praeclarissimae memoriae quondam Imperatore Carolo Quinto Augusto Fratre, ac Domino nostro Charissimo investitum fuisse de Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiae, & Angleriae pro se, ac legitimis Haeredibus suis masculis, prout etiam nos Investituram illam proximis annis confirmavimus & innovavimus, dictosque Ducatum & Comitatus Serenitati ejus pro se, ac Filius masculis, legitimis, secundum ordinem geniturae ac naturam Feudi in Feudum contulimus. Posteà autem cum praefatus Divus quondam Frater noster censuisset omnibus modis prospiciendum ut futuris conditionibus & differentiis, quae inter Successores oriri possent, omnis occasio praecluderetur, eundem Divum Fratrem nostrum talem in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus praedictis succedendi rationem, & formam constituisse, per quam Status ille cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum integer, & indivisus conservaretur, ita ut neque successorum pluralitate, neque Competitorum ambitione, vel contentione distrahi, sive discerpi quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu, & Comitatibus succederent, Filius ejus Primogenitus masculus & legitimus, ejusdemque Primogeniti Primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem usque in infinitum. Deficientibus autem Primogenitis Masculis succederet secundo genitus masculus legitimus, ejusdemque secundo geniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi Primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes, idem etiam de tertio, & quarto genitis intelligendo, ordine Primogenituræ semper servato. Deficiente vero linea masculina, succedere deberet Filia Primogenita, ejusdemque Primogenitæ Primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem successionis ordine in secundo, tertio & quarto genitis filiabus, earumque descendentibus primogenitis Servato, prout in Diplomate ipsius quondam Divi Caroli desuper edito latius continetur, cujus tenor est talis:

Carolus Quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galiciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corficæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ Fermæ, Maris Oceani &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Viertembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Barchinoniæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Rosilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, Landgravius Alsatiae, Marchio Burgoviae, Oristani, & Gotiani, & Sacri Romani Imperii Princeps Sueviae, Cathaloniae, Dominus Frisiae, Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Biscaiae, Molinae, Salinarum, Tripolis, & Mechliniae, etc. Ad futuram rei memoriam Recognoscimus pro Nobis, & Nostris in Imperio Successoribus, & Notum facimus harum serie universis. Quod cum Superioribus annis Illustris quondam Franciscus Secundus Sfortia Mediolani Dux, quem paulo ante in universum dominium & statum Mediolani

Digitized by Google

diolani de auſpiciis in Noſtrum Sacri Romani Imperii, jus & poteſtatem armis noſtris juſte, ac legitimè reſtitueramus, & in Feudum illi contuleramus, nullo haerede Feudi capace poſt ſe relicto, ſic Deo diſponente in fata conceſſerit, eaque de cauſa ipſo Statu ac Dominio Mediolanenſi ad Nos, & Sacrum Romanum Imperium pleno jure devoluto, ut ejus ſecuritati & ſimul Sacri Imperii Juribus, atque adeo totius Italiae paci opportunae conſuleretur, quod fieri nullo modo poſſe jam tum experientia edocti cernebamus, niſi Status ille tali committeretur, qui jus Imperii & ſuum viribus & potentia ubi opus eſſet, tueri atque defendere poſſet cum omnibus circumſpectis, nullum alium magis commodum ad eam rem, & Statum inveniremus jam dictum Statum, & Dominium Mediolani, ac Comitatus Papiae, & Angleriae Sereniſſimo Principi Domino Philippo Principi Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriae, Duci Burgundiae, Mediolani &c. Principi, & Filio Noſtro Cariſſimo in Feudum contulimus, & Dilectionem ſuam de illo inveſtivimus tanquam eam, qui nobis merito prae caeteris gratus eſſet, & quem ad defenſionem praefati Statos, & Jurium ſacri Imperii in eo ex cauſis praenarratis merito magis idoneum judicaſſemus quemadmodum ex litteris noſtris ſuper ea re expeditis apparet. Quoniam autem non minus ſolicite curandum eſt, quibus rationibus, quae immenſo ſumptu, & labore parta ſunt, conſerventur, id vero potiſſimum in eo conſiſtere judicemus, ſi futuris contentionibus & differentiis, quae inter ſucceſſores oriri poſſent omnes occaſio praecludatur. Proinde opere pretium viſum eſt in ipſo ſtatu Mediolani certam ſuccedendi rationem, & formam ex nunc conſtituere, quo nimirum ille cum ſuis omnibus appertinentiis in omne ævum integer & indiviſus permaneat, ac neque ſucceſſorum pluralitate, neque competitorum ambitione ac contentione diſtrahi, atque diſcerpi quandoque poſſit. Quapropter motu proprio, non per errorem, aut improvidentiam, ſed animo bene deliberato, ſano, & maturo Procerum Noſtrorum, & Imperii Sacri Fidelium accedente conſilio, praefatique Sereniſſimi Principis Filii Noſtri Cariſſimi conſenſu, & voluntate interveniente, ex certa ſcientia, & Imperiali auctoritate noſtra, ac de plenitudine poteſtatis harum litterarum ſerie, ac vigore decernimus, ordinamus atque ſtatuimus hoc Imperiali edicto perpetuo valituro quod in praedicto ſtatu & Dominio Mediolani, Comitatibusque Papiae, & Angleriae cum univerſis eorum juribus, & pertinentiis ex hoc tempore in antea perpetuis futuris temporibus ſuccedat, & ſuccedere debeat praefati Sereniſſimi Filii Noſtri Hiſpaniarum Principis Primogenitus maſculus legitimus ex eo deſcendens, ejusdemque Primogeniti Primogenitus maſculus legitimus, & ſic ordine ſucceſſivo de primogenito in primogenitum maſculum deſcendentem usque in infinitum. Deficientibus autem Primogenitis maſculis ſuccedat, & ſuccedere debeat in praedicto Ducatu, & Statu Mediolani Comitatibusque Papiae & Angleriae cum eorum pertinentiis ſecundo genitus maſculus legitimus ejusdemque ſecundo geniti Primogenitus maſculus, & ab eo deſcendentes maſculi primogeniti usque in infinitum. Quando aliquis maſculus ſuperſtes fuerit, illud idem intelligendo de tertio, & quarto genitis maſculis ordine primogenitura ſemper ſalvo, & ſervato. Deficiente vero linea maſculina ſuccedat, & ſuccedere debeat in dicto Mediolanenſi, & Dominio Comitatibus Papiae & Angleriae cum eorum pertinentiis Filia Primogenita, ejusdemque Primogenitae Primogenitus maſculus ejusque deſcendentes maſculi ordine ſupra dicto usque in infinitum, atque eadem Lex idemque ordo ſucceſſionis intelligatur & ſervetur in ſecundo, tertio, & quarto-genitis filiabus earumque deſcendentibus primogenitis, ita ut alii Filii, aut Filiae nullum Jus praetendere poſſint ad dictos Ducatum, & Comitatus, ſed ſolum alii Fratres & deſcendentes maſculi legitimi habeant, & habere poſſint ac percipiant ab ipſis primogenitis alimenta condecentia, juxta gradus dignitatem Filiabus vero, ſi quas habere contingerit, easque nuptui dati de condecenti dote, prout gradus earum conditio requirit, proſpiciatur, & honeſta ſuſtentatione alantur, quibus ita praeſtitis decernimus ipſos & ipſas debere tacitos & tacitas, atque contentos, & contentas eſſe ipſis ſuper caeteris, quae ſucceſſionem hujusmodi Ducatus, Dominii & Status Mediolani, & Comitatuum, ac pertinentiarum praedictarum concernunt perpetuum ſilentium imponentes. Quae quidem omnia praemiſſa facimus, conſtituimus, ordinamus & ſancimus motu, animo, conſilio, ſcientia, auctoritate, & poteſtate ſupradictis, eaque non obſtante lege & forma praedictae noſtrae Inveſtiturae praefato Sereniſſimo Filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Principi conceſſae ac non obſtantibus quibusvis aliis inveſtituris per Nos, aut Divos Praedeceſſores Noſtros Romanorum Imperatores & Reges Auguſtae memoriae Illuſtribus quondam Mediolani Ducibus ſub quacunque verborum forma conceſſis, ſive etiam donatione & Inveſtitura Noſtra primaeva ipſi Sereniſſimo Principi Filio Noſtro collata naturave ipſius Feudi Ducatus, & Comitatum praedictorum, nec non legibus conſtitutionibus, conſuetudinibus, Feudorum Decretis tam Mediolanenſis Dominii, quam aliis ſtatutis, Privilegiis, Conceſſionibus tam generalibus, quam particularibus & aliis in contrarium facientibus, quibuscumque etiam ſi talia forent, quae hic de verbo ad verbum inſerere oporteret, aut de eis facere mentionem ſpecialem: quibus omnibus & ſingulis eorum tenorem hic pro inſertis, & ſufficienter expreſſis habentes, & haberi volentes, quatenus obſtarent, ſeu quovis modo obſtare poſſent huic noſtrae conſtitutioni, Ordinationi, Diſpoſitioni, atque Decreto pro hac vice, & ad hunc effectum dumtaxat expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, ſcientia, auctoritate, & poteſtate praedictis ſupplentes, omni tam juris, quam facti, & cujusvis ſolemnitatis tam intrinſecae quam extrinſecae, aut formalis, quae ſervari debuiſſet, & non eſſet ſervata, & alii cuicunque defectui, qui in praemiſſis quovis modo interveniſſet, aut interveniſſe dici ſeu allegari poſſet; Noſtra tamen, & Imperii Sacri Superioritate & Feudali obſequio ſemper ſalvis,

Digitized by Google

& hac lege adjectâ, ut quicunque in præfato Ducatu & ſtatu Mediolani Comitatibusque Papiæ & Angleriæ ſucceſſerit, ſive maſculus, ſive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum & Comitatus a Nobis & Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, Maſculi quidem per ſe, fœmina vero mediante perſona legitimi Procuratoris, aut Feudo-geruli, ad gerendum aut deſerviendum Feudum apti, & idonei in Feudum recognoſcere inveſtituram, quoties caſus poſtulaverit, petere, & debitum fidelitatis & homagii juramentum præſtare teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Conſtitutionis, Ordinationis, Decreti, derogationis, ſuppletionis, voluntatis & præcepti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, aut contra præmiſſa, vel aliquod eorum facere vel venire quovis quæſito colore, ingenio, ſeu prætextu. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit noſtram, & Imperii ſacri indignationem graviſſimam ac pœnam decem millium Marcharum auri puri, toties quoties contrafactum fuerit, ſe noverit eo ipſo incurriſſe, quarum dimidiam Imperiali Fiſco ſeu Ærario Noſtro, reliquam vero dimidiam parti læſæ decernimus absque ulla remiſſione applicandam, ratis nihilominus, ac in ſuo robore & vigore manentibus, omnibus diſpoſitionibus noſtris præmiſſis. Harum teſtimonio litterarurum manu noſtra ſubſcriptarum, & Bullæ Noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Bruxellenſi Ducatus noſtri Brabantiæ, die duodecima menſis Decembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, Imperii noſtri trigeſimo, & Regnorum Noſtrorum trigeſimo quarto. Dictusque Serenisſimus & Cariſſimus Nepos noſter Rex Catholicus nos amanter rogaverit, ut hujusmodi Succeſſionis Formulam ipſi quoque auctoritate noſtra Cæſarea approbare ratificare, confirmare & corroborare vellemus. Nos ſane hujusmodi Filiali petitioni ejusdem Serenisſimi & Cariſſimi Nepotis Noſtri Regis Catholici haut gravatim annuimus, qui alioquin etiam Serenitati ejus pro mutua noſtra arctiſſima Sanguinis Conjunctione omni loco, & tempore lubenter gratificamur, tum Divi Patris ſui cauſa, cujus fraternæ in nos dilectionis memoria nunquam ex animo noſtro evelletur, tum etiam quod ſerenitatis ſuæ plurima, & præclariſſima extent erga Sacrum Romanum Imperium merita, habitaque ratione, quod Serenitas ejus hactenus in dicto Statu Mediolanenſi jus, & proprietatem ejusdem Sacri Imperii ſummis viribus tueri, et conſervare ſtuduerit, et deinceps quoque idem longe facilius et commodius præſtare poterit, non ſolum ipſamet Serenitas ſua, verum etiam hæredes et ſucceſſores ſui ut ſuprascripta ratio et forma ſucceſſionis obſervetur. Itaque ex certa noſtra ſcientia, animoque bene deliberato, et de Cæſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine memoratam Divi Fratris noſtri conſtitutionem et formam ſucceſſionis in præinſerto Diplomate deſcriptam, omniaque et ſingula in eo Reſcripto contenta, in omnibus eorum punctis, clauſulis, articulis, ſententiis, et verborum expreſſionibus, prout ſuperius inſerta habentur, laudavimus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, et corroboravimus prout per præſentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus et corroboramus. Volentes, ac decernentes ea omnia et ſingula in perpetuum, rata grata, valida et firma eſſe, nec non cenſeri atque obſervari debere, non obſtante lege, et forma inveſtituræ per nos dicto Serenisſimo et Cariſſimo Nepoti Noſtro Catholico Hiſpaniarum Regi ante hac conceſſæ, quæ data fuit in noſtra Imperiali Civitate Auguſta Vindelicorum die vigeſima ſeptima menſis Februarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, neque etiam obſtantibus quibusvis aliis inveſtituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Divos Prædeceſſores noſtros Romanorum Imperatores ac Reges Auguſtæ memoriæ, ſive eidem Serenisſimo Regi Philippo, ſive Illuſtribus quondam Mediolani Ducibus ſub quacunque verborum forma conceſſis, et præſertim primæva inveſtitura, quam Serenitati ejus a ſæpe nominato Divo Parente ſuo collatum eſſe liquet ſeu natura ipſius Feudi, Ducatus, et Comitatuum prædictorum, nec non legibus, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus, Feudorum Decretis tam Mediolanenſis Dominii, quam aliis Statutis, Privilegiis, Conceſſionibus tam generalibus quam particularibus, aut aliis in contrarium facientibus, quibuscumque etiam ſi talia forent, de quibus hoc loco ſpecialis mentio fieri deberet, iis namque omnibus, et ſingulis, quatenus huic noſtræ confirmationi diſpoſitioni et Decreto obſtarent, ſeu quovis modo obſtare poſſent, pro hac vice, et ad hunc effectum duntaxat expreſſe derogamus et derogatum eſſe volumus, ſcientia, et auctoritate prædicta ſupplentes omni tam juris, quam facti, et cujusvis ſolemnitatis, tam intrinſecæ quam extrinſecæ aut formalis, quæ ſervari debuiſſet et non eſſet ſervata, et alii cuicunque defectui, qui in præmiſſis quovis modo interveniſſet, aut interveniſſe dici ſeu allegari poſſet, noſtra tamen et Imperii Sacri Superioritate et Feudali obſequio ſemper ſalvis. Hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus reſervata et illæſa, ut quicunque in prædicto Ducatu et Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, et Angleriæ ſucceſſerit, ſive maſculus, ſive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum et Comitatus a nobis, et ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus et Regibus Maſculi quidem per ſe, fœminæ vero mediante perſona legitimi Procuratoris aut Feudo geruli ad gerendum, aut deſerviendum Feudum apti, et idonei in Feudum recognoſcere inveſtituram, quoties caſus poſtulaverit petere, et debitum fidelitatis et homagii juramentum præſtare teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, corroborationis, Decreti, derogationis, ſuppletionis, voluntatis et præcepti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, aut contra præmiſſa vel aliquod eorum facere, vel venire quovis quæſito colore, ingenio, ſeu prætextu. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit noſtram, et Imperii Sacri indignationem graviſſimam, ac pœnam decem millium Marcharum auri puri, toties quoties contra factum fuerit ſe noverit eo

ipſo

ipso incurrisse, quarum dimidiam Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliquam vero dimidiam parti læsæ decernimus absque ulla remissione applicandam, ratis nihilominus, ac in suo robore et vigore manentibus omnibus dispositionibus, superius descriptis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et Cæsarei Sigilli Nostri appensione munitarum. Datum in civitate nostra Vienna die quinta Mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani trigesimo quarto, aliorum vero trigesimo octavo, porro sublato etiam ex hac vita in cœlestem patriam Divo Domino Avo, Paterno Nostro Imperatore Ferdinando felicis memoriæ Majestatis Suæ Successor Divus Imperator Maximilianus secundus Dominus, & Genitor noster observandissimus Augustæ memoriæ dictam Investituram una cum confirmatione extensis præinserta laudaverit, confirmaverit & renovaverit, prout patet ex Majestatis suæ Diplomate, dato in civitate Viennæ, die sexta mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto; nunc vero postea quam ejusdem Divi Genitoris nostri obitu, Sacri Romani Imperii gubernacula divina voluntate ad nos devoluta sunt, prædictus Serenissimus & Carissimus Frater noster Rex Catholicus, ne ullo unquam tempore videretur iis, quæ Serenitati suæ incumbunt erga nos & Sacrum Romanum Imperium defuisse, nos medio & opera Nobilis fideræ dilecti Don Joannis de Borgia, sui Consiliarii, & ad nos destinati Oratoris atque Mandatarii & Procuratoris Fraterno ac singulari studio rogaverit, ut Serenitatem suam pro se & liberis Hæredibus & descendentibus suis de suprà nominatis statu, & Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis benevole investire & infeudare, omniaque & singula in memoratis Divorum Caroli Quinti, Ferdinandi & Maximiliani ac aliorum, prædecessorum nostrorum litteris, & Investituris concessa, facta, disposita, declarata, atque decreta, & præsertim superius descriptam extensionem ac succedendi formam auctoritate nostra Cæsarea ratificare, approbare, confirmare & corroborare vellemus. Nos sane hac Fraterna & studiosissima petitione præfati Serenissimi & Carissimi Fratris nostri Regis Catholici intellecta, eidem haut gravatim annuendum duximus considerata non modo arctissima sanguinis, & affinitatis conjunctione, quæ inter nos & Serenitatem ejus intercedit, & merito apud nos quoquo loco & tempore plurimum utique momenti habere debet, sed potissimum etiam eximia auctoritate & potentia serenitati ejus a Deo omnipotente concessa, quæ præ cæteris legibus atque principibus jus & proprietatem Sacri Romani Imperii indicto Statu & Ducatu Mediolani tueri, & conservare valet, prout certe Serenitas sua Amplissimum & Fidelissimum est Membrum, plurima, ac præclarissima extant merita, neque dubitandum est, Serenitatem suam eundem animum ac idem studium, eandemque alacritatem in procurandis promovendisque iis quæ ad comodum & beneficium Sacri Imperii, & totius Christianitatis pertinent deinceps quoque omni loco & tempore declaraturam, ac omnes suas cogitationes omnesque curas eo relaturam ut Imperio Romano ac Universæ Reipublicæ Christianæ non minori præsidio, quam ornamento semper fuisse videatur. Quocirca cupientes tam præclare dicti Serenissimi Regis erga nos, & Sacrum Imperium voluntati & egregiis meritis mutua nostra Cæsarea & Fraterna benevolentia respondere, ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, sano quoque accedente consilio, sæpe dictum Serenissimum Regem Philippum Catholicum Avunculum Sororium & Fratrem nostrum Charissimum, tanquam Mediolani Ducem pro se, & Filiis Hæredibus, ac Successoribus suis ex legitimo matrimonio procreatis ac procreandis, ac aliis descendentibus, qui ex serenitate & Filiis ejus legitimis legitime nascentur, juxta ordinem primogenituræ a Divo Carolo Quinto institutum, & per Divum Parentem nostrum confirmatum infeudavimus & investivimus, nec non infeudamus, & investimus tenore præsentium de dictis Ducatu Mediolani, nec non Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ in præsenti ad dictos Ducatum, & Comitatus spectant, seu olim spectaverunt & pertinuerunt, Ducibusque & Comitibus prædictis competiverunt, vel etiam competere deberent de jure vel de consuetudine, vel aliter quomodocumque juxta formam investiturarum antiquarum & cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, libertatibus, exemptionibus in eisdem antiquis investituris latius expressis, quas hic, in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent: Recepto tamen prius a supra nominato serenitatis suæ Oratore, Procuratore, ac Mandatario ad id sufficienti mandati Instructo, debito ac solito fidelitatis, & homagii nomine, & in animam Serenitatis suæ corporali juramento. Ad hæc scienter deliberate ac consulto & de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine omnia ac singula in memoratis Divorum quondam nostrorum Magni Patrui, Avorum & Genitoris aliorumque Prædecessorum nostrorum litteris & Investituris contenta, & nominatim, ac præcipue supra insertam extensionem, & succedendi ordinem & modum a Divo quondam Magno Patruo, & Avo Materno nostro Carolo Quinto institutum, atque per Divos Avum Paternum, & Genitorem colendæ Memoriæ Ferdinandum, & Maximilianum secundum Imperatores confirmatum & corroboratum, nos quoque in omnibus eorum punctis, clausulis, articulis sententiis & verborum expressionibus laudavimus, approbavimus & corroboravimus, prout per præsentes approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus, & quatenus opus est & expedit in favorem sæpedicti Serenissimi Regis Hispaniarum ejusque Hæredum & Descendentium prædictorum de novo concedimus, facimus, disponimus, instituimus, declaramus & decernimus. Volentes & hoc nostro Cæsareo edicto firmiter statuentes & sancientes, quod ea omnia, ac singula in perpetuum rata, grata, valida & firma esse, atque censeri & observari debeant, non obstante lege & forma investituræ eidem Serenissimo

Digitized by Google

ſtiernæ denotantia contrahendum, promittendumque quod ipſum Illuſtrem D. Ducem Mediolani in legitimum ſponſum accipiet, eique nubet, & cum eo Matrimonium in forma Eccleſiæ conſueta conſumabit, atque de & ſuper ſponſalitiis, Arris, Dote, Dotario antefacto, bonis paraphernalibus, ſeu quocumque nomine nuncupentur, conveniendum et paciſcendum, de hisque aſſecurandis, & de Donationibus propter Nuptias ſive ante Nuptias, conſtituendis, et aſſignandis tractandum, & concludendum, & quascumque ſcripturas publicas et privatas, et Inſtrumenta per manus publici Notarii cum quibuscunque ſtippulationibus, conventionibus, cautelis, pœnarum adjecti onibus quantumcumque maximis faciendum, atque confici petendum, et obtinendum, promittendumque, quod Nos omnia et ſingula ſupra ſcripta ipſam Illuſtrem Chriſtiernam Neptem noſtram ratificari et obſervari faciemus. Nosque ſuper his omnibus et ſingulis bonaque noſtra obligandum et hypothecandum, & in animam noſtram ſi opus fuerit jurandum et quodcumque licitum, & honeſtum præſtandum; et generaliter ad omnia alia, et ſingula faciendum dicendum tractandum, conveniendum paciſcendum & concludendum, quæ in præmiſſis et circa præmiſſa neceſſaria viſa fuerint, et opportuna, et quæ nosmet facere, dicere, tractare, convenire paciſci et concludere poſſemus, ſi præmisſis perſonaliter intereſſemus, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus ſit expreſſum; Promittentes nos gratum, ratum ac firmum perpetuo habituros, & penitus obſervaturos, quicquid per ipſos Procuratores noſtros, aut per duos eorum, ut ſupra, actum, dictum, geſtum, conventum, & concluſum fuerit in praemisſis, & circa praemiſſa, ſub hypotheca et obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium et futurorum; Harum teſtimonio Litterarum, manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri appenſione munitarum; Datæ in Civitate Barcinonæ, die nona menſis Junii, Anno Domini milleſimo, quingenteſimo tertio: Imperii noſtri decimo tertio & Regnorum noſtrorum decimo octavo. Sic ſignatum *Carolus* & Subſcriptum: Ad mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis proprium: *Oberburger.*

Franciſcus Secundus Dux Mediolani &c. Profecturus in præſentiarum noſtro nomine Magnificus Jureconſultus, et Cancellarius noſter, Dominus Franciſcus Taberna, Orator ad Cæſaream Majeſtatem, Dominum noſtrum colendiſſimum, ut pro perfectione Matrimonii nobis ineundi cum Excellentisſima Principe, Domina Chriſtierna, Filia ſecondo-genita Illuſtriſſimi, & Sereniſſimi Principis Chriſtierni, Regis Daniæ, &c. ac ſuæ Majeſtatis Neptæ, quam, ante profectionem ſuam ab Italia, eadem Majeſtas ſua nobis dignata eſt in Matrimonium polliceri, conditiones ſuſcipiat, ac firmet, conveniens viſum fuit nobis, eidem Tabernæ Litteras dare; in quarum executione prædicta, & cetera omnia, quæ idem Cancellarius in adimplenda ſuſceperit & promiſerit, rata, grata, & firma ſemper haberi poſſint & debeant; Per has itaque noſtras pranominatum Dominum Franciſcum Cancellarium, et Oratorem noſtrum, de quo plenè confidimus, Procuratorem & Mandatarium noſtrum ſpecialem ex certa ſcientia, nullo juris, vel facti errore ducti, facimus, conſtituimus & creamus ſpecialiter ad Procuratorio nomine noſtro ſuſcipiendum, acceptandum et ſtabiliendum quascumque Conditiones, Pactiones, Transactiones Capitulationes, Promiſſiones Obligationes, Conventiones, & Concluſiones in & ſuper præmisſis, et eorum cauſa & occaſione, quae eidem per praefatam Cæſaream Majeſtatem noſtro nomine dati & concedi voluerint. Dantes et concedentes præfato Oratori et Procuratori noſtro in præmisſis, & circa præmiſſa et quolibet præmiſſorum, & abinde dependentibus, connexis, et emergentibus, plenum & liberum generale & ſpeciale mandatum cum plena, libera, generali & ſpeciali adminiſtratione, ac totaliter vices noſtras in hoc; ita ut in præmisſis, et circa præmiſſa ea facere poſſit, et valeat, quæ eidem noſtro nomine melius expedire videbuntur; & quæ nos facere poſſemus, ſi præſentes ibidem eſſemus; Promittentes etiam in verbo veri, et legalis Principis, & ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum ac etiam ſub vinculo juramenti, nos perpetuo ratis, gratis et firmis habituros quicquid per præfatum Oratorem & Procuratorem noſtrum actum geſtum & concluſum fuerit in prædictis, & circa prædicta. In quorum fidem et teſtimonium præſentes manu noſtra ſubſcriptas fieri et regiſtrari juſſimus, ac Sigilli noſtri munimine roborari. Datæ Viglevani die 3. Maii milleſimo, quingenteſimo tertio. Sic ſignatum *Franciſcus* & Subſcriptum *Bartholomeus Rozzonius.* Subſcriptum *Antonius Perezius.*

CXXI.

Literæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, quibus Ducatum Mediolani, poſt illius per obitum Franciſci II. Sforziæ, Mediolani Ducis ad S. Rom. Imperium reverſionem, Philippo, Hiſpaniarum Principi, dedit, eumque ac hæredes ipſius maſculos ex legitimo thoro naſcituros de dicto Ducatu ejusque pertinentiis inveſtivit, d. d. 11. Octobr. An. 1540.

JOannes Suarez de Carvaſal DEi & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Lucenſis, Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis Conſiliarius ac Commiſſarius Apoſtolicus Generalis Sanctæ Cruciatæ, ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe in Hiſpaniarum Regnis &c. Notum facimus & atteſtamur per præſentes univerſis, quod vidimus, legimus ac diligenter inſpeximus quasdam

Digitized by Google

dam Litteras Cæsareas in Pergameno scriptas manu propria Divi Caroli quinti Romanorum Imperatoris & Regis Hispaniarum Domini Nostri colendissimi, signatas ejusque Bulla aurea cum cordulis aureis appensione mutatas,& secundum morem Cancellariæ Imperialis expeditas, sanas quidem & integras, non vitiatas, non concellatas neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspicione carentes ut in eis apparebat. Quorum tenor sequitur in hæc verba;

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen.

Carolus quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus ac Germaniæ, Castellæ, Aragoniæ, Legionis, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galliciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbiæ, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ,& Indiarum ac Terræ firmæ Maris Oceani &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lymburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, Wittembergiæ, &c. Comes Flandriæ, Habspurgi, Tyrolis, Barcinonis, Artheſii & Burgundiæ, Comes Palatinus, Hanoviæ, Hollandiæ, Seelandiæ, Ferretis, Riburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, &c. Lantgravius, Alsatiæ, Marchio Burgoviæ, Oristanni, Gotiani &c. Princeps Cathaloniæ, Asturiarum, &c. Dominus Frisiae, Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, Biſayæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniae &c. Ad æternam rei memoriam recognoscimus & notitiæ mandamus eorum quibus expedit universis. Cum primum DEi Opt. Max. nutu & voluntate ad Sacri Romani Imperii curam administrationemque vocati essemus, memores hujus vocationis nostræ ut & munus nobis injunctum pro virili exequeremur, & ea præstaremus, quae paulo ante jurejurando eramus polliciti, in primis animum ad ea consilia convertimus, quibus & publicæ tranquillitati prospicere & imperii jura nedum tueri & conservare, verum etiam ammissa legitimis modis ac mediis recuperare possemus. Itaque cum inter alia gravamina, quæ imperio incumberent, Ducatus Mediolani, insigne Imperii Romani Feudum ante annos aliquot occupatum teneretur ab iis qui beneficium Imperii non agnoscerent, quique non modo sese de Feudo intra legitima tempora recognosci non petiviſſent, verum etiam præpostera ratione fidelitatis eorum aliqui in Feudi Dominos Divos Romanorum Cæsares Prædecessores nostros, nosque & sacrum imperium Arma Hostililia subinde induissent Alii vero cum Hostibus nostris, & Imperii paciscentes & se & Feudum ipsum illis prodidissent, Proinde judicavimus Offitio nostro convenire, ut Imperio suum jus, suamque auctoritatem hac etiam in parte restitueremus, præsertim ad Bellum prioris lacessiti ac provocati. Habito igitur delectu nostrorum.& accitis in Belli societatem Fœderatis nostris, quos huic rei idoneos judicavimus, fretique tum eorum auxiliis, tum nostris viribus & Copiis, Præsidiisque Subditorum ipsius Ducatus Mediolani, qui dudum antea pertæsi illius insolentis Dominatus, de excutiendo inviti jugo cogitare coperant, ad arma descendimus, ipsumque Ducatum Mediolani, DEo Optimo justam causam nostram fovente, ejectis Hostibus in nostram & Imperii Devotionem fidemque recepimus, ac Illustrem quondam Franciscum secundum Sforziam Mediolani Ducem, veluti postliminio revocatum ab exilio in paternum Feudum reposuimus; Hic tamen haud ita multo post accepti beneficii non satis memor, cum ad nova Consilia & Fœdera cum Hostibus nostris ineunda deflexisset, ac plerique ex primariis, atque adeo Summis Italiæ Potentatibus, antea maximis beneficiis nostris aucti una cum vicinis Regibus, in nos nihil tale merentes conspirassent, atque huic novo excitato Bello & Incendio non Italia tantum, sed Europa ferme tota Armis conflagraret. Nos vero omni humana ope atque auxilio, præterquam Sereniſſimi Principis Domini Ferdinandi Romanorum, Hungariæ, Boëmiæ etc. Regis, Archiducis Austriæ &c. Fratris nostri Chariſſimi, penitus destituti essemus; DEi tamen Clementia, res eo deductæ sunt, ut disjectis ac profligatis tam ex Insubria, quam Hetruria, & Regno nostro Neapolitano, cum magna sua clade hostibus & Mediolani Status nostris Armis defensus, servatusque sit, & Pax Italiæ reddita. His ergo Victoriis aucti, etsi Jure nostro in hostes uti potuimus, memores tamen pristinæ Clementiæ ac liberalitatis nostræ, & ut plane testaremur, nos maluisse non dimicare, quam cum tanta jactura Christiani Sanguinis vincere, Victoriis illis à DEo concessis ea moderatione usi sumus, ut non tam cupiditate, aut privatæ rei nostræ causa, quam necessitate cumpulsi atque coacti pro Jure & Dignitate Imperii Bellum suscepisse videremur, obliti enim veterum injuriarum, Pacis conditiones amplectimur, ipsumque Ducem Franciscum deprecantem errati veniam, condonata illi noxa, in gratiam nostram & pristinum Statum receptum ac restitutum, datis conditionibus de prænarrato Feudo Ducatus Mediolani pro se suisque Hæredibus, & Successoribus masculis ex ipsius corpore legitime descensuris, denuo investimus, idque Litteris nostris testatum relinquimus, quas hoc loco pro repetitis habere decernimus. Eo autem Duce absque Liberis & Descendentibus legitimis defuncto, quum Mediolanensis Status iterum ad nos & Sacrum Romanum Imperium pleno Jure delatus esset, quamvis de eo statuere jam dudum decreveramus, ne quid tamen de causa novarum rerum in Republica uti pridem magno dolore nostro factum erat, denuo excitaretur, ideo Ducatum ipsum toties jam non sine maximis nostris laboribus & impensis receptum, defensum ac servatum, publicæ tranquillitatis causa & pro conservanda Auctoritate & Jure Imperii, ad manus nostras accipiendum & tantisper retinendum duximus, donec melior de illo in beneficium Christianitatis disponendi occasio

Digitized by Google

occasio daretur. Quæ quum in hanc usque diem expectata magis quam oblata sit, visum nobis tandem est, & reipublicæ rationibus expedire & nostræ Imperiali Auctoritati congruere, ut de eo Statu citra diuturniorem expectationem statueremus. Cæterum diu multumque cogitantibus Nobis, cuinam status iste, tot laboribus, tantoque sumptu cum nostro, tum Subditorum nostrorum, & præcipue Regnorum & Dominiorum Castellæ, Arragoniæ & Cathaloniæ, aliarumque Ditionum hæreditario Jure nobis subditarum fortunis, & Facultatibus, ac sanguine ipso recuperatus, defensus & servatus, merito conferendus esset, ecce opportune sese nobis offert Serenissimus Princeps, Dominus Philippus Princeps Hispaniarum, Archi-Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, & Filius noster charissimus, qui eo munere præ cæteris dignus videatur. Neque enim ullum alium facile inveniri posse arbitramur, quem vel justius hoc beneficio ornare, vel libentius illo uteri & conservare cupiamus, sive publicam Christianitatis causam sive Auctoritatis & Jurium Imperii conservationem, sive etiam sumptus & labores hujus Status gratia, à nobis impensos, ipsiusque Status Mediolani ac totius Italiæ, Potentatuumque & Ordinum ipsius, quorum Paci, quieti & Securitati inprimis recte consultum cupimus, rationes ac præfati charissimi Filii nostri qualitatem, & erga Nos & Sacrum Imperium affectionem studium ac fidem consideremus. His itaque & aliis insuper legitimis causis, & rationibus adducti, non tam privatæ rei aut commodi nostri, & ipsius Serenissimi Filii nostri causa, quam pro conservatione Auctoritatis & jurium Imperii, & in beneficium totius Reipublicæ Christianæ, ac securitatis Italiæ, & ut voto ac desiderio continuæque efflagitationi Subditorum ipsius Status Mediolani satisfaceremus, motu proprio, In Nomine Domini Servatoris nostri, à quo omne donum perfectum, non per errorem, aut improvidentiam, sed animo nostro bene deliberato, ex certa scientia, sano & maturo accedente Consilio, Imperiali Auctoritate nostra, ac de plenitudine Imperialis, supremæ & absolutæ potestatis nostræ, atque alias omni meliore modo, via, Jure, causa, & forma, quibus melius, validius, & efficacius possumus & debemus prædicto Serenissimo Filio nostro Don Philippo, Principi Hispaniarum, & Archiduci Austriæ, etc. pro se & ejus Filiis, & descendentibus masculis legitimis, de legitimo Matrimonio lineaque masculina natis & nascituris, ordine Primogenituræ servato, & juxta naturam Feudi ipsius Ducatus & Status Mediolani, dedimus, concessimus, & elargiti sumus, ac tenore præsentium Literarum nostrarum, damus, concedimus, & elargimur cum titulo, honore, & Dignitate Illustrissimi Ducatus in Feudum Regale, Nobile, Gentile, Honorificum atque Antiquum, Paternum & Avitum, ac titulo & Jure Nobilis, Gentilis, Honorifici, Antiqui, Aviti & Paterni, Feudi Regalis, dictum Ducatum Mediolani ac Comitatus Papiæ, Angleriæque cum omnibus eorum Pertinentiis, & Attinentiis, Feudis, Feudalibus Regaliis, & Juribus Regalium, nec non Urbibus, Civitatibus, Oppidis, Terris, Districtibus, Dominiis, Arcibus, Castris, & Castellis, & cujuscumque Generis Fortalitiis, ac cum mero mixtoque Imperio, Gladii potestate, & omnimoda Jurisdictione, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, Homagiis, Fidelitatibus, Vassallis, etiam majoribus, ad hæc cum omnibus illis, Privilegiis, Prerogativis, Potestatibus, Auctoritatibus, Præheminentiis, Libertatibus, Immunitatibus, nec non Edificiis, Possessionibus, Pratis, Campis, Vineis, Viridariis, Pascuis, Nemoribus, Silvis, Furnis, Molendinis, Aquis, Aqarumque Decursibus, ac Juribus aquæ ducendæ, Piscationibus, Venationibus, Datiis, Gabellis, Pedagiis, Vectigalibus, & cujuscumque generis Redditibus & Proventibus in dictis Angariis, Superangariis, & aliis quibuscunque Bonis, Rebus, Juribus, & Actionibus realibus, Personalibus atque mixtis, directis & utilibus, quomodocunque & qualitercunque spectantibus ad dictos Ducatum Mediolani & Comitatus Papiæ, Angleriæque, cum eorum pertinentiis & attinentiis antedictis. Præterea cum Jure Patronatus Ecclesiarum, seu præsentandi ad eas, Facultate cudendæ Monetæ, tam Aureæ, quam Argenteæ, nec non Merchatuum & Nundinarum, Pœnis quoque & mulctis earumque Indictionibus, Bannis, Confiscationibus, cæterisque Juribus, Jurisdictionibus, Potestatibus, Facultatibus, & commodis cujuscunque Generis vel speciei existant, quæ Prædecessores Mediolani Duces, Papiæque & Angleriæ Comites à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus, Nobisque, & Sacro Imperio in Feudum habuerunt & tenuerunt, etiamsi talia forent, quæ expresse & specifice essent exprimenda & sub quacumque generalitate non venirent, nec inclusa censerentur. Ita quod præfatus Carissimus Filius Noster Don Philippus, ejusque Filii, & Descendentes Supradicti habeant, teneant, & possideant Ducatum & Comitatus prædictos cum omnibus supra commemoratis à nobis, & Sacro Romano Imperio, nostrisque Successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus in Feudum, ac titulo & jure Feudi, ut supradictum est, & hæc omnia cum plena cessione Jurium translatione Dominii, positione in locum, Jus & Statum nostrum, & Sacri Imperii, quoad præmissa constitutione missi, & Procuratoris in rem suam, transferentes in prædictum filium nostrum charissimum, & ejus Filios, & Successores antedictos, omnia jura, omnesque actiones utiles, directas, reales, & personales, hypothecarias & mixtas in & super prædictis Ducatu, Comitatibus, Urbibus, Civitatibus, Castris, Oppidis Locis, Terris, Territoriis, Dominiis, jurisdictionibus, Bonis, Rebus, Juribus & Pertinentiis suis quomodolibet nobis, & Sacro Romano Imperio spectantibus, & pertinentibus, cum facultate quam ipsis per præsentes concedimus & elargimur, redimendi, luendi, & recuperandi, petendi, exigendi, vendicandi, reintegrandi quæcumque membra, ac jura ad dictos, Ducatum, Comitatus, Dominia, Urbes, Civitates Oppida, Castra, Loca & Terras spectantia & pertinentia, alienata, concessa, donata, occupata, illicite detenta, & præsertim quæ cum pacto de retrovendendo

Digitized by Google

dendo sunt alienata, in quibus Jus luendi, nobis, & Sacro Imperio, aut Cameræ nostræ Imperiali seu Ducali Mediolani spectans eidem Carissimo Filio nostro ejusque Hæredibus & Successoribus antedictis per has Litteras nostras cedimus, transferimus, & donamus, vel quovis modo distracta indebite, ac concessa in præjudicium Feudi, ac Imperialis & Ducalis Authoritatis quacumque ratione, titulo seu causa, constituentes Nos insuper omnia supradicta tenere & possidere, seu quasi, nomine prædicti Charissimi Filii nostri & ejus Successorum ut supra donec effectualem eorum Possessionem vel quasi acceperint, cujus adipiscendæ ipsi Serenissimo Filio nostro, & ejus Successoribus jam dictis plenam Facultatem & potestatem concedimus, atque hæc quidem omnia & singula deliberate & consulto facimus, & ut supra dictum est, donamus, cedimus, transferimus, disponimus, & constituimus, non obstantibus quibuscumque Legibus Juribus, Statutis, Decretis, Constitutionibus, Usibus, Consuetudinibus, Privilegiis, Concessionibus, Infeudationibus, & aliis quibuscumque in contrarium facientibus, vel aliter disponentibus aut aliam formam dantibus, vel aliquid pro solemnitate intrinseca, vel extrinseca requirentibus; quibus omnibus & singulis ex certa scientia motu proprio, & de potestatis nostræ Imperialis, plenitudine derogamus, & derogatum in hac parte esse volumus, etiam, si specialem & Individuam derrogationem exposcerent, & demum quibuscunque aliis, quæ vim & effectum hujus nostræ Concessionis, Donationis, & Infeudationis impedire, aut elidere possent, supplentes propterea quoscumque defectus, tam Juris, quam Facti, si qui in præmissis quomodolibet interveniissent, ac omnem solemnitatem tam intrinsecam, quam extrinsecam, quæ in prædictis de Jure, Stylo, vel Consuetudine intervenire debuissent; Jure tamen Feudi, Superioritatis ac Ressorti nobis, & nostris in eodem Imperio Successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Salvo & illeso permanente juxta Feudi ipsius naturam; Hac insuper Lege adjecta, quod prænominatus Filius noster Charissimus, infra Annum à die adeptæ Possessionis prædicti Ducatus Mediolani, & Comitatuum & aliorum præmissorum continue numerandum; Ejus autem Filii & descendentes legitimi, in prædicto Feudo Successores, quoties casus postulaverit à nobis, & Sacro Romano Imperio, & Successoribus nostris in ipso Imperio Romanorum Imperatoribus, vel Feudum recognoscere, ac debitum & consuetum Fidelitatis Juramentum præstare teneantur, juxta Constitutionis Feudalis novamque & veterem, Fidelitatis formam, aliaque omnia facere & adimplere erga nos, & Successores nostros, ac Sacrum Imperium, quæ ratione Feudi debetur, omni dolo, & fraude semotis. Mandantes proinde omnibus & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Vasallis, Majoribus & minoribus, Officialibus, cæterisque Urbium, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum Ducatus, & Comitatuum, ac Dominiorum prædictorum, Magistratibus, Consulibus, Communitatibus, Hominibus, & Subditis nostris, & Imperii fidelibus dilectis cujuscumque Status, gradus, Conditionis, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ existant, præsentibus & futuris, ut prænominatum Serenissimum Principem, Filium nostrum Charissimum, Don Philippum ejusque Successores sæpedictos in eorum veros Principes, & Dominos suscipiant, & admittant, eisque in omnibus & singulis tam judicialibus, quam extrajudicialibus, prout ad eorum quemlibet spectat, & par est, reverenter pareant, debitamque fidelitatem, obedientiam, & obsequia illis præstent. Quatenus nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, & pœnas alias hic infra dicendas cupiant evitare. Nulli autem omnino hominum liceat, hanc nostram Donationis, Concessionis, Infeudationis, Supplectionis, Decreti, & Constitutionis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis vero secus attemptare præsumpserit, præter nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam, Pœnam centum Marcharum Auri purissimi, quotiescunque contra factum fuerit, sese ipso facto noverit irremissibiliter incurrisse, quarum dimidiam Erario seu Fisco nostro Imperiali, residuum vero Serenissimo Filio nostro ejusque Successoribus decernimus applicanda. Harum Testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum, & Bullæ nostræ aureæ appensione munitarum. Datas in Oppido nostro Bruxellensi Ducatus nostri Brabantiæ, Die undecimo, Mensis Octobris. Anno á Nativitate Domini millesimo, quingentesimo quadragesimo. Imperii nostri vigesimo & aliorum nostrorum vigesimo quinto *Caroli* V. Perenottus, Ad Mandatum Cesareæ & Catholicæ Majestatis proprium. Obernburger.

Quibus quidem Litteris Cæsareis sic per me diligenter inspectis & visis, ac correctis & fideliter extractis per Secretarium Regium, ac Notarium Publicum infrascriptum in præsentia Testium infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum, eas exemplari fecimus, & transumi ex dicto suo vero authentico Originali, ac in hanc Transumpti formam & Exemplar redigi. Decernens & volens, ut huic publico Instrumento Transumptionis, & Exempli eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, ubique Locorum & Terrarum, ac ubi opportunum fuerit, quæ ipsis Originalibus Litteris Cæsareis adhiberetur, si fuerint exhibitæ, & Ostensæ, & ad majorem evidentiam & corroborationem omnium præmissorum, Auctoritatem nostram pariter, & Decretum interposuimus, prout tenore presentium interponimus. In quorum fidem, & Testimonium præsentes Litteras manu propria, nomine, ac Sigillo nostris munitas, ac per ipsum Secretarium Regium ac Notarium Publicum infrascriptum subscriptas eas corroboravimus. Datum & actum in Oppido Valisoletti, Palentini Diœcesis, in ædibus nostræ solidæ residentiæ, sub Anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, die vero vigesima sexta mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri *Pauli* Papæ ter-

Digitized by Google

tii Anno ejus quarto decimo. Præsentibus ibidem discretis, ac honorabilibus Viris *Georgio de la Placa*, Laico Conchensi, *Didaco de Ayala* & *Gabriele de Cayas*, præfatæ Cæsareæ Majestatis alumnis & familiaribus Testibus ad præmissa vocatis, & specialiter atque rogatis. Est super rasum, Flandriæ, Hispaniarum Lys, valeat & non noceat. Signatum I. Episcopus Lucensis.

Et quia ego Gonsalus Perezius Sacræ & Cæsareæ Majestatis Secretarius & Apostolica ac Regia auctoritatibus Notarius comprobationi hujus Transumpti una cum prænominatis Testibus præsens interfui, & cum suo Originali concordare illud inveni, ideo me hic subscripsi, Signumque meum apposui, in fidem ac testimonium veritatis signavi,

Gonsalus Perezius.

CXXII.

Literæ Caroli V. Romanorum Imperatoris, quibus Philippum, Hispaniarum Principem, de Ducatu Mediolani Comitatibusque Papiæ & Angleriæ investivit, d. d. 5. Julii, An. 1546.

HOc est transumptum bene & fideliter sumptum a quodam Privilegio Originali Investituræ & Infeudationis status, & Ducatus Mediolani Comitatuumque Papiæ & Angleriæ a Cæsarea & Catholica Majestate Caroli quinti Divina favente clementia Romanorum Imperatoris semper Augusti, Regis Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. concessæ Serenissimo ac Potentissimo Domino Don Philippo ejus Filio Dei gratia Principi Hispaniarum & utriusque Siciliæ &c. Archi-Duci Austriæ, Duci Burgundiæ, Mediolani & Brabantiæ &c. Comiti Habsburgi Flandriæ & Tirolis &c. manu propria ejusdem Imperatoris signato, ejusque Bulla aurea cordulis aureis pendenti munito in forma ampla, & solemni ac in Imperiali Cancellaria consueta expedito, cujus tenor sequitur in hunc modum: Carolus V. Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Hispaniarum utriusque Siciliæ, Hierusalem Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Balearium Sardiniæ Fortunatarum, & Indiarum ac Terræ firmæ Maris Oceani & Archi-Dux Austriæ Dux Burgundiæ, Lothrici, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucembergiæ, Geldriæ, Wittembergæ &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Arteſiæ & Burgundiæ, Palatinus Hanoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretii, Friburgi, Namurci, & Zuttphaniæ; Landtvogius Alsatiæ, Marchio Burgoviæ & Sacri Romani Imperii &c. Princeps Sueviæ, &c. Dominus Frisiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis & Mechliniæ &c. ad futuram rei memoriam, recognoscimus pro nobis & nostris in Imperio Successoribus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum, per obitum Illustris quondam Francisci secundi Sfortiæ Mediolani Ducis absque Hæredibus legitimis, & Feudi capacibus defuncti, ejusdem Mediolanensis Ducatus, & Status ac Pertinentiarum, utili Dominio pleno jure ad nos, & Sacrum Romanum Imperium devoluto, Nos pro majori & stabiliori securitate ejus Status & ut illi talem præficeremus, qui Sacri Romani Imperii jus & proprietatem, auctoritate potentia, & viribus tueri, & conservare, subditos vero in pace, & justitia regere & gubernare posset eundem Ducatum, Statum & Dominium Mediolanensem, ex supradictis & aliis rationalibus causis, cum omnibus suis pertinentiis, & juribus Serenissimo Principi Hispaniarum, Archi-Duci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c. Filio nostro charissimo, motu proprio, & quod nullum magis utilem, convenientem, ac idoneum ad ejusdem status & Jurium Sacri Imperii in eo deffensionem compe-

riremus ante aliquos annos contulerimus & donaverimus, prout in literis nostris desuper editis latius continetur; ejusmodique donationem prædictus Filius jamdudum gratanter, ac humiliter acceptaverit. Proinde cupientes hujusmodi nostram donationem ut par est, debitum sortiri effectum & illius quoque animum ad Sacri Imperii devotionem, ac ea offitia, quæ ipsum Sacrum Romanum Imperium a tanto Vassallo, & ejusdem Imperii Principe, jure merito expectare potest & debet excitare, ac plenius demereri desiderantes; Eundem Serenissimum Principem Filium nostrum charissimum, id a nobis suppliciter ac instanter petentem, ex nostra scientia ac de nostra Imperialis Potestatis plenitudine, sano Principum ac Procerum nostrorum, & Imperii Sacri fidelium accedente consilio, maturaque super his deliberatione præhabita de benignitate Imperiali, hodie in Nomine Domini Salvatoris nostri (a quo omnis Principatus, Dignitas & honor provenire dignoscitur) pro se ac filiis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, & procreandis, & aliis Descendentibus, qui ex ipso & Filiis ejus legitimis Masculi, & legitimi nascentur secundum ordinem genituræ, & ejusdem feudi naturam infeudavimus ac investivimus, nec non infeudamus & investimus de dictis Ducatu Mediolani, nec non de Comitatibus Papiæ, & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ in præsenti ad dictos Ducatum & Comitatus spectant, seu olim spectarunt, & pertinuerunt, Ducibusque & Comitibus prædictis competierunt, seu etiam competere debent, de jure, consuetudine vel aliter quomodocunque, juxta formam investiturarum antiquarum, & cum omnibus juribus, Honoribus, Prærogativis, Libertatibus & Exemptionibus in eisdem antiquis investituris latius expressis, quas hic in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus, ac si de verbo ad verbum inserta essent. Ita tamen quod præfatus Serenissimus Filius noster, pro hujusmodi Infeudatione, & investitura teneatur infra sex menses proximos a data præsentium computandos debitum Homagium facere pro nobis & nostris in imperio Successoribus & fidelitatis juramentum ab cæteris Imperii Principibus præstari solitum in manibus Illustris Consanguinei nostri ac Generosorũ Fidelium nobis dilectorum Don Aluysii Hurtado de Mendocia, Marchionis de Mondesar, Comitis Tendillæ, Senatus nostri rerum Indiarum Præsidis Francisci a Covos & Joannis a Stunica Præceptorum majorum Ordinis Sancti Jacobi de Spada in Regnis nostris Legionis & Castellæ Consiliariorum

Digitized by Google

rum rerum Status ac Commissariorum nostrorum ad id specialiter conjunctim & divisim deputatorum praestare, atque alia erga Nos, & Sacrum Romanum Imperium adimplere, quæ de jure aut Consuetudine ex antiquo, ratione hujusmodi Feudi, debentur ejusdem Ducatus Privilegiis semper salvis, & omni quoque dolo, & fraude semotis. Quæ quidem omnia & singula in prædictis nostris, & Prædecessorum nostrorum Litteris, & investituris concessa, facta, disposita, declarata, atque decreta motu proprio, & ex certa scientia & imperialis plenitudine potestatis, deliberate & consulto de novo, quatenus opus sit, & expediat, in favorem praefati Serenissimi Principis Hispaniarum Filii nostri, ejusque Hæredum & Descendentium prædictorum, facimus, disponimus, declaramus, & decernimus, non obstantibus quibuscumque Legibus & juribus, Constitutionibus, Consuetudinibus, Privilegiis, Promissionibus, Concessionibus, Infeudationibus, ac aliis quibuscumque concessis, vel concedendis in contrarium facientibus, aliter disponentibus vel aliam formam dantibus, vel aliquid pro solemnitate intrinseca, vel extrinseca requirentibus. De quibus omnibus, ex eisdem certa scientia motu proprio ac potestatis plenitudine, dispensamus eisque derrogamus & dispensatum ac derrogatum esse volumus, etiamsi specialem, & individuam dispensationem seu derogationem exposceret, & demum quibuscumque aliis, quæ vim & effectum praesentis nostræ declarationis, Concessionis, Infeudationis & investituræ impedire, aut elidere quoquomodo possent; supplentes praeterea quoscumque defectus tam juris quam facti qui in praemissis quomodolibet intervenissent ac omnem solemnitatem tam intrinsecam, quam extrinsecam quæ in prædictis de jure Stilo, Consuetudine, seu more Sacri Imperii intervenire debuisset. Et quoniam praefatus Serenissimus Princeps Hispaniarum Filius noster charissimus, ad ipsum Mediolanense Dominium confestim accedere impeditur, atque ex multis causis dicti Dominii, ac status Mediolanensis & Subditorum ejusdem Securitati expedire nobis videatur, ut idem Dominium & Status in nostra Protectione & administratione ad aliquod tempus permaneat, hinc nobis hujusmodi administrationem Dominii & Status Mediolanensis prædicti, ac Comitatum Papiæ, Angleriæque, & pertinentiarum eorumdem, sub Imperiali titulo tam jure directi Dominii, quam praesentis nostræ reservationis vigore ad biennium proximum a data praesentium continue numerandum retinere intendimus ac retinemus cum plena ac libera facultate de hiis, quæ ad ejusdem Status utilitatem seu necessitatem quovis modo pertinent in omnibus & singulis rebus & causis tam publicis, quam privatis, & tam justitiam quam gratiam concernentibus, sive contentiose sive voluntarie jurisdictionis existant, omni eo modo, quo fecimus libere, & absque ulla restrictione disponendi necessitate, seu utilitate status publici bona & reditus ejusdem Ducatus & Comitatuum obligandi, hypothecandi, alienandi, Justitiam & gratiam delinquentibus, & Damnatis seu Bannitis faciendi: Gubernatorem & Gubernatores ac omnes alios officiatos generales & particulares instituendi, & destituendi, & omnes alios, & singulos similes aut dissimiles, vel majores Actus faciendi, & exercendi, prout hactenus facere & exercere consuevimus. Ita tamen quod gubernator Principalis seu Generalis dicti status a nobis ibidem constitutus seu constituendus eidem Filio nostro, tanquam vero Duci Mediolani per se, vel Procuratorem post fidelitatis juramentum ab illo prædictis nostris Commissariis praestitum similiter jurare teneatur. Praeterea ea quoque adjecta conditione & lege quod quandocumque nos hujusmodi administrationem ante praenarratum tempus, morte vel aliter quomodocunque deponere contigerit; Quod praefatus Serenissimus Princeps Hispaniarum, Filius noster charissimus, confestim nullius requisita seu expectata desuper licentia, liberam & commodam possessionem & administrationem ejusdem Ducatus, propria authoritate apprehendere possit, & valeat absque omni impedimento & contradictione. Mandantes Gubernatori, Præsidi, & Senatui ac universis & singulis Mediolani Papiæ, & Angleriæ Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vasallis, Officialibus & Ministris, cæterisque Civitatum, Locorum & Terrarum totius Ducatus & Status, Mediolani, & Comitatuum Papiæ Angleriæque, Subditis & aliis nostris & Imperii Sacri Fidelibus dilectis cujuscunque praeheminentiæ dignitatis Status, gradus, ordinis aut conditionis existant, tam praesentibus quam futuris ut praefatum Serenissimum Principem Hispaniarum Philippum Filium nostrum Charissimum ejusque Hæredes & Descendentes antedictos tanquam eorum veros ordinarios & legitimos Principes & Dominos recipiant, & agnoscant, eisque consuetum Homagium & fidelitatem praestent, eorum præceptis & jussionibus reverenter & firmiter, ut par est, pareant & obediant atque omnia alia praestent & faciant, quæ fideles, Vasalli, Officiales & Subditi, eorum naturalibus, veris & legitimis Principibus, & Dominis facere & praestare tenentur de Jure, Consuetudine, aut Privilegio Speciali, Mandantes praeterea omnibus & singulis Electoribus & aliis Principibus Ecclesiasticis & Secularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscumque aliis Praelatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Praefectis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, Consulibus Judicibus, Civibus, Communitatibus quarumcumque Civitatum, Oppidorum, Terrarum & Locorum, & denique omnibus aliis nostri & Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum nostrorum Subditis & fidelibus dilectis cujuscumque status, gradus, praeheminentiæ, dignitatis, ordinis & conditionis fuerint praesentibus & futuris, tam Italicæ quam Germanicæ, aut alterius cujuscumque Nationis de Sacro Romano Imperio existentis sub Pœna Banni Imperialis, nec non privationis, & amissionis omnium & singulorum Privilegiorum, Regaliarum Feudorum, Bonorum & Jurium, quæ a Divis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus & Regibus ac Nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo obtinent, ne ipsum Serenissimum Principem Hispaniarum Philippum Filium nostrum Charissimum ejusque Hæredes Masculos

los legitimos ſupradictos in prædicta noſtra donatione Conceſſione, & hac noſtra Infeudatione, Inveſtitura Ducatus, Comitatuum, Pertinentiarum & Jurium prædictorum aut aliqua eorum parte impediant, perturbent, moleſtent, gravent, ſed illis omnibus, & ſingulis libere & pacifice ſecundum eorum formam & tenorem uti, frui, & gaudere ſinant, & contrarium ne faciant, neque fieri procurent, aut permittant directe vel per indirectum; quovis quæſito colore ingenio, ſeu prætextu. Quatenus pœnas ſupradictas, & præterea mulctam marcharum mille auri puri maluerint evitare, qua quilibet contrafaciens toties, quoties contrafactum fuerit ultra pœnas ſupra cominatas, ipſo facto, ſe noverit irremiſſibiliter incurriſſe, quarum dimidium Imperiali fiſco ſeu Ærario noſtro reliquum vero Parti læſæ decernimus applicandum. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Bullæ noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datum in Civitate noſtra Imperiali Ratisbona, die quinta menſis Julii Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, Imperii noſtri vigeſimo & Regnorum noſtrorum trigeſimo primo. Carolus Vt. Perenotus. Ad Mandatum Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis Proprium. Jo. Obernburger. Quod quidem Tranſumptum fuit a ſuo Originali extractum, & per me Secretarium, & Notarium publicum infraſcriptum cum eodem collatum in præſentia Excellentis Domini Joannis de Figueroa, Equitis juris utriusque Doctoris, Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis Conſiliarii & Referendarii & Regentis Cancellariam in Citerioris Siciliæ Regno, qui in fidem, & teſtimonium veritatis ſe hic ſubſcripſit, Sigillumque Regium apponi fecit in Civitate Vintonia, Regni Angliæ die tertia Menſis Auguſti Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto. Signatur Jo. De Figueroa &c. Teſtes, qui collationi, & Comprobationi præinſerti Cæſarei Privilegii cum ſuo Originali præſentes fuerunt Gabriel a Zayas & & Petrus de Angulo Hiſpani, Franciſcusque Scaramus Neopolitanus ad hoc ſpecialiter vocati atque rogati. Et quia ego Gonſalus Perezius Sacræ Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis Secretarius, & Apoſtolica ac Regia auctoritatibus publicus Notarius, collationi & comprobationi hujus Tranſumpti una cum prænominatis Teſtibus præſens interfui, & cum ſuo Protothyppo ſive Originali concordare illud inveni, ideo me hic ſubſcripſi & ſignum meum apposui in fidem ac Teſtimonium veritatis. Signatum Gonzalus Perezius, & Sigillatum.

CXXIII.

Capitulatio inter Gubernatorem Mediolanenſem & Finarienſes facta diebus 18. 20. & 22. Maji, Anno 1571.

PArtido, que ofrece Beltran de la Cueva a la gente del Marques Alphonſo, que guardaca el Caſtillo de Govonne y la Aprovacion de el Duque de Alburquerque.

Don Beltran de la Cueva, por parte, y en nombre del Illuſtriſſimo, y Excellentiſſimo Senor Don Gabriel de la Cueva Duque de Alburquerque &c. Capitan General por ſu Mageſtad en Italia, y ſu Governador en el Eſtado de Milan, &c.

Aviendo embiado a Petro de Paz Sargento Mayor, que en mi nombre, por parte de ſu Excelencia al Caſtelano del Caſtillo del Final, a que por reſpectos convenientes a la conſervacion del Eſtado del Milan, tuvieſſe por bien de aceptar dentro el preſidio que fueſſe neceſſario, a tal que no pudieſſen Franceſes occupar el dicho Caſtillo por el gran danno, que dello reſultaria al dicho Eſtado, y que eſſo no era por invadir, ni quitar a nadie coſa ninguna, ſino ſolo para el efecto arriba dicho. Y aſſi mesmo, que las perſonas aſſi del dicho Caſtellano, como de los de mas, que goviernan, y reſiden en el dicho Caſtello, puedan eſtar en el libremente, ò ſalir, como mas fuere ſu voluntad con todos ſus bienes ſin recibir danno, ni perjuyzio, en lo uno, ni en lo otro, y aviendolos el dicho Sargento Mayor, dicho todo lo arriba contenido quatro vezes, en mi nombre, por parte de ſu Excelencia, y requirido les con la paz, proteſtando les, que todo el danno, que ſobre ello ſuccedieſſe era por culpa, y cauſa dellos, y contra la voluntad, y mente de ſu Excelencia, y mia; y non fiedo aceptado por ellos, antes de continuo ofendiendo a los Soldatos deſte Exercito, y aviendo el dicho Caſtellano, y los que goviernan el dicho Caſtillo, elomado oy al Sargente Mayor, y pedidole de nuevo, les dixeſſe lo que las otras vezes les avia dicho; y deſpues de referido, pidieron ſe lo dieſſe en eſcrito, y firmado de mi nombre, y a tal que el dicho Caſtellano, y los de mas, que goviernan, y reſiden en el dicho Caſtillo, eſten ciertos, y ſeguros, que todo lo ſobre dicho, que el Sargento Mayor les ha dicho, fue por orden mi a de parte de ſu Excelentia, les prometo en nombre del Duque mi Sennor de guardar lo arriba dicho, y por el Sargento Mayor a ellos ofrecido; porque la intencion de ſu Excelentia no es echarlos fuera, ni quitarles el Caſtillo, ni llegar a nada de lo que en el tienen, ſino que eſten en el con todo quanto en el ay, acetando el preſidio, que yo quiſiere por parte, y en nombre de ſu Excelencia meter en el dicho Caſtillo, y eſto para ſolo aſegurar, que Franceſes no entren eh el, como arriba eſta dicho, y para mayor ſeguridad del dicho Caſtellano, y los que goviernan y reſiden en el dicho Caſtillo, de eſta firmada de mi nombre. Dat. en el Burgo del Final a 14. de Mayo 1571. Sottoſcr. *Don Beltran de la Cueva.*

Para mayor declaracion de la mente mia en nombre del Duque mi Sennor, y como por mandato mio el dicho Sargento Mayor muchas vezes, les ha dicho, dezimos, y declaramos, que la Guarnicion, y Preſidio, que metemos en el dicho Caſtillo, ni por otra qualquiera coſa hecha, ò que hizieramos, no entendemos prejudicar direta, nè indireta à los razones de la Ceſarea Mageſtad de l' Emperador, ni del Sacro Imperio Romano, ni del Sennor Marques del Final, masque ſiem pre queden ſin ningun per-

Digitized by Google

perjuizio, offenſion, ni derogazion, en el mesmo grado, forma, y manera, que en eſtado por el paſado, y aſſi en nombre de ſu Excelencia lo prometo guardar, y oſſervar.

Que todos los bienes, que huviere en el dicho Caſtillo, que fueren del Sennor Marques, ò ſea oro, plata, Eſcrituras, Armas, Artileria, Municiones, y de otra qualquiera calidad que ſea, pueda el Sennor Marques, ò ſus legitimos Agentes, ò Procuradores ſeguramente transferireas, y Uevarlas todos, ò parte de las adonde fuere la voluntad del Sennor Marques, ò de ſus Procuradores, y desde agora declàramos a los mesmos, que goviernan le dicha Fortaleza, ò tros quales quiera, que tuvieren eſpecial, y legitima Procura para ello puedan, y tengan Comiſſion pora Uevar, y hazer de todo ello liberamente loque quiſieren.

Aſſi mesmo, que todos los otros bienes aſſi del Caſtellano, como de los de mas, que goviernan el dicho Caſtillo con ſus perſonas, y vidas, ſean ſalvos, y los puedan llevar, y ellos yr adonde les pareziere, y tornar ſeguramente ſin ningun impedimiento, ni offenſion.

Que los Soldados del dicho Caſtillo ſean todos ſalvos, y ſeguros, y los que ſe quiſieran yr lo puedan hazer libre, y ſeguramente con todas ſus armas, y ropa ſin ſer ofendidos, ni moleſtados de ninguna perſona, y que los de mas, que al Caſtellano, y a los que goviernan quiſieren quedar, lo puedan hazer, ò otros tantos en ſu lugar.

Que el Capitan Delfin ſea buelto en gracia, como de primero aſſi de la vida y honora, como de los tiennes ſugos, y le ſea quitado la talla, y bando, como desde aora ſe le quita, y quede en el mesmo eſtado, y gracia que eſtava antes de aver entrado eſta poſtrera vez en el dicho Caſtillo.

Que todos los Vaſſallos, y Subditos del Senor Marques que eſtan en el dicho Caſtillo queriendo puedan bolver a ſus caſas, y gozar de ſus haziendas, y biennes libremente, ſin ſer moleſtados, ni inquietados en hechos, ni en palabras, como perſonas, que eſtan debaxo de la protecion de ſua Excelencia, y de la perſona, que aqui en ſu nombre quedara.

Que ſu Excelencia, como Capitan General en Italia y Governador del Eſtade de Milan por ſu Mageſtad, firmara las preſentes Capitulaciones de ſu propria mano, en termino de doze dias.

Que todo lo arriba, y concedido, ſe entiende despues de aver recebido, y acetado el Preſidio en el Caſtillo, que a mi me pare ciere.

Que de las praeſentes Capitulaciones les ſeran dadas dos Copias autenticas, de las quales puedan hazer lo que quiſieren. Dat. en el Burgo del Final a 18. de Mayo. 1571.

Subſcript. Don Beltran de la Cueva, & ſigillat.

Por mandato de ſua Sennoria Illuſtriſſima. Juan Guen.

Illuſtre Senor.

He viſto lo que aveis concedido a los del Caſtillo del Final, y hareis, que todo ſe cumpla, y effectue, como, y de la manera, que vos lo haveis firmado de vueſtra mano; lo qual confirmo por eſta carta, firmada de la mia, y guarde Nueſtro Sennor vueſtra Illuſtre perſona con el acrecentamiento, que yo deſeo. De Milan à 20. de Mayo 1571.

Aſervicio di V. M.

El Duque de Alburquerque.

A tergo, al' Illuſtre Sennor, el Sennor Don Beltran de la Cueva mi ſobrino.

(L. S.)

Extractum fuit præſens exemplum à Scripturis pertinentibus ad Marchionatum Finarii, & exiſtentibus in Regio Ducali Archivio Mediolani in Falcia ſignat. & inſcripta Copia de Decreti Cæſarei &c. in Capſa, ſeu Cophano ſignato D.

Platonus.

Carta a los Comiſſarios Imperiales, del Sennor Duque de Alburquerque, en la qual declarano aver tenido animo de occupar la Juridicion del Final ni los reditos, ſine dolo el Caſtillo, y la cauſa, que lo ha movido a eſto.

Illuſtres Senores.

Entiendan vueſſas Sennorias, que yo no me movi a embiar la gente al Final, por loque vueſſas Sennorias dizen el Memorial, que me dieron a 20. de el preſente, ſino por eſcuſar el mucho des aſſoſiego, diſturbo, y danno, que podia venir a eſte Eſtado, ſi los Franceſes ſe apoderaſſen del dicho Final, como tuve por machas partes aviſos duplicados con gran certification, de que lo querin hazer, y andando movida in Francia tanta gente como anda, y aviendo yo ſabido de parte oierta, que Franceſes embiaron a tratar con el Marques del Final, que les vendieſſe, ò permutaſſe ſu Eſtado: y viendo, que el Marques eſtava tan mal con ſus Vaſſallos, y ſus Vaſſallos con el, con mucha razon ſe podia creer, que holgara de trocarlos, por otros, que el Rey de Francia le dieſſe en ſu Reyno, con que viviesſe mas quieto, y ſoſegado, y ſin tener que reſponder, ni dar deſcargo a la Mageſtad del Emperator, de las quexas, y agravios, que ſus Vaſſallos han dado contra el a ſu Mageſtad Ceſarea, y pare ciendome, que no podia complir con la obligacion de mi cargo, ſino me aſſegurava de que los Franceſes no ſe apoderaſſen del dicho Eſtado, y para eſſe efecto, y no para otra coſa embie la gente, pues los Miniſtros de ſu Mageſtad Catholica, numca tuvimus, ni tenemos voluntad de dexar de ſervir a ſu Mageſtad Ceſarea, con todo el reſpeto, que ſe dove a tan gran perſona, y que tan eſtrecho denudo tiene con ſu Mageſtad Catolica. Y aſſi mi animo nunca fue ni es de ocupar la Jurisdicion, y tentas del Eſtado del Final, ſino que en lo uno, y en lo otro puedan hazer vueſſas Sennorias como Comiſſarios de ſu Mageſtad Ceſarea, todo lo que quiſieren; por que lo que yo ſolo quiero, y pretendo es tener la gente que tengo en el Caſtillo, y en aquel Eſtado, por aſſegurarme, que los Franceſes no le ocupen, de que pueden

Digitized by Google

reſultar, en lo que eſtà a mi cargo, los grandes inconvenientes, que eſtan dichos: y anſi tengo por cierto, que aviendo la Mageſtad del Emperator ſido ſervido de mandar conſiderar de la importancia que eſto es, vera, que yo no podia dexar de hazer lo que he hecho, por las cauſas, y reſpectos dictos: pues como ſu Mageſtad Ceſarea ſabe mejor que nadie, los Miniſtros de los Reges no podemos dar diſculpa, quando por la negligencia, y deſevido, aventuramos a perder lo que eſtà a nueſtro cargo, por no hacer para evitarlo las prevenciones, y diligenzias, que ſomos obligados, y guarde nueſtro Senor las Illuſtres perſonas de vueſſas Senorias.

En Milan a 22. Mayo 1571.

A Servicio de vueſſas Senorias.

El Ducque de Alburquerque.

Acergo a los Illuſtres Sennores, los Sennores Commiſſarios de Su Mageſtad Ceſarea.

Extractum fuit præſens exemplum à Scripturis pertinentibus ad Marchionatum Finarii & exiſtentibus in Regio Ducali Archivio Mediol. in Capſa, ſeù Cophano ſigillato A. & à Volumine ſignato F. &c.

Platonus.

CXXIV.

Capitulatio de Marchionatu Finarienſi per Gubernatorem Mediolanenſem in manus Commiſſariorum Maximiliani II. Roman. Imperatoris reſtituendo, die 27. Octobr. Anno 1573. concluſa.

EN Milan à veinte ſiete de Octubre de mil y quihcentos y ſetanta y tres, el Illuſtriſſ. ſennor Don Antonio de Guzman, Marques d'Ayamonte, Governador del Eſtado de Milan, y Capitan General en Italia per el Rey Catholico D. Phelippe de Auſtria por una parte, y los muy Illuſtres Sennores Luca Romer de Maretſez, Comendador, y Capitan Provincial en el Contado de Tyrol, y Chriſtoval Segismondo Romer de Maretſez, Comendador en Mayelberg, y Capitan de Trieſte, y Jacobo de Romenguen Comiſſario Deputado de la Mageſtad Ceſarea ſobre la reſtitucion, y entrega del Caſtillo, y Eſtado del Final por la otra, y en cumplimiento de los Capitulos acordados, y aſentados entre las dichas Mageſtades por medios de los Sennores Conde de Mònteagudo, y Don Petro Faxardo, y deſpues de averſe tractado, y platicado entre ellos en eſta materia lo que convenia, y aber el dicho Sennor Marques entendido la buena volontad de los dichos Sennores Commiſſarios Imperiales en eſte negocio, y lo que en gracia, y complacencia de Su Excelencia, y de ſu pareces, y conſentimiento querian, y ſe ofrecian azer à beneficio de los verinos del dicho Final, como abaxo ſe dirà, en toda concordia, y conformedad, y en execution de los dichos Capitulos contenidos en un Decreto de la dicha Ceſarea Mageſtad fecho à 19 de Setiembre d'eſte anno, que quedaron en poder del Secretario infraſcripto convinieron, y capitularon, que la dicha reſtitucion, y entrega ſe hiziele, y recibieſe con las condiciones, y additamentos ſiguientes.

Lo primero el dicho Sennor Marques de Ayamonte dixo que en quanto à la entrega de Caſtillo de Govon, y Eſtado del Final eſtava pronto, y prometia de entregar el dicho Caſtillo con l' Artilleria, Moniciones, y las de mas coſas, que ſe hallaſſe, y conſtaſſe averſe tomado al tiempo de la ocupacion del, ſin que faltaſſe coſa, conforme à los dichos Capitulos, del Decreto Ceſareo, y que in lo de mas del dicho Eſtado, y Burgo de Final era tambien pronto de reſtituir todo lo que del ſe huviere occupado por la Mageſtad Catolica, ſin que en ninguna parte del quedaſſe Soldado, ni coſa que pudieſſe eſtorvar la verdadera, y real entrega à los dichos Sennores Comiſſarios en nombre de la Mageſtad Ceſarea à los qual ſe entregaria libre, y realmente, y ſe introduz irian en lo que ſi huviſſe aſſi occupado con los Soldados, que eſtava tratado à toda ſu ſatisfacion, eceptuado la Vale de Eſtelanello, y Novello, que han de quedar, como eſtavan, y eſtan ſegun Sa Mageſtad Ceſarea en el dicho ſu Decreto ordena, y apunta, y con la proteſtacion, que los dichos Sennores Comiſſarios en ſu nombre hizieron, y que las fuerzas de la Mageſtad Catholica eſtarian prontas, y aparexadas para el caſtigo de los dichos Subditos en caſo, que deſobedecieſen à los mandamientos Ceſareos, y de los dichos Comiſſarios en nombre de la Mageſtad Ceſarea, y para la pacifica poſſeſſion del dicho Eſtado en adelante ſiempre, que fueſſe neceſſario, y dixo aſſi miſmo, que todo lo que ſe avia tratado, y reſuelto por los dichos Sennores Comiſſarios en eſte negocio avia ſido a ſu inſtancia, y interceſſion, y con ſu parecer.

Y luego los dichos Sennores Comiſſarios aviendo viſto la reſpueſta, echa por el dicho Sennor Marques al Memorial de los Capitulos, que por ſu parte ſe le dio, que es conforme à lo ſuſo dicho, dixeron que la aceptavan, y aceptaron en nombre de la Mageſtad Ceſarea por la orden, y comiſſion que para ello tenian, y promitieron en nombre de la dicha Mageſtad Ceſarea de que por cauſa de las inobediencias, y rebeliones paſſadas, hechas por los del Final à la Mageſtad Ceſarea no les daria ningun caſtigo, antes ſe lo remetian, y perdonan en virtud de la dicha Comiſſion, y orden, que de la dicha Mageſtad Ceſarea para ello tienen y de no Uevar, ni conſentir nombre del Marques en ſu Com-

Digitized by Google

Compagnia, y de no ponerees Guarnicion, ni Presidio en el Borgo del Final si no fuere con la intercesion de su Excelencia ni mas de los sciscientes Alemanes, que tienen para ello autoridad, y reputacion de la Magestad Cesarea, y dellos en su nombre, y para guardias de las puertas dando ellas fianzas de la suma de qvince mill Escudos, y sois personaies por Rehenes a su satisfacion, y entregandoles las armas, y entretanto, que non dan Mercaderes por fiadores, y respondientes de la dicha cantidad, ha de dar en su poder otros sey hombres á su satisfacion por seguridad, y este perdon, y gracia se entiende quedando permaneciendo ser buenos subditos de la M. C. y obedientes à sus mandamientos, delos dichos sennores Comissarios en su nombre, y por contemplacion de la Magestad Catholica, y à instancia, y intercession del Sennor Marques de Ayamonte teniendo por mas seguridad su palabra, y oferta, que en nombre de la Magestad Catholica se les ha hecho, que ha de asister con las fuerzas de la dicha Magestad Catholica en caso, que los dichos del Final desobedeciesen y desacatasen de aqui adelante, y sus Rehenes, en que haziendola los dichos del Final de otra manera no sean los dichos Sennores Comissarios obligados à ninguna observancia delo que aqui prometen, y por fee, y testimonio de lo qual, y de todo lo arriba dicho, y contenido los dichos Sennores Marques, y Comissarios en virtud de la Comission, que cadauno dellos tiene acerca desto lo firmaron de propria mano, y sellaron con los sellos de sus armas en dicho dia, mes, y anno, signat. El Marques de Ayamonte, L. Romer Land. Christofar Sigismondo Romer, Jacob von Romingue El Secretario Antonio de Sotello, y sellado con los Sellos de lo suso dichos Sennores. Loco del † Sigillo

Juan de Neyra.

CXXV.

Rudolphi II. Romanorum Imperatoris literæ, quibus Philippum II. Hispaniarum Regem, de Ducatu Mediolani Comitatibusque Papiæ ac Angleriæ investivit, d. d. 28. Febr. A. 1579. quibus simul insertæ sunt priores investituræ, nimirum Caroli V. & Ferdinandi I. Imperatorum.

RUdolphus secundus Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Ungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Viertembergæ & Tecka, Princeps Sueviæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Landtgravius Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, Portus Naonis, & Salinarum etc. Ad futuram memoriam Recognoscimus tenore præsentium pro nobis, & nostris in Imperio Successoribus notum facientes Universis. Cum Divus quondam Imperator Carolus Quintus augustæ memoriæ, Magnus Patruus, Avus maternus, & Prædecessor noster observandisimus superioribus annis devoluto ad Majestatem suam, & Sacrum Romanum Imperium pleno Jure, per obitum Illustris quondam Francisci Sfortiæ Mediolani Ducis absque Hæredibus legitimis, & Feudi capacibus defuncti, ejusdem Mediolanensis Status & Ducatus, ac pertinentiarum utili Dominio volens, & cupiens securitati, & incolumitati ejus Status quam posset rectissimè consulere, & talem Principem ei præficere, qui Sacri Romani Imperii Jus, & proprietatem auctoritate, potentia & viribus tueri & conservare, Subditos vero in pace & justitia regere, & gubernare posset, eundem Ducatum, Statum & Dominium Mediolanense ex supradictis, & aliis rationabilibus causis cum Comitatibus Papiæ & Angleriæ, ac omnibus eorum pertinentiis & Juribus Filio Charissimo Serenissimo Principi Domino Philippo Hispaniarum, utriusque Siciliæ & Hierusalem &c. Regi Catholico, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ & Mediolani &c. Avunculo Sororio, & Fratri nostro Charissimo motu proprio & quod nullum magis utilem convenientem, ac idoneum ad ejusdem Status, ac Jurium Sacri Imperii in eo defensionem comperiret paterne contulerit, atque donaverit, & post modum Serenitatem ejus de dictis Ducatu Mediolani, ac Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ ad dictos Ducatum & Comitatus tunc spectabant, seu olim spectaverant, seu pertinuerant, Ducibusque & Comitibus prædictis competierant, seu etiam competere deberent de Jure, vel Consuetudine, vel aliter quomodocunque juxta formam Investiturarum antiquarum, & cum omnibus Juribus, Honoribus Prerogativis, Libertatibus & Exemptionibus in antiquis Investituris latius expressis non tam pro serenitate sua, quam etiam ejusdem Filiis masculis ex legitimo Matrimonio procreatis, ac procreandis, & aliis descendentibus, qui e Serenitate sua, & Filiis ejus legitimis masculis legitime nascerentur secundum ordinem genituræ, & ejusdem Feudi naturam infeudaverit, & investiverit: Posteà vero cum existimaret omnibus modis prospiciendum ut futuris contentionibus & differentiis quæ inter Successores oriri possent omnis occasio præcluderetur in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus supradictis talem succedendi rationem & formam constituerit, per quam status ille cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum integer & indivisus conservaretur, ita ut neque Successorum pluralitate, neque Competitorum ambitione vel contentione distrahi, sive discerpi, quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu & Comitatibus succederent Filius ejus primogenitus masculus & legitimus, ejusdemque Primogeniti, Primogenitus Masculus legitimus, & sic ordine successivo de Primogenito in Primogenitum masculum descendentem usque in infinitum; deficientibus autem primogenitis masculis,

Digitized by Google

lis, succederet secundo genitus masculus legitimus, ejus secundo geniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes idem etiam de tertio & quarto genitis intelligendo ordine primogenitura semper servato. Deficiente vero linea masculina succedere deberet Filia Primogenita, ejusdemque primogenitæ primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem Successionis ordine in secundo tertio & quarto genitis filiabus earum denique descendentibus primogenitis servato, prout in Diplomate ipsius quondam Divi Caroli desuper edito, ac inferius inserto latius continetur. Defuncto autem prælibato Divo quondam Imperatore Carolo Quinto, Divus quoque Imperator Ferdinandus inclytæ recordationis Dominus & Avus Paternus noster observandissimus ad benevolam & studiosissimam petitionem dicti Serenissimi Hispaniarum Regis Fratris nostri Charissimi, insistendo vestigiis prænominati Divi Patris sui Caroli Quinti, non solum denuò investiverit, & infeudaverit eundem Serenissimum Regem Philippum pro se & Filiis suis masculis ex legitimo Matrimonio procreatis & procreandis, aliisque descendentibus ex Serenitate ejus, & Filiis ejus legitimis legitimè secundum ordinem genituræ nasciturís de dictis Ducatu Mediolani & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis, prout constat ex Rescripto Majestatis suæ, quod datum fuit in nostra Imperiali Civitate Augusta Vindelicorum die vigesima sexta mensis Februarii anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono, verum etiam prænemoratam extensionem a Divo Patruo nostro, quo ad modum, & formam Successionis factam laudaverit, approbaverit, ratificaverit, confirmaverit & corroboraverit, sicuti apparet in Diplomate desuper emanato, cujus tenor sequitur in hæc verba:

Ferdinandus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiaę, Carniolae &c. Marchio Moraviae & Dux Lucemburgi, ac superioris & inferioris Silesiae, Viertembergae & Teckæ, Princeps Sueviae, Comes Hasburgi, Tyrolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiae, Landtgravius Alsatiae, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviae, ac superioris & inferioris Lusatiae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis & Salinarum &c. Ad futuram rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore praesentium Universis. Quod Serenissimus Princeps Dominus Philippus, Hispaniarum utriusque Siciliae & Hierusalem &c. Rex Catholicus Nepos noster Charissimus nobis benevole exponendum curaverit, se superioribus annis a praeclarissimae memoriae quondam Imperatore Carolo Quinto Augusto Fratre, ac Domino nostro Charissimo investitum fuisse de Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiae, & Angleriae pro se, ac legitimis Haeredibus suis masculis, prout etiam nos Investituram illam proximis annis confirmavimus & innovavimus, dictosque Ducatum & Comitatus Serenitati ejus pro se, ac Filius masculis, legitimis, secundum ordinem geniturae ac naturam Feudi in Feudum contulimus. Posteà autem cum praefatus Divus quondam Frater noster censuisset omnibus modis prospiciendum ut futuris conditionibus & differentiis, quae inter Successores oriri possent, omnis occasio praecluderetur, eundem Divum Fratrem nostrum talem in ipso Statu Mediolani, & Comitatibus praedictis succedendi rationem, & formam constituisse, per quam Status ille cum omnibus suis pertinentiis in perpetuum integer, & indivisus conservaretur, ita ut neque successorum pluralitate, neque Competitorum ambitione, vel contentione distrahi, sive discerpi quandoque posset, nimirum ut ipsi Serenissimo Regi Philippo in dictis Ducatu, & Comitatibus succederent, Filius ejus Primogenitus masculus & legitimus, ejusdemque Primogeniti Primogenitus masculus legitimus, & sic ordine successivo de primogenito in primogenitum masculum descendentem usque in infinitum. Deficientibus autem Primogenitis Masculis succederet secundo genitus masculus legitimus, ejusdemque secundo geniti primogenitus masculus, & ab eo descendentes masculi Primogeniti usque in infinitum, si masculus aliquis fuerit superstes, idem etiam de tertio, & quarto genitis intelligendo, ordine Primogenituræ semper servato. Deficiente vero linea masculina, succedere deberet Filia Primogenita, ejusdemque Primogenitæ Primogenitus masculus, ejusque descendentes masculi ordine supradicto usque in infinitum, eodem successionis ordine in secundo, tertio & quarto genitis filiabus, earumque descendentibus primogenitis Servato, prout in Diplomate ipsius quondam Divi Caroli desuper edito latius continetur, cujus tenor est talis:

Carolus Quintus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniæ, Castellæ, Arragoniæ, Legionis utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galiciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corficæ, Murtiæ, Giennis, Algarbii, Algezirae, Gibraltaris, ac Insularum Balearium, Insularum Canariæ, & Indiarum, ac Terræ Fermæ, Maris Oceani &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Geldriæ, Viertembergæ, Calabriæ, Athenarum, Neopatriæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Barchinoniæ, Arthois, & Burgundiæ, Comes Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Rosfilionis, Ceritaniæ, & Zutphaniæ, Landgravius Alsatiae, Marchio Burgoviae, Oristani, & Gotiani, & Sacri Romani Imperii Princeps Sueviae, Cathaloniae, Dominus Frisiae, Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Biscaiae, Molinae, Salinarum, Tripolis, & Mechliniae, etc. Ad futuram rei memoriam Recognoscimus pro Nobis, & Nostris in Imperio Successoribus, & Notum facimus harum serie universis. Quod cum Superioribus annis Illustris quondam Franciscus Secundus Sfortia Mediolani Dux, quem paulo ante in universum dominium & statum Mediolani

Digitized by Google

diolani de auſpiciis in Noſtrum Sacri Romani Imperii, jus & poteſtatem armis noſtris juſte, ac legitimè reſtitueramus, & in Feudum illi contuleramus, nullo haerede Feudi capace poſt ſe relicto, ſic Deo diſponente in fata conceſſerit, eaque de cauſa ipſo Statu ac Dominio Mediolanenſi ad Nos, & Sacrum Romanum Imperium pleno jure devoluto, ut ejus ſecuritati & ſimul Sacri Imperii Juribus, atque adeo totius Italiae paci opportunae conſuleretur, quod fieri nullo modo poſſe jam tum experientia edocti cernebamus, niſi Status ille tali committeretur, qui jus Imperii & ſuum viribus & potentia ubi opus eſſet, tueri atque defendere poſſet cum omnibus circumſpectis, nullum alium magis commodum ad eam rem, & Statum inveniremus jam dictum Statum, & Dominium Mediolani, ac Comitatus Papiae, & Angleriae Serenisſimo Principi Domino Philippo Principi Hiſpaniarum, Archiduci Auſtriae, Duci Burgundiae, Mediolani &c. Principi, & Filio Noſtro Cariſſimo in Feudum contulimus, & Dilectionem ſuam de illo inveſtivimus tanquam eam, qui nobis merito prae caeteris gratus eſſet, & quem ad defenſionem praefati Statos, & Jurium ſacri Imperii in eo ex cauſis praenarratis merito magis idoneum judicaſſemus quemadmodum ex litteris noſtris ſuper ea re expeditis apparet. Quoniam autem non minus ſolicite curandum eſt, quibus rationibus, quae immenſo ſumptu, & labore parta ſunt, conſerventur, id vero potiſſimum in eo conſiſtere judicemus, ſi futuris contentionibus & differentiis, quae inter ſucceſſores oriri poſſent omnes occaſio praecludatur. Proinde opere pretium viſum eſt in ipſo ſtatu Mediolani certam ſuccedendi rationem, & formam ex nunc conſtituere, quo nimirum ille cum ſuis omnibus appertinentiis in omne ævum integer & indiviſus permaneat, ac neque ſucceſſorum pluralitate, neque competitorum ambitione ac contentione diſtrahi, atque diſcerpi quandoque poſſit. Quapropter motu proprio, non per errorem, aut improvidentiam, ſed animo bene deliberato, ſano, & maturo Procerum Noſtrorum, & Imperii Sacri Fidelium accedente conſilio, praefatique Sereniſſimi Principis Filii Noſtri Cariſſimi conſenſu, & voluntate interveniente, ex certa ſcientia, & Imperiali auctoritate noſtra, ac de plenitudine poteſtatis harum litterarum ſerie, ac vigore decernimus, ordinamus atque ſtatuimus hoc Imperiali edicto perpetuo valituro quod in praedicto ſtatu & Dominio Mediolani, Comitatibusque Papiae, & Angleriae cum univerſis eorum juribus, & pertinentiis ex hoc tempore in antea perpetuis futuris temporibus ſuccedat, & ſuccedere debeat praefati Sereniſſimi Filii Noſtri Hiſpaniarum Principis Primogenitus maſculus legitimus ex eo deſcendens, ejusdemque Primogeniti Primogenitus maſculus legitimus, & ſic ordine ſucceſſivo de primogenito in primogenitum maſculum deſcendentem usque in infinitum. Deficientibus autem Primogenitis maſculis ſuccedat, & ſuccedere debeat in praedicto Ducatu, & Statu Mediolani Comitatibusque Papiae & Angleriae cum eorum pertinentiis ſecundo genitus maſculus legitimus ejusdemque ſecundo geniti Primogenitus maſculus, & ab eo deſcendentes maſculi primogeniti usque in infinitum. Quando aliquis maſculus ſuperſtes fuerit, illud idem intelligendo de tertio, & quarto genitis maſculis ordine primogenituræ ſemper ſalvo, & ſervato. Deficiente vero linea maſculina ſuccedat, & ſuccedere debeat in dicto Mediolanenſi, & Dominio Comitatibus Papiae & Angleriae cum eorum pertinentiis Filia Primogenita, ejusdemque Primogenitae Primogenitus maſculus ejusque deſcendentes maſculi ordine ſupra dicto usque in infinitum, atque eadem Lex idemque ordo ſucceſſionis intelligatur & ſervetur in ſecundo, tertio, & quarto-genitis filiabus earumque deſcendentibus primogenitis, ita ut alii Filii, aut Filiae nullum Jus praetendere poſſint ad dictos Ducatum, & Comitatus, ſed ſolum alii Fratres & deſcendentes maſculi legitimi habeant, & habere poſſint ac percipiant ab ipſis primogenitis alimenta condecentia, juxta gradus dignitatem Filiabus vero, ſi quas habere contingerit, easque nuptui dati de condecenti dote, prout gradus earum conditio requirit, proſpiciatur, & honeſta ſuſtentatione alantur, quibus ita praeſtitis decernimus ipſos & ipſas debere tacitos & tacitas, atque contentos, & contentas eſſe ipſis ſuper caeteris, quae ſucceſſionem hujusmodi Ducatus, Dominii & Status Mediolani, & Comitatuum, ac pertinentiarum praedictarum concernunt perpetuum ſilentium imponentes. Quae quidem omnia praemiſſa facimus, conſtituimus, ordinamus & ſancimus motu, animo, conſilio, ſcientia, auctoritate, & poteſtate ſupradictis, eaque non obſtante lege & forma praedictae noſtrae Inveſtiturae praefato Sereniſſimo Filio Noſtro Philippo Hiſpaniarum Principi conceſſae ac non obſtantibus quibusvis aliis inveſtituris per Nos, aut Divos Praedeceſſores Noſtros Romanorum Imperatores & Reges Auguſtae memoriae Illuſtribus quondam Mediolani Ducibus ſub quacunque verborum forma conceſſis, ſive etiam donatione & Inveſtitura Noſtra primæva ipſi Sereniſſimo Principi Filio Noſtro collata naturave ipſius Feudi Ducatus, & Comitatum praedictorum, nec non legibus conſtitutionibus, conſuetudinibus, Feudorum Decretis tam Mediolanenſis Dominii, quam aliis ſtatutis, Privilegiis, Conceſſionibus tam generalibus, quam particularibus & aliis in contrarium facientibus, quibuscumque etiam ſi talia forent, quae hic de verbo ad verbum inſerere oporteret, aut de eis facere mentionem ſpecialem: quibus omnibus & ſingulis eorum tenorem hic pro inſertis, & ſufficienter expreſſis habentes, & haberi volentes, quatenus obſtarent, ſeu quovis modo obſtare poſſent huic noſtrae conſtitutioni, Ordinationi, Diſpoſitioni, atque Decreto pro hac vice, & ad hunc effectum dumtaxat expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, ſcientia, auctoritate, & poteſtate praedictis ſupplentes, omni tam juris, quam facti, & cujusvis ſolemnitatis tam intrinſecae quam extrinſecae, aut formalis, quae ſervari debuiſſet, & non eſſet ſervata, & alii cuicunque defectui, qui in praemiſſis quovis modo interveniſſet, aut interveniſſe dici ſeu allegari poſſet; Noſtra tamen, & Imperii Sacri Superioritate & Feudali obſequio ſemper ſalvis,

Digitized by Google

& hac lege adjectâ, ut quicunque in præfato Ducatu & ſtatu Mediolani Comitatibusque Papiæ & Angleriæ ſucceſſerit, ſive maſculus, ſive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum & Comitatus a Nobis & Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, Maſculi quidem per ſe, fœmina vero mediante perſona legitimi Procuratoris, aut Feudo-geruli, ad gerendum aut deſerviendum Feudum apti, & idonei in Feudum recognoſcere inveſtituram, quoties caſus poſtulaverit, petere, & debitum fidelitatis & homagii juramentum præſtare teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Conſtitutionis, Ordinationis, Decreti, derogationis, ſuppletionis, voluntatis & præcepti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, aut contra præmiſſa, vel aliquod eorum facere vel venire quovis quæſito colore, ingenio, ſeu prætextu. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit noſtram, & Imperii ſacri indignationem graviſſimam ac pœnam decem millium Marcharum auri puri, toties quoties contrafactum fuerit, ſe noverit eo ipſo incurriſſe, quarum dimidiam Imperiali Fiſco ſeu Ærario Noſtro, reliquam vero dimidiam parti læſæ decernimus absque ulla remiſſione applicandam, ratis nihilominus, ac in ſuo robore & vigore manentibus, omnibus diſpoſitionibus noſtris præmiſſis. Harum teſtimonio litterarurum manu noſtra ſubſcriptarum, & Bullæ Noſtræ aureæ appenſione munitarum. Datum in oppido noſtro Bruxellenſi Ducatus noſtri Brabantiæ, die duodecima menſis Decembris, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimo nono, Imperii noſtri trigeſimo, & Regnorum Noſtrorum trigeſimo quarto. Dictusque Serenisſimus & Cariſſimus Nepos noſter Rex Catholicus nos amanter rogaverit, ut hujusmodi Succeſſionis Formulam ipſi quoque auctoritate noſtra Cæſarea approbare ratificare, confirmare & corroborare vellemus. Nos ſane hujusmodi Filiali petitioni ejusdem Serenisſimi & Cariſſimi Nepotis Noſtri Regis Catholici haut gravatim annuimus, qui alioquin etiam Serenitati ejus pro mutua noſtra arctiſſima Sanguinis Conjunctione omni loco, & tempore lubenter gratificamur, tum Divi Patris ſui cauſa, cujus fraternæ in nos dilectionis memoria nunquam ex animo noſtro evelletur, tum etiam quod ſerenitatis ſuæ plurima, & præclariſſima extent erga Sacrum Romanum Imperium merita, habitaque ratione, quod Serenitas ejus hactenus in dicto Statu Mediolanenſi jus, & proprietatem ejusdem Sacri Imperii ſummis viribus tueri, et conſervare ſtuduerit, et deinceps quoque idem longe facilius et commodius præſtare poterit, non ſolum ipſamet Serenitas ſua, verum etiam hæredes et ſucceſſores ſui ut ſuprascripta ratio et forma ſucceſſionis obſervetur. Itaque ex certa noſtra ſcientia, animoque bene deliberato, et de Cæſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine memoratam Divi Fratris noſtri conſtitutionem et formam ſucceſſionis in præinſerto Diplomate deſcriptam, omniaque et ſingula in eo Reſcripto contenta, in omnibus eorum punctis, clauſulis, articulis, ſententiis, et verborum expreſſionibus, prout ſuperius inſerta habentur, laudavimus, approbavimus, ratificavimus, confirmavimus, et corroboravimus prout per præſentes laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus et corroboramus. Volentes, ac decementes ea omnia et ſingula in perpetuum, rata grata, valida et firma eſſe, nec non cenſeri atque obſervari debere, non obſtante lege, et forma inveſtituræ per nos dicto Serenisſimo et Cariſſimo Nepoti Noſtro Catholico Hiſpaniarum Regi ante hac conceſſæ, quæ data fuit in noſtra Imperiali Civitate Auguſta Vindelicorum die vigeſima ſeptima menſis Februarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, neque etiam obſtantibus quibusvis aliis inveſtituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum Quintum, aut alios Divos Prædeceſſores noſtros Romanorum Imperatores ac Reges Auguſtæ memoriæ, ſive eidem Serenisſimo Regi Philippo, ſive Illuſtribus quondam Mediolani Ducibus ſub quacunque verborum forma conceſsis, et præſertim primæva inveſtitura, quam Serenitati ejus a ſæpe nominato Divo Parente ſuo collatum eſſe liquet ſeu natura ipſius Feudi, Ducatus, et Comitatuum prædictorum, nec non legibus, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus, Feudorum Decretis tam Mediolanenſis Dominii, quam aliis Statutis, Privilegiis, Conceſsionibus tam generalibus quam particularibus, aut aliis in contrarium facientibus, quibuscumque etiam ſi talia forent, de quibus hoc loco ſpecialis mentio fieri deberet, iis namque omnibus, et ſingulis, quatenus huic noſtræ confirmationi diſpoſitioni et Decreto obſtarent, ſeu quovis modo obſtare poſſent, pro hac vice, et ad hunc effectum duntaxat expreſſe derogamus et derogatum eſſe volumus, ſcientia, et auctoritate prædicta ſupplentes omni tam juris, quam facti, et cujusvis ſolemnitatis, tam intrinſecæ quam extrinſecæ aut formalis, quæ ſervari debuiſſet et non eſſet ſervata, et alii cuicunque defectui, qui in præmiſſis quovis modo interveniſſet, aut interveniſſe dici ſeu allegari poſſet, noſtra tamen et Imperii Sacri Superioritate et Feudali obſequio ſemper ſalvis. Hac quoque lege, quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus reſervata et illæſa, ut quicunque in prædicto Ducatu et Statu Mediolani, Comitatibusque Papiæ, et Angleriæ ſucceſſerit, ſive maſculus, ſive fœmina fuerit, quod is, vel illa eosdem Ducatum et Comitatus a nobis, et ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus et Regibus Maſculi quidem per ſe, fœminæ vero mediante perſona legitimi Procuratoris aut Feudo geruli ad gerendum, aut deſerviendum Feudum apti, et idonei in Feudum recognoſcere inveſtituram, quoties caſus poſtulaverit petere, et debitum fidelitatis et homagii juramentum præſtare teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, corroborationis, Decreti, derogationis, ſuppletionis, voluntatis et præcepti paginam infringere, aut ei quovis auſu temerario contraire, aut contra præmiſſa vel aliquod eorum facere, vel venire quovis quæſito colore, ingenio, ſeu prætextu. Si quis autem ſecus attentare præſumpſerit noſtram, et Imperii Sacri indignationem graviſſimam, ac pœnam decem millium Marcharum auri puri, toties quoties contra factum fuerit ſe noverit eo

ipſo

Digitized by Google

ipso incurrisse, quarum dimidiam Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliquam vero dimidiam parti læsæ decernimus absque ulla remissione applicandam, ratis nihilominus, ac in suo robore et vigore manentibus omnibus dispositionibus, superius descriptis. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et Cæsarei Sigilli Nostri appensione munitarum. Datum in civitate nostra Vienna die quinta Mensis Januarii anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Regnorum nostrorum Romani trigesimo quarto, aliorum vero trigesimo octavo, porro sublato etiam ex hac vita in cœlestem patriam Divo Domino Avo, Paterno Nostro Imperatore Ferdinando felicis memoriæ Majestatis Suæ Successor Divus Imperator Maximilianus secundus Dominus, & Genitor noster observandissimus Augustæ memoriæ dictam Investituram una cum confirmatione extensis præinserta laudaverit, confirmaverit & renovaverit, prout patet ex Majestatis suæ Diplomate, dato in civitate Viennæ, die sexta mensis Julii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto; nunc vero postea quam ejusdem Divi Genitoris nostri obitu, Sacri Romani Imperii gubernacula divina voluntate ad nos devoluta sunt, prædictus Serenissimus & Carissimus Frater noster Rex Catholicus, ne ullo unquam tempore videretur iis, quæ Serenitati suæ incumbunt erga nos & Sacrum Romanum Imperium defuisse, nos medio & opera Nobilis fideræ dilecti Don Joannis de Borgia, sui Consiliarii, & ad nos destinati Oratoris atque Mandatarii & Procuratoris Fraterno ac singulari studio rogaverit, ut Serenitatem suam pro se & liberis Hæredibus & descendentibus suis de supra nominatis statu, & Ducatu Mediolani, & Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis benevole investire & infeudare, omniaque & singula in memoratis Divorum Caroli Quinti, Ferdinandi & Maximiliani ac aliorum, prædecessorum nostrorum litteris, & Investituris concessa, facta, disposita, declarata, atque decreta, & præsertim superius descriptam extensionem ac succedendi formam auctoritate nostra Cæsarea ratificare, approbare, confirmare & corroborare vellemus. Nos sane hac Fraterna & studiosissima petitione præfati Serenissimi & Carissimi Fratris nostri Regis Catholici intellecta, eidem haut gravatim annuendum duximus considerata non modo arctissima sanguinis, & affinitatis conjunctione, quæ inter nos & Serenitatem ejus intercedit, & merito apud nos quoquo loco & tempore plurimum utique momenti habere debet, sed potissimum etiam eximia auctoritate & potentia serenitati ejus a Deo omnipotente concessa, quæ præ cæteris legibus atque principibus jus & proprietatem Sacri Romani Imperii indicto Statu & Ducatu Mediolani tueri, & conservare valet, prout certe Serenitas sua Amplissimum & Fidelissimum est Membrum, plurima, ac præclarissima extant merita, neque dubitandum est, Serenitatem suam eundem animum ac idem studium, eandemque alacritatem in procurandis promovendisque iis quæ ad comodum & beneficium Sacri Imperii, & totius Christianitatis pertinent deinceps quoque omni loco & tempore declaraturam, ac omnes suas cogitationes omnesque curas eo relaturam ut Imperio Romano ac Universæ Reipublicæ Christianæ non minori præsidio, quam ornamento semper fuisse videatur. Quocirca cupientes tam præclare dicti Serenissimi Regis erga nos, & Sacrum Imperium voluntati & egregiis meritis mutua nostra Cæsarea & Fraterna benevolentia respondere, ex certa nostra scientia, animoque bene deliberato, ac de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine, sano quoque accedente consilio, sæpe dictum Serenissimum Regem Philippum Catholicum Avunculum Sororium & Fratrem nostrum Charissimum, tanquam Mediolani Ducem pro se, & Filiis Hæredibus, ac Successoribus suis ex legitimo matrimonio procreatis ac procreandis, ac aliis descendentibus, qui ex serenitate & Filiis ejus legitimis legitime nascentur, juxta ordinem primogenituræ a Divo Carolo Quinto institutum, & per Divum Parentem nostrum confirmatum infeudavimus & investivimus, nec non infeudamus, & investimus tenore præsentium de dictis Ducatu Mediolani, nec non Comitatibus Papiæ & Angleriæ, eorumque omnium pertinentiis universis, quæ in præsenti ad dictos Ducatum, & Comitatus spectant, seu olim spectaverunt & pertinuerunt, Ducibusque & Comitibus prædictis competiverunt, vel etiam competere deberent de jure vel de consuetudine, vel aliter quomodocumque juxta formam investiturarum antiquarum & cum omnibus juribus, honoribus, prærogativis, libertatibus, exemptionibus in eisdem antiquis investituris latius expressis, quas hic, in quantum opus est, pro repetitis haberi volumus perinde, ac si de verbo ad verbum præsentibus insertæ essent: Recepto tamen prius a supra nominato serenitatis suæ Oratore, Procuratore, ac Mandatario ad id sufficienti mandati Instructo, debito ac solito fidelitatis, & homagii nomine, & in animam Serenitatis suæ corporali juramento. Ad hæc scienter deliberate ac consulto & de Cæsareæ potestatis nostræ plenitudine omnia ac singula in memoratis Divorum quondam nostrorum Magni Patrui, Avorum & Genitoris aliorumque Prædecessorum nostrorum litteris & Investituris contenta, & nominatim, ac præcipue supra insertam extensionem, & succedendi ordinem & modum a Divo quondam Magno Patruo, & Avo Materno nostro Carolo Quinto institutum, atque per Divos Avum Paternum, & Genitorem colendæ Memoriæ Ferdinandum, & Maximilianum secundum Imperatores confirmatum & corroboratum, nos quoque in omnibus eorum punctis, clausulis, articulis sententiis & verborum expressionibus laudavimus, approbavimus & corroboravimus, prout per præsentes approbamus, ratificamus, confirmamus, & corroboramus, & quatenus opus est & expedit in favorem sæpedicti Serenissimi Regis Hispaniarum ejusque Hæredum & Descendentium prædictorum de novo concedimus, facimus, disponimus, instituimus, declaramus & decernimus. Volentes & hoc nostro Cæsareo edicto firmiter statuentes & sancientes, quod ea omnia, ac singula in perpetuum rata, grata, valida & firma esse, atque censeri & observari debeant, non obstante lege & forma investituræ eidem Serenissimo

mo & Chariſſimo Fratri, & Avunculo noſtro a Divo Ferdinando Avo noſtro antehac conceſſæ, neque obſtantibus quibusvis aliis Inveſtituris per prælibatum quondam Imperatorem Carolum quintum, aut alios Divos Predeceſſores noſtros Romanorum Imperatores, ac Reges Felicis recordationis, ſive eidem Serenisſimo Regi Philippo, ſive Illuſtribus quondam Mediolani Ducibus ſub quacumque verborum forma conceſsis, & præſertim Inveſtitura, quæ Serenitati ejus a ſæpe nominato Divo Parente ſuo collata fuit, ſeu natura ipſius Feudi Ducatus, & Comitatuum Prædictorum, vel quibuslibet Legibus, Juribus, Conſtitutionibus, Conſuetudinibus ſtatutis ac Feudalibus Decretis tam Dominii Mediolanenſis quam aliis, ſive generalibus, ſive particularibus Statutis, Privilegiis, & Conceſſionibus & aliis quibuscunque conceſſis, vel concedendis in contrarium facientibus aliter diſponentibus vel aliam formam dantibus, vel etiam aliquid pro ſolemnitate requirentibus, etiam ſi talia forent, de quibus hoc loco ſpetialis mentio fieri deberet, iis namque omnibus & ſingulis quatenus huic noſtræ infeudationi, Inveſtituræ, Declarationi, Confirmationi, Diſpoſitioni & Decreto obſtarent, ſeu quovis modo obſtare, ejusque vim & effectum impedire ſive elidere poſſent, pro hac vice & ad hunc dumtaxat effectum expreſſe derogamus & derogatum eſſe volumus, ſcientia & auctoritate prædicta. Supplentes omnibus, tam facti & cujusvis ſolemnitatis tam intrinſecæ quam extrinſecæ, aut formalis quæ ſervari debuiſſet & non eſſet ſervata, & aliis quibuscumque defectibus, ſi qui in præmiſsis quovis modo interveniſſe dici vel allegari poſſent, Noſtra tamen & Imperii Sacri Superioritate & Feudali obſequio ſemper ſalvis; hac quoque lege quam adjecit Divus Imperator Carolus Quintus, reſſervata & illæſa, ut quicunque in prædicto Ducatu & Statu Mediolani Comitatibus Papiæ & Angleriæ ſucceſſerit, ſive maſculus ſive fœmina fuerit, quod is vel illa eosdem Ducatum & Comitatus a nobis & Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, maſculi quidem per ſe, fœminæ vero mediante perſona legitimi Procuratoris, aut Feudo geruli, ad gerendum aut deſerviendum. Feudum apti & idonei in Feudum recognoſcere inveſtituram, quoties caſus poſtulaverit patere, & debitum fidelitatis, & homagii Juramentum præſtare teneatur, committentes quoque & expreſſe injungentes Gubernatori, Præſidi & Senatui, & Univerſis & ſingulis Mediolani, Papiæ, & Angleriæ Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Clientibus, Vaſſallis, Officialibus & Miniſtris cæterisque Civitatum & Locorum Terrarumque totius Ducatus & Status Mediolani, & Comitatuum Papiæ, Angleriaeque ſubditis, & aliis noſtris, & Imperii Sacri Fidelibus dilectis, cujuscunque praeminentiae, dignitatis, Status, gradus, ordinis aut conditionis exiſtant tam praeſentibus quam futuris, ut praefatum Serenisſimum Regem Hiſpaniarum Avunculum & Sororium & Fratrem noſtrum Chariſsimum ejusque Hæredes & Deſcendentes antedictos tanquam ſuos veros ordinarios & legitimos Principes & Dominos recipiant, & agnoſcant eisque conſuetum homagium & fidelitatem præſtent, eorum præceptis & juſſionibus reverenter & firmiter, ut par eſt, pareant atque obediant, aliaque omnia & ſingula præſtent & faciant, quæ fideles Vaſſalli, Officiales & Subditi ſuis naturalibus, veris & legitimis principibus & Dominis facere & præſtare tenentur de jure, conſuetudine aut privilegio ſpeciali. Præterea mandamus quoque omnibus & ſingulis Electoribus & aliis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus Sacri Romani Imperii, nec non quibuscunque aliis Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Capitaneis, Præfectis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Magiſtratibus, Conſulibus, Judicibus, Civibus, Communitatibus quarumcunque Civitatum, Oppidorum, Terrarum & Locorum & denique omnibus aliis noſtris, & Sacri Romani Imperii Subditis & fidelibus, dilectis cujuscumque Status, gradus, præheminentiæ, dignitatis, ordinis & conditionis fuerint, præſentibus & futuris tam Italiæ, quam Germaniæ, aut alterius cujuscunque de Sacro Romano Imperio dependentis Provinciæ, ſub poena Banni Imperialis nec non privationis & amiſsionis omnium & ſingulorum Privilegiorum, Regalium, Feudorum & Bonorum, quæ à Divis Prædeceſſoribus Noſtris Romanorum Imperatoribus & Regibus, ac nobis, & Sacro Romano Imperio quovis modo obtinent, ut ipſum Serenisſimum Regem Hiſpaniarum &c. Avunculum & Fratrem noſtrum Chariſsimum, ejusque Hæredes, & Deſcendentes juxta ſupraſcriptum ordinem ſucceſſuros in memorata donatione, Conceſſione, Extenſione, Diſpoſitione & Declaratione Divi Caroli Quinti, Magni Patrui & Avi noſtri, per Divos Dominos Avum Paternum & Genitorem, & Prædeceſſores noſtros, ut ſuperius demonſtratum eſt, confirmata, & hac noſtra dictorum Ducatus Comitatuum pertinentiarum, & jurium prædictorum Infeudatione, Inveſtitura, Confirmatione, Approbatione, Declaratione, Diſpoſitione & Decreto, aut in aliqua eorum parte impediant, perturbent, moleſtent aut gravent, ſed illis omnibus, & ſingulis libere & pacifice ſecundum eorum formam & tenorem uti, frui & gaudere ſinant, & contrarium ne faciant, nec fieri procurent, aut permittant directe, vel per indirectum, quovis quæſito colore, ingenio, ſeu prætextu, quatenus poenas ſupradictas, & præterea mulctam mille Marcarum auri puri maluerint evitare, quam quilibet contra faciens totiens quotiens contrafactum fuerit, ultra poenas ſupra commemoratas ipſo facto ſe noverit irremiſibiliter incurriſſe, quarum dimidium Imperiali Fiſco ſeu Ærario noſtro, reliqvum vero parti læſæ decernimus applicandum. Harum teſtimonio litterarum manu Noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in Aula noſtra Regia Pragæ, die ultima menſis Februarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, Regnorum noſtrorum Romani quarto, Hungariæ ſeptimo & Bohemiæ itidem quarto. Signatum Rudolphus vice ac nomine Reverendiſſimi Domini Don Danielis Archiepiſcopi Archicancellarii, & Electoris

Digitized by Google

ctoris Moguntini. Ut. Viehberſer D. A l mandatum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium Obernburger. Collationata, Regiſtrata Buttiner, cum Sigillo Cæſareo pendenti in Capſula lignea &c.

CXXVI.

Rudolphi II. Romanorum Imperatoris Decretum de præſidio arci Finarienſi, Govoni nominatæ, per Regem Hiſpaniarum, ceu Ducem Mediolani, ſub certis conditionibus imponendo, una cum acceptatione & promiſſione Philippi II. Hiſpaniarum Regis de præfatis conditionibus rite obſervandis, d. d. 28. Aug. An. 1579.

QUoniam vero Majeſtas ſua cognovit, quæ ab ipſo Marchione ulterius propoſita ſunt eo ſpectantia, ut Sereniſſimo Regi Arcis Finarienſis Govoni dictæ cuſtodia committatur, certis tamen conditionibus a Majeſtate ſua Cæſarea præſcribendis, præſertim vero his, quod Præſidium eidem Arci a Sereniſſimo Rege imponendum ex Milite Germano conſtet, ipſumque Præſidium, vel etiam Gubernator Mediolanenſis aliique Sereniſſimi Regis officiales, & Miniſtri, nec Jurisdictioni, neque proventibus Marchionalibus, aliiſve quibuscumque ad ſtatus Finarienſis Gubernium & adminiſtrationem pertinentibus rebus ſe ulla ratione immiſceant, atque inſuper, tam Sereniſſimus Rex, quam dictus Gubernator ſe obligent, ac Juramento caveant, ſe Præſidium illud quandocumque Majeſtati ſuæ viſum fuerit revocaturos. Cæſarea ejus Majeſtas, quæ Sereniſſimo Regi, hoc loci, quo ad uspiam fieri poteſt, gratificari cupit, ſuum quoque animum ipſi Domino Marchioni ulterius declarandum duxit.

Et primo quidem Majeſtas ſua eo condeſcendit, quod Sereniſſimus Hiſpaniarum Rex, vel ejusdem loco Gubernator Mediolanenſis dictæ Arci Finarienſi Cæſareæ Majeſtatis ſuæ, ac Sacri Imperii nomine Præſidium neceſſarium, nullius tamen alterius, quam, tum in Capite, tum in Membris Germanicæ Nationis imponat, ita tamen, ut, quemadmodum antea cum prælibato Divo Imperatore Maximiliano conventum fuit, hujuscemodi Præſidium, ac tam Capitaneus, quam cæteri Milites primo loco Cæſareæ Majeſtati, ac Sacro Imperio, deinde vero in his, quæ ad Sereniſſimi Regis tanquam Ducis Mediolani, ac ejusdem Sacri Imperii Feudatarii, ipſiusque Status Mediolanenſis ſecuritatem & quietem pertinebunt, Serenitati quoque ſuæ Juramento obſtricti eſſe debeant. Sereniſſimus autem Rex, ac dictus Gubernator Mediolanenſis de conditionibus, quas Illuſtriſſimus Dominus Marchio obtulit, quæque mox aliquanto uberius repetentur, obſervandis, ſe firmiſſime obligent, idque tam ſuo, quam Succeſſorum & Hæredum ſuorum Regum Hiſpaniarum, & Gubernatorum Mediolanenſium nomine, qui etiam, quotiescumque caſus aliquis ſive mutatio acciderit, eandem obligationem reſervare teneatur. Nimirum, quod, nec ipſi, neque Capitaneus & Milites, qui in Præſidio quoquo tempore futuri ſunt, Marchionatus iſtius Jurisdictioni, Proventibus & Redditibus, nec quibuscumque aliis rebus ad Statum Finarienſem, ac ejusdem Gubernium, & adminiſtrationem pertinentibus ſe ulla ratione vel quovis quæſito colore, ſeu prætextu immiſcebunt: ſed ſola Arcis cuſtodia contenti a reliquis omnibus abſtinebunt. Præſidium vero illud, quandocumque Majeſtati Suæ Cæſareæ, ac ejusdem in ſacro Imperio Succeſſoribus viſum fuerit, ſine ulla, tam ſumptuum in hujusmodi cuſtodiam impenſorum, quam alia quacumque exceptione excuſatione, vel mora, revocabunt.

Et addita cautione nullam ex Arce illa Finarienſi, vel Illuſtriſſimo Marchioni Finariæ quandocumque ipſum in Marchionatum illum reſtitui continget, ejusdemque Miniſtris & Subditis, aliisque ſacri Imperii Principibus, Membris, Vaſſallis, & fidelibus, injuriam, vel damnum illatum iri.

Philippi Regis Catholici Acceptatio & Promiſſio de Conditionum obſervatione, quibus ipſe & Succeſſores ejus Duces Mediolanenſes poſſint Præſidium in Arce Finarienſi imponere. Dat. Madriti die 28. Auguſti 1579.

Philippus ſecundus Dei Gratia Hiſpaniarum utriusque Siciliæ, Hieruſalem &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comes Abſpurgii, Flandriæ & Tirolis. Recognovimus pro nobis & Succeſſoribus noſtris Ducibus Mediolani, ac notum facimus tenore præſentium univerſis.

Quod cum Sereniſſimus Princeps Dominus Rudolphus ſecundus Electus Romanorum Imperator ac Hungariæ, & Bohemiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ Dux Burgundiæ, Comes Tirolis, Conſanguineus, Affinis & Frater noſter Cariſſimus poſt longam tractationem, cum Sereniſſimo ejus Genitore Maximiliano ſecundo, quondam Romanorum Imperatore Patruele, Socero, & Fratre noſtro Cariſſimo, auguſtiſſimæ memoriæ, primum cœptam, ac demum cum ipſius Sereniſſimo Filio Imperatore Rudolpho continuatam tandem, ex certis cauſis eis animum moventibus præſertim vero quietis & tranquillitatis publicæ juvandæ, retinendæque Studio eo condeſcenderit, quod nos ac Succeſſores noſtri, vel loco, & nomine noſtro, & eorundem Succeſſorum noſtrorum,

Digitized by Google

is qui dicti Ducatus noſtri Mediolanenſis Gubernio, pro tempore præerit Arci Finarienſi vulgo Govoni dictæ, ipſius Sereniſſimi Imperatoris, ac Succeſſorum ſuorum Romanorum Imperatorum & Regum, ſaerique Imperii nomine Præſidium neceſſarium nullius tamen alterius, quam, tum in Capite, tum in Membris Germanicæ Nationis imponere poſſit, ita tamen, ut hujusmodi Præſidium, ac tam Capitaneus, quam cæteri milites primo loco eidem Sereniſſimo Imperatori Rudolpho, ac ejusdem Succeſſoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus, ſacroque Imperio, deinde vero in his, quæ ad Noſtram Succeſſorum noſtrorum Ducum Mediolanenſium ac ejusdem Sacri Imperii Feudatariorum, ipſiusque Status Mediolanenſis ſecuritatem & quietem pertinebunt, nobis quoque & Succeſſoribus Noſtris Ducibus Mediolanenſibus Juramento obſtricti eſſe. Nos vero, ac noſter in dicto Statu Mediolanenſi Gubernator & Capitaneus Generalis Illuſtris D. Antonius de Guzman Marchio de Ayamonte, de infraſcriptis conditionibus obſervandis ſe firmiſſime obligare, idque tam Noſtro, & Hæredum, ſive Succeſſorum noſtrorum, Ducum Mediolanenſium, quam Gubernatorum, qui pro tempore erunt, nomine; quin etiam, ac tam Nos, & Succeſſores noſtri jam dicti, quam futuri Gubernatores, quotiescumque caſus aliquis, ſive mutatio acciderit, eandem obligationem renovare teneantur. Nimirum, quod nec nos, Hæredes, & Succeſſores noſtri; neque dicti Gubernatores, neque etiam Capitaneus, & Milites, qui in Præſidio dictæ Arcis Govoni, quocunque tempore futuri ſunt, Marchionatus Finarienſis Jurisdictioni, proventibus & redditibus, nec quibuscumque aliis rebus ad Statum Finarienſem & adminiſtrationem pertinentibus, nos ulla ratione, vel quovis quæſito colore ſeu prætextu, immiſcebimus; ſed Arcis cuſtodia contenti a reliquis abſtinebimus. Præſidium vero illud quandocumque præfato Conſanguineo, Affini & Fratri Noſtro cariſſimo Imperatori Rudolpho, ac ejusdem in ſacro Imperio Succeſſoribus viſum fuerit, ſine ulla, tam ſumptuum in hujus modi cuſtodiam impenſorum, quam alia quacumque exceptione vel mora revocabimus, ea addita cautione nullam, ex Arce illa Finarienſi, vel Illuſtri Principi ſincere nobis dilecto Alphonſo de Carreto Marchioni Finarii quandocumque ipſum in Marchionatum illum reſtitui continget, ejusdemve Miniſtris & Subditis, aliisque Sacri Imperii Principibus, Membris, Vaſſallis & Fidelibus injuriam vel damnum per nos ac Succeſſores noſtros, vel dictos Gubernatores, Capitaneos & Milites illatum iri. Idcirco animo bene deliberato, ac ex certa noſtra ſcientia in verbo Regis & Principis promittimus, nosque & Succeſſores noſtros Duces Mediolanenſes firmiſſime obligamus, quod præſcripta omnia & ſingula inviolabiliter bonaque fide & omni ſinceritate integre obſervabimus, aca Gubernatoribus, Capitaneis & Militibus noſtris obſervari curabimus, neque iisdem ullo quæſito colore, ſeu prætextu contraveniemus, vel ab aliis id fieri permittemus, omni, & quacumque exceptione, dolo, & fraude ſemotis. Quin inſuper promittimus in eodem verbo Regis & Principis, quod non ſolum Præſidii dictæ Arci Finarienſi impoſiti vel imponendi ſtipendia, ac alios ſumptus in ejusdem Arcis cuſtodiam neceſſarios ſoluturi; verum etiam reſidui illius, quod tam Militibus, qui illic ſuperſunt, quam dimiſſis, vel vita functis, ultra id quod ipſi hactenus numeratum eſt, debetur, ſolutionem jam dictam Sereniſſimum Imperatorem Conſanguineum Affinem & Fratrem Noſtrum Cariſſimum ſublevaturi, ac eandem in nos ſuscepturi ſimus. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtra ſubſcriptarum, & Sigilli noſtri Regii appenſione munitarum. Datum in Oppido noſtro Madriti die 28. menſis Auguſti, anno Domini 1579. Regnorum autem noſtrorum, videlicet Hiſpani & ulterioris Siciliæ 23. citerioris vero, Hieruſalem & aliorum 25.

Philippus.

Ad Mandatum Regiæ & Catholicæ Majeſtatis proprium

Gabriel à Cayas.

CXXVII.

Contractus, quo Andreas Sfortia de Carreto Marchionatum Finarienſem Philippo II. Hiſpaniarum Regi ac Duci Mediolani vendidit, d. d. 16. Maji An. 1598. cui in calce Philippi III. Hiſpaniarum Regis ratificatio præfati contractus eſt adjecta, d. d. 1. Maji, An. 1599.

NEl nome del Signore. Eſſendoſi piu volte trattata frà li Miniſtri della Maeſtà del Rè Cattolico, e li Principi, e Marcheſi di Finale di trovar modo, e via, di poter proveder, come ſi conviene, alla ſicurezza delli Stati di S. M.C. per quello, che tocca la Succeſſione del medeſimo Stato di Finale, & alla ragione, utilità, e quiete di eſſi Principi di Finale e doppo s' eſſer ſtati in diverſi tempi propoſti diverſi partiti per il fine ſudetto, finalmente perche la ſudetta Maeſtà del Re reſti nelli effetti iſteſſi piu che chiara della particolare inclinazione e devozione: che il Principe d' Imperio e Marcheſe di Savona, Finale, e Claveſona Sforza Andrea del Car-

Digitized by Google

Carreto hà sempre portato al suo Real servizio, & all' Augustissima Casa Austriaca. Volendo di presente, che egli si ritrova solæ e senza Prole nell' età di 65. anni, disporre dello Stato di Finale, e Clavesana, & altro, come si dirà qui sotto conforme alla facoltà, che di ragione in virtù delle investiture, Contratti Feudali, Privileggio, & Indulti concessi à suoi Predecessori, & à lui da Sacri Romani Imperatori li compete, riservato però sempre l' assenso, & il beneplacito della Maestà Cesarea quando siano necessarii, e non in altro modo. Di que nasce, che per provedere à tutto quello, che si è detto di sopra l' Illustrissimo & Eccellentissimo Signor Duca de Frias Contestabile di Castiglia, Governatore dello Stato di Milano, per la Maestà Cattolica, e suo Capitano Generale in Italia & in questa parte, come Procuratore speciale di S. M. per Lettere Patenti che saranno descritte nel fine degl' infrascritti Capitoli per una parte, e per l'altra l' Illustrissimo & Eccellentissimo Signor Sforza Andrea Carreto Principe d' Imperio, e Vicario perpetuo, Marchese di Savona, Finale, Clavesana, spontaneamente, & a mutua stipulatione, interrogatione & instanza, sono venuti, e vengono alle infrascritte Capitulazioni, stabilimenti, e Patti, del tenore che segue.

I. Che il sudetto signor Principe Sforza Andrea del Carreto Figlio questo dell' Illustrissimo & Excellentissimo Signor Giovanni per se, Eredi, e Successori suoi que sia tenuto & obligato cedere, e renonciare, si come in virtu delli presenti Capitoli hà ceduto è renonciato, e cede, e renoncia tutte le attioni, e ragioni, che ad' esso Signor Principe competono, ò possono in qualsivoglia modo, tempo, e per qualsivoglia causa competere nel Marchionato del Finale, e Clavesana, e loro fortezze, tanto del Castello Govone, & Castel Franco, quanto di qualsivoglia altra pretensione dependente in qualsivoglia modo e causa; e spettante alli detti Marchionati di Finale, e Clavesona, e loro pertinenze, e cosi' nelli Beni, e ragioni feudali, come nelli allodiali, salvo però come sedira e si è convenuto qui sotto, alla Maestà del Rè Cattolico, & al detto Illustrissimo & Eccellentissimo Signor Contestabile di Castiglia Governatore come sopra, stipulante & accettante à nome, beneficio, & utilità della sudetta Maestà Cattolica, Eredi, e Successori suoi, riservato però sempre l' assenzo, e beneplacito della Maestà Cesarea, quando sia necessario, e non altrimente, ponendolo à detto nome in suo luogo, ragioni e stato, con facoltà di entrare, & apprender detti Luoghi, e Beni, e loro Giurisdizzione, ragioni & emolumenti, nel modo, e forma, che appresso si dirà, e con le sequenti conditioni, e Patti, senza li quali non haverebbe fatta, ne farebbe la presente Cessione.

II. Che esso Signor Principe Sforza Andrea in caso d'alcuna molestia, lite, ò evitione, che seguisse contro le sudette ragioni cedute à S. M. non s' intendi, ne sia obligato ad altro, nisi pro dato, & facto proprio tantum; Che si dichiara in questa maniera, cioè che il sudetto Signor Principe non haverà fatto Cesfione, ò Contratto delle sudette ragioni à favor d'altri, e como appresso si dirà, volendo, che stabiliti, e formati che saranno dall' una, e l' altra, parte li presenti Capitoli, s' intenda, e sia rovocata del tutto quella parte del Testamento solamente fatto per esso Signor Principe sotto il dì ultimo di Genaro del presente Anno 1598. Nella quale haveva disposto delli detti Marchesati di Finale, e Clavesana, e loro pertinenze, come sopra con le riserve, del beneplacito Cesareo, e sodisfazzione della Maestà Catolica à favor del Illustrissimo & Eccellentissimo Signor Principe Doria, del Consiglio di Stato di S. Maesta, e suo Generale del Mare, & de suoi Figlivoli.

III. Che in caso di evittione per la qual S. Maestà giustamente fosse levata dal possesso di detto Marchesato, cioè che l'evittione fasse effettuale de jure, & de facto simul che in tal caso S. Maestà non sia tenuta alla sudetta & infrascritta ricompensa, la quale perciò sempre debba haver luogo, ne se li possa levare, ne à suoi Eredi, e Successori, per quanto S. Maestà restarà in possesso di detto Marchesato, e salvi sempre gli infrascritti Capitoli.

IV. Che dovendosi fare, come hà fatto, e fà il sudetto Signor Principe la sudetta Cessione non riserva dell' assenso, e beneplacito della Maesta Cesarea, quando sià necessario, e come sopra, resti à carico di S. Maestà, & a sue spese l'importatione del sudetto assenso. E quando S. Maesta Cesarea non restasse servita di approvare, e confirmare la presente Cessione, e non condecesse detto beneplacito, vivente detto Signor Principe, e suoi Eredi, e Successori possino, e debbino havere, godere, e valersi liberamente, e disporre in tutto, e per tutto di quello gli doverà esser assegnato in virtù della presente Capitulazione, tanto di quello doverà goder in vita sua, quanto di quello, che potrà disporre doppo morte, salvo però come sopra.

V. Che detto Illustrissimo & Excellentissimo Signor Governatore à nome come sopra sia tenuto & obligato fra il termine di Mesi 18. prossimi à venire, che si haveranno da computare dal giorno della Data delli presenti Capitoli da firmarsi per mano d'essi Signore Governatore, e Principe, dare, ò far dare, come Procuratore di S. Maestà, che à ciò sia obligata per se, & Successori suoi, il libero possesso di quello, che doverà esser assegnato al sudetto Signor Principe, ò à suoi Eredi, e Successori respettivamente come sopra: Et in casa, che frà il termine sudetto non si facesse la sudetta assignazione, & il detto Signor Principe, ò suoi Eredi come sopra, non havessero il libero possesso di quello, che in virtù della presente Concessione, e Capitoli gli doverà esser assegnato, in tal caso ne S. Maestà, ne suoi Successori come sopra, si possino valere della presente Cesfione fatta à favor loro come sopra, ne in virtù di essa entrar in possesso, se prima non sia fatta la sudetta Asfignazione e detto Signor Principi, e suoi Eredi come sopra, posti nel libero possesso di dette entrate como sopra respettivamente, perche cosi è stato convenuto, e stabilito d'accordo frà li sudetti Signori Governatore, e Principe, anzi si intenda, come si conviene per Patto espresso, che non facendosi nel

termi-

Digitized by Google

termine ſudetto l'intiera Aſsignazione, ò pagamento, come appreſſo ſi dirà, ne poſti detto Signor Principe, ò ſuoi Eredi, come ſopra, il libero poſſeſſo di dette Entrate da aſsignarſi come ſopra, in tal caſo reſti ferma la ſudetta Diſpoſitione di detti Marchionati di Finale, e Claveſana, fatta come ſopra à favor del Signor Principe Doria, & ſuoi Figlivoli. ſalvà però la facoltà di rivocare la ſudetta Diſpoſizione, quandocunque, e como gli parerà, e la preſente Ceſsione, e Capitoli, e quanto in eſsi ſi contiene, ſia nullo, e di nium valore, e come ſe non foſſero fatti &c.

VI. Che loco, e ſcontro delle ſudette ragione cedute come ſopra, S. M. C. per ſe, Eredi, e Succeſſori ſuoi ſia tenuta, & obligata ad aſsignare, come ex nunc dà, & aſsegna ál ſudetto Signor Principe ſtipulante, & accettante per ſe, Eredi, e Succeſſori ſuoi, & il detto Signor Guvernatore à detto nome come di ſopra. la Somma 24000. Ducati di Napoli di dieci Carlini l'uno di Entrate per ciascun Anno nel Regno di Napoli con Privilegio di poter ſempre eſtraer il danaro da quel Regno, & anco altri crediti, che haveſſe il ſudetto Signor Principe del medeſimo Regno, in queſto modo, cioe, undeci mille Ducati d'Entrata ferma in tanti Stati di Città, ò Terre, ò Luoghi inſigni nel medeſimo Regno con Titolo di Principe, & in ſpecie il Principato di Roſciano con il detto Titolo di Principe per la Somma dell'entrata, che vale, per il reſto ſino al complimento di detta Somma di Ducati 11000. in altri ſtati e Vaſalli in detto Regno, e quando S. Maeſtà, o ſuoi Succeſſori, come ſupra non habbino cõmodità di dargli, debbano dare Ducati cento milla de contanti per ogni quattro milla Ducati d'entrata ferma di ſtato da implicarſi dal ſudetto Principe ò ſuoi Eredi, e Succeſſori come ſopra, à ſuo maggior beneficio, ita tamen, che in ogni caſo reſti al Signor Principe, ò ſuoi Eredi, e Succeſſori, come ſopra, una Città, ò Terra, ò Luogo inſigne con il medeſimo Titolo di Principe con li Privilegii, e Patti in tutto, è per tutto eſpreſſi nelli preſenti Capitoli, purchè compreſa detta Terra, Città, ò Luogo inſigne, con l'entrata ſua non ecceda i ſudetti Ducati 11V. d'entrata, accio non perdino il Titolo, che haveriano havuto detto Principe, ſuoi Eredi, e Succeſſori, come Marcheſi di Finale, di Principi d'Imperio, e di Vicarii perpetui, con tanti altri Privilegii, e Gratie, e li altri 13V. Ducati in tante Entrate allodiali, ò burgenſatice ſicure, & eſigibili, ò ſopra pagamenti Fiſcali, ò non eſſendovene à ſodisfazzione del Signor Principe, ſopra li quattro per uno fuoco, avero ſituati in altri fondi d'Entrate burgenſatice, ad elezzione di detto Signor Principe nel detto Regno, col medeſimo Privilegio da pagarſi alla rata di quattro in quattro Meſi, e queſti ultimi 13V. Ducati d'Entrata allodiali come ſopra s'habbino, d'incominciare à correre à beneficio di detto Signor Principe dal giorno della datta della preſente Capitulazione da firmarſi come ſopra, e s'habbino da payar ſubito ſeguita la Ratificazione di S. Maeſtà, e del Sereniſsimo Principe di Spagna, cioè tutto il decorſo dal giorno della Data delli preſenti Capitoli da firmarli come ſopra dalli ſudetti Signori Governatore, e Principe ſino al giorno della Ratificazione in un ſol sborzo, e nell' avvenire s'habbi da pagare nelli tempi ſudetti di quattro in quattro meſi, e ſimilmente l' Entrata delli 11V. Ducati annui d'aſsegnarſi in tanti ſtati come ſopra, commincii à correre alli tempi medeſimi ſudetti, à quali comincia, a correre l'altra Entrata delli 13V. Ducati à vita d'eſſo Signor Principe, & il pagamento dell' Entrata ſudetta delli Ducati 11V. annui di Stato s'habbi a far nell' iſteſſo modo, e tempo, come ſi è detto di ſopra, e dell' Entrate à vita, e ſeguita la Ratificazione in tempo, e nel modo eſpreſſo nelli preſenti Capitoli, per il tempo, che ſi poteſſe tardare, ò ſi tardaſſe a fare l'Aſsegnazione, & à dar il poſſeſſo dello Stato, & Entratedi eſſo, avero à far il pagamento, nelle modo contenuto, nelli preſenti Capitoli, quondo non foſſe commodità d'aſsegnar ſtati, come ſi è convenuto, debbano payare dette Entrate decorrende ſino al tempo di detta aſsegnazione e poſſeſſo dello Stato, Entrata di eſſo, la qual Aſsignazione, ò payamento ſudetto non ſi poſsi diferire, oltre il termine convenuto ſotto l'iſteſſe pene contenute nelli preſenti Capitoli.

VII. Che eſſo Signor Principe poſſa, e debba goder durante la vita ſua tutta l'Entrata ſudetti 24V. Ducati libera, & eſcute da ogni, e qualſivoglia carico tanto preſente, quando futuro impoſto, ò da Imperſi, così, reale come perſonnale, ò miſto adhovo, e rilevo per qualſi voglia cauſa & occaſione, etiam impenſata, niſſuno eſcluſa, e tanto ordinaria, quanto Straordinaria, etiam che nelli Capitoli preſenti ſe ne doveſſe far eſpreſſa menzione, de verbo ad verbum, qual in tal caſo s'habbi per inſerto con le opportune Derogazioni, e che però in eſſecuzione del preſente parto S. Maeſta per ſe, e Succeſſori ſuoi ſia tenuta & obligata, dare a ſuoi Miniſtri tutti gli ordini, e commiſsioni neceſſarie & opportune.

VIII. Che ſia lecito al ſudetto Signor Principe ſuoi Eredi, e Succeſſori della ſudetta entrata de 24V. Ducati diſporte tanto in vita, quanto in morte per la Somma delli 11V. Ducati d'Entrata che gli doverranno eſſer aſsegnati in tanti Feudi, e Stati come ſopra, e della ragione di eſsi in quella perſone, o perſone nominata, ò nominanda, & quibus dederit, & in chi meglio le parera ancorche non ſiáno ſuoi deſcendenti ex corpore, mà che il nominato o nominando ſucceda, come ſe foſſe deſcendente ex corpore, e debba haver tutte quelle iſteſſe immunita, eſſentioni e Privilegii e facoltà, che ſi danno come ſopra all Sodetto Signor Principe il qual patto s'intendo ſolamente poſto per alterar la natura delli, Feudi di Napoli, li quali ſecondo le Prematiche, e Conſtituzioni del Regno non poſſono paſſare, niſi in deſcendentes ex corpore. E li altri 13V. Ducati, e ſue Aſsignatione s'intendino, e ſiano eſtinti, e finiti con la vita del detto Signor Principe.

IX. Che S. Maeſtà per ſe, e Succeſſori ſuoi in virtù delli preſenti Capitoli ſia obligata, a concedere al ſudetto Signor Principe, e ſuoi Eredi, e Succeſſori come ſopra, tum ex nunc, gli concede nelli detti ſtati aſsignandi come ſopra, oltre li altri Privilegii la prima, ſeconda, e terza cauſa, e la portulania cotta, peſe, e miſſure per privilegio, e Patto, poiche nello ſtato di finale era Vicario perpetuo dell' Imperio, con aſsai maggiori Privilegii Facoltà, e Guirisdizzione.

X. Che

Digitized by Google

X. Che havendo altre volte il Principe Alfonſo II. ſottopoſti à Feudi dello ſtato di Milano li Beni, e Poſſeſſione di Baſilica, poſti nel Territorio di Pavia di mille ottanta Pertiche di terra, hora affittate per penſione di 650. Scudi, vel circa, e ſia quanto ſi voglia, quali Beni ſono pervenuti nella caſa Carrera per via di Dote della Signore Bianca, Simonetta, Moglie, che fu del Signor Marcheſe di Finale, Alfonſo il primo, come Beni allodiali S. M. C. per ſe, Eredi, e Succeſſori ſuo, ſia tenuta & obligata di ſiberare, e riporre eſſi Beni nello ſtato di prima, quantum in ſe eſt, & ad ſui præjudicium Succeſſorumque ſuorum ſalvo jure Tertii ſi quod &c. Si che al detto Signor Principe, Suoi Eredi, e Succeſſore come ſopra ſia lecito diſporre d'eſſi Beni, ſenz' altra licenza, o tanto più, quanto che per la parte, che ſpettava di ragione al ſudetto Signor Principe Sforza Andrea egli non hà mai in queſto preſtato il ſuo conſenſo.

XI. Che S. Maeſtà e ſuoi Eredi, e Succeſſori ſiano tenuti, e obligati ſubito firmati li preſenti Capitoli dalli ſudetti Signore Governatore, e Principe deſignare e conſtituire à detto Signor Principe per ſua habitazione uno delli trè Luoghi, Vigevano, Pavia, ò Picighettone in elettione in ogni tempo toties, quoties &c. Il quali habbi per queſta facoltà di poterſi eleggere per ſua habitazzione li Caſtelli de ſudetti Luoghi, nelli quali ſia riſpettato & honorato ſopra ogn'altro.

XII. Che S. Maeſtà, e ſuoi Succeſſori ſiano tenuti dare una Guardia di 40. Soldati ne i ſudetti Luoghi à ſpeſe di detta Maeſtà, che ſi eleggerà detto Signor Principe di quella Nazione che ſarà di maggius guſto ad eſſo Signor Principe, purchè ſia confidente, e giuri fedelta à S. Maeſta e detta Guardia non habbi da ſtare nel Caſtello ma fuori.

XIII. Che quondo occorreſſe al ſudetto Signor Principe metterſi in viaggio, e particolamente nel partirſi dalle Carchere per lo Stato di Milano, S. Maeſtà e ſuoi Succeſſori, come ſopra ſia tenuta di dar ordine al Signor Governatore per tempo dello Stato di Milano, come ex nunc glielo dà, che faccia à ſpeſe di S. Maeſtà accompagnar eſſo Signor Principe, ſua Famiglia, e Robbe da una Compagnia, ò più di Cavalli leggieri, ſecondo il biſogno.

XIV. Che havendo il Signor Principe da riſcouter molti ſuovi Crediti del Marchionati di Finale, ſiano di qualſivoglia ſorte, coſi ſpettante à lui, come alla Camera Marchionale dal dì della Data delli preſenti Capitoli à dietro, di maniera, che S. Maeſtà, e ſuoi Succeſſori non poſſino pretender alcun Credito per qualſivoglia cauſa, ſe non che habbi origine dalla Data delli preſenti Capitoli innanzi, ſiano tenuti & obligati deputare e conſtituire nel detto luogo di Finale un Giudice confidente al detto Signor Principe, e ſuoi Eredi, e Succeſſori, che gli Miniſtri Giuſtizia Sommaria, con Privilegio Fiſci, e con quelli Privilegii, che haverebbo, ſe foſſero in poſſeſſo dello ſtato di Finale.

XV. Che ſopra il Caſtello Govone & il Caſtello Franco in Luoghi conſpicui ſi mettino l'Armi della Caſa Carreta nella forma uſata al preſente da eſſo Signor Principe per la memoria della Caſa Carreta, la qual ſia l'inſegna del Marcheſato di Finale.

XVI. Che havendo eſſo Signor Principe animo di far perdono principale al Popolo di Finale, lo poſſa detto Signor Principe far in quel tempo, che meglio le parerà, parchè lo facci avunti il poſſeſſo di S. M. C.

Deſſen zu gröſſerer Beſtätigung haben vvir bedächtlich zvvey gleichförmige Copeyen, gleichs Einhalts, mit dem Kayſerl. und Königl. Siegel Ihro Majeſtæt, und mit den Siegeln gemeiner drey Pündten, eines vor Ihro Majeſtæt, und das andere vor unſere Völcker ſiegeln laſſen. Gegeben zu Meyland, den 24. Octobr. 1726.

II. Prencipe di Tiano, Conte di Daun.

Ad mandatum Suæ Excellentiæ proprium.

Johannes Baptiſta Bellinus, Regius Ducalis Secretarius. Gio. Lodov. de Caſtelberg Landrichter. Piet. Ant. de Mont. Gio. Bell de Belforte. Gio. de Vincenz. Gio Paolo de Giorgi Gio. Dömenico Tini. Gio. Battiſta Tſcharner, Preſidente della lega. Gub. à ſalis Ulder. Buel. Come Deputato delle tre Leghe. Giorgio Perni. Rodolfo Jecklini de alta Rialta. Rod. de Salis Lorenzo Mengotti. Giacomo d' Ott. Pundts Landamman. Gior. Sprecher à Bern Enr. d' Albertini. Andrea Sprecher de Bernegg. Gio Lucio Guler de Vinegg. Ulderico Buel.

Ad mandatum D.D. legatorum proprium.

Chriſtian Laur. Schreiber, Superioris Griſæ Fœderis Cancellarius.

Bern. Clericus Fœderis Cath. Cancell.

Joh Polerus, Fœderis X. Jurisdictionum Cancellarius.

Vollmacht von Ihro Kayſerl. Kœnigl. Cathol. Majeſt. an Ihro Excellenz Herrn Maarſchal, Gaffen von Daun, Fürſt zu Tiano.

Wir Carolus von GOttes Gnaden Röm. Kayſer, allzeit mehrer des Reichs, König in Germanien, &c. &c. die aufrichtige Intention und Väterliche Sorg, mit der der Herr König, Don Philippus IV. unſer glorvvürdigſter Vorfahr und Oheim, den Frieden mit ſeinen Nachbarn, und der Ruhe ſeiner Staaten zu gutem der Chriſtenheit allezeit verlangt hat, hat in deſſen Königl. Gemüth facilitirt den Schluſs eines Particular-Tractats und evvigen Friedens und erblichen Freundſchafft, als Hertzog zu Meyland, inzvviſchen ſelbigen Stado und die drey Pündten, Obern-GOtts Hauſs, und X. Gerichten Pundt, vvelche die 3. verpündete Gemeinden, oder Pündt hoher Rhætien gemeinlich genennt vverden, und einer Special-Capitulation mit denen Pündtern geſagter drey Pündten, betreffende die Obſervanz und Sicherheit der Catholiſchen Religion in ſelbigen Landen, zu Dero Aufhaltung Er die vorgehende Kriege ausgehalten hatte, mit Stabilirung in Krafft beyden den Sept. des Anno 1639. Jahrs beſtähtigten und approbirten Conventionen eines reciprocirlichen und evvig vvæhrenden Capitulats, in deſſen guten Effecten und VVürckungen die einten und andern Vaſallen die gemeine Satisfaction erfahren haben; Und vveil nach dem Todt des Herrn Carle des zvveyten, unſers Oheims ſeel. Andenckens, gedachte 3. Pündten ihre Standthafftigkeit und Erfüllung ſolches Tractats, und in Facilitierung des Paſſes, die Kayſerl. Trouppen gegen Italien bevvieſen, vvelche Anzeigungen unſere groſsmæchtige Acceptation und Genehmhaltung es Gehügen thun vvill, die von dem Herrn Kayſer Joſepho unſerm Bruder, glückſeeligen Gedachtnüs mit einem Inſtrument von 9. April 1707. gethane Verſprechung confirmieren und beſtædtigende, von einigen Vortheilen und Nutzbarkeiten zu gemeinen und particular Beſten bedeuter 3. Pündten, und zu deſſen Effectuirung und preciſen Stand zu den Effecten, das alte ſchon angezogene Capitulat in allen ſeinen Theilen zu renoviren und zu confirmieren, ſchreiten; haben vvir reſolviert, und determiniert, in unſerem Kœniglichen und Hertzoglichen Nahmen, und in Krafft gegenvvärtigen Brieffs, den Tit. Graffen von Daun, Fürſten von Tiano, Ritter des güldenen Flieſes von unſerm Staats-Rath, Feld-Marſchalln, Generalen unſerer Armeen, Gubernatorn und Capitane Generale unſers Staats von Mayland, zu befehlen, abordnen und deputieren, daſs er in unſerm Kœnigl. und Hertzogl. Nahmen kœnne capitulieren, concertiren und ſchlieſſen die Neurungen und Confirmationen geſagten alten Capitulats in ſeinen beyden Theilen, mit ihren Abgeſandten, Deputierten, oder Perſonen, vvelche ſie hierzu ernamſen vverden gedachten Graffen von Daun allen unſern Gevvalt, Commiſſion und Vollmacht, und vvie ſie erforderet vvird, concedirende und gebende, daſs er für uns und unſerem Nahmen capituliren, concludiren und ratificiren, die Verſprechungen, Vortheil und Bedinge der proponierden Erneurungen und Confirmation des alten Capitulats und angezogener convention, und declariren bey unſerer Treu und Parolen, daſs alles das, ſo vom geſagtem Graffen vom Daun vvird gethan, tractiert, verſprochen und concludiert vverden, vvir ſolches approbiren, ratificiren, conſentiren und für feſt und gültig dargeben, und Uns ſolches zu halten und zu hälten machen, zu obligieren, als eine in unſerem Königl. Hertzogl. Nahmen, und mit unſerer Authorithæt geſchehene Sache, vvelche vvir punctual und ohne Fehl, und einigen Anſtand adimpliren und erfüllen machen vverden; Und vvann es von nöthen vvære zu ratificiern und zu approbieren, vvie es in aller Form mit allen requiſitis und Erfordenüſſen, ſo zu geſchehen pflegen, zu der ſichern, evvigen und continuirlichen VVæhrung, immaſsen unſer VVill iſt, daſs geſagtes Capitulat mit denen Vortheilen und Bedingungen, ſo bey deſſen Erneuerung und Confirmation vverden ſtipulirt vverden, beobachtet und gehalten vverden ſoll; zu deſſen veſter Sicherheit vvir gegenvvartiges mit unſerer Hand unterſchrieben und mit

un-

Digitized by Google

unſerem Inſiegel verſiegelt von unſerm Secretario di Stado e del Diſpacio referendieren, expedieren und ausfertigen laſſen. Geben in unſerer Kayſerl. Reſidentz zu VVienn den 13. April 1726.

Sig. YO EL REY.

Don Roman de Villana Perlas.

Concordat cum Originali exiſtente penes me infra ſcriptum Regium Ducalem Secretarium in Cancellaria Secretiori Status Mediolani.

Bellinus.

Vollmacht und Credential-Brieff der Abgeſandten gemeiner Drey Pündten an Ihro Excellenz Herrn Marſchall, Grafen von Daun, Fürſten zu Tiano.

Hochgebohrner Fürſt, gnädiger Herr,

DEmnach uns vor etvvas Zeits von unſerem alldaſigen Agenten, Johann Pecis particiert vvorden, vvie das Ihro Kayſerl. und Catholiſche Majeſtät allergnädigſt gefallen laſſen vvollen, Euer Excellenz die Vollmacht, vollkommnen Gevvalt und Plenipotenz zu ertheilen, vvegen der Renovation des alten Capitulats, entzvviſchen dem Staat Meyland und unſerer Republic die letſte Hand an ſolches Werck und Tractat zu legen, und folgſam zu einem völligem Schluſs und Endſchafft zu bringen, mithin die Intimation an uns beſchehen, dasz von unſerer Republic auch Abgeſandte in Form und Geſtalt, vvie anno 1639. beſchehen, nach Meyland mit der zu ſolchem Werck erforderlichen Vollmacht und Creditiv munieret, forderſamſt abgeordnet und ſpediret vverden ſollen; Als haben vvir dieſem zufolg nicht ermangeln vvollen, unſere getreue, liebe Mit-Räthe, als:

Sig. Landrichter Gio. Ludovico de Caſtelberg.
Sig. Colonello Pietro Antr. de Mont.
Sig. Landrichter Gio. de Vincenz.
Sig. Vicario Gio. Paolo Giorgio.
Sig. Landamann Gio. Domenico Tini.
Sig. Pundts-Preſidente, e Burgermeiſter Gio. Battiſta Tſcharner.
Sig. Lands-Hauptmann, e Pundts-Landamman Guberto Salice.
Sig. Cap. Ober-Zunfftm. Ulderico Duol.
Sig. Capit. e Podeſta Giorgio Perini.
Sig. Pot. e Preſidente Rudolfo Jecklin de Alta Rialta.
Sig. Conte a Landa Rodolfo Salice.
Sig. Podeſta Lorenzo Mingotti.
Sig. Pundts-Landa. Giacomo Ott.
Sig. Landa Gio. Sprecher de Bernegg.
Sig. Capitano e Sind. Enrico Albertini.
Sig. Pundts-Landamman, e Vicar. Andrea Sprecher de Bernegg.
Sig. Capitano Richter Gio. Lucio Guber de Vinegg.
Sig. Landaman Ulderico Buol.

Abgeſandten Nahmens unſerer Republic zuerkieſen, und abzuordnen, auch ſelbigen die Vollmacht, oder vollkommene Gevvalt und Plenipotenz zu ertheilen, vvie vvir denn hiermit ſolchen dahin ertheilen, und Ihnen anbefehlen, ſich nicht allein zu Euer Excellenz zu begeben, und ſelbe unſerer Dienſt-Ergebenheit, auch aller vvahren aufrichtigen Freundſchafft und Nachbarſchafft zu verſichern, ſondern zumahln auch nicht nur dasjenige, ſo allbereits vor einem Jahr vvegen ſothaner Renovation zu Meyland concertiert und verabredet vvorden, ſondern auch alles dasjenige, ſo ſelbige annoch vveiters, ſo vvohl dis Orts halben, als vvegen anderen Stands-Angelegenheiten und Beſchvverden, ſo ſelbe Eure Excellenz in unſerm Nahmen vorbringen, tractiren und conveniren vverden, alliglich zu ratificiren, ſchlieſſen und zu ſolenniſiren. Wir erſuchen dahero Eure Excellenz ihnen nicht allein gütigſte Audienz zuertheilen, ſondern auch in allem völligen Glauben zuzuſtellen, maſſen vvir alles dasjenige, ſo von ihnen in unſerem Nahmen gemacht, tractiret und geſchloſſen vverden vvird, zu allen Zeiten erkennen, halten und ſelbigen nachleben vverden, als vvann es von Uns ſelbſten beſchehen vväre. Solchem nach verſichern vvir uns auch um ſo mehr einer vergnüglichen Expedition unſerer Abgeſandten, als Uns nicht allein Euer Excellenz gegen unſerem Stand unverdienter maaſſen hegende Wolgevvogenheit und Propenſion, vvie auch Dero Höchſt-berühmten Æquanimitæt oder Juſtitz-Liebe zu gnügen bekannt gemacht vvorden, ſondern auch ſolches denen von Seiten unſers Stands Ihro Kayſerl. und Königl. Cathol. Majeſtät ſo vielfaltig zugeſtandenen Willfährigkeit und anderen habenden Verdienſten, angemeſſen ſeyn vvird. Wir laſſen alſo Euer Excellenz unſern geſammten Stand und deſſen Intereſſe beſtens anbefohlen ſeyn, und verſichern dieſelbe, daſs vvir nebſt Anvvünſchung aller vvahren Glückſeeligkeit ſtets mit ſonderbarer Veneration und Hochachtung verharren vverden. Geben und in unſer aller Nahmen mit gemeiner drey Pündten Secret Inſiegeln vervvahrt, Anno 1726. den 30. Julii (10. Auguſt.)

Euer Excellenz

Dienſt bereitvvilligſte
Die Häupter und etvvelche der Räthen gemeiner Dreyen Pündten zu Chur verſamt.

Ihrer Excellenz dem Hochvvohlgebohrnen Herrn, Herrn Wirich Philipp Lorenz, Graffen von Daun, Fürſten zu Tiano, Rittern des güldenen Vlieſs, der Röm. Kayſerl. Majeſt. vvürckl. geheimten Rath, Feld-Marſchall, General-Feld- und Hauſs-Zeugmeiſter, Obriſter über ein Regiment zu Fuſs, Obriſter und Commendant der Kayſerl. Reſidentz-Stadt Wienn, Gouverneuer und General-Capitain des Meyländiſchen Staats, &c.

Meyland.

Digitized by Google

CAPUT II.

De Sabaudiæ Ducatu.

I.

Donatio Ottonis I. Romanorum Imperatoris facta Aymoni, Comiti Marchioni Seguſiæ, d. d. 3. Id. Aug. An. 963.

In Nomine Sanctæ individuaque Trinitatis.

OTto divina providente clementia Imperator Auguſtus. Si rectis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum præbemus, promtiores eos in noſtro fore obſequio minime dubitamus. Quocirca omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorumque, præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat induſtria, qualiter interventu atque conſultu amantiſſimæ noſtræ conjugis, noſtrique Imperii Conſortis, per hanc noſtri præcepti paginam concedimus, donamus atque largimur Aymoni Comiti, dilectoque noſtro fideli, Corticulas duas juris Regni noſtri, in Vercellenſi Comitatu conjacentes, quæ Andurni & Molinaris nominantur una cum Capellis, Villis, Maſſaretiis, rupibus, planiciebus terris cultis & incultis, molendinis piſcationibus, Aldionibus & Aldiadibus utriusque Sexus, Familiis diſtrictis, publicisque vectigalibus & penſionibus omnibusque quæ dici & nominari poſſunt ad prædictas Corticulas in integrum pertinentibus, nec non & noſtro jure & dominio in præfati Comitis jus & dominium omnino transfundimus & delegamus, Inſuper hac noſtra præceptali authoritate confirmamus & corroboramus eidem fideli noſtro omnes res & utriusque Sexus Familias Juris ſui, videlicet Cortes Alicæ, Cavaliaga, Caſanova, Ropali in Vercellenſi Comitatu conjacentes, atque Caxana, Bremita, Ticinenſæ, Zeutiano, Aſtelliano, Gomaroſo, Caltranaxo, Calvarengo, & Frasſinetu in Lomellenſi Comitatu, una cum Caſtellis, Villis Capellis, Maſſaritiis, Campis, Inſulis, aquis Molendinis, piſcationibus, diſtris, penſionibus, Aldionibus & Aldiabus, Servis & ancillis, omnibusque, quæ dici vel nominari poſſunt, ad prædictas Curtes & res pertinentibus in integrum. Propterea, ſi de prædictis rebus a Nobis conceſſis, & de prætaxatis à Nobis confirmatis, legales querimoniæ contra eum ortæ fuerint, aut de eorum terminis litigaverint, hac noſtra imperiali autoritate concedimus, & ut per inquiſitionem & Sacramentum trium liberorum hominum liceat eum affirmare, quod jure proprietario inde inveſtitus fuerit, & eas firmiter tenuerit, ac deinde habeat & teneat, firmiterque poſſideat ipſe, ſuique hæredes, habeantque poteſtatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, pro anima judicandi, & quidquid eorum decreverit animus faciendi, omnium contradictione remota. Si quis ergo contra hanc noſtri præcepti paginam interpretaverit, aut infringere præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ & medietatem prædicto Comiti ſuisque hæredibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, annulo noſtro Subterjuſſimus inſigniri. Signum Domini Ottonis, Invictiſſimi Imperatoris Auguſti, Lutagerius Cancellarius, ad vicem Guidonis Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi. Data 3. Idus Auguſti, Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo Sexageſimo tertio, Indict. Sexta, Imperii Sereniſſimi Ottonis Imperatoris 27. Actum Papiæ.

II.

Donatio Ottonis I. Romanor. Imperatoris facta Manfredo, Marchioni Seguſiæ, d. d. 11. Kal. Novembr. An. 966.

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

OTto divina favente clementia Rex. Si dignis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum præbemus, promptiores eos in noſtro fore obſequio minime dubitamus quocirca omnium Sanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat Induſtria, qualiter interventu atque conſultu dilectiſſimæ matris noſtræ Theophaniæ, Imperatricis Auguſtæ, per hanc noſtri præcepti paginam, prout juſte & legaliter poſſumus, confirmamus & corroboramus Manfredo filio quondam Aymonis, noſtroque dilecto fideli, corticulas quasdam quas præceptali dono Sereniſſimi Avi noſtri, Ottonis Magni Imperatoris, Pater ipſius obtinere viſus eſt, in Comitatu Vercellenſi quarum nomina iſta ſunt, videlicet Audurni, Molinaria, Gallanico, Mutiano, Ponderano, Aſidola, Canderio, Traverio, una cum Capellis, Villis, Maſſaritiis, rupibus, planiciebus, terris cultis & incultis, aquis, molendinis, piscationibus, Aldionibus & Aldiabus utriusque ſexus, familiis diſtrictis, publicisque vectigalibus, quæ dici vel nominari poſſunt, ad prædictas Curticulas in integrum pertinentibus, per hujus noſtri præcepti cautionem & authoritatem, in præfati Manfredi, noſtri dilecti fidelis, jus & dominium penitus transferimus & confirmamus & corroboramus in ſuper pro hac noſtra præceptali firmitate confirmamus & corroboramus idem fideli noſtro omnes res & familias utriusque Sexus, juris ſui, videlicet Curtes, Alicæ, Cavaliaga, Caſanova, Rapoli in Vercellenſi Comitatu conjacentes, atque Canna, Bremito, Tignenſo, Zeutiano, Aſtelliano, Gomoroſca, Galdavazò, Calvarengo & Fraxeneto, in Lomellenſi Comitatu Sitas, una cum Caſtellis, Villis, Capellis, Maſſaritiis, vineis, campis, inſulis,

Digitized by Google

sulis, aquis, Molendinis, piscationibus, districtis, pensionibus, Aldionibus & Aldiabus, Servis & ancillis, omnibusque, quæ dici vel nominari possunt, ad prædictas Curtes pertinentibus in integrum. Confirmamus etiam prænominato fideli nostro, hac nostra authoritate, Curtem de Bragario cum Servis & ancillis, & omnibus pertinentiis ejus. Curtem vero de Vitigniano cum servis & ancillis & omnibus pertinentiis ejus Præterea, si de prædictis rebus a Nobis confirmatis legales querimoniæ coram eo exortæ fuerint, aut de eorum terminis litigaverint hac nostra regali authoritate concedimus, & ut per Inquisitionem & Sacramentum trium liberorum hominum liceat ei affirmare, quod jure proprietario inde investitus fuit, & eas firmiter tenuerit ac deinde habeat & teneat firmiterque possideat, ipse suique hæredes habeant potestatem tenendi, donandi, commutandi, pro anima judicandi, & quicquid eorum decreverit animus faciendi, omnium hujusmodi contradictione remoda. Si quis ergo contra hanc nostri præcepti paginam ire tentaverit, aut infringere præsumpserit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem præfato Manfredo, suisque hæredibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, hanc paginam manu propria roborantes, annulo nostro subterjussimus insigniri, Signum Domini Ottonis invictissimi Regis. Adebertus Cancellarius, ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi, Data XI. Cal. Novemb. anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo Sexagesimo sexto Indict. I. anno vero tertio Ottonis.

III.

Tabulæ fœderis inter Ottonem de Burgundia, Dominum Salini, & Renatum de Burgundia, fratrem ipsius ex una; necnon Thomam de Sabaudia, Comitem Pedemontii, & Amadeum, fratrem ejus ex altera parte initi, d. d. 30. Novembr. An. 1071.

NOus Otthonins de Bourgoigne & Sires de Salins, & Renauz Freres fommes à savoir à tous ceus qui verront ces presentes lettres, Que nous regardée la grand esperance d'amour, laquelle nous avons eue toujours & aurons en enpres à Nobles Barons & nostres chiers & amés Thomas & Amé de Savoye Freres prometons à iceus maimes en bone foy donnés fermens corporeement à seintes Evangiles de Dieu, valoir & conseiller & aider tant cum nous vivrons de tote guerre & de touz plaiz, de toutes querailes contre touz homes dou monde de totes noz forces, de touz nos povoirs, exceptez nobles Barons Philippe de Savoye & de Bourgoigne Conte, Aaliz de Savoye & de Bourgoigne, Comtesse, Hugne Duc de Bourgoigne Thiebaut Conte de Bar & en seur que tout nous prometons per le serment devant donné, que s'il avenoit par aucun cas entre les devant diz Thomas & amé de Savoye Freres, & Pierre de Cbalon nommé Bouvier, guerre où decors andevant de Pierre Bouvier, nou ne sliaiderons ne en fait ne en dit contre les devant diz Thomas & Amé per nous ne per autruy que nous puichiens rencontrer en tous leus & toutes fois que nous pourriens ne sauriens leur domage à percevoir de notre poir, nous les defendriens & leur feriens à plutost que nous pourriens à savoir. Promettons ancores Nous Otthonins, que nous Thomas & ame Freres, contre tous les eideurs de Pierre Bouvieur de Chalon eyderons de tout notre povoir, seauf ceux que nous avons nommement dessus exceptés. Ie Renauz contre le devant dit Pierre Bouvier, encontre tous ses aideurs à Thomas & Amé devant diz de tout mon pouvoir eidere toutes les fois, que je sere daus ou de lundaus requis ou de lour certain message, toutes les choses sus nommées & promises. Nous Otthonins & Renauz Freres promettons loyaument seur le serment donné & fait de nous seur les seintes Evangiles à tenir plenement & garder senement sans aller en contre tant cum nous vivrons, & por ce que cestes chose soit plus ferme & plus estable nous avons fait nos seiauz mettre en ces presentes lettres en signe de perpetue fermeté. Ce fut fait à Paris en lèn Cloistre Nostre Dame en l' Ostel lois de Savoye, en l'en de l' incarnation noster Seigneur mil LXXI. XXI. le jour de mercredy devant la Feste S. Nicolas; apre la Feste S. Andrier l' Apostre.

IV.

Bulla Hadriani P. P. IV. qua compositionem inter Episcopum & Comitem Gebennenses sancitam confirmavit, d. d. 12. Kal. Jun. An. 1157.

HADRIANUS EPISCOPUS. Servus Servorum DEi, venerabili fratri Arducio Gebennensi Episcopo salutem, & Apostolicam benedictionem.

QUotiens a fratribus nostris Episcopis talia postulantur, quæ & equitati conveniant, & a rationis tramite non recedant, decet nos animo libenti concedere, & illorum vota oportet nos effectu operis prosequente complere. Ea propter venerabilis in Christo Frater Episcope justis postulationibus tuis, grato concurrentes assensu, personam tuam & commissam tibi Ecclesiam sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus.

Compositionem vero, quæ inter te & dilectum filium nostrum nobilem virum Amedeum Gebennensem Comitem in præsentia venerabilium fratrum nostrorum S. Viennensis, E. Lugdunensis, & P. Tarentasiensis Archiepiscoporum. J. Gratianopolitani, & Guilelmi Belicensis Episcoporum, & quorundam religiosorum Abbatum, super quibusdam controversiis quæ inter vos agebantur, utriusque partis assensu

Digitized by Google

sensu rationabiliter facta est, juxta tuæ postulationis instantiam, tibi et per te Ecclesiæ tuae auctoritate Apostolica confirmamus, cujus videlicet compositionis tenor sicut in instrumento exinde facto continetur, in subsequentibus invenitur annexus. Prædictus siquidem frater noster Petrus Tarentasiensis Archi-Episcopus, & dilecti filii nostri Almadricus Precentor Gebennensis Ecclesiæ, & Willelmus Alberici, Decanus, Lambertus de Anassiaco, Decanus & Artoldus, Decanus, Gualterius, Canonicus & Capellanus, Pontius de Filingio Canonicus, Magister Petrus de Tolno, Canonicus, Aymo, Vicedominus Gebennensis, Amedeus de Nangiaco, Petrus de Nangiaco, Aymericus de Nangiaco, Falco Turumbertus, Cono de Ruppe; a gravaminibus Sacerdotum & Diaconorum tibi a comite illatis incipientes, quoniam tu exinde querimoniam feceras, ita inter vos composuerunt, ut si fundum vel terram Comitis Sacerdotes vel Diacones tenerent eidem ex equo servirent; si vero terram ejus dimittere vellent, investituram dimitterent, & secundum quod ab eo tenuerant, usamentum facerent & sic Episcopo & Ecclesiæ Gebennensi in pace per omnia remanerent.

Quia etiam Comes adversus te querimoniam fecerat, quod eos qui servili conditione sui erant ordinaveras, super hoc ita est difinitum, ut quicunque Sacerdotes vel Diacones ordinati erant, in pace tibi dimitterentur, & deinceps servos Comitis, vel suorum, nisi eorum assensu nullatenus ordinares.

De Feudo quoque Decimarum conquestus est Comes, sed quia prætendebas difinitionem per compositionem super ipsas decimas a Comite tibi factam esse, ita positum est, ut compositionem esse factam ostenderes, & teneretur; sin autem feudum Decimarum Comiti dimitteres, salvo quidem Episcopali jure, & Apostolicæ sedis mandato.

Tu vero post hæc aliam proposuisti querimoniam de Castris super Ecclesia a Comite nuper constructis, & de Willelmo de Marvallo, cujus hominium Comes indebite acceperat, & proinde ab Ecclesia Gebennensi cujus per omnia esse debuerat, alienaverat; inde nimirum prædicti concordatores sic de castris composuerunt, ut quæcunque super terram Ecclesiæ per comitem constructa fuerant, si probari posset, omnino destruerentur: alioquin si super terram Comitis erecta essent, integra remanerent, ita sane quod rebus Ecclesiæ in aliquo non nocerent.

Præterea de Willelmo Mavallensi ita est ordinatum, ut quia vir nobilis est, si vellet feudum Comitis dimitteret, & hominio Comitis irrito facto ad Gebennensis Ecclesiæ dominium & Episcopi rediret; si mallet feudum Comitis & ejus dominum tenere feudum Ecclesiæ in pace dimitterent, & exinde nullam exactionem Comes Ecclesiæ faceret.

De cetero querimonia Comitis fuit de filio Mayneri, quem tu ei abstuleras, super quo satis ad plenum a te responsum est habitum, videlicet quod mater ad dominium Ecclesiæ Gebennensis attinebat & propter hoc filio Mayneri feudum Ecclesiæ dederat, quia ex parte matris quæsierat & ad ipsum spectabat. Quo circa positum est, si Comes ipsum filium Mayneri habere vellet ille feudum Ecclesiæ ad pacem dimitteret, & a Comite vel ab aliquo nulla ex hoc gravamina Ecclesiæ inferrentur.

Porro de hominibus & terris Ecclesiæ à Comite & a suis interceptis & superceptis, a te querimonia deposita fuit, super communi consilio compositorum dictum fuit, ut in quibus partibus Gebenensis Episcopatus hujusmodi controversia habebatur, pro examinanda veritate circa locorum affinitates quatuor ex parte tua & quatuor ex parte Comitis homines boni testimonii, & indigene, & jus jurandum censura Ecclesiastica cogerentur, & quod ipsos constaret, tactis sacro sanctis reliquiis, de justa possessione Ecclesiæ vel Comitis profiteri, ab utroque vestrum firmiter in posterum teneretur.

Inter cetera vero, quæ continentur in compositione apud Sayssel facta continerentur & hæc, ut recordationes factæ post jusjurandum per homines Episcopi & Comitis, Amaldricum videlicet Gebennensem Cantorem, & Canonicum, Willelmum Born. Decanum Richardum Vicedonnum, VVillelmum de Bosco, sicut recitatæ fuerant comuni assensu tui scilicet & Comitis in præsentia memorati Petri Tarentasiensis Archi Episcopi, & Amedei Lausannensis Episcopi, atque Abbatum totius Gebennensis Episcopatus, Rudolphi de Alta-comba, Stephani Chisiriacensis, Moysi de Bonomonte, Borch. de Habundantia, Pontii de Six, nec non Rodulphi Agaunensis Abbatis, & multorum assistentium in Episcopali domo apud Gebennas, quid Episcopo, quid Comiti in dominio & justitia Gebennensis Civitatis attineret firmiter ab utriusque tenerentur.

Recordationes sunt istæ; Bannum totius Geneve, in omnibus & per omnia tuum solummodo esse; Justitiam & dominium cujusque sit homo & ad te tantummodo pertinere; Adventicios quoque ex quo per annum, & diem Gebennis moram fecerit tuos solummodo esse; Comes vero in tota Geneva nullos homines capere debet; Hospitalitatem, placitum generale, foraciones vini, coroadam & mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debes ut dominus possidere; Forum totius Ville, & justitiam fori ad te solummodo pertinere; Pedagium, ripale, & pascua similiter. Comes quoque per se vel aliquem de suis in pascuis Gebennensibus, nullas equitaturas capere debet; Monetam in manus tuas tantummodo esse; si quis vero latro captus fuerit, ipsum & omnia ejus, tu habere debes; Statio Comitis Gebennis in cognitione tua sit, ita tamen, ut Comes & familia ejus Ecclesiæ, & civibus, & Ecclesiasticis rebus non noceat; Comes etiam aut aliqui de suis vadimonia sua per vim alicui, & nisi eque valent minime ponant, & non aliter quam ad pacem creditoris eadem dimittant; Hactenus Episcopalia.

De his vero quæ ad Comitem spectare videntur sunt hæc; Comes est & bonus Advocatus sub Episco-

Digitized by Google

Episcopo esse debet; Tantam denique familiaritatem ex dilectione in domo Episcopali habere debet, quod in mutationibus officiorum ejusdem domus si tu inde quæstionem habueris druuliam ibi ad modum habere debet. Tu quoque si adversus aliquem de familia sua commotus vel iratus fueris, ad Comitem refugium habebit, & donec tibi congrue satisfaciat, Comiti eundem tenere licebit: simili modo de familia Comitis a te per omnia tenebitur.

Quamvis vero de Latrone sicut superius continetur fiat, si ad damnandum, vel aliquam inde justitiam faciendam fuerit deputatus, Comiti tamen pro peragenda justitia reddetur; Consequentur & de monetariis, si falsam aliquando monetam fecerint, jussu tuo Comes justitiam faciet.

Quoniam igitur Comes modum excedendo multa, & maxima damna tibi intulerat, & Canonicis similiter domosque hominum tuorum diruendo destruxerat, dixerunt Compositores, ut quadraginta libras pro restauratione damni Comes tibi persolveret; Canonicis vero damnum suum ad eorum libitum & misericordiam emendaret; In redintegratione quoque domorum hominibus quorum fuerant ad eorum pacem emendationem Comes faceret. Dictum est autem, ut omnibus hominibus tuis quos Comes pro malivolentia inter se & te habito odio habuerat, pacem redderet, similiter & tu ipse hominibus Comitis pacem faceres, exceptis illis, qui tua abstulerant, illa videlicet, quæ Comes minime habuerat, de quibus dictum est, ut Comes tibi super ipsis justitiam donec ablata juxta beneplacitum tuum redderentur, faceret; sin autem tu ipse justitiam tuam proinde faceres, Comes vero in nullo tibi contradiceret.

De piscatione vero unde tu querimoniam feceras, ita positum est, ut bonas consuetudines, quas homines tui ab antiquo per lacum habuerant, semper in pace haberent.

Fuit & querimonia tua te die piscationis in Venna quam Comes abstulerat, super quo a compositoribus dictum est, ut quando Comitem vocare velles, in Curiam tuam veniret, ac per cognitionem Curiæ in pace remaneret; de Rodulpho quidem Sancti Gervasii, quia Comes inde conquestus fuerat, sic positum est ut investitura Ecclesiæ remaneret, & si Comes vellet, super hoc in Curiam tuam veniret, & secundum quod dictum erat, vel adhuc diceretur jus suum uterque possideret.

Si quis vero pacem hanc vel concordiam temerario ausu infringere tentaverit, dictum est ab ipsis Compositoribus, ut tu inde justitiam facias, & Comes infra quadraginta dies & tua pro facta justitia non offendat. Ut igitur compositio ipsa futuris semper temporibus inviolabiliter observetur eam Apostolicæ sedis auctoritate duximus confirmandam, & presenti privilegio muniendam.

Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire; si quis autem hoc attemptare præsumserit, secundo tertiove commonitus, nisi præsumtionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, atque in extremo examine districte subjaceat ultioni.

Cunctis vero eam servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Ad te. Amen.

(L.S.) (L.S.)

† EGO ADRIANUS CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPUS.

† Ego Gregorius Sabinensis Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Manfredus, Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Sabinæ.

† Ego Girardus, Presbyter Cardinalis tituli Sancti Stephani in Celio monte.

† Ego Henricus Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Nerei & Achillei.

† Ego Otto Diaconus Cardinalis tituli S. Georgii ad velum aureum.

† Ego Rodulphus Diaconus Cardinalis Sanctæ Luciæ in Septa.

† Ego Guido Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu.

† Ego Odo Diaconus Cardinalis S. Nicholai in Carcere Tuliano.

† Ego Ardicio Diaconus Cardinalis S. Theodori.

† Ego Boso Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosme & Damiani.

† Ego Albertus Diaconus Cardinalis Sancti Adriani.

Datum Lat. per manum Rolandi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii XII. Kal. Junii, indictione quinta, Incarnationis Dominicæ, anno millesimo quinquagesimo septimo Pontificatus vero Domini Adriani Papæ quarti, anno tertio.

(L.S.) (L.S.)

V.

Contractus matrimonii inter Margarethan de Sabaudia & Hermannum, Comitem de Kyburg stabilitus, d. 6. Kal. Jun. An. 1218.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi.

ANno ab Incarnatione Domini M. CC. XVIII. Calend. Junii, apud Meldicium, Dominus Thomas Comes Savoyæ, in præsentia multorum nobilium, dedit filiam suam Margaritam Comiti Artemanno, filio Comitis Udrici de Kibor, quam ipse Art. in sua bona fide recepit, & quia ipsa infra nubiles annos erat, juravit ipse Comes Artemannus quod cum ipsa ad annos nubiles perveniret, desponsaret eam & duceret in uxorem nec eam pro meliori aut deteriori dimitteret, & quod ipse non fecit, nec faciet, unde matrimo-

niuna

nium inter eos possit impediri, & quod ipse eam sic custodiri faciet, quod nec ab ipso, nec ab alio ante desponsationem carnaliter cognoscetur, & si forte, quod absit ipse, Artem. in infirmitatem accideret, & prævideret mortem suam ante desponsationem ordinaret pro posse suo qualiter sine corruptione, vel alio impedimento, ipsa apud Castrum de Chillon, dicto Comiti de Savoya, vel ejus hæredi redderetur. Comes autem Sabaudiæ promisit dare ipsi Comiti Art. in dotem pro filia sua, mille Marchas argenti, quas debet reddere in proximo festo omnium Sanctorum, & alias mille Marchas, a præsenti festo Pentecosten ad unum annum, & hæc duo millia marcharum argenti debet reddere in manu Domini Bertoldi Comitis de Novo-castro & Domini Vullielmi d' Estavayé & ipse Comes Artem. donavit pro melioramento Margaritæ Uxori suæ, duo millia marcharum argenti, quæ ipsa debet habere super Friburgum quod est in Episcopatu Lausanensi, vel super fidejussores, posse recuperare, & si ipsa haberet hæredem a Comite Artemano, & ipse ipsam morte præveniret, ipsa posset remanere Domina cum hærede secundum bonos usus terræ. Comes vero Uldricus nunc donavit filio suo Artemano, extra partem filiorum suorum pro melioramento castrum de Medenges, cum militibus, & apendimento & Gajam de Murisenges & de Tiereabac, cum apendimento, & omnes illi, qui sunt de melioramento, debent facere fidelitatem dictæ Margaritæ, cum ad tempus nuptiarum pervenerit, et Comes Uldricus pacto promisit Comiti Savoyæ, quod Fribors esset in potestatem comitis Artemanni. Si vero, quod absit, ipse Comes Artemanus, ante nuptias vel post ipsam Margaritam dimitteret incurreret pœnam duarum millium Marcharum argenti, & eas peteret, & haberet Comes Savoyæ super castrum de Oleicis, & super Curtedenges & idem Comes Savoyæ, si dictæ Conventiones ei non attenderentur, poterit eas inquirere per Ecclesiam & sæcularem potestatem. Has omnes Conventiones juravit attendere ipse Comes Artem. & cum ipso & pro ipso Pater ejus V. Comes de Kibor, & Comes Garnerius Frater ejus, & Comtissa Uxor Comitis de Kibor laudavit & fidejussit in manus B. Comitis de Castronovo, se hæc omnia observaturam. Item juraverunt pro Comite Art. Comes B. de Novo castro, Arnoldus de Rotembor, Uldricus de Konemborg, Henricus de Balma, Anguilor de Yola, Artemanus de Botemone Borcardus de Bamp, Gotafridus Senescalcus de Kibor Comes Albertus d' Ansborg, Comes Ro., de Churcey, & omnes isti debent stare obsides Lausannæ, vel apud Meldum, donec conventiones attendantur de Conventionibus Comitis Savoyæ, & pro ipso Comite juraverunt ejus Filii Amedeus & Humbertus Comites, B. de novo castro, Umbertus de Boczesel, Nantelmus de Majolani, Amedeus de Vileta, P. de Seyssel, Berlio de Chandieu, Guido de Gerbais, Aymo de Pont verro, Amedeus de Seyssion Petrus de Meissimi, Ro. de Conteys, & stare obsides in Villam novam, donec attendatur, Ricardus de Camera posuit in sua fide.

VI.

Donatio castri Monteys dicti facta per Amadeum IV. Comitem Sabaudiæ sorori ipsius Margarethæ, Comitissæ Kyburgensi, d. d. 16. Octobr. An. 1239.

QUoniam frequenti lapsu temporis, memoria simul labitur hominum. Ego Amedeus Comes Sabaudiæ & Marchio Italiæ, dignum duxi scire tam præsentes quam posteros, & omnes quos scire expedit quod castrum dictum Monteys, cum omnibus attinentiis, hominibus, nobilibus & ignobilibus & omni jure quo possedi, contuli Sorori meæ Margaretæ Comitissæ de Kiborch, quiete & libere possidendum. Ad Conservationem hujus & robur imposterum valiturum præsentem paginam sigillo matris meæ Comitissæ & mei munimine roborare decrevi. Acta sunt hæc apud Gillum. Anno Gratiæ M. CC. XXXIX. in festo Sancti Galli.

VII.

Contractus matrimonii initus inter Amadeum IV. Sabaudiæ Comitem & Cæciliam, filiam nobilis viri Barralai, Domini Baucii, d. d. 15. Kal. Januar. An. 1244.

In Christi nomine.

ANno incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo quadragesimo quarto & decimo quinto Kalend. Januarii, Regnante Frederico Romanorum Imperatore, notum sit omnibus modernis hominibus & futuris, quod ego Humbertus de Seyssello constitutus Procurator a Nobili Viro Domino Amedeo Comite Sabaudiæ & in Italia Marchione sicut continetur in Litteris missis per dictum Dominum Comitem, Nobili Viro Barralo Domino Baucii ad desponsandam Te Dominam Ceciliam Filiam Nobilis Viri Barralai Domini Baucii prædicti, & ad matrimonium contrahendum per verba de præsenti, cum Te Domina Cecilia supradicta auctoritate & mandato potestate michi data, atque concessa, a dicto Domino Amedeo Comite Sabaudiæ, Te dictam Dominam Cæciliam præsentem & consentientem in dictum Dominum Comitem. Ego dictus Humbertus de Seyssello, tanquam Procurator ipsius in personam ipsius Domini Comitis & nomine ipsius te in uxorem legitimam accipio & in Te Cæciliam supra dictam, nomine ipsius & mandato consentio, & tecum nomine ipsius Domini Comitis, & mandato, & in personam ipsius per verba de præsenti matrimonium contraho; & ego Cæcilia filia Nobilis Viri Barrali, Domini Baucii supradicti, non errans, non decepta, non coacta ab aliquo, certiorata de persona dicti Domini Amedei Comitis Sabaudiæ, & Marchionis

Digitized by Google

chionis in Italia per famam, volens cum dicto Domino Comite per verba de præsenti matrimonium contrahere sciens te Dominum Humbertum de Seyssello, esse procuratorem constitutum a Domino Amedeo Comite prædicto, ad contrahendum matrimonium mecum, nomine & mandato dicti Domini Comitis, per verba de præsenti, te dictum Dominum Humbertum de Seyssello, tanquam Procuratorem dicti Domini Comitis in personam dicti Domini Amedei Comitis Sabaudiæ, & loco & nomine ipsius, in Virum meum accipio, & consentiens in personam dicti Domini Amedei Comitis, me tibi dicto Domino Humberto recipienti, procuratorio Nomine dicti Domini Comitis, tanquam Procuratori ipsius Domini Comitis & in personam ejus, in uxorem legalem do & concedo; His omnibus peractis, ad omnem dubitationem removendam, Ego Humbertus de Seyssello prædictus supra Sancta Dei Evangelia, corporaliter a me tacta, me habuisse mandatum de omnibus supradictis faciendis, a Domino Amedeo Comite supradicto, sicut in Litteris ipsius Domini Comitis dicto Domino Barralo missis, & sigillo dicti Domini Comitis sigillatis expresse continetur. Factum fuit hoc in Capella Beatæ Mariæ in Auraſia. Præsente Domino Guillermo Capellano ejusdem Castri, quo mediante prædictum Matrimonium fuit contractum. Testes alii ad hoc vocati interfuere Nobilis Vir Rudolphus de Baucio, Princeps Auraicæ, Ubertus de Baucio nepos ejus, Guido de Castro-Novo, Willermus de Sabrano, Dominus Aymo de Compeysio, B. de Baucio Canonicus Avinionensis, Dominus Hugo de Mouziaco. Signatum Lambert.

IIX.

Testamentum Thomæ de Sabaudia, Comitis Mauriani, d. in festo Beatorum Joannis & Pauli, An. 1248.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen!

ANno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo Octavo, in Feſto Beatorum Joannis, & Pauli menſe Junii, Ego Thomas de Sabaudia Comes, Sanus, & in bona, ac ſana memoria conſtitutus, de rebus meis & ad me pertinentibus diſpono, & ordino in hunc modum: Filium vel Filiam, ſi quem vel quam, tempore mortis meæ habuero de Uxore, hæredem mihi inſtituo, & ſi plures habuero de Uxore, Primogenitus ſi ſit maſculus; ſi vero ſit filia, proximo natus filius Maſculus ſit hæres, & ſic per ordinem de maſculis, primogenitus vero, vel alius maſculus, quicumque ſuccedet per ordinem, ut proximo dixi teneatur aliis honorifice providere, & dotes ſorori, vel ſororibus, uni vel pluribus aſſignare, habito reſpectu ad dignitates & facultates. Hæres vero meus ſi in pupillari ætate deceſſerit proximiorem maſculum eidem ſubſtituo, & ſic deinceps, & ſi non eſſet maſculus, proximiorem filiam ei ſubſtituto, & ſic per ordinem de filiabus volo ſervare, ita tamen quod quandocumque naſceretur mihi Filius Maſculus de Uxore, omnes ſorores in ſucceſſione præcedat, & ſi idem hæres, quicumque fuerit ſecundum ordinem, quem prædixi, poſt pubertatem quandocumque ſine libero vel liberis de Uxore deceſſerit, volo & rogo, ipſum per fidei commiſſum, ut dictam hæreditatem reſtituat proximo maſculo, & ſic de ſingulis maſculis per ordinem obſervetur. Et ſi forte nullus eſſet maſculus proximiori filiæ, ipſam hæreditatem reſtituat, & hoc idem volo inter filias obſervari, & ſi unicum filium, vel filiam haberem de uxore, ſeu plures, ad ultimum hæreditas deveniret, prout ſuperius eſt expreſſum, & in pupillari ætate, ſeu poſt pubertatem quandocumque, ſine libero vel liberis de uxore decederet volo, & rogo ipſum per fidei commiſſum, ut dictam hæreditatem reſtituat, cariſſimis fratribus meis Philippo Lugdunenſi Electo & Petro de Sabaudia communiter, vel alteri ipſorum ſuperſtiti in ſolidum, quoniam ipſos vel alterum ipſorum ſuperſtitem hæredes meos, vel hæredem modis omnibus eſſe volo, ſi contigerit Filium vel Filiam hæredem meam in pupillari ætate vel poſt pubertatem quandocumque, ſine libero & liberis, de uxore decedere, ut dictum eſt, & aliquo modo de ſupradictis hæreditas iſta ad ſupradictos Fratres meos, vel ad alterum ipſorum ſuperſtitem pervenerit, & ipſe frater meus Petrus Filium Maſculum habuerit de Uxore, volo & rogo, ut ſi fratres mei, vel alter ipſorum, ad quem eſſet hæreditas devoluta, ut ſupradictum eſt, poſt mortem ſuam prædictam hæreditatem reſtituant, vel reſtituat illi, ſi vero dictus Petrus frater meus plures haberet filios maſculos de Uxore, reſtituant dicti Fratres mei, vel alter ipſorum ſuperſtes reſtituat dictam hæreditatem, cui de dictis filiis Maſculis ambo voluerint, vel ipſorum ſuperſtes, qui ſi in pupillari ætate, vel poſt pubertatem quandocumque ſine libero, vel liberis maſculis, de Uxore decederet, volo, & rogo ipſum per fideicommiſſum, ut ipſam hæreditatem reſtituat proximiori Fratri ſuo, & ſic de ſingulis maſculis eſſe volo; & ſi unicus filius maſculus dicti Petri, vel ſi plures eſſent, ille ad quem ultimo dicta hæreditas deveniret in pupillari ætate, ſeu poſt pubertatem quandocumque ſine libero vel liberis maſculis de uxore decederet, volo & rogo, ut ipſa hæreditas ad cariſſimam ſororem meam Beatricem Comitiſſam Provinciæ jure inſtitutionis devolvatur, & volo ac rogo, ut dicta Beatrix ſoror mea poſt mortem ſuam, dictam hæreditatem reſtituat Filio Maſculo cariſſimi Fratris mei Amedei Comi-

Comitis Sabaudiæ, si quem tunc haberet de Uxore, qui si in pupillari ætate vel post pubertatem quandocumque sine libero vel liberis masculis de Uxore decederet, volo & rogo, ut dictam hæreditatem, post mortem suam restituat carissimo fratri meo Bonifacio Archiepiscopo Cantuariensi & post mortem dicti Archiepiscopi, deveniat dicta hæreditas ad Edmundum filium Illustris Domini Henrici, Regis Angliæ, & neptis meæ Alienoræ, Reginæ Angliæ. Et post mortem ipsius Edmundi, si in pupillari ætate, vel post pubertatem quandocumque sine libero vel liberis masculis de Uxore decederet, ad proximiorem de genere Sabaudiæ dicta hæreditas revolvatur. Item volo, & præcipio quod clamores mei, de quibus constabit ad arbitrium Executorum meorum, quos inferius nominabo, integre emendentur. Item volo, & præcipio quod in valle Soblonis supra Pynerolium, vel in loco magis competenti in Terra mea, pro remedio animæ meæ & meorum, Domus de Carthuensi ordine construatur & de bonis meis ad arbitrium executorum meorum dotetur. Item Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Pynarolio, Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Caburro, Abbatiæ Sancti Michaelis de Clusa, Abbatiæ Sancti Justi de Secusia, & Abbatiæ de Alta-Cumba, Unicuique ipsarum lego decem libras Viennenses annuas, pro quinque anniversariis annuatim faciendis videlicet pro bonæ memoriæ Thoma, quondam Comite Sabaudiæ, Patre meo pro me & pro fratribus meis Umberto scilicet, Aymone & Villermo quondam Electo Valentinensi. Item volo & præcipio, quod ipso die obitus mei centum libræ Viennenses pauperibus erogentur. Et cum habeam, & habuerim propositum eundi in subsidium Terræ sanctæ, volo ac præcipio, quod si ante obitum meum, per me vel per superiorem de hoc non esset aliud ordinatum, quod decem milites mittantur pro me, in subsidium terræ sanctæ, vel aliud fiat in Eleemosina, seu in alio pro hujusmodi meo proposito adimplendo, prout Executoribus meis viderit expedire. Hujus autem ultimæ meæ voluntatis Executores constituo R. Patrem Dominum Hugonem de Sancto Theuderio, tituli Sanctæ Sabinæ Presbiterum Cardinalem Fratrem meum prænominatum Philippum Lugdunensem Electum, Rodulphum Tarentasiæ Electum, & Jacobum Abbatem Secusiæ, dans ipsis omnibus & singulis, si omnes interesse non possent, plenam ac liberam potestatem petendi & recipiendi debita mea, pacificandi & solvendi clamores meos, eleemosinas, & legata ac omnia alia faciendi, quæ si vivus essem, possem facere vel deberem. Item de ipsis omnibus & singulis, ut supradictum est, plenam ac liberam, potestatem declarandi, interpretandi, emendandi atque supplendi, si quod semiplene, vel insufficienter, in hac mea ultima voluntate, forsitan inveniatur per ipsos, vel ipsorum alterum emendetur. Item do ipsis Executoribus omnibus, & singulis, ut dictum est, plenam ac liberam potestatem constituendi alios Executores vel Procuratores, unum aut plures, prout sibi videbitur expedire, ad exequendum & perficiendum universa & singula, quæ in hac mea ultima voluntate continentur. Item volo & præcipio quod Supradictus frater meus Philippus Lugdunensis Electus, teneat dictam hæreditatem, donec clamores mei eleemosinæ & legata in solidum ordinata fuerint & soluta, omnes proventus, & redditus dictæ hæreditatis in solutionem prædictorum penitus refundendo, salvis expensis pro terræ meæ custodia faciendis, quibus expletis & solutis fideliter & integre de Consilio executorum suorum, restituat dictam hæreditatem, ad quem jure testamentario pertinebit. Ad quæ omnia & singula supradicta fideliter adimplenda, dictus frater meus Philippus Lugdunensis Electus, per Sacramentum suum, tactis Sacrosanctis Evangeliis, se astrinxit: Volo autem hanc ultimam voluntatem meam, valere jure testamenti in scriptis & si non valeat jure testamenti in scriptis, valeat jure testamenti nuncupativi, volo quod valeat jure codicillorum, seu jure cujuslibet ultimæ voluntatis & si non valeat secundum leges, volo quod valeat secundum Canonicas sanctiones. Rogo autem septem testes, ut mecum subscribant & sigillent in hac ultima mea voluntate; videlicet R. Patrem Dominum Hugonem de Sancto Theuderio, tituli Sanctæ Sabinæ Presbiterum Cardinalem; Fratrem meum Philippum Lugdunensem Electum, Rodulphum Tarentasiæ Electum, Thealdum Leodiensem Archidiaconum Magistrum Vuillermum de Surrone Officialem Lugdunensem, Hugonem Gay, Præpositum Augustensem, Magistrum Joannem Capelli Canonicum Burgensem, item Magistrum Petrum de Chamberiaco Clericum meum Adjungo socium, & Executorem quatuor Executoribus supradictis. Hæc est ultima voluntas mei Thomæ de Sabaudia Comitis, quam sigillo & Subscribo & rogatu meo septem testes sigillaverunt & subscripserunt. Nos Frater H. tituli sanctæ Sabinæ Presbiter Cardinalis interfuimus, rogati a Thoma testatore sigillavimus & subscripsimus, Ego Philippus, Lugdunensis Electus interfui, rogatus a Thoma testatore sigillavi & subscripsi. Ego Rodulphus Tarentasiensis Electus interfui, rogatus a Thoma testatore, sigillavi & subscripsi, Ego Thealdus Leodiensis Archidiaconus interfui, rogatus a Thoma testatore sigillavi & subscripsi. Ego Magister Uvillermus de Surrone, Officialis Lugdu-

Digitized by Google

Lugdunenſis, interfui, rogatus a Thoma teſtatore ſigillavi & ſubſcripſi. Ego H. Gay Præpoſitus Auguſtenſis interfui, rogatus a Thoma teſtatore ſigillavi & ſubſcripſi. Ego Magiſter Joannes Capelli Canonicus Brugenſis rogatus a Thoma teſtatore interfui, & Subſcripſi.

IX.

Teſtamentum Amadei IV. Comitis Sabaudiæ, d. d. 19. Sept. An. 1252.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

ANno ejusdem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo, Indictione decima, die Jovis decimo nono menſis Septembris. Ego Amedeus comes Sabaudiæ, cupiens humanæ ſortis eventum prævenire, cum melius ſit ſpe mortis vivere, quam ſpe vitæ ad mortem ſubitaneam devenire, & maxime cum nihil ſit, quod magis hominibus debeatur, quam ut ſupremæ voluntatis liber ſit ſtilus & licitum, qui iterum non redit arbitrium, ſanus mente, ac bonæ memoriæ liber, æger corpore, volo facere, & facio teſtamentum meum nuncupativum, ſeu ultimam voluntatem, diſpoſitionem vel ordinationem de bonis, rebus, juribus, poſſeſſionibus, & quaſi meis dominiis & juriſdictionibus, & aliis univerſis & ſingulis aliquo jure, & occaſione ad me pertinentibus, & de his quæ teneo, habeo, poſſideo, vel quaſi ego & alius nomine mei in hunc modum. In primis, volo, facio, & inſtituo Bonifacium filium meum, mihi hæredem in omnibus bonis meis, juribus, poſſeſſionibus, & quaſi Dominiis, jurisdictionibus, & omnibus aliis univerſis, & ſingulis, aliquo jure, & occaſione ad me pertinentibus, & de his, quæ teneo, habeo, poſſideo, & quaſi Ego & alius nomine mei, exceptis his, quæ aliis in hoc modo teſtamento, ultima voluntate, & diſpoſitione dedero, donavero, legavero, ſeu reliquero tali modo, quod quandocunque contingeret, dictum B. Filium meum, mori ſine hærede maſculo de Uxore, volo & præcipio, quod omnia prædicta bona, jura, poſſeſſiones, quaſi Dominia, jurisdictiones & alia ſupra dicta ad me pertinentia remaneant, & revertantur dilecto fratri meo Thomæ de Sabaudia Comiti, & hæredibus ſuis maſculis ab Uxore procreatis, & dictum Thomam fratrem meum, & hæredes ſuos maſculos ab Uxore procreatos, dicto B. filio meo, in prædictis univerſis & ſingulis ſubſtituo Beatricem filiam meam, Uxorem quondam Manfredi, Marchionis Salutiarum, & Margaretam filiam meam Uxorem Bonifacii Marchionis Montisferrati michi hæredes inſtituo in dotibus, quas pro ipſis dedi ſupradictis Marchionibus Montisferrati, & Salutiarum, in quibus dotibus volo, & præcipio ipſas filias meas eſſe contentas de bonis meis. Item quod amplius non petant, vel requirant aliquid in bonis meis, Donationem autem cauſa mortis, vel inter vivos, ſi quam aliquando feci, prædictis filiabus meis, vel alteri ipſarum, aut aliis nomine ipſarum ſive pro ipſis, aut pro una earundem, vel legatum, ſi quod eis vel alteri ipſarum feci, vel legavi, ſive ad opus unius, vel ambarum, ſeu inſtitutionem hæredis; ſi quam aliam feci, huc usque de ipſis vel aliqua ipſarum penitus revoco, & ea nullo modo volo valere, ſed volo, & præcipio quod iſti teſtamento, nuper a me facto, ultimæ voluntati, & ordinationi ſtetur, & quæ in eis ſcripta ſunt inviolabiliter, & perpetuo teneantur, cuſtodiantur, & ſerventur, Ceciliæ vero dilectæ Uxori noſtræ dono, & lego ad vitam ſuam, & dum ſine marito in terra noſtra ſteterit, Terram quam tenet, & ſi contingerit ipſam nubere, ſive maritum accipere, volo & præcipio, quod habeat dotem quam pro ipſa, ſive nomine ipſius recepi, & mille libras Viennenſes pro melioramento, quas volo & præcipio quod habeat, ultra dotem ſuam, de bonis meis, in quibus mille libris, & dote quam pro ipſa, ſive nomine ipſius recepi, volo quod ſit contenta ita quod amplius non poſſit petere in bonis, ſive ab hæredibus meis ratione, ſive occaſione dotis, donationis propter nuptias, ſive alterius lucri nuptialis, vel alia qualibet de cauſa. Item volo, præcipio ordino, & ſtatuo quod dictus Thomas frater meus, ſit tutor dicti Bonifacii filii mei, & eundem Thomam fratrem meum, dicto B. filio meo do, & ſtatuo atque ordino Tutorem, præcipiendo, atque mandando univerſis Caſtellanis, Vaſſalis, & Baillivis & aliis univerſis fidelibus meis nobilibus & ignobilibus, ut dicto Thomæ Fratri meo nomine & ex parte dicti B. Filii mei, dum fuerit in tutela ipſius Thomæ, aut dum duraverit ipſa tutela eidem obediant & reſpondeant, tanquam mihi, vel B. filio meo obedirent, & reſponderent. Item volo & præcipio, quod Beatrix filia mea minor inter Monaſterium Bituminis, & ibidem ſit Monialis & pro ipſa ibidem recipienda, & ſepultura mea, & pro remedio animæ meæ & parentum meorum dono & lego domui Bituminis in ſepulturam meam eligo & ſepeliri volo, omnia vaiſſalamenta mea aurea & argentea, & omnes annulos meos, & omnia alia mobilia mea & immobilia, præter groſſum annulum quem do & dimitto dicto B. filio meo & omnia molendina, quæ habeo apud Chamberiacum. Item dono & lego pro remedio animæ meæ & parentum meorum, domui vallis Sancti Hugonis, mille ſolidos Viennenſ. Domui Carthuſiæ mille ſolidos, Domui Aillonis mille ſolidos, Domui Arveriæ mille ſolidos, Domui Montis Benedicti mille ſolidos, Domui Stamedei mille ſolidos Domui Altæ Combæ mille ſolidos, Domui Sancti Sulpitii mille ſolidos, Domui Montiſſonis mille ſolidos, Domui Sancti Mauritii in Chablaſio mille ſolidos. Domui Montis-Cyneſii mille ſolidos. Item volo & præcipio quod omnes clamores mei, & debita mea amicabiliter & ſine ſtrepitu judiciorum ſolvantur & pacificentur a dicto Thoma Comite fratre meo tutore dicti Filii mei, & etiam legata omnia, & relicta ſeu donata in hoc teſtamento, ultima voluntate, diſpoſitione vel ordinatione. Quæ omnia univerſa, & ſingula ſupradicta, prædictus Thomas Comes Frater meus, in mea præſentia, & teſtium infraſcriptorum promiſit, & tactis Sacroſanctis Dei Evangeliis, juravit attendere, & inviolabiliter cuſtodire & cuſtodiri facere. Volo etiam, & præcipio quod hoc meum teſtamentum nuncupativum ultima voluntas, diſpoſitio vel ordinatio valeat jure teſtamenti nuncupativi. Et ſi jure teſtamenti nuncupati-

pativi non valeret, saltem valeat jure Codicillorum, vel jure cujuslibet alterius meæ ultimæ voluntatis, ordinationis, vel dispositionis. Volo etiam & præcipio Hugoni Sancti Max. de Montemeliano, & Michaeli de Secusia publicis Notariis, ut de hoc prædicto meo testamento, ultima voluntate, dispositione vel ordinatione, & de contentis in ipsis, faciat quilibet ipsorum, unum instrumentum vel plura, si opus esset, unius, & ejusdem tenoris. Actum hoc est apud Rupetulam in Camera Comitissæ, ubi fuerunt testes vocati, & rogati, Dominus Jacobus Abbas Secusiæ, dictus Dominus Thomas Comes, Dominus Humbertus de Sayssello, Dominus G. frater ejus, Dominus Guillermus Phalastey, Dominus Rostagnius de Rupetula, Humbertus Marescalli de Montemeliano, Hugo de Corianna, Guillermus de Cuyna, Guillermus de Coteyardis, &c. *Signatum* Hugo.

X.

Testamentum Eubali de Gebennis, filii Humberti, Comitis Gebennensis, in quo Petrum de Sabaudia hæredem suum universalem instituit, d. d. 14. Id. Maji, An. 1259.

NOs Eubalus de Gebennis, Filius quondam Humberti Comitis Gebennensis, attentis gratis servitiis, & amore quem habemus erga benedictum nostrum consanguineum, Petrum de Sabaudia eundem Hæredem nostrum universalem instituimus & facimus donationem dicto Petro & suis Hæredibus de omni jure, actione, & proprietate, quæ quovis modo nobis competit, super Hæreditate & Successione Paterna & Fraterna in Comitatu Gebennensi, tam contra Rodolphum de Gebennis, quam fratres suos & alias quascunque personas.

Testes Johannes de Genuilla, Eubalus de Montibus, Petrus Chanonf. Milites Guido de Grangario, Magister Crassinus, Guido de Montaniaco, Simon de Berserio. Actum in Civitate Londini IV. Idus Maij Anno MCCLIX. cum septem Sigillis. Signe Galganus de Verullis, authoritate Romanæ Ecclesiæ Notarius.

XI.

Testamentum Agnetis, Dominæ Fucigniaci, Comitissæ Sabaudiæ, d. d. 16. Kal. Nov. An. 1262.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

ANno ab incarnatione Domini M. CC. LXII. XVI. Kal. Novembris. Ego Agnes, Domina Fucigniaci, sana mente, licet ægra corpore propter casus fortuitos, qui nullo possunt hominum judicio prævideri, quibusque subjacet fragilitas humanæ conditionis, de rebus meis dispono in hunc modum. Inprimis quia hæredis institutio totius testamenti caput est, & fundamentum, illustrem virum Dominum, & Maritum meum Petrum de Sabaudia, michi Hæredem instituo in Besse, sive in duabus partibus hæreditatis meæ distributæ in assem & omnium bonorum mobilium & immobilium corporalium sive incorporalium contentorum in dictis duabus partibus: Volens, quod prædictus Dominus, & Hæres meus, duas partes Hæreditatis meæ, resque contentas in eis, habeat, teneat & possideat in perpetuum, & explectet & sicut rei propriæ moderator & arbiter ad hæredes suos ex testamento vel ab intestato transmittat, vel cujuscunque alienationis titulo in aliam personam transferre possit. In residuo vero Triente seu tertia parte hæreditatis meæ, instituo mihi hæredem carissimam Filiam meam Beatricem Uxorem Illustris Viri G. Delfini Viennensis & Alboni Comitis. Volo tamen & specialiter mando, ut universa debita ex quacunque causa, vel obligatione, descendentia, in quibus ego quibuscunque personis teneor, sive nomine meo proprio, sive nomine bonæ memoriæ Aymonis Domini quondam Fucigniaci Patris mei, cujus hæreditas in solidum ad me tanquam ad hæredem legitimam, noscitur pervenisse. Idem Dominus P. & eadem filia mea B. pro portionibus hæreditariis reddant & solvant. Hoc testamentum meum laudo, approbo & confirmo, & sine temporis præfinitione valere volo, & ad abundantem cautelam, quæ non solet vitiare contractus, nec testatoris officere voluntati: Sigilli mei appositione communio. Promittens bona fide, & tactis sacrosanctis Evangeliis, jurans me non confecturam in posterum aliud testamentum, seu aliam supremam dispositionem, quæ huic testamento in totum, vel in partem adversetur, nisi contingeret prædictum Dominum P. me vivente sine superstite, ab hac vita migrare, quod tamen abhominor, & detestor. Codicillos tamen a me processu temporis conficiendos, in quibus pro salute animæ meæ, legata ad pias causas, vel pro clamoribus meis sedandis, mandari fieri jubebo, ex certa scientia: Verum si propter improvidam, aut minus plenam scientiam, aut juris ignorantiam, in confectione hujus ultimæ voluntatis de juris solemnitate aliquid sit obmissum, volo illud secundum simplicitatem canonicam, valere jure Codicillorum, sed jure cujuslibet alterius ultimæ voluntatis; petens a dulcissima filia mea B. quæ ini succedendo, michi ab intestato, causam primam obtinet, seu etiam potiorem, ut quamprimum hæreditatem meam adierit, præcedente jussu patris sui, cujus subjecta est potestati, eam hæreditatem, cum omnibus rebus contentis in ea, eidem Patri suo sicut superius scriptum est, sine dilatione ex causa fideicommissi, restituat, legitima tamen portione sibi integre reservata. Quia vero firmiter in præpositis gero, hoc testamentum meum irrefragabiliter observare, & nullo modo nulla ex causa contravenire ex certa scientia. Hoc signum Crucis †. propria manu appono, adjiciens, quod si, quod absit, mutato proposito in posterum aliud conderem testamentum, seu aliam ultimam voluntatem, ipso facta sit cassa, & nullius momenti, nisi de hoc signo Crucis, quod præposui specialem fecero mentionem & nisi omnia, & singula verba, a principio clausulæ, Quia vero, usque in finem ejusdem clausulæ, in eadem ultima voluntate seriatim de verbo ad verbum fuerint inserta. Præcipio autem omnibus fidelibus meis, ut me sublata

Digitized by Google

ta de medio prædicto Domino P. recipienti pro se, & dicta Filia communi hærede sua, quatenus tamen facta divisione, unumquemque pro hæreditaria portione supradicta, obediant sicut Domino, & intendant faciantque homagia, solvant debita, usagia, & fidelitatis præstent etiam juramenta. Ad hæc septem Testes quorum nomina inferius exprimentur, jam dudum puberes liberæ conditionis a me specialiter rogati, non fortuito transeuntes uno eodemque contextu nullo actu alieno interveniente compositioni hujus testamenti præsentes interfuerunt, sicut ex eorum subscriptionibus coram simul nec diversis temporibus factis ex eorum sigillis apparet.

Nos siquidem Henricus Dei gratia Gebenenn. Episcopus, Humbertus Abbas Bonimontis Cistertiensis Ordinis, Guillelmus Filliaci Abbas, Ordinis Sancti Augustini Humbertus Officalis Gebenn. Aymo Decanus Annessiaci, Girardus de Sancto Jorio Decanus, Salanchiæ, Petrus Decanus de Anamassia confectioni seu ordinationi hujus ultimæ voluntatis, testes rogati interfuimus, subscripsimus & sigilla nostra apposuimus, in testimonium omnium prædictorum. Actum apud Versoyam Anno, & die supra dictis.

XII.

Testamentum Beatricis de Sabaudiæ, Comitissæ Provinciæ, d.d. Non. Mart. An. 1263.

In nomine Patris, Sancta & Individuæ Trinitatis, & Filii & Spiritus S. Amen.

ANno Domini M. CC. LXIII. nonis Martii. Ego Beatrix, Relicta inclitæ recordationis Domini Reymundi Berengarii, Comitis Provinciæ, licet in firma corpore, tamen sana mente, & in bona dispositione constituta, de rebus mobilibus meis, & immobilibus dispono, & ordino in hunc modum, & meam facio voluntatem ultimam. Inprimis commendo animam meam Jesu Christo: eique relinquo omnia bona mea mobilia distribuenda ad honorem ipsius, sicut inferius declarabo. Sepulturam meam eligo in Ecclesia hospitali Sancti Johannis Hierosolimitani, quam ego ædificavi, meis sumptibus, apud scalas & totam Terram meam, & omnia bona mea immobilia, quæ habeo & possideo, & quasi ex collocatione bonæ memoriæ Matris meæ, & Electorum fratrum meorum in quibuscunque existant, castris, villis, juribus, excepto castro de scalis, cum appenditiis suis, quod jam dedi donatione inter vivos pro anima mea, Hospitali Ierosolimitano, quod ego construxi: do lego carissimis filiabus meis Margaretæ Francorum, & Aleonoræ Angliæ Reginis Illustribus, ut prædicta omnia habeant, teneant & possideant, pro suo libito voluntatis, toto tempore vitæ suæ, altera autem cedente, vel in prædictis bonis, portionem habere volente, Altera totum habeat in vita sua, ut superius est expressum. Quandocumque vero dicta bona, vel alio modo dictæ Reginæ diviserint, vel forte in vita tenere noluerint, volo, & præcipio quod omnia prædicta ad Thomam Amedeum & Ludovicum Filios quondam Domini Thomæ Fratris mei, libere revertantur, quos in prædictis hæreditatibus instituo, ita quod quicumque aliquis eorum decesserit, portio decedentis ad superstitem revertatur; Alionoræ Filiæ prædicti Comitis Thomæ, lego quingentas libras Turonenses, pro emendis vestibus, & aliis necessariis, quando maritabitur. Item filiæ Rodulphi Gebennensis, bis centum, & quinquaginta libras. Item filiæ Contissone de Medullione, bis centum quinquaginta libras Turonen. Item filiæ Domini de Camera, centum quinquaginta libras Turonen. Item Beringariæ Filiæ Domini Benedicti de Castellione centum quinquaginta Turonens. Item lego mille libras Turonenses distribuendas, per manus Executorum meorum, in pias causas, de quibus volo quod tercentum libræ dentur in proventibus domibus religiosis, ubi melius viderint expediendum, residuum usque septingenta relinquo ad emendandum & pacificandum clamores meos. Residuum si quid fuerit expendatur in pias causas, ubi melius Executores mei videbunt expedire. Item lego Beatrici Andegaviæ Comitissæ centum marchas argenti, & in eis ipsam mihi hæredem instituo. Item Domino Cantuarienſi Archiepiscopo Fratri meo, centum marchas. Item Domino Lugduni Electo Fratri meo centum marchas, item Domino Petro Comiti Sabaudiæ Fratri meo, centum marchas argenti. Item lego tria millia librarum Turonensium pro construendo quodam Hospitali apud Scalas, quod vocabitur Domus Dei, & ad emendum possessiones ad opus dicti Hospitalis, de quarum possessionum fructibus & proventibus, volo quod fiat generalis dona sive distributio ter in singulis Septimanis, omnibus pauperibus ibidem convenientibus hac de causa. Hæc est ultima mea voluntas, quam volo & præcipio valere, jure testamenti nuncupativi, vel codicillorum vel cujuscumque alterius ultimæ voluntatis, vel saltem de Canonica æquitate in omni eventu valeat, & robur obtineat firmitatis, cujus meæ ultimæ voluntatis facio, & ordino Executores, Venerabilem Patrem Dominum Joannem Viennensem Archiepiscopum Dominum Philippum Lugdunensem Electum Fratrem meum, Libertum Abbatem altæ Combæ & Stephanum Archidiaconum Cantuariesem; ita quod dicti Abbas & Archidiaconus, vel alter eorum qui præsens esset, de consilio prædicti Domini Viennensis Archiepiscopi, & Domini Lugduni Electi, prædicta omnia administrent. Actum Ambianensi, anno & die prædictis.

XIII.

Contractus Matrimonii inter Philippum de Sabaudia & Alixin, Comitissam Palatinam Burgundiæ stabilitus, d. d. 3. Jd. Junii An. 1267.

NOs A. Comitissa Palatina Burgundiæ, Notum facimus universis præsentes literas inspecturis; Quod cum nos intendamus matrimonium contrahere cum Domino Philippo de Sabaudia Fratre illustris Viri Domini P. Comitis Sabaudiæ, nos, si contingeret ipsum matrimonium dissolvi

Digitized by Google

per mortem noſtram, vel per divortium ipſo Domino Philippo ſuperſtite, damus eidem & concedimus liberalitate mera & donatione irrevocabili inter vivos, tria millia librarum monetæ tunc currentis in terra noſtra Burgundiæ in redditibus annuis ſuper terram noſtram, quamdiu idem Dominus Philippus vixerit, percipiendas annis ſingulis & levandas, niſi cauſa vel occaſio dicti divortii proveniret ex parte, vel ob culpam dicti Domini Philippi. Pro quibus tribus millibus librarum, annui redditus aſſignandis, in locis competentibus, ad dictum communium amicorum, per nos, vel per hæredes noſtros, ipſi Domino Philippo, eidem nos & omnia bona noſtra obligamus expreſſe. Ita tamen quod poſt obitum ipſius Domini Philippi, dicta tria millia librarum redditum, ad hæredes noſtros, vel ad illos de quibus ordinaverimus, libere revertantur. Facimus autem dicto Domino Philippum pactum expreſſum, quod dicta tria millia librarum annui redditus, quamdiu vixerit, ſiant ſua, ſecundum quod ſupra ſcriptum eſt. Prommittimus etiam Domino Philippo prædicto per juramentum noſtrum, prædictam donationem & omnia & ſingula ſupradicta, firmiter tenere, & inviolabiliter obſervare, & contra per nos vel per alium non venire, nec contravenire volenti modo aliquo conſentire, & ad hæc omnia & ſingula firmiter obſervanda, nos & bona noſtra penitus obligamus. Renunciantes in hoc facto ex certa ſcientia & per juramentum actioni & exceptioni doli, in factum, dotis & dotalitii Privilegio, & ſpecialiter juri dicenti donationem quingentos ſolidos excedentem, ſine inſinuatione non valere, & omni juri ſcripto, & non ſcripto, & conſuetudinario, per quod ſupradicta annullari, vel infirmari valerent. Et ut hæc donatio firma & ſtabilis perſeveret, eam per venerabilem virum Magiſtrum Guillelmum Succentorem & Officialem Lauſanenſem inſinuari facimus: & cum ſigillo noſtro Sigillum ipſius officialis præſentibus rogamus opponi. Nos vero Magiſter Guillelmus, Succentor & Officialis Lauſanenſis, ad preces & inſtantiam dictæ Dominæ Comitiſſæ, donationem præfatum inſinuamus, & in formam publicam redigimus, ac cum Sigillo ipſius Dominæ Comitiſſæ, ſigillum noſtrum præſentibus apponimus in teſtimonium hujus rei. Datum III. Idus Junii, Anno Domini milleſimo, Ducenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

XIV.

Teſtamentum Petri, Comitis Sabaudiæ, d. d. in Feſto Joh. Bapt. ante portam latinam, Anno 1268.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo, in feſto Johannis Evangeliſtæ ante Portam Latinam. Nos Petrus Comes Sabaudiæ, ſani mente, licet ægri corpore, prævidere mortis caſus volentes, nolentes decedere inteſtati de bonis, & rebus noſtris, ordinamus & diſponimus in hunc modum. In primis volumus, & præcipimus debita noſtra integraliter perſolvi, & clamores ſedari, & emendari per Executores noſtros infra ſcriptos, & ad ipſa debita ſolvenda, & clamores emendandos, & pacificandos ad arbitrium dictorum Executorum, oneramus hæredes noſtros, infra ſcriptos, modo & forma infra ſcriptis: Sepulturam noſtram eligimus apud altam Combam, Beatricem cariſſimam Filiam noſtram, Uxorem Illuſtris Viri Delfini Viennenſis, hæredem noſtram inſtituimus in tota terra noſtra, quam habemus in Gebenneſio, & in Waudo, usque ad Moſternenſem, & in Alemania quocunque titulo in prædictis terris, aliquid poſſideamus, vel quaſi excepto jure quod habemus apud Seyſſellum, & Montem falconem. Item damus & legamus eidem Beatrici Filiæ noſtræ, homagium quo tenetur nobis Albertus Dominus de Turre, cum feudis quæ a nobis tenet. Item feudum quod a nobis tenet Comes Forenſis. Item Caſtra Sancti Raneberti, & de Lomnes, cum mandamentis & pertinentiis univerſis, & feuda, quæ a nobis tenentur apud Reiomont, & ipſam hæredem inſtituimus in omnibus & ſingulis prædictis. Item damus & legamus dilectis Nepotibus noſtris, Filiis Domini Thomæ de Sabaudia, cariſſimi Fratris noſtri Villam franchiam in terra Pedemontis, & jus quod habemus in ipſo Caſtro & pertinentiis ejusdem & terram quam habemus in Eſſex & in honore Aquilæ in Anglia. Item cariſſimæ Dominæ noſtræ Alienoræ Reginæ Angliæ, damus & legamus Comitatum Richemontenſem, ita tamen quod ipſa ſolvat, & ſatisfaciat integraliter de omnibus debitis, quibus tenemur Mameto Spinæ, & ejus ſociis Civibus, & Mercatoribus Florentinis. In Comitatu autem Sabaudiæ & in aliis bonis noſtris, tam ultra Montes quam citra, ubicunque exiſtentibus hæredem noſtrum facimus & inſtituimus cariſſimum fratrem noſtrum, Philippum de Sabaudia, Comitem Burgundiæ, exceptis legatis & eleemoſynis, quæ inferius continentur & ſi ipſum comitem decedere contingeret ſine liberis Maſculis, quandocunque ſubſtituimus eidem in prædicto Comitatu & omnibus aliis, prædictos Nepotes noſtros, vel ipſorum alii ſuperſtiti, prædicta omnia devolvantur, & reſtituantur, ſine reſtitutione vel diminutione quartæ Trabellianicæ, vel alterius cujuscunque. Item Domino de Turre remittimus & quittamus Gageriam quam ab ipſo habemus apud Burgundium, & etiam debitum quo nobis pro dicta Gageria tenebatur. Item remittimus & quittamus filiis Radulphi de Gebennis, dilectis Conſanguineis noſtris duo millia marcharum, de debito quo nobis tenentur, pro Gageria quam habemus ab ipſis. Item Turrim de Vineſio, cum omnibus ſuis pertinentiis, damus & legamus dilecto fideli noſtro Domino Hugoni de Palaiſiux. Item Dilectæ uxori noſtræ Agneti Dominæ Fucigniaci, damus & legamus ad vitam ſuam, Caſtra de Verſoga, de Alingio, de Feſterna, de Charoſſa, de Albona cum eorum Pertinentiis univerſis. Item Dominæ Margarethæ, Comitiſſæ de Quipurgo, Cariſſimæ Sorori noſtræ, damus & legamus quingentas libras Viennenſes annuas

Digitized by Google

annuas, ad vitam ſuam percipiendas, in pedagio Villæ novæ pro duabus millibus marchis argenti, quas habuimus ab eadem. Item Filiam Amedei Comitis, cariſſimi fratris noſtri quondam volumus, & præcipimus dotari & maritari decenter. usque ad ſummam ſeptem millium librarum Viennenſium, per Comitem Burgundiæ, ſupra dictum. Brenueriam vero fructuariam, & paleam, qua conſuevimus, tam nos quam prædeceſſores noſtri percipere in Comitatu Sabaudiæ, totaliter quittamus & remittimus, pro nobis, & hæredibus noſtris, domui quoque Altæ combæ, pro remedio animæ noſtræ damus & legamus ducentas libras Viennenſes, pro emendis decem libratas terræ, pro Anniverſario ibidem annuo faciendo. Item Eccleſiæ Beati Joannis Baptiſtæ Bellicenſis damus, & legamus ducentas libras Viennenſes, pro eodem & ad ſupplendum illud quod per nos jam diu extitit aſſignatum, ad ſuſtentationem unius Lampadis ante Altare Beati Joannis, ibidem damus XV. libras Viennenſes. Item Abbatiæ Sancti Sulpicii damus & legamus quinquaginta libras Viennenſes, Domui Carthuſiæ LX. libras, Domui Arveriæ triginta libras, Abbatiæ Monialium de Bons L. libras Abbatiæ Bituminis L. libras, Operi Pontis Petræ-Caſtri XL. libras, Hoſpitali Montis-Benedicti domum noſtram de Londor, cum ejus pertinentiis, Hoſpitali Columnæ jovis XX. libras, Abbatiæ Sancti Mauritii Agaunenſis centum libras, Hoſpitali Villæ novæ XX. libras. Item Eccleſiæ Beati Petri de Gebennis XX. libras, Fratribus prædicatoribus ibidem XX. libras, Fratribus Minoribus ibidem XX. libras, Eccleſiæ Beatæ Mariæ Lauſanenſis XXX. Libras Fratribus prædicatoribus ibidem XX. libras, Fratribus Minoribus ibidem XX. libras, Fratribus Minoribus de Chamberiaco XX. libras. Item Domino Gofredo de Amaiſino CCC. libras, Domino Guigoni de Garnerens C. libras, Domino Petro de Chaſſiz centum libras, Domino Humberto de Montreal L. libras, & præcipimus ibi ſolvi triginta Marchas, quas dicit ſibi deberi, pro quibusdam expenſis per eum in munitione de Peneſſey Domino Petro Cappellano noſtro LX. libras Vinçentio de Petra-Caſtri LX. libras, Hugoni de Sancto Mauritio L. libras, Petro de Secuſia XL. libras, Roberto de Salins LX. libras, & præcipimus ſibi ſolvi illud quod ſibi debemus, Theobaldo de Rotomago ſolvantur XL. libræ, quas ei debemus, Roleto de Billens damus & legamus decem libras Lauſanenſes annuas in furnis noſtris de Meuduno, Jaqueto de Buſſi damus L. libras, Barberio noſtro XXX. libras, Stephano Cotto XXX. libras, & præcipimus ei ſolvi XLV. libras Lauſanenſes, quas ſibi debemus, Jaqueto de Sancto Jorio XXX. libras, Petro de Priſſio XXX. libras, Willermo de Priſſio XXX. libras, Roleto de Mouſſié XXX. libras, Petro de Meudun XXX. libras, Gerardo de Valle Transverſi XL. libras, Aymoni de Boza XXX. libras, Antelmo de Amaiſino XL. libras, & emendetur ſibi unus Equus quem amiſit hoc anno, in noſtro ſervitio: Aymonem de Fucigniaco committimus Sorori ſuæ Dominæ Fucigniaci quod eidem provideat competenter, Petro de Feigiè XX. libras, Jaqueto de de Sergie XX. libras, Putondo XX. libras, Galtero Coto XL. libras, Joanni de Sancto Eugendo X. libras, Sobinæ Sciſſori X. libras, Verniſto XX. libras, Stephano Forratori XV. libras, Willermo de Lucingia X. libras, Petro de Valen. X. libras, Petro Groſſi C. florenos, Joanni de Garderoba X. libras, Galtero Alemanno XXX. libras. Omnia autem onera, legata & debita ſuperius contenta & omnia debita noſtra ubique ea debeamus citra Mare Anglicum, volumus quod prædicti hæredes noſtri Filia & Frater, ſolvant medietatem omnium, quilibet, & pro media parte, quilibet ipſorum ſatisfaciat univerſis, & ſi quis hæredum prædictorum, partem ſuam debitorum & clamorum non ſolverit, vel de ea ſatisfacere noluerit, & arbitrium Executorum infraſcriptorum partem non obtemperantis voluntati, & ordinationi noſtræ hujusmodi, & ex nunc adimimus, attribuenti eam totaliter, alii volenti, & complenti voluntatem & ordinationem noſtram ſupradictam: De hominio autem, quod petebat a nobis Venerabilis Pater Dominus Aymo, Epiſcopus Gebennenſis, pro feudo quod dicit, quod ab ipſo tenere debemus, volumus quod hæredes noſtri prædicti ſibi faciant quod debebunt; Item Domino Petro de Aqua Blancha remittimus ſex viginti libras Viennenſes, quas nobis debet, & præcipimus ſibi dari quater viginti libras Viennenſes per Executores autem hujus ultimæ Voluntatis facimus, & conſtituimus V. P. in Chriſto Dominum Tharentaſienſem Archiepiſcopum, Dominum Epiſcopum Gebennarum, Abbatem Altæ combæ, Priorem Luſtriaci, Dominum Hugonem de Paleyſieux Ballivum noſtrum in Waudo, Dominum Sofredum de Amayſino, Ballivum noſtrum in Sabaudia Berlionem de Amayſino, & Thomam de Roſſillion Clientes noſtros, & præcipimus omnibus noſtris fidelibus nobilibus & ignobilibus, ſub fide qua nobis tenentur, quod prædictis Executoribus noſtris ad complendam hanc noſtram ultimam voluntatem præſtent conſilium quandocunque poterunt, & juvamen: Hanc autem noſtram ultimam voluntatem valere volumus jure teſtamenti in ſcriptis, vel nuncupativi, vel jure cujuslibet ultimæ voluntatis, & jure Codicillorum, & eo melius quo valere poterit, ſecundum jura Civilia, vel Canonicas ſanctiones, & huic cum ſubſcriptione noſtra, & teſtium ſubſcriptorum, Sigillum noſtrum apponimus, in teſtimonium veritatis. In Anglia vero facimus Executores noſtros, cariſsimam Dominam noſtram, illuſtrem reginam Angliæ, & Dominum Guichardum de Charron, militem per ordinationem hujusmodi noſtram exequendam ibidem, & ſi qua alia teſtamenta reperiantur a nobis prius facta, revocamus ea, & iſtud teſtamentum ſolum valere volumus, ut ſupra eſt expreſſum. Item vigeſimam, quæ levabatur in mandamento de Montemeliano, ad firmandum caſtrum ejusdem loci remittimus, & quittamus, & præcipimus quod ea quæ jam levata erant, reſtituantur. Item Abbatiæ Stamedei damus, & legamus, pro remedio animæ noſtræ L. libras, Item Domui Allionis XXX. libras. Item Domui de Pomiers XX. libras. Item Domui Repoſitorii XX. libras. Item Domui de Anjone XX. libras. Item Domui Mairiaci XX. libras. Item Domui Portarum XX. libras. Abbatiæ de Cheyſtri XXX. libras. Abbatiæ Bonimontis XXX. libras Abbatiæ de Alta-Criſta XXX. libras. Domui de Valon. XX. libras. Item Hugoni Dorchi

Digitized by Google

chi damus & legamus XX. libras. H. Casino XX. libras. Item prædictæ filiæ noſtræ damus & legamus, cum ſupra ſcriptis, quicquid habemus apud Dorchiam & in Michalia, tam in Dominicaturis quam Feudis, homagiis, & aliis univerſis. Item damus & legamus Abbatiæ S. Michaelis Cluſiai pro uno Anniverſario acquirendo C. libras Viennenſes. Item Domui ſancti Vallis Benedicti XXX. libras Abbatiæ Sancti Juſti Secuſiæ XL. libras. Eccleſiæ Beati Joannis Maurianenſis XL. libras. Item Sancti Petri Tarentaſienſis & Canonicis, & Eccleſiæ Sæcularibus ibidem L. libras, Eccleſiæ, & Capitulo Auguſtenſi L. libras, & præcipimus quod quærelas quas faciebat de nobis Epiſcopus Auguſtenſis, ſedare debeat & pacificare Comes Burgundiæ Hæres noſter, ita quod de eis ſine peccato remaneamus. Item Abbatiæ Alpenſi damus & legamus XL. libras. Abbatiæ Abundantiæ XL. libras. Abbatiæ Villiaci XXX. libras. Sancti-Monialibus de Bella-Rippa XXX. libras. Abbatiæ de Siz XXX. libras. Item ubi ſupra diximus, quod ſoror noſtra Comitiſſa de Kiburgo, habeat ad vitam ſuam, quingentas libras Viennenſes, in pedagio noſtro Villæ novæ, intendimus, & volumus, quod illi, quibus tenemur, & quibus ſuam ſolutionem aſſignavimus ſupra pedagium ſupradictum, prius ſolvantur integraliter de debito ſupra dicto. Item Caſtra noſtra de Falaverio & de Dinteſiaco damus, & legamus prædictæ filiæ noſtræ, cum eorum mandamentis & pertinentiis univerſis. Quod autem ſuperius diximus, quod hæredes noſtri prædicti, legata, debita, & clámores debeant ſolvere, quilibet pro dimidia parte. Intelligimus de omnibus debitis & clamoribus, excepto quod Comes Burgundiæ, ſolus ſolvere debeat dotem prædictæ Filiæ Comitis Amedei, usque ad ſummam ſuperius dictam, & reſiduum debebit aſſignare, ſi tamen dictus comes obſervare voluerit conventionem, ſeu compoſitionem factam inter nos, & Filiam prædicti Comitis Amedei: Si vero dictus Comes prædicta obſervare noluerit, prædictæ filiæ in Comitatu Sabaudiæ, jus ſuum ſalvum ſibi remaneat, ſicut ante ceſſionem, quam nobis dicta Filia fecerat de prædicto Comitatu, & juramentum remittimus eidem. Item Eccleſiæ Paterniaci damus & legamus, pro remedio animæ noſtræ L. libras Viennenſes, Nos Petrus Comes Sabaudiæ, huic teſtamento noſtro Sigillum noſtrum apoſuimus, & ſubſcripſimus, & ſignum fecimus. Teſtes Joannes Epiſcopus Bellicenſis. Petrus Abbas Alpenſis, Willelmus Prior Bellicenſis, Girardus Officialis Gebennenſis, Ey. Decanus Alyngii, Pontius Clavelli, Curatus Sancti Hipoliti, Benevenutus de Compeſio Juris Civilis Profeſſor, qui omnes ſubſcripſerunt, & ſignum fecerunt.

XV.

Tractatus inter Philippum, Comitem Sabaudiæ atque Burgundiæ, ejusque conjugem Alixia de Burgundia ex una, nec non Hugonem, Burgundiæ ducem ex altera parte initus, d. d. menſ. April. An. 1270.

NOs Phelippes Cuens de Savoye, & de Bergoigne, & nos Alix Comteſſe de Bergoigne, & de Savoye, Palatine ſa femme, façons à Savoir à toz celz qui verront ces preſentes Lettres, Que cum deſcors fuſt antre noble Prince Hugon Duc de Bergoigne d'une part, & nos d'autre, ſus ce que anſinc que li devandis Dux diſoit, il avoit acquis par vandue ou an autre maniere la droiture que noble Dame Beatrix Comteſſe de Orlemonde, ſuers ainznée de nos Alys Comteſſe de Bergoingne avoit ou puoit, ou devoit avoir ou Conté de Bergoingne, de cele droiture li devandis Dux nos demandiſt. A la parfin nos avons accordé par la main de Nobles Barons Hugues Comte de Vihanne & Seignor de Pangné, & Henry Seignor de Sainte Crois Freres, en tel maniere que li devandis Dux nos quittai tote la droiture que il avoit, ou povoit avoir au Conté de Bergoingne por raiſon de li devandite conqueſte que il avoit fait de ladite Beatrix Conteſſe de Orlemonde, ou par autre quelque achoſon. Sauls ſes fyes & ſes demeneures que li Dux tient ou dit Conte par autre raiſon. Et nos avons doné au Devant dit Dux unſe mile livres de Vihannois an deniers nombrés, & volons & ottroyons que Dole, & la Chaſtellerie, & les appartenances ſoint dou fief le Duc, & de ſes hoirs à tosjors; & Roichefort, & les appartenances ainſinc comme on les tient ou doit tenir du Conte de Bergoingne, ſoient dou riere fief doudi Duc. Et promettons por nos, & por nos hoirs, audit Duc por luy & por ſes hoirs à garentir en bone foy le devant dit fyé, & rerefyé quant à ce que nuls hait droitture de fyé ou chaſtel de Dole, an la Chaſtellerie, ne e appartenances, ne nuls hait droitture de rerefyé, ou chaſtel de Roichefort, ne és appartenances, anſinc comme on les tient ou doit tenir dou Conte de Bergoingne, fors que que li Duc c'eſt à ſavoir an ce que nos y avons ou puons havoir, ou que l'on i tient de nos en fyé an demeneure, ou an autre maniere: Si nos alis Conteſſe de Bergoingne devantdite prenons Dole, la Chaſtellerie, & les appartenances, le fyé de Roichefort, & des appartenances ainſinc comme on le tient, ou doit tenir de nos, dou devandit Duc por luy, & por ſes hoirs, & an antrons, & ſumes antré au fin homaige par l'octroy, & par le conſentement de noſtre ſeingnor Phelippe Conte de Savoye, & de Bergoingne, nos ſumes conſanti, & conſentons audit fyé que noſtre famme la Conteſſe devantdite hai fait ou devandit Duc, & promettons an bone foy audit Duc faire le ſerviſe doudit fyé ainſinc comme couſtume eſt an Bergoingne de faire ſerviſe de fyé tant que nos tanrons le Conté de Bergoingne. Et à plus grant fermeté des devandites choſes nos promettons par nos ſairemens doriés corporelmant ſus ſaintes Evangiles à tenir, & à garder les devandites choſes ſelonc que nos les avons deſſus promiſſes, & octroyés, & que nos ne vanrons ancontre par nos ne par autre, ou teſmoignaignes deſquels choſes nos havons mis notres ſeals en ceſtes preſentes Letres. Ce fu fait le diemoinge des octaves de Paſques, an l'an de grace mil dous cens & ſoixante & dix, ou mois d'Avril.

XVI.

Digitized by Google

XVI.

Contractus matrimonii inter Gaſtonem Vicecomitem Bearnenſem & Beatricem, Comitiſſam de Sabaudia concluſus, d. d. 2. April. An. 1273.

NOverint univerſi præſentes literas inſpecturi, quod nos Beatrix Dalphina Viennenſis, Domina de Fulciniaco, Filia quondam Domini Petri Comitis Sabaudiæ, damus, & concedimus nos Uxorem, & ſponſam Nobili Baroni Domino Gaſtoni, Vice Comiti Bearnenſi & ipſum Dominum Gaſtonem, per verba de præſenti conſentientes in eum, in ſponſum noſtrum recipimus, & in virum, & una nobiscum in dotem ſibi damus, & aſſignamus univerſa & ſingula bona noſtra, mobilia & immobilia, præſentia & futura, ubicumque fuerint, ſicut ſunt caſtra, villæ, jurisdictiones, diſtrictus, jura, Dominia, homagia & alia bona quæcumque habemus in præſenti & habere poterimus in futuro, ex ſucceſſione Petri dudum Patris noſtri, vel alias undecumque & ipſum omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum, facimus, & conſtituimus verum & legitimum poſſeſſorem. In cujus rei teſtimonium præſenti Chartæ ſigillum noſtrum duximus apponendum: & ad inſtantiam & requiſitionem noſtram, Ven. Pater in Chriſto Guillelmus Dei gratia Vatenſis Epiſcopus & dictus Dominus Gaſto, & Dominus Simon de Toirivilla Avunculus noſter & Dominus Guillelmus Ezii de Fronciaco, ſua ſigilla præſentibus Literis apposuerunt, ad majorem roboris firmitatem datum apud S. Georgium Dominica in Ramis Palmarum, Anno Domini M. CC. LXXIII.

XVII.

Teſtamentum Alixis, Comitiſſæ Sabaudiæ, d. d. menſ. Novemb. An. 1278.

NOs Alis de Savoye & de Bergoigne, Comteſſe Palatine, faiſons ſcavoir a touz ces qui verront, & orront ces preſentes Lettres. Que nos en noſtre bone proſperitey, & ſantey de bone memoire, & de ſaine deliberation. Porce que molt volons que paiz & concorde ſoit apres noſtre decez antre nos enfans, avons ordenay, & deviſey, & ordenons, & deviſons & eſtaubliſſons que noſtre tres-chers Fils ainſnès Meſſire Othes de Bourgoigne, Sires de Salins ſoit Cuens de Bergoigne apres noſtre decez, & ſoit noſtre hoirs, ou contey, fors que en celes choſes que nous en deviſons & departons ou deviſerons & departerons à nos autres enfans pour nos Lettres des quelx nos en cette lettre deviſons, ordenons, & Speciffions lo devis, & lo portage de noſtre tres-chier Fil Renalt quant a leſchoite de par nos en cette maniere cy-apres contenue; c'eſt aſſavoir que nous deviſons audit Renalt pour ſon partage qu'il doibt & puet panre, & avoir en noſtre eſcheoite, & en ſucceſſion de noſtre heritaige, que il apres nos ait, & teigne heritablement por luy, & por ſes hoirs a touſiours mais noſtre Chaſtel, & la Ville de Clerevaux, & tote la Chaſtelerie, Pontpierre, Balmes, & la Chaſtelerie Foudremant, Fontenoy, Quenoſche, Momboſon & Chiefrans, Orvans, & la Chaſtelerie tote, Montiuſtin, Aynans, Chaſtillon, Cromari, & Veray, & totes les Chaſteleries, les appendiſes, les finages, les territoires, les ſeigneries, les juſtices, les droiz, les fiez de Venaſſours, & toutes iſſues, values, droitures, coſtumes, & ouſage quel qu'il ſoient, & comant que ſoient apeley en totes manieres que nos avons, & poons & devons avoir en toz & en chascun de leux, & des choſes deſſux dites, avoit ce deviſons encores & octroyons audit Renalt en nom de Partage les fiez que noble gent li Sires de Rogemont, li Sires de Ceix, li Sires de Montjuſtin, li Sires de la Roche, li Sires de Monbis, li Sires de Montron, & de Ongney, & Meſſire Guy de Rans Sires de Roches tiennent, & doivent tenir de nos, & les fiez que Meſſire Hugues de Montferrant Sire de Thoraiſe, & Meſſire Fromons ſes Freres, Sires de Corcoudray tiennent, & doivent tenir de nos, & le fiè de Chaſtillon qui fui Monſieur Ponçon avoit, & li avons encor deviſay, & octroyè que ſe Ceix nos demore en heritage il lait il, & ſui hoir, & ly deviſons, & octroyons avoit ce ly deviſons encor, & octroyons que ſe noſtre Amey fils Johans muert ſans hoir de ſon cors tous ly devis & ly partages que nos aurons deviſey, & octroyiè audit Johan eſchie, & aveigne audit Renalt, & qu'il en ſoit hoirs en tout, & lait, & teigne heritanblement il, & ſui hoir a tos jours mais. Apres nos volons, & commandons, & deviſons, & ordenons, que ſe noſtre diz fils Renalz muert ſanz hoir de ſon corps que Dex ne veulle ly deſus diz Othes noſtre filz, ou eil qui ſeray ſes hoirs Cuens de Bergoigne teigne, ait Balmes & la Chaſtelerie Montiuſtin, & Aynans, Chaſtillon & Cromary & Veray & quant qui japant ſelon ce que deſus eſt eſcrit, & les fiez, & les homenages tous qui deviſay ly ſont, & Johan notre filz an teigne & ait Foudremant, Quenoſche, Fontenoy, Monboſon & Chiefrans, & quant qui japant ſelon ce que deſus eſt eſcrit, & noſtre fils Hugues en teigne, & ait Clerevalx, & Pontpierre, & quant qui japant ſelon ce que deſus eſt eſcrit, & noſtre Filz Eſtenes en teigne. & ait Ornans, & la Chaſtelerie, & quant qui japant ſelon ce que deſus eſt eſcrit; apres volons, & commandons, & deviſons, & ordenons que tout quant que li diz Renals, & ſui hoir tenront, & auront de par noſtre eſchoite, & de l'eschoite doudit Joh. noſtre fils ſoient fiz liges audit Oth. noſtre fil, & a ſes hoirs qui ſeront Conte de Bergoigne, & que li diz Re-

Renals, & ſui hoir les repreignent, & teignent ligemant, & en ſoient homme lige doudit Oth. & de ſes hoirs qui ſeront Conte de Bergoigne. Apres volons, & commandons, & deviſons, & ordenons que choſe, que nos ajens fait ou dit, ou ordenay & volin ne choſe, que nos des or en avant faciens, veilliens, ou ordeniens encontre ces chouſes deſus eſcriptes, ſoit en teſtament, ou aultremant en quelque maniere que ce ſoit, ne vaille riens; Toutes ces chouſes avons nos faites ordenees, & deviſées per lotroy, per le conſentement, & per l'acort de noſtre tres-chier Signor, & Mary Philippe de Savoye & de Bergoigne Comte Palatine, & li avons prié, que il en confirmation, & en autoritey de ces chouſes mete en ces preſentes Letres lo ſeel avoet noſtre honorable & Amey Pere en Criſt Ode par la grace de Dey Archeveſque de Beſançon, & nos ly diz Ph. de Savoye & de Bergoigne Cuens Palatin ceſt devis, & ceſt ordenement laons, conſentons, & confermons tant com à nos en appartient, & prions auſſi noſtre honorable Pere en Criſt & Signor O. Archeveſque de Suxdit, que en ces Letres mettre ſon ſeel pendant, ce fuy fait l'an de grace corrant per mil dous cens Septante-huit, ou mois de Novembre.

XIIX.

Tabulæ fœderis inter Ludovicum de Sabaudia & Aymarum de Pictavia, Comitem Valentinenſem initi, d. d. 5. Id. July An. 1281.

NOverint univerſi, quod nos Ludovicus de Sabaudia Miles, & Aymarus de Pictavia Comes Valentinenſis, promiſimus nobis ad invicem ſolemniter & tactis corporaliter ſacroſanctis Evangeliis, nos Curaturos utilitatem & honorem unus alteri, in quibus poterimus, & damna unus alteri & ſubjectorum pariter ditare & juvare, in placito & in guerra unus alteri, contra Dominum Aymarum de Roſſillione Archiepiſcopum Lugdunenſem & contra Dominum Amedeum de Roſſillon Epiſcopum Velentinenſem & Dienſem, & contra Artandum Dominum Roſſillonis Viennenſis Dioceſi, & contra omnes de genere ipſorum deſcendentes ſive Clerici fuerint ſive Laici. Et inſuper nos dictus Aymarus de Pictavia, promittimus & juramus ut ſupra, vobis dicto Domino Ludovico, nos curaturos & tentaturos inquantum poterimus bona fide; quod Nobilis Joanna de Monteforti Comitiſſa Forenſis, dilectiſſima conſanguinea noſtra vobis matrimonialiter copuletur, ad hoc eandem & amicos noſtros & ſuos Inducendo. Hoc acto & convento inter nos, dictum Ludovicum & dictum Aymarum, quod ſi dictum Matrimonium effectum nullatenus ſortiatur, prædicta nullam obtineant firmitatem & promiſſiones & juramenta per nos ſuperius facta pro infectis penitus habeantur, ita quod ex ipſis unus alteri nullatenus teneatur. Actum Pariſiis Anno Domini MCCLXXXI. videlicet V. Idus July, his teſtibus præſentibus: Domino Umberto de Loyreu & Domino Raymundo Petrandi Militibus, in quorum teſtimonium Nos Ludovicus, & Aymarus de Pictavia ſupradicti, preſentibus Literis, ſigillum noſtrum, quilibet duximus apponendum.

XIX.

Tabulæ fœderis & aſſociationis inter Philippum, Comitem Sabaudiæ, & Johannem, Abbatem Ambroniaci, ſancitæ, d. d. menſ. April. An. 1282.

NOs Philippus Comes Sabaudiæ, & nos Joannes Dei gratia Abbas Ambroniaci, totiusque loci ejusdem Conventus. Notum facimus univerſis præſentes Literas inſpecturis, quod nos ſocietatem, confederationem, & amicitiam facimus, in hunc modum; Videlicet quod dictus Abbas, & conventus videntes nos & Eccleſiam noſtram, homines noſtros, & bona noſtra, multis anguſtiis, & oppreſſionibus inimicorum, quod non ſolum de exhæredatione ſed etiam de totius gubernatione Monaſterii noſtri, & hominum noſtrorum quamplurimum timemus prout anguſtiæ ipſæ, & oppreſſiones evidentiſſimæ ſunt omnibus de terra noſtra, quas etiam oppreſſiones tam diu ſuſtinuimus, & laboribus, & expenſis, quod niſi DEi vel alicujus Principis adjutorium habeamus, ipſum Monaſterium bona noſtra, & homines noſtros in manibus inimicorum noſtrorum, nos deſerere oportet, absque moræ diffugio totaliter devaſtanda, prout hæc omnia notoria ſunt & evidentiſſime manifeſta: Nos prædictus Abbas & Conventus ad illuſtrem Virum Philippum Comitem Sabaudiæ tanquam ad chariſſimum, & ſingulare refugium recurrentes; qui quidem Dominus Comes, & Prædeceſſores ſui, tanquam fortis & juſtus clypeus pro defenſione Eccleſiarum in Terra ſua, & ſub protectione ſua exiſtentium, contra Eccleſiarum oppreſſores, ſemper laudabiliter pugnaverunt in tantum quod ubique in terra Miniſtri DEi liberaliter Domino famulantur eidem Domino Comiti, & ejus ſucceſſoribus, in ipſo Comitatu, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris. Damus in feudum eo jure quo poſſumus meliori, ea quæ inferius ſubſequuntur, videlicet medietatem obventionum, prout partim conſueverunt percipere per nos dictum Abbatem, & Prædeceſſores noſtros in mercatis, & nundinis Villæ noſtræ Ambroniaci item tertiam partem bannorum in Villa, & Parrochia Ambroniaci, ex delictis ibidem occurrentibus, & in bonis confiſcatis de conſuetudine, vel

Digitized by Google

ne, vel de jure, tertiam partem bonorum mobilium tantum, & immobilia Ecclesiæ nostræ remaneant, exceptis bannis Bladorum, vinearum, nemorum, & pratorum. Item in quolibet foco extra Villam unum pichetum avenæ, & unam gallinam, & quolibet animali arante, unum pichetum avenæ, annis singulis nuncio seu mandato ipsius Domini Comitis persolvendum, & pro iis recolligendis & exercendis possit in dicta villa dictus Dominus Comes aliquem suum Nuncium habere, ita tamen quod in bannis recuperandis dictus Nuncius ad aliquam violentiam, vel pignorationem faciendam, in Villa se non ingerat, donec Præpositus Abbatis per octo dies ante requisitionem, banna clara, vel cognita, per nos dictum Abbatem, dicto Nuncio præsente, vel venire volente faciat ipsi Nuncio plenarie reddi: Ex tunc autem dictus Nuncius ea recuperare possit, usque ad partem suam. Quæ quidem banna, nos dictus Abbas de Consensu tamen dicti Nuncii amarciare possimus, prout nobis videbitur faciendum, acto etiam quod propriis famulis nostrum Abbatis, & Claustri, nullam partem banni dictus Nuncius exigere valeat, vel levare, & si aliqui rebelles existant in solutione bannorum, Nuncius dicti Domini Comitis fortem ubique faciat depositum nostrum dicti Abbatis. Præterea concedimus, & volumus quod dictus Comes & sui ad mandatum ipsius in guerris suis in villa ubique maxime in fortalitiis possint se libere receptare, & moram trahere cum expensis tamen ipsorum & guerram, & pacem facere prout eis videbitur faciendum. Item concedimus, quod homines nostri de dicta villa, & Parrochia teneantur ire in calvacatam ipsius Domini Comitis in toto vel in parte, nullo salvo remanente cum Expensis eorum per duos dies ita, quod secunda die possint in dicta Villa pernoctare. Item concedimus quod in calvacatis ipsius Domini Comitis debeat habere idem Dominus Comes de prædictis hominibus decem Balistrarios, & viginti Clientes ferro & lanceis armatos ubique citra Montes per quindecim dies, ad expensas dictorum hominum, & ex tunc ad expensas dicti Domini Comitis, quos Clientes nos dictus Abbas ipsi Domino Comiti vel mandato suo mittere teneamur; Insuper volumus quod homines nostri modo prædicto juvent & defendant Dominum Comitem, & successores suos in dicto Comitatu, excepto Romano Pontifice & Domino Archiepiscopo Lugdunensi, rogantes, & requirentes ipsum Dominum Archiepiscopum Lugdunensem, ut prædicta omnia, quæ pro maxima necessitate nostra & evidenti utilitate & relevatione Monasterii nostri facimus, sibi placeat acceptare, & ratificare, & autoritatem suam interponere, & decretum. Nos vero prædictus Philippus Comes Sabaudiæ DEum habentes præ oculis, & manifestas injurias dicti Monasterii & oppressiones quantum poterimus evitare volentes & dictum Monasterium in tranquilla quiete ponere cupientes, promittimus bona fide & in verbo veritatis eisdem Domino Abbati & Conventui pro nobis & Successoribus nostris in ipso Comitatu, ipsos, & bona ipsorum, & homines juvare, defendere, manutenere, nostris propriis expensis, contra omnes inimicos, & malefactores eorum, nec aliquid ab eis ex nunc in futurum exigere vel extorquere in dicta villa vel Parrochia præter eorum voluntatem, nisi ea, quæ superius sunt concessa, nec jura nobis superius concessa, ab eis transferemus in alium præterquam successorem nostrum in dicto Comitatu, qui successor noster teneatur servare ad requisitionem Domini Abbatis, qui pro tempore fuerit, conventiones supradictas, & jurare eas penitus observare, prout superius sunt expressæ, & fidelitatem facere. Nosque dictus Abbas, & Conventus promittimus bona fide, & in verbo veritatis pro nobis & successoribus nostris, in dicto Monasterio, universa, & singula supradicta inviolabiliter observare, in quorum omnium prædictorum robur, & testimonium Nos Philippus Comes prædictus, & nos Abbas, & Conventus prædicti, sigilla nostra præsentibus Literis duximus apponenda; Et nos vero Archiepiscopus Lugdunensis, prædictis supradictis omnibus, authoritatem nostram interponimus, & decretum præsentibus nihilominus ad preces Comitis, Abbatis, & Conventus prædictorum, nobis per patentes Literas sigillis eorum sigillatas, oblatas, sigilli nostri munimine roborantes; & nos Berlio Episcopus Bellicensis ad preces & requisitionem prædictorum Domini Comitis, Abbatis & Conventus & Monasterii ante dicti, sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum in testimonium veritatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, Mense Aprilis.

XX.

Testamentum Thomæ de Sabaudia, Comitis Pedemontii, d. d. 14. May An. 1282.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

ANno à Nativitate ipsius, millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, Indictione decima, die Jovis quatuordecima intrantis mensis Maii, coram me Notario & testibus infra scriptis. Ego Thomas de Sabaudia, primogenitus, inclytæ recordationis Viri Domini Thomæ de Sabaudia Comitis, per DEi gratiam compos, & sanus mente, & in bona & sana memoria constitutus, aliqua tamen infirmitate gravatus, nolens decedere intestatus, per istud meum Testamentum nuncupativum quod volo valere & vires plenissimas obtinere jure testamenti nuncupativi vel jure ultimæ voluntatis factæ inter liberos, vel jure Codicillorum, vel alio jure quo licitum est Patrifamilias inter liberos suos disponere, vel jure Canonico, vel Civili quo melius valere potest, de me & bonis meis, rationibus actionibus & juribus michi competentibus & competituris & generaliter de omnibus quæ jure Successionis, vel consuetudine aut alio quocumque modo futuris temporibus, si viverem,

rem, pervenire poſſent aliquatenus, vel deberent, diſpono, & ordino in hunc modum. Inprimis eligo ſepulturam corporis in Monaſterio de Alta-Comba, Ciſtercienſis Ordinis, & ipſi Monaſterio dari jubeo tantum de bonis meis, de quo poſſit convenienter & decenter fieri, & celebrari ſingulis annis anniverſarium meum pro anima mea & meorum remedio peccatorum. Item volo & jubeo, quod omnes clamores mei, & male ablata, debita & legata mea pacificentur, reddantur & integre perſolvantur, inter quæ facienda ſpecialiter nomino infra ſcripta videlicet, quia volo & jubeo, quod quidquid habui à Priore de Camera Maurianenſis Dioceſis, ratione cujusdam conceſſionis, ſeu donationis redditu um Prioratus de Camera factæ D. Guiæ de Burgundia Conſorti meæ, reddatur ipſi Priori ad voluntatem ſuam integraliter, & in pace. Item volo & jubeo quod ipſa Domina Guia quittet ſimpliciter, & abſolvat dictum Priorem de Camera, de quadam Penſione XX. librarum Viennenſium, quam ipſe Prior ipſi Dominæ Guiæ, ratione dictæ donationis, promiſit ſe annis ſingulis ſoluturum. Item volo & jubeo, quod ſolvatur Petro Bonivardi de Camberiaco, de omnibus in quibus per Litteras & Cautiones inventum fuerit me ſibi teneri & obligatum eſſe, & inſuper de omnibus aliis, quæ ſibi debeo, de quibus ipſe Petrus non habet de me Litteras, vel etiam inſtrumenta, ſuper quibus volo quod credatur & ſtetur ſimplici verbo ſuo & ſuæ bonæ fidei. Item volo & jubeo, quod jocalia dictæ Dominæ, quæ ego impignoravi Lugduni penes Thomam de Varey, vel alibi de bonis meis redimantur & recuperentur, & redempta reſtituantur ipſo Dominæ Guyæ libere, & ſine aliqua quæſtione. Item volo & jubeo, quod de offenſionibus, incendiis & damnis, quas, & quæ ego per me ac meos injuſte intuli feci & dedi in Villa & mandamento Viriaci & alibi ubicunque ratione guerræ quam habui, contra Viennenſem Dalfinum, vel alios quoscunque offenſas & damna, paſſis fiat competens Satisfactio & emenda. Item volo & jubeo quod ſatisfaciat futuro Abbati Sancti Michaellis de pecunia quam habui ab Abbate ipſius Monaſterii ultimo nunc defuncto pro eo quod ipſum Abbatem, & Monaſterium contra ſuos injuriatores & homines defenſavi. Item volo & jubeo, quod quicquid inventum fuerit me habuiſſe, & percepiſſe ultra ſortem, tam citra quam ultra montes de bonis aliquarum perſonarum perceptis, de pigneriis & gageriis aliquibus quas tenuerim, illud reddatur & reſtituatur pacifice illis perſonis de quibus illud habui vel percepi. Item do & lego, cariſſimæ Matri meæ Dominæ B. Comitiſſæ Ciphum meum de auro: Item do & lego Domino Guichardo Rivorii Militi familiari meo, Equum meum Ferrandum qui dicitur Bocia, & ipſi Domino Guichardo de equo quem amiſit juxta Cuſellum emendam jubeo fieri congruentem. Item do & lego pro anima mea Templo, & Hoſpitali de ultra Mare, in ſubſidium Terræ ſanctæ, alios duos deſtrerios meos bardos. Item lego pro anima mea & uno anniverſario celebrando ſingulis annis in Eccleſia Fratrum Minorum Camberiaci ad opus & auxilium unius Capellæ ibi conſtruendæ, centum libras Viennenſes annuatim. Et per Hæredes meos dari jubeo centum ſolidos Viennenſes annuatim fratribus Minoribus ejusdem loci & inſuper eidem Capellæ dari volo unum calicem de argento & pro uno altari decentia ornamenta. Item volo, & jubeo quod Palafredi, Roncini, & Somarii mei & omnia, quæ pertinent ad meam gardarobum ubicumque ſint, & omnia vaſa mea argentea reddantur & aſſignentur dictæ dominæ Guyæ Conſorti meæ, ut ipſa ea diſtribuat pro anima mea & de ciphis meis argenteis faciat fieri calices, ad dandum pauperibus Eccleſiis, & Cappellis prout ſibi dari & ſecundum animæ meæ ſalutem ſibi viſum fuerit expedire, & in his ipſis Dominam Guyam executricem meam facio & diſpono. Item volo & jubeo quod Frater Petrus de Lauſanna Lector Fratrum Minorum Camberiaci, de bonis meis Eleemoſinas faciat, & diſponat pauperibus Eccleſiis, & Capellis, prout ſibi dixi, & animæ meæ ſaluti videbitur expedire, & ad hoc ipſum Fratrem Petrum Executorem meum facio & relinquo. Item volo & jubeo quod caſtrum vetus, quod eſt prope Montemcalcrium, & per me tenetur, reddatur ſimpliciter, & ſine aliqua exactione Epiſcopo Taurinenſi. Item do & lego dictæ Dominæ Guyæ conſorti meæ, pro illa pecunia quam recepi de dote ſua, Caſtrum meum Cariniani cum ſuis juribus & pertinentiis univerſis, perpetuo quam diu vixerit habendum, tenendum, & pacifice poſſidendum, & ad hæredes meos poſt ejus obitum revertatur. Item do & lego ipſi Dominæ Guyæ, ex cauſa prædicta, Caſtra mea Combavianæ & Villæ Franchæ, cum omnibus pertinentiis & juribus ſuis, habenda & tenenda quamdiu ipſa ſteterit, ſine Conſortio & copula maritali. Item Domino Guillermo de Rupecula Militi familiari meo do, lego & confirmo illas XXV. libras Viennenſes, quas de dono meo in Villa Francha conſuevit percipere annuatim, & præcipio filiis meis prædictis, quod quando ipſi tenebunt terram citra Montes dicto Domino Guillermo dictas XXV. libras, in terra aſſideant bono loco, prout fuerit faciendum. Item conſtituo, facio & relinquo michi hæredem univerſalem in omnibus bonis meis, actionibus, & juribus, quæ, & quas habere & quæ poſſent, vel deberent ad me pervenire in Comitatu Sabaudiæ, & ejus pertinentiis, de Conſuetudine ipſius Comitatus vel de jure ſeu alia ratione, & alibi ubicunque modo aliquo ſive forma, Philippum de Sabaudia filium meum primogenitum, & volo & præcipio quod dictus Philippus Filius meus, aliis filiis meis Petro, Thomæ, Amedeo, & Guillermo fratribus ſuis, ſecundum bonam conſuetudinem Comitatus Sabaudiæ, & bonos mores ſive bonos uſus ipſius Comitatus hactenus obſervatos inter fratres, æquiter provideat de bonis meis, ad ipſum Philippum Filium meum devenientibus, quocumque modo aliis Filiis meis fratribus provideat, prout fuerit faciendum, & in illis bonis datis & aſſignatis per ipſum Philippum hæredem meum prædictis Filiis meis Fratribus ſuis dictos filios meos michi hæredes inſti-

Digitized by Google

instituo & volo & jubeo dictos filios meos de dictis bonis esse contentos; si vero forte contingerit, occasione alicujus altercationis sive discordiæ inter dictos Filios meos, dictam provisionem & institutionem improbari, cassari annullari, seu nullam, vel inofficiosam posse dici ex novo dictos filios meos fratres dicti Philippi primogeniti, & Hæredis mei universalis & quemlibet ipsorum in sua legitima michi Hæredes instituo; & si forsan dictus Philippus, sine liberis Masculis & legitimis de suo corpore procreatis, decederet (quod absit) volo & jubeo quod Petrus Filius meus vel ille de filiis meis, qui superstes esset prior natu, post ipsum Philippum, ipsi Philippo succedat in bonis, & juribus omnibus supradictis. Item facio & relinquo Gubernatricem & Tutricem dictorum Filiorum meorum, & bonorum suorum Dominam Guyam de Burgundia Matrem suam, & in dictis tutela, & gubernatione do, facio & relinquo coadjutores sibi carissimum consanguineum meum R. Patrem Dominum Aymarum Archiepiscopum Lugdunensem, & Illustrem Virum Dominum Otthonem, Comitem Burgundiæ dictæ Dominæ Guyæ germanum, & Consiliarios ipsius Dominæ Guyæ & Filiorum suorum prædictorum do, facio & relinquo Dominum Episcopum Bellicensem, & dominum Abbatem Secusiæ. Et ego testes hic præsentes, quod testimonium ferant de mea præsenti ordinatione, meoque testamento. Actum apud Sanctum Genisium in Domibus Prioratus in Camera quà jacebat dictus Dominus Thomas infirmus. Testes interfuerunt Petrus de Lausanna, Lector fratrum Minorum Camberiaci, Frater Petrus de Tarentasia de conventu ipsius loci, Dominus Guillermus de Rupetula Miles, Humbertus de Saxaillo, & Petrus Bonivardi de Camberiaco, &c. Signé Siboni.

XXI.

Tractatus pacis inter Rudolphum I. Romanor. Regem & Philippum, Comitem Sabaudiæ, die 27. Decembr. An. 1283. concluſæ.

RUdolfus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Romani Imperii fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum: Ad veram notitiam cupimus pervenire. Quod nos cum Nobili Philippo Comite Sabaudiæ, bonam pacem & firmam super guerra quæ inter nos & ipsum vertebatur, fecimus in hunc modum. Primum quod ipsi Philippo Comiti Sabaudiæ & omnibus & singulis suis valitoribus & adjutoribus & specialiter Civibus de Murato, & Contamino bonam, perfectam & stabilem pacem damus, & facimus, & omnem indignationem, iram rancorem & odium quos & quæ contra ipsos habuimus, puro corde & bona fide eis remittimus integre & liberaliter indulgemus. Item dictus Comes nobis reservet & concedet Muratum & Contaminum, & resignabit Advocatiam & quicquid juris habet in Paterniaco. Item Civibus Murati & Contamini nulla damna seu gravamina inferemus pro eo, quod dicto Comiti adhæserunt, sed eos in juribus suis, possessionibus & libertatibus dignabimur conservare. Item præfato Philippo, Comiti Sabaudiæ, nec quæstionem nec guerram per nos, nec per alium movebimus, tempore vitæ suæ, super possessionibus, hominibus aut fortaliciis Imperii, quas & quos & quæ hodie possidet aut in sua hodie retinet potestate. Item Prior & Monasterium ac habitatores Paterniaci conservabimus in possessionibus, libertatibus & juribus suis, nec ipsis aliqua damna seu gravamina, quoad vixerimus, inferemus; propter quod dicto Comiti adhæserunt, tali conditione addita, quod nos Advocatiam in Paterniaco nomine Imperii retinebimus, tanquam successoribus nostris, Regibus, & imperio, & similiter Priori & Monasterio omne jus & omnis libertas remaneat salva in futurum, sicut ei competiit, seu competere potuit; primo die antequam hæc pax & concordia esset facta. Item Captivi hinc inde absoluti libere dimittentur. In cujus rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi & Majestatis nostræ sigillo fecimus communiri. Datum in Castris ante Paterniacum, in die Beati Joannis Apostoli & Evangelistæ. Indict. XII. Anno Domini MCCLXXXIII. Regni vero nostri anno undecimo.

XXII.

Tractatus associationis inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ & Johannem Abbatem Ambroniaci initus, d. d. mense Novembr. An. 1285.

In nomine Domini, Amen.

QVoniam ea quæ non duratura sunt propter labilem hominum memoriam, scripturæ solent, & memoriæ commendari. Idcirco nos Amedeus Comes Sabaudiæ, & nos Joannes DEi gratia humilis Abbas Ambroniaci, Lugdunensis diœcesis, totiusque ejusdem loci Conventus. Notum facimus universis præsentes literas inspecturis, quod nos Comes volentes sequi pro viribus voluntatem, & vestigia inclytæ recordationis Domini Philippi quondam Comitis Sabaudiæ, Patrui, & Prædecessoris nostri, intendentesque ad defensionem Sanctæ Ecclesiæ toto posse. Et nos dicti Abbas & Conventus considerantes evidentem utilitatem Ecclesiæ nostræ prædictæ, & videntes nos, & Ecclesiam nostram prædictam, hominesque nostros, & jura ac bona nostra, multis angustiis, & oppressionibus malignorum inimicorum opprimi, itaque non solum de deterioratione, sed etiam de totius Monasterii nostri, & hominum nostrorum subventione invenimus quod plurimum, nec est mirum prout ipsæ angustiæ & oppressiones evidentissimæ & notoriæ omnibus de terra nostra & de Vicinio nostro eminentes evidenter, quas quidem oppressiones & angustias, tam diu sustinuimus laboribus, & expensis, quod nisi ad DEi auxilia alicujus Potentis adjutorium habeamus, qui nos possit a prædictis oppressionibus defendere, ipsum Monasterium bonaque nostra, & homines nostros in manibus inimicorum nostro-

Digitized by Google

ſtrorum, nos oportet deſerere totaliter devaſtanda, prout hæc omnia notoria ſunt omnibus, & evidentiſſime manifeſta. Ideo nos dictus Comes & Abbas, & Conventus, ſocietatem, Confœderationem, & amicitiam ſpecialem facimus, inter nos inimus, & corroboramus, renovamus, & confirmamus per modum, qui ſequitur infra ſcriptum: Inprimis nos dicti Abbas, & Conventus attendentes quod nullum habemus vicinum potentiorem, ad quem poſſimus habere dudum refugium, nec per quem nos, & domus noſtra, ſeu Abbatia noſtra defendi valeat ab Inſultibus malignorum, niſi per Dominum Comitem ſupra dictum, propter hoc conſiderata utilitate dicti Monaſterii noſtri, ut dictum eſt, ad ipſum Illuſtrem Dominum, & Comitem Sabaudiæ, tanquam ad tutiſſimum, & ſingulare refugium recurrentes. Qui quidem Comes, & Progenitores ſui, tanquam juſtus Clypeus pro defenſione Eccleſiarum in terra ſua ſub protectione ſua exiſtentium contra Eccleſiarum ipſarum oppreſſores laudabiliter pugnaverunt, in tantum quod ubique in terra ſua Miniſtri DEi laudabiliter Domino fabulantur, & attendentes inſuper quod ea de quibus dicto Domino Comiti intendimus facere gratiam, prout continetur inferius, erant nobis inutilia, nobisque fuerant aperta, & éſcheuta a quodam qui eadem a nobis tenebat in feudum qui apertas felonias & injurias manifeſtas contra nos, & Eccleſiam noſtram committere non expavit, & ad ultimum dictum feudum refutavit fidelitatem debitam, nolendo inde facere, licet ſuper hoc fuerit pluries requiſitus, & quod fortius eſt, ipſum feudum nobis expreſſe quittavit, coram pluribus fide dignis.

Nos dictus Abbas, & Conventus conſiderata evidenti utilitate Monaſterii noſtri dictum feudum in meliori, & potentiori perſona renovantes pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris damus, & concedimus in feudum ex jure quo poſſumus meliori, prædicto Domino Amedeo Comiti Sabaudiæ, & ejus in ipſo Comitatu duntaxat ſucceſſoribus ea, quæ inferius ſequuntur, Videlicet medietatem obventionum prout percipi conſueverunt, per nos dictum Abbatem, & Prædeceſſores noſtros in mercatis, & nundinis Villæ noſtræ Ambroniaci.

Item etiam partem bannorum in Villa & Parochia Ambroniaci ex delictis ibidem occurrentibus, exceptis bannis Bladorum, Vinearum, nemorum, & pratorum Villæ & Parrochiæ prædictæ, quæ nobis dicto Abbati, & Conventui totaliter retinemus.

Item damus et concedimus dicto Domino Comiti, et ejus Succeſſoribus ut prædictum eſt, in feudum, in bonis confiſcandis, et confiſcatis in dicta Villa, et Parrochia quæ confiſcabuntur de jure, vel de Conſuetudine, tertiam partem bonorum Mobilium, et immobilium Eccleſiæ noſtræ reſervamus.

Item damus, et concedimus dicto Domino Comiti in feudum ut prædictum eſt in quolibet foco, qui eſt ad præſens, vel fiet in futurum, in Parrochia Ambroniaci, et extra clauſuras Villæ Ambroniaci unum pichetum avenæ, et unam gallinam, et in quolibet animali arante unam pichetum avenæ ſingulis annis Nuntio, ſeu mandato ipſius Domini Comitis perſolvendum, et quod pro his recolligendis, et exhibendis poſſit in dicta Villa dictus Dominus Comes habere aliquem ſuum Nuncium ſpecialem: Ita tamen quod in bannis recuperandis dictus Nuncius ad aliquam violentiam, vel pignorationem faciendam in Villa ſe non ingerat. ſeu Parrochia, donec Præpoſitus Abbatis per octo dies ante requiſitus banna clara cognita per nos dictum Abbatem, vel mandatum noſtrum, et dicto nuntio præſente, vel venire nolente faciat ipſa Nuntio plene reddi, et tunc antedictus Nuncius dicti Comitis ea recuperare poſſit usque ad partem ſuam, quæ quidem banna nos dictus Abbas de Conſenſu tamen dicti Nuncii amarciare poſſimus, prout nobis videbitur faciendum, acto etiam inter nos, et dictum Comitem, quod in propria familia ſeu familia noſtri Abbatis, et Monachorum noſtrorum, nullam partem bannorum committendorum per eosdem famulos ſeu familiam, vel aliquam eorumdem dictus Dominus Comes, vel ejus Nuncius nullam partem habeat nec petere, vel exigere valeat, vel levare, et quod ſi aliquis rebellis exiſteret in ſolutione bannorum prædictorum, quod Nuncius prædictus Domini Comitis prædictum Præpoſitum ipſorum Abbatis, et Conventus ubique fortem faciat, ad recuperandum banna ſuperius nunciata.

Præterea volumus, et ipſi Domino Comiti damus in feudum ut prædictum eſt, ſcilicet quod dictus Dominus Comes, et ſui in dicto Comitatu ſucceſſores, ad mandatum ipſius Domini Comitis in guerris ſuis in Villa Ambroniaci ubique, et maxime in fortalitiis poſſint libere pernoctare et ſe et ſuos receptare, et moram trahere, ad expenſas tamen ipſorum, et guerram, et pacem inde facere prout ſibi videbitur faciendum.

Item concedimus eidem Domino Comiti ut ſupra quod homines noſtri de Villa noſtra, et de Parrochia noſtra Ambroniacenſi, teneantur ire in calvacatam ipſius Domini Comitis in toto vel in parte, ipſa villa competenter munita remanente, ad expenſas ipſorum de Villa per duos dies, ita quod ſecunda die poſſint in villa Ambroniaci pernoctare.

Item concedimus eidem Domino Comiti ut ſupra, quod incalvacatam ipſius Domini Comitis debeat, et poſſit habere ſi voluerit Dominus Comes de prædictis hominibus dictæ Villæ prædictæ Ambroniaci decem Baliſtrarios, et viginti Clientes, ferro, Baliſtis, et lanceis armatos ubique citra Montes, per quindecim dies ad expenſas ipſorum hominum et ex tunc ad expenſas Domini Comitis ſupradicti; quos quidem Clientes nos dictus Abbas ipſi Domino Comiti vel mandato ſuo mittere teneamur.

Inſuper volumus et concedimus ipſi Domino Comiti, quod homines noſtri prædicto modo et quolibet alio quo poterunt bono modo juvari defendant prædictum Dominum Comitem & Succeſſores ſuos in dicto Comitatu, nobis, & noſtris exceptis, & inſuper exceptis ſanctiſſimo Patre Domino Romano Pontifice & Reverendo, Patre Domino Archiepiſcopo Lugdunenſi, qui nunc ſunt, vel fuerint in futurum; ſane nos timentes pericula ventura & volentes præcavere, ne obſcuritas Contractus, noſtræ Eccleſiæ poſſet inpoſterum præjudicium generare, ſignificamus univerſis nos

dictus

Digitized by Google

dictus Abbas, & Conventus quod nos in dicta donatione in feudum reservamus nobis, & successoribus nostris in dicta Villa, & Parrochia Ambroniacensi, merum, mixtumque Imperium, & jurisdictionum, gardam, nec non jus, & usagia Universa, et singula, exceptis tamen eis quæ concedimus dicto Domino Comiti in feudum ut prædictum est, quæ habebamus, vel habere debebamus, seu consvevimus ante donationem prædictam in Villa et Parrochia supra dictis.

Nos vero prædictus Amedeus comes, volentes attendere pacta et conventiones prædicti Patrui nostri cupientes etiam, DEum habentes præ oculis, manifestis injuriis, et oppressionibus dicti Monasterii pro viribus obviare, ipsumque prædictum Monasterium et Monachos ibidem DEo servientes in tranquilla pace ponere et tenere prædicta universa, et singula acceptamus, promittentes dictis Abbati, et conventui pro nobis, et Successoribus nostris in dicto Comitatu per stipulationem solemnem, et juramentum ipsos Abbatem et conventum, priores, ac Monachos, tam in Capite quam in membris ac homines Villæ, et Parochiæ Ambroniaci, et bona eorundem ubique existentia juvare, defendere, manutenere, & custodire pro viribus nostris, propriis expensis contra omnes inimicos, & malefactores eorumdem, justitia mediante, quamdiu coram Ordinario suo, vel in Curia nostra voluerint stare Juri, nec aliquod ab eisdem ex nunc in futurum exigere, vel extorquere in dicta Villa, & Parrochia, præter eorum voluntatem, nili ea, quæ nobis superius sunt concessa.

Item promittimus ut supradictis Abbati & Conventui, quod jura prædicta, nec feudum prædictum nobis ab ipso Abbate, & Conventu concessa ut prædictum est, non transferemus in alium præter in Successorem nostrum in dicto Comitatu, qui Successor noster teneatur renovare ad requisitionem Abbatis qui pro tempore fuerit, conventiones supra dictas, & jurare eas penitus observare prout superius fuit expositum, & specialiter dicto Abbati & Successoribus suis fidelitatem facere de prædictis, quam quidem fidelitatem nos dictus Comes pro prædictis dicto Domino Joanni nunc Abbati fecimus bona fide, & prædicta servare juravimus prout superius continentur. Nos autem dicti Abbas & Conventus confitentes prædicta omnia esse vera, & esse facta pro maxima utilitate & relevatione dicti Monasterii, quod prout pro certo scimus non poterat à suis inimicis, & oppressoribus alio modo defendi, nec in statu prospero conservari, promittimus universis & singulis pro nobis & successoribus nostris dicto Domino Comiti per stipulationem solemnem, & per juramentum nostrum ac in verbo veritatis, quod nos prædicta universa & singula firmiter & Inviolabiliter attendemus, servabimus & custodiemus, contra nullatenus veniendo, & quod non consentiemus alicui contravenire volenti in toto nec in parte, nec eidem autoritatem dabimus vel consensum, renunciantes in hoc facto, ex certa scientia & per actum expressum & exceptioni legitimæ, donationi in feudum ex justa causa non factæ & beneficiis constitutionis hoc jus porrectum & capituli nulli liceat, & capituli sive, & exceptioni, & decretali hac consultissima & restitutioni in integrum & omnibus Privilegiis contrariis à sede Apostolica impetratis & impetrandis, & specialiter illi formæ Literæ, ea, quæ de bonis in majori vel minori forma & exceptioni doli mali, metus, & in factum, & conditione sine causa ex injusta causa et omnibus auxiliis & beneficiis totius juris Canonici, & Civilis per quod, & per aliquod possimus venire contra prædicta vel aliquod de prædictis, ac specialiter beneficio juris dicentis generalem renunciationem non valere. In quorum omnium robur, & testimonium, plenissimamque firmitatem, nos dicti Comes & Abbas, & Conventus præsentibus sigilla nostra duximus apponenda, rogantes per præsentes patentes Literas omnes sigillis sigillatas, Venerabiles Patres Dominum P. Episcopum Bellicensem, ac Dominum M. Episcopum Augustensem, ut sigilla sua una cum sigillis nostris præsentibus apponerent in testimonium veritatis: Nos vero P. DEi gratia Bellicensis, & M. Augustensis, eadem gratia Episcopi ad preces prædictorum Domini Comitis, Abbatis, & Conventus sigilla nostra una cum sigillis eorumdem apponi fecimus huic chartæ. Datum mense Nov. Anno Dom. M.CC.L.XXX.V.

XXIII.

Contractus matrimonii inter Guilielmum, Dominum de Gex, & Johannetam de Sabaudia stabilitus, d. d. 6. Febr. An. 1293.

NOs Lyone Dame de Jays, & je Guillaume de Jays Fils de la Dame Lyone confessons & reconnoissons que nous avons eü & reçeu de Noble Baron Monseignor Loys de Savoye Seignor de Vaut, tres mille, Libr. de Loseneys nombrées & payées a nos enterement par lou dit Monseignor Loys au nom & par nom dou Mariage de Jehennete Fille dudit Monseignor Loys qui doit estre Feme de moy Guillaume devant dit; Apres nos dite Lyone, & je Guillaume devant diz donnons & octroyons en bonne foy & par solemnelle stipulation à ladite Jehennete, & aux siens, en emendement dudit Mariage & en accroissement quatre mille libr. de Loseneys en tel manere. C'est à sçavoir que se je ly dis Guillaume moroye par avanture devant que ladite Jehennete quele & li sieu ayent & puissent recouvrer en paix, & sant nulle moleste sur les biens de sus escris lesdites sept mille libr. de Loseneys, & se par avanture ladite Jehennete moroit sans hoirs devant que li dis Guillaume, que li dis Messire Loys, ou cil a cui la restitution de l'argent devant dit se devroit faire, n'en puissent recouvrer de moy ne des myens, ne de nos Lyone devant dite, for que soulement tres mille libr. de Loseneys, & por les somes d'argent devant dites estre sauvés à ladite Jehennete & restituir en cas, & en tans que restitutions s'en devroit faire a ladite Jehennete, ou à ceux à cui faire se devroit; Nos ladite Lyone, & je Gouillaume devant dis obligons audit Monseignor Loys, &

à la-

Digitized by Google

à ladite Jehennete, & à lor hoirs tos nostros liens Nobles & non Nobles, presens & à venir quel qu'ils soient, siés & rierefiés, homages, Chastiaux Viles, mandements, Fortaresses, rentes, Usages, Seignories, & totes nostres autres choses, excepte lou Chastel, & la Ville de Jays & la Vile de Chavanay, & la Vile de Charans, & la Vile de Suvrer & la Vile de Sayssier, & ja soit il enssi que les choses dessusdites obligies soyent, ou ayent esté de les appartenances de Jays, porcé ne remaint par queles ne soient obligies enssi con dessus est escrit, & desdites lesqueles choses obligiés, & les rentes & appartenances de celes, Nosdite Lyone & je dis Guillaumé volons & octroyons que ladite Jehennete, ou cil à cui la restitution devant dite se devroit faire tinnant, levant & percevant en paix & sans nulle moleste tant que ladite restitution fut faite, & se ladite Jehennete vivoit plus que li dis Guillaume que apres la restitution de largent dit, ladite Jehennete puisse & doive tenir à sa vie les Chastiaux de Divona, & de Flaxé, & totes les rentes, & los appartenances & lonfié de Montrichier. & lo fiè Monsire Rol de Livron & se par avanture ladite Jehennete façoit emendement es des Chastiaux que tel emendement soient tenu rendre cil à cui li dit Chastel retorneroient aux hoirs; ou au commandement de ladite Jehennete, au dit de doux Prodomes essis communement. & se enssi estoit que les choses dessusdites fussant de fié, ou en tot, ou en partie que cil qui tiendroit le Chastel de Jays; doit porter le fié fers celuy del cui sie les choses dessusdites seroient. Aprés nosdite Lyone & je Guillaume devant dis donons par pure donation sans mais revocar audit Monseignor Loys & a ses hoirs par tos temps en heritage & en Alve tel droit & tel raison que nos avons & poons avoir ou Chastel en mendement en la Seignorie, es fies & en les appartenances de Prengins, lesquelles choses estoint nostres & promettons en bonne foy & par sairement rendre audit Monseignor Loys totes les Letres que nos avons, ne porrons avoir de ces choses, & luy ou les siens metre maintenant en corporel possession dudit Chastel de Prengins. Per iquimesme volons & octroyons nosdite Lyone & je Guillaume devant dis, que ce je Guillaume avois Enfant ou Enfans de ladite Jehennete, qu'il soient hoir, & Seignor de tote nostre terre que nos avons à maintenant, & que nos aurions au temps de nostre mort & de ces choses nos lor façons à maintenant donation en bonne foy excepté Ledit Chastel de Prengins, qui es audit Meseignor Loys. Ja fut il enssi par avanture que ladite Jehennete morit devant que je dis Guillaume, & apres ly prisse autre feme dou je eusse Enfans, apres je le dis Guillaume quitte en bonne foy sairement à maintenant audit Monseignor Loys, & aux siens, quant qu'il ont à maintenant ou qu'il auroient au temps de lor mort & promete enssi que dessus, & sur l'obligation de mes biens que je feray & procureray que ladite Jehennete quitera por lou Mariage dessus dit sens autre chose demander en nul temps les biens, & l'eritage dou dit Monseignor Loys & des siens, quant elle aura age de quiter, en tel maniere que la chose vaudra & porra estre ferme par droit. Apres nosdite Lyone & je dis Guillaume promettons en bonne foy & par sairement que nos ne avons fait ne ferons chose porquoi les dessusdites ne puissent ester, & si nos laviens fait, nos les revocons & volons que ne vaille, totefois retenons nos ladite Lyone à notre vie les fruicts de ce choses devant dites, as ques nuls ne nos puisse faire tor, ne mettre empechement & nos devons tenir & sustenter ladite Jehennete, en tel maniere que li dis Messires Loys s'en teigne por payés. Ces choses devans dites, nos ladite Lyone, & je li dis Guillaume promettons ensemble & chascuns par soy en tot en bonne foy & par sairement & sus obligation de tos nos biens tenir et garder, & non venir encontre en tot ne en partie & renoncions à tot droit de lois, u de canon, à tote costume, grace privilege empetré, ou a empetrer. Parquoy nos porrions en contre les choses dessusdites en tot ou en partie & Specialement nosdites Lyone à tot privilege de Mariage d'ypotheque & de dote obligation & al Senal Consulte velleyn. Et de ces choses furent faites dous Letres d'une tenor per chacune partie, une sellées dou seel Monseignor Loys devant dit, & dou seel de nos Lyone devant dite, & dou seel de moy Guillaume devant dit. En temoignage de les quiés choses. Nos ly dis Loys, & nos ladite Lyonne, & je li dis Guillaume avons mis nostres seels en cestes presentes Letres. Données à Jas le Vendredy apres la Purification nostre Dame, l'an de nostre Seignor, mil doux cens nonante & trois.

XXIV.

Transactio inter Philippum de Sabaudia & Amadeum Magnum, Comitem Pedemontii, propter eorum in Sabaudiam prætensiones, facta, d. die lunæ ante Purif. B. Mariæ, An. 1294.

NOs Philippus de Sabaudia Filius inclytæ recordationis Domini Th. de Sabaudia. Notum facimus universis præsentes Literas inspecturis, quod cum nos, cum Illustri Viro Domino Amedeo Comite Sabaudiæ Charissimo Domino nostro & Patruo, bonam & firmam concordiam, Compositionem & Transactionem fecerimus; Nos & Petrus, & Amedeus fratres nostri nomine nostro, & aliorum Fratrum nostrorum, de omni jure, portione & actione quod & quas habebamus vel habere poteramus, quoquo modo in Comitatu Sabaudiæ, & in tota terra, quam idem Dominus Comes tenet, & quæ tenetur ab eo, & de omni eo quod à dicto Domino Comite ex quacumque causa petere poteramus. Nos dictus Philippus promittimus bona fide pro nobis & nostris hæredibus ac successoribus vobis dicto Domino Comiti stipulanti; pro vobis vestrisq; Hæredibus, ac successoribus quod nos prædictam Concordiam & Compositionem, & om-

& omnia, & singula in literis inde confectis contenta, servabimus, custodiemus, vel veniemus de Jure vel de facto, & quod faciemus, & curabimus pro posse nostro & bona fide, nulla fraude, simulatione, machinatione adhibitis, quod Illustres Viri carissimi Avunculi nostri, Dominus Otho Comes, Palatinus Burgundiæ, Dominus Renaudus de Burgundia Comes Montis Beligardi, Dominus Hugo de Burgundia & Joannes de Burgundia & alii Fratres sui & Dominus Ludovicus Dominus Bellijocii, & Guichardus ejus Filius prædictam concordiam, & omnia, & singula, per nos & dictos Fratres nostros facta, concordata, promissa & conventa pro dicto Domino Comite approbabunt, ratificabunt, & se eidem Domino Comiti per solemnes stipulationes & obligationes obligabunt, & de hiis suas patentes literas tradent, sigillis eorum pendentibus sigillatas; & si contingeret, quod absit, nos aliquo tempore venire vel venire velle, vel facere contra prædictam concordiam, vel aliqua in literis inde confectis contenta, nullum Consensum nullum auxilium vel favorem nobis, nec etiam nostris hæredibus dabunt facto verbo, vel opere, sed nos efficacius inducent ad omnia prædicta observanda, Promittentes bona fide, & per juramentum à nobis corporaliter præstitum, & sub obligatione omnium bonorum nostrorum, prædicta omnia & singula facere & curare infra Mensem postquam à dicto Domino Comite fuerimus super hoc requisiti in cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum apud Camberiacum, die lunæ ante purificationem beatæ Mariæ. Anno Domini M. CC. XCIV.

XXV.

Testamentum Sibyllæ, Comitissæ Sabaudiæ, Dominæque Baugiaci, d. d. 11. May An. 1294.

ANno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, die Martis, in octava Beati Joannis ante Portam Latinam. Nos Sibylla Comitissa Sabaudiæ, Dominaque Baugiaci, uxor Illustris Viri Domini Amedei Comitis Sabaudiæ, sana mente, licet ægra corpore, nolens tamen intestata decedere, & ne post obitum nostrum de bonis, & rebus nostris, & hæreditate nostra aliqua materia dissentionis, seu discordiæ oriri valeat inter Liberos nostros de corpore nostro, & de ipsis rebus & bonis nostris, & hæreditate nostra per præsens Testamentum in scriptis seu Nuncupativum, seu ultimam Voluntatem, nostram dispositionem ordinamus, & disponimus, ut infra sequitur. In Primis animam nostram reddimus, & recommendamus DEo, & gloriosæ Beatæ Mariæ Virginis. Item sepulturam nostram eligimus in Cimeterio Ecclesiæ Abbatiæ Altæ-Combæ, & ibidem volumus sepeliri, cui Abbatiæ Altæ-Combæ ducentas libras Viennenses damus, & legamus ponendas in acquirimento decem Librarum Viennensium annui redditus, pro duobus anniversariis singulis annis pro nobis, & Successoribus nostris ibidem faciendis, videlicet uno in die obitus nostri & alio in vigilia Assumtionis Beatæ Mariæ Virginis. Item damus & legamus Fratribus Prædicatoribus de Matiscone triginta libras Viennenses semel, pro uno anniversario ibidem annis singulis faciendo. Item Fratribus Minoribus ejusdem Loci triginta Libras Viennenses damus, & legamus semel, pro uno anniversario pro nobis ibidem annis singulis faciendo. Item damus, & legamus, tam Fratribus Minoribus, quam Fratribus Prædicatoribus de Lugduno quibuslibet eorum triginta Libras Viennenses semel pro uno anniversario in quolibet Conventu ipsorum ibidem annis singulis faciendo. Item damus, & legamus Fratribus Minoribus de Camberiaco viginti Libras Viennenses semel pro uno annis singulis faciendo. Item damus, & legamus Domui Templi de Mucia pro remedio animæ nostræ, Parentum, & Antecessorum nostrorum, quater centum Libras Viennenses pro viginti Libris Viennensibus annui redditus acquirendis ibidem; ita tamen, quod volumus, quod ultra illos Sacerdotes qui ibidem consueverunt morari, & divinum officium celebrare, pro illis viginti libris annuis specialiter constituantur duo Sacerdotes Templarii, aut seculares, qui sint ibidem specialiter deputati ad celebranda divina officia pro remedio Animæ nostræ, & Parentum nostrorum, & Antecessorum nostrorum, item damus & legamus Abbatiæ Athanacensi sexaginta Libras Viennenses semel pro sexaginta solidis annui redditus acquirendis, pro anniversario annis singulis pro nobis ibidem faciendo. Item damus, & legamus Prioratui de Selva in Viennesio ordinis Carthusiensis quadraginta Libras Viennenses semel pro quadraginta solidis annui redditus acquirendis pro anniversario nostro, & Alexandri carissimi Patrui nostri ibidem sepulti singulis annis faciendo. Item damus & legamus Prioratibus de Sellone & de Montemaulo cuilibet eorum semel viginti Libras Viennenses pro acquirendis in quolibet viginti solidos annui redditus, pro anniversario nostro in dictis Prioratibus annis singulis faciendo. Item damus & legamus Domibus Cartusiæ, & Aillionis, item Hospitali de Espeysia cuilibet eorundem decem Libras Viennenses pro decem solidis annui redditus acquirendis in quolibet pro anniversario nostro in dictis locis annis singulis faciendo. Item damus & legamus Domui Minoretarum de Camberiaco, & Monialibus Novillæ in Terra Baugiaci, item Monasterio Monialium de Villario, item Hospitali Montisjovis, item Hospitali Columnæ Jovis, item Hospitali Montis Cenisii, item Hospitali Villæ-Novæ Chillionis, cuilibet eorum viginti Libras Viennenses semel pro viginti solidis Viennensibus annui redditus, in quolibet dictorum locorum acquirendis, pro anniversario nostro annis singulis faciendo. Item damus, & legamus cuilibet Ecclesiæ Parrochiali Terræ nostræ Baugiaci, pro luminari quinque solidos Viennenses semel. Item damus & legamus Hospitali de Monte Meliano centum libras Viennenses semel, pro cen-

centum ſolidis annui redditus ibidem acquirendis pro remedio animæ noſtræ, & cariſſimi Avunculi noſtri Domini Philippi Comitis quondam Sabaudiæ, & Parentum & Anteceſſorum noſtrorum. Item damus operi Eccleſiæ Beati Joannis de Lugduno, item operi Pontis Rhodani de Lugduno cuilibet eorum centum ſolidos Viennenſes ſemel. Item damus & legamus Eccleſiæ Beati Vincentii de Matiſconæ triginta libras Viennenſes, pro triginta ſolidis Viennenſibus annui redditus acquirendis pro anniverſario noſtro ibidem annis ſingulis faciendo. Item damus, & legamus Eccleſiæ Beati Petri de Matiſcone viginti libras Viennenſes pro viginti ſolidis annui redditus ibidem acquirendis pro Anniverſario noſtro ibidem faciendo. Item damus, & legamus Primo Capitulo generali Fratrum Minorum quod tenebitur poſt obitum noſtrum apud Lugdunum quinquaginta libras Viennenſes ſemel. Item damus & legamus primo Capitulo generali Fratrum Prædicatorum, quod tenebitur poſt obitum noſtrum apud Lugdunum quinquaginta libras Viennenſes ſemel, Rogantes tam Fratres Minores, quam Fratres Prædicatores ut in dictis Capitulis Fratribus omnibus in Provinciis eorum exiſtentibus animam noſtram, & animas Parentum, & Anteceſſorum noſtrorum recommendent, & in remedio animæ noſtræ & prædictorum ſingulis Fratribus Sacerdotibus in Provinciis exiſtentibus divina faciant celebrari miniſteria. Item damus & legamus Eccleſiæ Tarentaſienſi Canonicorum Regularium triginta libras Viennenſes pro tringinta ſolidis Viennenſibus annui redditus acquirendis pro anniverſario noſtro ibidem annis ſingulis faciendo. Item damus & legamus Eccleſiæ Canonicorum ſecularium ejusdem loci viginti libras Viennenſes pro viginti ſolidis Viennenſibus acquirendis pro anniverſario in loco pro nobis annis ſingulis faciendo. Item damus, & legamus Eccleſiæ Auguſtenſi, & Eccleſiæ Maurianenſi cuilibet earum quadraginta libras Viennenſes, pro quadraginta ſolidis in quolibet dictorum locorum acquirendis pro anniverſario ibidem pro nobis annis ſingulis faciendo. Item damus, & legamus Abbatiis Habundantiæ, de Alpibus, Filliaci, Sancti Ragniberti, Ambroniaci, Bedonis, de Bons, cuilibet dictarum Abbatiarum viginti Libras Viennenſes, pro viginti ſolidis annui redditus in quolibet dictorum Locorum acquirendis & anniverſariis noſtris in ſingulis locis prædictis annis ſingulis faciendis. Item damus, & legamus Abbatiæ Beatii Mauricii Agamenſis triginta Libras Viennenſes, pro triginta ſolidis annui redditus acquirendis pro anniverſario pro nobis ibidem annis ſingulis faciendo. Item damus & legamus quadraginta libras Viennenſes pro ſemel pro Nobilibus puellis terræ noſtræ Baugiaci maritandis diſtribuendas ad ipſas puellas maritandas ſecundum ordinationem Executorum noſtrorum. Item damus & legamus cariſſimæ amitæ noſtræ, & Religioſæ Dominæ Symoniali Beatæ Mariæ de Lilio, centum libras Viennenſes ſemel, & præcipimus, quod viginti quinque libræ Turonenſium parvorum, quæ ibi debentur annis ſingulis, ad vitam ipſius naturalem, ex legato ſeu dono eidem facto per carum Patruum noſtrum Alexandrum de Baugiaco, deinceps plene, & integre ſingulis annis, quamdiu vixerit ſibi ſolvantur de redditibus Baugiaci, & ſi quæ retenta ſunt pro præterito tempore plene & integre reſtituantur eidem. Item damus, & legamus Domino Hugoni de Caſtellione Filio Domini de Caſtellione in Bazas Canonico Lugdunenſi Fratri noſtro quinquaginta Libras. Item damus, & legamus Domino Joſſerando Onciaco Militi noſtro quinquaginta libras Viennenſes ſemel. Item cum cariſſimus Dominus & maritus noſter Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ, de Conſenſu & voluntate noſtra, tam de bonis ſuis quam noſtris conſtituerit pro dote, & nomine dotis cariſſimæ Filiæ noſtræ Elyonori, Guillermo Comiti Altiſſiodorenſi ejus Marito triginta millia librarum Viennenſium, de quibus triginta millibus libris debent ſolvi de bonis noſtris terræ noſtræ Baugiaci quinque mille libræ Viennenſes ipſam Eleonoram in prædictis quinque millibus libris Viennenſibus, & in aliis centum libris Viennenſibus de bonis noſtris dandis eidem ſemel hæredem inſtituimus, & tam prædicta quinque millia librarum de dictis triginta millibus libris, quas prædictas centum libras eidem Eleonori, pro ſua legitima, quam poſſit habere in bonis, ſeu hæreditate noſtra jure Inſtitutionis eidem relinquimus, volumus, & præcipimus, quod ipſa Elyonor. de prædictis quinque millibus libris, & centum libris Viennenſibus, & etiam de viginti quinque millibus libris reſiduis, de triginta millibus libris prædictis ſibi ſeu ejus marito prædicto, per dominum noſtrum Comitem, & per nos datis ut ſupra & promiſſis in dotem ut ſupra, ſit contenta de aliis bonis noſtris & hæreditate noſtra, & etiam de bonis, & hæreditate cariſſimi Domini noſtri Comitis, pro ſua legitima & bonorum ſubſidio, & omni jure quod ipſa poteſt & poſſet habere in bonis, & Hæreditate noſtra, & in bonis, & hæreditate prædicti cariſſimi Domini noſtri Comitis. Item cariſſimæ Filiæ noſtræ Margarethæ damus, & jure inſtitutionis relinquimus quinque millia librarum Viennenſium ſemel, pro ipſa maritanda, de quibus eam de bono & hæreditate noſtra, pro ſua legitima, & bonorum ſubſidio in bonis, & hæreditate noſtra eidem debitis, & pro omni alio jure, & ſucceſſione, vel alio modo eidem in bonis noſtris prædictis competenti, volumus eſſe contentam, ita quod nichil aliud in prædictis bonis, & hæreditate noſtra, occaſione ſucceſſionis noſtræ & aliorum prædictorum ab Hærede noſtro univerſali inferius declarando, poſſit petere & exigere. Item eodem modo, & eadem forma, quibus ſupra proximæ Margarethæ filiæ noſtræ dedimus, & jure inſtitutionis reliquimus cariſſimæ filiæ noſtræ Agneti damus, & jure inſtitutionis relinquimus pro ipſa maritanda, & pro ſua legitima quatuor mille libras Viennenſes ſemel. Item eodem modo & forma cariſſimo Filio noſtro Aymoni damus pro legitima ſua & pro omni jure quod poteſt habere in bonis noſtris ſex mille libras Viennenſes ſemel, vel mille libratas terræ, ſi maluerit, in annuis redditibus, ad vitam ipſius tantum, eidem aſſidendas per hæredem noſtrum in planis redditibus, in terra noſtra Baugiaci ad arbitrium Executorum noſtrorum, vel alterius ipſorum inferius declarandorum, & volumus quod ſit Eccleſiaſticus, & volumus & ordinamus, quod ſi contingat quod dictus Aymo,

Digitized by Google

& ille ſeu illi, quem ſeu quos geſtamus in utero, ſi ſit, ſeu ſint maſculi, eligant pro ſua legitima, habere quilibet mille libratas terræ in annuis redditibus ad vitam ſuam ut ſupra, in planis redditibus, quæ poſt mortem ipſorum dictæ mille libratæ terræ ad hæredem noſtrum univerſalem inferius declarandum, totaliter revertantur, & tam prædictum Aymonem quam prædictas Eleonoram, Margaretham, & Agnetam, quam illum ſeu illam, illos ſeu illas, quem ſeu quos geſtamus in utero quemlibet eorundem in ſummis prædictis, ſeu ſumma pro quolibet ſuperius nominata hæredes, ſeu hæredem inſtituimus, volentes, quod ipſe, & quilibet ipſorum & unaquæque ſeu unusquisque de Prædictis ſumma ſuperius, pro ea ſeu eo nominata, & eis relicta vel cuilibet earum ſeu eorum debeat, & teneatur eſſe contenta pro ſua legitima, & contentus. In reſiduo vero omnium bonorum noſtrorum, Jurium & Actionum ſolutis debitis noſtris, & clamoribus noſtris pacificatis & legatis noſtris ſolutis, hæredem noſtrum Univerſalem eodem modo, jure, & forma inſtituimus cariſſimum Filium noſtrum Eduardum, quem quidem onera-mus ad omnia, & ſingula ſupra dicta, & etiam infra ſcripta plene & integre adimplenda. Item volumus & ordinamus quod cariſſimus Maritus noſter Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ totam terram noſtram quam diu vixerit hanc teneat, & regat tamquam ſuam & fructus ipſius terræ noſtræ ſolutis tamen debitis, & legatis noſtris & Clamoribus noſtris pacificatis, quam diu vixerit & fuerit in humanis & percipiat, & ſuos faciat, faciendo de dictis fructibus pro ſuæ libito voluntatis. Item ſi forte contingat, quod dictus Eduardus filius noſter in pupillarietate vel poſtea quandocumque ſine liberis maſculis de ſuo proprio corpore, & legitimo matrimonio procreatis decedat, tunc eidem ſubſtituimus pupillariter, ſi decedat infra quatuordecim annos, ſi poſtea per fideicommiſſum, ſi pupillarem ſubſtitutionem facere poſſumus eidem, & ſi non poſſumus, tunc ſive in pupillarietate, ſive poſtea quandocumque decedat ſine liberis, ut ſupra ſubſtituimus eidem per fideicommiſſum eo jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus Aymonem cariſſimum Filium noſtrum: Et ſi contingat ipſum Aymonem poſtea decedere in pupillarietate, vel poſtea quandocumque ſine liberis maſculis de ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis, tunc eidem ſubſtituimus modis, & formis quibus ſubſtituimus Aymonem Eduardo ut ſupra illum ſeu illos quem vel quos geſtamus in utero, ſi maſculus, vel maſculi fuerit vel fuerint; ſi vero maſculus vel maſculi non fuerint vel maſculus ſeu maſculi fuerint, & ſine liberis ex ſuo proprio corpore, & legitimo matrimonio procreatis deceſſerit, ſeu deceſſerint, tunc ſubſtituimus modo & forma quibus ſupra ipſis Eduardo & Aymoni, ſubſtituimus eidem Aymoni, & ei, vel eis, quem ſeu quos geſtamus in utero, ſi maſculus ſeu maſculi fuerint, ut ſupra, Elyonoram filiam noſtram, & ſi defunctis ut ſupra ſine liberis Eduardo, Aymone, & illo quem geſtamus in utero, ſi eſt maſculus, dicta Elyonor. ſi ſine liberis vel cum liberis de proprio corpore ſuo, & legitimo matrimonio procreatis deceſſerit, ſubſtituimus eidem Margaretham filiam noſtram: Et ſi in eo caſu ſimiliter Margareta ſine liberis vel cum liberis in pupillarietate, vel poſtea quandocumque deceſſerit, ſubſtituimus eidem Agnetam filiam noſtram: Et ſi in prædicto caſu prædicta Agnes. deceſſerit ſine liberis vel cum liberis in pupillarietate vel poſtea quandocumque, ſubſtituimus eidem modo, & forma quibus ſupra infantem quam geſtamus ſi ſit fœmina; ſi vero contingeret dictam Elyonoram decedere ſine liberis ex ſuo proprio Corpore & legitimo matrimonio procreatis, vivo Eduardo, eundem Eduardum eidem ſubſtituimus jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, & ſi Eduardus non viveret, eodem modo, & forma eidem ſubſtituimus Aymonem filium noſtrum ſi viveret, Et ſi neque Eduardus, neque Aymo viverent, eodem modo, & forma ei ſubſtituimus illum, quem geſtamus in utero ſi maſculus ſit. Item ſi contingat Margaretham, & Agnetam & illam, quam geſtamus in utero ſi ſit filia, mori in pupillarietate, vel poſtea quandocumque ſine liberis de ſuis propriis Corporibus, & legitimo matrimonio procreatis, vivo Eduardo, modo & forma, quibus melius poſſumus eidem & eisdem ipſum Eduardum ſubſtituimus, & ſi Eduardus non viveret, eidem & eisdem ipſum Aymonem modo, & forma quibus ſupra eidem & eisdem ſubſtituimus, & ſi Aymo non viveret, ſubſtituimus eisdem Margarethæ, & Agnetæ illum quem geſtamus in utero ſi ſit maſculus. Hujus autem noſtræ ultimæ voluntatis, teſtamenti ſeu diſpoſitionis Executores noſtros facimus, & ordinamus, jure, modo, & forma quibus melius poſſumus Dilectos fideles, & cariſſimos noſtros, videlicet religioſum Virum & cariſſimum Conſanguineum noſtrum, Fratrem Joſſerandum Abbatem Athanacenſem, Dominum Nicolaum de Billens legum Doctorem, Dominum Hugonem de Chandeya, & Dominum Joannem, Floridi Cappellanum noſtrum, dantes, & concedentes, jure, modo & forma quibus melius poſſumus prædictis omnibus & ſingulis Executoribus noſtris, aut tribus, aut duobus, aut uni ex ipſis, ſi alii ſupereſſe nollent aut non poſſent, ita quod non ſit melior conditio occupantis, & quod unus inceperit, alter perficere poſſit plenam, & liberam poteſtatem ac etiam ſpeciale mandamentum, omnia bona noſtra mobilia, & immobilia & potiſſime Caſtrum noſtrum Mirabelli in Foreſio, & omnes redditus, fructus, & obventiones terræ noſtræ Baugiaci primi anni poſt obitum noſtrum ſua propria auctoritate, non alterius Domini Authoritate, vel judicis recipiendi, percipiendi, & diſtrahendi prædictos redditus, fructus, & obventiones terræ noſtræ Baugiaci dicti primi anni. Item damus & legamus operi Eccleſiæ Fratrum Minorum Chamberiaci iterum decem libras. Item damus & legamus Eccleſiæ Minoretarum ejusdem loci triginta libras Viennenſes. Item pro Fratribus Minoribus, & Fratribus Prædicatoribus de Lauſanna cuilibet eorum triginta libras Viennenſes pro anniverſario noſtro annis ſingulis in prædictis locis pro nobis faciendo. Item Fratribus Minoribus, & Fratribus Prædicatoribus de Gebennis cuilibet eorum triginta libras Viennenſes pro anniverſario noſtro annis ſingulis in prædictis locis pro nobis faciendo. Item Operi Beatæ Mariæ de Lauſanna viginti libras Viennenſes damus, & legamus. Item

Digitized by Google

operi Beatæ Mariæ de Burgo viginti libras Viennenſes damus & legamus. Item damus & legamus Fratri Marco Priori Fratrum Prædicatorum de Gebennis decem libras Viennenſes pro ſuis, neceſſitatibus ſubveniendis. Et rogamus cariſſimum Dominum noſtrum, & conſortem Dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ, ut in præſenti noſtro teſtamento, diſpoſitioni, ſeu ultimæ voluntati, & his quæ in eo continentur aſſentiat & conſentiat, & velit, quod omnia, & ſingula in hoc contenta executioni demandentur, & totaliter adimpleantur: & ad majoris roboris firmitatem, huic noſtro Teſtamento Sigillum ſuum apponat, ſeu huic noſtræ ultimæ voluntati. Teſtes autem vocati & rogati ſunt hi: Dominus Hugo de Chandeya, Dominus Guillermus de Rupecula, Dominus Rodulphus de Mouſiaco Milites, Magiſter Petrus de Vercellis Phiſicus, Dominus Jacobus incuratus Sancti Georgii Deſperenchiæ, Goffredus Guioti Caſtellanus Sancti Stephani, Hugo de Fonteney Clericus, Magiſter Joannes de Mauriana Phiſicus, Octavus teſtis vocatus, & rogatus & a nobis adhibitus ad ſubſcribendum pro nobis eo quod ſubſcribere neſcimus. Item Dominus Guichardus de Laya Miles, Dominus Amblardus, de Intermontibus Legum Profeſſor, Petrus Clericus de Montemeliano, Jacobus de Secuſia, Aymo Baralli. *Signatum* Hugonis.

XXVI.

Contractus matrimonii inter Guilielmum, Comitem Gebennenſem & Agnetam, Amadei V. Comitis Sabaudiæ filiam, concluſus d.d. prid. Calend. Sept. An. 1297.

ANno Domini M. CC. XCVII. Indict. X. priedie Calend. Septembris, per hoc publicum inſtrumentum cunctis appareat evidenter, Quod cum Vir illuſtris Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ dederit & certis terminis ſolvere promiſerit Viro Illuſtri Domino Amedeo Comiti Gebennenſi, nomine Domini Guillelmi Filii ipſius Domini Comitis Gebennenſis ſtipulanti & recipienti decem millia librarum Turonenſium minorum bonorum & legalium pro dote, & ex cauſa doris egregiæ Mulieris Dominæ Agneſiæ, filiæ dicti Domini Comitis Sabaudiæ, futuræ Uxoris dicti Domini Guillelmi, dictusque Dominus Comes Gebennenſis ante contractum matrimonium, donaverit dicto Domino Comiti Sabaudiæ, nomine dictæ Dominæ Agneſiæ, ex cauſa dotalicii, ſive ex ſponſalitia largitate quatuor millia librarum Turonenſium de dote promiſſa ſolvere, & reſtituere dictæ Agneſiæ, aut illi vel illis ad quem vel quos prædictorum repetitio pertinebit in omnem cauſam & eventum quo de jure locum haberet repetitio vel reſtitutio præmiſſorum & pro prædictis adimplendis obligaverit eidem Domino Comiti Sabaudiæ, & michi Notario infraſcripto recipientibus ut ſupra, omnia bona ſua & ſpelialiter Caſtra ſua de Runiliaco in Albaneſio, de Alta-Villa, de Albiaco, & de Charoſſa, cum omnium prædictorum mandamentis, redditibus & pertinentiis univerſis, & fructus dictorum Caſtrorum in caſu reſtituendæ dotis, dicto Domino Comiti Sabaudiæ prædicto nomine & omnium quorum intererit, donaverit, præcipue quousque eidem Agneſiæ eſſet intregre ſatisfactum de dote, & donatione prædictis, pro quibus firmiter adimplendis per dictum Dominum Comitem Gebennenſem & Succeſſores ipſius dabit fidejuſſores idoneos: Et fuerit actum inſuper quod ipſe Dominus Comes Gebennenſis Caſtrum ſuum Clarimontis tradat, expediat Viro Nobili Domino Humberto de Boczezello Militi Domino de Chatoney tenendum, & cuſtodiendum nomine dictæ Dominæ Agneſiæ, quousque dictæ promiſſiones præſtitæ fuerint, per eundem Dominum Comitem Gebennenſem & quousque eidem Dominæ Agneſiæ per fidejuſſores, ut ſupra cautum fuerit: Præterea cum idem Dominus Comes Gebennenſis donaverit, & ſolvere promiſerit præfato Domino Comiti Sabaudiæ pro arris dicti Matrimonii contrahendi, nomine pœnæ, duo millia Marcharum argenti, ſi (quod abſit) contingeret, quod ſtaret per dictum Dominum Comitem Gebennenſem, ſive per Guillelmum ejus Filium, quo minus compleretur Matrimonium ſupra dictum: ac etiam actum fuerit, quod dictus Dominus Comes Gebennenſii in continenti tradat, & expediat præfato Humberto Caſtrum ſuum de Ballaiſon tenendum, & cuſtodiendum per ipſum Dominum Humbertum, & Expenſas dicti Domini Comitis Gebennenſis, quousque dictus Dominus Guillelmus, & dicta Domina Agneſia, cum fuerint ætatis legitimæ, ad Matrimonium contrahendum ad invicem, quo caſu dictus Dominus Comes Gebennenſis erit quittus, & abſolutus penitus de duobus millibus marchis argenti prædictis. Quæ omnia & ſingula ſupradicta prænominati Comites promittunt viciſſim unus alteri per ſtipulationes mutuas & juramenta ſua corporaliter præſtita ſuper Sancta Dei Evangelia & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum rata habere perpetuo, nec aliquid facere quo minus prædicta omnia perpetuum, validumque robur obtineant firmitatis. Acta ſunt hæc apud Sanctum Georgium de Eſperanchia in Caſtro in Camera Domini Comitis Sabaudiæ, ubi teſtes fuerunt vocati & rogati, Vir Venerabilis & Religioſus Dominus Raynaldus, Abbas Sancti Ruffi Valentinenſis, Dominus Humbertus, Dominus de Malobecco, Dominus Aymarus de Bellovidere, Dominus Hugo de Chandeya, Dominus Petrus de Terniaco, Dominus Petrus de Duyn, Dominus Rodulphus de Ponte vitreo, Dominus Joannes de Pontevitreo, Dominus Henricus de Viriaco Milites, Dominus Guichardus de Ponte vitreo, & Dominus Stephanus de Compeſio Canonici Gebennenſes, Hugo de Droyſiaco, Dominus Baſſianus de Gachiis, Dominus Joannes Bertrandi, Guido de Seyſſello Dominus de Bordellis & plures alii fide digni præſentes, videntes & audientes. *Signatum* de Mercato & Franciſci.

Digitized by Google

XXVII.

Tabulæ fœderis inter Amadeum V. Comitem Sabaudiæ & Bertrandum de Baucio, Principem Auraſiæ initi, d. d. 5. Maji An. 1300.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Incarnationis ejusdem milleſimo trecenteſimo, ſcilicet, V. die Maji; Cum Pactiones & Conventiones initæ eſſent, per Illuſtrem & potentem Virum Dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ, ex una parte & Dominum Giraudum Amici Militem, nomine ſuo, & nomine Domini Bertrandi, de Baucio Dei gratia Principis Auraſicæ, & Procuratorio nomine ejusdem ex altera; videlicet quodſi dictus Dominus Comes habeat aliquo modo guerram contra Dalphinum Viennenſem quod præfati Dominus Princeps & Dominus Giraudus Amici juvabunt & auxiliabuntur prædictum Dominum Comitem de ſe & de tota terra ſua contradicendum & offendum quoquomodo poterunt Dalphinum ſupradictum, & ſi forte contingeret, quod præfatus Dominus Comes faceret pacem ſeu concordiam, vel treugas acciperet cum Dalphino, fuit actum quod dictum Dominum Principem & Dominum Giraudum poneret in ſua treuga, Pace, ſeu concordia & e converſo, ſi contingeret dictos Dominum Principem, & Dominum Giraudum Amici habere Guerram contra dictum Dalphinum, quod præfatus Dominus Comes adjuvabit eos ad offendendum dictum Dalphinum, donec in pace & concordia ponerentur, prout in litera inde confecta & ſigillata, ſigillo Domini Principis prædicti & Sigillo dicti Domini Chiraudi, plenius continetur: Dictus inquam Dominus Princeps in præſentia mei Notarii infra ſcripti & teſtium infra ſcriptorum, præſente dicto Domino Giraudo Amici, & in præſentia Joannis Molani Procuratoris dicti Domini Comitis conſtituti per Dominum Comitem ſupra dictum, ad ſuſcipiendam & recipiendam ratificationem & confirmationem & approbationem faciendam per dictum Dominum Principem, Pactionum & Conventionum prædictarum, confirmavit, ratificavit & approbavit conventiones & Pactiones ſupradictas, prædicto Joanni Procuratori præſenti ſtipulanti & recipienti, nomine Procuratorio dicti Domini Comitis & mihi Notario infra ſcripto præſenti & ſtipulanti nomine & vice Domini Comitis ſupradicti. Promittens inquam dictus Dominus Princeps, prædicto Joanni Procuratori recipienti nomine quo ſupra & mihi Notario recipienti & ſtipulanti nomine dicti Domini Comitis, ſe ſervaturum prædictas Conventiones & pactiones & contra non venturum de Jure vel de facto, & ſuper Sancta Dei Evangelia a ſe gratis corporaliter tacta, juravit omnia attendere prædicta & complere, & de prædictis Dominus Joannes nomine quo ſupra petiit ſibi fieri publicum inſtrumentum. Actum apud Auraſicam in Hoſpitio Bertrandi de Medenis Domicelli olim, teſtibus præſentibus Domino Guillelmo de Anſeduna Milite Domino Cadaroſſæ in parte Domino Olivario Cucurbitæ Bayllivo Principatus Auraſicæ, Domino Maymundo Laurii Milite Bajulo Auraſicæ, Domino Bernardo de Sancto Quintino legum Profeſſore Domino Maymundo Ancelli jurisperito Petro Martinelli Procuratore dicti Domini Principis.

XXIIX.

Contractus matrimonii inter Philippum de Sabaudia Comitem Pedemontii & Iſabellam, Principiſſam Achajæ ſtabilitus, d. d. 7. Febr. An. 1301.

NOus Iſabeaus Princeſſe d'Achaye feiſons aſſavoir à tous ceaus que ces preſentes Lettres verront & orront: Que cum ſe ſoit chouſe que traitement & parolles ſoient de Mariage fere entre nous & Noble Baron & Aut Monſieur Philippe de Savoye por la manit des Reverens Peres de Monſieur Lucha del Fleſt & de Monſieur Leonard Veſque d'Albana & por la Dieu grace Cardinalx de Rome & por l'antroit & por le Commandement de Saint Pere Monſiéur Boniface por la miſeration Divina Apoſtoile de la ſainte Egliſe de Rome en lequel traictement nons demandons & requerons ledit Monſieur Philippe qu'il viegne en noſtre preſence & amenit avec li certaine quantité de gens d'armés à cheval & à pe por deffendre & maintenir noſtre guerre encontre noſtres Ennemis, & ledit Monſieur Philippe nous requiert, que nous li doyons pouvoir de noſtre terre & noſtre Princey pour le travail de ſon corps & pour les deſpans que il & ſes gens feront pour aller en noſtre Princée, en tel maniere que les chouſes que nous li donrons ſoient ſiens ſe enſſi advenoit que Nous & li ne feiſiens heoirs enſemble qui reſtas noſtre heritage & noſtre Prince & nous voyans & recognoiſſans que ledit Monſieur Philippe demande & requis choſe juſte & rayſonnable, & qu'il ne ſeroit avenant qu'i perdiſt avec ques nous ſon temps ne ſon travail, ne ſes deſpans qu'il fera por luy & por ſes gens por aller en noſtre Terre. Et voyans qu'il nous eſſoit beſoin qu'il maintiegne & deffande nous & noſtre Terre & face noſtre guerre. Pour ce Nous de noſtre bonne volenté donnons & feiſſons Donation pure & mere entre Vis & norevocable audit Monſieur Philippe de Savoye devant que Matrimonie ſoit fait ne compli & devant qu'il nous hait eſpoſée. C'eſt aſſavoir du Chaſtel & de toute la Chaſtelainie de Corinthe & de la Ville avec toutes ſes raiſſons & appartenances & droytures, & plene jurisdiction & Seignorie, tant ce que nous tenons à noſtre Demaine comme ſieux & hommages, & toutes autres raiſſons & appartenances que à ladite Chaſtellanie de Corinthe appertignent & pourroient appertenir, en tel maniere que ſe nous & le di Monſieur Philippe ferons heons enſamble qu'il ſoit hoyrs & Princes de noſtre Terre & de noſtre Princée cette Donation ſoit caſſe & vane & de nulle Valour. Et ceſte Donation feiſons nous audit Monſieur Philippe en tel maniere qu'il ſoit quité, & ſi l'en quittons del ſervice de ſon Corps à toute ſa vie qu'il devroit fere ou ſeroit entenus par ces chouſes que nous li havons données enſi comme cydeſſus ſe

Digitized by Google

contient. Et porce que cette chouſe ſoit ferme & ſtable, nous havons données ces preſentes Lettres ouvertes audit Monſieur Philippe ſcellées de noſtre grand ſeel pendant qui furent eſcriptes à Rome a VII. jours du moys de Fevrier, l'an de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt, mil & trois cent & uns de la quatorzieme Indicion.

XXIX.

Roberti, Ducis Calabriæ Ratificatio fœderis inter Philippum de Sabaudia, Principem Achajæ, & Rainaldum de Lecto, Seneſcallum Comitatus Pedemontii, ſuper acquiſitione Civitatis Aſtenſis, initi, d. d. 25. April. An. 1306.

RObertus primogenitus Illuſtris Jeruſalem & Siciliæ Regis, Dux Calabriæ, ac ejus in Regno Siciliæ Comitatibus Provinciæ ac Forcalquerii Vicarius generalis: tenore præſentium notum facimus univerſis earum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quam futuris: Quod expoſito nuper nobis per Dominum Raynaldum de Lecto, Seneſcallum Comitatus Pedemontium, Paternum Magiſtrum hoſtiarium & Conſiliarium ſuum, noſtrumque dilectum, certas conventiones, & Societatem initas ac contractas eſſe inter virum Magnificum Dominum Philippum de Sabaudia Principem Achajæ, Conſanguineum noſtrum pro ſe ex parte una, & eundem Seneſcallum, pro parte Domini Genitoris noſtri Jeruſalem & Siciliæ Regis Illuſtris, ex altera ſuper acquiſitione Civitatis Aſtenſis, Terræ Carii diſtrictuum earum, & ſuper ſubſidio in partibus illis, per eundem Dominum Philippum Regiæ curiæ, ipſius Domini Genitoris noſtri præſtando, prout in inſtrumentis inde confectis dictus Seneſcallus aſſeruit contineri; intellecto etiam per aſſertionem ejusdem Seneſcalli, & Magiſtri Ægidii de Peruſio Canonici Florentini, Conſiliarii & familiaris Paterni, & noſtri qui ſunt de negotiis illarum partium plenarie informati, quod ipſæ conventiones & Societas ſunt Curiæ Regiæ fructuoſæ; ex fide dignorum quoque relatione percepto, quod de prædicti Domini Regis voluntate proceſſit, ut Tractatus hujusmodi haberentur, qui Dominus Genitor noſter ſuper hoc alias ſcripſit Comitatum Provinciæ & Forcalquerii Seneſcallo, petitoque per eundem Seneſcallum, ut præfatis Conventionibus & Societati aſſentire benignius dignaremur. Nos præmiſſorum conſideratione, Conventibus & Societati hujusmodi noſtrum impartimur aſſenſum, ipſasque de certa ſcientia noſtra confirmamus. In cujus rei fidem futuramque memoriam præſentes Literas noſtras exinde fieri & pendenti Sigillo noſtro juſſimus communiri. Datum Aquis anno Domini M. CCC. VI. die viceſimo quinto Aprilis quartæ Indictionis.

XXX.

Conventio inter Amadeum Magnum, Comitem Sabaudiæ ex una, & Nicolaum, Priorem Eccleſiæ Paterniacenſis ex altera parte, de protectione villæ Paterniacenſis ſtabilita, d. d. Menſ. Aug. an. 1314.

NOverint univerſi, præſentes Litteras inſpecturi, quod cum diſcordia verteretur, inter Illuſtrem & Magnificum Virum & Potentem Dominum Amedeum Comitem Sabaudiæ, ex una parte, & venerabilem & Religioſum Virum Fratrem Nicolaum Priorem Eccleſiæ Paterniacenſis Cluniacenſis ordinis ex altera, ſuper eo quod dictus Dominus comes dicebat, & aſſerebat Gardiam Paterniacenſis, Advocatiamque & Officium Advocatiæ Villæ Paterniacenſis & pertinentiarum ipſis cum quibusdam aliis terris & poſſeſſionibus infra ſcriptis, ad ipſum pertinere, & pertinere debere, cum omnibus emolumentis, obventionibus & exitibus, quæ provenerunt & provenire poſſunt, ex officio Advocatiæ ſupradictæ, & ratione dicti Officii quoquomodo; dicto Domino Priore nomine ſuo & Eccleſiæ ſuæ prædictæ contrarium aſſerente, & dicente, eundem Comitem in dicta Gardia nullum jus habere dictamque Advocatiam & Officium ipſius Advocatiæ, cum omnibus emolumentis, obventionibus & exitibus ipſius, terras & poſſeſſiones infra ſcriptas ad ipſum nomine Eccleſiæ ſuæ prædictæ pertinere, & dictum Dominum Comitem in prædictis, ſalva ſui reverentia, nullum jus habere, nec habere debere: Tandem poſt multas altercationes & diſcordias, mediantibus bonis Viris, dictæ diſcordiæ per amicabilem compoſitionem, & Transactionem inter Partes, unanimiter & concorditer, per modum qui ſequitur, ſunt Copitæ: Videlicet quod Gardia Paterniaci, Officiumque Advocatiæ in Villa Paterniaci, & Pertinentiarum ejusdem, ſalvis modis & Conditionibus infra ſcriptis, ad Dominum Comitem & Succeſſores ſuos Comites Sabaudiæ, aſſociationis & transactionis cauſa pertineant, & debeant pertinere, ita tamen quod omnia emolumenta, obventiones, exitus & proventus ad dictum officium Advocatiæ pertinentes, vel ratione ipſius Officii provenientes, quoquomodo inter dictum Dominum Comitem, & Succeſſores ſuos Comites Sabaudiæ ex una parte, & dictum Dominum Priorem & Succeſſores ſuos nomine dictæ Eccleſiæ, debent inter ſe æqualiter dividi, & dimidiari & ſingulis annis reddi, dictis Domino Comiti & Priori, vel eorum certis mandatis, legale computum de eisdem; Advocatus autem ſeu Officialis Advocatiæ, ponendus per dictum Dominum Comitem, & qui ibidem Officium exercere debebit, in novitate ſua, præſtabit, & præſtare tenebitur, dicto Domino Priori & ſuis ſucceſſoribus, in Capitulo Prioratus Paterniaci tactis Sacroſanctis Evangeliis juramentum, dictum Priorem, & Succeſſores ſuos, Eccleſiam atque jura ipſius, Monachos, familiares & homines, in perſonis atque rebus fideliter manutenere, gardiare, defende-

re,

Digitized by Google

re, ac etiam guarentire contra omnes, ab omnibus injuriis, violentiis, oppreſſionibus, novitatibus indebitis, & offenſis, & prædicta emolumenta, obventiones, exitus & proventus ex dicto Officio quoquomodo provenientes fideliter annis ſingulis reddere, dimediare & manifeſtare, dicto Domino Priori, & ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, nec officiare poterit quoquomodo, quousque in Capitulo, ut dictum eſt, præſtiterit hujusmodi Sacramentum, retento tamen de prædictis communibus emolumentis ſalario ipſius Advocati competenti. Item quod ſi bona delinquentium committantur, in Villa & diſtrictu Paterniacenſi, immobilia ipſi Eccleſiæ feudalia vel cenſiva ad dictum Dominum Priorem & Succeſſores ſuos, & dictam Eccleſiam integre devolvantur, mobilia vero & cætera immobilia, quæ ipſi Eccleſiæ non ſunt feudalia, vel cenſiva cum emolumentis omnibus eorundem, inter dictum Dominum Comitem, & dictum Dominum Priorem, ſucceſſoresque ipſorum cujuslibet, per medium dividantur, & æquis partibus applicentur, Paſcua vero dictæ villæ & pertinentiarum Paterniaci, cum omni emolumento in eis quomodolibet pervento, exceptis antiquis ædificiis quæ dicto Domino Priori, & Eccleſiæ Paterniaci prædictæ reſervantur, inter ipſum Dominum Comitem & dictum Dominum priorem Succeſſoresque ipſius cujuslibet communiter dividantur, & æquis partibus acquirantur. Si quid vero de Terris in Villa Miſſiæ & Villiæ, per prædeceſſores dicti Domini Prioris, aliquibus albergatum fuerit, ſeu etiam accenſatum, ſic albergata vel accenſata dicto Domino Priori & ſuis ſucceſſoribus ac dictæ Eccleſiæ perpetuo remanebunt. Cæteræ vero terræ, quas foelicis recordationis Dominus Petrus Comes Sabaudiæ, acquiſivit ibidem, inter dictum Dominum Comitem, ſucceſſoresque ſuos Comites Sabaudiæ, ac dictum Dominum Priorem, ſucceſſoresque ſuos, & dictam Eccleſiam, perpetuo ſint communes; Domus etiam quam fieri contigerit pro mercato, ejusque obventiones & exitus communis remaneat inter dictum Dominum Comitem, & dictum Dominum Priorem, Succeſſoresque ipſorum cujuslibet, ut dictum eſt, & æqualiter dividantur. Item quod univerſi & ſinguli homines præſentes & futuri, Villæ Paterniaci & pertinentiarum ipſius, ſicut ante transactionem hujusmodi, faciebant & facere debebant, dicto Domino priori & ſuis ſucceſſoribus prædicto Comiti faciant, & ſuis Succeſſoribus Comitibus Sabaudiæ tam in Calvacatis, quam aliis ad Advocatiæ officium & Regimen ſpectantibus, deinceps debeant in omnibus & per omnia reſpondere & eisdem totaliter obedire ſalvis ſemper dicto Domino Priori & ſuis Succeſſoribus ac dictæ Eccleſiæ Paterniacenſi conventionibus ſupradictis. Item actum eſt inter Partes, quod idem Comes & futuri Comites Sabaudiæ poſſint eorum expenſis in Villa Paterniacenſi, ſive extra, ubicumque potuerint & ipſis expedire videbitur, facere conſtrui aut conſtructam acquirere domum fortem, etiam in feudo dicti Prioris, cum ingreſſibus & egreſſibus ſufficientibus, de qua domo poſſit & debeat dictus Prior et Succeſſores ſui cum voluerint, et eis neceſſe fuerit ut de ipſorum proprio feudo ſe juvare, & habere juvamen & forciam per eandem. Quodque d. Dominus Comes, et Succeſſores ſui Comites Sabaudiæ, nullam jurisdictionem omnino habeant, nec habere debeant, infra Clauſuram Eccleſiæ ſupradictæ. De quibus queſtionibus emergentibus, ſuper aliis feudalibus rebus ipſorum, quæ ad cognitionem et executionem dicti Domini Prioris et ſucceſſorum ſuorum totaliter retinentur, dictus Dominus Comes, & Succeſſores ſui Comites Sabaudiæ, ſe impoſterum nullatenus intromittent; Cridas autem quas ex quacumque cauſa fieri contigerit in dicta Villa Paterniaci, per Præcones nomine Prioris & Eccleſiæ ac Advocati debent publice propalari. Item dictum Officium Advocatiæ cum emolumentis ut ſuperius, & omnia alia & ſingula ſupradicta, quæ ad ipſum Dominum pertinent et pertinebunt ſecundum tenorem transactionis prædictæ, dictus Dominus Comes, & Succeſſores ſui Comites Sabaudiæ tenebunt & tenere debebunt in perpetuum in feudum & hommagium perpetuum à dicto Domino Priore Paterniaci & ſuis Succeſſoribus; nec dictum feudum & homagium in toto vel in parte poterunt idem Comes Sabaudiæ, vel Succeſſores Comites Sabaudiæ, à ſe modo aliquo ſeparare, nec in aliquem alium, quomodo, vel quovis titulo, vel colore transferre, ſed penes eum et ſucceſſores ſuos Comites Sabaudiæ, ſalvis & attentis Conventionibus ſupradictis, prædictæ res feudales remanebunt, & debebunt perpetuo remanere. Et vice verſa dictus Prior & ſucceſſores ſui non facient nec conſentient, nec procurabunt, quoquomodo, quod in alium transferentur: Item prædictus Dominus Comes & ejus ſucceſſores Comites Sabaudiæ, ex debito fidelitatis teneantur, & debeant dictum Dominum Priorem & ſucceſſores ſuos, qui pro tempore fuerint Priores in dicta Eccleſia, Eccleſiam prædictam, Monachos, familiares et homines in perſonis et rebus, ac jura ipſius Eccleſiæ, manutenere fideliter & ſervare, ac etiam defendere ab omnibus injuriis, violentiis, oppreſſionibus & offenſis, et fidelitatem facere dicto Domino Priori, & ſingulis ſuis ſucceſſoribus in Eccleſia Paterniacenſi prædicta, futuris Prioribus in ipſis & eorum manibus de prædictis. Acto & convento expreſſe inter Partes, quod una contra aliam nullam præſcriptionem vel negligentiam poſſit objicere, vel opponere, quo minus ad obſervantiam hujusmodi Conventionum teneatur. Imo dictæ Conventiones integraliter in toto & in Parte perpetuam habeant roboris firmitatem præſcriptione cujusvis temporis etiam longiſſimi non obſtante. Ad hæc, nos dictus Comes Sabaudiæ, prædicta omnia & ſingula ſicut ſuperius fuerunt expreſſa, pro nobis et noſtris Succeſſoribus, rata & grata habentes, & eadem juxta formam prædictam transactionis recipientes, confitemur & recognoſcimus dictam Guardiam Advocatiamque & jus ipſius & omnia alia & ſingula ſupradicta, quæ ad nos et ſucceſſores noſtros Comites Sabaudiæ, ratione dictæ

tranſa-

Digitized by Google

transactionis pervenerint vel pervenire debent, nos tenere in feodum & Homagium à Domino Priore Paterniaci prædicto, & Ecclesia memorata prout ratione & ex causa Associationis & transactionis, et debere nos et successores nostros futuros Comites Sabaudiae, facere fidelitatem in singulorum Priorum, in dicta futurorum Ecclesia manibus, pro prædictis. Promittentes bona fide nos dictus Comes, pro nobis & nostris successoribus Comitibus Sabaudiæ, nos pro prædictis & ratione dicti feudi dicto Domino Priori & suis Successoribus & dictæ Ecclesiae esse fidelis, et facere et complere adversus ipsos quæ in forma fidelitatis plenius continentur, & ipsos cum Monachis, familia, hominibus, bonis et juribus manutenere, defendere et servare contra omnes ab omnibus injuriis, violentiis, excessibus & oppressionibus quibuscumque, & jura sibi retenta fideliter reddere et omnia alia et singula facere, attendere & complere, sicut superius sunt expressa, Excepto tamen reverendo Patre Domino Abbate Cluniacensi, qui est et qui pro tempore fuerit, & Ecclesia Cluniacensi, contra quam vel certum suum mandatum ipsum Dominum Priorem, nec Monachos manutenere, defendere, jurare, vel gardiare non debemus, nec tenemur; Sed potius dictum Dominum Abbatem si forte, quod absit, iidem Prior, vel Monachi, aut Successores sui dicto Domino Abbati vel suis certis mandatis inobedientes fuerint & rebelles manutenere, juvare & etiam gardiare. In quorum omnium præmissorum testimonium, nos dictus Comes Sabaudiæ, sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum, Rogantes Venerabiles Patres Dominos Gebennensem & Bellicensem Episcopos ut sigilla sua apponant præsentibus, ad majorem roboris firmitatem. Nos vero miseratione divina, Petrus, Gebennensis & Thomas Bellicensis Episcopi ad rogatum memorati Domini Comitis sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum mense Augusti Anno Domini millesimo trecentesimo quarto decimo.

XXXI.

Tractatus Pacis inter Philippum de Sabaudia, Principem Achajæ & Matthæum, Dominum Mediolani, conclusæ, d. d. 19. Aug. 1318.

ANno Domini M. CCC. XVIII. Indict. prima die Sabbathi XIX. Augusti. In Christi sti nomine Amen, ad honorem & laudem ipsius, & totius Curiæ cœlestis, & honorem & laudem sanctissimi Domini Joannis XXII. Papæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ & sacri Imperii & honorem & laudem Magnificorum Virorum Domini Philippi de Sabaudia Principis Achayæ Domini Marchionis Saluciarum, & Domini Mathei Vice-Comitis DEi gratia Civitatis, & districtus Mediolani Domini generalis & omnium Amicorum prædictorum Dominorum & totius Ligæ Lombardiæ. Cum infra scripta sint pacta, & conventiones facta & factæ, conventa & conventae, inter Magnificum & potentem Virum Dominum Matthæum Vicecomitem Dei gratia & etiam Civitatis, & districtus Mediolani Dominum Generalem, seu Nobiles & districtos Viros Dominum Buschinum Mathegacium Militem, & Dominum Petrum de Modelia Jurisperitum, Procuratores, & Procuratorio nomine dicti Domini Matthei, de quorum Procura constat per publicum Instrumentum, ut prima facie apparebat scriptum manu Masei de Ferralobus Notarii publici cujus IV. linea incipit Matheus, & ultima Tradidi & scripsi, factum sub anno Domini M. CCC. XVIII. Indict. I. die VII. Augusti ex una parte, & Magnificum & Potentem Virum Dominum Philippum de Sabaudia Principem Achayæ, ex parte altera, reservato tamen honore & laude Illustris Viri Domini A. Comitis Sabaudiæ Carissimi Domini et Patrui sui. In primis prædictus Dominus Princeps & praedicti Domini Buschinus et Petrus, procuratorio nomine et pro ipso Domino Matheo nomine et vice prædicti Domini Matthei fecerunt et faciunt ad invicem ligam, fraternitatem, societatem, unionem & verum amorem, & jurant inter se perpetuo duraturas sub infra scriptis pactis, Conventionibus, Conditionibus atque modis: videlicet quod prædictus Dominus Matheus se non intromittat, nec intromittere debeat per se, vel per filios, vel Nepotes, vel alios Descendentes, vel per aliam submissam personam, de aliqua Seignoria Potestalia, Capitaineatu, nec de aliquo alio officio, tenendo vel regendo per se, vel per alium in Civitate Astensi, nec in districtu, nec in aliquo loco existente in Comitatu vel districtu de Ast, & quod sit ab Ast, superius in aliquo loco qualiscunque sit locus Castrum vel villa, excepto quod inferius dicetur; nec de terra Yporrigiæ & Canapicii, nec de terra Cherii & totius districtus Cherii; nec de terris Dominorum Marchionum de Carretto, nec de terris Claraschi, Montisvici & Savilliani, & Districtibus eorundem, & generaliter de aliquo loco, Civitate, Terra, Castro, vel Villa, quæ teneant prædicti Domini Comes & Princeps, seu alter eorum, vel quod pertineat, vel pertinere debeat ad ipsos vel ad alterum ipsorum, ex Concessionibus, titulis vel causis factis & emanatis, à Serenissimo Imperatore Domino Henrico felicis recordationis, vel antecessoribus ejusdem, imo prædicta omnia & singula promittet prædictus Dominus habere, tenere pacifice, & gaudere, & eos juvabit fideliter, & bona fide, ad acquirendum prædicta superius memorata, contra regem Robertum, & contra omnes etiam tenentes partem ipsius. Item promiserunt prædicti Procuratorio nomine, quo supra, dicto Domino Principi pro se & suis recipienti, quod prædictus Dominus Matthæus Dominus Mediolani dabit, concedet & tenebit suis expensis & ad ejus stipendia prædicto Domino Principi, centum homines de armis, equites bonos & idoneos, qui stabunt cum Domino Principe, vel cum gentibus suis, ut voluerit, ad faciendum guerram citra Montes, contra Regem Robertum & ejus sequaces;

Ab

Digitized by Google

Ab Aſt ſcilicet per quinque menſes, ſingulis annis, prout placuerit Domino Principi. Item ſi gentes de armis venient de partibus Regis Roberti, in partes Pedemontis, quod eo caſu dictus Dominus Mediolani mittat ex forcium ſuum armatorum, ad reſiſtendum dictis gentibus Regis, & ad offendendum eosdem, & ad defendendum Dominum Principem & terram ſuam, ſecundum neceſſitatem & quantitatem gentium, quæ venirent ut ſupra; Ex adverſo & altera parte dictus Dominus Princeps promiſit, dictis Procuratoribus, ſupra dicto nomine recipientibus & ſtipulantibus ſimili modo, & juravit quod ſe non intromittet de Dominio, Poteſtalia, Seignoria Capitaneatu alicujus terræ quæ non ſit ab Aſt intra, nec eſſent terræ, quæ eſſent de diſtrictu Aſt, vel fuiſſent, ſive tenerentur per eosdem, vel eſſent de terris ſuperius nominatis, & prædicta curabit facere, cum effectu per ſe, & per ſuos deſcendentes, & alios ſuos adhærentes, attendi & obſervari. Item quod ipſe Dominus Princeps ſe non intromittet de Civitate Albæ, Epiſcopatu & jurisdictione Albæ, per ſe, nec per aliquem, eidem Domino Principi adhærentem, exceptis in terris Dominorum Marchionum de Carréto, & de Ceva, & aliorum locorum Conceſſorum per aliquos Imperatores, dictis Dominis Comiti & Principi vel prædeceſſoribus eorum, in prædictis locis dictorum Marchionum de Carreto. Item quod ipſe Dominus Princeps, ſi neceſſitas immineret, videlicet quod dictus Rex Robertus, ſive ejus gentes, veniret, vel venirent potentes, cauſa offendendi dictum Dominum Mediolani, ſive Terram quam tenet, ipſe vel ſui, quod ipſe Dominus Princeps teneatur mittere de ſuis gentibus equeſtribus Armigeris viginti quinque, in ſervitium dicti Domini Matthei, ſi gentes dicti Regis tranſirent ultra Alexandriam, pernoctando ibidem. Item ſi caſus prædictus accideret, quod ipſe Dominus Rex per ſe, vel per ſuos, veniret, ſive mandaret ad terras illas quæ tenentur per dictum Dominum Mediolani, ut ſupra, & major eſſet neceſſitas in illis partibus, quam in partibus dicti Domini Principis, quod idem Dominus Mattheus poſſit gentes ſuas advocare. Eo ſalvo, quod per prædicta idem Dominus Mattheus non veniat contra Dominos Canem Grandem de la Scala Vicarium pro Sacro Imperio Veron. & Vincentien. Raynaldum de Bonacoſiis Vicarium pro eodem Imperio Mantuæ, Dominum Marchionem Montisferrati in eo quod tenet & poſſidet, nec contra Dominum Marchionem Saluciarum, nec contra aliquem qui ſit in liga prædictorum Dominorum, nec contra aliquem eorum, nec eos adjuvabit contra prædictum Principem. Item quod prædictus Dominus Princeps curabit, quod dictus Comes Sabaudiæ, nec filii non ſe intromittent de terris, nec de Dominiis, nec regiminibus, quæ tenentur per dictum Dominum Mattheum ut ſupra, alioquin prædictus Dominus Mattheus non teneatur ſibi in aliquo, niſi bona voluntate. Quæ omnia & ſingula ſupradictus Dominus Princeps ex parte una, & prædicti Procuratores nomine ſupradicto, ex parte altera promiſerunt invicem ſolemnibus ſtipulationibus, & cauſis ſupradictis intervenientibus hinc & inde, firma & rata habere, tenere, attendere & obſervare legaliter bona fide, qualiter in caſu ſuo, & non contra fertur, vel venire, aliqua cauſa, vel ingenio, de jure vel de facto, ſub damnis & expenſis, ac inter lites & extra reſervatis, & ſub omnium bonorum ipſorum & maxime dicti Domini Matthei obligationibus, quæ proinde una pars alteri pignus obligavit. Inſuper tam dictus Princeps, quam dicti Procuratores nomine ſupradicto in animam dicti Domini Matthei juraverunt corporaliter ad ſancta DEi Evangelia tactis ſcripturis, prædicta omnia attendere, facere & complere, & in aliquo non contraire prædicta, prout promiſerunt dicto Principi, ſub eodem juramento, ſe facturos & curaturos quod dictus Dominus Mattheus, prædicta omnia promittet, faciet perſonaliter & jurabit quicquam ex parte dicti Principis fuerit requiſitus. Actum fuit in Lombriaſcho, in Canonica dicti Loci, Præſentibus Vullermo de Chignino, Umberto de Montebello Militibus, Domino Vuillelmo Iſnardo, Domino Hueto de Plozaſcho, Dominis Ribaldo de Ripalta, Bonifacio de Lucerna, & Bonifacio de Scalengiis teſtibus, ad hæc ſpecialiter adhibitis & vocatis.

XXXII.

Contractus inter Agnetem de Francia, Ducissam Burgundiæ & Amadeum V. Comitem Sabaudiæ ſancitus, matrimonium inter Robertum de Burgundia & Johannam de Chalons contrahendum concernens, d. d. 14. Jun. Ann. 1321.

POrpalles eſt traictié entre tre haut, & tre noble Dame. Madame Agnes, jaidis Fille, Monſieur Sainct Lois Ducheſſe, & Eudes Duc Son Fils Duc de Bourgogne d'une part, & Haut & Nobles Barons Monſieur Amé Conte de Savoye, & Jean Conte d'Auchurre, d'autre part en la forme & en la maniere que ſenſeit. C'eſt, à ſçavoir que li devans diz Ducheſſe & Dux promettent en bonne foy curier & procurier à tout lors povoirs que Robert de Bourgogne Fils à ladite Ducheſſe & Frere doudit Duc panra à Femme & à Eſpouſe ſi Sainte Yglíſe ſi accorde, Noble Damoyſale Johanne Suer doudit Jehan & File de la File doudit Conte de Savoye à laquelle Juhanne li dis Jeham hay doné & done por partaige & por appaneige ou por lou droit de tous biens de Pere & de Mere & de autres droits que de hai puyt & doit havoir por quenque cauſe que ce ſoit avec ledit Jeham à preſant la Contée de Toneurre, demoigne, fiez & rerefiez, gardes & tous autres droits, eſpecialement la garde de l'Abbaye de Pontigny, anſamble toutes henours, proffits, & emoluments, Baronies, reſſort & ſouvereigneté & tous autres droits quels qu'ils ſoient, enſamble les charges reaulx, & eſt à ſçavoir que ou cas qui haurint en la Contée d'Auchur-

Digitized by Google

re aucunes Grangés ou autres demoignes appartenans à l'Abbaye de Pontigny en fiez enclavés en la Contée d'Auchurre qui appartinoient à la Contée de Toneurre la garde desdités chouſes & li diz fiez demorroient & pordintroient audit Conte d'Auchurre, en exceptant, ce en eſpiciaul de la generaulté des chouſes deſus dites & exceptié auxi le droit que li dis Cuens & ſadite Seur povoient havoir eſſamblement ou por ſoy en la ville de haabliz laquelle eſt eſchoite de Monſieur Beraul de Marcoüil, laquelle Ville demore audit Conte d'Auchurre par la maniere que la tenoit li diz Meſſire B. & por le dom appaneige ou partaige de ſuis diz ladite Damoyſale doit faire quittance forme por luy & por les ſiens & por ceaulx qui haurient cauſe de ly ou daux de tous biens de Pere & de Mere & de tous autres biens ſoient venus par eschoioite ou por autre maniere jusques au jour de huy ſens rien reclamer au temps a avenir, ſauve ladite Damoyſale & es ſiens l'eschoioite de coſté que porroit avenir de ores en avant laquelle li diz Cuens d'Auchurre veut, outroie & conſent que ele ſoit ſauve à ladite ſa Seur & es ſiens & auxi ſauve l'eschoioite de ladite Damoyſale audit Conte ou cas que elle morroit ſens hoirs de ſon corps ou cas que li dite Damoyſale ne hauroit ordene de ſa vie de ſes biens. Derichief li devants diz Ducheſſe & Dux vuillent oſtroient, & promettent curier ou procurier que de ſix miles deux cent cinquante livrées de terte a Digeonois, doi li quinze Digeonois vaillent doze petit tornois dou temps dou S. Roy Lois, lesqueles li dit Dux hay donées de l'expres conſentement de lor Mere audit Robert por partaige ou por appanaige de tous biens de Pere & de Mere, & por tous autres droits qu'il havoit ou pourroit havoir envers ledit Duc, la dite Damoyſale ſeroit douhée nommement & eſpici aulment de trois miles livrées de terre à Digeonois Chaſteal ou maiſon fors ſans pris & de ce douhaire elle ſe tentroit por payé. Et ſenfint eſtoit que li dits Roberts moreſt Dux de Bourgogne devant ladite Inhanne, ladite Inhanne hauroit enſamble lez dits trois miles livrées de terre à Digeonois, doux mile livrées de terre à Digeonois, en outre & de tant en ceſti cas elle ſe tiendroit por contante & doit rendre li diz Cuens ſadite Suer quitte de tous debtes, & de toutes Obligations quey elles ſoient, ſauves les charges reaulx ſi comme deſſus eſt dit; encores eſt traittiez que apres le Mariage ſolemnizié li dit Robert doibt faire renouvaller a ladite Damoyſale la quittance de laquelle mancions eſt faite deſuis & l'an doit donner autorité d'en faire laquelle quittance li dits Robert doit ratefié & promettre de non venir au contraire por ſoy ne por autruy ne ſoffrir & cetera. Et doivent li diz Ducheſſe & Dux porchaſſier à lors povoirs la diſpenſation envers noſtre Saint Pere le Pape. Ceſtes chouſes furent faites & traittiés à Chalon le Mardy aprés la Feſte de la Trinité, l'an de grace mil trois cent vint & un, en la preſence des deſusdits Madame la Ducheſſe, Monſier le Duc, Monſieur le Conte de Savoye, Monſieur le Conte d'Auchurre. Monſieur Andouart de Savoie, Monſieur Aymé Son Frere, Monſieur Guicharz Seigneur de Beaujus, Monſieur Lois de Savoie Seigneur de Vaux, liquelx ont juré ſur Saints Evangiles de tenir & garder fermement le traittié, & les convenances deſusdites à lors povoir & de faire tenir esdits Robert & Inhanne entant commil appartint ou peut appartenir à chacun daux. Et nous Ducheſſe Dux de Bourgogne Cuens de Savoye, Cuens d'Auchurre, Andeuarz de Savoye, Aymés de Savoie, Guicharz Sire de Beaujus, Lois de Savoye Sire de Vaux, havons mis nos ſealx en ces preſentes Lettres en tesmoin de verité. Donné au dit leu l'an & le jour deſusdit.

XXXIII.

Contractus Matrimonii inter Johannem de Sabaudia, filium Ludovici Comitis Sabaudiæ, & Margaretham de Chalons, d. d. 14. Martii An. 1329.

C'Eſt li traitiez faiz par Monſieur de Savoye & par Madame de Sainct Julien de faire Mariage entre Monſieur *Jean de Savoye*, Fils de Monſieur *Loys* de Savoye, Seigneur de Vuaut & Damoiſelle *Margarite de Chalon*, Fille de Monſieur d'Auxerre.

Premierement li diz Monſieur Loys promet & jure donner en leal Espoux ledit Monſieur Jean ſon Fil à ladite Damoyſelle Marguerite ſe ſainte Ygliſe ſi accorde, & li diz Monſieur d'Auxerre promet & jure donner en leal Espouſe & Femme ladite Damoyſelle Margarite audit Monſieur Jean de Savoye ſe ſainte Ygliſe ſi accorde.

Item li diz Monſieur d'Auxerre donne & eſtablet en Mariage pour ladite ſa Fille audit Monſieur Loys ſix cens livrées de terre à petit tornois, le gros tornois d'argent au prix de douze deniers petit tornois aſſigner & aſſeoir en la terre de Champagne & de Poiſoye à l'aſſize dou Pays & s'il y defailloit aucune choſe, il le deoit aſſeoir autre part en ſa terre de France au plus pres de ladite terre de Champagne & à celle meſme aſſiſe, enſemble mere & mixte empere & Juriſdiction toute aute & baſſe tele comme il y a li diz Monſieur d'Auxerre.

Item li eſtablet li diz Monſieur d'Auxerre en Mariage dis mile livres de bons eſtevenans, le gros tornois à quinze deniers, pour leſqueles payer audit Monſieur Loys li diz Monſieur d'Auxerre li aſſigne les yſſues & les emoluments de toute ſa partie qu'il ha de ſon heritage en la Saunerie de Salins, laquelle il ha & part avec le Seigneur de Sainct Laurent de la Roche enſemble la cohertion & les droits de ladite partie & charges desdites dix mille livres desduites chacun an deux mille livres de ladite inonnoye, pour payer les charges des aſſignats ſus ladite partie de Monſieur d'Auxerre en tel Maniere, que li dix Monſieur Loys y mettra receveur pour luy, li quez promettra & jurera audit Monſieur d'Auxerre payer ausditz aſſignés, lesdites deux mil livres par mois & par ſemaines ſelon la

Digitized by Google

la couſtume de la Saunerie & ces choſes doit Monſieur d'Auxerre faire loer & ratifier au Seigneur d'ou fie & doit rendre li diz receües chescun an devant les gens doudit Monſieur d'Auxerre des yſſues, des emolumens & des charges, & ce qui en Viendra audit Monſieur Loys desduites lesdites charges, doit eſtre audit Monſieur Loys en payement & en des charge de la ſomme dudit Mariage.

Item li diz Monſieur Loys pour lesditz dix mille livres de Mariage eſtre ſauves à ladite Damoiſelle Margarite en cas de reſtitution de Mariage & à li rendre en c'eſt cas li oblige & aſſigne les chaſteaux, les chaſtelenies, les mandemens, rantes, yſſues, fies, vaſſaux & hommes de Chaſtelnuef en Verromeys de Rocheſort, enſemble meres & mixtes emperées & toutes jurisdictions autes & baſſes, & tout ce qu'il ha esdits chaſteaux & chaſtellenies en telle maniere que li fruict ne ſoient compté en ſort.

Item eſtablet li diz Monſieur Loys en doaire à ladite Damoiſelle Margarite les chaſteaux, les chaſtellenies & les mandements, appartenances, rentes, yſſues, fiez, vaſſaux & hommes de Virieu, de Pierre Chaſtel & de Cordon, enſemble meres & mixtes emperées & toutes jurisdictions autes & baſſes, & tout ce qu'il ha esdits chaſteaux & chaſtellenies, en telle maniere que s'il advenoit cas que li diz Monſieur Jean deffailliſt devant li diz Monſieur Loys, que li dite Margarite heuſt tant ſeulement ledit chaſtel & chaſtellenie de Virieu à la vie doudit Monſieur Loys & apres le decés doudit Monſieur Loys lesdites terres, chaſteaux & chaſtellenies á la vie de ladite Margarite ainſin comme deſſus eſt dit.

Item li diz Monſieur Loys promet tous lesdits chaſteaux & chaſtelenies obligés & aſſignes pour Mariage & pour doaire deschargier & delivrer de toutes obligations & de tous creanciers.

Item promet li diz Monſieur Loys faire obliger tous les gens, hommes & vaſſaux desdits chaſteaux & chaſtellenies de obeir à ladite Margarite es cas deſſusdits & de li garder & ſauver ſon Mariage & ſon doaire esdits chaſteaux & chaſtellenies, payé ledit Mariage ou pour tant comme il en ſeroit payé.

Item Monſieur de Savoye dou cui fié ſont ledit chaſtel & chaſtellenies doit ratifier, confirmer & approuver toutes ces choſes & eſtre pleges à ladite Margarite de li ſauver, garder & maintenir ladite aſſignation faite pour ſon Mariage & pour ſon doaire.

Item promet li diz Monſieur d'Auxerre, maintenir, ſauver & garder audit Monſieur Loys ladite aſſignation faite des yſſues de ſadite partie de la Saunerie & celle deschargier de toute obligation, ſauf lesdites deux mille livres & non outre & dudit Monſieur Loys eſtre tenus de eviction.

Item li diz Monſieur Loys promet maintenir, ſauver & garder à ladite Margarite les chaſteaux & les chaſtellenies à li aſſignés pour ſon Mariage & pour ſon doaire & à li eſtre tenus de eviction.

Item pour Contemplation doudit Mariage doudit Monſieur Jean & de ladite Margarite, Meſſires de Savoye donne esdits Meſſires Jean & Margarite dix livres de gros tornois par an en tel maniere que il le tiennent dou fié doudit Monſieur de Savoye, & ſe cas advenoit que li diz Monſieur Jean defaillit devant ladite Margarite, què lesdites dix livres viegnent a ladite Margarite & ſemblablement ſe ladite Margarite deffalliſt devant ledit Monſieur Jean, lesdites dix livres viegnent audit Monſieur Jean & apres le decés de eus és Enfans qui ſeront doudit Mariage & ſe ils deffailloient ſans Enfans de eus, elles retorneſſent à Monſieur de Savoye ou a ſon hoir Comte de Savoye & lesdites dix livres doit & promet li dis Meſſieurs de Savoye aſſeoir ſoffiſement.

Et toutes ces choſes ſe doivent deerier à dire des ſages en la meillour maniere con porra & ſe doivent ſeller les Lettres des ſeaux Monſieur de Savoye, Monſieur d'Auxerre & Monſieur Loys & l'Official de Lyon. Fait au Chaſteau de Treſſort le XIV. Mars M. CCC. XXIX. Preſens Edouard Seigneur de Beaujeu, Philippe de Vienne Seigneur de Piemont, Beraud de Coligny Seigneur d'Andelot, Galois de la Baume, Jean Seigneur de Corgenon. Philippe de Buſſy, Girard Seigneur de Varey dit la Guespe, Lancelot de Chandée, &c.

XXXIV.

Teſtamentum Philippi de Sabaudia Principis Achajæ, d. d. 9. Junii An. 1330.

IN nomine Domini, Amen. Anno ejusdem milleſimo tercentesimo trigeſimo Indictione tredecima, die nona Junii, in Sacriſtia Fratrum Minorum & Pinerolio. Quoniam mors, & vita in Manu DEi ſunt, & ſtatutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, licet dies mortis omnibus habeatur incognitus, propter quod multi etiam prudentes, periculum animarum incurrunt, & etiam inter poſteros relinquunt materiam ſcandalorum, idcirco Vir Illuſtris Dominus Philippus de Sabaudia, primogenitus inclytæ recordationis Domini Thomæ de Sabaudia, Dominus in partibus Pedemontii, volens dictum periculum, & inter Succeſſores, & poſteros ſcandalorum materias evitare, rerum, bonorum, Dominiorum, ac jurium omnium ſuorum diſpoſitionem per præſens nuncupativum Teſtamentum, ſive in ſcriptis, in hunc modum facere procuravit. In primis quidem Die nomine invocato caſſavit, irritavit, & caſſa, ac irrita eſſe voluit, omnia alia teſtamenta, donationes cauſa mortis & ultimas voluntates ſeu diſpoſitiones, quocumque nomine nuncupentur hactenus. Item inſtituit ſibi hæredem Dominam Margaretham ejus filiam in dotibus ſuis, & ultra in viginti quin-

Digitized by Google

quinque marchis argenti, & pro prædictis, eam voluit esse tacitam & contentam. Item instituit sibi hæredem Dominam Alaxiam ejus filiam in dotibus suis, & ultra in viginti quinque marchis boni auri, pro quibus ipsam voluit esse contentam. Item instituit sibi hæredem Elionoriam filiam suam in dotibus suis, & ultra in viginti quinque marchis argenti, pro quibus ipsam voluit esse contentam. Item instituit sibi hæredem Joannam ejus filiam in dotibus suis, & ultra in viginti quinque marchis argenti pro quibus ipsam esse voluit contentam. Item Beatrisiam, & jsabellam filias suas, & quamlibet ipsarum, sibi hæredes instituit in viginti quinque marchis argenti, & in his quæ habebunt ab ipso testatore, seu ab hærede suo universali infra scripto, pro dotibus suis Item instituit Amedeum, Thomam, & Eduardum filios suos. Item, & Posthumum, & posthumos suos quoscumque, quotquot nasci contigerit, & venturos in lucem ex ipso testatore, & tam genitos quàm genituros & quemlibet ipsorum, in ducentum marchis argenti. In omnibus autem aliis bonis mobilibus, & immobilimus, juribus & actionibus, Castris, Civitatibus, Burgis, Villis, Feudis, Retrofeudis, Dominiis Segnoriis & aliis omnibus ad ipsum testatorem quomodolibet causa, seu titulo pertinentibus, præsentibus & futuris, Jacobum ejus filium primogenitum, sibi hæredem universalem instituit, & si contigerit dictum Jacobum mori infra quartum decimum annum ætatis suæ, vel postea quandocumque sine filiis masculis legitimis, & naturalibus ex ipso descendentibus, substituit eidem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Amedeum prædictum Filium suum, si tunc supervivat idem Amedeus, & si tunc non superviveret illum ex filiis ipsius testatoris legitimis & naturalibus, tam natis quam nascituris, qui tunc esset majoris ætatis. Si vero contingat, dictum Amedeum succedentem in dicta hæreditate mori sine filiis legitimis & naturalibus ex eodem masculis, ante quatuordecimum annum ætatis suæ, vel postea quandocumque, substituit eidem pupillariter, vulgariter & per fideicommissum, ex dictis filiis tam natis quam nascituris masculis, qui tunc esset majoris ætatis. Item constituit & ordinavit dicto Jacobo & aliis filiis posthumis suis præsentibus, & futuris prædictis & cuilibet ipsorum Tutricem, & Curatricem Dominam Catharinam eorum Matrem, liberans & absolvens eandem a confectione Inventarii & ratione reddenda, volens & jubens ipsam Dominam Catharinam gerere, & administrare dictam tutelam, & curam cum consilio. Item inhibuit dictus testator expresse quod prædicti hæredes, seu tutrix, & Consiliarii per se, vel alias submissas personas directe, & indirecte possint vendere, donare in feudum de novo, vel in Emphitevsim perpetuam, vel ad tempus concedere, obligare vel sub quovis alio vocabulo alienationis, in aliquam personam transferre aliquam rem, seu res immobiles, jura, Dominia sive actiones ad ipsum Testatorem seu Hæredem suum, ut supra pertinentia quomodocumque, nec etiam aliquam remissionem, quittationem, cessionem, seu alium Contractum facere de prædictis, vel aliquid prædictorum, nec immunitatem seu Privilegium concedere, nisi ad quinque annos tantum, & durantibus ipsis quinque annis, non possit de ipsa re alius contractus, sive concessio celebrari, nisi si, & quando Successor in dicta hæreditate fuerit ætatis triginta annorum, vel ultra, & hoc ideo facit, & inhibet dictus Testator, ne ipsi hæredes, vel successores, propter importunitatem petentium, vel dolo contrahentium, vel alias suggestiones inutiles, periculum, seu detrimentum incurrant, & quod dictum dominium, Baronia, seu hæreditas sua integraliter conservetur hæredibus suis, volens, & jubens, omnes contractus, donationes, infeudationes, concessiones, remissiones, quittationes, cessiones, alienationes qui, & quæ fierent & celebrarentur contra inhibitionem præsentem esse cassas, irritas & nullius valoris, & hanc voluit, & jussit esse ultimam voluntatem suam, & valere & tenere perpetuo, jure Testamenti nuncupativi, sive scriptis, jure codicillorum, jure donationis, causa mortis ultimæ voluntatis & omni alio jure, ordinatione, ac modo & forma quibus melius, & firmius valere poterit, & tenere. Signatum *Nassaporis.*

XXXV.

Instrumentum publicum super fœdere inter Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem & Amadeum VI. Sabaudiæ Ducem die 14. Octobr. inito, & die 17 Octobr. An. 1334. coram notariis ad hoc rogatis approbato, confectum.

In Nomine Domini, Amen.

PEr hoc publicum Instrumentum cunctis fiat manifestum, quod cum Ligæ, Uniones, & strictissimæ Confœderationes die decima quarta præsentis mensis Octobris initæ, reformatæque fuerint, & de novo majoribus adminiculis roboratæ inter Illustrissimum Principem, & Excellentissimum Dominum Amedeum, Ducem Sabaudiæ, Chablaysji, & Augustæ Principem, Marchionem in Italia, Comitem Pedemontium, & Gebennensis, Valentinensisque, & Dyensis, Socerum, seu Spectabiles

Digitized by Google

les ipſius Conſiliarios, & Oratores ad hæc deſtinatos, plenaque poteſtate fulcitos, Dominum Petrum Marchiandi Militem, Legumque Doctorem, Præſidem Conſilii ſui citra Montes reſidentem, & Gulielmum Bolomerii Secretarium, pro eo agentes ex una, & Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum Filippum Mariam Anglum Ducem Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitem, ac Januæ Dominum, ſeu Magnificum Conſanguineum, & Conſiliarium ſuum Dominum Gasparrem Vicecomitem Militem pro eo cum omnimoda poteſtate agentem partibus ex altera, modis, & formis latius contentis in duobus publicis Inſtrumentis ejusdem tenoris per me Johannem Franciscum Gallinam ejus Secretarium, & Diſcretum Virum Filibertum de Cara de Sancto Germano Vercellenſem Notarios publicos receptis, confectis & ſignatis. Ecce quod propter infraſcripta peragenda in mei dicti Notarii, & Secretarii Teſtiumque infraſcriptorum præſentia conſtitutis perſonaliter tam præfato Illuſtri Domino Duce Mediolani, quam ipſis Dominis Ambaſſiatoribus Sabaudiæ, ipſe idem Dominus Dux Mediolani certificatus, aviſatus, & plene informatus de dictis contractis Ligis, Reformationibus, & Confœderationibus, & de omnibus & ſingulis in ipſis Inſtrumentis contentis, quæ omnia, & ſingula hic pro ſufficienter expreſſis haberi voluit, & de ipſis omnibus plenam, & expreſſam notitiam habens, & pro majori roboratione ipſarum Ligarum merito congaudens, extimans illas ſtatui, Ditionique, & ſubditis utriusque ipſorum Dominorum plurimum expedire, maturo ſuper his Procerum peritorum, & aliorum prudentium fideliumque ſuorum, participatoque conſilio, ex ejus certa ſcientia, & voluntate ſpontanea pro ſe, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus, pro quibus Ligam ipſam contraxerint quibuscumque ipſas Ligas, Confœderationes, Uniones, omniaque, & ſingula illarum Capitula, & generaliter univerſa, & ſingula alia in dictis Inſtrumentis contenta, tamquam de mente, & conſcientia ſuis promota, tractata, & concluſa, laudavit, ratificavit, emologavit, & approbavit, laudatque, ratificat, & emologat hujus publici Inſtrumenti tenore, immo etiam cum ipſis Dominis Ambaſſiatoribus, & ipſi ſecum denuo ad majorem roboris firmitatem illas faciunt, & contrahunt per præſentes, promittentes, convenientes, & contrahentes, & facientes ipſæ Partes, videlicet dictus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Dux, & dicti Procuratores præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ ipſius Domini Ducis Sabaudiæ nomine, in omnibus, & per omnia, prout per Procuratores ipſorum Dominorum factum eſt in dictis Inſtrumentis; Promittentes videlicet ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux pro ſe, ſuisque Hæredibus, & Succeſſoribus univerſis, bona fide, in verbo Principis, & juramento ſuo Evangeliis tactis, & ſub expreſſa obligatione ſui, ac omnium, & ſingulorum bonorum ſuorum, mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorum, ubicumque conſiſtentium, etiam ipſi Domini Ambaſſiatores Sabaudiæ ſub juramento, & obligationibus per eos in dicto Inſtrumento Ligæ præſtitis, & ſub juramento eisdem præſtito in manibus mei Secretarii, & Notarii infraſcripti in animam dicti Domini Ducis Sabaudiæ, ipſas Ligas, Uniones, Confœderationes, etiam præmiſſa omnia in omnibus, & per omnia perpetuo rata, grata, & firma habere, tenere, adimplere, & integre obſervare, obſervarique facere, & numquam contrafacere, dicere, vel venire, neque alicui contrafacere, vel venire volenti in aliquo conſentire, nec auxilium præbere palam, tacite, vel expreſſe, quovis exquiſito colore; quin immo in verbo Principis expreſſe proteſtatur ipſe Dominus Dux eisdem Oratoribus Sabaudiæ adhæc omnia præſentibus, ſtipulantibus, & recipientibus, & dicti Procuratores dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, ipſius Domini Ducis Sabaudiæ nomine, eidem Domino Duci Mediolani ſtipulanti, & recipienti, ſe ipſos Dominos Duces hactenus non feciſſe, & imposterum nullatenus facturos quo minus præmiſſa omnia, & ſingula, plenum, validum, & immutabilem ſortiantur effectum, renunciantes tam ipſe Dominus Dux, quam ipſi Ambaſſiatores, & Procuratores, dicto nomine, pacto expreſſo, ſub vi ſuorum jam præſtitorum juramentorum, omnibus exceptionibus, privilegiis, beneficiis, & indultis impetratis, & impetrandis, ſignanter & in integrum reſtitutionis, abſolutionisque, & dispenſationis Juramenti, beneficio Patriæ, Locorum Conſuetudinibus, Juribusque Canonicis, Civilibus, Municipalibus, & cæteris, quibus adveniendum contra præmiſſa, ſeu ipſorum aliqua ſe juvare poſſent quommodolibet, vel tueri, ſignanter juri dicenti generalem renuntiationem non valere, niſi præceſſerit ſpecialis, de quibus omnibus tam ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux, quam ipſi Ambaſſiatores juſſerunt, & rogaverunt per me dictum Johannem Franciſcum Secretarium, & Notarium ad opus ipſorum Contrahentium publicum confici debere Inſtrumentum unum, & plura ejusdem tenoris. Actum in Caſtro Terræ Abiate Ducatus Mediolani, die Dominica decima ſeptima menſis Octobris, præſentibus Spectabilibus, & Egregiis Viris Domino Guarnerio de Caſtiliono, Aluyſio, & Lanceloto Fratribus de Crottis, Georgio de Sancto Georgio dicto Scaramucia, Antonio de la Cruce, Brunorio

Digitized by Google

de Gambara, Marco de Puteobonello, Christophoro Mirabilia, & quampluribus aliis Camerariis, & Familiaribus præfati Illustrissimi Domini Domini Ducis Mediolani, & Ugonardo Aymelynæ de Camberiacho, & Amedeo Begneti de Ponzino Familiaribus præfatorum Ambassiatorum, inde Testibus notis, vocatis, & specialiter ad prædicta rogatis, post quæ præfatus Illustr. Dominus Dux Mediolani jussit, & jubet hoc præsens publicum Instrumentum ad majorem firmitatem sui Sigilli magni impressione muniri.

XXXVI.

Tractatus inter Aymonem, Comitem Sabaudiæ & Eduardum, Dominum Belli Joci institutus de Homagio Comiti Sabaudiæ per hunc præstando & cessione quorundam locorum in ipso tractatu nominatorum, d. d. 5. Julii An. 1337.

IN nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indictione quinta, die quinta mensis Julii, per hoc præsens publicum instrumentum, tam ætati modernæ, quam posteris & futuris, fiat perpetuo manifestum. Quod illustris & Magnificus Princeps Dominus Aymo Sabaudiæ Comes, Chablasii, & Augustæ Dux & in Italia Marchio ex una parte, & Vir illustris Dominus Eduardus, Dominus Bellijoci ex alia, constituti propter ea specialiter quæ inferius continentur in præsentia testium & mei Notarii subscriptorum, attendentes, quod inter inclytarum recordationum Dominum Eduardum Comitem Sabaudiæ, quondam fratrem & Prædecessorem præfati Domini Aymonis Comitis ex una parte & Dominum Guich. Dominum Bellijoci quondam Genitorem & prædecessorem dicti Domini Eduardi, nunc Domini Bellijoci ex altera, licet essent conjuncti cognatione propinqua, vinculum tamen, & causa cognationis per naturalem decessum gradatim dissolvi poterat, fidelitatis tamen, & homagii nexus semper cum majori fœdere suis viribus indissolubiliter perseverat, volentes itaque dicti Domini vera promissione, dilectionis Zelo inseperabiliter perpetuo communiri, Tractatus foret habitus & concessus, quod idem Dominus Bell. quondam suique Successores Domini Bellijoci ad homagium, & fidelitatem dicto Domino Comiti, suisque Successoribus Sabaudiæ Comitibus perpetuo tenerentur, salvis homagiis infra scriptis, & Castro suo, & Villas de Lentz, & de Tossiaco, cum eorum mandamentis, territoriis, juribus, pertinentiis mero, mixto Imperio & omnimoda jurisdictione, rationibus & actionibus quibuscumque quoquo modo pertinentibus dictis Castris, & eorum cuilibet, & ratione & occasione ipsorum, & cujuslibet eorundem. Item Dominus Bell. & Successores sui haberent & tenerent a dicto Domino Comite, & suis Successoribus Sabaudiæ Comitib. in feudum & augmentum feudi castra sua de Buenco & de Coloniaco, cum villis, mandamentis & territoriis, mero, mixto imper. & omnimoda jurisdict. pertinentiis appendentiis, juribus & rationibus quibuscunque eorundem daret, & concederet, ac etiam in recompensationem fidelitatis prædictæ faciendæ per ipsum Dominum Bell. & suos dicto Domino Comiti, & suis, ut supra, & assumptionis & recognitionis in feudum prædictorum Castrorum de Lentz, & Tossyaco; nec non & in satisfactionem omnium quorumcumque gravaminum & damnorum, quæ Dominus Bell. vel gentes suæ ratione guerræ dicti Domini Comitis, vel alias pro dicto Domino Comite sustinuerant vel dici poterant incurrisse, quadraginta mille Libras Viennenses, quorum viginti denarii valent unum denarium grossum Turon. argenti, dicto Domino Bell. dictus Dominus Comes quondam dare & solvere teneretur, prout hæc omnia suprædicta prædictus Dominus Comes Aymo, & Dominus Eduardus Dominus Bell. confessi fuerint penitus est vera. Prænominati siquidem Dominus Aymo, Sabaudiæ Comes, & Dominus Eduardus Dominus Bell. volentes Tractatum sic concessum omnimode consummare, nonnullamque perfectionis uberiorem causam supplere, tramite & modo, quo possit inter ipsos, Successores eorum, quod igitur validius fieri perquirentes, conventiones, pacta, confœderationes, & alia fecerunt & inierunt ex eorum certis scientiis, & voluntatibus spontaneis, quæ, & prout inferius continentur; Inprimis igitur dictus Dominus Bell. causis ex prædictis, & infra scriptis, maxime ut dicta duo Castra de Lenz, & de Toyssiaco, possint secundum juris formam donata recte construi, & esse feudalia dicti Domini Comitis & Successorum suorum, donavit, cessit, & concessit pro se, suisque Successoribus dicto Domino Comiti recipienti pro se, & suis donatione mera, pura, simplici, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, & eo modo, & forma quibus melius ad utilitatem dicti Domini Comitis potest & debet intellegi, prædicta Castra Domini Bell. villas, loca, & mandamenta, territoria & districtus de Toyssey, & de Lenz, cum omnibus, & singulis hominibus, Vassallis, fidelitatibus, & homagiis, tam nobilium, quam ignobilium, feudis, retrofeudis, feudatariis, & emphitevtis, furnis, molendinis, redditibus, servitiis, servitutibus, aquis, aquarum decursibus, mero, mixto Imper. & omnimoda jurisdict. juribus actionibus universis ipsorum castrorum, Villar. & Locorum, & cum omnibus pertinentiis, & appendentiis eorumdem, ac universis, & singulis eidem Domino Bell. ex causa & occasione prædictorum Castror. Villarum, Locorum, & mandamentorum eorundem pertinentibus, & pertinere debentibus quoquo modo, ad habendum, tenendum & possidendum & quidquid eidem Domino Comiti placuerit faciendum; asserens idem Dominus Bellijoci, et confitens in Contractu donationis præsentis, prædicta Castra, Villas, Loca, et alia supra donata esse allodialia, et ab antiquo fuisse, et Prædecessores suos habuisse, et hactenus possedisse, Castra et Loca prædicta cum prædictis omnibus ut supra

Digitized by Google

pra donatis, per ipſum tanquam allodialia, et libera ab omni onere ſervitutis, mandans, cedens, transferens, et attendens dictus Dominus Bellijoci pro ſe, et ſuis dicto Domino Comiti pro ſe, et ſuis recipienti, ac in ipſum transferens, et ſingulas actiones, reales, perſonales, utiles, et directas, ac alias quascunque ipſi Domino Bellijoci pertinentes, in Caſtris, Villis, Territoriis, mandamentis et aliis ſupradictis donatis ut ſupra. Deveſtiens ſe dictus Dominus Bellijoci, et dictum Dominum Comitem prædictis nominibus inveſtiens de Caſtris, Villis et Locis ſupra dictis, ſupra donatis ut ſupra, conſtituens ipſe Dominus Bellijoci dictum Dominum Comitem prædictis nominibus, in Caſtris, Villis, Locis, Territoriis, mandamentis, et aliis ſupra dictis donatis, ut ſupra, verum, et purum Dominum in rem ſuam, renuncians idem Dominus Bellijoci ex ſua ſcientia in hoc facto exceptioni dictæ donationis non factæ, cum aliis ſupra dictis exceptioni doli mali, metus, et in factum, actioni, conditioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, juridicenti donationem propter ingratitudinem Donatarii revocare poſſe, ac juri dicenti quingentorum aureorum Summam excedentem factam ſine inſinuatione judicis non valere tot, et tantas donationes, et tanta temporum intervalla, faciens dictus Dominus Bellijoci dicto Domino Comiti prædictis nominibus de prædictis donatis ut ſupra, quod neutra ipſarum ſummarum quingentos aureos excedat, nec inſinuatione aliqua debeat indigere. Conſequenter autem dictus Dominus Aymo Sabaudiæ Comes, ex ſua certa ſcientia perpetuo ex Tractatu ſuper hoc præhabito pro ſe, ſuisque hæredibus, et Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus, et prædictis, et infraſcriptis cauſis tam dicta duo Caſtra de Lent. et de Toyſſey ſibi per dictum Dominum Bellijoci ut ſupra donata, quam etiam Caſtra ſua de Buenco, et de Coloniaco, cum ipſorum quatuor Caſtrorum de Lent, de Toyſſey, de Buenco, et de Coloniaco, Villis, Locis, Territoriis, Diſtrictibus, mandamentis, redditibus, ſervitiis, ſervitutibus, Uſagiis, furnis, molendinis, hominibus tam nobilibus, quam ignobilibus, fidelitatibus, et homagiis, feudis, retrofeudis, feudatariis, emphiteotis, aquis, aquarum decurſibus, piſcaturis, venationibus, terris cultis, et incultis, ſtagnis, vineis et nemoribus, Taillis, ac omnibus juribus, pertinentiis, appenditiis, rationibus et actionibus dictorum Caſtrorum, Villarum et Locorum, mandamentorum et diſtrictuum prædictorum, et omnibus pariter tam prædictis quam aliis ad ipſum Dominum Comitem, quomodolibet pertinentibus, occaſione et ex cauſa dictorum Caſtrorum eorundem prædicto Domino Bellijoci præſenti, ſtipulanti, et ſolemniter recipienti pro ſe, et ſuis Hæredibus, et Succeſſoribus Domini Bellijoci, donavit, et conceſſit in feudum ligium, et nobile, ita quod ad naturam feudi nobilis, et tanquam feudum nobile perpetuo habeatur, et ſub Homagio infra ſcripto. Quæ quidem caſtra de Buenco et de Coloniaco cum eorum mandamentis, territoriis, Diſtrictibus, pertinentiis et aliis juribus, actionibus et rationibus eorundem donatis ut ſupra, nec non quadraginta mille libras Viennenſes prædictorum, quorum viginti denarii valent unum denarium groſſum Turonenſem argenti ad literam O. rotundam, legitimi ponderis, et valoris, dictus Dominus Comes donavit dicto Domino Bellijoci, tam pro fidelitate et homagio per ipſum Dominum, et alios Succeſſores ejus Dominos Bellijoci, Domino Comiti, ſuisque Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus faciendum quam in recompenſationem donationis prædictæ nuperfactæ per dictum Dominum Bellijoci dicto Domino Comiti, prædictis nominibus de dictis Caſtris de Lent, & de Toyſſey, cum eorum villis, territoriis, & aliis donatis, ut ſupra, quam etiam in ſatisfactionem & reſtitutionem expenſarum factarum, damnorum, & gravaminum ſuſtentatorum per dictum Dominum Bellijoci quondam, ac etiam per dictum Dominum Eduard, nunc Bellijoci Dominum ſeu gentem ſuam ratione guerrarum dicti Domini Comitis, aut aliter pro dicto Domino Comite dici poſſunt quomodolibet incurriſſe, maxime ratione Carceris ejusdem Domini Bellijoci quondam capti per Delph. Vien. & redditionis Caſtrorum ſuorum Meximiaci, & Burgi S. Chriſtophori, quæ duo caſtra primo dicto dictus Dominus Bellijoci prædicto Dalphino Viennenſi tradidit, & expedivit pro redemptione carceris ejusdem, de quibus quidem caſtris quatuor ſupra dictis, de Lent, de Toyſſey, de Coloniaco, de Buenco & aliis Prædictis donatis, ut ſupra, dictus Dominus Comes præfatum Dominum Bellijoci, prædictis nominibus, realiter inveſtivit ad habendum et tenendum per dictum Dominum Bellijoci et Succeſſoree ejus a dicto Domino Comite; Succeſſoribusque ſuis in feudum ligium et nobile et ſub homagio infra ſcripto. Renuntians idem Dominus Comes ex ſua certa ſcientia in hoc facto exceptioni prædictæ donationis ut ſupra, per eum non factæ, exceptioni doli, metus, et in factum actioni condictioni ſine cauſa, vel ex injuſta cauſa, juridicenti donationem propter ingratitudinem donatarii revocari poſſe, et juri dicenti donationem ſummam quingentorum aureorum excedentem factam ſine inſinuatione judicis non valere, et omni alio juri Canonico et Civili, tot et tantas donationes, et per tanta temporum intervalla, faciens dictus Dominus Comes dicto Domino Bellijoci prædictis Nominibus de prædictis donatis ut ſupra, quod neutra ipſarum ſummam quingentorum excedat, nec inſinuatione alia debeat indigere. Quibus peractis dictus Dominus Eduardus Bellijoci, Dominus confitens, et in veritate, tanquam in judicio publico, recognoſcens ſe cum prædictis caſtris, Villis, locis, territoriis diſtrictibus, mandamentis, et eorum pertinentiis, ut ſupra donatis, dictas quadraginta mille libras Viennenſes prædictorum a præfato Domino Comite Sabaudiæ prædictis cauſis, et rationibus habuiſſe, et realiter recepiſſe, et ſibi numeratas fuiſſe ac de ipſis fuit tacitus et contentus, pactum reale faciens de ulterius quicquam non petendo pro prædictis omnibus ſibi donatis ut ſupra pro ſe, ſuis hæredibus, et Succeſſoribus, videlicet omnibus quibuscunque Dominus Bellijoci libere, et ſpontanee præfato Domino

Digitized by Google

mino Aymoni Comiti Sabaudiæ ſtipulanti, et ſolemniter recipienti pro ſe, ſuisque Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus, tantum Homagium, et fidelitatem realiter fecit, et præſtitit immiſſis dicti Domini Bellijoci manibus, infra manus dicti Domini Comitis oſculo fœderis interveniente cum expreſſione verborum fidelitatis, et homagii, nec non aliis ſolemnitatibus in talibus conſvetis. Promittens idem Dominus Bellijoci prædictis nominibus dicto Domino Comiti ſtipulanti, et ſolemniter recipienti ut ſupra, per juramentum ſuum ſuper Sancta DEi Evangelia corporaliter præſtitum, ſe bonum et fidelem exiſtere dicto Domino Comiti, et ſuis Succeſſoribus Comitibus Sabaudiæ, et eidem ſervire contra quascunque Perſonas in omnibus, et per omnia, et facere erga ipſos quicquid, et prout fidelis Vaſallus Domino ſuo facere tenetur, ſpecialiter omnia, et ſingula, quæ in forma fidelitatis tam novæ quam veteris continentur, ſalvis, et exceptis fidelitatibus, in quibus idem Dominus Bellijoci tenetur Dominis Francor. Regi, Duci Burgundiæ, Duci Borbonenſium, Archiepiſcopo Lugduni, et Cluniacenſi ac Inſulæ barbaræ Abbatibus, confidens, et aſſerens dictus Dominus Bellijoci pro ſe, ſuisque Succeſſoribus Dominis Bellijoci ſe tenere, tenere velle, et tenere debere a dicto Domino Comite, ſuisque Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus, Caſtra quatuor ſupra dicta de Lent, de Toyſſey, de Buenco, et de Coloniaco, cum eorum territoriis, diſtrictibus, mandamentis, juribus, pertinentiis, rationibus et actionibus univerſis, et omnibus pariter eidem Domino Bellijoci per dictum Dominum Comitem donatis ut ſupra in feudum Ligium, nobile, et antiquum, de feudo, et directo Dominio dicti Domini Sabaudiæ Comitis, et ſuorum Succeſſorum ut ſupra et ſub homagio ſupra dicto. Et viceverſa prædictus Dominus Comes ex ſua certa ſcientia pro ſe, et ſuis Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus promiſit, et convenit per pactum expreſſum appunctuatum dicto Domino Bellijoci ſtipulanti, et ſolemniter recipienti ut ſupra, ubi, et quandocumque contigerit, ipſum Dominum Bellijoci, Vaſſallos ejusdem Domini Comitis habere Guerram pro facto Domini Comitis, aut etiam pro facto proprio ipſorum prædictos Dominos Bellijoci, ſicut Dominus Vaſallum proprium adjuvare et non alias facere, ad quæ fienda tenentur Domini Vaſallis de jure, et de Conſuetudine et ſpecialiter ſecundum Conſtitutiones Feudales. Pro prædictis autem quadraginta millibus viennenſium prædictorum ſic prædictis actionibus habitis, et receptis ut ſupra per dictum Dominum Bellijoci a domino Comite ſupradicto, præfatus Dominus Bellijoci pro ſe, ſuisque Succeſſoribus, et Hæredibus quibuscunque et omnibus habentibus et qui poſſent impoſterum cauſam ſuper hiis quocumque modo habere, ſolvit quittavit, et liberavit omnino ſpecialiter, et expreſſe dictum Dominum Comitem pro ſe, ſuisque Succeſſoribus recipientem, de et ab omnibus, et ſingulis juribus, rationibus, et actionibus quibuscunque, quæ, quasve ratione gravaminum, damnorum, vel expenſarum ſuſtentatarum vel factarum per dictum Dominum Bellijoci quondam vel nunc dictum Bellijoci Dominum, ſeu gentem eorundem poſſent habere, et ſibi alitercumque competere contra dictum Dominum Comitem Eduardum quondam, ac etiam de omnibus univerſis, et ſingulis emendis diſpendiis, et debitis quæ potuiſſent ab eodem Comite Eduardo quondam vel nunc poſſent a dicto Domino Aymone nunc Sabaudiæ Comite poſtulare. Item dictus Dominus Bellijoci pro ſe et quibus ſupra dedit, ceſſit, et conceſſit prædicto Domino Comiti ſtipulanti et ſolemniter recipienti pro ſe, et ſuis transferendo totaliter in eundem omnia jura quæcumque cum omnibus pariter actionibus quibuscumque quæ dicto Domino Bellijoci competunt, et competere poſſunt, vel poſſent in caſtris prædictis Meximiaci, et Burgi Sancti Chriſtophori, mandamentis, territoriis, diſtrictibus, mero et mixto Imperio, jurisdictione omnimoda, et omnibus pertinentiis & appenditiis ipſorum Caſtrorum & Locorum, occaſione ipſorum, et cujuslibet eorundem, et fuit actum inter dictos Dominos Comitem Sabaudiæ, & Dominum Bellijoci in limine Contractus præſentis, quo ad requiſitionem dicti Domini Comitis, vel Succeſſorum ſuorum Comitum Sabaudiæ, præfatus Dominus Bellijoci, vel ejus Succeſſores Domini Bellijoci quittant & quittare teneantur Domino Dalphino Viennenſi caſtra prædicta Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori, & feudum de Villariis, quod ad Dominum Bellijoci pertinere ſolebat. Item fuit actum inter dictos Dominum Comitem, & dictum Dominum Bellijoci, quod quia dictus Dominus Comes ex cauſa Contractus præſentis, & ex cauſis prædictis in recompenſationem ipſorum Caſtrorum Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori Domino Dalphino Viennenſi per dictum Dominum Bellijoci quondam pro redemtione & liberatione ſui Carceris traditorum, & quæ Caſtra cum ſuis juribus nunc habet, tenet occaſione prædicta Dalphinus prædictus, dictus Dominus Comes Caſtra ſua prædicta de Buenco, & de Coloniaco cum ſuis mandamentis, diſtrictibus, territoriis & aliis ut ſupra donatis, prædicto Domino Bellijoci donaverit & conceſſerit in feudum. Ipſe ſiquidem Dominus Bellijoci, ſuique Succeſſores prædicti teneantur, & debeant ex pacto ſuper hoc præhabito dicto Domino Comiti, ſuisque ſucceſſoribus Sabaudiæ Comitibus, reddere, reſtituere, & expedire dicta duo Caſtra de Buenco, & de Coloniaco, cum territoriis, mandamentis, juribus, & pertinentiis eorundem, & aliis donatis ut ſupra, quæ quidem Dominus Comes prædictus, vel ejus ſucceſſores dicta duo Caſtra Meximiaci & Burgi Sancti Chriſtophori, cum eorum territoriis, & mandamentis, juribus & pertinentiis eorundem dicto Domino Comiti, ſuisque Succeſſoribus in loco dictorum Caſtrorum de Buenco & de Coloniaco expediant realiter, atque tradant. Quæ tamen Caſtra Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori, cum eorum diſtrictibus, juribus, mero, mixto imperio, & aliis pertinentiis eorundem, ſunt ſicut duo dicta Caſtra de Buenco & de Coloniaco, idem Dominus Comes poſſit feudalia expedire. Item fuit Actum, & in pactum deductum inter dictos Dominum Comitem, & Dominum Bellijoci, quod ſi contingeret dictum Dominum Bellijoci decedere ſine liberis

Digitized by Google

bem masculis ex legitimo matrimonio procreatis, successoresque prædicti Domini Bellijoci, qui sibi cederent, & pervenirent ad Baroniam, Statum, & Seigneuriam Bellijoci; fidelitatem prædictam, & homagium prædictum facere, ac recognitionem debitam, seu investituram petere infra tempus debitum deficerent, vel aliter recusarent, prædictus Dominus Eduardus Bellijoci, Dominus ex nunc, prout ex tunc, dicto Domino Comiti præsenti, stipulanti, & solemniter recipienti pro se, & suis dixit & concessit dictus Dominus Bellijoci dicto Domino Comiti prædictis nominibus omnia jura sibi competentia in castris prædictis Buenci, & Cohaisani, territoriis, mandamentis, districtibus & pertinentiis eorundem, seque prædictis nominibus tenere dicta duo Castra Buenci & Cohaisani, pro tanto ratione dicti Domini Comitis, & suorum, eo casu possidere constituit, ac apprehendendi possessionem eorum licentiam & authoritatem annuit, & concessit; inde homagia quæcunque superius & expresse obligans licentiam quidem, & authoritatem consimiliter concedens idem Dominus Bellijoci dicto Domino prædicto nominibus superius stipulanti & recipienti pro se, & suis dixit & promisit, quod prædicta obligato exinde non superabicumque foret & reperiretur tenenda, habenda perpetuo, successoresque suos, fructusque, & exitus ipsorum bonorum percipiendo, ipsis fructibus & exitus in sortem minime computandis, donec de dictis quadraginta millibus florenis auri dicto Domino Comiti vel suis Successoribus integre & plenarie satisfactum, & solutum foret, & bona dictus Dominus Bellijoci, dicto Domino Comiti concedens, sive in totum, sive in parte, prout idem Dominus Comes sibi prospexerit expedire de pace videnda, fidicti Successores Domini Bellijoci dicto Domino Comiti vel ejus Successoribus dictos quadraginta mille florenos auri requisiti per ipsum Dominum Comitem, vel alium pro ipso per unius mensis successive futuri spatium, post requisitionem ipsam solvere recusarent, seu ducerent recusandum, aliis duobus castris de Lent & de Toyssey, cum eorum mandamentis, districtibus, & pertinentiis supradictis de feudo dicti Domini Comitis, & Successorum suorum ut supra semper retinendis sub homagio supradicto. Item actum fuit inter prædictos Dominos, nominibus quibus supra, quod dictus Dominus Bellijoci, successoresque sui prædicta feuda habeant, & teneant, habere debeant, & tenere in perpetuum in tanta, & consimili nobilitate, quanta qualique Illustres Viri Dominus Ludovicus de Sabaudia, Dominus Vaudi, & Jacobus de Sabaudia, Dominus Pedemontium tenent & tenere debent a dicto Domino Comite Terras, & feuda, quæ sibi obvenerunt, & quæ tenent, & habent de Partagio Sabaudiæ Comitatus; & eo modo, quo Dominus Gebennarum Comes habet, & tenet in feudum & ea, quæ tenet in feudum, & de feudo a Domino Comite Sabaudiæ supra dicto. Item actum fuit, & in pactum expresse deductum, & conventum inter Dominos prædictos, quod prædicta feuda & homagia non possint nec debeant separare perpetuo a Domino Comite Sabaudiæ, nec a Domino Bellijoci, nec eorum Successoribus Sabaudiæ Comitibus, & Dominis Bellijoci, sed proprie Dominus Bellijoci, & non alius Domino Comiti Sabaudiæ, & aliud dictarum feudi & homagia perpetuo teneantur. Item fuit actum & conventum inter Dominos autem dictos, quod Dominus Bellijoci plures habens filios, unus vel duobus ex ipsis, unum vel duo de castris prædictis cum eorum territoriis, districtibus, mandamentis, pertinentiis, & aliis supradictis, cum ipsorum juribus feudalibus relinquere volens, hoc facere possit, dum tamen Dominus Bellijoci, seu per homo Domini Comitis Sabaudiæ remaneat, & quidquid, & quotcunque de dicto Feudo haberet, & teneret, dividendo, vel aliter se ab homagio liberare, vel eximere non valeret, nec ipsi nati sui successores, nihilominus dicta filiis quibus dicta duo castra, vel unum ex ipsis forent relicta, facere teneantur homagia dicto Domino Comiti Sabaudiæ debita, & omnia quæ Vassalli Dominis suis facere de jure, consuetudine quoque tenentur. Item cum Dominus Dominus Bellijoci quondam in suo Testamento scripserit dicto Domino Eduardo, tunc Domino Bellijoci Filio suo, omnia emolumenta, quæ posset habere a dicto Domino Comite, ratione damnorum, expensarum, & gravaminum per eundem Dominum Bellijoci quondam, & gentes suas, ratione, & occasione Guerrarum dicti Domini Comitis factarum, & sustentatarum, seu etiam rationis Tractatus supradicti inter dictos Dominum quondam Sabaudiæ Comitem, & Dominum Bellijoci quondam habiti, & concessi, ut supradictum est specialiter & expresse inter dictos Dominum Comitem, & Dominum nunc Bellijoci, quod ipse Dominus Bellijoci dictum Testamentum originale tradat, & tradere debeat dicto Domino Comiti, ad ipsius securitatem majorem, infra festum proximum B. Michaelis. Item idem Dominus Bellijoci non videatur sub prætextu Contractus præsentis, vel pro aliquibus superius contentis, quitasse Feudum quod habet, & habere debet apud Gordans, ipse Dominus Bellijoci pro se, & suis dictum Feudum, & jus Feudi quod habet, & habere debet apud Gordans, & in loco de Gordans sibi, & suis Successoribus præsenti Tractatu, contentisque in eo non obstantibus reservavit, & reservata esse voluit per pactum adhibitum super hoc specialiter, & expresse, Feudum vero, & homagium & jus Feudi, & directi Dominii quod habet, & habere debet, quoquomodo titulo sine causa apud Bellum-Regardum supra Sagonam Lugdunensis Diœcesis, tam in Castro, Villa, Loco, mandamento, districtu, mero, mixto imperio, & jurisdictione omnimoda, pertinentiis & appenditiis ipsius Castri, & loci, quam occasione ipsius. Idem Dominus Bellijoci pro se & suis Successoribus dicto Domino Comiti pro se, & suis stipulanti dedit, donavit, & concessit, una cum omni jure, actione, & ratione dicto Domino Comiti competentibus, & competere debentibus, in Castro, Villa, Loco, & Territorio & mandamento prædictis, & occasione ejusdem ipsum Dominum Comitem verum Dominum, & Procuratorem constituens idem Dominus Bellijoci in prædictis, ut in rem suam propriam, quæ omnia, & singula supra scripta promiserunt, & convenerunt dicti Dominus Comes & Dominus Bellijoci alter alteri pro se, Successoribusque suis, videlicet dictus Dominus Comes dicto Domino Bellijoci bona fide sub Obligatione omnium bonorum suo-

suorum, & dictus Dominus Bellijoci dicto Domino Comiti pro se, & suis stipulanti, per juramentum ad ipso Domino Bellijoci, super sancta Dei Evangelia corporaliter præstitum, nec non ambo mihi Notario infra scripto more publicæ Personæ stipulanti & solemniter recipienti vice, nomine, & ad opus dictorum Domini Comitis, & Domini Bellijoci, & Successorum suorum & omnium quorum interest, & in futurum intererit, & interesse poterit quoquo modo rata, grata, & firma tenere, habere, attendere cum effectu, & inviolabiliter observare & nunquam facere facto, vel verbo, nec contravenire volenti in aliquo consentire, nec impedimentum aliquod apponere, vel apponi facere, seu quod apponatur a quocumque quomodolibet consentire, & pro prædictis omnibus, & singulis promissis & conventis per dictum Dominum Bellijoci, attendendis, complendis, & firmius observandis dictus Dominus Bellijoci se, & suos Successores prædictos, & bona quæcumque pariter eorundem Curiis, & Coercitioni & compulsioni Curiarum, districtui, & mero examini sedis Apostolicæ, Cameræque Domini Papæ, Dominique Francorum Regis, & parvi Sigilli Montispessulani Castelleti, & Reverendorum Patrum in Christo Dominorum Lugdunensis, Viennensis, & Tarentasiensis Archiepiscoporum, ac Dominorum Matisconensis, Maurianensis, & Bellicensis Episcoporum specialiter, & expresse supponit, & submittit, ita quod per ipsas Curias, & earum quamlibet ad observationem præmissorum coërceri valeat, & compelli. Renuntiantes dicti Dominus Comes, & Dominus Bellijoci, quilibet ipsorum in quantum sua interest ex eorum certis scientiis, & voluntatibus spontaneis in hoc facto, exceptioni omnium prædictorum per eos non factorum, seu rite, & legitime non factorum ut supra dictarum conventionum, dictorumque pactorum non sic factorum, & non Factorum ut supra, doli mali metus, erroris & in factum actioni, condictioni sine causa vel ex injusta causa, restitutionibus in integrum, beneficio juris dicentis decepsis in Contractibus subveniendum fore & non posse objicere quod dolus dederit causam Contractui, vel incident in Contractum & omni alii juri Canonico, & Civili, per quod possent contra prædicta, vel aliqua de prædictis facere, vel venire, & juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. Et fuit actum inter Dominos supradictos, quod prædicta omnia dictari, corrigi, & emendari possint, & debeant semel vel pluries, quotiens necesse fuerit ad Consilium peritorum, salvis tamen Substantia in aliquo non mutanda, & quod de prædictis fiant duo vel plura pro dictis Domino Comite & Domino Bellijoci, & omnibus quorum interest & in futurum interesse contigerit sub eodem tenore publica Instrumenta. Acta fuerunt hæc apud Ambroniacum, in Abbatia videlicet infra domum Domini Abbatis Ambroniaci, præsentibus Reverendo in Christo Patre, Domino Jacobo Dei gratia Bellicensi Episcopo, illustri Viro, Domino Amedeo Comite Gebennensi, Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis Ambroniaci, & Sancti Sulpitii Abbatibus, Viris Nobilibus, Domino Joanne, Dominо Corgenonis, Domino Joanne, Domino de Frementes, & Domino Hugonino Domino Grandis-Montis, Domino Anthonio de Claro-Monte, Domino Bastidæ in Albanesio, Dominis Hugone de Amanziaco, Philippo de Chaseyardo, Jacobo Richarni, Petro de Compesio, & Terrico de Septimo Militibus &c.

XXXVII.

Testamentum Ludovici de Sabaudia, Domini Vaudi, d. d. 29. Mart. An. 1340.

IN nomine Domine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo quadragesimo, Indictione octava, die vigesima nona mensis Martii. Nos Ludovicus de Sabaudia Dominus Vaudi, attendentes quod nihil est quod magis debeatur hominibus, quam quod suprema voluntatis liber sit stylus: & quod nichil est certius morte, & nichil incertius hora mortis, volentes mortis insidias prævenire, & potius testatus vivere, quam sub spe longioris vitæ decedere intestatus; quia præsentis vitæ Conditio statum habet instabilem & ea, quæ visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse. Idcirco Testamentum nostrum nuncupativum disponimus & ordinamus ut sequitur: In primis animam nostram recommendamus Altissimo Creatori & Beatæ Mariæ Matri ejus Virgini Gloriosæ & toti Curiæ Superno rum, Volentes quod corpus nostrum, cum ab ipso anima fuerit separata, tradatur Ecclesiasticæ Sepulturæ honorifice, prout decet statum nostrum ad expensas Hæredis nostri infra scripti in Monasterio Altæ-Combæ Cistercienſis Ordinis, Diocesis Gebenensis, Volentes etiam quod ubicumque nos de hac vita migrare contigerit Venerabilis Pater Abbas & Conventus dicti Monasterii, funus nostrum deportari faciant, ad expensas Hæredis nostri infrascripti, ad dictum Monasterium & ipsum funus, sicut supra dictum est in suo Monasterio honorifice sepeliri. Item prædictis Abbati & Conventui Altæ-Combæ, decem libras grossorum Turonensium, semel vel decem libras Viennenses annui redditus illud videlicet, quod magis placuerit Hæredi nostro infra scripto, pro faciendis duobus anniversariis singulis annis in dicto Monasterio pro remedio animæ nostræ & Parentum nostrorum, unum videlicet die obitus nostri, & aliud die quam elegerint, seu ordinaverint dicti Abbas & Conventus, damus & legamus. Item volumus, & ordinamus, quod in dicto Monasterio, videlicet in altari dictæ Ecclesiæ, magis propinquo illius loci, in quo funus nostrum contingerit sepeliri; celebretur perpetuo, per unum de Monachis dicti Monasterii semel in die una Missa de Officio defunctorum pro remedio animæ nostræ & parentum, & pro dicta Missa celebranda perpetuo ut supra, eidem Monasterio quindecim libras grossorum Turonensium semel, seu quindecim librarum Viennensium annui redditus damus & legamus. Item Religiosis Viris, Priori & Capitulo Ecclesiæ Bellicensis, centum solidos grossorum Turonensium, pro acquirendo centum solidos Viennenses annui redditus pro faciendo

uno

Digitized by Google

uno Anniversario in eadem Ecclesia Bellicensi, die Obitus nostri annis singulis, pro remedio animæ nostræ & Parentum nostrorum semel damus & legamus. Item Monasterio Sancti Sulpicii dicti Cisterciensis Ordinis Bellicensis Diocesis quadraginta solidos Viennenses annui redditus pro uno Anniversario in dicto Monasterio die obitus nostri annis singulis faciendo, pro remedio animæ nostræ & parentum nostrorum in Monasterio prælibato. Item Monialibus de Bons, Ordinis Cistercicnsis dicti, Bellicensis Diocesis, viginti solidas grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Prioratibus Alveriæ & de Eytone, Cistercicnsis Ordinis, Gebennensis Diocesis, cuilibet ipsorum Prioratuum, viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Conventui Prædicatorum Civitatis Gebenensis & Conventui Fratrum Minorum ejusdem Civitatis, cuilibet ipsorum Conventuum viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Conventui Prædicatorum Lausanensis Civitatis & Conventui Fratrum Minorum ejusdem Civitatis, cuilibet ipsorum Conventuum viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Monasteriis de Gela, de Alba-Rippa & de Alta-Crista Cistercicnsis ordinis Lausanensis Diocesis cuilibet ipsorum Monasteriorum quadraginta solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Monasterio Monialium de Bella-Valle, de Estavaye, de Rotondomonte, & de Friburgo Lausanensis Diocesis, cuilibet ipsorum Monasteriorum, viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Prioratibus de Charmay, de Parte Dei & de Lancea Cistercicnsis Ordinis, Lausanensis Diocesis cuilibet ipsorum Prioratuum, viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Monasteriis de Lacu Jurensi de Marseus & de Fontana Andreæ, Ordinis Præmonstratensis, Lausanensis Diocesis, cuilibet ipsorum Monasteriorum, viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item cuilibet Hospitali in Castris & Villis nostris Franchis constructo, decem solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Fratribus Minoribus de Chamberiaco, & Sororibus Minoritis ejusdem Loci, cuilibet ipsorum Conventuum viginti solidos grossorum Turonen. semel damus & legamus. Item Fratribus Prædicatoribus de Montemeliano, Gratianopolitanæ Diocesis, viginti solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Hospitali Civitatis Bellicensis decem solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Monasterio de Monte Sanctæ Mariæ, Cistercicnsis Ordinis, quadraginta solidos grossorum Turonensium semel damus & legamus. Item Monasterio Romani Monast. Cluniacen. Ordinis Lausann. Diocesis, centum solidos grossorum Turonenn. pro uno anniversario faciendo in dicto Monast. die Obitus nostri, annis singulis, pro remedio animæ nostræ & Parentum nostrorum semel damus & legamus. Item operi Pontis Petræ-Castri, decem solidos grossorum Turonenn. semel damus & legamus. Item singulis Eccl. Parroch. Terrarum nostrarum Vaudi, Gebenn. Bugesii, Verromesii, pro candela in elevatione corporis Christi duodecim denarios Monetæ currentis in censibus, in singulis terris, annui redditus, damus & legamus. Item Fratribus Minoribus de Frib. & Fratribus de Ordine Beati Augustini ejusdem Loci, nec non Fratribus de Pontallie ejusdem Ordinis Beati August. Bisontin. & Lausan. Diocesis, culibet ipsorum conventuum, viginti solidos grossorum Turonen. semel damus & legamus. Item volumus & ordinamus, quod Hæres noster infra scriptus domus & ædificia conventus Fratrum Minorum de Nividuno, & alia legata, donationes & ordinationes olim factas & facta eisdem fratribus per inclytæ recordationis D. Ludov. de Sab. dudum D. Vaudi carissimum genitorem nostrum teneatur perficere & etiam omnia alia, quæ Processu temporis ordinare voluerimus, de facto dictorum Fratrum vel ipsis donare, seu legare, si morte præoccupati prædicta nequiverimus adimplere. Item carissimæ Consorti nostræ, D. Isabellæ de Cabilone, omnes donationes ex quacumque causa, & omnes assignationes seu assietamenta dotis, & dotalicii ipsius, per nos olim sibi factas & facta confirmamus & plenum robur habere volumus firmitatis adjicientes, quod si imposterum casu aliquo pedagium nostrum Castri nostri de Cletis cessaret sicut alias evenit, & Mercatores qui per dictum Castrum nostrum transeuntes nobis sunt dictum pedagium solvere consueti, transirent alibi per terram nostram Bieugesii, vel Verromesii, seu Vaudi, vel Geben. vel per quemcunque Locum alium terræ nostræ, dicta consors nostra possit per Nuncium, seu Ministros suos speciales, sine impedimento quocumque sola & in solidum levare & exigere dictum pedagium a dictis Mercatoribus, per dictam terram nostram transeuntibus & per modum per quem est apud Cletas levari dictum pedagium consuetum. Item prædictæ carissimæ consorti nostræ ducentas & quinquaginta libras parvorum Turon. annui redditus, quas habemus in ducatu Burgundiæ, & quas tenemus in feudum, a D. Duce Burg. ad vitam ipsius Consortis nostræ percipiendos, & non ultra; damus & legamus. Item volumus quod dicta Consors nostra optionem habeat, cui magis sibi placuerit homagium & fidelitatem facere, videlicet Hæredi nostro, vel Ill. & Magnifico D. Comiti de Sab. de bonis nostris sibi assignatis pro dote & dotaliciis suis, & pro aliis donationibus olim per nos sibi factis, vel etiam pro medietate reddituum, fructuum & bonorum nostrorum in casu in quo ipsos perlegerit habere, prout superius est expressum. Item volumus & mandamus per Hæredem nostrum infra scriptum omnes clamores nostros sedari pacificari & emendari, & male ablata restitui breviter, & de plano absque judiciorum strepitu & figura, debitaque nostra, legata & Eleemosynas persolvi, & attendi plenarie & perfecte. Item volumus & præcipimus Testamentum carissimi progenitoris nostri inclytæ recordationis D. Lud. de Sabaudia dudum D. Vaudi attendi, & compleri, Eleemosynasque & legata in eodem Testamento per dictum Progenitorem nostrum factas & facta, solvi integraliter per Hæredem nostrum infra scriptum. In omnibus aliis bonis nostris mobilibus & immobilibus, juribus, actionibus præsentibus & futuris,

Digitized by Google

Castris, Villis, Territoriis, Jurisdictionibus, Feudis, Retrofeudis, Hominibus, Vasallis, & rebus, & bonis quibuscumque, corporalibus & incorporalibus, quæcumque sint & ubicumque fuerint, & quocumque nomine censeantur & quæ ad nos pertinent, vel pertinere possunt, seu debent, aut pertinere poterunt inposterum, ex quacumque causa, Catharinam de Sabaudia carissimam Filiam nostram, nobis instituimus hæredem universalem. Si vero ipsam Cathar. filiam & Hæredem nostram decedere contigerit quandocumque sine Liberis naturalibus & legitimis de proprio corpore & legitimo Matrimonio procreatis, Magnificum & Egregium Virum D. Aymon. Comitem Sab. carissimum agnatum, & Dominum nostrum, seu illum, qui pro tempore fuerit Comes Sabaudiæ, in casu in quo dictus D. Comes, qui nunc est, decederet ante dictam Catharinam, dum tamen ille, qui tempore obitus dictæ Catharinæ Comes erit Sabaudiæ, traxerit originem per paternam lineam a stirpe Sabaudiæ, eidem Filiæ nostræ Hæredem substituimus vulgariter, & per fideicommissum; In casu vero in quo ille, qui Comes esset Sabaudiæ, non esset de stirpe generis nostri Sabaudiæ per lineam Paternam descendens; prædicta conditione extante, volumus quod Hæreditas nostra ad proximiores Agnatos, & consanguineos secundum ordinationem Juris, vel Patriæ consuetudinem devolvatur. Item in Casu, in quo Hæreditas nostra ad dictum D. Comitem Sabaudiæ devenerit; prædicta conditione substitutionis extante, carissimis Nepotibus nostris D. Guidoni Comiti Foresii & Domino Reynaudo ejus Fratri, mille libras Lausanenses semel damus & legamus. Item in eodem casu D. Joanni de Sarabruchi & duabus Sororibus suis, carissimis Nepotibus nostris mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu D. Ludovico de Novo-Castro, & duabus Sororibus suis carissimis Nepotibus nostris mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu Dominæ Joannæ de Sabaudia Dominæ de Jaiz carissimæ Sorori nostræ si super vixerit, aut ejus Liberis, Nepotibus nostris carissimis, si eam ante nos mori contigerit, mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu Dominæ Beatrici de Sabaudia, Dominæ de Claromonte carissimæ sorori nostræ si super vixerit, aut ejus liberis Nepotibus nostris carissimis, si eam ante nos mori contigerit, mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem Casu Domino Orthoni de Grandissono, Domino de Peymes, Guillermo ejus Fratri, & eorundem Sororibus carissimis Nepotibus nostris, mille libras ejusdem monetæ semel damus & legamus. Executores autem nostros hujus Testamenti constituimus & ordinamus Egregium & Magnificum Virum, Dominum Aymonem Comitem Sabaudiæ carissimum Dominum & agnatum nostrum, & prædictam D. Isabellam Consortem nostram, R. in Christo Patres, Dominos Lausanensem, Gebennensem & Bellicensem Episcopus, Venerabilem Patrem, Dominum Abbatem prædicti Monasterii Altæ-Combæ, Illust. Virum D. Amedeum Comitem Gebennensem Nepotem nostrum carissimum, D. Gerardum de Orons, Decanum Valeriæ & D. Franciscum Præpositi de Viriaco Decanum Aprensem. Hanc autem præsentem nostram ultimam voluntatem, seu nuncupativum Testamentum valere volumus jure Testamenti nuncupativi, & si eo jure non valeret, volumus jure valere Codicillorum; & si sic non valet, volumus quod valeat jure quo licitum est cuilibet Patrifamilias de bonis suis inter liberos ordinare in ultima voluntate, & si non valet secundum Leges, valeat secundum Canonicas Sanctiones; Præterea si aliquod Testamentum vel ultimam voluntatem olim fecerimus, illud & illam revocamus & annullamus, & pœnitet nos fecisse & contenta in præsenti Testamento volumus duntaxat valere, & habere perpetuam roboris firmitatem. Acta sunt hæc apud Yverdunum, in Castro nostro die, mense, anno & indictione prædictis, Testibus per dictum Testatorem ad hoc specialiter vocatis & rogatis, coram quibus audientibus & intelligentibus, prædicta omnia per eundem Testatorem nuncupata fuerunt, & lecta clare & distincte, videlicet venerabili Patre Domino Guillelmo de Riveria, Abbate Monasterii Telæ, Cisterciensis Ordinis, D. Joanne Beguinar ejusdem Monasterii Monacho, Fratre Michaele de Tonons, & Fratre Bono Joanne de Geberinis, Ordinis Fratrum Minorum, Domino Jacobo Richarini Milite, Aymoneto de Jolens, Joanne d'Illens, Henrico Brettonis, & Perrino de Insula Domicellis. Signatum de Fons.

XXXIIX.

Testamentum Yolandæ de Monteferrato, Comitissæ Sabaudiæ, d. d. 14. Decembr. Anno 1342.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem M CCC XLII. Indictione decima, die decima quarta mensis Decembris, quoniam dum in mente viget ratio, suprema hominum judicia melius disponuntur, animæque Saluti, ac Patrimonii curæ temporalis sanis providetur; Idcirco Illustris Domina Yolanda de Monteferrato Comitissa Sabaudiæ, Conjuxque Principis Illustris & Magnifici Domini Aymonis Comitis Sabaudiæ mente sana, licet infirma Corpore, in ipsius Viri sui præsentia & de ejusdem beneplacito, mandato, & consensu Testamentum suum nuncupativum, & sine scriptis dictum, in scriptis tamen redactum in modum qui sequitur uno Contextu fecit, & solemniter complevit. In primis animam suam nunc & cum de corpore exierit Domino nostro Jesu Christo, B. Mariæ Virgini, totique Curiæ supernorum recommendavit, suoque corpori ab anima separato elegit sepulturam in Capella quam construi fecit Dominus, & Vir suus prædictus in Ecclesia Altæ-Combæ, ubi in luminaribus, Congregationibus Prælatorum, Religiosorum, Sacerdotum, Clericorum, & aliorum DEo famulantium fiat sufficiens sepultura, & solemnitas exiquiarum ad arbitrium & voluntatem sui Viri, & Domini supradicti,

Digitized by Google

pradicti, convenientibusque, & pauperibus eleemosynæ tribuantur ad arbitrium supra dictum. Item voluit, & ordinavit, ac præcipit sufficienter dotari per Hæredem suum universalem infra scriptum Capellam quam honore Beatæ Catharinæ fundavit in domo, vel Ecclesia Sororum Minoritarum Camberiaci, in qua unus perpetuo Capellanus instituatur & ponatur, qui dictæ Capellæ serviat, & diebus singulis ibidem per se, vel alium celebrare Missarum solemnia teneatur. Item voluit, ordinavit, atque jussit per Hæredem suum universum infrascriptum tres Capellas, unam videlicet ad honorem Beati Joannis, Evangelistæ, aliam ad honorem Beati Nicolai, aliam ad honorem Beatæ Margaritæ fieri, fundari, & sufficienter dotari, ita quod in qualibet unus ponatur, & ordinetur Capellanus, qui diebus singulis videlicet, quibus in ea, qua fuerit institutus & ordinatus, per se, vel per alium, per ipsius Testatricis suorumque, & Dominorum Sabaudiæ Comitum, Prædecessorum, & Successorum animarum remedio debeat Missarum solemnia celebrare. Item voluit, ordinavit atque jussit eleemosynas fieri piis locis pro remedio animarum ipsius, Prædecessorumque, & successorum suorum ad arbitrium & ordinationem Domini, Virique sui prædicti per dictum suum Hæredem universalem solvendas. Item omnibus & singulis, qui sibi servierint, remunerari voluit, ordinavit, & jussit, prout ipsi Domino Comiti Viro suo videbitur faciendum. Item quia septem puellas, ut asserit, dispositerat maritare, quarum jam quatuor maritavit, voluit, ordinavit, & jussit quod loco reliquarum trium Filiæ Petri de Angulo dicti Picard Sutoris ipsius Testatricis detur semel & solvantur in subsidium ipsius maritandæ viginti solidi Turonenſium Grossorum, uni ex filiabus Gulielmi Flamenci quondam, alii viginti solidi Turonenſium Grossorum semel pro eodem, & alicui alteri Filiæ, quam dictus Dominus Comes eligendam duxerit, alii viginti solidi Grossorum Turonenſium semel. Item Joannem Carissimum Filium suum, pro omni jure, portione, & Dreytura, sibi in bonis, & hæreditate dictæ Testatricis quomodolibet competente in quatuor millibus florenorum auri semel sibi dandorum, & solvendorum per suum Hæredem universalem infra scriptum sibi Hæredem instituit, & pro tanto dictum Joannem omnibus suis bonis & hæreditate quibuscumque tacitum esse voluit, & contentum, ita quod nihil aliud in ipsis vel eorum altero petere vel exigere valeat modo quovis salvis substitutionibus infra scriptis. Item Blancam Filiam suam dilectam pro omni jure, portione, & dreytura sibi modo quovis competentibus, in omnibus & singulis bonis, rebus, & hæreditate suis in tribus millibus florenorum auri semel dandis, & solvendis per Hæredem suum universalem infra scriptum sibi Hæredem instituit, & pro tanto dictam Blancam, omnibus suis bonis, rebus, & hæreditate tacitam, contentam esse voluit, & exclusam, ita quod nihil aliud petere, vel exigere valeat, quomodolibet in ipsis salvis substitutionibus infra scriptus prout faciunt pro eadem. Item Filium suum posthumum si nascatur ex ea, sibi Hæredem instituit in tribus millibus florenorum auri semel dandis, & solvendis eidem per dictum suum universalem Hæredem, et pro tanto voluit ipsum omnibus suis bonis, rebus et hæreditate tacitum esse, contentum penitus et exclusum, ita quod nihil aliud petere vel exigere valeat, quomodolibet in eisdem, et quolibet ipsorum, præterquam in casibus substitutionum subscriptus, prout ipsum tangunt: Si vero ex ea nascatur Filia, in duobus millibus florenorum auri semel dandis et solvendis per dictum suum universalem Hæredem, sibi Hæredem instituit eandem, pro quibus ipsam voluit omnibus suis bonis, et rebus esse tacitam et exclusam, ita quod nihil ultra petere, vel exigere valeat modo quovis in eisdem vel altero ipsorum, infra scriptis Substitutionibus, prout pro ipsa faciunt sibi salvis: In omnibus autem aliis, et singulis bonis suis mobilibus, immobilibus, Juribus, Actionibus, Castris, Villis, Territoriis, Jurisdictionibus omnimodis, meris, mixtis Imperils, feudis, retrofeudis, Vassallis, hominibus, homagiis, fidelitatibus, Baroniis, Ressortis, districtibus, redditibus, servitiis, Usagiis, Sylvis, nemoribus, venationibus, piscariis, aquis, aquarum decursibus, et omnibus aliis bonis, juribus, actionibus sibi competentibus, atque competituris in futurum aliqua occasione titulo seu causa, Amedeum carissimum Filium suum primogenitum, sibi universalem instituit Hæredem, per quem voluit, jussit, et ordinavit, debita sua solvi, Clamores emendari, et sedari rationabiliter, breviter, et de plano sine judicii strepitu, et figura; et ipsum Amedeum, et ejus Hæredes masculos à suo proprio corpore, legitimoque matrimonio procreatos, dictis Joanni, Blancæ Filio, et Filiæ nascituris, et cuilibet ipsorum, in casu quo ipsos, et eorum quemlibet sine Hæredibus uno vel pluribus legitimis et naturalibus masculis à suo proprio corpore, legitimoque matrimonio procreatis mori contingeret (quod absit) in pupillari ætate, vel postea quandocumque, vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum, et aliter prout melius potest, et firmius substituit: Et si dictum Amedeum, quod absit, in pupillari ætate, vel postea quandocunque mori contingeret, sine uno vel pluribus Liberis Masculis ex legitimo Matrimonio, et suo proprio corpore procreatis, dictum Joannem secundo genitum si viveret, et si ante decessisset, Joannis ejusdem liberos masculos ex legitimo matrimonio, proprioque suo corpore procreatos tunc superstites, et si idem Joannes, et descendentes ex eo masculi legitimi ex proprio corpore legitimoque matrimonio procreati, ipsius Amedei mortis tempore sine masculis descendentes ut supra, non essent superstites, posthumum masculum nascturum ex ea, et ejus Hæredes masculos ex proprio suo Corpore, legitimoque matrimonio procreatos ipsis Johanne, Liberis suis masculis, et posthumo non extantibus quo supra modo, et si in casu prædicto ipsius Amedei mortis tempore, non supereſſent dicti Joannes, posthumus, aut Hæredes masculi eorum, vel alterius eorundem procreati prout

Digitized by Google

supra: Blancam Filiam suam prædictam, si tunc viveret, et si non superesset, ejus Hæredes ex legitimo matrimonio et proprio suo corpore procreatos; tunc superstites, et in omni prædictorum, quod absit, defectu in casu prædicto posthumam ex eo nascituram, si ipsius casus tempore viveret, et si non viveret ejus Hæredes ex legitimo matrimonio, suoque proprio corpore procreatos, dicto Amedeo substituit vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum et eis modo et forma quibus melius et firmius potest, in casu vero quo substitutio supra facta de dictis Joanne, Blanca, posthumo, et posthuma nascituris ex ea Testatrice ex tempore quolibet in ipsum Amedeum locum non haberent in eundem Amedeum, vel ipsius Hæredes, ut supra dictos, Joannem, Blancam, posthumum, et posthumam nascituros ad invicem æquis portionibus substituit, in portionibus videlicet sibi relictis ut supra vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum. Hanc autem suam esse voluit ultimam voluntatem et ultimum Testamentum, quod et quam valere voluit jure Testamenti nuncupativi, et si non valeat eo jure, valeat jure Codicillorum, Epistolæ, vel Donationis, causa mortis, et ordinationis inter Liberos, vel eo jure et juribus, quibus melius valere poterit et debebit, asserens se nunquam aliud fecisse testamentum, et si quod fecerit, illud esse vult nullius valoris et momenti, ipsum revocans, et quæ continentur in ipso per præsens penitus, et annullans. Actum in Castro Camberiaci in Camera dictorum Domini Comitis, et Dominæ Comitissæ, præsentibus Illustri Viro Domino Amedeo Comite Gebennensi Reverendo in Christo Patre Domino Guichardo Electo confirmato Sedunensi, Fratre Petro de Coisia Ordinis Minorum Conventus Camberiaci, Georgio de Solerio de Yporegia, Joanne Mistralis Canonico Gebennensi Jurisperitis, Magistro Palmerio de filis de Placentia Physico dicti Domini Comitis, et Domino Petro Galiardi ejusdem Domini Comitis Capellano, testibus ad præmissa per prædictam Testatricem vocatis et rogatis uno eodem contextu.

XXXIX.

Testamentum Aymonis, Comitis Sabaudiæ & Ducis Chablasii, d. d. 11. Jun. An. 1343.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem M. CCC. XLIII. Indictione duodecima, die Mercurii undecima Mensis Junii, quia nihil est quod magis hominibus debeatur, quam ut suprema voluntatis liber sit stylus, et licitum, quod iterum non redit arbitrium: Idcirco Illustris, et Magnificus Dominus Princeps Aymo, Comes Sabaudiæ Dux Chablasii et Augustæ, in Italia Marchio, et Baroniarum Baugiaci et Coloniaci Dominus ac Filius claræ memoriæ Domini Amedei, Comitis Sabaudiæ Suæ, volens animæ providere et ne inter posteros suos de Baroniis, Bonis, et hæreditate suis quæstio oriatur, sed recta ipsius dispositione, ejus anima refrigerium consequatur, et ipsius posteritas, et Baroniæ, DEo propitio, tranquillitate quiescant, in mentis bona discretione persistens quanquam corporea infirmitate detentus, Testamentum suum nuncupativum, et sine scriptis uno contextu fecit et prout infra sequitur solemniter ordinavit. In primis animam suam, cum eam de corpore exigere contigerit, maxime, semper, et ubique omnipotenti DEo Patri, et Filio et Spiritui Sancto, B. Mariæ Virgini Matri Misericordiæ; totique Supernorum Curiæ recommendavit et suo corpori ab anima separato, sepulturam elegit apud Ecclesiam B. Mariæ de Alta-Comba in Capella et monimento, quæ ædificari fecit ibidem, in qua sepultura congrua potius ad utilitatem suæ animæ, & abolitionem suorum peccatorum, quam inanem mundi gloriam in luminaribus Prælatorum congregationibus, Religiosorum Sacerdotum, Clericorum & aliorum DEo famulantium, ad arbitrium & evidentiam infrascriptorum Tutorum liberorum suorum, & Executorum præsentis Testamenti, qui tunc præsentes existent, fieri jussit, voluit et mandavit, ac disposuit. Item omnibus & singulis veris, & justis Creditoribus suis, suorumque Prædecessorum clamores emendari, ac quæcumque habita illicitè vel exorta, per eundem & Prædecessores ejus prædictos quocumque modo illicito, causa, vel colore à quocumque, seu quibuscumque personis eisdem emendari integre, & perfecte, & restitutionem fieri de allatis, & illatis injuriis ad arbitrium, & evidentiam infrascriptorum Executorum præsentis Testamenti, vel deputandorum ab ipsis breviter, & de plano, sine strepitu, & figura judicii ad hæc integraliter facienda, & perficienda, ac complenda bona sua omnia obnoxia, & obligata; Relinquens in dictorum Executorum manibus prout melius potest, & validius. Item jussit, & præcepit sumptibus & expensis Hæredis sui universalis infrascripti, domificari hospitale & ædificari inchoatum apud sanctum Genisium, eo modo, & forma quibus ipsum fieri, construi, & ædificari ordinavit, & jam inchoatum est, quod Hospitale ad honorem DEi omnipotentis, B. Mariæ Virginis, & omnium Supernorum dotavit, dotatumque esse voluit, de centum libris Vienn. annualibus, quorum viginti denarii valent unum grossum Turon. ad unicum ⊙ rotundum: in quo quidem Hospitali ad ipsius servitium, & DEo perpetuo famulando, quatuor ponantur, seu præsententur per suum Hæredem universalem, & Comitem Sabaudiæ infrascript. & alios Sabaudiæ Comites in perpetuum successive, Capellani quorum unus specialiter nominandus curam habeat, Rectoriam & administrationem bonorum, & jurium Hospitalis prædicti; qui quatuor Capellani diebus singulis ibidem in Capella construenda Officia divina celebrent, & Missas, cum poterunt, & facultatem habebunt, unam specialiter ad notam diebus singulis, in quibus Missis specialem commemorationem de ipsius anima Testatoris, Dominæ Yolandæ de Monteferrato olim suæ dilectæ Conjugis, & aliorum

Præde-

Digitized by Google

Prædeceſſorum ſuorum ſanctæ teneantur; de quibus quidem centum libris, primi quatuor Capellani præſentandi, & inſtituendi ibidem annis ſingulis capiant, levent, & habeant, dum vivent, quatuor viginti libras Viennenſium prædictorum, videlicet quilibet viginti. Succeſſorum autem ipſorum, usque in infinitum ſexaginta libras dictæ monetæ, videlicet quilibet Capellanus quindecim libras, & quod ſupererit, in uſus pauperum convenientium in Hoſpitali prædicto committatur, quas centum libras annuales prædictas aſſignavit, et aſſetavit, aſſignatasque et aſſetatas eſſe voluit ſuper leyda, et leydæ exitibus Sancti Geneſii, de quibus exitibus dictæ centum libræ annis ſingulis perſolvantur, reſiduum, ſi quod erit, ejus Hæredi integre reſervato. Quod ſi caſu aliquo, ſive cauſa dictam leydam minus aliquo tempore dictis centum libris valere contigerit, defectum Hæres prædictus univerſalis ſupplere, et ejus Hæredes in perpetuum teneantur, ita quod integras habeant Capellani, & Hoſpitale prædicti, centum libras annis ſingulis & non minus, ipſi autem Hoſpitali dari voluit, & legavit, cum domicilium perfectum fuerit, ut ſuperius ordinatur, triginta lectos ſufficientes frunitos, et munitos competenter, volens, præcipiens, atque jubens quod ſemper, et quandocunque Comes Sabaudiæ, ejus Hæres univerſalis inferius nominatus, et ipſius in Comitatu in poſterum Succeſſores erunt apud Sanctum Geneſium, relevatum de menſa, Hoſpitio ejusdem ſit pauperum Hoſpitalis prædicti, et in ipſorum uſum, et ſuſtentationem propriam committantur; Rogans idem Teſtator, tenore præſentis Inſtrumenti, Dominos Epiſcopum Bellicenſem, Priorem et Curatum Sancti Geneſii, quod prædictis conſentire dignentur, volens etiam quod Altaribus et Capellis prædictis ſufficienter provideatur de paramentis et libris neceſſariis et deficientibus competenter et ſimiliter omnibus aliis Capellis inferius ordinandis, quibus non eſt ſufficienter proviſum. Item voluit, juſſit, et ordinavit, quod in quolibet Caſtro, ſeu Caſtellanea qualibet (quod et quam habet in tota terra, et Baroniis ſuis) valente annis ſingulis eidem communiter de redditu ducentas libras Viennenſes prædictorum ad opus ſui fiat, ſi ibi conſtructa ſeu ædificata non ſit in Caſtro, ſeu domo propria, ſeu Caſtellanea Teſtatoris prædicti una Capella et ædificetur congrua expenſis ſui Hæredis univerſalis. Quibus Capellis conſtructis, et ædificatis, ac ædificandis, ut ſupra ſinguli inſtituantur, et ponantur Capellani perpetui, qui in ipſis Capellis DEo famulando divina celebrent, et Miſſarum ſolemnia cum poterunt, in quibus Miſſis commemorationem ſpecialem ſinguli facere teneantur pro anima Teſtatoris prædicti, ejus conjugis, et aliorum de genere, præteritorum, præſentium, et futurorum. Pro quarum ſingularum Capellaniarum non dotatarum dotibus, et inſtituendorum in ipſis Capellanorum ſuſtentatione legavit ſingulis ipſis Capellis decem libras Viennenſes prædictorum annuales, et in ipſis eas dotavit ſingulas aſſetandas in locis ſingulis ſupra dictis prout Executoribus deſcriptis inferius videbitur faciendum, et Hæredi ſuo univerſali prædicto et ſuis Hæredibus in perpetuum jure Patronatus, in ipſis retento, ac etiam reſervato ſingulis jam dictis Capellis, rogans idem Teſtator tenore præſentis Teſtamenti, univerſos, et ſingulos Epiſcopos, Prælatos, Curatos, et Clericos, quorum in præmiſſis vel aliquo præmiſſorum, ſeu alterius eorundem Conſenſus debet intervenire de jure, quod pro opere prædicto conſenſum præbeant, et aſſenſum. In locis vero et Caſtellaniis, in quibus vigore præſentis Ordinationis debebit ædificari Capella, in quibus idem Dominus Comes Caſtrum non habet, ſeu propriam Manſionem Capellæ ædificentur. Et dotentur ut ſupra loco quem dicti Executores duxerint eligendum. Item juſſit, voluit, et ordinavit fieri, et compleri Capellam fieri inchoatam per bonæ memoriæ Comitem Amedeum Genitorem ipſius Domini Comitis Teſtatoris apud Camberiacum prope Caſtrum, et aquam Abanæ ipſamque Capellam perfici ipſius Hæredis univerſalis expenſis, et dotari, prout per ipſum bonæ memoriae Comitem Amedeum in ipſius Teſtamento ſeu ſcripto alio vel aliter dicitur ordinatum. Item voluit, juſſit et ordinavit quod Conventibus Prædicatorum Montismeliani, et Ripolarum ſemper, et quandocumque continget, Hæredem ſuum univerſalem infraſcriptum, vel ipſius Hæredes in perpetuum in Comitatu Sabaudiæ, eſſe in aliquo ex locis prædictis, vel manere per diem, vel dies aliquos, quod ſingulis diebus quibus idem Comes erit in altero dictorum locorum illi Conventui ex prædictis cujus loco erit provideatur per ipſum Comitem, et ejus expenſis de pane et vino neceſſariis pro ſuſtentatione Fratrum, et Conventus eorumdem. Item juſſit, mandavit, voluit, et ordinavit, annis perpetuo ſingulis in Feſto Aſſumptionis B. Mariae Virginis in Eccleſia, et Conventu Minorum Camberiaci, unam Miſſam conventualem pro defunctis celebrari ad notam, et per Sacerdotem ipſam Miſſam celebrantem, et ſingulos ipſa die celebrantes, ſeu celebratos ibidem pro ipſius, et ejus Conjugis, et aliorum de ſuo genere animabus commemorationem fieri ſpecialem, qua die voce Praeconis, vel aliter prout videbitur faciendum usque ad quatuor millia pauperum, ad ipſam ibidem convocentur Miſſam. Poſt quam Miſſam factaque proceſſione congrua pro defunctis, fiat per aliquem ex Fratribus dicti Conventus Sermo congruus pauperibus et aliis convenientibus ibidem et ſpecialis commemoratio, precesque DEo et beatae Mariae Virginis effundantur, ſpecialiter pro animabus ipſius Teſtatoris, ejus Conjugis & ipſius Defuncti geneae conjunctorum, ac morientium in futurum, et hortentur ſinguli adſtantes pro ipſius Teſtatoris anima, Ave Maria dicere orationem, quo quidem Sermone finito ſingulis pauperibus usque ad complementum numeri quatuor millium praedictorum, ſi tot conveniant ipſa die donentur quatuor denariis Viennenſibus prædictorum, vel in alia moneta ipſos quatuor denarios valente, & prædicta diſtributio fiat per Gardianum, qui pro tempore fuerit, aſſeteturque

Ele-

Digitized by Google

Eleemosyna suprascripta super pedagio Camberiaci & ipsa die dentur Fratribus Minoribus decem libræ prædictorum Viennensium pro una pidancia quæ assetentur ut supra, & si defectus esset aliquo tempore quo pedagium prædictum non valeret, Hæres defectum supplere teneatur. Item jussit, mandavit, voluit, & ordinavit annis singulis perpetuo in Festo Assumtionis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Burgo in Bressa unam Missam annualem ad notam celebrari pro defunctis, & per Sacerdotem ipsam Missam celebrantem, nec non omnes alios, & singulos Sacerdotes tunc congregatos, & celebrantes ibidem pro ipsius, & ejus Conjugis, & aliorum Prædecessorum suorum animabus commemorationem fieri specialem, qua die voce præconis vel aliter prout videbitur faciendum, usque ad quatuor millia pauperum ad ipsam ibidem tunc convocentur. Missam, qua Missa celebrata, & facta processione pro defunctis congrua sicut decet, fiat Sermo per aliquam dignam ad hoc, & idoneam personam, dictis pauperibus, & aliis personis convenientibus ibidem, & commemoratio specialis, precesque DEo, & Beatæ Mariæ Virgini effundantur pro ipsius Testatoris, ejus Conjugis & aliorum de ipsius genere defunctorum animabus, conjunctorum ac morientium in futurum, & hortantur singuli adstantes ibidem pro ipsius anima Testatoris dicere Orationem Ave Maria de præsenti. Quo quidem finito Sermone singulis pauperibus, usque ad complementum quatuor millium prædictorum si tot conveniant ipsa die, donentur quatuor denarii Viennenses prædictorum, vel in alia moneta usq; ad valorem ipsorum, quæ distributio fiat per Priorem, & Curatum dicti loci, qui curam habeant prædictorum, & congregent viginti Sacerdotes ipsis & aliis ejusdem Ecclesiæ sacerdotibus in viginti sacerdotibus computatis, quibus viginti Sacerdotibus legavit decem libras Vienn. annuales inter ipsos distribuendas æqualiter per Priorem, & Curatum, ita quod quilibet dictorum Prioris, & Curati duplicem habeat Portionem; quæ decem libræ cum denariis dandis pauperibus per Hæredem suum universalem & ejus Successores solvi voluit atque jussit. Item voluit, jussit, & ordinavit unam Capellam fieri, seu factam in Ecclesia Prioratus Conziaci, dotavit de libris viginti annualibus Viennensibus prædictorum assetandis congrue per Executores infra scriptos, in Capella instituatur perpetuus Capellanus, ad præsentationem Comitis Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit, jus præsentandi & Patronatus in dicta Capella suis Hæredibus perpetuo retinendo; Idem vero Capellanus in Missis singulis pro ipsius Testatoris & suorum animabus ut supra, commemorationem facere teneatur. Item pro uno anniversario ipsius Testatoris & suorum Prædecessorum animabus in Prioratu prædicto annis singulis faciendo legavit ipsi Prioratui vineam suam de Pinea, si tam in Parochia de Chasey prope Bellicium, in mandamento & Castellanea Rossillionis, in territorio videlicet dicto de Binea juxta vineam Hæredum Petri Rufi de Bellicio quondam ex una parte & terram eorundem ex altera, & vineam Hæredum Hugonis de Camera quondam ex alia, & vineam Domini Joannis de Camera ex alia, & nemus illorum de Billieu ex alia, & viam publicam qua itur de Bellicio apud Billiacum, aliis confrontationibus semper salvis, cum juribus & pertin. vineæ supra dictæ. Item pro reficienda Ecclesia Yennæ, eidem legavit Ecclesiæ libras centum Viennenses prædictorum semel solvendas. Item in ipsa Ecclesia Yennæ, si in ea Altare aliquod dotatum non sit, vel si omnia dotata sint, unum fieri voluit, atq; mandavit, quod dotari voluit de viginti libris Annualibus monetæ prædictæ assetandis ut supra, per Executores subscriptos, & ad serviendum eidem perpetuo, Capellanum instituendi præsentationem Comitis Sabaudiæ Successoribus jus Patronatus perpetuo reservando; Capellanum alium instituendus commemorationem pro animabus ut supra facere teneatur. Item pro reficienda Ecclesia Talumaci legavit eidem Ecclesiæ centum libras Viennenses prædictorum semel solvendas. Item in ipsa Ecclesia unum altare seu Capellam ut supra fieri voluit, & dotari de viginti annualibus dotari, jus Patronatus suis Hæredibus retinens, et Commemorationem pro suæ animæ, & suorum regimine, prout supra dictum est, fieri in Ecclesia Yennæ, & in ipsa Capella præsentari, et instituti perpetuum Capellanum. Item cum ipse diu est, ordinavit in Ecclesia Beatæ Mariæ de Burgo in Bressia, unam grossam Candelam, seu Torellam cerae ardentis continue ad honorem Beatæ Mariæ Virginis vult, jubet, et mandat ipsam ibidem candelam seu torchiam ardere perpetuo, assetarique per Executores sufficienter annuales redditus ad praedicta. Item jubet, et mandat ad arbitrium dictorum Executorum universis, & singulis Ecclesiis Cathedralibus, Abbatiis, Monasteriis, Prioratibus, & Parrochialibus Ecclesiis, & aliis locis piis totius Comitatus Sabaudiæ, Eleemosynam fieri pro ipsius & suorum animabus, per Hæredemque suum persolvi. Item legavit Fratri Petro de Coysia viginti libras Viennenses per Hæredem suum sibi annis singulis, dum vixerit, persolvendas. Item Fratri Joanni de Duysia ejus Socio Ordinis Minorum prædicti libras decem Viennenses prædictorum ad vitam annualiter ut supra. Item Fratri Guillelmo de Coignino Ordinis Praedicatorum Confessori suo legavit viginti libras Viennenses prædictorum, per Hæredemque suum sibi solvi jussit annis singulis dum vixerit. Item Fratri Petro socio ipsius dicti ordinis Praedicatorum legavit decem libras praedictorum Viennenses ad vitam ipsius annis singulis persolvendas. Item jussit, voluit, & mandavit, quod totum argentum, quod habebit jure Seigneriae, per Haeredem suum infra scriptum quousque compleverit quartum decimum annum de Argenteriis totius Comitatus Sabaudiae ad manus praedictorum Executorum perveniat, qui de ipsis Calices fieri faciant quos donent Ecclesiis Frunitis, & munitis Calicibus, primo Capellis in praesenti Testamento ordinatis, prout eis videbitur faciendum. Item legavit Bastardo Bellijoci, qui nunc dicto Testatori servit, Mistraliam

liam Villae-Novae & Insulae de Ciers, sine alicujus Censae, seu firmae, solutione, cum juribus, et pertinentiis suis, & domum quam habet supra Chaussiatam Stagni Sancti Diderii de Insula et Molendinum ibidem existens quae Mistraliam, Molendinum, & Domum, idem Bastardus teneat in feudum ligium à Comite Sabaudiae infra scripto & suis Successoribus in perpetuum, ipse Bastardus, & sui, & de ipsis Homagium, ligium eidem Comiti, & suis successoribus facere teneatur; & servitium ut ligius contra omnes, & domus sit reddibilis Comiti Sabaudiae, qui pro tempore fuerit. Item legavit Naturalibus suis Ogerio, & Amedeo, ultra illud bonum quod Amedeus Filius ipsius Testatoris eis faciet, centum libras Viennenses praedictorum annui redditus, pro quolibet tempore asse tandas sufficienter eisdem per Tutores infra scriptos ad consilium infrascriptorum Consiliariorum, & Executorum, qui Naturales pro praedictis dicto Comiti & Successoribus suis ad Homagium ligium teneantur, & eidem ad servitium ligium contra omnes. Item legavit Joanni Filio suo naturali Cantori Gebennesii centum libras Viennenses praedictorum annui redditus assetandas per Tutores, & Executores supradictos, quas percipiat dum vivet, & post ejus decessum ad Haeredem universalis ipsius Testatoris infrascriptum totaliter revertantur. Item legavit Donatae suae, moniali de Bons quamdiu vivet annis singulis quadraginta libras Viennenses, praedictorum assetandas eidem per Tutores & Haeredem infra scriptos. Item voluit, & jussit, quod singulis familiaribus, et servitoribus suis fiat satisfactio, et remuneratio unicuique, secundum qualitatem sui servitii, & attentis tempore quo servivit, & statu, & conditione personae ad arbitrium infra scriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum, & prout eis videbitur faciendum. Item voluit & ordinavit quod Dominae Joannae ejus Nepti Filiae quondam Comitis Eduardi Ducissae Britanniae, fiat satisfactio, & attendatur pro jure quod ipsa posset habere contra ipsum, vel in Comitatu Sabaudiae; juxta Tractatum cum eadem factum dudum, & Sigillatum Sigillo Domini Regis Franciae, vel plus vel minus secundum quod videbitur esse justum, & concordari poterit, cum ipsa ad evidentiam & arbitrium infra scriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum, aequitate, & justitia pensata, ita tamen quod concordato cum ipsa & in satisfaciendo pacto teneatur quittare, contra ipsum Dominum Comitem, ejus Haeredes, & in Comitatu Sabaudiae, cum pactis, conditionibus & aliis quae fieri videbuntur. Item, vult & ordinat quod Magister Palmerius, Phificus suus, dum in humanis erit, sit Phificus & familiaris Comitis infra scripti sui Haeredis universalis, sub salario, & pensione sufficienti ad arbitrium Infrascriptorum Tutorum, Executorum & Consiliariorum, scilicet centum solidorum grossorum Turonensium. Item voluit, jussit, & mandavit idem Testator de fide, legalitate & industria Domini Georgii de Solerio de Yporegia nunc Cancellarii sui confidens ad plenum, & ut idem de impensis & impendendis servitiis fiat remuneratio quod ipse Dominus Georgius dum vitam naturalem duxerit in humanis, sit Cancellarius ejus Haeredis Universalis infra scripti, & ipsius in posterum Successorum, officiumque Cancellariae ad plenum teneat, & exerceat, sitque Cancellarius, & familiaris Commensalis Comitis supradicti, & Successorum ejusdem, & computare de Sigilli exitibus teneatur, cui tamen fiat remuneratio de labore per ejus Haeredem infra scriptum, vel ejus Successores ipsi Domino Georgio, secundum quod aequum fuerit atque justum annis singulis quoad vivet. Item dilectam filiam suam Blanchiam, in triginta millibus libris Viennensibus praedictorum, sive triginta millibus florenis auri solvendis, cum maritabitur, terminis sufficientibus ad ordinationem infrascriptorum Tutorum, & Executorum sibi Haeredem instituit, & pro ipsis eam voluit esse tacitam, & contentam, ita quod nihil amplius in ipsius Testatoris Haereditate possit petere occasione Successionis Paternae: Cui Blanchiae, si ipsam quandocunque mori contigerit, quod absit, sine liberis uno vel pluribus ex ipsius corpore, & legitimo Matrimonio procreatis, vulgariter, pupillariter & per fidei commissum & alio modo quo melius potest, substituit Amedeum ejus primogenitum si viveret tempore mortis ipsius Blanchiae, & si non viveret, ipsius Amedei Haeredem masculum succedentem in Comitatu Sabaudiae, quod si nullis relictis masculis decesserit, Joannem ejus Filium secundo genitum, si viveret, vel ejus Haeredem masculum in Comitatu succedentem praedicto, in viginti sex millibus librarum Viennensium praedictorum, quatuor vero millia residua possit ipsa Blanchia legare, & de ipsis disponere, prout suae fuerit voluntatis. Item Joannem dilectum suum filium secundo genitum, sibi Haeredem instituit in quinque millibus librarum Viennensium praedictorum annui redditus assetandis, & assignandis per Haeredem suum infrascriptum, ad consilium infrascriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum in locis, ubi, & prout eis videbitur pro meliori Comitatus Sabaudiae, in Castris, & Jurisdictione, aestimando tamen jurisdictionem in assignatione, & redditu supradictis, cui Joanni si ipsum, quod absit, mori contigerit, quandocumque sine haeredibus masculis uno vel pluribus ex ipsius proprio corpore, legitimoque Matrimonio procreatis, substituit vulgariter, pupillariter, & per fide-Commiss. Amedeum Filium ipsius Testatoris infrascriptum suum universalem Haeredem, & ejus Haeredes Comites Sabaudiae quae quidem assetatio & assignatio non fiat, nec fieri peti possit per dictum Joannem, nec etiam praedicta in quibus est institutus ut supra, usque quod pervenerit ad aetatem perfectam viginti quinque annorum, interim tamen Haeres universalis praedictus teneatur ipsi Joanni necessaria ministrare secundum decentiam sui status, & pro praedictis idem testator dictum Joannem Filium suum esse voluit tacitum & contentum. Ita quod in bonis Paternis nihil amplius possit petere, exigere, vel habere quoquo modo, nisi in casu substitutionis infra scriptae: Praedicta si quidem idem Joannes, & sui Haeredes in feudum & Homagium legium teneant, & tenere

Digitized by Google

nere debeant, ac se tenere fateantur, & effectualiter recognoscant ab Hærede universali ipsius Testatoris infrascripto & suis successoribus in Comitatu Sabaudiæ; & pro prædictis homagium ligium facere teneantur ipsis Amedeo & Successoribus Comitibus Sabaudiæ, eisque ligiis servire de Feudo prædicto & persona, nec alicui alteri possit homagium ligium facere dictus Johannes vel sui Hæredes, seu non ligium quoquomodo, nisi Comitis Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit, & ad hoc sacramento & obligatione solemni, idem Joannes se adstringere teneatur cum faciet primum Homagium, quod facere teneatur cum sibi expedientur redditus, & terra prædicta, & sic ejus Hæredes successive usque in infinitum cum fidelitates renovabunt, & facient debitum Sacramentum, & revestituram postulabunt, nisi de Consensu, authoritate, & voluntate ejusdem Amedei, vel Comitum qui pro tempore fuerint, quam revestituram facere, & recipere fidelitatis sacramentum Comes qui pro tempore fuerit, non tenetur, nisi fiat obligatio, Sacramentum & promissio quæ, & prout superius declarantur, quod si eumdem Joannem mori contigerit sine Hæredibus masculis ex ipso, & legitimo matrimonio procreatis, & ei succedere vigore substitutionis prædictæ dictum Amedeum, vel ejus descendentes Hæredes ex ipso ut supra relictis filia, vel filiabus una vel pluribus ex ipsius corpore, & de legitimo Matrimonio procreatis, prima ei succedat, in decem millibus libris semel Viennensibus prædictorum, secunda vero & deinceps qualibet in quinque millibus libris Viennensibus prædictorum semel, quas dictus Amedeus seu ejus Hæredes masculi succedentes eidem Joanni terminis sufficientibus solvere teneantur eisdem, & pro praedictis ipsam, & ipsas esse voluit tacitas, & contentas, Tutores autem, & Curatores Amedei infrascripti sui universalis Hæredis Joannis & Blanchiae liberorum suorum esse voluit, disposuit, & ordinavit Dominos Ludovicum de Sabaudia, Dominum Uuaudi Consanguineum suum charissimum, & Amedeum Comitem Gebenensem, Nepotem suum dilectum, dum vivent in humanis, & si, quod absit, durante tempore dictæ tutelæ, vel curae alter ipsorum moreretur, vel de ipsis se nollet immiscere, superstiti volentique administrare remaneat tota Tutela Cura, & administratio, ita tamen quod iidem Tutores dum vivent & acceptabunt, ambo simul administrent & gerant cum Consilio in singulis Marchiis infrascriptorum Consiliariorum & Executorum, vel majoris partis ipsorum, qui Tutores, durante tempore Tutelæ dicti Amedei universalis Hæredis non teneantur ad confectionem Inventarii, nec ad redditionem rationis administrationis praedictae; post pubertatem autem dicti Amedei tempore videlicet dictæ curæ ad inventarium faciendum, & rationem reddendam administrationis hujusmodi teneantur de administrandis tempore curæ, consiliarii vero in Marchia Sabaudiæ sunt hii: Dominus Gulielmus Dominus Intermontium, Dominus Petrus Dominus de Veteriis, Dominus Petrus Marescalci, & Dominus Petrus de Montegelaco Milites; in Viennesio Dominus Hugo, Dominus Malibecci, Dominus Amedeus Miribelli, Dominus Petrus de Montebello Castellanus Scalarum, Dominus Gulielmus de Miribello Castellanus de Faramans, Dominus Amedeus de Bellovidere, Dominus Godomarus de Failo, & Dominus Guinus de Sancto Simphoriano Milites; in Bressia Dominus Petrus de Palude, Dominus Varembonis, Dominus Joannes Dominus S. Amoris, Dominus Joannes Dominus de Fromontes, Dominus Galesius de Balma, Dominus Valusini, & Dominus Joannes, Dominus Corgenonis Milites: in Chablasio Dominus Guichardus tunc Episcopus Sedunensis, Dominus Rodulphus de Blonnay, & Dominus Petrus de Saillione Milites: in Valle Augustæ, Dominus Nicolaus Episcopus Augustensis, & Dominus Petrus de Chalant Condominus Montis-Joveti; in Valle Secusiæ, Dominus Rodulphus Abbas Sancti Michaelis de Clusa, & Dominus Gulielmus Condominus de Ripa alta. Item liberos suos, & specialiter infrascriptum universalem Hæredem suum & totum Comitatum Sabaudiæ recommendat humiliter, & devote Summo Pontifici Domino nostro, Sacro Reverendorum Patrum Dominorum Ecclesiæ Romanæ sanctæ Cardinalium Collegio, Dominis suis Carissimis Regibus Francorum, & Navarræ, Duci Normandiæ, Comiti de Alencono, Burgundiæ & Borbonii Ducibus ac Nepotibus, & fratri suis Carissimis, Dalphino Viennensi Marchioni Montisferrati, Comiti Altissiodorensi, Domino Bellijoci, Principi Achayæ, Dominis Mediolani, & Universis singulis suis Dominis, amicis, fidelibus omnibus, & Vassallis qui nunc sunt, & pro tempore fuerint. In omnibus autem aliis bonis suis, Principatu, Comitatu Sabaudiæ, Ducatu Chablasii & Augustæ Marchionatu in Italia, Dominio Baroniarum Baugiaci, & Coloniaci, Civitatibus, Castris, Villis, Feudis, Retrofeudis, Vassallis, hominibus Juribus, jurisdictionibus, meris mixtis imperiis, honorantiis, actionibus, rationibus, & dreyturis, præsentibus & futuris, ad ipsum quoquo titulo, causa, occasione, vel jure spectantibus præsentaliter, & in futurum in Comitatu Sabaudiæ, Regno Franciæ vel alibi, ubicunque sibi Hæredem universalem instituit Amedeum filium suum primogenitum prædilectum: Et si prædictum Amedeum & ejus liberos masculos in infinitum agnatos ex legitimo matrimonio descendentes, si quos habebit, mori contigerit in ætate pupillari, vel postea quandocunque sine liberis masculis ex eo, legitimoque matrimonio procreatis, Joannem ipsius Testatoris Filium secundo-genitum si tunc esset superstes, alias ejus liberos masculos legitimos & naturales in infinitum videlicet ex his primogenitum eidem substituit, & si dictos Amedeum, & Joannem, & eorum Agnatos Liberos in infinitum masculos ex legitimo matrimonio procreatos, si quos haberent, mori contingeret sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, Dominum Ludovicum de Sabaudia Consanguineum suum charissimum si viveret, alias ejus liberos in infinitum masculos agnatos ex legitimo matrimonio procreatos; videlicet primogenitum eisdem substituit excepta Baronia Terræ Baugiaci prædictæ, cum Castris, juribus, & pertinentiis, quam eo

casu

casu vult ad Blanchiam Filiam suam prædictam pervenire, ut tamen ipsa in feudum, & homagium ligium a Comite Sabaudiæ qui tunc erit, & ejus Successoribus Comitibus Sabaudiæ teneat plenarie, pertinere, & de ipsis servire ligie contra omnes teneatur. Quod si dicta Blanchia tunc non esset superstes, vult idem testator eandem Baroniam, & Terram ad carissimum Nepotem suum Dominum Amedeum Comitem Gebennensem devenire, qui teneat ipsam in feudum ligium, & sub homagio ligio pro se, & suis Hæredibus, seque tenere a Comite Sabaudiæ recognoscere teneatur, qui tunc erit, & Successores ejus & pro ipsa sibi servire ligie contra omnes. Si vero dictos Amedeum, Joannem & Dominum Ludovicum, & masculos eorum Liberos in infinitum agnatos, procreatos, ut supra, si quos haberent, contigerit, quod absit, sine Liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis obire, tunc eundem Comitem Gebennensem ipsis Hæredem universalem substituit in toto Sabaudiæ Comitatu, cæterisque bonis suis ubicunque sint, excepta Baronia Terræ Baugiaci supradicta, videlicet eo casu quo substitutio locum haberet in eadem terra, quoad Blanchiam Filiam suam suprædictam, in casibus autem in quibus locum proxime haberent, substitutiones prædictæ, si qua, vel quæ Filiæ dictorum Amedei, & Joannis Filiorum suorum extarent maritandæ, vult primogenitæ nomine dotis triginta millia florenorum per tunc Comitem Sabaudiæ dari, cæteris vero Filiabus, si quæ forent, cuilibet viginti millia florenorum auri. Executores autem hujus suæ ultimæ voluntatis esse vult, & disponit Dominos Archiepiscopum Tharentasiensem, Episcopos Sedunensem, Marianensem, & Bellicensem, Abbatem Sancti Michaelis de Clusa, Dominos Gulielmum de Montebello Dominum Intermontium, Dominum Petrum Dominum de Viteriis, Petrum Mereschalci, Petrum de Montegelato Milites, Georgium de Solerio, Gulielmum Boni, & Fratres Petrum de Coysia Ordinis Minorum, & Gulielmum de Coignino Ordinis Prædicatorum, quibus seu majori parti ipsorum idem Dominus Comes Testator concedit, & committit plenum Executionis arbitrium, & plenariam potestatem quæ aliquo vel aliquibus ex ipsis morientibus ad alios cum integritate remaneat super tota omnia supradicta. Hanc autem suam ultimam voluntatem, & ordinationem, ac dispositionem validam asseruit esse velle, quam valere voluit, jussit & disposuit idem Testator jure Testamenti nuncupativi, seu alterius ultimæ Voluntatis, seu jure Donationis, facta inter vivos, vel Donationis causa mortis, aut jure Codicillorum, & si forte non valeret, jure Civili vult & jubet, quod valeat secundum Canonicas sanctiones, vel eo jure, modo & forma, privilegio usu, & consuetudine quibus melius valere poterit, & tenere, & hanc ordinationem suam, & dispositionem vult, & jubet esse suum ultimum Testamentum, & validum sine scriptis, quamvis in scriptis redactum, & suam ultimam voluntatem, & si quod aliud Testamentum, seu alia Testamenta, Codicillos seu ultimas voluntates alias fecit vel condidit, aut aliqualiter disposuit, illud, & omnia alia & singula, præter præsens Testamentum, revocat penitus, & annullat, non obstantibus aliquibus verbis derogatoriis appositis in eisdem aliis Testamentis, Codicillis, seu aliis ultimis Voluntatibus, volens & jubens expresse omnia, & singula alia Testamenta & alias quascunque ultimas voluntates, & dispositiones ante præsens Testamentum factas, & facta fore cassa, nulla, irrita, & inania, & nullius esse valoris & momenti, præsenti Testamento duntaxat in suo firmitatis pleno robore permanente & perpetuo valituro, ac si dicta verba derogatoria essent in præsenti Testamento declarata specialiter, & expressa. Penitens itaque omnium aliorum Testamentorum, ac dispositionum factarum ac factorum ante præsens Testamentum & de ipsis inhibens instrumenta fieri vel levari, tenore præsentis Instrumenti volens atque jubens, quod nos Notarii infra scripti, & quilibet nostrum prædicta omnia in publicam formam redigamus ad dictamen & Consilium Peritorum, & inde fieri & levari unum, & plura publica instrumenta de omnibus, & singulis supradictis, & de quolibet legato, & de qualibet Clausula pro Hæredibus, & Legatariis, & aliis omnibus, & singulis quorum interest, & interesse poterit, dictanda & reficienda semel, & pluries ad dictamen, & consilium sapientium, Rogans omnes Testes infrascriptos quod huic Testamento suo, & ultimæ voluntati qui ad hoc fuerint specialiter convocati testes esse velint, & de omnibus supra dictis, quæ continentur in ipso. Actum in Domo forti Domini Petri Marescalci Militis, apud Crestum Castellaniæ, Montismeliani Diocesis Gratianopolitani in Camera a latere deversus Prioratum de Albino, Anno, Indictione, & die quibus supra, præsentibus Domino Joanne, Domino Corgenonis Milite, D. Petro Marescalci Milite, D. Georgio de Solerio, Fratre Gulielmo de Cognino, & Fratre Petro Bordonis Ordinis Prædicatorum, Gulielmo Boni Burgensi Camberiaci, Magistro Bonifacio Boncastalis Phisico, Camberiaci commorante, Francisco Maillolii de Ast, & Joanne Boccacosa de Janua Apothecariis, Camberiaci Residentibus, Jacomedo de Villareto, Domicello, Joanne Barberio dicti D. Comitis, & Quirio de Crostis de Ripolis familiaribus dicti D. Comitis, & Gulielmo de May de Sancto Juliano Testibus vocatis & rogatis per dictum Testatorem ad omnia supradicta.

XL.

Transactio facta inter Humbertum, Delphinum Viennensem & Philippum de Vienna, Dominum de Pymont d. d. ult. Jul. An. 1343.

In Nomine Domini Amen.

NOverint universi & singuli, præsentes & futuri, quod anno ejusdem MCCCXLIII. Indict. XI. die ultima mensis Julij. Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini, Clementis Papæ VI. anno II. constituti personaliter propter ea, quæ sequuntur Illustris Princeps, Dominus Humbertus Dalphinus Viennensis ex una parte, & Viri Nobiles, Dominus Philippus de Vienna, Dominus de Pymont, & Guido de Vien-

Digitized by Google

Vienna, ejus filius Primogenitus, consanguinei ejusdem Domini Delphini nomine suo, & aliorum liberorum ipsius, Domini Philippi, quos habuit a Domina Margareta de Montelupello, uxore quondam ejusdem Domini Philippi, quæ fuit filia Guidonis quondam Domini Montislupelli ex parte altera coram testibus, & me Notario infra scriptis. Cum præfati Domini Philippus & Guido de Vienna ejus filius, suis & nominibus quibus supra, peterent a dicto Domino Delphino Castra Montislupelli, de Vallibus & Bastidam Montislupelli cum juribus & appenditiis eorum, vigore cujusdam Substitutionis, factæ quondam, ut dicitur, per Dominum Guidonem, Patrem dictæ Dominæ Margaretæ, quam & liberos ejusdem in prædictis castris suis substituit dictus quondam Guido, Dominus Montislupelli in ejus testamento, de quo extare dicitur publicum Instrumentum, dictaque de causa ipsi Domini Philippus & Guido ejus filius, asserebant, dicta Castra ad ipsum Guidonem & alios prædictos ipsius Domini Philippi liberos legitime pertinere, dicto Domino Delphino in contrarium asserente, & dicente quod prædicta castra Montislupelli, de Vallibus & de Bastida Montislupelli, cum juribus & pertinentiis eorundem, ad usum Domini Delphini in solidum justis & legitimis causis rationibus & titulis pertineant pleno jure Hinc est quod dicti Domini Delphinus & Domini Philippus & Guido ejus filius, quibus supra nominibus volentes de prædictis ad transactionem validam & concordiam devenire, præsertim dictus Dominus Delphinus attendens, ut dicebat, dilectionem & consanguinitatem antiquas & vigentes inter dictum Dominum Delphinum aliosque de Progenie eorundem; quorum Consideratione vult ad hæc amicabilius declinare, convenerunt, transegerunt & concordarunt, dictus Dominus Delphinus pro se suisque hæredibus & Successoribus, & dicti Dominus Philippus, tanquam legitimus Administrator liberorum suorum, & Guido de authoritate & mandato ejusdem Domini Philippi Patris sui præsentis, pro se & aliis liberis supradictis, suisque et aliis hæredibus & Successoribus perpetuo de prædictis omnibus in hunc modum Solennibus stipulationibus mutuis intervenientibus hinc & inde, videlicet, quod dictus Dominus Delphinus in satisfactionem & recompensationem prædictorum, totiusque querelæ & jurium competentium & competitorum dictis Dominis Philippo, Guidoni ejus filio, & aliis quibuscumque liberis suis, hæredibus, vel Successoribus in Castris Montislupelli, Vallium & Bastidæ, juribus, mandamentis & pertinentiis eorundem, & cum usibus ipsorum, virtute substitutionis prædictæ, vel alia qualibet ratione; ita quod nunquam perpetuo ipsi Dominus Philippus & Guido, & liberi ejusdem Domini Philippi, aliique eorum posteri, possint vel debeant in prædictis quomodolibet querelare, nec dicere jus, vel reclamationem se habere, seu aliqua ulterius petere in eisdem; concessit dedit & donavit pura donatione simplici & irrevocabili quæ dicitur inter vivos, dicto Guidoni de Vienna præsenti & recipienti, de consensu dicti Domini Philippi Patris sui præsentis, CCC. florenos auri justi & legalis ponderis Delphinalis, annui & perpetui valoris pro quibus tradidit & concessit Castrum Entesiaci in valore terræ cum mero imperio & jurisdictione omnimoda; in cujus Castri redditibus, valoribus dictorum trecentorum florenorum, valores annui assignentur, investiens dictus Dominus Delphinus præfatum Guidonem præsentem de prædicto castro per traditionem annuli sui, Mandans & præcipiens universis & singulis subditis dicti Castri Entesiaci & ejus mandamenti, præsentibus & futuris, quo dicto Domino Guidoni de Vienna & suis perpetuo hæredibus & Successoribus obediant, Solvant & respondeant. Item fuit actum, & in pactum expresse deductum inter dictos Dominum Delphinum ex una parte, & dictum Dominum Philippum, quo supra nomine, ac præfatum Guidonem ex altera; quod dictus Guido de Vienna prætextu donationis Castri prædicti Entesiaci jurare debeat fidelitatem ligiam dicti Domini Delphini; & etiam quod ille ex hæredibus dicti Domini Philippi, qui erit primogenitus succedens vel Successuri in principali nomine dicti Castri Entesiaci, & tenens dictum Castrum faciat inde homagium ligium dicto Domino Delphino Deinde ibidem & in continenti prædictus Guido de Vienna, sciens & spondaneus primogenitus dicti Domini Philippi, de authoritate ipsius per se, & hæredes suos & successores, gratis & spontanea voluntate, ex prædicta causa confitens & recognoscens, se & Successores suos tenere debere prædictum Castrum de Entesiaco in feudum, & de feudo reddibidi dicti Domini Delphini hæredum & Suceessorum suorum & propterea fecit & præstitit homagium ligium ante & contra omnes alias personas, dicto Domino Delphino præsenti & recipienti ad opus sui suorumque hæredum & Successorum flectendo pedes; positis suis manibus inter manus dicti Domini Delphini, & interveniente oris osculo in signum fidelitatis & amoris, & jurans super Sancta Dei Evangelia, ab eo corporaliter tacta, fidelitatem dicto Domino Delphino pro ipso & suis omni tempore attendere, servare incolume, tutum, honestum, facile utile & possibile & alia omnia, quæ in Capitulo de forma fidelitatis novo & vetere continentur.

Actum

Digitized by Google

Actum apud Viennam, in Monaſterio Abbatiæ S. Petri foris portam, præſentibus Reverendis Dominis in Chriſto Patribus, Domino Henrico de Villars Lugdunenſi Bertrando de Capella Viennenſi, & Hugone de Vienna Biſuntino Dei gratia Archiepiſcopis, Joanne etiam gratia Gratianopoli Epiſcopo Magnificis & Nobilibus viris, Domino Ludovico de Pictavia, Comite Valentinenſi, & Domino Hugone Domino Virvillæ, Raynaudi Alamandi, Domino S. Georgii, Amblardo Domino Belli montis, Guigone de Morgia Domino Spinæ, Militibus. Signè Fromenti.

XLI.

Promiſſio Ludovici, Regis Siciliæ, Jacobo de Sabaudia, Principi Achajæ facta de reddendo ipſi Principatu Achajæ, d. d. 18. Mart. An. 1346.

Ludovicus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Cerviæ, Gallitiæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Rex Princeps Salermitanus, & honoris & monti Sancti angeli Dominus. Strenuo & Magnifico Viro, Domino Jacobo de Sabaudia Principi Achayæ, ſuo devoto & fideli Salutem & Regii favoris affectum. Cum omni bono, veſtræ ſtrenuæ Nobilitatis fidelitas noverit legationes veſtras cum Credentialibus Litteris, per Jacomedum de Rivoſico, Nuncium veſtrum ad nos transmiſſum, nobis relatas benigne exaudiviſſe & plene intellexiſſe; inter quas à nobis petebatis, ut cum, DEo fauente, regimen Regni Siciliæ & pertinenciarum ejus ad manus noſtras devenerit, ex tunc Principatum Achayæ, & ea quæ à vobis alienata ſunt, vobis reddere dignaremur, vos exinde, per nunc Litteris noſtris authenticis aſſecurantes, ſuper quo Veſtræ fidelitatis, Magnificentiæ hoc modo proinde reſpondemus, quod ecce cum omnibus proximis noſtris Amicis & vicinis, cum tota potentia noſtra, illuc proficiſci & tranſire parati ſumus, & dum favente Salvatoris clementia dictum regnum Siciliæ & pertinentias ejus, veſtro Amicorum & proximorum veſtrorum, Adjutorio mediante, obtinebimus, & ad noſtras manus Regias devenerit, vos firmiter aſſecurando promittimus per preſentes, quod Principatum Achayæ, & ea quæ veſtra ſunt vobis, ſicut ad jus veſtrum pertinent, reſtituemus jure veſtro conſervanda; Petentes exinde ſtrenuæ Nobilitatis veſtræ fidelitatem, ut fidelitate in eadem nobis per dictum Nuncium veſtrum promiſſa, cum veſtris proximis Cognatis & Amicis conſtantius, & perſeverantius perſiſtendo, nos ad obtinendum & acquirendum Regimen dicti Regni Siciliæ & omnium pertinentiarum ſuarum coadjuvare velitis. Præſentes autem ad certiorem cautelam & memoriam promiſſionis noſtræ miſimus vobis, Sigillo noſtro duplici communientes roborando. Datum Imnyſſegrad, quindecimo Calend. menſis Aprilis, anno Domini MCCC. XLVI.

XLII.

Contractus matrimonii inter Jacobi de Sabaudia, Principis Achajæ Filium, Philippum de Sabaudia, & Amadei, Comitis Gebennenſis filiam Mariam, initus, d. d. 4. Aug. An. 1346.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo tercenteſimo quadrageſimo ſexto Indictione quatuordecima, die quarta menſis Auguſti, per præſens publicum inſtrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum diu Tractatum extiterit inter illuſtres, & Magnificos Principes Dominos Jacobum de Sabaudia, Principem Achayæ, ex una parte & Amedeum, Comitem Gebenneſii ex altera, de Matrimonio contrahendo inter Philippum de Sabaudia, Filium dicti Domini Principis, & Mariam ipſius Domini Comitis Filiam, hinc eſt quod prædicti Domini Princeps, & Comes volentes prædictum Tractatum, juvante Domino, quantum eis poſſibile eſt, ad effectum perducere, & dictum Matrimonium inter dictos Philippum & Mariam, cum tempus ſuppeterit debite compleri. Dictus ſiquidem Dominus Princeps prædicto Domino Comiti præſenti, & michi infra ſcripto Notario ſtipulanti & recipienti more publicæ Perſonæ, vice & nomine, & ad Opus dictæ Dominæ Mariæ, ſolemni ſtipulatione promiſit, & ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta juravit ſe facturum, & curaturum cum effectu, quod prædictus Philippus ejus Filius prædictam Mariam ejusdem Domini Comitis Filiam accipiet, habebit, & tenebit, cum ad ætatem contrahendi pervenerit, in uxorem ſuam legitimam, Sancta Matre Eccleſia concedente, nec fecit, faciet, vel facere procurabit per quod dictum matrimonium non ſortiatur effectum, & verſa vice prædictus Dominus Comes prædicto Domino Principi præſenti, & michi jam dicto Notario modo ſimili ſtipulanti, ſolemni ſtipulatione, vice, nomine, & ad opus dicti Philippi ſolemni ſtipulatione promiſit, & ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta juravit ſe facturum, & curaturum cum effectu, quod dicta Maria cum Philippo nubet, cum ad ætatem nubendi pervenerit, & ipſum accipiet, habebit & tenebit in Maritum ſuum, Sancta Eccleſia concedente, legitimum, nec fecit vel faciet, aut fieri procurabit propter quod dictum Matrimonium debite non conſumatur, vel aliqualiter impediatur quin debitum ſortiatur effectum, pro cujus Mariæ dote & nomine dotis idem Dominus Comes prædicto Domino Principi & michi præfato Notario ut ſupra ſtipulanti, & recipienti vice, nomi-

Digitized by Google

nomine, & ad opus dicti Philippi & omnium, & singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, destinavit, constituit quindecim mille florenos boni auri, & justi ponderis, quos quidem quindecim mille florenos ex causa dotis, quas supra, prædictus Dominus Comes prædicto Domino Principi, & michi præfato Notario ut supra stipulantibus & recipientibus stipulatione solemni & per juramentum quo supra, & sub Obligatione omnium bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, solvere promisit per terminos & modum infra scriptos. Primo videlicet quando dicta Maria per dictum Philippum desponsata fuerit in facie Sanctæ Ecclesiæ, vel saltem quando ducta fuerit in Domum dicti Domini Principis septem mille florenos, quam in eam duci ordinatum est, & conventum per dictos Dominos in festo omnium Sanctorum proxime venturo, qui septem mille Floreni ex solemnibus Conventionibus inter dictos Dominos Principem & Comitem factis & initis, ad manus dicti Domini Principis debent pervenire & sibi solvi, & ex tunc in duobus annis, videlicet revoluto ex tunc biennio eodem termino duo mille florenos, & inde anno revoluto anno quolibet eodem termino duo mille florenos, & sic subsequenter anno quolibet eodem termino duo mille florenos usque ad integram & perfectam solutionem dictorum quindecim mille florenorum. Acto tamen, & in Pactis solemni stipulatione vallatis deducto inter Dominos Principem & Comitem, quod dicti octo mille Floreni in dictis quatuor ultimis solutionibus solvendi ponantur, & solvantur in manu cujusdam medii per dictos Dominos Principem, & Comitem eligendi, qui medius dictam Florenorum quantitatem recuperet, exigat, recuperareque, & exigere possit & debeat, habeatque exigendi potestatem plenariam præsenti instrumento per dictos Dominos sibi concessam, sine alio Mandato singulis Terminis supradictis, prout in singulis sunt solvendi, & nihilominus dictus Dominus Princeps ex solemni stipulatione & promissione circa hæc sibi facta, dictam quantitatem octo millium Florenorum destinatam pro dote prædicta in terminis supradictis petere possit, & requirere poni, & solvi in manibus depositarii supradicti, vel alterius ex infra scriptis per modum qui sequitur, & compellere dictum Dominum Comitem Gebennesii & fidejussores infra scriptos ad ipsam quantitatem Florenorum solvendo, ut in præsenti instrumento contra etiam Depositarii, vel Personæ pecuniam ipsam recipere debentes in ipsius pecuniæ exactione cessarent, & eos custodiat idem Depositarius, & conservet, quousque prædicti Philippus, & Maria ad ætatem pervenerint Matrimonium contrahendi; quo Matrimonio inter dictos Philippum & Mariam completo idem Mediis prædictos octo mille Florenos dicto Domino Principi expediat & deliberet, atque expedire & deliberare teneatur, prædicto Philippo, seu illi ad quem tunc dicta pecunia pertinebit, quia sic inter dictos Dominos solemniter actum extitit & conventum, acto etiam inter eos ut supra quod dicti Domini eligant dium Medium cum primum dicta Maria ducta fuerit in domum dicti Domini Principis, & si tunc non eligerent quod duo mille Florenos, primæ solutionis pecuniæ in dotem destinatæ ponantur, & solvantur per dictum Dominum Comitem in manibus Reverendi viri Domini Rodulphi de Montebello Abbatis Sancti Michaelis si tunc esset in loco, & haberi posset, si vero tunc non esset in loco, vel haberi non posset, solvantur, & ponantur in manibus Domini Guillermi de Ripalta, vel Nicolai ejus Fratris; Si vero prædictum Matrimonium inter ipsum Philippum & Mariam aliquo casu, vel causa sine tamen alterius dictarum Partium culpa prout infra, non compleretur, quod ex tunc id est, ex quo constaret dictum Matrimonium non compleri, lapso ex tunc uno anno, dictus Dominus Princeps prædictos septem mille Florenos per eum habitos & sibi solutos restituat, & restituere teneatur prædicto Domino Comiti in continenti revoluto anno, ex quo constaret dictum Matrimonium per culpam, ut præmittitur, non compleri, & dictus Medius dictos octo mille Florenos videlicet quantitatem solutam, & per ipsum Medium receptam dicto Domino Comiti restituat, & restituere teneatur in continenti, ex quo constaret dictum Matrimonium non compleri, quia sic inter dictos Dominos actum extitit, & conventum prout supra; Sin autem dictum Matrimonium propter culpam evidentem dictæ Mariæ, vel dicti Domini Comitis, vel alterius de Parte sua, non compleretur, tunc in illo casu prædictus Dominus Comes donat donatione pura, mera, simplici & irrevocabili inter vivos, prædicto Philippo, & prædicto Domino Principi, & michi memorato Notario recipienti & solemniter stipulanti vice, nomine, & ad opus dicti Philippi, prædictos septem mille Florenos prædicto Domino Principi in solutione prima solvendos faciens de prædictis dicto Philippo & dicto Domino Principi, & michi jam dicto Notario, ut supra recipienti, tot singulares, particulares donationes, quod nulla ipsarum insinuatione non indigeat, nec summam quingentorum excedat aureorum, solvens, & quittans ex causa donationis qua supra prædicto Philippo, & prædicto Domino Principi, & michi prædicto Notario recipienti ut supra, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc dictos septem mille florenos in casu quo propter ipsius evidentem culpam vel dictæ filiæ suæ vel alterius de parte sua, prout supra dictum, Matrimonium non compleretur, pactum non faciens expressum dicto Domino Principi de ipsis in illo casu ulterius non petendis, promisitque ad Sancta DEi Evangelia corporaliter tacta & juravit sub obligatione omnium bonorum suorum, prædicto Domino Principi in illo casu contra prædictam donationem non facere vel venire per se vel per alterum, publice vel occulte, & versa vice modo simili prædictus Dominus Princeps, si dictum Matrimonium non compleretur inter prædictos Philippum & Mariam, propter evidentem culpam ipsius Domini Principis, vel dicti Philippi seu alterius de parte sua, in illo casu, donat donatione pura, mera, simplici & irrevocabili inter vivos ex nunc prout ex tunc dictæ Mariæ & prædicto Domino Comiti, septem mille florenos boni auri, & justi ponderis de ipsis faciens dictæ Mariæ, & dicto Domino Comiti tot singulares & particulares donationes, quod nulla ipsarum insinuatione indigeat,

Digitized by Google

geat, ne ſummam quingentorum aureorum excedat: Promiſitque dicto Domino Comiti, & michi jam dicto Notario ut ſupra ſolemniter ſtipulanti & recipienti, vice, nomine, & ad opus dictæ Mariæ ſtipulatione ſolemni, & per juramentum ſuum ſuper Sancta DEi Evangelia corporaliter præſtitum, & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, prædictos ſeptem mille florenos ex cauſa donationis quæ ſupra ſolvere dictæ Mariæ vel Mandato ſuo in illo caſu, in quo dictum Matrimonium non compleretur propter culpam evidentem ipſius vel dicti Philippi, vel alterius de parte ſua prout ſuperius in pace, & ſine lite, controverſia, vel quæſtione qualibet, omnibus exceptionibus & defenſionibus juris, & facti poſtpoſitis penitus & remotis, & contra prædictam donationem nunquam facere vel venire per ſe vel alterum, publice vel occulte, nec contra facienti vel venienti in aliquo conſentire, ſed ipſam donationem perpetuo firmam & ratam, habere, & tenere, & inviolabiliter obſervare, reſtituereque dicto Domino Comiti, vel mandato ſuo ſeu ad quem reſtitutio dotis, ſeu pecuniæ, pro promiſſa dote, deſtinatæ pertinebit, dictos ſeptem mille florenos in prima ſolutione pro dote ſibi ſolutos, quos quidem quindecim mille florenos dotales prout ſoluti, & numerati fuerunt, prædictus Dominus Princeps, conventionibus tamen prædictis ſemper ſalvis, prædicto Domino Comiti reſtituere promiſit per terminos quibus ipſe receperit ſimiles, obligans inſuper ſpecialiter & expreſſe prædictæ Mariæ Caſtra ſua infra ſcripta, cum Villis, Territoriis, mandamentis, redditibus, mero & mixto Imperio, & univerſis pertinentiis, videlicet Villam Francham, & Moretam, & in caſu, in quo Moreta non eſſet in manu dicti Domini Principis, vel dicti filii ſui, Carignanum promiſitque dictus Dominus Princeps quod faciet cum effectu quod Communitates dictorum Caſtrorum & Villarum ſolemniter jurabunt, quod dicta Caſtra & Villas cuſtodient, & ſervabunt dictæ Mariæ, & eidem Homagium facient, atque reſpondebunt, & obedient durante obligatione prædicta; Acto etiam inter dictos Dominos, prout ſupra, quod dicta Maria, dum dicta Caſtra tenebit in feudum & ſub homagio a dicto Domino Principe & ejus Hæredibus tenere teneatur, & quod dictus Dominus Comes ſatisdet dicto Domino Principi per Fidejuſſores infra ſcriptos de dicta dote ſolvenda terminis ſupra dictis, qui ſe & ſua obligent, Fidejuſſores vero dandi hinc, & inde ſunt hii: Primo, Dominus Comes Sabaudiæ, Dominus Ludovicus de Sabaudia, Dominus Bellijoci, Domini Cameræ, Myolani, Inter-Montium, Urteriarum, Antelmus ejus Frater, Anthonius de Claromonte, Dominus Cheironis, Dominus Miribelli, Dominus Faramanci, Aymonetus de Ponte-Vitreo, Domini Petrus, & Guillielmus de Compeſio Dominus Aulæ novæ, Domini Joannes Miſtralis, & Guillelmus de Caſtellione, & pro prædictis omnibus plenius attendendis, idem Dominus Comes Gebenn. ſubmiſit, & bona ſua Jurisdictioni Illuſtris Principis Domini Comitis Sabaudiæ, & ejus Curiæ. Actum Pinarolii in Caſtro dicti loci in Logia prope Turrem, præſentibus R. in Chriſto Patre Domino R. Abbate Cluſino, Dominis Guillelmo de Montebello Domino Alpinlani, Ludovico Rivoriæ Petro, de Compeſio Militibus, Martineto ex Comitibus Sancti Martini, Amedeo de Compeſio, Joanne de Monteforti, &c. Signatum Mahoner.

XLIII.

Contractus matrimonii inter Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ & Johannam de Burgundia Sanctus, d. d. 6. Jun. 1347.

EN nom de noſtre Seigneur Amen. l'an de Grace M. CCC. XLVII. en la Indicion XIV. le Mercredy apres la feſte Dieu, ſeſcyme jour du mois de Juing. Sachient tuit cil qui c'eſt preſent public inſtrument verrunt & orrunt, Que comme Traittié ait eſté entre tres-haus, & puiſſans Prince & Dame, Monſieur Eude Duc de Bourgoigne, Comte d'Artois & de Bourgoigne, Palatin & Seigneur de Salins; & Madame Johanne de France ſa femme, Ducheſſe & Comteſſe des Duchié, & Comtées deſſusdites, d'une part: A tres-noble, & puiſſant Prince Amey Comte de Savoye, Duc de Chablais & d'Aouſte, & Marquis en Italie de autre part. de faire Mariage de Madamiſſelle Joanne Fille fu Monſieur Philippe, de Bourgoigne, cui Dieus abſoille, & dudit Comte de Savoje: Sinſuit eſt, que eſtablies perſonelement leſdites parties en la preſence de treshaute & puiſſante Madame Blanche de Bourgoigne Comteſſe de Savoye, des tesmoins & des Notaires deſſos eſcripts pour le Traittié de ladite Madame de Savoye, fut accordé entre leſdites partie, & les gens de lours conſens, cy-deſſois nommés en la maniere & fourme qui s'enſuyt: Premierement, que ledit Comte de Savoye prendra a femme per Mariage madite Damiſelle Johanne Fille dudit Monſieur Philippe, quant elle ſera aagié. Item ledit Comte ha deja promis, que quant ledit Mariage ſe fera, il douëra ladite Fille, & ly doura tout entierement le Douaire que tient a preſent ladite Comteſſe, pour cauſe de Monſieur Eddouard jadis Comte de Savoye ſon mary, cuy Dieus abſoille, & en ultres ce, tous les autres Chaſteau, Villes, Terres, & poſſeſſions, que ladite Comteſſe tient de l'heritage le Comte de Savoye, et qu' elle ha acquis par quelque tiltre, ou maniere que ce ſoit; exceptés tant ſeulement les Chaſteaux de Marboz & de Cologniè enſemble les appartenances, desquelquelx ladite fille ne ſera mié douée & vandu c'eſt Douaire ou cas, ou ledit Comte ſurvivroit ladite Madame Blanche Comteſſe de Savoye. Item ou cas, ou ladite Comteſſe ſurvivroit ledit Comte, & auſſi ne pourroit tantoſt avoir ſon effait, ledit Douaire en honour & valour comme tout ce faut, que tient a preſent ladite Comteſſe tant par titre de

Douaire,

Digitized by Google

mino Aymoni Comiti Sabaudiæ ſtipulanti, et ſolemniter recipienti pro ſe, ſuisque Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus, tantum Homagium, et fidelitatem realiter fecit, et præſtitit immiſſis dicti Domini Bellijoci manibus, infra manus dicti Domini Comitis oſculo fœderis interveniente cum expreſſione verborum fidelitatis, et homagii, nec non aliis ſolemnitatibus in talibus conſvetis. Promittens idem Dominus Bellijoci prædictis nominibus dicto Domino Comiti ſtipulanti, et ſolemniter recipienti ut ſupra, per juramentum ſuum ſuper Sancta DEi Evangelia corporaliter præſtitum, ſe bonum et fidelem exiſtere dicto Domino Comiti, et ſuis Succeſſoribus Comitibus Sabaudiæ, et eidem ſervire contra quascunque Perſonas in omnibus, et per omnia, et facere erga ipſos quicquid, et prout fidelis Vaſallus Domino ſuo facere tenetur, ſpecialiter omnia, et ſingula, quæ in forma fidelitatis tam novæ quam veteris continentur, ſalvis, et exceptis fidelitatibus, in quibus idem Dominus Bellijoci tenetur Dominis Francor. Regi, Duci Burgundiæ, Duci Borbonenſium, Archiepiſcopo Lugduni, et Cluniacenſi ac Inſulæ barbaræ Abbatibus, confidens, et aſſerens dictus Dominus Bellijoci pro ſe, ſuisque Succeſſoribus Dominis Bellijoci ſe tenere, tenere velle, et tenere debere a dicto Domino Comite, ſuisque Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus, Caſtra quatuor ſupra dicta de Lent, de Toyſſey, de Buenco, et de Coloniaco, cum eorum territoriis, diſtrictibus, mandamentis, juribus, pertinentiis, rationibus et actionibus univerſis, et omnibus pariter eidem Domino Bellijoci per dictum Dominum Comitem donatis ut ſupra in feudum Ligium, nobile, et antiquum, de feudo, et directo Dominio dicti Domini Sabaudiæ Comitis, et ſuorum Succeſſorum ut ſupra et ſub homagio ſupra dicto. Et viceverſa prædictus Dominus Comes ex ſua certa ſcientia pro ſe, et ſuis Succeſſoribus Sabaudiæ Comitibus promiſit, et convenit per pactum expreſſum appunctuatum dicto Domino Bellijoci ſtipulanti, et ſolemniter recipienti ut ſupra, ubi, et quandocumque contigerit, ipſum Dominum Bellijoci, Vaſſallos ejusdem Domini Comitis habere Guerram pro facto Domini Comitis, aut etiam pro facto proprio ipſorum prædictos Dominos Bellijoci, ſicut Dominus Vaſallum proprium adjuvare et non alias facere, ad quæ fienda tenentur Domini Vaſallis de jure, et de Conſuetudine et ſpecialiter ſecundum Conſtitutiones Feudales. Pro prædictis autem quadraginta millibus viennenſium prædictorum ſic prædictis actionibus habitis, et receptis ut ſupra per dictum Dominum Bellijoci a domino Comite ſupradicto, præfatus Dominus Bellijoci pro ſe, ſuisque Succeſſoribus, et Hæredibus quibuscunque et omnibus habentibus et qui poſſent impoſterum cauſam ſuper hiis quocumque modo habere, ſolvit quittavit, et liberavit omnino ſpecialiter, et expreſſe dictum Dominum Comitem pro ſe, ſuisque Succeſſoribus recipientem, de et ab omnibus, et ſingulis juribus, rationibus, et actionibus quibuscunque, quæ, quasve ratione gravaminum, damnorum, vel expenſarum ſuſtentatarum vel factarum per dictum Dominum Bellijoci quondam vel nunc dictum Bellijoci Dominum, ſeu gentem eorundem poſſent habere, et ſibi alitercumque competere contra dictum Dominum Comitem Eduardum quondam, ac etiam de omnibus univerſis, et ſingulis emendis diſpendiis, et debitis quæ potuiſſent ab eodem Comite Eduardo quondam vel nunc poſſent a dicto Domino Aymone nunc Sabaudiæ Comite poſtulare. Item dictus Dominus Bellijoci pro ſe et quibus ſupra dedit, ceſſit, et conceſſit prædicto Domino Comiti ſtipulanti et ſolemniter recipienti pro ſe, et ſuis transferendo totaliter in eundem omnia jura quæcumque cum omnibus pariter actionibus quibuscumque quæ dicto Domino Bellijoci competunt, et competere poſſunt, vel poſſent in caſtris prædictis Meximiaci, et Burgi Sancti Chriſtophori, mandamentis, territoriis, diſtrictibus, mero et mixto Imperio, jurisdictione omnimoda, et omnibus pertinentiis & appenditiis ipſorum Caſtrorum & Locorum, occaſione ipſorum, et cujuslibet eorundem, et fuit actum inter dictos Dominos Comitem Sabaudiæ, & Dominum Bellijoci in limine Contractus præſentis, quo ad requiſitionem dicti Domini Comitis, vel Succeſſorum ſuorum Comitum Sabaudiæ, præfatus Dominus Bellijoci, vel ejus Succeſſores Domini Bellijoci quittant & quittare teneantur Domino Dalphino Viennenſi caſtra prædicta Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori, & feudum de Villariis, quod ad Dominum Bellijoci pertinere ſolebat. Item fuit actum inter dictos Dominum Comitem, & dictum Dominum Bellijoci, quod quia dictus Dominus Comes ex cauſa Contractus præſentis, & ex cauſis prædictis in recompenſationem ipſorum Caſtrorum Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori Domino Dalphino Viennenſi per dictum Dominum Bellijoci quondam pro redemtione & liberatione ſui Carceris traditorum, & quæ Caſtra cum ſuis juribus nunc habet, tenet occaſione prædicta Dalphinus prædictus, dictus Dominus Comes Caſtra ſua prædicta de Buenco, & de Coloniaco cum ſuis mandamentis, diſtrictibus, territoriis & aliis ut ſupra donatis, prædicto Domino Bellijoci donaverit & conceſſerit in feudum. Ipſe ſiquidem Dominus Bellijoci, ſuique Succeſſores prædicti teneantur, & debeant ex pacto ſuper hoc præhabito dicto Domino Comiti, ſuisque ſucceſſoribus Sabaudiæ Comitibus, reddere, reſtituere, & expedire dicta duo Caſtra de Buenco, & de Coloniaco, cum territoriis, mandamentis, juribus, & pertinentiis eorundem, & aliis donatis ut ſupra, quæ quidem Dominus Comes prædictus, vel ejus ſucceſſores dicta duo Caſtra Meximiaci & Burgi Sancti Chriſtophori, cum eorum territoriis, & mandamentis, juribus & pertinentiis eorundem dicto Domino Comiti, ſuisque Succeſſoribus in loco dictorum Caſtrorum de Buenco & de Coloniaco expediant realiter, atque tradant. Quæ tamen Caſtra Meximiaci, & Burgi Sancti Chriſtophori, cum eorum diſtrictibus, juribus, mero, mixto imperio, & aliis pertinentiis eorundem, ſunt ſicut duo dicta Caſtra de Buenco & de Coloniaco, idem Dominus Comes poſſit feudalia expedire. Item fuit Actum, & in pactum deductum inter dictos Dominum Comitem, & Dominum Bellijoci, quod ſi contingeret dictum Dominum Bellijoci decedere ſine liberis

Digitized by Google

benè natis ex legitimo matrimonio procreatis, successoresque prædicti Domini Bellijoci, qui sibi cederent, & pervenirent ad Baroniam, statum, & Sagodriam Bellijoci, fidelitatem prædictam, & homagium prædictum facere, ac recognitionem debitam, seu in eorum petere infra tempus debitum deficerent, aut aliter recusarent, prædictus Dominus Eduardus Bellijoci, Dominus ex nunc, prout ex tunc, dicto Domino Comiti præsenti, stipulanti, & solemniter recipienti pro se, & suis dedit, donavit, & concessit dictus Dominus Bellijoci dicto Domino Comiti prædictis nominibus omne jus sibi competens in castris prædictis Buenci, & Golonaci, territoriis, mandamentis, districtibus & pertinentiis eorundem, sequè prædictis nominibus dicta duo Castra Buenci & Golonaci, præterea nomine dicti Domini Comitis, & eorum, locasu possidere confitens, & deprehendendi possessionem eorum licentiam & authoritatem annuit, & concessit, inde bona fide quæcunque specialiter & expresse obligans licentiam quidem, & authoritatem consimiliter concedens idem Dominus Bellijoci dicto Domino prædictis nominibus stipulanti & recipienti pro ingrediendi bona prædicta obligato exinde nos supra ubicumque bonorum suorum habendi, tenendi, possidendi, explectandi, & explectanda, & habenda percipiendi, fructusque, & exitus ipsorum bonorum percipiendo, ipsis fructibus & exitus in sortem principalem computandis, donec de dictis quadraginta millibus florenis auri dicto Domino Comiti vel suis Successoribus integrè & plenariè fuerit satisfactum. Ipsaetiam bona dictus Dominus Bellijoci, dicto Domino Comiti concedens, sive in totum, sive in parte in quæ idem Dominus Comes sibi prospexerit expedire de pace videnda, fidelia Successores Domini Bellijoci dicto Domino Comiti vel ejus Successoribus dictos quadraginta mille florenos auri requisiti per ipsum Dominum Comitem, vel alium pro ipso per unius mensis successive futuri spatium, post requisitionem ipsam solvere recusarent, seu ducerent recusandem, aliis duobus castris de Lent & de Toyssey, cum eorum mandamentis, districtibus, & pertinentiis supradictis de feudo dicti Domini Comitis, & Successorum suorum ut supra semper tenendis sub homagio supradicto. Item actum fuit inter prædictos Dominos, nominibus quibus supra, quod dictus Dominus Bellijoci, successoresque sui prædicta feuda habeant, & teneant, habere debeant, & tenere in perpetuum in tanta, & consimili nobilitate; quanta qualique Illustres Viri Dominus Ludovicus de Sabaudia, Dominus Vaudi, & Jacobus de Sabaudia, Dominus Pedemontium tenent & tenere debent a dicto Domino Comite Terras, & feuda, quæ sibi obvenerunt, & quæ tenent, & habent de Partagio Sabaudiæ Comitatus, & eo modo, quo Dominus Gebennarum Comes habet, & tenet in feudum & ea, quæ tenet in feudum, & de feudo a Domino Comite Sabaudiæ supra dicto. Item actum fuit, & in pactum expresse deductum, & conventum inter Dominos prædictos, quod prædicta feuda & homagia non possint nec debeant separare perpetuo a Domino Comite Sabaudiæ, nec a Domino Bellijoci, nec eorum Successoribus Sabaudiæ Comitibus, & Dominis Bellijoci, sed proprie Dominus Bellijoci, & non alius Domino Comiti Sabaudiæ, & aliud dictæ feudo & homagia perpetuo teneantur. Item fuit actum & conventum inter Dominos ante dictos, quod Dominus Bellijoci plures habens filios, unus vel duobus ex ipsis, unum vel duo de castris prædictis, cum eorum territoriis, districtibus, mandamentis, pertinentiis, & aliis supradictis, cum ipsorum heribus feudatibus relinquere volens hoc facere possit, dum tamen Dominus Bellijoci, seu per homo Domini Comitis Sabaudiæ remaneat, & quidquid & quotcunque de dicto Feudo haberet, dividendo, vel aliter se ab homagio liberare, vel eximere non valeret, nec ipsum successores, & nec dominus dicti Filii, quibus dicta duo castra, vel unum ex ipsis forent relicta facere teneantur homagia dicto Domino Comiti Sabaudiæ debita, & omnia quæ Vassalli Dominis suis facere de jure, consuetudine quicunque tenentur. Item cum Dictus Dominus Bellijoci quondam in suo Testamento dicto quondam Domino Eduardo nunc Domino Bellijoci Filio suo, omnia emolumenta, quæ posset habere a dicto Domino Comite, ratione damnorum, expensarum, & gravaminum per eundem Dominum Bellijoci quondam, & gentes suas, ratione, & occasione Guerrarum dicti Domini Comitis factarum, & sustentatarum, seu etiam ratione Tractatus supra dicti inter dictos Dominum nunc Sabaudiæ Comitem, & Dominum Bellijoci quondam habiti, & concessi, ut supra dictum est specialiter & expresse inter dictos Dominos Comitem, & Dominum nunc Bellijoci, quod ipse Dominus Bellijoci dictum Testamentum originale tradat, & tradere debeat dicto Domino Comiti, ad ipsius securitatem majorem, infra festum proximum B. Michaelis. Item idem Dominus Bellijoci non videatur sub prætextu Contractus præsentis, vel pro aliquibus superius contentis, quittasse Feudum quod habet, & habere debet apud Gordans, ipse Dominus Bellijoci pro se, & suis dictum Feudum, & jus Feudi quod habet, & habere debet apud Gordans, & in loco de Gordans sibi, & suis Successoribus præsenti Tractatu, contentisque in eo non obstantibus reservavit, & reservata esse vult per pactum adhibitum super hoc specialiter, & expresse, Feudum vero, & homagium & jus Feudi, & directi Dominii quod habet, & habere debet, quocumque modo titulo sine causa apud Bellum-Reguardum supra Sagonam Lugdunensis Diœcesis, tam in Castro, Villa, Loco, mandamento, districtu, mero, mixto imperio, & jurisdictione omnimoda, pertinentiis & appenditiis ipsius Castri, & loci, quam occasione ipsius. Idem Dominus Bellijoci pro se & suis Successoribus dicto Domino Comiti pro se, & suis stipulanti dedit, donavit, & concessit, una cum omni jure, actione, & ratione dicto Domino Comiti competentibus, & competere debentibus, in Castro, Villa, Loco, & Territorio & mandamento prædictis, & occasione ejusdem ipsum Dominum Comitem verum Dominum, & Procuratorem constituens idem Dominus Bellijoci in prædictis, ut in rem suam propriam, quæ omnia, & singula supra scripta promiserunt, & convenerunt dicti Dominus Comes & Dominus Bellijoci alter alteri pro se, Successoribusque suis, videlicet dictus Dominus Comes dicto Domino Bellijoci bona fide sub Obligatione omnium bonorum suo-

suorum, & dictus Dominus Bellijoci dicto Domino Comiti pro se, & suis stipulanti, per juramentum ab ipso Domino Bellijoci, super sancta Dei Evangelia corporaliter præstitum, nec non ambo mihi Notario infra scripto more publicæ Personæ stipulanti & solemniter recipienti vice, nomine, & ad opus dictorum Domini Comitis, & Domini Bellijoci, & Successorum suorum & omnium quorum interest, & in futurum intererit, & interesse poterit quoquo modo rata, grata, & firma tenere, habere, attendere cum effectu, & inviolabiliter observare & nunquam facere facto, vel verbo, nec contravenire volenti in aliquo consentire, nec impedimentum aliquod apponere, vel apponi facere, seu quod apponatur a quocumque quomodolibet consentire, & pro prædictis omnibus, & singulis promissis & conventis per dictum Dominum Bellijoci, attendendis, complendis, & firmius observandis dictus Dominus Bellijoci se, & suos Successores prædictos, & bona quæcumque pariter eorundem Curiis, & Coercitioni & compulsioni Curiarum, districtui, & mero examini sedis Apostolicæ, Cameræque Domini Papæ, Dominique Francorum Regis, & parvi Sigilli Montispessulani Castelleti, & Reverendorum Patrum in Christo Dominorum Lugdunensis, Viennensis, & Tarentasiensis Archiepiscoporum, ac Dominorum Matisconensis, Mauriannensis, & Bellicensis Episcoporum specialiter, & expresse supponit, & submittit, ita quod per ipsas Curias, & earum quamlibet ad observationem præmissorum coërceri valeat, & compelli. Renuntiantes dicti Dominus Comes, & Dominus Bellijoci, quilibet ipsorum in quantum sua interest ex eorum certis scientiis, & voluntatibus spontaneis in hoc facto, exceptioni omnium prædictorum per eos non factorum, seu rite, & legitime non factorum ut supra dictarum conventionum, dictorumque pactorum non sic factorum, & non factorum ut supra, doli mali metus, erroris & in factum actioni, conditioni sine causa vel ex iniusta causa, restitutionibus in integrum, beneficio juris dicentis decepsis in Contractibus subveniendum fore & non posse objicere quod dolus dederit causam Contractui, vel incidens in Contractum & omni alii juri Canonico, & Civili, per quod possent contra prædicta, vel aliqua de prædictis facere, vel venire, & juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi præcesserit specialis. Et fuit actum inter Dominos suprædictos, quod prædicta omnia dictari, corrigi, & emendari possint, & debeant semel vel pluries, quoties necesse fuerit ad Consilium peritorum, salvis tamen Substantia in aliquo non mutanda, & quod de prædictis fiant duo vel plura pro dictis Domino Comite & Domino Bellijoci, & omnibus quorum interest & in futurum interesse contigerit sub eodem tenore publica Instrumenta. Acta fuerunt hæc apud Ambroniacum, in Abbatia videlicet infra domum Domini Abbatis Ambroniaci, præsentibus Reverendo in Christo Patre, Domino Jacobo Dei gratia Bellicensi Episcopo, illustri Viro, Domino Amedeo Comite Gebennensi, Venerabilibus in Christo Patribus, Dominis Ambroniaci, & Sancti Sulpitii Abbatibus, Viris Nobilibus, Domino Joanne, Domino Corgenonis, Domino Joanne, Domino de Frumentes, & Domino Hugonino Domino Grandis-Montis, Domino Anthonio de Claro-Monte, Domino Bastidæ in Albanesio, Dominis Hugone de Amanziaco, Philippo de Chaseyardo, Jacobo Richarni, Petro de Compesio, & Terrico de Septimo Militibus &c.

XXXVII.

Testamentum Ludovici de Sabaudia, Domini Vaudi, d. d. 29. Mart. An. 1340.

IN nomine Domine Amen. Anno a Nativitate ejusdem Millesimo trecentesimo quadragesimo, Indictione octava, die vigesima nona mensis Martii. Nos Ludovicus de Sabaudia Dominus Vaudi, attendentes quod nihil est quod magis debeatur hominibus, quam quod suprema voluntatis liber sit stylus: & quod nichil est certius morte, & nichil incertius hora mortis, volentes mortis insidias prævenire, & potius testatus vivere, quam sub spe longioris vitæ decedere intestatus; quia præsentis vitæ Conditio statum habet instabilem & ea, quæ visibilem habent essentiam, tendunt visibiliter ad non esse. Idcirco Testamentum nostrum nuncupativum disponimus & ordinamus ut sequitur: In primis animam nostram recommendamus Altissimo Creatori & Beatæ Mariæ Matri ejus Virgini Gloriosæ & toti Curiæ Supernorum, Volentes quod corpus nostrum, cum ab ipso anima fuerit separata, tradatur Ecclesiasticæ Sepulturæ honorifice, prout decet statum nostrum ad expensas Hæredis nostri infra scripti in Monasterio Altæ-Combæ Cistercienſis Ordinis, Diocesis Gebenensis, Volentes etiam quod ubicumque nos de hac vita migrare contigerit Venerabilis Pater Abbas & Conventus dicti Monasterii, funus nostrum deportari faciant, ad expensas Hæredis nostri infrascripti, ad dictum Monasterium & ipsum funus, sicut supra dictum est in suo Monasterio honorifice sepeliri, Item prædictis Abbati & Conventui Altæ-Combæ, decem libras grossorum Turonensium, semel vel decem libras Viennenses annui redditus illud videlicet, quod magis placuerit Hæredi nostro infra scripto, pro faciendis duobus anniversariis singulis annis in dicto Monasterio pro remedio animæ nostræ & Parentum nostrorum, unum videlicet die obitus nostri, & aliud die quam elegerint, seu ordinaverint dicti Abbas & Conventus, damus & legamus. Item volumus, & ordinamus, quod in dicto Monasterio, videlicet in altari dictæ Ecclesiæ, magis propinquo illius loci, in quo funus nostrum contigerit sepeliri; celebretur perpetuo, per unum de Monachis dicti Monasterii semel in die una Missa de Officio defunctorum pro remedio animæ nostræ & parentum, & pro dicta Missa celebranda perpetuo ut supra, eidem Monasterio quindecim libras grossorum Turonensium semel, seu quindecim librarum Viennensium annui redditus damus & legamus. Item Religiosis Viris, Priori & Capitulo Ecclesiæ Bellicensis, centum solidos grossorum Turonensium, pro acquirendo centum solidos Viennenses annui redditus pro faciendo

uno

Digitized by Google

uno Anniverſario in eadem Eccleſia Bellicenſi, die Obitus noſtri annis ſingulis, pro remedio animæ noſtræ & Parentum noſtrorum ſemel damus & legamus. Item Monaſterio Sancti Sulpicii dicti Ciſtercienſis Ordinis Bellicenſis Dioceſis quadraginta ſolidos Viennenſes annui redditus pro uno Anniverſario in dicto Monaſterio die obitus noſtri annis ſingulis faciendo, pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum in Monaſterio prælibato. Item Monialibus de Bons, Ordinis Ciſtercienſis dicti, Bellicenſis Dioceſis, viginti ſolidas groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Prioratibus Alveriæ & de Eytone, Ciſtercienſis Ordinis, Gebennenſis Dioceſis, cuilibet ipſorum Prioratuum, viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Conventui Prædicatorum Civitatis Gebenenſis & Conventui Fratrum Minorum ejusdem Civitatis, cuilibet ipſorum Conventuum viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Conventui Prædicatorum Lauſanenſis Civitatis & Conventui Fratrum Minorum ejusdem Civitatis, cuilibet ipſorum Conventuum viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Monaſteriis de Gela, de Alba-Rippa & de Alta-Criſta Ciſtercienſis ordinis Lauſanenſis Dioceſis cuilibet ipſorum Monaſteriorum quadraginta ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Monaſterio Monialium de Bella-Valle, de Eſtavaye, de Rotondomonte, & de Friburgo Lauſanenſis Dioceſis, cuilibet ipſorum Monaſteriorum, viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Prioratibus de Charmay, de Parte Dei & de Lancea Ciſtercienſis Ordinis, Lauſanenſis Dioceſis cuilibet ipſorum Prioratuum, viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Monaſteriis de Lacu Jurenſi de Marſeus & de Fontana Andreæ, Ordinis Præmonſtratenſis, Lauſanenſis Dioceſis, cuilibet ipſorum Monaſteriorum, viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item cuilibet Hoſpitali in Caſtris & Villis noſtris Franchis conſtructo, decem ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Fratribus Minoribus de Chamberiaco, & Sororibus Minoritis ejusdem Loci, cuilibet ipſorum Conventuum viginti ſolidos groſſorum Turonen. ſemel damus & legamus. Item Fratribus Prædicatoribus de Montemeliano, Gratianopolitanæ Dioceſis, viginti ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Hoſpitali Civitatis Bellicenſis decem ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Monaſterio de Monte Sanctæ Mariæ, Ciſtercienſis Ordinis, quadraginta ſolidos groſſorum Turonenſium ſemel damus & legamus. Item Monaſterio Romani Monaſt. Cluniacen. Ordinis Lauſann. Dioceſis, centum ſolidos groſſorum Turonenn. pro uno anniverſario faciendo in dicto Monaſt. die Obitus noſtri, annis ſingulis, pro remedio animæ noſtræ & Parentum noſtrorum ſemel damus & legamus. Item operi Pontis Petræ-Caſtri, decem ſolidos groſſorum Turonenn. ſemel damus & legamus. Item ſingulis Eccl. Parroch. Terrarum noſtrarum Vaudi, Gebenn. Bugeſii, Verromeſii, pro candela in elevatione corporis Chriſti duodecim denarios Monetæ currentis in cenſibus, in ſingulis terris, annui redditus, damus & legamus. Item Fratribus Minoribus de Frib. & Fratribus de Ordine Beati Auguſtini ejusdem Loci, nec non Fratribus de Pontallie ejusdem Ordinis Beati Auguſt. Biſontin. & Lauſan. Dioceſis, cuilibet ipſorum conventuum, viginti ſolidos groſſorum Turonen. ſemel damus & legamus. Item volumus & ordinamus, quod Hæres noſter infra ſcriptus domus & ædificia conventus Fratrum Minorum de Nividuno, & alia legata, donationes & ordinationes olim factas & facta eisdem fratribus per inclytæ recordationis D. Ludov. de Sab. dudum D. Vaudi cariſſimum genitorem noſtrum teneatur perficere & etiam omnia alia, quæ Proceſſu temporis ordinare voluerimus, de facto dictorum Fratrum vel ipſis donare, ſeu legare, ſi morte præoccupati prædicta nequiverimus adimplere. Item cariſſimæ Conſorti noſtræ, D. Iſabellæ de Cabilone, omnes donationes ex quacumque cauſa, & omnes aſſignationes ſeu aſſiętamenta dotis, & dotalicii ipſius, per nos olim ſibi factas & facta confirmamus & plenum robur habere volumus firmitatis adjicientes, quod ſi impoſterum caſu aliquo pedagium noſtrum Caſtri noſtri de Cletis ceſſaret ſicut alias evenit, & Mercatores qui per dictum Caſtrum noſtrum tranſeuntes nobis ſunt dictum pedagium ſolvere conſueti, tranſirent alibi per terram noſtram Bieugeſii, vel Verromeſii, ſeu Vaudi, vel Geben. vel per quemcunque Locum alium terræ noſtræ, dicta conſors noſtra poſſit per Nuncium, ſeu Miniſtros ſuos ſpeciales, ſine impedimento quocumque ſola & in ſolidum levare & exigere dictum pedagium a dictis Mercatoribus, per dictam terram noſtram tranſeuntibus & per modum per quem eſt apud Cletas levari dictum pedagium conſuetum. Item prædictæ cariſſimæ conſorti noſtræ ducentas & quinquaginta libras parvorum Turon. annui redditus, quas habemus in ducatu Burgundiæ, & quas tenemus in feudum, a D. Duce Burg. ad vitam ipſius Conſortis noſtræ percipiendos, & non ultra; damus & legamus. Item volumus quod dicta Conſors noſtra optionem habeat, cui magis ſibi placuerit homagium & fidelitatem facere, videlicet Hæredi noſtro, vel Ill. & Magnifico D. Comiti de Sab. de bonis noſtris ſibi aſſignatis pro dote & dotaliciis ſuis, & pro aliis donationibus olim per nos ſibi factis, vel etiam pro medietate reddituum, fructuum & bonorum noſtrorum in caſu in quo ipſos perlegerit habere, prout ſuperius eſt expreſſum. Item volumus & mandamus per Hæredem noſtrum infra ſcriptum omnes clamores noſtros ſedari pacificari & emendari, & male ablata reſtitui breviter, & de plano abſque judiciorum ſtrepitu & figura, debitaque noſtra, legata & Eleemoſynas perſolvi, & attendi plenarie & perfecte. Item volumus & præcipimus Teſtamentum cariſſimi progenitoris noſtri inclytæ recordationis D. Lud. de Sabaudia dudum D. Vaudi attendi, & compleri, Eleemoſynasque & legata in eodem Teſtamento per dictum Progenitorem noſtrum factas & facta, ſolvi integraliter per Hæredem noſtrum infra ſcriptum. In omnibus aliis bonis noſtris mobilibus & immobilibus, juribus, actionibus præſentibus & futuris,

Digitized by Google

Castris, Villis, Territoriis, Jurisdictionibus, Feudis, Retrofeudis, Hominibus, Vasallis, & rebus, & bonis quibuscumque, corporalibus & incorporalibus, quæcumque sint & ubicumque fuerint, & quocumque nomine censeantur & quæ ad nos pertinent, vel pertinere possunt, seu debent, aut pertinere poterunt inposterum, ex quacumque causa, Catharinam de Sabaudia carissimam Filiam nostram, nobis instituimus hæredem universalem. Si vero ipsam Cathar. filiam & Hæredem nostram decedere contigerit quandocumque sine Liberis naturalibus & legitimis de proprio corpore & legitimo Matrimonio procreatis, Magnificum & Egregium Virum D. Aymon. Comitem Sab. carissimum agnatum, & Dominum nostrum, seu illum, qui pro tempore fuerit Comes Sabaudiæ, in casu in quo dictus D. Comes, qui nunc est, decederet ante dictam Catharinam, dum tamen ille, qui tempore obitus dictæ Catharinæ Comes erit Sabaudiæ, traxerit originem per paternam lineam a stirpe Sabaudiæ, eidem Filiæ nostræ Hæredem substituimus vulgariter, & per fideicommissum; In casu vero in quo ille, qui Comes esset Sabaudiæ, non esset de stirpe generis nostri Sabaudiæ per lineam Paternam descendens; prædicta conditione extante, volumus quod Hæreditas nostra ad proximiores Agnatos, & consanguineos secundum ordinationem Juris, vel Patriæ consuetudinem devolvatur. Item in Casu, in quo Hæreditas nostra ad dictum D. Comitem Sabaudiæ devenerit; prædicta conditione substitutionis extante, carissimis Nepotibus nostris D. Guidoni Comiti Foresii & Domino Reynaudo ejus Fratri, mille libras Lausanenses semel damus & legamus. Item in eodem casu D. Joanni de Sarabruchi & duabus Sororibus suis, carissimis Nepotibus nostris mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu D. Ludovico de Novo-Castro, & duabus Sororibus suis carissimis Nepotibus nostris mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu Dominæ Joannæ de Sabaudia Dominæ de Jaiz carissimæ Sorori nostræ si super vixerit, aut ejus Liberis, Nepotibus nostris carissimis, si eam ante nos mori contigerit, mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem casu Dominæ Beatrici de Sabaudia, Dominæ de Claromonte carissimæ sorori nostræ si super vixerit, aut ejus liberis Nepotibus nostris carissimis, si eam ante nos mori contigerit, mille libras dictæ monetæ semel damus & legamus. Item in eodem Casu Domino Orthoni de Grandissono, Domino de Peymes, Guillermo ejus Fratri, & eorundem Sororibus carissimis Nepotibus nostris, mille libras ejusdem monetæ semel damus & legamus. Executores autem nostros hujus Testamenti constituimus & ordinamus Egregium & Magnificum Virum, Dominum Aymonem Comitem Sabaudiæ carissimum Dominum & agnatum nostrum, & prædictam D. Isabellam Consortem nostram, R. in Christo Patres, Dominos Lausanensem, Gebennensem & Bellicensem Episcopus, Venerabilem Patrem, Dominum Abbatem prædicti Monasterii Altæ-Combæ, Illust. Virum D. Amedeum Comitem Gebennensem Nepotem nostrum carissimum, D. Gerardum de Orons, Decanum Valeriæ & D. Franciscum Præpositi de Viriaco Decanum Aprensem. Hanc autem præsentem nostram ultimam voluntatem, seu nuncupativum Testamentum valere volumus jure Testamenti nuncupativi, & si eo jure non valeret, volumus jure valere Codicillorum; & si sic non valet, volumus quod valeat jure quo licitum est cuilibet Patrifamilias de bonis suis inter liberos ordinare in ultima voluntate, & si non valet secundum Leges, valeat secundum Canonicas Sanctiones; Præterea si aliquod Testamentum vel ultimam voluntatem olim fecerimus, illud & illam revocamus & annullamus, & pœnitet nos fecisse & contenta in præsenti Testamento volumus duntaxat valere, & habere perpetuam roboris firmitatem. Acta sunt hæc apud Yverdunum, in Castro nostro die, mense, anno & indictione prædictis, Testibus per dictum Testatorem ad hoc specialiter vocatis & rogatis, coram quibus audientibus & intelligentibus, prædicta omnia per eundem Testatorem nuncupata fuerunt, & lecta clare & distincte, videlicet venerabili Patre Domino Guillermo de Riveria, Abbate Monasterii Telæ, Cisterciensis Ordinis, D. Joanne Beguinar ejusdem Monasterii Monacho, Fratre Michaele de Tonons, & Fratre Bono Joanne de Geberinis, Ordinis Fratrum Minorum, Domino Jacobo Richarini Milite, Aymoneto de Jolens, Joanne d'Illens, Henrico Brettonis, & Perrino de Insula Domicellis. Signatum de Fons.

XXXIIX.

Testamentum Yolandæ de Monteferrato, Comitissæ Sabaudiæ, d. d. 14. Decembr. Anno 1342.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem M CCC XLII. Indictione decima, die decima quarta mensis Decembris, quoniam dum in mente viget ratio, suprema hominum judicia melius disponuntur, animæque Saluti, ac Patrimonii curæ temporalis sanis providetur; Idcirco Illustris Domina Yolanda de Monteferrato Comitissa Sabaudiæ, Conjuxque Principis Illustris & Magnifici Domini Aymonis Comitis Sabaudiæ mente sana, licet infirma Corpore, in ipsius Viri sui præsentia & de ejusdem beneplacito, mandato, & consensu Testamentum suum nuncupativum, & sine scriptis dictum, in scriptis tamen redactum in modum qui sequitur uno Contextu fecit, & solemniter complevit. In primis animam suam nunc & cum de corpore exierit Domino nostro Jesu Christo, B. Mariæ Virgini, totique Curiæ supernorum recommendavit, suoque corpori ab anima separato elegit sepulturam in Capella quam construi fecit Dominus, & Vir suus prædictus in Ecclesia Altæ-Combæ, ubi in luminaribus, Congregationibus Prælatorum, Religiosorum, Sacerdotum, Clericorum, & aliorum DEo famulantium fiat sufficiens sepultura, & solemnitas exiquiarum ad arbitrium & voluntatem sui Viri, & Domini supradicti,

Digitized by Google

pradicti, convenientibusque, & pauperibus eleemosynæ tribuantur ad arbitrium supra dictum. Item voluit, & ordinavit, ac præcipit sufficienter dotari per Hæredem suum universalem infra scriptum Capellam quam honore Beatæ Catharinæ fundavit in domo, vel Ecclesia Sororum Minoritarum Camberiaci, in qua unus perpetuo Capellanus instituatur & ponatur, qui dictæ Capellæ serviat, & diebus singulis ibidem per se, vel alium celebrare Missarum solemnia teneatur. Item voluit, ordinavit, atque jussit per Hæredem suum universum infrascriptum tres Capellas, unam videlicet ad honorem Beati Joannis, Evangelistæ, aliam ad honorem Beati Nicolai, aliam ad honorem Beatæ Margaritæ fieri, fundari, & sufficienter dotari, ita quod in qualibet unus ponatur, & ordinetur Capellanus, qui diebus singulis videlicet, quibus in ea, qua fuerit institutus & ordinatus, per se, vel per alium, per ipsius Testatricis suorumque, & Dominorum Sabaudiæ Comitum, Prædecessorum, & Successorum animarum remedio debeat Missarum solemnia celebrare. Item voluit, ordinavit atque jussit eleemosynas fieri piis locis pro remedio animarum ipsius, Prædecessorumque, & successorum suorum ad arbitrium & ordinationem Domini, Virique sui prædicti per dictum suum Hæredem universalem solvendas. Item omnibus & singulis, qui sibi servierint, remunerari voluit, ordinavit, & jussit, prout ipsi Domino Comiti Viro suo videbitur faciendum. Item quia septem puellas, ut asserit, dispositerat maritare, quarum jam quatuor maritavit, voluit, ordinavit, & jussit quod loco reliquarum trium Filiæ Petri de Angulo dicti Picard Sutoris ipsius Testatricis dentur semel & solvantur in subsidium ipsius maritandæ viginti solidi Turonenſium Grossorum, uni ex filiabus Gulielmi Flamenci quondam, alii viginti solidi Turonenſium Grossorum semel pro eodem, & alicui alteri Filiæ, quam dictus Dominus Comes eligendam duxerit, alii viginti solidi Grossorum Turonenſium semel. Item Joannem Carissimum Filium suum, pro omni jure, portione, & Dreytura, sibi in bonis, & hæreditate dictæ Testatricis quomodolibet competente in quatuor millibus florenorum auri semel sibi dandorum, & solvendorum per suum Hæredem universalem infra scriptum sibi Hæredem instituit, & pro tanto dictum Joannem omnibus suis bonis & hæreditate quibuscumque tacitum esse voluit, & contentum, ita quod nihil aliud in ipsis vel eorum altero petere vel exigere valeat modo quovis salvis substitutionibus infra scriptis. Item Blancam Filiam suam dilectam pro omni jure, portione, & dreytura sibi modo quovis competentibus, in omnibus & singulis bonis, rebus, & hæreditate suis in tribus millibus florenorum auri semel dandis, & solvendis per Hæredem suum universalem infra scriptum sibi Hæredem instituit, & pro tanto dictam Blancam, omnibus suis bonis, rebus, & hæreditate tacitam, contentam esse voluit, & exclusam, ita quod nihil aliud petere, vel exigere valeat, quomodolibet in ipsis salvis substitutionibus infra scriptus prout faciunt pro eadem. Item Filium suum posthumum si nascatur ex ea, sibi Hæredem instituit in tribus millibus florenorum auri semel dandis, & solvendis eidem per dictum suum universalem Hæredem, et pro tanto voluit ipsum omnibus suis bonis, rebus et hæreditate tacitum esse, contentum penitus et exclusum, ita quod nihil aliud petere vel exigere valeat, quomodolibet in eisdem, et quolibet ipsorum, præterquam in casibus substitutionum subscriptus, prout ipsum tangunt: Si vero ex ea nascatur Filia, in duobus millibus florenorum auri semel dandis et solvendis per dictum suum universalem Hæredem, sibi Hæredem instituit eandem, pro quibus ipsam voluit omnibus suis bonis, et rebus esse tacitam et exclusam, ita quod nihil ultra petere, vel exigere valeat modo quovis in eisdem vel altero ipsorum, infra scriptis Substitutionibus, prout pro ipsa faciunt sibi salvis: In omnibus autem aliis, et singulis bonis suis mobilibus, immobilibus, Juribus, Actionibus, Castris, Villis, Territoriis, Jurisdictionibus omnimodis, meris, mixtis Imperiis, feudis, retrofeudis, Vassallis, hominibus, homagiis, fidelitatibus, Baroniis, Ressortis, districtibus, redditibus, servitiis, Usagiis, Sylvis, nemoribus, venationibus, piscariis, aquis, aquarum decursibus, et omnibus aliis bonis, juribus, actionibus sibi competentibus, atque competituris in futurum aliqua occasione titulo seu causa, Amedeum carissimum Filium suum primogenitum, sibi universalem instituit Hæredem, per quem voluit, jussit, et ordinavit, debita sua solvi, Clamores emendari, et sedari rationabiliter, breviter, et de plano sine judicii strepitu, et figura; et ipsum Amedeum, et ejus Hæredes masculos à suo proprio corpore, legitimoque matrimonio procreatos, dictis Joanni, Blancæ Filio, et Filiæ nascituris, et cuilibet ipsorum, in casu quo ipsos, et eorum quemlibet sine Hæredibus uno vel pluribus legitimis et naturalibus masculis à suo proprio corpore, legitimoque matrimonio procreatis mori contingeret (quod absit) in pupillari ætate, vel postea quandocumque, vulgariter, pupillariter, et per fideicommissum, et aliter prout melius potest, et firmius substituit: Et si dictum Amedeum, quod absit, in pupillari ætate, vel postea quandocunque mori contingeret, sine uno vel pluribus Liberis Masculis ex legitimo Matrimonio, et suo proprio corpore procreatis, dictum Joannem secundo genitum si viveret, et si ante decessisset, Joannis ejusdem liberos masculos ex legitimo matrimonio, proprioque suo corpore procreatos tunc superstites, et si idem Joannes, et descendentes ex eo masculi legitimi ex proprio corpore legitimoque matrimonio procreati, ipsius Amedei mortis tempore sine masculis descendentes ut supra, non essent superstites, posthumum masculum nasciturum ex ea, et ejus Hæredes masculos ex proprio suo Corpore, legitimoque matrimonio procreatos ipsis Johanne, Liberis suis masculis, et posthumo non extantibus quo supra modo, et si in casu prædicto ipsius Amedei mortis tempore, non supereſſent dicti Joannes, posthumus, aut Hæredes masculi eorum, vel alterius eorundem procreati prout

Digitized by Google

ſupra: Blancam Filiam ſuam prædictam, ſi tunc viveret, et ſi non ſupereſſet, ejus Hæredes ex legitimo matrimonio et proprio ſuo corpore procreatos; tunc ſuperſtites, et in omni prædictorum, quod abſit, defectu in caſu prædicto poſthumam ex eo naſcituram, ſi ipſius caſus tempore viveret, et ſi non viveret ejus Hæredes ex legitimo matrimonio, ſuoque proprio corpore procreatos, dicto Amedeo ſubſtituit vulgariter, pupillariter, et per fideicommiſſum et eis modo et forma quibus melius et firmius poteſt, in caſu vero quo ſubſtitutio ſupra facta de dictis Joanne, Blanca, poſthumo, et poſthuma naſcituris ex ea Teſtatrice ex tempore quolibet in ipſum Amedeum locum non haberent in eundem Amedeum, vel ipſius Hæredes, ut ſupra dictos, Joannem, Blancam, poſthumum, et poſthumam naſcituros ad invicem æquis portionibus ſubſtituit, in portionibus videlicet ſibi relictis ut ſupra vulgariter, pupillariter, et per fideicommiſſum. Hanc autem ſuam eſſe voluit ultimam voluntatem et ultimum Teſtamentum, quod et quam valere voluit jure Teſtamenti nuncupativi, et ſi non valeat eo jure, valeat jure Codicillorum, Epiſtolæ, vel Donationis, cauſa mortis, et ordinationis inter Liberos, vel eo jure et juribus, quibus melius valere poterit et debebit, aſſerens ſe nunquam aliud feciſſe teſtamentum, et ſi quod fecerit, illud eſſe vult nullius valoris et momenti, ipſum revocans, et quæ continentur in ipſo per præſens penitus, et annullans. Actum in Caſtro Camberiaci in Camera dictorum Domini Comitis, et Dominæ Comitiſſæ, præſentibus Illuſtri Viro Domino Amedeo Comite Gebenenſi Reverendo in Chriſto Patre Domino Guichardo Electo confirmato Sedunenſi, Fratre Petro de Coiſia Ordinis Minorum Conventus Camberiaci, Georgio de Solerio de Yporegia, Joanne Miſtralis Canonico Gebenenſi Juriſperitis, Magiſtro Palmerio de filis de Placentia Phyſico dicti Domini Comitis, et Domino Petro Galiardi ejusdem Domini Comitis Capellano, teſtibus ad præmiſſa per prædictam Teſtatricem vocatis et rogatis uno eodem contextu.

XXXIX.

Teſtamentum Aymonis, Comitis Sabaudiæ & Ducis Chablaſii, d. d. 11. Jun. An. 1343.

IN nomine Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem M. CCC. XLIII. Indictione duodecima, die Mercurii undecima Menſis Junii, quia nihil eſt quod magis hominibus debeatur, quam ut ſuprema voluntatis liber ſit ſtylus, et licitum, quod iterum non redit arbitrium: Idcirco Illuſtris, et Magnificus Dominus Princeps Aymo, Comes Sabaudiæ Dux Chablaſii et Auguſtæ, in Italia Marchio, et Baroniarum Baugiaci et Colompiaci Dominus ac Filius claræ memoriæ Domini Amedei, Comitis Sabaudiæ Suæ volens animæ providere et ne inter poſteros ſuos de Baroniis, Bonis, et hæreditate ſuis quæſtio oriatur, ſed recta ipſius diſpoſitione, ejus anima refrigerium conſequatur, et ipſius poſteritas, et Baroniæ, DEo propitio, tranquillitate quieſcant, in mentis bona diſcretione perſiſtens quanquam corporea infirmitate detentus, Teſtamentum ſuum nuncupativum, et ſine ſcriptis uno contextu fecit et prout infra ſequitur ſolemniter ordinavit. In primis animam ſuam, cum eam de corpore exigere contigerit, maxime, ſemper, et ubique omnipotenti DEo Patri, et Filio et Spiritui Sancto, B. Mariæ Virgini Matri Miſericordiæ; totique Supernorum Curiæ recommendavit et ſuo corpori ab anima ſeparato, ſepulturam elegit apud Eccleſiam B. Mariæ de Alta-Comba in Capella et monimento, quæ ædificari fecit ibidem, in qua ſepultura congrua potius ad utilitatem ſuæ animæ, & abolitionem ſuorum peccatorum, quam inanem mundi gloriam in luminaribus Prælatorum congregationibus, Religioſorum Sacerdotum, Clericorum & aliorum DEo famulantium, ad arbitrium & evidentiam infraſcriptorum Tutorum liberorum ſuorum, & Executorum præſentis Teſtamenti, qui tunc præſentes exiſtent, fieri juſſit, voluit et mandavit, ac diſpoſuit. Item omnibus & ſingulis veris, & juſtis Creditoribus ſuis, ſuorumque Prædeceſſorum clamores emendari, ac quæcumque habita illicitè vel exorta, per eundem & Prædeceſſores ejus prædictos quocumque modo illicito, cauſa, vel colore à quocumque, ſeu quibuscumque perſonis eisdem emendari integre, & perfecte, & reſtitutionem fieri de allatis, & illatis injuriis ad arbitrium, & evidentiam infraſcriptorum Executorum præſentis Teſtamenti, vel deputandorum ab ipſis breviter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii ad hæc integraliter facienda, & perficienda, ac complenda bona ſua omnia obnoxia, & obligata; Relinquens in dictorum Executorum manibus prout melius poteſt, & validius. Item juſſit, & præcepit ſumptibus & expenſis Hæredis ſui univerſalis infraſcripti, domificari hoſpitale & ædificari inchoatum apud ſanctum Geniſium, eo modo, & forma quibus ipſum fieri, conſtrui, & ædificari ordinavit, & jam inchoatum eſt, quod Hoſpitale ad honorem DEi omnipotentis, B. Mariæ Virginis, & omnium Supernorum dotavit, dotatumque eſſe voluit, de centum libris Vienn. annualibus, quorum viginti denarii valent unum groſſum Turon. ad unicum ⊙ rotundum: in quo quidem Hoſpitali ad ipſius ſervitium, & DEo perpetuo famulando, quatuor ponantur, ſeu præſententur per ſuum Hæredem univerſalem, & Comitem Sabaudiæ infraſcript. & alios Sabaudiæ Comites in perpetuum ſucceſsive, Capellani quorum unus ſpecialiter nominandus curam habeat, Rectoriam & adminiſtrationem bonorum, & jurium Hoſpitalis prædicti; qui quatuor Capellani diebus ſingulis ibidem in Capella conſtruenda Officia divina celebrent, & Miſſas, cum poterunt, & facultatem habebunt, unam ſpecialiter ad notam diebus ſingulis, in quibus Miſſis ſpecialem commemorationem de ipſius anima Teſtatoris, Dominæ Yolandæ de Monteferrato olim ſuæ dilectæ Conjugis, & aliorum

Prædе-

Digitized by Google

Prædecessorum suorum fasse teneantur; de quibus quidem centum libris, primi quatuor Capellani præsentandi, & instituendi ibidem annis singulis capiant, levent, & habeant, dum vivent, quatuor viginti libras Viennensium prædictorum, videlicet quilibet viginti, Successorum autem ipsorum, usque in infinitum sexaginta libras dictæ monetæ, videlicet quilibet Capellanus quindecim libras, & quod supererit, in usus pauperum convenientium in Hospitali prædicto committatur, quas centum libras annuales prædictas assignavit, et assetavit, assignatasque et assetatas esse voluit super leyda, et leydæ exitibus Sancti Genesii, de quibus exitibus dictæ centum libræ annis singulis persolvantur, residuum, si quod erit, ejus Hæredi integre reservato. Quod si casu aliquo, sive causa dictam leydam minus aliquo tempore dictis centum libris valere contigerit, defectum Hæres prædictus universalis supplere, et ejus Hæredes in perpetuum teneantur, ita quod integras habeant Capellani, & Hospitale prædicti, centum libras annis singulis & non minus, ipsi autem Hospitali dari voluit, & legavit, cum domificium perfectum fuerit, ut superius ordinatur, triginta lectos sufficientes frunitos, et munitos competenter, volens, præcipiens, atque jubens quod semper, et quandocunque Comes Sabaudiæ, ejus Hæres universalis inferius nominatus, et ipsius in Comitatu in posterum Successores erunt apud Sanctum Genesium, relevatum de mensa, Hospitio ejusdem sit pauperum Hospitalis prædicti, et in ipsorum usum, et sustentationem propriam committantur; Rogans idem Testator, tenore præsentis Instrumenti, Dominos Episcopum Bellicensem, Priorem et Curatum Sancti Genesii, quod prædictis consentire dignentur, volens etiam quod Altaribus et Capellæ prædictis sufficienter provideatur de paramentis et libris necessariis et deficientibus competenter et similiter omnibus aliis Capellis inferius ordinandis, quibus non est sufficienter provisum. Item voluit, jussit, et ordinavit, quod in quolibet Castro, seu Castellanea qualibet (quod et quam habet in tota terra, et Baroniis suis) valente annis singulis eidem communiter de redditu ducentas libras Viennenses prædictorum ad opus sui fiat, si ibi constructa seu ædificata non sit in Castro, seu domo propria, seu Castellanea Testatoris prædicti una Capella et ædificetur congrua expensis sui Hæredis universalis. Quibus Capellis constructis, et ædificatis, ac ædificandis, ut supra singuli instituantur, et ponantur Capellani perpetui, qui in ipsis Capellis DEo famulando divina celebrent, et Missarum solemnia cum poterunt, in quibus Missis commemorationem specialem singuli facere teneantur pro anima Testatoris prædicti, ejus conjugis, et aliorum de genere, præteritorum, præsentium, et futurorum. Pro quarum singularum Capellaniarum non dotatarum dotibus, et instituendorum in ipsis Capellanorum sustentatione legavit singulis ipsis Capellis decem libras Viennenses prædictorum annuales, et in ipsis eas dotavit singulas assetandas in locis singulis supra dictis prout Executoribus descriptis inferius videbitur faciendum, et Hæredi suo universali prædicto et suis Hæredibus in perpetuum jure Patronatus, in ipsis retento, ac etiam reservato singulis jam dictis Capellis, rogans idem Testator tenore præsentis Testamenti, universos, et singulos Episcopos, Prælatos, Curatos, et Clericos, quorum in præmissis vel aliquo præmissorum, seu alterius eorundem Consensus debet intervenire de jure, quod pro opere prædicto consensum præbeant, et assensum. In locis vero et Castellaniis, in quibus vigore præsentis Ordinationis debebit ædificari Capella, in quibus idem Dominus Comes Castrum non habet, seu propriam Mansionem Capellæ ædificentur. Et dotentur ut supra loco quem dicti Executores duxerint eligendum. Item jussit, voluit, et ordinavit fieri, et compleri Capellam fieri inchoatam per bonæ memoriæ Comitem Amedeum Genitorem ipsius Domini Comitis Testatoris apud Camberiacum prope Castrum, et aquam Abanæ ipsamque Capellam perfici ipsius Hæredis universalis expensis, et dotari, prout per ipsum bonae memoriae Comitem Amedeum in ipsius Testamento seu scripto alio vel aliter dicitur ordinatum. Item voluit, jussit et ordinavit quod Conventibus Praedicatorum Montismeliani, et Ripolarum semper, et quandocumque continget, Haeredem suum universalem infrascriptum, vel ipsius Hæredes in perpetuum in Comitatu Sabaudiae, esse in aliquo ex locis praedictis, vel manere per diem, vel dies aliquos, quod singulis diebus quibus idem Comes erit in altero dictorum locorum illi Conventui ex praedictis cujus loco erit provideatur per ipsum Comitem, et ejus expensis de pane et vino necessariis pro sustentatione Fratrum, et Conventus eorumdem. Item jussit, mandavit, voluit, et ordinavit, annis perpetuo singulis in Festo Assumption. B. Mariae Virginis in Ecclesia, et Conventu Minorum Camberiaci, unam Missam conventualem pro defunctis celebrari ad notam, et per Sacerdotem ipsam Missam celebrantem, et singulos ipsa die celebrantes, seu celebratos ibidem pro ipsius, et ejus Conjugis, et aliorum de suo genere animabus commemorationem fieri specialem, qua die voce Praeconis, vel aliter prout videbitur faciendum usque ad quatuor millia pauperum, ad ipsam ibidem convocentur Missam. Post quam Missam factaque processione congrua pro defunctis, fiat per aliquem ex Fratribus dicti Conventus Sermo congruus pauperibus et aliis convenientibus ibidem et specialis commemoratio, precesque DEo et beatae Mariae Virginis effundantur, specialiter pro animabus ipsius Testatoris, ejus Conjugis & ipsius Defuncti genere conjunctorum, ac morientium in futurum, et hortentur singuli adstantes pro ipsius Testatoris anima, Ave Maria dicere orationem, quo quidem Sermone finito singulis pauperibus usque ad complementum numeri quatuor millium praedictorum, si tot conveniant ipsa die donentur quatuor denariis Viennensibus prædictorum, vel in alia moneta ipsos quatuor denarios valente, & praedicta distributio fiat per Gardianum, qui pro tempore fuerit, assisteturque

Ele-

Eleemosyna suprædicta super pedagio Camberiaci & ipsa die dentur Fratribus Minoribus decem libræ prædictorum Viennensium pro una pidancia quæ assetentur ut supra, & si defectus esset aliquo tempore quo pedagium prædicta non valeret, Hæres defectum supplere teneatur. Item jussit, mandavit, voluit, & ordinavit annis singulis perpetuo in Festo Assumtionis Beatæ Mariæ Virginis in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Burgo in Bressa unam Missam annualem ad notam celebrari pro defunctis, & per Sacerdotem ipsam Missam celebrantem, nec non omnes alios, & singulos Sacerdotes tunc congregatos, & celebrantes ibidem pro ipsius, & ejus Conjugis, & aliorum Prædecessorum suorum animabus commemorationem fieri specialem, qua die vocè præconis vel aliter prout videbitur faciendum, usque ad quatuor millia pauperum ad ipsam ibidem tunc convocentur, Missam, qua Missa celebrata, & facta processione pro defunctis congrua sicut decet, fiat Sermo per aliquam dignam ad hoc, & idoneam personam, dictis pauperibus, & aliis personis convenientibus ibidem, & commemoratio specialis, precesque DEo, & Beatæ Mariæ Virgini effundantur pro ipsius Testatoris, ejus Conjugis & aliorum de ipsius genere defunctorum animabus; conjunctorum ac morientium in futurum, & hortantur singuli adstantes ibidem pro ipsius anima Testatoris dicere Orationem Ave Maria de præsenti. Quo quidem finito Sermone singulis pauperibus, usque ad complementum quatuor millium prædictorum si tot conveniant ipsa die, donentur quatuor denarii Vienn prædictorum, vel in alia moneta usq; ad valorem ipsorum, quæ distributio fiat per Priorem, & Curatum dicti loci, qui curam habeant prædictorum, & congregent viginti Sacerdotes ipsis & aliis ejusdem Ecclesiæ sacerdotibus in viginti sacerdotibus computatis, quibus viginti Sacerdotibus legavit decem libras Vienn. annuales inter ipsos distribuendas æqualiter per Priorem, & Curatum, ita quod quilibet dictorum Prioris, & Curati duplicem habeat Portionem; quæ decem libræ cum denariis dandis pauperibus per Hæredem suum universalem & ejus Successores solvi voluit atque jussit. Item voluit, jussit, & ordinavit unam Capellam fieri, seu factam in Ecclesia Prioratus Conziaci, dotavit de libris viginti annualibus Viennensibus prædictorum assetandis congrue per Executores infra scriptos, in Capella instituatur perpetuus Capellanus, ad præsentationem Comitis Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit, jus præsentandi & Patronatus in dicta Capella suis Hæredibus perpetuo retinendo; Idem vero Capellanus in Missis singulis pro ipsius Testatoris & suorum animabus ut supra, commemorationem facere teneatur. Item pro uno anniversario ipsius Testatoris & suorum Prædecessorum animabus in Prioratu prædicto annis singulis faciendo legavit ipsi Prioratui vineam suam de Pinea, si tam in Parochia de Chasey prope Bellicium, in mandamento & Castellanea Rossillionis, in territorio videlicet dicto de Binea juxta vineam Hæredum Petri Russi de Bellicio quondam ex una parte & terram eorundem ex altera, & vineam Hæredum Hugonis de Camera quondam ex alia, & vineam Domini Joannis de Camera ex alia, & nemus illorum de Billieu ex alia, & viam publicam qua itur de Bellicio apud Billiacum, aliis confrontationibus semper salvis, cum juribus & pertin. vineæ supra dictæ. Item pro reficienda Ecclesia Yennæ, eidem legavit Ecclesiæ libras centum Viennenses prædictorum semel solvendas. Item in ipsa Ecclesia Yennæ, si in ea Altare aliquod dotatum non sit, vel si omnia dotata sint, unum fieri voluit, & mandavit, quod dotari voluit de viginti libris Annualibus monetæ prædictæ assetandis ut supra, per Executores subscriptos, & ad serviendum eidem perpetuo, Capellanum instituat ad præsentationem Comitis Sabaudiæ successoribus suis Patronatus perpetuo reservando; Capellanus autem instituendus commemorationem pro animabus ut supra facere teneatur. Item pro reficienda Ecclesia Talumiæ legavit eidem Ecclesiæ centum libras Viennenses prædictorum semel solvendas. Item in ipsa Ecclesia unum altare seu Capellam ut supra fieri voluit, & de libris viginti annualibus dotari, jus Patronatus ipse suis Hæredibus retinens, & Commemorationem pro suæ animæ, & suorum requisitione, prout supra dictum est, fieri in Ecclesia Yennæ, & in ipsa Capella præsentari, & instituti perpetuum Capellanum. Item cum ipse diu est, ordinavit in Ecclesia Beatæ Mariæ de Burgo in Bressia, unam grossam Candelam, seu Torchiam ex cerae ardentis continue ad honorem Beatæ Mariæ Virginis vult, jubet, & mandat ipsam ibidem candelam seu torchiam ardere perpetuo, & assetari que per Executores sufficienter aliquos redditus ad prædicta. Item jubet, & mandat ad arbitrium dictorum Executorum universis, & singulis Ecclesiis Cathedralibus, Abbatiis, Monasteriis, Prioratibus, & Parrochialibus Ecclesiis, & aliis locis piis totius Comitatus Sabaudiæ, Eleemosynam fieri pro ipsius & suorum animabus, per Hæredemque suum persolvi. Item legavit Fratri Petro de Coysia viginti libras Viennenses per Haeredem suum sibi annis singulis, dum vixerit, persolvendas. Item Fratri Joanni de Duysia ejus Socio Ordinis Minorum prædicti libras decem Viennenses prædictorum ad vitam annualiter ut supra. Item Fratri Guillelmo de Coignino Ordinis Praedicatorum Confessori suo legavit viginti libras Viennenses prædictorum, per Haeredemque suum sibi solvi jussit annis singulis dum vixerit. Item Fratri Petro socio ipsius dicti ordinis Praedicatorum legavit decem libras praedictorum Viennenses ad vitam ipsius annis singulis persolvendas. Item jussit, voluit, & mandavit, quod totum argentum, quod habebit jure Seignoriae, per Haeredem sùum infra scriptum quousque compleverit quartum decimum annum de Argenteriis totius Comitatus Sabaudiae ad manus praedictorum Executorum perveniat, qui de ipsis Calices fieri faciant quos donent Ecclesiis Frunitis, & munitis Calicibus, primo Capellis in praesenti Testamento ordinatis, prout eis videbitur faciendum. Item legavit Bastardo Bellijoci, qui nunc dicto Testatori servit, Mistraliam

Digitized by Google

liam Villae-Novae & Insulae de Ciers, sine alicujus Censae, seu firmae, solutione, cum juribus, et pertinentiis suis, & domum quam habet supra Chaussiatam Stagni Sancti Diderii de Insula et Molendinum ibidem existens quae Mistraliam, Molendinum, & Domum, idem Bastardus teneat in feudum ligium à Comite Sabaudiae infra scripto & suis Successoribus in perpetuum, ipse Bastardus, & sui, & de ipsis Homagium, ligium eidem Comiti, & suis successoribus facere teneatur; & servitium ut ligius contra omnes, & domus sit reddibilis Comiti Sabaudiae, qui pro tempore fuerit, Item legavit Naturalibus suis Ogerio, & Amedeo, ultra illud bonum quod Amedeus Filius ipsius Testatoris eis faciet, centum libras Viennenses praedictorum annui redditus, pro quolibet tempore asse tandas sufficienter eisdem per Tutores infra scriptos ad consilium infrascriptorum Consiliariorum, & Executorum, qui Naturales pro praedictis dicto Comiti & Successoribus suis ad Homagium ligium teneantur, & eidem ad servitium ligium contra omnes. Item legavit Joanni Filio suo naturali Cantori Gebennesii centum libras Viennenses praedictorum annui redditus assetandas per Tutores, & Executores supradictos, quas percipiat dum vivet. & post ejus decessum ad Haeredem universalis ipsius Testatoris infrascriptum totaliter revertantur. Item legavit Donatae suae, moniali de Bonsquamdiu vivet annis singulis quadraginta libras Viennenses, praedictorum assetandas eidem per Tutores & Haeredem infra scriptos. Item voluit, & jussit, quod singulis familiaribus, et servitoribus suis fiat satisfactio, et remuneratio unicuique, secundum qualitatem sui servitii, & attentis tempore quo servivit, & statu, & conditione personae ad arbitrium infra scriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum, & prout eis videbitur faciendum. Item voluit & ordinavit quod Dominae Joannae ejus Nepti Filiae quondam Comitis Eduardi Ducissae Britanniae, fiat satisfactio, & attendatur pro jure quod ipsa posset habere contra ipsum, vel in Comitatu Sabaudiae; juxta Tractatum cum eadem factum dudum, & Sigillatum Sigillo Domini Regis Franciae, vel plus vel minus secundum quod videbitur esse justum, & concordari poterit. cum ipsa ad evidentiam & arbitrium infra scriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum, aequitate, & justitia pensata, ita tamen quod concordato cum ipsa & in satisfaciendo pacto teneatur quittare, contra ipsum Dominum Comitem, ejus Haeredes, & in Comitatu Sabaudiae, cum pactis, conditionibus & aliis quae fieri videbuntur. Item, vult & ordinat quod Magister Palmerius, Phificus suus, dum in humanis erit, sit Phificus & familiaris Comitis infra scripti sui Haeredis universalis, sub salario, & pensione sufficienti ad arbitrium infrascriptorum Tutorum, Executorum & Consiliariorum, scilicet centum solidorum grossorum Turonensium. Item voluit, jussit, & mandavit idem Testator de fide, legalitate & industria Domini Georgerii de Solerio de Yporegia nunc Cancellarii sui confidens ad plenum, & ut idem de impensis & impendendis servitiis fiat remuneratio quod ipse Dominus Georgius dum vitam naturalem duxerit in humanis, sit Cancellarius ejus Haeredis Universalis infra scripti, & ipsius in posterum Successorum, officiumque Cancellariae ad plenum teneat, & exerceat, sitque Cancellarius, & familiaris Commensalis Comitis supradicti, & Successorum ejusdem, & computare de Sigilli exitibus teneatur, cui tamen fiat remuneratio de labore per ejus Haeredem infra scriptum, vel ejus Successores ipsi Domino Georgio, secundum quod aequum fuerit atque justum annis singulis quoad vivet. Item dilectam filiam suam Blanchiam, in triginta millibus libris Viennensibus praedictorum, sive triginta millibus florenis auri solvendis, cum maritabitur, terminis sufficientibus ad ordinationem infrascriptorum Tutorum, & Executorum sibi Haeredem instituit, & pro ipsis eam voluit esse tacitam, & contentam, ita quod nihil amplius in ipsius Testatoris Haereditate possit petere occasione Successionis Paternae: Cui Blanchiae, si ipsam quandocunque mori contigerit, quod absit, sine liberis uno vel pluribus ex ipsius corpore, & legitimo Matrimonio procreatis, vulgariter, pupillariter & per fidei commissum & alio modo quo melius potest, substituit Amedeum ejus primogenitum si viveret tempore mortis ipsius Blanchiae, & si non viveret, ipsius Amedei Haeredem masculum succedentem in Comitatu Sabaudiae, quod si nullis relictis masculis decesserit, Joannem ejus Filium secundo genitum, si viveret, vel ejus Haeredem masculum in Comitatu succedentem praedicto, in viginti sex millibus librarum Viennensium praedictorum, quatuor vero millia residua possit ipsa Blanchia legare, & de ipsis disponere, prout suae fuerit voluntatis. Item Joannem dilectum suum filium secundo genitum, sibi Haeredem instituit in quinque millibus librarum Viennensium praedictorum annui redditus assetandis, & assignandis per Haeredem suum infrascriptum, ad consilium infrascriptorum Tutorum, Executorum, & Consiliariorum in locis, ubi, & prout eis videbitur pro meliori Comitatus Sabaudiae, in Castris, & Jurisdictione, aestimando tamen jurisdictionem in assignatione, & reddita supradictis, cui Joanni si ipsum, quod absit, mori contigerit, quandocumque sine haeredibus masculis uno vel pluribus ex ipsius proprio corpore, legitimoque Matrimonio procreatis, substituit vulgariter, pupillariter, & per fide-Commiss. Amedeum Filium ipsius Testatoris infrascriptum suum universalem Haeredem, & ejus Haeredes Comites Sabaudiae quae quidem assetatio & assignatio non fiat, nec fieri peti possit per dictum Joannem, nec etiam praedicta in quibus est institutus ut supra, usque quod pervenerit ad aetatem perfectam viginti quinque annorum, interim tamen Haeres universalis praedictus teneatur ipsi Joanni necessaria ministrare secundum decentiam sui status, & pro praedictis idem testator dictum Joannem Filium suum esse voluit tacitum & contentum. Ita quod in bonis Paternis nihil amplius possit petere, exigere, vel habere quoquo modo, nisi in casu substitutionis infra scriptae: Praedicta si quidem idem Joannes, & sui Haeredes in feudum & Homagium legium teneant, & tenere

Digitized by Google

nere debeant, ac se tenere fateantur, & effectualiter recognoscant ab Hærede, universali ipsius Testatoris infrascripto & suis successoribus in Comitatu Sabaudiæ; & pro prædictis homagium ligium facere teneantur ipsis Amedeo & Successoribus Comitibus Sabaudiæ, eisque ligiis servire de Feudo prædicto & persona, nec alicui alteri possit homagium ligium facere dictus Johannes vel sui Hæredes, seu non ligium quoquomodo, nisi Comitis Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit, & ad hoc sacramento & obligatione solemni, idem Joannes se adstringere teneatur cum faciet primum Homagium, quod facere teneatur cum sibi expedientur redditus, & terra prædicta, & sic ejus Hæredes successive usque in infinitum cum fidelitates renovabunt, & facient debitum Sacramentum, & revestituram postulabunt, nisi de Consensu, authoritate, & voluntate ejusdem Amedei, vel Comitum qui pro tempore fuerint, quam revestituram facere, & recipere fidelitatis sacramentum Comes qui pro tempore fuerit, non teneatur, nisi fiat obligatio, Sacramentum & promissio quæ, & prout superius declarantur, quod si eumdem Joannem mori contigerit sine Hæredibus masculis ex ipso, & legitimo matrimonio procreatis, & ei succedere vigore substitutionis prædictæ dictum Amedeum, vel ejus descendentes Hæredes ex ipso ut supra relictis filia, vel filiabus una vel pluribus ex ipsius corpore, & de legitimo Matrimonio procreatis, prima ei succedat, in decem millibus libris semel Viennensibus prædictorum, secunda vero & deinceps qualibet in quinque millibus libris Viennensibus prædictorum semel, quas dictus Amedeus seu ejus Hæredes masculi succedentes eidem Joanni terminis sufficientibus solvere teneantur eisdem, & pro praedictis ipsam, & ipsas esse voluit tacitas, & contentas, Tutores autem, & Curatores Amedei infrascripti sui universalis Hæredis Joannis & Blanchiae liberorum suorum esse voluit, disposuit, & ordinavit Dominos Ludovicum de Sabaudia, Dominum Uuaudi Consanguineum suum charissimum, & Amedeum Comitem Gebenensem, Nepotem suum dilectum, dum vivent in humanis, & si, quod absit, durante tempore dictæ tutelæ, vel curae alter ipsorum moreretur, vel de ipsis se nollet immiscere, superstiti volentique administrare remaneat tota Tutela Cura, & administratio, ita tamen quod iidem Tutores dum vivent & acceptabunt, ambo simul administrent & gerant cum Consilio in singulis Marchiis infrascriptorum Consiliariorum & Executorum, vel majoris partis ipsorum, qui Tutores, durante tempore Tutelæ dicti Amedei universalis Hæredis non teneantur ad confectionem Inventarii, nec ad redditionem rationis administrationis praedictae; post pubertatem autem dicti Amedei tempore videlicet dictæ curæ ad inventarium faciendum, & rationem reddendam administrationis hujusmodi teneantur de administrandis tempore curæ, consiliarii vero in Marchia Sabaudiæ sunt hii: Dominus Gulielmus Dominus Intermontium, Dominus Petrus Dominus de Veteriis, Dominus Petrus Mareschalci, & Dominus Petrus de Montegelaco Milites; in Viennesio Dominus Hugo, Dominus Malibecci, Dominus Amedeus Miribelli, Dominus Petrus de Montebello Castellanus Scalarum, Dominus Gulielmus de Miribello Castellanus de Faramans, Dominus Amedeus de Bellovidere, Dominus Godomarus de Failo, & Dominus Guinus de Sancto Simphoriano Milites; in Bressia Dominus Petrus de Palude, Dominus Varembonis, Dominus Joannes Dominus S. Amoris, Dominus Joannes Dominus de Fromontes, Dominus Galesius de Balma, Dominus Valusini, & Dominus Joannes, Dominus Corgenonis Milites: in Chablasio Dominus Guichardus tunc Episcopus Sedunensis, Dominus Rodulphus de Blonnay, & Dominus Petrus de Saillione Milites: in Valle Augustæ, Dominus Nicolaus Episcopus Augustensis, & Dominus Petrus de Chalant Condominus Montis-Joveti; in Valle Secusiæ, Dominus Rodulphus Abbas Sancti Michaelis de Clusa, & Dominus Gulielmus Condominus de Ripa alta. Item liberos suos, & specialiter infrascriptum universalem Hæredem suum & totum Comitatum Sabaudiæ recommendat humiliter, & devote Summo Pontifici Domino nostro, Sacro Reverendorum Patrum Dominorum Ecclesiæ Romanæ sanctæ Cardinalium Collegio, Dominis suis Carissimis Regibus Francorum, & Navarræ, Duci Normandiæ, Comiti de Alencono, Burgundiæ & Borbonii Ducibus ac Nepotibus, & fratri suis Carissimis, Dalphino Viennensi Marchioni Montisferrati, Comiti Altissiodorensi, Domino Bellijoci, Principi Achayæ, Dominis Mediolani, & Universis singulis suis Dominis, amicis, fidelibus omnibus, & Vassallis qui nunc sunt, & pro tempore fuerint. In omnibus autem aliis bonis suis, Principatu, Comitatu Sabaudiæ, Ducatu Chablasii & Augustæ Marchionatu in Italia, Dominio Baroniarum Baugiaci, & Coloniaci, Civitatibus, Castris, Villis, Feudis, Retrofeudis, Vassalis, hominibus Juribus, jurisdictionibus, meris mixtis imperiis, honorantiis, actionibus, rationibus, & dreyturis, præsentibus & futuris, ad ipsum quoquo titulo, causa, occasione, vel jure spectantibus præsentaliter, & in futurum in Comitatu Sabaudiæ, Regno Franciæ vel alibi, ubicunque sibi Hæredem universalem instituit Amedeum filium suum primogenitum prædilectum: Et si prædictum Amedeum & ejus liberos masculos in infinitum agnatos ex legitimo matrimonio descendentes, si quos habebit, mori contigerit in ætate pupillari, vel postea quandocunque sine liberis masculis ex eo, legitimoque matrimonio procreatis, Joannem ipsius Testatoris Filium secundo-genitum si tunc esset superstes, alias ejus liberos masculos legitimos & naturales in infinitum videlicet ex his primogenitum eidem substituit, & si dictos Amedeum, & Joannem, & eorum Agnatos Liberos in infinitum masculos ex legitimo matrimonio procreatos, si quos haberent, mori contingeret sine liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis, Dominum Ludovicum de Sabaudia Consanguineum suum charissimum si viveret, alias ejus liberos in infinitum masculos agnatos ex legitimo matrimonio procreatos, videlicet primogenitum eisdem substituit excepta Baronia Terræ Baugiaci prædictæ, cum Castris, juribus, & pertinentiis, quam eo

casu

casu vult ad Blanchiam Filiam suam prædictam pervenire, ut tamen ipsa in feudum, & homagium ligium a Comite Sabaudiæ qui tunc erit, & ejus Successoribus Comitibus Sabaudiæ teneat plenarie, pertinere, & de ipsis servire ligie contra omnes teneatur. Quod si dicta Blanchia tunc non esset superstes, vult idem testator eandem Baroniam, & Terram ad carissimum Nepotem suum Dominum Amedeum Comitem Gebennensem devenire, qui teneat ipsam in feudum ligium, & sub homagio ligio pro se, & suis Hæredibus, seque tenere a Comite Sabaudiæ recognoscere teneatur, qui tunc erit, & Successores ejus & pro ipsa sibi servire ligie contra omnes. Si vero dictos Amedeum, Joannem & Dominum Ludovicum, & masculos eorum Liberos in infinitum agnatos, procreatos, ut supra, si quos haberent, contigerit, quod absit, sine Liberis masculis ex legitimo matrimonio procreatis obire, tunc eundem Comitem Gebennensem ipsis Hæredem universalem substituit in toto Sabaudiæ Comitatu, cæterisque bonis suis ubicunque sint, excepta Baronia Terræ Baugiaci supradicta, videlicet eo casu quo substitutio locum haberet in eadem terra, quoad Blanchiam Filiam suam supradictam, in casibus autem in quibus locum proxime haberent, substitutiones prædictæ, si qua, vel quæ Filiæ dictorum Amedei, & Joannis Filiorum suorum extarent maritandæ, vult primogenitæ nomine dotis triginta millia florenorum per tunc Comitem Sabaudiæ dari, cæteris vero Filiabus, si quæ forent, cuilibet viginti millia florenorum auri. Executores autem hujus suæ ultimæ voluntatis esse vult, & disponit Dominos Archiepiscopum Tharentasiensem, Episcopos Sedunensem, Marianensem, & Bellicensem, Abbatem Sancti Michaelis de Clusa, Dominos Gulielmum de Montebello Dominum Intermontium, Dominum Petrum Dominum de Viteriis, Petrum Merescalci, Petrum de Montegelato Milites, Georgium de Solerio, Gulielmum Boni, & Fratres Petrum de Coysia Ordinis Minorum, & Gulielmum de Coignino Ordinis Prædicatorum, quibus seu majori parti ipsorum idem Dominus Comes Testator concedit, & committit plenum Executionis arbitrium, & plenariam potestatem quæ aliquo vel aliquibus ex ipsis morientibus ad alios cum integritate remaneat super tota omnia supradicta. Hanc autem suam ultimam voluntatem, & ordinationem, ac dispositionem validam asseruit esse velle, quam valere voluit, jussit & disposuit idem Testator jure Testamenti nuncupativi, seu alterius ultimæ Voluntatis, seu jure Donationis, facta inter vivos, vel Donationis causa mortis, aut jure Codicillorum, & si forte non valeret, jure Civili vult & jubet, quod valeat secundum Canonicas sanctiones, vel eo jure, modo & forma, privilegio usu, & consuetudine quibus melius valere poterit, & tenere, & hanc ordinationem suam, & dispositionem vult, & jubet esse suum ultimum Testamentum, & validum sine scriptis, quamvis in scriptis redactum, & suam ultimam voluntatem, & si quod aliud Testamentum, seu alia Testamenta, Codicillos seu ultimas voluntates alias fecit vel condidit, aut aliqualiter disposuit, illud, & omnia alia & singula, præter præsens Testamentum, revocat penitus, & annullat, non obstantibus aliquibus verbis derogatoriis appositis in eisdem aliis Testamentis, Codicillis, seu aliis ultimis Voluntatibus, volens & jubens expresse omnia, & singula alia Testamenta & alias quascunque ultimas voluntates, & dispositiones ante præsens Testamentum factas, & facta fore cassa, nulla, irrita, & inania, & nullius esse valoris & momenti, præsenti Testamento duntaxat in suo firmitatis pleno robore permanente & perpetuo valituro, ac si dicta verba derogatoria essent in præsenti Testamento declarata specialiter, & expressa. Penitens itaque omnium aliorum Testamentorum, ac dispositionum factarum ac factorum ante præsens Testamentum & de ipsis inhibens instrumenta fieri vel levari, tenore præsentis Instrumenti volens atque jubens, quod nos Notarii infra scripti, & quilibet nostrum prædicta omnia in publicam formam redigamus ad dictamen & Consilium Peritorum, & inde fieri & levari unum, & plura publica instrumenta de omnibus, & singulis supradictis, & de quolibet legato, & de qualibet Clausula pro Hæredibus, & Legatariis, & aliis omnibus, & singulis quorum interest, & interesse poterit, dictanda & reficienda semel, & pluries ad dictamen, & consilium sapientium, Rogans omnes Testes infrascriptos quod huic Testamento suo, & ultimæ voluntati qui ad hoc fuerint specialiter convocati testes esse velint, & de omnibus supra dictis, quæ continentur in ipso. Actum in Domo forti Domini Petri Marescalci Militis, apud Crestum Castellaniæ, Montismeliani Diocesis Gratianopolitani in Camera a latere deversus Priorat um de Albino, Anno, Indictione, & die quibus supra, præsentibus Domino Joanne, Domino Corgenonis Milite, D. Petro Marescalci Milite, D. Georgio de Solerio, Fratre Gulielmo de Cognino, & Fratre Petro Bordonis Ordinis Prædicatorum, Gulielmo Boni Burgensi Camberiaci, Magistro Bonifacio Boncastalis Phisico, Camberiaci commorante, Francisco Maillolii de Ast, & Joanne Boccacosa de Janua Apothecariis, Camberiaci Residentibus, Jacomedo de Villareto, Domicello, Joanne Barberio dicti D. Comitis, & Quirio de Crostis de Ripolis familiaribus dicti D. Comitis, & Gulielmo de May de Sancto Juliano Testibus vocatis & rogatis per dictum Testatorem ad omnia supradicta.

XL.

Transactio facta inter Humbertum, Delphinum Viennensem & Philippum de Vienna, Dominum de Pymont d. d. ult. Jul. An. 1343.

In Nomine Domini Amen.

NOverint universi & singuli, præsentes & futuri, quod anno ejusdem MCCCXLIII. Indict. XI. die ultima mensis Julij. Pontificatus Sanctissimi Patris & Domini, Clementis Papæ VI. anno II. constituti personaliter propter ea, quæ sequuntur Illustris Princeps, Dominus Humbertus Dalphinus Viennensis ex una parte, & Viri Nobiles, Dominus Philippus de Vienna, Dominus de Pymont, & Guido de Vien-

Vienna, ejus filius Primogenitus, conſanguinei ejusdem Domini Delphini nomine ſuo, & aliorum liberorum ipſius, Domini Philippi, quos habuit a Domina Margareta de Montelupello, uxore quondam ejusdem Domini Philippi, quæ fuit filia Guidonis quondam Domini Montislupelli ex parte altera coram teſtibus, & me Notario infra ſcriptis. Cum præfati Domini Philippus & Guido de Vienna ejus filius, ſuis & nominibus quibus ſupra, peterent a dicto Domino Delphino Caſtra Montislupelli, de Vallibus & Baſtidam Montislupelli cum juribus & appenditiis eorum, vigore cujusdam Subſtitutionis, factæ quondam, ut dicitur, per Dominum Guidonem, Patrem dictæ Dominæ Margaretæ, quam & liberos ejusdem in prædictis caſtris ſuis ſubſtituit dictus quondam Guido, Dominus Montislupelli in ejus teſtamento, de quo extare dicitur publicum Inſtrumentum, dictaque de cauſa ipſi Domini Philippus & Guido ejus filius, aſſerebant, dicta Caſtra ad ipſum Guidonem & alios prædictos ipſius Domini Philippi liberos legitime pertinere, dicto Domino Delphino in contrarium aſſerente, & dicente quod prædicta caſtra Montislupelli, de Vallibus & de Baſtida Montislupelli, cum juribus & pertinentiis eorundem, ad uſum Domini Delphini in ſolidum juſtis & legitimis cauſis rationibus & titulis pertineant pleno jure Hinc eſt quod dicti Domini Delphinus & Domini Philippus & Guido ejus filius, quibus ſupra nominibus volentes de prædictis ad transactionem validam & concordiam devenire, præſertim dictus Dominus Delphinus attendens, ut dicebat, dilectionem & conſanguinitatem antiquas & vigentes inter dictum Dominum Delphinum aliosque de Progenie eorundem; quorum Conſideratione vult ad hæc amicabilius declinare, convenerunt, tranſegerunt & concordarunt, dictus Dominus Delphinus pro ſe ſuisque hæredibus & Succeſſoribus, & dicti Dominus Philippus, tanquam legitimus Adminiſtrator liberorum ſuorum, & Guido de authoritate & mandato ejusdem Domini Philippi Patris ſui præſentis, pro ſe & aliis liberis ſupradictis, ſuisque et aliis hæredibus & Succeſſoribus perpetuo de prædictis omnibus in hunc modum Solennibus ſtipulationibus mutuis intervenientibus hinc & inde, videlicet, quod dictus Dominus Delphinus in ſatisfactionem & recompenſationem prædictorum, totiusque querelæ & jurium competentium & competitorum dictis Dominis Philippo, Guidoni ejus filio, & aliis quibuscumque liberis ſuis, hæredibus, vel Succeſſoribus in Caſtris Montislupelli, Vallium & Baſtidæ, juribus, mandamentis & pertinentiis eorundem, & cum uſibus ipſorum, virtute ſubſtitutionis prædictæ, vel alia qualibet ratione; ita quod nunquam perpetuo ipſi Dominus Philippus & Guido, & liberi ejusdem Domini Philippi, aliique eorum poſteri, poſſint vel debeant in prædictis quomodolibet querelare, nec dicere jus, vel reclamationem ſe habere, ſeu aliqua ulterius petere in eisdem; conceſſit dedit & donavit pura donatione ſimplici & irrevocabili quæ dicitur inter vivos, dicto Guidoni de Vienna præſenti & recipienti, de conſenſu dicti Domini Philippi Patris ſui præſentis, CCC. florenos auri juſti & legalis ponderis Delphinalis, annui & perpetui valoris pro quibus tradidit & conceſſit Caſtrum Enteſiaci in valore terræ cum mero imperio & juriſdictione omnimoda; in cujus Caſtri redditibus, valoribus dictorum trecentorum florenorum, valores annui aſſignentur, inveſtiens dictus Dominus Delphinus præfatum Guidonem præſentem de prædicto caſtro per traditionem annuli ſui, Mandans & præcipiens univerſis & ſingulis ſubditis dicti Caſtri Enteſiaci & ejus mandamenti, præſentibus & futuris, quo dicto Domino Guidoni de Vienna & ſuis perpetuo hæredibus & Succeſſoribus obediant, Solvant & reſpondeant. Item fuit actum, & in pactum expreſſe deductum inter dictos Dominum Delphinum ex una parte, & dictum Dominum Philippum, quo ſupra nomine, ac præfatum Guidonem ex altera; quod dictus Guido de Vienna prætextu donationis Caſtri prædicti Enteſiaci jurare debeat fidelitatem ligiam dicti Domini Delphini; & etiam quod ille ex hæredibus dicti Domini Philippi, qui erit primogenitus ſuccedens vel Succeſſuri in principali nomine dicti Caſtri Enteſiaci, & tenens dictum Caſtrum faciat inde homagium ligium dicto Domino Delphino Deinde ibidem & in continenti prædictus Guido de Vienna, ſciens & ſpondaneus primogenitus dicti Domini Philippi, de authoritate ipſius per ſe, & hæredes ſuos & ſucceſſores, gratis & ſpontanea voluntate, ex prædicta cauſa confitens & recognoſcens, ſe & Succeſſores ſuos tenere debere prædictum Caſtrum de Enteſiaco in feudum, & de feudo reddibidi dicti Domini Delphini hæredum & Suceeſſorum ſuorum & propterea fecit & præſtitit homagium ligium ante & contra omnes alias perſonas, dicto Domino Delphino præſenti & recipienti ad opus ſui ſuorumque hæredum & Succeſſorum flectendo pedes; poſitis ſuis manibus inter manus dicti Domini Delphini, & interveniente oris oſculo in ſignum fidelitatis & amoris, & jurans ſuper Sancta Dei Evangelia, ab eo corporaliter tacta, fidelitatem dicto Domino Delphino pro ipſo & ſuis omni tempore attendere, ſervare incolume, tutum, honeſtum, facile utile & poſſibile & alia omnia, quæ in Capitulo de forma fidelitatis novo & vetere continentur.

Actum

Digitized by Google

Actum apud Viennam, in Monaſterio Abbatiæ S. Petri foris portam, præſentibus Reverendis Dominis in Chriſto Patribus, Domino Henrico de Villars Lugdunenſi Bertrando de Capella Viennenſi, & Hugone de Vienna Biſuntino Dei gratia Archiepiſcopis, Joanne etiam gratia Gratianopoli Epiſcopo Magnificis & Nobilibus viris, Domino Ludovico de Pictavia, Comite Valentinenſi, & Domino Hugone Domino Virvillæ, Raynaudi Alamandi, Domino S. Georgii, Amblardo Domino Belli montis, Guigone de Morgia Domino Spinæ, Militibus. Signè Fromenti.

XLI.

Promiſſio Ludovici, Regis Siciliæ, Jacobo de Sabaudia, Principi Achajæ facta de reddendo ipſi Principatu Achajæ, d. d. 18. Mart. An. 1346.

Ludovicus Dei gratia Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Cerviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæque Rex Princeps Salermitanus, & honoris & monti Sancti angeli Dominus. Strenuo & Magnifico Viro, Domino Jacobo de Sabaudia Principi Achayæ, ſuo devoto & fideli Salutem & Regii favoris affectum. Cum omni bono, veſtræ ſtrenuæ Nobilitatis fidelitas noverit legationes veſtras cum Credentialibus Litteris, per Jacomedum de Rivoſico, Nuncium veſtrum ad nos transmiſſum, nobis relatas benigne exaudiviſſe & plene intellexiſſe; inter quas à nobis petebatis, ut cum, DEo fauente, regimen Regni Siciliæ & pertinenciarum ejus ad manus noſtras devenerit, ex tunc Principatum Achayæ, & ea quæ à vobis alienata ſunt, vobis reddere dignaremur, vos exinde, per nunc Litteris noſtris authenticis aſſecurantes, ſuper quo Veſtræ fidelitatis, Magnificentiæ hoc modo proinde reſpondemus, quod ecce cum omnibus proximis noſtris Amicis & vicinis, cum tota potentia noſtra, illuc proficiſci & tranſire parati ſumus, & dum favente Salvatoris clementia dictum regnum Siciliæ & pertinentias ejus, veſtro Amicorum & proximorum veſtrorum, Adjutorio mediante, obtinebimus, & ad noſtras manus Regias devenerit, vos firmiter aſſecurando promittimus per preſentes, quod Principatum Achayæ, & ea quæ veſtra ſunt vobis, ſicut ad jus veſtrum pertinent, reſtituemus jure veſtro conſervanda; Petentes exinde ſtrenuæ Nobilitatis veſtræ fidelitatem, ut fidelitate in eadem nobis per dictum Nuncium veſtrum promiſſa, cum veſtris proximis Cognatis & Amicis conſtantius, & perſeverantius perſiſtendo, nos ad obtinendum & acquirendum Regimen dicti Regni Siciliæ & omnium pertinentiarum ſuarum coadjuvare velitis. Præſentes autem ad certiorem cautelam & memoriam promiſſionis noſtræ miſimus vobis, Sigillo noſtro duplici communientes roborando. Datum Imnyſſegrad, quindecimo Calend. menſis Aprilis, anno Domini MCCC. XLVI.

XLII.

Contractus matrimonii inter Jacobi de Sabaudia, Principis Achajæ Filium, Philippum de Sabaudia, & Amadei, Comitis Gebennenſis filiam Mariam, initus, d. d. 4. Aug. An. 1346.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo tercenteſimo quadrageſimo ſexto Indictione quatuordecima, die quarta menſis Auguſti, per præſens publicum inſtrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum diu Tractatum extiterit inter illuſtres, & Magnificos Principes Dominos Jacobum de Sabaudia, Principem Achayæ, ex una parte & Amedeum, Comitem Gebenneſii ex altera, de Matrimonio contrahendo inter Philippum de Sabaudia, Filium dicti Domini Principis, & Mariam ipſius Domini Comitis Filiam, hinc eſt quod prædicti Domini Princeps, & Comes volentes prædictum Tractatum, juvante Domino, quantum eis poſſibile eſt, ad effectum perducere, & dictum Matrimonium inter dictos Philippum & Mariam, cum tempus ſuppeterit debite compleri. Dictus ſiquidem Dominus Princeps prædicto Domino Comiti præſenti, & michi infra ſcripto Notario ſtipulanti & recipienti more publicæ Perſonæ, vice & nomine, & ad Opus dictæ Dominæ Mariæ, ſolemni ſtipulatione promiſit, & ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta juravit ſe facturum, & curaturum cum effectu, quod prædictus Philippus ejus Filius prædictam Mariam ejusdem Domini Comitis Filiam accipiet, habebit, & tenebit, cum ad ætatem contrahendi pervenerit, in uxorem ſuam legitimam, Sancta Matre Eccleſia concedente, nec fecit, faciet, vel facere procurabit per quod dictum matrimonium non ſortiatur effectum, & verſa vice prædictus Dominus Comes prædicto Domino Principi præſenti, & michi jam dicto Notario modo ſimili ſtipulanti, ſolemni ſtipulatione, vice, nomine, & ad opus dicti Philippi ſolemni ſtipulatione promiſit, & ad ſancta Dei Evangelia corporaliter tacta juravit ſe facturum, & curaturum cum effectu, quod dicta Maria cum Philippo nubet, cum ad ætatem nubendi pervenerit, & ipſum accipiet, habebit & tenebit in Maritum ſuum, Sancta Eccleſia concedente, legitimum, nec fecit vel faciet, aut fieri procurabit propter quod dictum Matrimonium debite non conſumatur, vel aliqualiter impediatur quin debitum ſortiatur effectum, pro cujus Mariæ dote & nomine dotis idem Dominus Comes prædicto Domino Principi & michi præfato Notario ut ſupra ſtipulanti, & recipienti vice, nomi-

Digitized by Google

nomine, & ad opus dicti Philippi & omnium, & singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, destinavit, constituit quindecim mille florenos boni auri, & justi ponderis, quos quidem quindecim mille florenos ex causa dotis, quas supra, prædictus Dominus Comes prædicto Domino Principi, & michi præfato Notario ut supra stipulantibus & recipientibus stipulatione solemni & per juramentum quo supra, & sub Obligatione omnium bonorum suorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, solvere promisit per terminos & modum infra scriptos. Primo videlicet quando dicta Maria per dictum Philippum desponsata fuerit in facie Sanctæ Ecclesiæ, vel saltem quando ducta fuerit in Domum dicti Domini Principis septem mille florenos, quam in eam duci ordinatum est, & conventum per dictos Dominos in festo omnium Sanctorum proxime venturo, qui septem mille Floreni ex solemnibus Conventionibus inter dictos Dominos Principem & Comitem factis & initis, ad manus dicti Domini Principis debent pervenire & sibi solvi, & ex tunc in duobus annis, videlicet revoluto ex tunc biennio eodem termino duo mille florenos, & inde anno revoluto anno quolibet eodem termino duo mille florenos, & sic subsequenter anno quolibet eodem termino duo mille florenos usque ad integram & perfectam solutionem dictorum quindecim mille florenorum. Acto tamen, & in Pactis solemni stipulatione vallatis deducto inter Dominos Principem & Comitem, quod dicti octo mille Floreni in dictis quatuor ultimis solutionibus solvendi ponantur, & solvantur in manu cujusdam medii per dictos Dominos Principem, & Comitem eligendi, qui medius dictam Florenorum quantitatem recuperet, exigat, recuperareque, & exigere possit & debeat, habeatque exigendi potestatem plenariam præsenti instrumento per dictos Dominos sibi concessam, sine alio Mandato singulis Terminis supradictis, prout in singulis sunt solvendi, & nihilominus dictus Dominus Princeps ex solemni stipulatione & promissione circa hæc sibi facta, dictam quantitatem octo millium Florenorum destinatam pro dote prædicta in terminis supradictis petere possit, & requirere poni, & solvi in manibus depositarii supradicti, vel alterius ex infra scriptis per modum qui sequitur, & compellere dictum Dominum Comitem Gebennesii & fidejussores infra scriptos ad ipsam quantitatem Florenorum solvendo, ut in præsenti instrumento contra etiam Depositarii, vel Personæ pecuniam ipsam recipere debentes in ipsius pecuniæ exactione cessarent, & eos custodiat idem Depositarius, & conserver, quousque prædicti Philippus, & Maria ad ætatem pervenerint Matrimonium contrahendi; quo Matrimonio inter dictos Philippum & Mariam completo idem Mediis prædictos octo mille Florenos dicto Domino Principi expediat & deliberet, atque expedire & deliberare teneatur, prædicto Philippo, seu illi ad quem tunc dicta pecunia pertinebit, quia sic inter dictos Dominos solemniter actum extitit & conventum, acto etiam inter eos ut supra quod dicti Domini eligant dium Medium cum primum dicta Maria ducta fuerit in domum dicti Domini Principis, & si tunc non eligerent quod duo mille Florenos, primæ solutionis pecuniæ in dotem destinatæ ponantur, & solvantur per dictum Dominum Comitem in manibus Reverendi viri Domini Rodulphi de Montebello Abbatis Sancti Michaelis si tunc esset in loco, & haberi posset, si vero tunc non esset in loco, vel haberi non posset, solvantur, & ponantur in manibus Domini Guillermi de Ripalta, vel Nicolai ejus Fratris; Si vero prædictum Matrimonium inter ipsum Philippum & Mariam aliquo casu, vel causa sine tamen alterius dictarum Partium culpa prout infra, non compleretur, quod ex tunc id est, ex quo constaret dictum Matrimonium non compleri, lapso ex tunc uno anno, dictus Dominus Princeps prædictos septem mille Florenos per eum habitos & sibi solutos restituat, & restituere teneatur prædicto Domino Comiti in continenti revoluto anno, ex quo constaret dictum Matrimonium per culpam, ut præmittitur, non compleri, & dictus Medius dictos octo mille Florenos videlicet quantitatem solutam, & per ipsum Medium receptam dicto Domino Comiti restituat, & restituere teneatur in continenti, ex quo constaret dictum Matrimonium non compleri, quia sic inter dictos Dominos actum extitit, & conventum prout supra; Sin autem dictum Matrimonium propter culpam evidentem dictæ Mariæ, vel dicti Domini Comitis, vel alterius de Parte sua, non compleretur, tunc in illo casu prædictus Dominus Comes donat donatione pura, mera, simplici & irrevocabili inter vivos, prædicto Philippo, & prædicto Domino Principi, & michi memorato Notario recipienti & solemniter stipulanti vice, nomine, & ad opus dicti Philippi, prædictos septem mille Florenos prædicto Domino Principi in solutione prima solvendos faciens de prædictis dicto Philippo & dicto Domino Principi, & michi jam dicto Notario, ut supra recipienti, tot singulares, particulares donationes, quod nulla ipsarum insinuatione non indigeat, nec summam quingentorum excedat aureorum, solvens, & quittans ex causa donationis qua supra prædicto Philippo, & prædicto Domino Principi, & michi prædicto Notario recipienti ut supra, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc dictos septem mille florenos in casu quo propter ipsius evidentem culpam vel dictæ filiæ suæ vel alterius de parte sua, prout supra dictum, Matrimonium non compleretur, pactum non faciens expressum dicto Domino Principi de ipsis in illo casu ulterius non petendis, promisitque ad Sancta DEi Evangelia corporaliter tacta & juravit sub obligatione omnium bonorum suorum, prædicto Domino Principi in illo casu contra prædictam donationem non facere vel venire per se vel per alterum, publice vel occulte, & versa vice modo simili prædictus Dominus Princeps, si dictum Matrimonium non compleretur inter prædictos Philippum & Mariam, propter evidentem culpam ipsius Domini Principis, vel dicti Philippi seu alterius de parte sua, in illo casu, donat donatione pura, mera, simplici & irrevocabili inter vivos ex nunc prout ex tunc dictæ Mariæ & prædicto Domino Comiti, septem mille florenos boni auri, & justi ponderis de ipsis faciens dictæ Mariæ, & dicto Domino Comiti tot singulares & particulares donationes, quod nulla ipsarum insinuatione indigeat,

Digitized by Google

geat, ne ſummam quingentorum aureorum excedat: Promiſitque dicto Domino Comiti, & michi jam dicto Notario ut ſupra ſolemniter ſtipulanti & recipienti, vice, nomine, & ad opus dictæ Mariæ ſtipulatione ſolemni, & per juramentum ſuum ſuper Sancta DEi Evangelia corporaliter præſtitum, & ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium & immobilium, præſentium & futurorum, prædictos ſeptem mille florenos ex cauſa donationis quæ ſupra ſolvere dictæ Mariæ vel Mandato ſuo in illo caſu, in quo dictum Matrimonium non compleretur propter culpam evidentem ipſius vel dicti Philippi, vel alterius de parte ſua prout ſuperius in pace, & ſine lite, controverſia, vel quæſtione qualibet, omnibus exceptionibus & defenſionibus juris, & facti poſtpoſitis penitus & remotis, & contra prædictam donationem nunquam facere vel venire per ſe vel alterum, publice vel occulte, nec contra facienti vel venienti in aliquo conſentire, ſed ipſam donationem perpetuo firmam & ratam, habere, & tenere, & inviolabiliter obſervare, reſtituereque dicto Domino Comiti, vel mandato ſuo ſeu ad quem reſtitutio dotis, ſeu pecuniæ, pro promiſſa dote, deſtinatæ pertinebit, dictos ſeptem mille florenos in prima ſolutione pro dote ſibi ſolutos, quos quidem quindecim mille florenos dotales prout ſoluti, & numerati fuerunt, prædictus Dominus Princeps, conventionibus tamen prædictis ſemper ſalvis, prædicto Domino Comiti reſtituere promiſit per terminos quibus ipſe receperit ſimiles, obligans inſuper ſpecialiter & expreſſe prædictæ Mariæ Caſtra ſua infra ſcripta, cum Villis, Territoriis, mandamentis, redditibus, mero & mixto Imperio, & univerſis pertinentiis, videlicet Villam Francham, & Moretam, & in caſu, in quo Moreta non eſſet in manu dicti Domini Principis, vel dicti filii ſui, Carignanum promiſitque dictus Dominus Princeps quod faciet cum effectu quod Communitates dictorum Caſtrorum & Villarum ſolemniter jurabunt, quod dicta Caſtra & Villas cuſtodient, & ſervabunt dictæ Mariæ, & eidem Homagium facient, atque reſpondebunt, & obedient durante obligatione prædicta; Acto etiam inter dictos Dominos, prout ſupra, quod dicta Maria, dum dicta Caſtra tenebit in feudum & ſub homagio a dicto Domino Principe & ejus Hæredibus tenere teneatur, & quod dictus Dominus Comes ſatisdet dicto Domino Principi per Fidejuſſores infra ſcriptos de dicta dote ſolvenda terminis ſupra dictis, qui ſe & ſua obligent, Fidejuſſores vero dandi hinc, & inde ſunt hii: Primo, Dominus Comes Sabaudiæ, Dominus Ludovicus de Sabaudia, Dominus Bellijoci, Domini Cameræ, Myolani, Inter-Montium, Urteriarum, Antelmus ejus Frater, Anthonius de Claromonte, Dominus Cheironis, Dominus Miribelli, Dominus Faramanci, Aymonetus de Ponte-Vitreo, Domini Petrus, & Guillielmus de Compeſio Dominus Aulæ novæ, Domini Joannes Miſtralis, & Guillelmus de Caſtellione, & pro prædictis omnibus plenius attendendis, idem Dominus Comes Gebenn. ſubmiſit, & bona ſua Jurisdictioni Illuſtris Principis Domini Comitis Sabaudiæ, & ejus Curiæ. Actum Pinarolii in Caſtro dicti loci in Logia prope Turrem, præſentibus R. in Chriſto Patre Domino R. Abbate Cluſino, Dominis Guillelmo de Montebello Domino Alpinlani, Ludovico Rivoriæ Petro, de Compeſio Militibus, Martineto ex Comitibus Sancti Martini, Amedeo de Compeſio, Joanne de Monteforti, &c. Signatum Mahoner.

XLIII.

Contractus matrimonii inter Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ & Johannam de Burgundia Sancitus; d. d. 6. Jun. 1347.

EN nom de noſtre Seigneur Amen. L'an de Grace M. CCC. XLVII. en la Indicion XIV. le Mercredy apres la feſte Dieu, ſeſcyme jour du mois de Juing. Sachient tuit cil qui c'eſt preſent public inſtrument verrunt & orrunt, Que comme Traittié ait eſté entre tres-haus, & puiſſans Prince & Dame, Monſieur Eude Duc de Bourgoigne, Comte d'Artois & de Bourgoigne, Palatin & Seigneur de Salins; & Madame Johanne de France ſa femme, Ducheſſe & Comteſſe des Duchié, & Comtées deſſusdites, d'une part: A tres-noble, & puiſſant Prince Amey Comte de Savoye, Duc de Chablais & d'Aouſte, & Marquis en Italie de autre part. de faire Mariage de Madamiſſelle Joanne Fille fu Monſieur Philippe, de Bourgoigne, cui Dieus abſoille, & dudit Comte de Savoje: Sinſuit eſt, que eſtablies perſonelement leſdites parties en la preſence de treshaute & puiſſante Madame Blanche de Bourgoigne Comteſſe de Savoye, des tesmoins & des Notaires deſſos eſcripts pour le Traittié de ladite Madame de Savoye, fut accordé entre leſdites parties, & les gens de lours conſens, cy-deſſois nommés en la maniere & fourme qui s'enſuyt: Premierement, que ledit Comte de Savoye prendra a femme per Mariage madite Damiſelle Johanne Fille dudit Monſieur Philippe, quant elle ſera aagié. Item ledit Comte ha deja promis, que quant ledit Mariage ſe fera, il douëra ladite Fille, & ly doura tout entierement le Douaire que tient a preſent ladite Comteſſe, pour cauſe de Monſieur Eddouard jadis Comte de Savoye ſon mary, cuy Dieus abſoille, & en ultres ce, tous les autres Chaſteau, Villes, Terres, & poſſeſſions, que ladite Comteſſe tient de l'heritage le Comte de Savoye, et qu' elle ha acquis par quelque tiltre, ou maniere que ce ſoit; exceptés tant ſeulement les Chaſteaux de Marboz & de Cologniè enſemble les appartenances, desquelquelx ladite fille ne ſera mié douée & vandu c'eſt Douaire ou cas, ou ledit Comte ſurvivroit ladite Madame Blanche Comteſſe de Savoye. Item ou cas, ou ladite Comteſſe ſurvivroit ledit Comte, & auſſi ne pourroit tantoſt avoir ſon effait, ledit Douaire en honour & valour comme tout ce faut, que tient a preſent ladite Comteſſe tant par titre de

Digitized by Google

Douaire, comme par autre maniere, & ſe fera le preſent aſſignaul de Douaire és Chaſteaux, Villes, Terres & Juſtices qui ſunt dudit Comte en Viennois, ou en Savoye, à la election de ladite Fille. Item pource que Aymieux de Savoye Pere dudit Comte, doit avoir & tenir pour ſon partage en la terre de Breyſſe, que tient à preſent ladite Comteſſe, ledit Comte aſſignera des-ja par maniere des-change ou de Compenſation, a ladite Fille à cauſe de ſondit Douaire, entretant en emolument & valour, en Chaſteaux, terres & juſtices, comme peut Valoir la portion que ledit Jehan doit prendre au Douaire de la dicte Comteſſe, et és autres lieux aquis par elle; et ſe fera ledit aſſignaul en Viennois, ou en Savoye election du Conſeil de ladite Fille. Item ou cas que le Douaire de ladite Fille aura ſon effait, elle en fera hommage a l'heritier, qui ſera Comte de Savoye et tiendra toute ſa vie naturelle ſondit Douaire dudit Comte, par la maniere et les conditions et fourmes, que tient à preſent ſont Douaire ladite Comteſſe. Item eſt accordé entre les parties deſſusdites, que apres le déces des dits Duc et Ducheſſe, en tant comme il peut touchier ou regarder un chascun d'eux ladite Fille heritera et ſuccedera esdit Duc et Ducheſſe, et à chaſcun d'eux ſe comme premier l'un ira de vie à mort en la Duchié de Bourgoigne et Comtés d'Artois et de Bourgoigne, en la Terre de Champagne, et en toutes autres terres qui appartiendront esdits Duc et Ducheſſe, et à chaſcun d'eux au temps de leur decés, pour telle portion comme il appartiendra de raiſon en les conſtumes desdits gardées; et de ce ſera content ledit Comte pour cauſe dudit Mariage durant les vies desdis Duc et Ducheſſe, et aprés lours déces, et que lesdis Meſſieurs l'y Duc, et Madame la Ducheſſe ne ſerunt, procurerunt et conſeillerunt chouſe pourquoy ladite Succeſſion ne viegne à ladite Fille, einſſint comme deſſus. Item ou cas ou ladite Fille ſurvivroit Philippe de Bourgoigne ſon Frere, elle ſuccederoit és dis Pais et Terres, ſelon raiſon et les couſtumes des dis Pays. Item ces preſentes convenances de Mariage quant elle ſera aagié, et toutes les choſes deſſus eſcriptes, ont eſté lehues en la preſence des pis Duc et Ducheſſe et Comte de Savoye, et par eux bien entendües, lesquels Duc et Ducheſſe et Comte de Savoye, qui eſt à prochain de puberté comme eſtans ou quatorziéme an de ſon aage, ont promis et juré ſur ſains Evangiles, et ſur l'obligation de tous leurs biens l'une Partie à l'autre de faire garder et accomplir ledit Mariage et toutes lesdites convenances de point en point, et ſe ſunt ſubmiſes pour parfaire iceles plus perfaitement à la juriſdiction et Compulſion de la Court de Noſtre tres ſaint Pere le Pape, de ſes Auditours, Viceauditours, Delegas, Commiſſaires et de toutes autres Cours Eccleſiaſtiques et ſeculieres. Et renuncent lesdites Parties et chacune d'icelles, aviséement et de certain propos, par lours ſayrement exprés, à toute exception d'angin, de Barat, de decevement et à tous droits, autres couſtumes introduites, ou a introduire, ſtatuts fais, ou a faire, exceptions, cavillations, qui pourroient eſtre proposées à fin de troubler, de deſſoyer, ou empeſchier, du tout, ou en partie, les chouſes deſſusdites, conjointement ou diviſeement; Ces chouſes furent faites à Chalon en Bourgoigne, en la grant Egliſe dudit lieu, en la preſence de R. P. Monſieur Jean Evesque de Chalon, de Venerable homme M. Jaques de Doulencourt Docteur és Loys, Chancelier de Bourgoigne; de nobles & puiſſans Monſieur Jean Seignour de Chaſſeauvillain, Monſieur Jean Seignour du Fil, Monſieur Guillaume de Antigny Seignour de Sainte Croix, Monſieur Jean de Froloys Seignour de Moulivet, Monſieur Philippe de Vienne Seignour de Pymont, Monſieur Guillaume Seignour de Sombernon, Monſieur Philippe de Vienne Seignour de Pagnié, Monſieur Hugue de Vienne, Seignour de ſaint George, Monſieur Jaques de Vienne, Monſieur Jean Seignour de Luzy, Monſieur Henry Seignour de Montagu, Monſieur Jean Seignour de Loyſey, Monſieur Girard de Thoire. Du Conſeil des dis Monſieur le Duc & Madame la Ducheſſe; de R. P. Monſieur Jean Archevesque de Tarentaiſe, Monſieur Anterme Evesque de Morianne; de Nobles hommes Frere Pierre de Montbel Chaſtellain des Eſchelles de l'Ordre de l'Hoſpital de ſainct Jean de Jeruſalem, Monſieur Hugues Seignour de Malbec, Monſieur Guillaume Seignour de Antremonts, Moſieur de Galois de la Baume Seignour de Valefin, Monſieur Jean Seignour de Sainct Amour, Monſiuer Hugue Seignour de Grant-Mont, Monſieur Amey Seignour de Miribel, Monſieur Jean Seignour de Fromentes, Monſieur Pierre Seignour d'Urbieres, Monſieur Humbert le baſtard de Savoye Seignour d'Avillars & d'Eſcloſe, Monſieur Jaques de Clermont ſeignour de Sainte Helene du Lac, Monſieur Eſtienne de Corent, Monſieur Amey de la Balme, Monſieur Renaut de Sainct Surpris, Monſieur Eſtienne de Fromentes, Monſieur Verruquier de la Balme, Monſieur Humbert de Corgenon Monſieur Humbert de Langes, Chevaliers Monſieur Eſtienne de Compeys le joyne, Chanoyne de Geneve, & Monſieur George du Folier, Chancelier dudit Monſieur le Comte de Savoye, tous du Conſeil dudit Comte à ce preſens et appellés par tesmoins. Signé *Cornevin* et *Beczon*.

XLIV.

Tractatus inter Johannem, Franciæ Regem & Amadeum VI. Sabaudiæ Comitem initus, in quo Transactio inter laudatum Sabaudiæ Comitem & Humbertum Delphinum facta non ſolum confirmatur, ſed Rex Franciæ etiam promittit, ſe nullus in Sabaudia terras ſibi acquiſiturum eſſe, d. d. 27. Octobr. An. 1351.

In nomine Domini, Amen.

PEr hoc publicum Inſtrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ejuſdem M. CCC. LI. Indictione IV. Menſis Octobr. Jovis die viceſima ſeptima, Pontificatus Sanctiſſimi Patris & Domini, Domini Clementis Divina providentia Papæ

Papæ sexti, anno decimo, tractantibus & mediantibus Reverendissimis Patribus & Dominis, Dominis Guidone Portuensi, & Sanctæ Ruffinæ Episcopo, Stephano Sanctorum Joannis & Pauli, & Egidio Sanctæ Praxedis Tituli Presbiteris, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac in ipsorum Dominorum Cardinalium, nec non & nostrum Notariorum, & Testium infrascriptorum præsentia personaliter constituti, Magister Petrus de Caritate Consiliarius, & Joannes de Veireria Secretarius Serenissimi Principis Domini Joannis Francorum Regis Illustris Procuratoris, & Procuratorio nomine ejusdem Domini Regis ex una parte: Et Reverendus in Christo Pater Dominus Joannes Tharentasiensis Archiepiscopus, Domini Joannes, Dominus Cameræ Vicecomes Mauriannæ; Jacobus de Claromonte, Dominus Sanctæ Helenæ de Lacu, ac Georgius de Solerio Procuratores, & Procuratorio nomine Magnifici Viri Amedei Comitis Sabaudiæ ex altera, super agendis inter ipsum Dominum Regem tam suo, quam Magnificorum & Potentum Virorum Dominorum Caroli primogeniti dicti Domini Regis Dalphini Viennensis & Philippi Ducis Burgundiæ, nec non Domicellæ Joannæ de Burgundia eorumque Successoribus ex una parte, ac præfatum magnificum Virum Amedeum Comitem Sabaudiæ, pro se ejusque Successoribus ex altera; pro dilectionis fœdere inter ipsorum progenitores ab antiquo consueto inter prædictos perpetuo conservando, ac etiam augmentando, & omnis dissentionis materia inter ipsos evitanda, & ut etiam dictus Comes ad dicti Domini Regis & suorum obsequia propensius inducatur & etiam animetur pro prædictis Rege, Dalphino, Duce, Domicella Joanna & Comite, & ipsorum quolibet, eorumque Hæredibus & Successoribus quatenus quemlibet tangit & tangere potest seu poterit in futurum tractaverunt, composuerunt, conveniunt ad invicem Pactiones, Conventiones, Infeudationes, Alligantias, Confederationes, & alia fecerunt & inierunt, tractant, componunt, conveniunt, faciunt & ineunt quanto melius virtute dictorum Procuratorum nomine Dominorum suorum possunt prout inferius continetur. Primo quod Pax facta novissime inter Comitem Aymonem bonæ memoriæ, & Dalphinum Humbertum, & ante inter olim Comitem Amedeum & Dalphinum Joannem, cum omnibus declarationibus, additionibus, prævisionibus, & cautelis, post utramque secutis debite observentur & fiant realiter cum effectu & impleantur. Et si quæ per alteram Partium in contrarium facta sunt ad statum debitum secundum prædictorum seriem reducantur, & eligantur per dictos Procuratores ex nunc Commissarii, videlicet pro Dalphino Dominus de Turnone, & Dominus Guillelmus Arthaudi Milites, pro Comite vero Dominus de Camera, & Dominus Faramantii Milites cum Conservatoribus Pacis Deputatis per Partes ipsas, ita tamen quod duo ex ipsis, quorum unus sit de una Parte & alius de alia, visa Pace utraque & prædictis post secutis non declarata declarent, & non completa compleri faciant & ordinent, occupata restitui, & alia fieri nondum facta, habeantque super hiis ex nunc a partibus supradictis plenariam potestatem; Commissarii vero prædicti, jam dictis diligentius intendendo ea compleant toto posse, infra Festum Pentec. proximum: Quibus declarationibus factis si quæ obscura remaneant vel longiorem indaginem requirentia, tam super limitationibus faciendis, quam super aliis discordiis quibuscunque, dicti Reverendi Patres Domini Cardinales sint superiores & medii; Qui aut duo ex ipsis, quorum unus sit Dominus Guido Cardinalis prædictus, vocatis secum Dominis Henrico Archiepiscopo Lugdunensi Electo pro parte Dalphini, aut alium per dictum Dalphinum nominando; & Amedeo Comite Gebennensi electo pro parte Comitis Sabaudiæ, aut alio per ipsum Comitem Sabaudiæ nominando. Qui quidem Archiepiscopus, aut alius per ipsum Dalphinum nominandus intererit, si & quando dictus Dalphinus, ipsum Archiepiscopum, aut alium per ipsum Dalphinum nominandum voluerit interesse, controversias & quæstiones, si quæ ortæ sint inter Partes vel forsitan oriantur, quæ per dictos Conservatores aut Commissarios non possent commode expediri, habeant amicabiliter terminare: super quibus habeant Domini Cardinales prædicti cum Archiepiscopo & Comite Gebennensi, seu aliis nominandis, modo prædicto, ex nunc plenariam & liberam ac plenissimam potestatem, usque ad annum post Festum Pentecostes supradictum: Et nisi Archiepiscopus & Comes aut alii ut supra nominandi veniant ad dies statuendos per Cardinales prædictos, ex tunc dicti Archiepiscopus & Comes, aut alii ut supra nominandi pro non adjectis habeantur quoad ista, illa vice. Item convenerunt & componunt dicti Procuratores prædictis nominibus, quod Rex idem vel Successores sui, Regesque alii qui erunt Franciæ pro temporibus in futurum per se, vel alium, tacite vel expresse, directe vel indirecte, quovis colore quæsito, non possint nec sibi liceat perpetuo quicquid acquirere de novo in Comitatu Sabaudiæ, Terris, Baroniis, Juribus, Feudis, Retrofeudis, dicti Comitis Successorum, Vasall. Hominum, vel Subditorum ejusdem qui nunc sunt de Imp. & inter limites Comitatus, Terrarum & Baroniarum eorundem per gardas, feuda, retrofeuda, homagia, conventiones, tractatus alios sive causas: Et si contrarium (quod absit) fieret in futurum, acquisita non teneant ipso facto in commodum acquirentis, eaque statim & omnino acquirens dimittere teneatur; & ex nunc prout ex tunc contractus invalidus censeatur & sit: Et hoc potissime, quia ex talibus acquisitionibus per potentiores Dominos in minus potentum Terris inter ipsos suscitantur discordiæ sæpius & dissentiones non parvæ, quas inter Reges & Comites prædictos evitare cupiunt, & inter eos nutriri perpetuum amoris & fidei vinculum, cooperante gratia Salvatoris. Insuper dictus Comes aut sui perpetuo Successores, per se vel alium, tacite vel expresse, quovis colore quæsito, non possint nec sibi liceat perpetuo quicquam acquirere in Dalphinatu Viennesio, Terris, Baroniis, Juribus, Feudis, Retrofeudis dicti Dalphini, Successorum, Vasallorum, Hominum vel Subditorum ejusdem, quæ nunc sunt & pro tempore fuerint; nec inter limites Dalphinatus, Terrarum, Baroniarum & Potestatum eorundem, per gardas, feuda, retrofeuda, homagia, pactiones, contractus alios sine causa:

Digitized by Google

Et ſi contrarium (quod abſit) fieret in futurum, acquiſita non teneant ipſo facto in commodum acquirentis, eaque ſtatim & omnino acquirens dimittere teneatur, & ex nunc prout ex tunc contractus invalidus cenſeatur & ſit. Et viceverſa dictus Dalphinus vel Succeſſores ejusdem perpetuo per ſe vel alium, tacite vel expreſſe, quovis colore quæſito, non poſſint nec ſibi liceat perpetuo quicquam acquirere in Comitatu Sabaudiæ, Terris, Baroniis, Feudis, Retrofeudis dicti Comitis, Succeſſorum, Vaſallorum, Hominum, vel Subditorum ejusdem qui nunc ſunt & pro tempore fuerint; nec inter limites Comitatus, Terrarum, Baroniarum & Poteſtatum eorundem per feuda, retrofeuda, Conventiones, contractus alios ſine cauſa: Et ſi contrarium (quod abſit) fieret in futurum acquiſita non teneant ipſo facto in commodum acquirentis, eaque ſtatim & omnino dimittere teneatur acquirens, & ex nunc, prout ex tunc contractus invalidus cenſeatur, & ſit, ipſique renuntiatum ſit, & intelligatur ipſum nullius eſſe efficaciæ & momenti. Item quod Rex dicto Comiti teneatur Scambiare terram ſuam de Maloleporario quam de præſenti tenet dictus Comes, & aſſidere in Ballivia Senonenſi vel Trecenſi cum omni nobilitate, alta & baſſa juſtitia; prout continetur in certis Literis Regiis Sigillo viridi ſigillatis, mentionem facientibus de dono facto Domino Amedeo Comiti Sabaudiæ, Avo Paterno Comitis qui nunc eſt. Item conſentiunt & promittunt. Procuratores Domini Regis, quod Rex ipſe tradet cum effectu in augmentum Feudi ſupradicti Domum Paris. quæ fuit Illuſtr. Principis Domini Regis Bohemiæ verſus Portam S. Honorati, cum ipſius Juribus & pertinentiis univerſis tenendam & poſſidendam per eundem Comitem ejusque Succeſſores in perpetuum, ſub eodem Homagio, modo & forma quibus ſupra, & fiet realis traditio dictæ domus infra feſtum Purificat. proximum. Item quod dicti Procuratores Comitis, ejus nomine Confœderationes pro ipſo Comite & ejus Succeſſoribus Sabaud. Comitibus validas faciant Regis Procuratoribus prædictis nomine quo ſupra ipſius, & ſucceſſorum ſuorum Regum Franciæ nominibus recipientibus contra Regem Angliæ & ejus Succeſſores, & omnes Anglicos ac ſecum Confœderatos & ei adhærentes, & quoscumque alios; exceptis Imp. Romano, Dominis Archiep. Mediolanenſi, Manfredo Barnabone & Galeatio ipſius Nepotibus, & aliis Vicecomitibus Mediolani, Marchione Montisferrati. Item quod Comes ipſe ad requiſitionem Regis vel Reginæ, vel certi mandati alterius, eorundem Domicellam Joann. de Burgundia Filiam dictæ Reginæ eisdem aut alteri ipſorum certo Mandato reddere tenebitur, videlicet in Matiſcon. liberam cui voluerint maritandam, præterquam Dalph. qui nunc eſt ipſo exiſtente Dalph. & qui pro tempore fuerit, Conventionibus præſentibus firmatis. Item quod dictus Comes cum aliqua Filiarum Regis Angliæ, quæ nunc eſt vel fuerit, vel alia Anglica ſine ipſius Regis Franciæ expreſſo conſenſu ſe maritare non poterit. Item promittunt dicti Procuratores Regii, nominibus quibus ſupra, Procuratoribus Comitis memoratis ſtipulantibus & recipientibus nomine Domini ſui, quod Rex idem ſolvat dicto Comiti Sabaudiæ vel ejus certo mandato, pro ſervitiis factis per Comitem & Prædeceſſores ejusdem Regi & Prædeceſſoribus ſuis & aliis etiam cauſſis ſexag. millia florenorum boni auri & legitimi ponderis Florentini perſolvenda. Item conſentiunt & promittunt dicti Procuratores Regii memoratis Procuratorib. dicti Comitis, ipſius nomine recipientibus & ſtipulantibus, ipſi Comiti, ac ejus Succeſſoribus pro prædictis & ex cauſa Compoſitionis & Tractatus præſentis, dare & ſolvere ipſi Comiti Sabaudiæ ſupradicto quinquag. millia florenorum boni auri & legitimi ponderis florentini apud S. Laurentium prope Matiſconem in terra Baugiaci: ſeu tradere caſtra Cufiriaci & Sagiaci cum Villis, franchis & non franchis, hominibus nobilibus & ignobilibus, homagiis, feudis, retrofeudis, Juriſdictionibus, meris & mixtis imperiis, aquis, aquarum decurſibus, nemoribus, paſcuis, & aliis Juribus univerſis ad præmiſſa ſpectantibus & pertinentibus quoquomodo. Adhuc autem eſt inter Procuratores prædictos, quod infra feſtum Paſchæ proximum Caſtrum de Romanayo cum homagiis, feudis, retrofeudis & aliis ſuis pertinentiis univerſis, quod eſt Epiſcopi & Eccleſiæ Matiſconenſis, tradetur per dictum Regem, ſeu ejus certum mandatum re. liter & de facto Comiti memorato, ſeu ejus certo mandato per ipſum ac ejus Comitis hæredes perpetuo tenendum, & poſſidendum tanquam ſuum: Si ad hoc facta primitus & ante omnia per Dominum Regem recompenſatione debita Eccleſiæ Matiſconn. præfatus Epiſcop. Capitulum ſuum & illi quos tangit negotium curaverint ſeu voluerint conſentire; dicti autem conſenſus opportune procurabuntur bona fide expenſis Domini Regis. Si vero ex aliqua cauſa dictum Caſtrum cum ſuis pertinentiis univerſis non traderetur, ut præmittitur, Comiti memorato, aut ejus certo mandato infra Paſchæ terminum ſupra dictum: Actum eſt inter Procuratores prædictos nominibus quibus ſupra, quod dictus Dominus Rex teneatur ſolvere realiter, infra dictum Feſtum Paſchæ proximum Comiti memorato vel ejus certo mandato, viginti quinque millia florenorum apud dictum Locum S. Laurentii juxta Matiſconem. Item quod Rex procurabit pro poſſe ſuo bona fide, quod Alligationes dudum factæ & initæ inter Duces & Duchiſſas Burgundiæ quondam, & Comites Sabaudiæ renovabuntur & confirmabuntur per Ducem Burgundiæ, qui nunc eſt, dum fuerit ætatis legitimæ ſecundum tenorem cartæ: & quod Tutores ejus nomine Minoris eas confirment, ſi quos haberet, quantum commode fieri poterit. Item quod præmiſſa per Regem Philippum progenitorem dicti Regis, qui nunc eſt, ſuper concordia habita inter hæredes Duchiſſæ Britanniæ cum Comite qui nunc eſt compleri in quantum ipſum tangi faciet infra Feſtum Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ: De certis autem damnis illatis, quæ occaſione illius Accordii petebat dictus Comes ſibi fieri reſtitutionem a Rege dictus Rex remanebit quittus, & de quibuscumque aliis quæ petere poſſet Comes ipſe tam nomine ſuo quam prædeceſſorum ſuorum occaſione quacumque a præfato Domino Rege: & verſa vice dicti Procuratores Regii nomine quo ſupra, quittant dictum Comitem de quibuscumque quæ dictus Rex petere poſſet

ab

Digitized by Google

ab ipso; reservatis tamen Partibus ambabus, quæ in Tractatu vel Accordio præsentibus continentur. Acta fuerunt hæc apud Villamnovam S. Andreæ Avinionensis Diœcesis in hospitio. Reverendi Patris Domini Hugonis Cardinalis Tutellensis, quod fuit olim bonæ memoriæ Cardinalis Neapoleonensis, in camera Paramenti: præsentibus venerabilibus, discretis, & nobili Patre, & Viris Dominis Francisco de Sancto Maximo Apostolicæ sedis Notario, Guichardo Sedunensi Episcopo, Roberto Galli Laudanensi Electo, Andevino Abbate ------ Guillelmo Fomerii Decano Sedunensi.

XLV.

Tractatus pacis inter Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ & Humbertum, Delphinum Viennensem conclusæ, d. d. 6. Octobr. An. 1352.

ANno Domini M. CCC. LII. die VI. mensis Octobris apud Voyronum. Existentibus Viris Nobilibus Domino de Grandi monte, Dominis Aymaro de Bellovidere, Raynaudo de Sancto Sulpitio Militibus & Consiliariis pro parte Domini Sabaudiæ Comitis: Dominis Amedeo de Rossillone Domino Boschagii, Joanne de Grolea, Domino Neyriaci, & Ludovico de Loras Militibus & Consiliariis pro parte Domini Dalphini Viennensis: In præsentia Illustris Domini Comitis Gebennensis dicti Consiliarii ad Tractatum dicti Domini Comitis, super damnis & offensis datis, factis & illatis per illos de Ambronay illis de Varey, & per illos de Varey illis de Ambronay, dependentibus & emergentibus ex eisdem quibuscumque seu quæ commiserunt ex ipsis a duobus annis circa, ordinaverunt & arrestaverunt ut infra.

In primis ordinaverunt, quod Pax noviſſime facta inter Illustres Principes Dominos Aymonem Sabaudiæ Comitem, & Humbertum Dalphinum Viennensem una cum Reformationibus & provisionibus inde sequutis per utramque Partium inviolabiliter servabitur, in singulis suis Capitulis ut ibidem continentur; & quod omnia mala, novitates & offensæ cessent hinc inde penitus, & quod nullus offendat quovis colore quæsito prætextu aliquarum novitatum præteritarum, seu dependentium, vel emergentium ex eisdem, nec aliter quoquo modo; & quod præconicetur in terris & locis dictorum Dominorum, quod nullus offendat alium quovis modo sub pœna corporis.

Item ordinaverunt ut supra, quod omnia capta mobilia hinc & inde restituantur, realiter, & sine difficultate quacunque; videlicet extantia, & de præsenti extantibus, una cum damnis datis hinc inde fiant inquisitiones per Joannem de Croso Notarium pro Principe Sabaudiæ, & Petrum Banasterii, vel Hugonem, de Saletis pro parte Dalphinali, qui die Jovis proxima de mane simul conveniant apud Remens, & super damnis & offensis prædictis diligentius inquirant, & ad prædicta vacent cum continuatione dierum sequentium sine intermissione, usque ad plenarium Complementum omnium prædictorum.

Item quod dictus Dominus Grandimontis una cum quodam alio Milite eligendo per eundem pro parte Sabaudiæ, & dictus Dominus Amedeus de Rossillon una cum quodam alio Milite eligendo per eundem pro parte Dalphinali, XXI. præsentis mensis Octobris inquiri faciant per Commissarios de damnis insimul factis & illatis videlicet inter Prioratum Sancti Benedicti de Sayssirieu, & Marchias de Cordone insimul: Qui Commissarii prædicti inquisitiones per ipsos invicem faciendas dictis Dominis Militibus apportent, qui Domini Milites dictas inquisitiones aperiant, & juxta formam dictarum inquisitionum dicta damna & emendam taxent, sine partialitate qualicumque, & qui Milites etiam promittant bona fide, & jurent dictas taxationes facere bene & legaliter sine cavillatione quacumque & non discedere a loco, donec dictas taxationes fecerint integraliter & perfecte, si commode fieri poterit; alias nisi commode fieri possit, quam brevius poterint, ipsas taxationes facient ut supra, prout legalitati eorundem videbitur faciendum; & quod alter dictorum Militum ab altero non discedat, sine licentia alterius, donec taxationes prædictæ plenarie factæ fuerint per eosdem.

Item quod factis dictis taxationibus per dictos Milites, dictæ emendæ fiant realiter, juxta taxam prædictam, infra sex septimanas sequentes immediate incipiendas, a die dictæ taxationis faciendæ per Milites ante dictos: & nisi dictæ emendæ realiter fierent ut sub termino superius limitato juxta dictam taxationem tenerentur ad emendam transactis dictis sex septimanis, mittat in continenti duos Milites infra Castrum seu Villam, d' Arbiz, in Terra Domini Gebennensis, qui Milites ibidem hostagia teneant, non discessuros per juramenta sua a dicto loco donec emendæ prædictæ realiter solutæ fuerint juxta taxationem superius limitatam.

Item quia Dominus Hugo de Gebennis asserit Castra de Hauvet & de Varey esse de feudo suo, dicto Domino Comite dicente dicta Castra ad eum justis de causis pertinere debere, quæ Castra dictus Dominus Comes ad manum suam posuit; Ordinaverunt Domini Grandimontis & Amedeus prædicti, quod infra festum omnium Sanctorum proximum dicta

Digitized by Google

Castra in manus Dominorum Amedei & Bellovidere, & Joannis de Grolea Militum ponantur realiter & de facto; qui duo Milites ipsa Castra bene & legaliter custodire teneantur: & quæ Domini Grandimontis pro parte dicti Domini Comitis, & Amedeus de Rossillon pro parte dicti Domini Hugonis, hinc ad proximum festum Beati Joannis Baptistæ cognoscant & cognoscere debeant; & sibi liceat de feudo prædicto Domino Comiti ipsa Castra ad manum suam de jure tenere, prout sibi licuerit; & ipsi Domini Comes & Hugo cognitionem per ipsos Milites faciendam observari integre teneantur: & si forte infra dictum terminum ipsi Milites non cognoverint de prædictis, dicti Domini Amedeus, & Joannes ipsa Castra libere & impune dicto Domino Comiti & gentibus suis, lapso dicto festo Beati Joannis prædicto, reddere, & restituere sub juramentorum suorum vinculis, in statu in quo nunc sunt absque novitate, mutatione vel alia innovatione & difficultate quacumque de facto teneantur: Et quod interim dicti Domini Comes & Hugo nihil novi in dictis Castris & eorum juribus faciant fieri procurent vel attenteht quoquo modo; qui præfati Domini Comes & Hugo dictis Dominis de Grandimonte & Amedeo, super prædictis per suas Patentes Litteras Commissionem specialem & plenariam potestatem dare & concedere teneantur.

Quæ omnia & singula prædicta Reverendi Patres in Christo Domini H. de Villariis Archiepiscopus & Comes Lugdunensis Locumtenens Domini Dalphini Viennensis ut dicitur & Guichardus DEi gratia Episcopus & Comes Sedunensis Locumtenens Domini Sabaudiæ Comitis, prout fertur, nominibus prædictis per juramenta sua bona fide præstita, manibus positis ad pectus more Prælatorum, attendere & attendi facere, complere & observare promiserunt.

Subsequenter dicti Domini Grandimontis & Amedeus promiserunt per juramenta sua ad Sancta DEi Evangelia manibus tacta, taxationes prædictas damnorum, injuriarum & offensarum bene & legaliter facere per modum superius declaratum.

Dicti vero Domini Amedeus de Bellovidere, & Joannes de Grolea simili modo per juramenta sua promiserunt bona fide, dicta Castra bene & fideliter custodire, & ea dicto Domino Comiti restituere secundum formam in ipso articulo lucidius limitatam.

De quibus dicti Milites pro Partibus electi per me Notarium infra scriptum, unum vel plura de singulis prædictis Articulis sibi fieri petierunt publica instrumenta. Actum & datum ut supra; Præsentibus testibus Domino Ludovico de Villars Archidiacono Lugdunensi Guichardo Domino de Groleo Guichardo de Chissiè, Petro de Capello Cornuto, Artaudo Labre, Guidone Coperii Militibus, Dominis Antonio Domino Chaudiaci, Amedeo Domino Miribelli, Guillelmo Domino de Faramanz Petro de Compesio Domino de Vulpillieres Petro de Loyes, & Berlione de Foraz Militibus, & pluribus aliis ad præmissa vocatis pariter & rogatis.

XLVI.

Tractatus permutationis inter Johannem, Francorum Regem ejusque primogenitum, Delphinum Viennensem ex una, Amadeum VI. Sabaudiæ Comitem vero ex altera parte stabilitus, d. d. 5. Januar. An. 1355.

Joannes DEi gratia Francorum Rex, & Nos Carolus ipsius Domini Regis primogenitus Dalphinusque Viennensis, cum authoritate & Assensu dicti Domini Genitoris nostri, expresse nobis præstitis ad omnia & singula infrascripta: Et nos Amedeus Comes Sabaudiæ, ad certitudinem præsentium & memoriam futurorum; Notum facimus universis, quod nos attendentes qualiter per discordias rancores crescunt & odia debiles & potentes dispendia patiuntur, scandala suscitantur, & subjiciuntur omnia vastitati, & considerantes attentius, quod per concordiam & confoederationem unanimes versantes, poterimus auxiliis hinc inde juvari, mutuis foveri præsidiis, & majori potentia fulciri: Præterea post Tractatus multiplices sub infra scriptis, & aliis alternatim habitis, tandem super universis & singulis dissentionibus & discordiis ex quibuscunque Causis exortis, seu quæ poterant exoriri inter nos Regem & Dalphinum Viennensem tam conjunctim ex una parte, & nos Amedeum, Comitem Sabaudiæ ex altera; ad finalem concordiam devenimus, sedatis quibuscunque dissentionum materiis penitus & extinctis, mediantibus homagiis, permutationibus seu ex cambiis, confœderationibus, alligationibus, articulis & vinculis DEo præstante in perpetuum duraturis, tractantibus pro nobis Rege & Dalphino ex una parte & pro nobis Comite ex altera, certis personis ad hæc deputandis.

Inprimis nos Rex prædictus Hospitium versus portam Sancti Honorati Parisiis situatum, quod olim fuit claræ memoriæ Regis Bohemiæ, donamus cum suis pertinentiis universis dicto Comiti, pro se Hæredibus, & successoribus suis in perpetuum, donatione pura & simplici inter vivos, in augmentum vicecomitatus Malileporarii, quod cum sua Nobilitate, & omnimoda justitia, alta, media, & bassa, plures Prædecessorum ipsius Comitis, de dono Regio sub Homagio

Digitized by Google

gio in Feudum ligium, à noſtris Prædeceſſoribus Regibus tenuerunt & receperunt. Promittimus Nos Rex prædictus pro nobis & Succeſſoribus noſtris, dictum Comitem & Hæredes ac Succeſſores ejus Comites, ad hujusmodi feudum ligium in noſtrum Hominem & Vaſſallum, pro Vicecomitatu & Hoſpitio prædicto, conjunctim cum omnibus pertinentiis eorundem, abſque Diminutione qualibet, vel augmento.

Et nihilominus Nos Rex Franciæ pro nobis & Succeſſoribus noſtris, eidem pro ſe & Hæredibus & Succeſſoribus ejus, promittimus quod ipſum, Hæredes & Succeſſores ejus, & Homagium hujusmodi nullo unquam tempore ſeparabimus, alienabimus & transferemus à nobis & Succeſſoribus noſtris Regibus, & a Corona Franciæ, quacumque ratione, occaſione vel modo.

Et nos Comes prædictus pro nobis, Haeredibus & Succeſſoribus noſtris, prædictum Homagium facere promittimus, & præſtare dicto Domino Regi, & ejus Succeſſoribus Regibus in perpetuum; & illud nullo unquam tempore quittare, renuntiare, dimittere, aut in alium à nobis & Succeſſoribus noſtris Comitibus transferre, quacumque intentione, colore, occaſione vel cauſa.

Et quia nos Comes dicebamus dictum Dominum Regem nobis teneri & debere ſupplere & tradere certam reditus annui quantitatem, deficientem in dicto Vicecomitatu de ſumma annua in Litteris Regiis doni contenta, & nihilominus per certos Tractatus poſt dictum donum habitos, debeat idem Dominus Rex augere, vel ſupplere nobis Comiti Vicecomitatum prædictum de certa ſumma annui redditus, ipſumque Vicecomitatum cum dicto augmento vel ſupplemento excambiare nobis Comiti, & pro eo nobis tradere excambium in Ballivia Trecenſi vel in Baillivia Senonenſi, retinendo ſibi Comitatum.

Nos Comes prædictus benevolentiam ipſius Domini Regis, quam nobis exhibuit & exhibet, advertentes, eundem Dominum Regem & ejus Succeſſores, de omnibus & ſingulis ſupplementis, tractatibus, obligationibus & promiſſis, in quibus ratione dicti Vicecomitatus, & augmentorum ſeu ſupplementorum & excambiorum ipſe tenebatur nobis Comiti, & teneri poterat quovis modo; de certa ſcientia, plenarie & perfecte quittamus, ſolvimus & totaliter liberamus, & litteras quascumque ſuper hoc factas caſſas & irritas quoad hæc volumus, & nullius firmitatis renunciantes pro nobis Hæredibus & ſucceſſoribus noſtris eisdem Litteris: dictis tamen Vicecomitatu et Hoſpitio, nobis Comiti & noſtris Hæredibus et Succeſſoribus remanſis, cum ſuis pertinentiis ſupradictis.

Item nos Comes prædictus tenemur & promittimus tradere & liberare, apud Sanctum Laurentium prope Matiſconem, in craſtino Brandinorum proxime futurorum, ad mandatum Domini Regis, Joannam filiam Philippi primogeniti defuncti novisſime Ducis Burgundiæ, liberam penitus ab omni detentione & vinculo voti, matrimonii, religionis, & alio quocumque impedimento maritandi, ubi nos Rex prædictus voluerimus, præterquam nobis Dalphino prædicto, mediantibus quadraginta millibus florenis de Florentia, quos nos Rex Franciæ prædictus promittimus & tenemur dicto Comiti, vel ejus certo mandato tradere & ſolvere ſine fraude, die & loco quibus dicta Filia liberabitur, ut præfertur.

Item nos Rex, Dalphinus, & Comes Sabaudiæ, prædicti, commoda Pacis conſiderantes, & de ſcientia digna cogitantes, tam pro nobis quam Succeſſoribus noſtris, quam pro ſubditis utrisque; poſt Tractatus multiplices ad ſedandas præteritas & præſentes inter nos ad invicem ortas diſcordias, & evitandum futuras, tandem convenimus in unum, deliberatione longa & conſiliis providis præhabitis hinc & inde ad Pacem & Concordiam revenimus, cum authoritate & conſenſu nobis Dalphino prædicto à dicto Domino & Genitore noſtro prius præſtitis, ut præfertur prout ſequitur: Carolo Dalphino Primogenito noſtro, nos Rex prædictus authoritatem, licentiam & aſſenſum præbuimus & præbemus, quod omnia & ſingula ſupra & infra ſcripta, prout melius poterat & poteſt fieri & præberi.

Et primo, Nos Comes Sabaudiæ prædictus, pro nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, in perpetuam permutationem & excambium & nomine & cauſa permutationis, & excambii perpetuo duraturi, tradimus, cedimus & liberamus dicto Dalphino pro ſe & Hæredibus & Succeſſoribus ſuis in futurum, Caſtra Villas, Loca, & alia quæ ſequuntur.

Videlicet, Caſtra, Tulnonis, & Voyron, una cum univerſis Mandamentis, antiquis Appenditiis & Pertinentiis eorumdem, & cum omnibus aliis Caſtris, Baſtidis, Domibus, Fortibus, Homagiis, Feudis, Retrofeudis, Jurisdictionibus altis, mediis et baſſis, mero et mixto imperio, & aliis quibuscumque juribus, Actionibus et Pertinentiis, quæ et quas nos prædictus Comes habemus, habebamus, et habere poteramus et poſſumus citra flumen de Guyer à Parte Viennenſi, & Yſaræ, usque ad Sanctum Geneſium, et à ſancto Geneſio usque ad locum quo dictum flumen de Guyer intrat in Rhodanum; et una cum prædictis nos Comes tradimus, cedimus et liberamus dicto Dalphino Caſtrum Villam et Mandamentum de Aveneriis, et Inſulam de Cier, Feuda, Retrofeuda, Homagia, Proprietates et quicquid Juris cum Proprietatibus et Poſſeſſionibus ad nos Comitem pertinebat in Caſtro, Villa & Mandamento, et Inſula ſupradictis.

Et quia nos Dalphinus & Comes, volumus debatum tollere, quod erat, vel eſſe poterat ſuper limitationem infraſcriptam; & limitationem fieri & decerni inter Terras utriusque, prout melius fieri poterit ad bonum Commune, pro quiete & Pace inter nos et Subditos noſtros hinc inde ſervanda; Nos Dalphinus deputamus ex parte noſtra Dominum Montiſchanuti

Digitized by Google

& Dominum Amblardum de Bellomonte & duos alios idoneos deputabimus.

Et nos Comes prædictus ex parte nostra deputamus Dominum Grandimontis & Dominum Petrum de Montegelato, aut duos alios sufficientes deputabimns quibus quatuor nos Dalphinus & Comes, damus & dabimus ad concardandum potestatem ordinàndi & discernendi Limitationes hujusmodi, sive per Eschalonum sancti Apri & per Ripariam de Bienco; sive per flumen de Guyer, prout eis melius videbitur faciendum pro bono perpetuæ Pacis, & Subditorum utriusque quiete, non habendo respectum vel electionem alterius nominis vel commodi; & ea, quæ Deputati hujusmodi fecerint & ordinaverint, faciemus hinc inde firmiter observari.

Item nos Comes prædictus pro nobis, Hæredibus & Successoribus nostris ex causa permutationis seu excambii tradimus, cedimus & liberamus præfato Domino Carolo Dalphino pro se, Haeredibus & Successoribus suis, omnem Terram nostram Viennesii, videlicet Castra, Villas & Loca Chabeveri, Bozozelli, Costæ S. Andreæ, Aziaci, Lalanerii, Verpilleriæ, Dolomiaci, Bastidæ de Abretio, Loci dicti Joanagiacum, sancti Georgii Desperenchia Viennenfi, & sancti Symphoriani de Auzone, cum omnimoda proprietate dictorum Locorum, & alia Loca, Villas, Castra; Proprietates nostras, & nostra Feuda, & Homagia, et omnia quæcumque jura, et Nobilitates, quæ et quas nos habemus & habere poteramus et possumus in dictis feudis, Homagiis Castris et Castellaniis de Ornaceis, de Saranaliaci, & Bosozello, de Excloſa, de Sancto Joanne de Bournayo, Malobecco, de Espris, de Sancto Albano, de Chisanova, de Chatonay, de Sarpesia, de Fortemonte, de Villanova, de Marcis, de Chandiaco, de Abriaco, de parte Masiaci, de Fabricis, & de Palude; et omnia alia loca, Feuda et Retrofeuda, Homagia, merum et mixtum imperium, Jurisdictiones medias, altas et bassas, et quæcunque alia jura, Actiones et Pertinentias ad nos Comitem spectantes, et quæ habebamus & habemus et habere poteramus et possumus, à dictis limitationibus de Guyer, seu de Eschalone sancti Apri, et Bienco, sicut limitabitur per dictos Deputatos supradictos; & inter fluvium, seu aquas Rhodani seu Isaræ, nihil nobis Comiti vel Successoribus nostris in præmissis aut eoram aliquo retinentibus.

Et nos Dalphinus prædictus tenemur et promittimus solvere Domino Humberto Achardi tria millia scuta auri, vel circa, videlicet, id quod ei debetur supra dictam summam super Castro de Joannages ex causa reacheti ipsius; et Domino Aymaro de Belloviſu quatuor millia florenorum auri, ex causa reacheti vel retractu Castri de Aveneriis.

Nos vero Carolus Dalphinus praedictus ex causa permutationis et excambii supradicti, pro nobis et Successoribus nostris tradimus, liberamus et cedimus dicto Comiti Sabaudiæ pro se, Hæredibus & Successoribus suis totam terram nostram de Foucigniaco, videlicet castra, Villas, Mandamenta, Territoria, Feuda, Retrofeuda merum & mixtum Imperium, Jurisdictiones altas, medias & bassas, Homagia & alia jura ad nos Dalphinum pertinentia, & quæ pertinere ad nos quoquo modo poterant & debebant ante præsentem contractum, in tota dicta terra Foucigniaci, et in omnibus ejus Pertinentiis & Appenditiis, sive retentione aliqua nobis facta ireis vel in aliquo eorundem.

Item Feuda, quæ Comes Gebennensis tenebat & tenere poterat & debebat, seu tenet, à nobis Dalphino prædicto, ex causa prædicta, debet aut debeat, seu debere poterat in Gebennesio, cum Homagio quod dictus Comes Gebennensis nobis debebat, & omnia jura, quæ nos dictus Dalphinus habebamus & habere potemmus in dictis feudis & Homagiis, & super ipso Comite Gebennensi ex causa Feudorum & Homagiorum prædictorum in Gebennesio.

Item Castrum, Villas & terram de Gex, Feuda & Retrofeuda, Territoria & Mandamenta, Jurisdictiones altas, medias & bassas, cum Juribus & Pertinentiis suis universis, in quantum ad nos Dalphinum, & ad Dominum Hugonem de Gebenna, & ad Aymonem Filium suum, & ad uxorem ejus pertinere poterat & debebat, & ad quemlibet eorundem.

Item Castra, Villas & Mandamenta, Territoria, merum et mixtum imperium, jurisdictiones altas, medias & bassas, Feuda, Homagia & omnes & omnia pertinentia jura Miribelli, Montis lupelli, sancti Christophori, Perogianum, Mexiniaci, Gordani, Varey, Satoney, sancti Mauritii & Antonis, cum plena donatione omnium bonorum prædictorum, & feuda Domini de Villariis, Domini Castellionis de Palude, de Charney, de Varey, & d' Arbent, una cum Homagiis debitis nobis Dalphino prædicto pro ipsis Feudis, & omnes alias Proprietates, Feuda, Retrofeuda, Jurisdictiones, Actiones, Jura, Pertinentias, & quæ pertinere poterant & debebant ad nos Dalphinum ultra riparias Indis & Arbaronæ à parte Bressiæ & à parte Bugesii & Ambroniaci; exceptis Feudis & Homagiis quæ Dominus Joannes de Cabilone Dominus de Arlay, & Comes Altissiodorensis Dominus Henricus de Vienna, & quicumque alii de Terris ipsorum, & de Comitatu, & Ducatu Burgundiæ tenent à nobis Dalphino prædicto, & debent nobis in & pro rebus quæ non sunt infra Territorium & districtum Castrorum, Locorum, & Terrarum, quas & quæ tradimus dicto Comiti Sabaudiæ per præsens excambium & accordium.

Item nos Carolus Viennensis Dalphinus prædictus, ultra præscripta per nos prædicto Comiti Sabaudiæ ex causa permutationis & excambii prædicta tradita, liberata et cessa, donamus, cedimus et liberamus in Feudum ligium & Homagium, pro nobis et Successoribus nostris, dicto Comiti pro se, Hæredibus et Successoribus suis, Comitibus Sabaudiæ, in perpetuum, Castra Villas, Mandata, Territoria, merum & mixtum Imperium, Jurisdictiones, Feuda, Retrofeuda & Homagia Sancti Saturnini de Cucheto, Sancti Andreae de Briordo, de Luys, de Lagniaco, & omnia alia & singula, Fortalitia, Loca, Feuda, Proprietates, Res, jura quæ habemus, habere pote-

Digitized by Google

poteramus aut debebamus, inter flumina Rhodani, Indis et Arbaronæ: quæ omnia et singula, tam in excambium tradita quam donata in Feudum per prædictum Dalphinum nobis Comiti præfato, ut præfertur; Nos Comes, Hæredes et Successores nostri, Comites Sabaudiæ tenebimus, & Successoribus nostris Comitibus promittimus, in perpetuum, in Feudum ligium & Homagium, cum superioritate, & absque Ressorto, à dicto Domino Carolo, tanquam Primogenito Domini Regis, Dalphino Viennensi, et Successive à primogenitis Regum Franciæ Dalphinis, seu aliis in Regno pro tempore Successoribus Dalphinis; in casu vero, quo Primogenitus non extaret, si tamen aliquo casu forte contingeret, quod Dalphinatus ad Regem Franciæ deveniret; tunc debebitur, fiet, et præstabitur Regi à Comite seu Comitibus per tempore Homagium supradictum, quod siquidem Homagium nos Comes prædictus pro nobis, Hæredibus et Successoribus nostris Comitibus in perpetuum promittimus, tenemur & tenebimur facere et præstare modo et forma prædictis, ac etiam ipsi Regi in casu præmisso; nec non fidelitatem integram illis servare, ac eis, & eorum cuilibet, tanquam pro Feudo ligio; sicut bonus & fidelis Vassallus servare tenetur & debet Domino suo ligio, contra omnes obsequi & servire, ac præstare & dare consilium, auxilium videlicet de persona nostra contra omnes qui vivere & mori possunt; exceptis Romanis Regibus & Imperatoribus, & Regibus Franciæ duntaxat: De prædictis vero omnibus & singulis Proprietatibus, Feudis & Retrofeudis, tam in excambium quam in Feudum, ut præmittitur, nobis Comiti datis; ipsum Dominum Dalphinum & Successores suos prædictos Primogenitos, aut alios Successores Regno juvare & sequi de placito & de guerra debemus & debebimus, tenemur & tenebimur nos Comes & Hæredes ac Successores nostri Comites Sabaudiæ Successive, contra omnes personas nascituras & morituras, nullo excepto, secundum quæ fidelitatis articuli comprehendunt: Et nihilominus nos Comes prædictus pro nobis, Hæredibus & Successoribus nostris, Comitibus Sabaudiæ, transferre quacumque ratione, colore, occasione, vel causa dictum Homagium non poterimus: Si vero contingeret, aliquo casu, quod Dalphinatus Viennensis prædictus ad alium deveniret, qui non esset Rex Franciæ, vel qui non esset in Regno Franciæ successurus, tunc Comes Sabaudiæ qui fuerit pro tempore, eidem tali Dalphino qui non sit Rex Franciæ, aut Regis Franciæ Primogenitus, aut in Regno Franciæ Successurus dictum Homagium facere nullatenus teneatur.

Item actum & concordatum, quod nos Dalphinus prædictus ex parte nostra, & nos Comes prædictus ex parte nostra, traditis hinc inde & liberatis ad invicem dictis Castris cum effectu quæ tradi debent, vel majori parte eorundem; omnes captivi, tam Nobiles, quam alii qui detinentur, ab utraque parte, quieti erunt, & liberi permittentur abire, restitui & plenarie liberari.

Item quod de tota pecunia quam nos Comes petere possemus, aut possumus à dicto Dalphino pro Castro de Montous, ex causa Pacis pridem factæ inter Comitem Altissiodorensem, & Dalphinum Humbertum & ex causis aliis quibuscunque; & similiter de tota pecunia quam nos Dalphinus petere poteramus, aut possumus à prædicto Comite Sabaudiæ ex qualicumque causa usque ad diem datæ præsentium, quittamus nos ad invicem, & quitti remanebimus, & remanemus penitus hinc inde.

Item actum & concordatum est, quod si nos Dalphinus, & Comes, aut alter nostrûm habeamus, vel habeat Castrum vel Castra Locum, Montes, Riparia, vel alia inter nos & Subditos nostros, impedientia vel adversantia observationem Pacis seu tranquillitatis, seu causantes discordias; dicti Deputati ad Limitationes prædictas faciendas, habeant potestatem ordinandi de illis, & tractandi hinc & inde, sicut eis videbitur ad perpetuam Pacis observantiam mediante decentia & quidquid per Deputatos hujusmodi factum & ordinatum erit, faciemus hinc inde firmiter observari.

Item actum & concordatum est, quod Dominus Valbonesii sit & erit quittus de omnibus obligationibus atque pœnis, in quibus ipse teneri poterat & potest occasione vel causa Castri de Montous, tam erga nos Dalphinum, quam erga nos Comitem supra dictos, reddito nobis primo dicto Castro.

Item quod tam de Nobilibus quam aliis, Res Possessiones & bona habentibus in terris utriusque nostrûm Dalphini & Comitis prædictorum, & de Homagiis, quæ pro illis Rebus, Possessionibus & Bonis debentur dicti Deputati ad limitationes, valeant ex potestate, quam eis damus, prout eis videbitur ordinare.

Item, quod Castra, Villas, Loca, Territoria, Feuda, Res & Bona cum pertinentiis suis, quæ nos Dalphinus & Comes tradimus alter alteri, ut præfertur, hinc & inde tradantur libera de cunctis obligationibus pecuniariis: & si quæ essent vendita vel alienata aliis, alter alteri dat, cedit omnia jura, & omnes actiones, quas & quæ habet, in illis pro retrahendo vel redimendo eadem: & quod alter nostrum liberabit & tradet instrumenta, Litteras, & Informationes facientes pro Terris, Castris, Feudis, Locis, Rebus & Juribus quæ alter alteri liberavit, tradidit & cessit tam in excambio quam ex dono in Feudum, ut præfertur.

Item nos Dalphinus ex parte nostra & nos Comes ex parte nostra, quittamus alter alterum ad invicem ab Homagiis, Feudis & fidelitatibus olim mutuo factis & recognitis inter Dalphinum Humbertum nunc Patriarcham Alexandriæ ex una parte, & *Aymonem Comitem tunc Sabaudiæ*, Genitorem nostri Comitis, & alterum in Pace inter eos habitis, seu Declarationibus & Conventionibus inde sequutis, & ab omnibus & singulis obligationibus & vinculis, quibus ad ipsa vel consimilia præstanda virtute dictæ Pacis & Declarationis alter alteri fuimus & reperiri possemus astricti: & sic quitti & liberati de illis erga alterum, remanemus & remanebimus deinceps totaliter:

Digitized by Google

totaliter; & immunes Homagio tamen fidelitatis & Feudo, ac aliis ad quæ nos Comes, Hæredes ac Succeſſores noſtri dicto primogenito Dalphino, & Succeſſoribus ſuis prædictis, aut Succeſſoribus in Regno, ut prædictum eſt; Præterea præſentis Accordii tenemur & tenebimur in ſuo robore & ſua firmitate perpetuo duraturi, ac etiam cæteris omnibus & ſingulis contentis in Pace & Declaratione ipſius, in quantum concernunt, ſtatum pacificum; & quantumvis per contenta in præſentibus Litteris non eſt diſtractum vel derogatum, eisdem in ſua firmitate manſuris.

Item nos præfatus Comes Sabaudiæ pro nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, quittamus expreſſe dictum Dominum Regem Franciæ & Succeſſores ejus de quibuscumque ſummis pecuniæ in quibus nobis Comiti tenebatur ſeu teneri poterat, quibuscumque rationibus ſeu cauſis: & inter alia de nonaginta quinque millibus florenis de Florentia, in quibus per Contractum Avemone factum, noviſſime teneri poterat, ſeu tenebatur nobis, ultra dicta quadraginta millia florenorum, tam ratione prædeceſſorum ſuorum, ſeu etiam noſtrorum, quam aliorum quovis modo; ſalvis tamen dictis quadraginta millibus florenis, nobis Comiti Sabaudiæ ſolvendis, ut ſuperius eſt expreſſum.

Item nos Comes prædictus per præſens Accordium tenemur & promittimus reddere, & reſtituere omnibus & ſingulis Nobilibus qui erant de Caſtro ſeu Mandamento Sancti Germani, ſeque retraxerunt ad dictum Dalphinum quando dictum Caſtrum obſeſſum fuit, & captum per Comitem Amedeum Avum noſtrum, vel Hæredibus, aut Succeſſoribus ipſorum Nobilium, dictas Terras redditus, & omnes poſſeſſiones eorum, quæ fuerunt cum dicto Caſtro per dictum Amedeum occupatæ ubicunque conſiſtant, ſive in dicto Caſtro ſive alibi, in poteſtate noſtra, ſicut in Articulo Pacis continetur.

Item nos Rex prædictus habens & tenens Baillivam Ducis Burgundiæ, pupilli ejus intentione ad nos mobilia & credita dicti Ducis pertinent, quittamus & liberamus dictum Comitem Sabaudiæ & ejus Succeſſores, de omnibus & ſingulis debitis & petitionibus, quæ peti poſſent & fieri per dictum Ducem Burgundiæ ab ipſo Comite; Servitiis in Comitem Sabaudiæ factis; ac pro reſtitutione damnorum & equorum & aliis rebus occaſione Guerrarum inter Comitem & Dalphinum, & pro aliis quibuscunque: Et è contra ſimili modo nos prædictus Comes quittamus dictum Dominum Regem Baillivam habentem dicti Ducis, & dictum Dominum Ducem de omnibus debitis occaſione Guerrarum quarumcumque ſeu damnorum, habitis in eis in quibus tenetur ſeu teneri poteſt nobis Comiti dictus Dux Burgundiæ; & Litteræ ſi quæ inveniantur, ſeu etiam Inſtrumenta, & ſpecialiter Litteræ quæ quondam datæ dicuntur per Eduardum tunc Comitem Sabaudiæ, Domino Odoni tunc Duci Burgundiæ ſuper emenda & reſtitutione damnorum, quæ ipſe Dux, aut alius ſuo nomine paſſus fuiſſe dicebatur occaſione Guerrarum dicti Comitatus & Dalphinatus, reddentur & reſtituentur utrique Parti; videlicet, Duci in quibus obligatus eſſe dicitur ipſe Dux, & viceverſa Comiti, in quibus omnibus ipſe Comes obligatus eſſe dicitur ratione præmiſſorum; & iſta procurabimus nos Rex cum effectu per dictum Ducem ratificari, dum ad ætatem legitimam pervenerit.

Item nos Rex Franciæ prædictus, concordata & conventa per dictum Dominum Genitorem noſtrum chariſſimum, quondam cum dicto Comite Sabaudiæ vel ejus Deputatis ejus nomine, ſuper Succeſſione Duciſſæ Britanniæ Filiæ dicti Comitis Eduardi quondam, quæcumque promiſſa per dictum Genitorem noſtrum ſuper illos dicto Comiti; in quantum nos tangit, & tangere poteſt, obſervabimus & implebimus juxta formam obligationis dicti Domini Genitoris noſtri & noſtræ, & faciemus ſervare.

De cæteris autem damnis illatis, quæ occaſione illius Accordii nos dictus Comes petebamus reſtitutionem à dicto Domino Rege fieri, d. Dominus Rex remanebit quittus, & de quibuscunque aliis, quæ tam nomine noſtro, quam prædeceſſorum noſtrorum petere poſſemus à præfato Domino Rege, occaſione quacumque; & viceverſa dictus Comes remanebit quittus de quibuscumque, quæ ab ipſo petere poſſemus, nos Rex prædictus; ſalvis tamen & reſervatis nobis ambobus, quæ in Contractu vel Accordio præſentibus continentur.

Item nos dictus Francorum Rex pro nobis & noſtris Succeſſoribus Franciæ Regibus, & nos dictus Dalphinus pro nobis, Hæredibus & Succeſſoribus noſtris, promittimus quod non acquiremus, nec accreſcemus nos aliqualiter in perpetuum ſine expreſſa voluntate & Conſenſu Comitis Sabaudiæ, qui pro tempore fuerit in Comitatu prædicto Sabaudiæ, in Terris, Baroniis, Juribus, Feudis, Retrofeudis aut rebus, Territoriis & Juribus quibuscumque dicti Comitis & Succeſſorum, Vaſſallorum, Hominum & Subditorum ſuorum, aut cujuscumque eorumdem, per occupationes, guardas, feuda, Retrofeuda, Homagia, Transactiones, Conventiones, Pactiones, Contractus, vel alios ſine cauſa: & ſi forſan fieri contigerit, non valeat, ſed ſit irritum ipſo facto, nec proficiat acquirenti, & ex nunc prout ex tunc illud revocamus & totaliter irritamus.

Nos autem dictus Comes Sabaudiæ pro nobis & Succeſſoribus noſtris, juxta conventa prædicta tenemur & promittimus dicto Domino Regi & Domino Dalphino, eorum cuilibet, pro ſe & ſucceſſoribus ejus; quod non acquiremus nec accreſcemus nos aliqualiter in perpetuum, ſine expreſſa voluntate & conſenſu Dalphini Viennenſis qui pro tempore fuerit in Dalphinatu prædicto Viennenſi, & in Terris, Baroniis, Juriſdictionibus, Juribus Feudis, Retrofeudis aut rebus Territoriis & juribus quibuscumque dicti Domini Dalphini & Succeſſorum, Vaſſallorum, Hominum, & Subditorum, aut cujuslibet eorundem: per occupationes, gardas, Feuda, Retrofeuda, Homagia, Transactiones Conventiones, Pactiones, Contractus, vel alias Cauſas.

Et

Digitized by Google

Et si forsan fieri contra contigerit, non valeat, sed sit irritum ipso facto, nec proficiat acquirenti, & ex nunc prout ex tunc illud revocamus, & totaliter annullamus.

Item nos Rex & Comes Sabaudiæ, pro nobis, Hæredibus & Successoribus nostris Regibus Franciæ & Comitibus Sabaudiæ, pro securitate & corroboratione Regni, & Comitatus prædictorum & Subditorum utriusque; Fœdera, Pactiones, Alligationes Conventa, & ligamina prout inferius continentur, facimus & juramus ac firmamus, perpetuis futuris temporibus præstante Domino duraturis, videlicet quod nos Rex & Comes, ac Hæredes nostri in Regno ac Comitatu prædictis ad invicem ex nunc sumus & erimus boni, veri, fideles amici, & puro & sincero corde nos mutuo diligemus & diligimus.

Item quod ad invicem unus alteri dabit bonum & legale consilium per se vel per alium petendum, sicut in propriis negotiis & agendis faceret, juxta posse suum, & propriam conscientiam suam; præterquam a nobis, Rege & Successoribus nostris, contra Dalphinos pro tempore.

Item quod unus nostrum non erit directè vel indirectè, publicè vel occultè contra alium, quocunque tempore, modo vel forma ad invadendum Regnum seu Comitatum Sabaudiæ, vel Subditorum eorundem.

Item non confortabit nec juvabit scienter inimicum, seu inimicos, adversarium seu adversarios alterius aliquo seu aliquibus quæ tangere poterunt alium quocumque tempore, modo seu forma.

Item Comes prædictus, Hæredes & Successores nostri, juvabimus & juvabunt de nobis & agentibus & subditis nostris dictum Dominum Regem Franciæ Hæredes & Successores ipsius, contra Regem Angliæ modernum, & contra omnes Reges Angliæ futuros & contra quoscumque Anglicos, fautores & valitores ipsorum; salvis stipendiis consuetis pro nobis & gentibus & Subditis nostris.

Item contra omnes alios, qui possunt vivere & mori ad defensionem & conservationem & tuitionem regni sui & subditorum suorum, excepto Imperatore Romano pro tempore, quoad ea, quæ jura & honores Imperii concernunt; in quo casu non erimus pro parte dicti Domini Regis Franciæ contra Imperatorem prædictum: Et nos Rex prædictus & Successores nostri adjuvabimus dictum Comitem & Successores suos ad tuitionem, defensionem et conservationem Comitatus sui et Subditorum suorum; præterquam contra Dalphinum prædictum pro tempore, tam præsentibus quam futuris Successoribus in Regno: mandantes, cedentes et concedentes nos præfati Dalphinus et Comes, pro nobis, et Successoribus nostris, et alter alteri pro se et Successoribus suis, omnes et singulas actiones suas, reales, personales, mixtas, hypotecarias, prætorias, civiles, et tam utiles quam directas, et alias quascumque, et omnia sua jura et singula, in prædictis omnibus et singulis vicissim permutatis, et in excambium traditis, hinc et inde in Feudum datis per nos Dalphinum prædictum Comiti prælibato, ut ipse Actiones et Jura alter in alterum transferentes permutationis et Pacis præsentis; retentis tamen nobis Dalphino Feudo et Homagio et Superioritate dumtaxat supra dictis; alterque in alterum in præmissis et eorum singulis Procuratoribus constitutis in eam rem suam constituentes: Nos ex nunc in antea alter pro altero, et ejus nomine et e contra pariter possidentes ea omnia et singula, donec nos utrobique corporalem possessionem vel quasi, vicissim apprehendamus de promissis et quolibet promissorum; quam apprehendentes ut sibi retineri cum effectu quando et quoties placuerit, alterius licentia vel authoritate supra hoc requisita, tribuimus alter alteri plenam, liberam potestatem nobis invicem solemniter stipulandi: Promittentes, quod omnia et singula suprascripta ex causa permutationis, et in feudum dationis prædictæ per nos Dalphinum Comiti prædicto, et per nos dictum Comitem, ex causa permutationis dicto Domino Dalphino liberata, tradita, cessa atque data realiter, et cum pleno effectu dabimus et trademus alter alteri una cum restitutionibus et reservationibus omnium et singulorum damnorum, expensarum, gravaminum et interesse, quæ pro defectu nostrum cujuslibet in prædictis dandis & tradendis ut supra fieri vel incurri contingeret per alterum quemlibet, aut sustineri; nec non & nos videlicet alter alterum in plenam liberam & vacuam possessionem mittemus de omnibus illis & singulis eorundem; ea quoque omnia & singula alter alteri, e contra omnes tam in judicio quam extra judicium manutenebimus, tuebimur, defendemus & liberabimus ab omnibus aliis detentoribus, nostris propriis sumptibus & expensis; & de omni evictione universali & particulari tenebimur præstabimusque; & faciemus alter alteri omnia & singula ea, quæ in casu evictionis debent fieri & præstari: Mandantes ex nunc prout ex tunc, & præcipientes tenore præsentium omnibus & singulis Baillivis & Castellanis, Officiariis, Vassallis, fidelibus & Subditis nostris, & nostrum cujuslibet Baroniarum, Terrarum, Castrorum, Villarum, Locorum, Mandamentorum, & Territoriorum supra scriptarum, & omnibus & singulis aliis nostris detentoribus eorundem & earundem; quatenus de dictis Baroniis, Terris, Castris, Villis, Locis, Mandamentis Territoriis, mero, mixto imperio, Jurisdictionibus, rebus, bonis & juribus, Feudis, Homagiis, fidelitatibus, cum omnibus & singulis pertinentiis & appendentiis, quæ, quatenus & prout per nos dictum Dalphinum præfato Comiti data in Feudum, vel permutando tradita sunt, ut supra eidem Comiti & Successoribus suis in perpetuum; & quæ & quatenus & prout per nos ad dictum Comitem pertinebant & dicto Domino Dalphino permutando inter nos & dictum Comitem liberata, tradita & cessa sunt eidem Domino Dalphino & Successoribus suis in perpetuum respondeant, satisfaciant, pareant & intendant, eaque tradant, expediant & præstent, prout nobis & singulis nostrum antea tenebantur. Renuntiamus etiam tam conjunctim quam divisim nos ipse Dalphinus, & Comes invicem stipulando, omni auxilio seu beneficio minoris ætatis, restitutionis in integrum,

Digitized by Google

Senatusconsulti Macedoniani, omni actioni, & exceptioni doli mali, metus & in factum erroris, deceptionis & fraudis, ne dolus causam dicatur dedisse contractui vel intulerit in contractum, condictioni sine vel ex injusta causa, omnibus & singulis statutis, Constitutionibus & Privilegiis tam impetratis, quam impetrandis, nec non omni juri Canonico & Civili, quibus mediantibus contra prædicta vel earum aliqua possemus dicere, facere vel venire aliena causa vel ingenio de jure vel de facto: Quæ omnia & singula supra scripta nos dictus Rex Franciæ, nosque dicti Dalphinus & Comes, nobis vicissim & mutuo stipulantes promittimus alter alteri sub nostrorum omnium bonorum obligatione, rata, grata, & firma habentes, perpetuo tenere, attendere, firmiter implere, præstare, facere, & inviolabiliter observare; & nunquam perpetuo per nos, vel per alium seu alios contra facere vel venire; super quibus omnibus & singulis, nos prædictus Francorum Rex bonæ fidei nostræ obligatione & promissione, nos vero dicti Dalphinus & Comes, asserentes nos, & nostrum quemlibet fuisse & esse puberes, & corporaliter tactis sanctis Evangeliis juramenta præstitimus, & promittimus alter alteri per omnia bonam fidem.

Item mediante Contractu dictorum tractatorum, nos Comes prædictus cupiens inter Dominum Regem & nos nexum dilectionis & fœderis effici fortiorem, promittimus eidem Domino Regi, quod si Domicella Bonna de Borbonio consanguinea ipsius Domini Regis nobis placuerit, nos cum Consensu ipsius Domini Regis accipiemus eam in uxorem; & quod in illo casu nos erimus, & nunc sumus contenti de tribus millibus libris Turonensibus annui redditus, dando ab ipso Domino Rege dictæ Bonnæ, pro universis quæ ex quibuscunque causis, tam pro dote seu dotalitio, quam alias quovis modo nos & ipsa Bonna petere possemus ab ipso Domino Rege; quodque consummato matrimonio hujusmodi curabimus & faciemus cum effectu, quod ipsa Bonna cum authoritate & assensu nostris erit dicta Summa redditus similiter contenta, renuntiabitque omnibus & singulis quæ ultra dictam summam redditus a Domino Rege petere posit ex causis prædictis, & aliis quibuscumque ex causa ipsius Bonnæ; & faciemus plenam quittantiam super prædictis dicto Domino Regi, salvo redditu supra dicto: & in casu quo dictam Bonnam non accipiemus in uxorem, promittimus bona fide aliam de genere ipsius Domini Regis de ipsius Consilio & Consensu ducere in Uxorem, & eum ea contentari, & curare & facere cum effectu quod ipsa, sicut de dicta Bonna prædictum est, contentabitur, renunciabit & quittabit, pro tribus millibus libris Turonensibus redditus, de omnibus & singulis quæ pro dote, dotalitio & alias quocumque modo, tam nos Comes, quam ipsa Uxor tunc nostra, possemus petere a prædicto Domino Rege, occasione vel causa uxoris prædictæ. Quæ ut firma & stabilia perpetuo perseverent & inviolabiliter debeant observari; nos Rex Franciæ Sigillum Castelletti Parisiis, absente nostro magno Sigillo; & nos Dalphinus & Comes prædicti, Sigilla nostra præsentibus Litteris duximus apponenda. Actum Parisiis, Anno Domini M. CC. LV. die V. mensis Januarii: præsentibus pro parte Regia & Delphinali, Reverendo in Christo Patre Domino Reginaldo Dei gratia Episcopo Catalaunensi, Magnifico Viro Domino Aymaro, Canonico Valentiæ, Dominis Aymone Domino de Garancieres, Gulielmo Flotte Domino de Revel, Simone de Bucy-Consiliariis Regis, & Domino Henrico, Domino Montagniaci Lugdunensis Diocesis. Et pro parte dicti Domini Comitis, præsentibus Dominis Gulielmo de Balma, Grandismontis, sancti Amoris, Joanne Ravasii, & Joanne Mistralis.

XLVII.

Testamenium Jacobi de Sabaudia Principis Achajæ, d. d. 16. May An. 1360.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen.

ANno ejusdem Domini millesimo tercentesimo sexagesimo, Indictione quarta, die sexdecima mensis Maji, per hoc præsens publicum instrumentum, cunctis appareat, tam præsentibus quam futuris. Cum Illustris Dominus Jacobus de Sabaudia Princeps Achayæ Filius & Hæres recolendæ memoriæ Domini Philippi de Sabaudia, Principis Achayæ quondam, considerans, & attendens quod nichil est certius morte, & nichil incertius hora mortis, volens providere saluti ejus animæ & de bonis suis sibi a Deo collatis ordinare taliter, quod post ejus decessum de ipsis bonis suis, inter libetos suos imposterum nulla contentio oriatur: idcirco idem Dominus Jacobus sanus mente, & corpore, per Dei gratiam, de bonis suis omnibus, sive sint mobilia, vel immobilia, nomina, jura, & actiones, vel alia, quæcunque coram me Notario, & testibus infra scriptis masculis, & puberibus præsentibus, audientibus, & intelligentibus, vocatis & rogatis specialiter per ipsum Dominum Jacobum Principem, pro infra scriptis, & ad infra scripta, ut de ipsis veritas perpetuo habeatur suum præsens testamentum nuncupativum, licet in scriptis redactum, & suam ultimam voluntatem, & dispositionem facit, disponit, & ordinat in modum qui sequitur & formam. In primis Animam suam cum a corpore suo exiverit, recommendat Altissimo Creatori, & Gloriosæ Virgini Mariæ Matri suæ, & toti Cœlesti Curiæ supernorum. Item Sepulturam suam eligit in Cimiterio Fratrum Minorum Ordinis Beati Francisci Conventus Pinarolii, videlicet in Capella per ipsum inchoata ibidem, & ibi vult sepeliri secundum statum ipsius, ad ordinationem suorum Executorum infra scriptorum, quibus Fratribus Minoribus tam pro Remedio animæ suæ, & parentum suorum, quam pro facienda & construenda dicta Capella una cum tumulo, in quo vult, sepeliri, tria millia florenorum boni auri, & magni ponderis, per Heredem suum universalem infra scriptum solvenda semel dat & legat. Item Pauperibus Christi divi-

Digitized by Google

dividendum per dictos ſuos Executores infra ſcriptos pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum, centum libras groſſorum Turonenſium ſemel dat, & legat. Item vult, ordinat, & diſponit, quod ordinationes, & legata factæ, & facta per inclytæ recordationis Dominum Philippum de Sabaudia, & Dominam Catharinam ejus Parentes, de quibus apparebit per Teſtamenta ipſorum plenarie obſerventur, per Hæredem ſuum univerſalem ad quorum omnium plenariam obſervationem, ipſum Heredem ſuum obligat. Item Dominæ Margaretæ de Bellojoco ejus Conjugi, dotalicium ſuum, & donationem propter nuptias, & in augmentum dotis per eum ſibi factam, una cum aſſignatione, de ipſis per eum ſibi facta, de quibus conſtare aſſerit Inſtrumento publico recepto, manu Anthonii Becſonis de Yenna, Notarii publici dat, & legat, & caſu quo de ipſo aſſertamento non appareret, ipſum dotalicium, & augmentum eidem Dominæ Margaretæ aſſignat, de præſenti ſuper Caſtris, & villis Taurini, Montiſcalerii, & Cariniani una cum Juriſdictione omnimoda, Hominibus, Homagiis, Fidelitatibus, Redditibus, Cenſis, Uſagiis, & omnibus aliis juribus & pertinentiis Locorum prædictorum, quæ omnia eidem Dominæ Margaretæ pro Suis, dotalicio, donatione, & augmento hypothecat tenenda, per ipſam, poſt ejus Obitum, quamdiu ſe abſtinuerit ad ſecundas nuptias convolandum & in caſu, quo ſecundario nubet, vult & ordinat idem Teſtator, quod dictum Dotalicium, cum donatione, & augmento prædictis, eidem Dominæ Margaretæ, per Hæredem ſuum univerſalem infra ſcriptum, integre perſolvatur, & quod ipſa Domina Margareta in eodem caſu dicta Caſtra, Villas, & cætera ſibi aſſignata, ipſi Heredi ſuo univerſali remittere teneatur. Item Dominum Philippum ejus Filium, quem ſuſcepit a Domina Sybilla de Baucio ejus Conjuge quondam in caſtris, & Villis Vigoni, Villæ-Franchæ, Mirobolii, & Briguerafii, una cum Jurisdictione omnimoda dictorum Locorum, & una cum omnibus Hominibus, Homagiis, Fidelitatibus, Redditibus, Poſſeſſionibus, Uſagiis, Tributis, & aliis omnibus juribus, & pertinentiis ipſorum Locorum, nec non, & in reachetis, & rachetorum Juribus, quæ habet in Caſtris, & Locis Moretæ, & Briqueraſci, quorum rachetorum prætia per Heredem ſuum univerſalem infra ſcriptum ſolvantur, Hæredem ſuum inſtituit, & pro tanto ipſum ejus Filium, de bonis ſuis omnibus, vult eſſe contentum, & quod aliquid ulterius aliqua cauſa, de Hæreditate ſua, non poſſit petere, ita tamen quod ipſa Caſtra, Villas & Loca prædicta cum Juribus & pertinentiis ipſorum Locorum teneat in Feudum ab Hærede ſuo univerſali infra ſcripta, & ſub Homagio Ligio ad quod præſtandum ipſi Hæredi ſuo univerſali ſit efficaciter obligatus, præcipiens idem Teſtator, & per Fideic. requirens ipſum Dominum Philippum Filium ſuum, quod caſu, quo ipſum decedere contingeret ſine Hæredibus legitimis, & naturalibus maſculis, a ſuo proprio corpore procreatis, quod prædicta Caſtra Villas, atque Loca cum juribus, & pertinentiis ipſorum Locorum reſtituat dicto Heredi ſuo Univerſali infra ſcripto, & ad ipſa omnia redden-

da dicto Heredi ſuo univerſali in caſu prædicto, ipſum obligat, & quod ſi forſan decederet, remanentibus ſibi Filiabus, una vel pluribus naturalibus, & legitimis, & de ſuo proprio corpore procreatis, ipſas vult, & præcipit maritari per dictum Hæredem ſuum univerſalem, ad ordinationem Illuſtris, & Magnifici Principis Domini Amedei nunc Comitis Sabaudiæ Domini ſui cariſſimi, vel Succeſſorum ſuorum Comitum Sabaudiæ, quas quidem Filias omnino prohibet, ne ad ſucceſſionem dicti Domini Philippi eorum Patris in Caſtris, Villis, & locis prædictis aliqualiter admittantur. Item Ludovicum ejus Filium quem ſuſcepit a dicta Domin Margaret. nunc Conjuge ſua, in quingentis florenis auri annualibus ſibi aſſignandis, per Dominum nunc Comitem Sabaudiæ, aut ejus Succeſſores, qui fuerint Comites Sabaudiæ, in loco vel locis aliis ipſius Teſtatoris, ubi eis videbitur, Hæredem ſuum inſtituit, & pro tanto ipſum Ludovicum ejus Filium ab omni Hæreditate ſua, vult eſſe contentum, & quod res, quæ ſibi aſſignabuntur pro dicta florenorum ſumma ut ſupra, a dicto Hærede ſuo univerſali tenere debeat in feudum, & ſub Homagio Ligio, & quod ſi ipſum Ludovic. decedere contingeret ſine liberis legitimis, & naturalibus a ſuo proprio corpore procreatis, quod dictæ res ſibi aſſignatæ, pro dicta quantitate florenorum, ad dictum Hæredem ſuum univerſalem infra ſcriptum plenarie revertantur; rogans, per fideic. ipſum Ludovicum ejus Filium, ut in dicto caſu, prædicta omnia reſtituat Hæredi ſuo univerſali. Item Domino Aymoni de Sabaudia Fratri ſuo cariſſimo, Caſtrum, Villam, & Mandamentum Combæ Viannæ, cum jurisdictione omnimoda, Hominibus, Homagiis, Fidelitatibus, Redditibus, Serviciis, & omnibus aliis Juribus, & Pertinentiis, & de quibus idem Teſtator jam aſſerit ordinaſſe, ut ea habeat, dat, ita tamen quod ſi ipſum decedere contingeret ſine Hæredibus Maſculis naturalibus & legitimis a ſuo proprio corpore procreatis, quod prædicta omnia ad dictum Ludov. ejus Filium perveniant, & pervenire debeant pleno Jure, & dictus Luodovic. in eo caſu omnia ea tenere debeat a dicto Hærede ſuo univerſali infra ſcripto in feudum, & ſub eodem Homagio, quo ſupra; rogans idem Teſtator ipſum Dominum Aymonem, Fratrem ſuum, ut in caſu prædicto, prædicta omnia reſtituat eidem Ludov. ejus Filio. Item vult & diſponit idem Teſtator, quod ſi contingeret ipſum habere, & procreare plures Filias, unam vel plures a dicta Domina Margareta nunc Uxore ſua, vel a quacunque alia uxore ſua, legitima, quod ipſa Filia, vel Filiæ maritentur ſemper per Dominum nunc Comitem Sabaudiæ, vel per ejus Succeſſores qui Comites Sabaudiæ fuerint, etiam de juſſu, & voluntate ipſorum, expenſis tamen & ſumptibus dicti Heredis ſui univerſalis infra ſcripti, & quod filiæ primogenitæ detur, & conſtituatur dos, videlicet viginti quinque millium florenorum auri, & alteri Filiæ ſecundo genitæ detur, & conſtituatur dos, videlicet decem millium florenorum auri, & ſic ſucceſſive cuilibet ex ipſis Filiabus ulterius naſcentibus detur, & conſtituatur dos, decem millium florenorum auri, quarum quidem Filiarum ſic naſcentium,

Digitized by Google

& naſcitururum dotes, per dictum Hæredem ſuum infra ſcriptum ſolvi debeant, & in caſu quo decederent dictæ Filiæ ſine liberis naturalibus, et legitimis, ipſa dos, ſeu dotes ſic ſolutæ, ad ipſum Hæredem ſuum univerſalem infra ſcriptum revertantur, ipſasques tales Filias ſic naſcentes, et naſcituras, et ipſarum quamlibet in dictis quantitatibus ſibi Hæredes inſtituit, et pro tanto vult ipſas, et earum quamlibet a tota Hæreditate ſua tacitas et contentas. Item vult, ordinat, et diſponit idem Teſtator, quod omnibus familiaribus, et ſervitoribus ſuis utriusque ſexus fiat, ad ordinationem Executorum ſuorum infra ſcriptorum, et per ipſos Executores ſuos condigna remuneratio de ſuis Serviciis, et labore, taliter quod merito ſint contenti, et debeant contentari. In omnibus autem aliis bonis ſuis mobilibus, et immobilibus, quæcumque ſint, et quocumque nomine cenſeantur, Amedeum Filium ſuum, quem a dicta Domina Margareta nunc conjuge ſua primogenitum ſuſcepit Hæredem ſuum univerſalem ſibi inſtituit eo modo, jure, et forma quibus melius poteſt, et vult, et præcipit omnia legata, et ordinata per ipſum Amedeum Hæredem ſuum univerſalem perſolvi, nec non omnes clamores ſuos emendari, et quæcumque male ablata per ipſum antedictum, de ipſius mandato plenarie reſtitui ad arbitrium et ordinationem dictorum Executorum ſuorum infra ſcriptorum; Et in caſu quo idem Amedeus Filius, et Hæres ſuus univerſalis prædictus decederet in pupillari ætate, vel aliter quandocumque ſine liberis maſculis naturalibus, et legitimis de ſuo proprio corpore procreatis, dictum Ludovicum ejusdem Teſtatoris Filium eidem Amedeo vulgariter, et pupillariter, et per fideicommiſſum ſubſtituit. Et in caſu quo idem Ludovicus decederet absque liberis maſculis naturalibus, et legitimis ex ſuo proprio corpore procreatis in pupillari ætate, vel aliter quandocumque, eidem Ludovico ſic decedenti, primogenitum Filium ſuum maſculum eidem ſubſtituit vulgariter, et pupillariter, et per fideicommiſſum, et per conſequens omnes ſuos Filios naſcituros gradatim, ſicut et quemadmodum naſcerentur, alterum alteri ſubſtituit, et in caſu quo non haberet ulterius Filios aliquos maſculos, naturales, et legitimos natos, et naſcituros, eo caſu eidem Ludovico Dominum Aymonem de Sabaudia Fratrem ſuum cariſſimum ſubſtituit, et ubi idem Teſtator Filios haberet naſcituros, ultimo decedenti in pupillari ætate, vel aliter quandocumque ſine liberis maſculis naturalibus, & legitimis de ſuo proprio corpore procreatis, dictum Aymonem Fratrem ſubſtituit. Si vero dictus Dominus Aymo a dicta Hæreditate, per formam ſubſtitutionis prædictæ decederet ſine liberis maſculis naturalibus, & legitimis, Illuſtrem, & Magnificum Principem Dominum Amedeum, nunc Comitem Sabaudiæ, Dominum ſuum cariſſimum, ſi vixerit, alium ſuum Succeſſorem Comitem Sabaudiæ eidem Domino Aymoni ſubſtituit; Et ſi forſan dictus Dominus Philippus ejus Filius ex tunc viveret, videlicet adveniente loco dictæ ſubſtitutionis per mortem dicti Domini Aymonis, quem vetat, & prohibet, ne aliquam ſucceſſionem prænominatorum admittatur, vult, ordinat, & requirit idem Teſtator, quod in eo caſu dictus Dominus Comes Sabaudiæ, eidem Domino Philippo Filio ſuo teneatur aſſignare, & aſſertare ultra montes in partibus Sabaudiæ, videlicet in locis quibus ſibi Domino Comiti placuerit, in alia ſua Terra, ſex mille florenos auri, in redditibus ſufficientibus, annualiter percipiendis, per ipſum Dominum Philippum, una cum Jurisdictione omnimoda Locorum omnium quæ aſſignarentur eidem, & idem Dominus Philippus dicta caſtra, et loca cum redditibus, hominibus, Homagiis, fidelitatibus, & aliis pertinentiis ipſorum, in quibus ut ſupra, eumdem inſtituit, Domino Comiti reddere, & dimittere teneatur. Item dictis liberis ſuis utriusque ſexus, tam natis quam naſcituris, Tutorem Teſtamentarium ordinat, & conſtituit, videlicet dictum Dominum Comitem Sabaudiæ, absque tamen redditione computi, & inventarii confectione, quem rogat humiliter, & requirit, ut onus tutelæ ipſorum liberorum ſuorum dignetur, & ſibi placeat aſſumere, quousque ad tempora pervenerint pubertatis, & ultra ipſorum liberorum ſuorum bona regere, & adminiſtrare, donec, & quousque fuerint ætatis legitimæ, ſcilicet viginti quinque annorum, & quod ſciant ſe regere, & bona ſua adminiſtrare decenter. Item vult & ordinat idem Teſtator quod quandocumque Altiſſimo placuerit Creatori, ipſum Teſtatorem ab hoc ſæculo migrari, quod omnia Caſtra, Villæ, Loca, & quæcumque alia bona ipſius Teſtatoris, in manibus dicti Domini Comitis Sabaudiæ realiter ponantur, & mandat idem Teſtator, tenore præſentis Inſtrumenti, omnibus, & ſingulis Caſtellanis, & Officiariis ſuis, qui tunc erunt, ut dicta Caſtra, Villas, et Loca et alia bona ſua eidem Domino Comiti Sabaudiæ realiter expediant, et omnibus ſuis fidelibus, Vaſallis, et ſubjectis, ut eidem Domino Comiti in omnibus pareant et obediant, tanquam ipſi, ſi tunc viveret in humanis. Executores vero ſuæ præſentis ultimæ voluntatis conſtituit, et ordinat idem Teſtator, videlicet R. R. in Chriſto Patres Dominos Joannem Dei gratia Epiſcopum Taurinenſem Eduardum eadem gratia Abbatem Secuſiæ, Dominum Ruffinum Priorem Novaleſiæ, et Joannem Bartholome, Fratres Joannem de Lucerna, et Martinum Caynæ; dans eisdem Executoribus ſuis plenam, & liberam poteſtatem contenta in præſenti Inſtrumento exequendi, prout in talibus fieri debet, non obſtantibus aliquibus contradictionibus per Hæredem ſuum, ſeu per alterum quemcumque faciendis, requirens idem Teſtator per formam hujus Inſtrumenti dictum Dominum Comitem Sabaudiæ Dominum ſuum cariſſimum, quatenus dictos Executores ſuos fortes faciat, ad ipſam Executionem plenarie faciendam, & quod de bonis ſuis ipſis Executoribus faciat expedire, pro executione plenaria facienda ſuæ præſentis ultimæ voluntatis; & ſi forſan aliqui ex ipſis prænominatis Executoribus, ad ipſam Executionem faciendam addeſſe nequiverint, vel noluerint, cæteri nihilominus prædictam Executionem faciant, & in ſolidum ſuper hoc habeant poteſtatem. Hoc autem ſuum ultimum Teſtamentum, & ſuam ultimam voluntatem, & diſpoſitionem eſſe voluit,

quod

Digitized by Google

quod, & quam valere vult jure Teſtamenti nuncupativi, & ſi forſan non valet jure Teſtamenti nuncupativi, vult, quod valeat jure Codicillorum, vel jure Donationis cauſa mortis, vel cujusque alterius ultimæ voluntatis, ſecundum, & prout quod melius, & fortius valere poterit ſecundum jura & Canonicas Sanctiones: Revocans, caſſans, irritans, & annullans omnia alia ſua Teſtamenta, & Codicillos, quæ reperientur hactenus per eum fuiſſe facta, & ipſa vult fore, & eſſe nullius valoris, & momenti. Requirens humiliter dictum Dominum Comitem Sabaudiæ per Seriem hujus Inſtrumenti, ut ſibi placeat Teſtamentum confirmare, & quod ipſum, cum locus evenerit, faciat plenarie attendi, & adimpleri, & in ſuis ſingulis capitulis firmiter obſervari. Requirens, & rogans idem Teſtator teſtes infra ſcriptos præſentes maſculos, & puberes, quorum nomina inferius deſcribuntur, ut huic ſuo ultimo Teſtamento, & ſuæ ultimæ voluntati, teſtes interſint, & quod de prædictis omnibus, loco & tempore perhibeant teſtimonium veritatis. Actum apud Rippolas in Domo Willermi Dro, videlicet in Camera juxta Aulam, præſentibus Dominis Franciſco de Longa-Comba, Baillivo Vallis-Secuſiæ, Petro Bovardi, Aymone Bernardi Militibus, Fratre Joanne de Croſo Ordinis Fratrum Minorum, Frate Petro de Caſtromonte, & Fratre Dominico de Caſtromonte Ordinis Prædicatorum, Anthonio de Monte-Majori, Bartholomæo Marcynt de Foſſano, & Petro Bernodi, dicto Roſſet, Secretario dicti Domini Comitis vocatis & rogatis Teſtibus ad præmiſſa, per Teſtatorem prædictum. Signatum, *De Allemis.*

XLIIX.

Contractus matrimonii inter Jacobum de Sabaudia, Principem Achajæ, & Margaretham de Bello Joco ſancitus, d. d. 16. Jul. An. 1362.

In Nomine Domini, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem MCCCLXII. & die XVI. menſis Julii, apud Bellicium, in Domo Epiſcopali dicti Loci, præſentibus Viris Nobilibus Dominis Jacobo Mareſcalci, Guillermo de Chalamont, Girardo d'Eſtres Legum Doctore, & Johanne de Chales Militibus, teſtibus ad hoc vocatis, per præſens Inſtrumentum publicum omnibus evidenter appareat: Quod cum Tractatus habitus fuerit, ut dicitur, de Matrimonio contrahendo, inter Magnificum Virum Dominum Jacobum de Sabaudia, Principem Achayæ ex una parte, & Domicellam Margaritam de Bellojoco ex altera. Inde eſt quod dictus Dominus Princeps ex una parte, & vir Magnificus Dominus Anthonius Dominus Bellijoci, Frater dictæ Domicellæ ex altera, coram dictis teſtibus, & me ſubſcripto Notario conſtituti perſonaliter, propter ea, quæ ſequuntur, Tractatum prædictum deducere volentes ad effectum, idem Dominus Princeps, ſuo proprio nomine juratus corporaliter ad Evangelia Dei Sancta, ſe, & bona ſua quæcumque mobilia, immobilia, præſentia, præterita, & futura obligando promiſit, & convenit dicto Domino Anthonio Domino Bellijoci, michique ſubſcripto Notario, ut publicæ perſonæ præſentibus ſtipulanti, & recipienti vice, nomine, & ad opus prædictæ Domicellæ omniumque, & ſingulorum aliorum quorum intereſt, & poterit intereſſe, ducere & accipere in ſuam Sponſam, & Uxorem legitimam dictam Domicellam Margaritam, ipſamque in facie Sanctæ Eccleſiæ deſponſare, Sancta Matre Eccleſia concedente, nihilque feciſſe vel facere impediens dicti Matrimonii complementum: dictus vero Dominus Anthonius, Dominus Bellijoci ſcienter, & ſponte promiſit & convenit dicto Domino Jacobo Principi præſenti, & ſtipulanti, corporali præſtito per eum juramento, ad Evangelia Dei Sancta, ſub ſuorum obligatione bonorum mobilium, immobilium, præſentium, & futurorum quorumcumque, facere, & procurare cum effectu, quod dicta Domicella Margarita Soror ſua, nubet dicto Domino Principi, ipſum in Virum ſuum & ſponſum legitimum accipiet, & in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabit, niſi ſit aliud Canonicum rationabile quod obſiſtat, nihilque facere, vel feciſſe propter quod dictum Matrimonium, & ipſius complementum valeat impedire: præterea dictus Dominus Bellijoci dat, & conſtituit, dareque & ſolvere promiſit, & convenit ſub juramento, & obligationibus prædictis, dicto Domino Principi pro ſe, & ſuis ſtipulanti in dotem, ac nomine, & ex cauſa Dotis, dictæ Domicellæ Margaritæ Sponſæ futuræ dicti Domini Principis, quindecim mille florenos auri boni ponderis ſolvendos Terminis, per Illuſtrem Principem Dominum noſtrum, Dominum Amedeum, Comitem Sabaudiæ ordinandis & ſtatuendis, de & ſuper quibus terminis ordinandis & ſtatuendis, nec non, & quantitate quæ in quolibet termino taliter ordinando ſolvi debebit, de dictis quindecim millibus florenis dicti Domini Princeps, & Bellijoci ipſi Domino noſtro Comiti plenam, & liberam dederunt, & conceſſerunt poteſtatem, quibus mediantibus dicta Domicella Margarita quittare & remittere debeat dicto Domino Bellijoci, omnia jura, partes, portiones, actiones reales, perſonales, meras, mixtas, utiles, directas, & alias quascumque ſibi competentes & competentia quacumque occaſione, & quibusvis titulis, ſeu cauſis, in omnibus, & ſingulis Hæreditatibus, rebus, bonis, & juribus quibuscumque, quæ fuerunt bonæ memoriæ Domini Eduardi, & Dominæ Mariæ de Til Dominæ quondam Bellijoci Patris, & Matris dictorum Domini Anthonii Domini nunc Bellijoci, & dictæ Domicellæ Magaritæ quæcumque ſint ipſa bona & jura, ubicumque, & quocumque nomine nuncupentur, ſalva dictæ Domicellæ, & expreſſe reſervata, ſi & quando continget legitima ſucceſſione, & eſcheuta, ſalvis etiam, & expreſſe reſervatis eidem Domicellæ, quod in caſu quo dictus Dominus Bellijoci, quod abſit, ſine liberis maſculis legitimis, uno vel pluribus, ex ſuo proprio corpore procreatis, decederet, eidem Domicellæ ſalva ſint, & remaneant omnia jura ſua, omnesque actiones quæcumque, & qualescumque ſint, quæ, & quas nunc habet, & pro futuro tempore poterit habere, ex quibuscumque cauſis in omnibus, & ſingulis Hæredi-

Digitized by Google

reditatibus, bonis, rebus, & juribus Paternis, & Maternis ſupradictis, non obſtante fienda quittatione prædicta, quia ſic, ut præmittitur actum, & conventum extitit inter partes prædictas. Item dictus Dominus Princeps pro ſe, & ſuis Succeſſoribus quibuscumque dedit, & conſtituit dicto Domino Bellijoci michique dicto Notario ſtipulanti & recipienti vice, nomine, & ad opus dictæ Domicellæ Margaritæ ſponſæ ſuæ futuræ in Dotalitium, & nomine Dotalitii ejusdem, in caſu quo dictum Dominum Principem, ante ipſam decederè contingeret, tria millia florenorum auri annualium, ad vitam ipſius Domicellæ, dum vixerit poſt ipſius Domini Principis deceſſum percipienda, & habenda ſingulis annis dum vixerit ut ſupra. Quæ quidem tria millia florenorum annualium ut ſupra, dictus Dominus Princeps promiſit, & convenit, dicto Domino Bellijoci aſſignare, & aſſetare competenter eidem Domicellæ, vel ejus certo mandato. Item dictus Dominus Princeps ſcienter, & ſponte pro ſe, & ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus quibuscumque cauſamque habentibus, & habituris ab ipſo dedit, donavit donatione pura, mera, ſimplici, & irrevocabili inter vivos ſicut melius, & fortius poteſt intelligi ſeu dici, liberis, maſculis, uni vel pluribus, ex hujusmodi Matrimonio, concedente Domino, naſcituris, dictoque Domino Bellijoci, & michi Notario ut publicæ perſonæ ſtipulanti vice, nomine, & ad opus dictorum liberorum, & omnium, & ſingulorum, aliorum quorum intereſt & impoſterum poterit intereſſe, a ſex usque ad ſeptem millia floren. auri, per ipſum Dominum Principem ſufficienter aſſignanda promittens, pactumque & conventionem faciens per ſuum juramentum, & ſub obligationibus, quibus ſupra dicto Domino Bellijoci, & michi dicto Notario ſtipulanti nomine, & ad opus Filiarum naſciturarum, Deo dante, ex Matrimonio ſupra dicto, ipſas Filias, unam & plures ſufficienter maritare, ſecundum Decentiam Status ipſius Domini Principis, & Filiarum prædictarum, acto, & convento, & in pactum expreſſum deducto, inter ipſos Dominum Principem, & Dominum Bellijoci nominibus quibus ſupra, quod Dominus Philippus Filius dicti Domini Principis prædictis omnibus, & ſingulis debeat conſentire, ſuumque præbere conſenſum & aſſenſum, & ea omnia, & ſingula laudare, approbare, & etiam confirmare cum juramentis, promiſſionibus, obligationibus, renunciationibus, & aliis ſolemnitatibus opportunis, quæ omnia, & ſingula ſupra dicta dicti Dominus Princeps, & Dominus Bellijoci, nominibus quibus ſupra promiſerunt, & convenerunt alter alteri ſolemnibus ſtipulationibus intervenientibus hinc inde, michique dicto Notario ſtipulanti, & recipienti vice, nomine, & ad opus omnium & ſingulorum, quorum intereſt, & impoſterum poterit intereſſe ſub juramentis ſuis, & obligationibus prædictis rata, grata, & firma habere, tenere, attendere, ſolvere, & obſervare, cum effectu prout ſuperius exprimuntur, nunquam contra per ſe vel alium in judicio, vel extra facere vel venire volenti conſentire aut præbere conſilium, auxilium vel favorem, dictusque Dominus Bellijoci de dictis quindecim millibus florenis ſatisfacere, prout ſuperius declaratur, dicto Domino Principi, vel ejus certo mandato terminis, per ipſum Dominum noſtrum Comitem, ut ſuperius ordinandis, dictus vero Dominus Princeps promiſit, & convenit michi Notario ſtipulanti pro ipſa Domicella, & aliis omnibus, & ſingulis quorum intereſt, & intereſſe poterit ſub juramentis, & obligationibus prædictis, dictum Dotalitium aſſetare competenter ut ſupra, & dictam Dotem reſtituere ipſi Domicellæ vel alteri, cui de jure pertinebit in omni caſu, quo locum habebit reſtitutio ejusdem per eosdem terminos, & ſimiles quibus ſibi ſatisfactum fuerit de eadem reſtitutione, & reſarcire alter alteri omnia damna, gravamina, expenſas, & intereſſe quæ, quod, & quas alter per defectum alterius, in obſervatione prædictorum, fecerit aut incurrerit quoquo modo ſuper eis, quæ alter alteri credere verbo ſimplici omnia alia probatione ceſſante, pro qua quidem Dote ſolvenda firmius ipſi Domino Principi dicti Domini Bellijoci præcibus, & mandato, & pro ipſo Domino Bellijoci ſe fidemque conſtituerunt, quibus in ſolidum erga Dominum Principem ſupra dictum ſtipulantes pro ſe, & ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus quibuscumque nec non ad requiſitionem, & præces dicti Domini Principis, & pro ipſo erga dictum Dominum Bellijoci, meque dictum Notarium ſtipulantem, & recipientem pro dicta Domicella Margarita & aliis quorum intereſt, & poterit intereſſe de & pro reſtitutione dictæ Dotis, ac dicto Dotalicio aſſetando, manutenendo, defendendo, & conſervando dictæ Domicellæ Principales & Fidejuſſores interceſſerunt quilibet in ſolidum, & ſe conſtituerunt Princeps Illuſtris Dominus noſter Amedeus Comes Sabaudiæ, Viri Nobiles Domini Guillermus de Grandiſono, Dominus de Sancta Cruce, Ludovicus Revoire, Dominus Domeſſini Humbertus Muſiti, Dominus Sancti Stephani Nemoroſi, Joannes de Laia, Gugo de Chales, Stephanus de Taney Militibus, & Petrus Gerbaiſii de Bellicio Theſaurarius Sabaudiæ, qui omnes, & ſinguli jurati corporaliter ad Evangelia Sancta Dei prædictis omnibus, & ſingulis de quibus ſe obligaverunt ſpecialiter, & expreſſe dictis Domino Principi, & Domino Bellijoci prædictis nominibus ſe & omnia, & ſingula bona ſua mobilia, immobilia, præſentia, præterita & futura. Item Dominus Hugo de Gletens, Miles de dicta ſolutione Dotis pro dicto Domino Bellijoci, erga dictum Dominum Principem, & de ipſius reſtitutione, & aſſettamento Dotalicii, & ipſo manutenendo pro dicto Domino Principe erga dictum Dominum Bellijoci, meque Notarium ſtipulantem ut ſupra ſe obligavit, & bona ſua quæcumque præſentia, & futura, cum præſtatione juramenti corporalis ad Evangelia Dei Sancta per hunc modum, videlicet quod in defectu Principalium, & cujuslibet ipſorum non obſervantium prædicta, de quibus ſe dictus Dominus Hugo obligat ad requiſitionem Partis ipſum requirentis, qui non obſervaverit prædicta, præmiſſa, & conventa circa ſolutionem reſtitutionis dictæ Dotis, aſſettamentum, & conſervationem Dotalicii memorati, ipſe Dominus Hugo tenetur, promiſit & convenit ipſis Domino Principi, & Domino Bellijoci, & michi Notario ſtipulanti ut ſupra, ſub juramentis & obligationibus prædictis perſonaliter in quolibet termino, in quo

Digitized by Google

in quo esset defectus, tenere Hostagia apud Castillionem in Dombis, donec fuerint observata promissa, & conventa pro terminis tunc elapsis, vel donec ab illo qui ipsum requisivisset de dictis Hostagiis tenendis licentiam habuerit ab ipsis Hostagiis recedendi, quos Fidejussores & Principales ac Dictum Dominum Hugonem de Gletens, & quemlibet ipsorum promiserunt, & convenerunt eisdem, & cuilibet ipsorum dicti Dominus Princeps & Dominus Bellijoci sub eorum juramentis, & obligationibus prædictis, prout pro quolibet ipsorum se obligaverunt ut supra de prædictis omnibus, & singulis indemnes penitus observare, de quibus ipsi Dominus Princeps & Dominus Bellijoci, pro utroque ipsorum dicta Domicella, & aliis quorum interest vel intererit, Instrumenta publica tenoris ejusdem fieri requisiverunt. *Signatum Beczon.*

XLIX.

Breve Gregorii P. XI. ad Amadeum VI. Comitem Sabaudiæ, quo eum monuit, ut Episcopo Gebennensi Comitatum Gebennæ restituat, d. d. 9. Kal. Maji An. 1371.

Dilecto filio nobili viro Amedeo comiti Sabaudiæ.

NUper super discordiis, quae inter te & Venerabilem fratrem nostrum Episcopum Gebennensem, & suam Gebennensem Ecclesiam, tunc erant, tamquam ejusdem Romanae Ecclesiae devotissimus filius obtulisti, te super praedictis facturum quicquid duxerimus ordinandum. Ideoque finceritatem tuam rogamus & hortamur attente, quatenus tuae salutis intuitu, & etiam pro nostra & Apostolicae sedis reverentia, omnia per te seu gentes tuas, imperialium concessionum praetextu, & etiam alia occupata, propter quae Gebennensis Civitas (iam diu est:) supposita fuit, & adhuc est ecclesiastico interdicto, eisdem episcopo & suae Gebennensi ecclesiae plene & libere restituas; ac imperiales literas, quas de hujusmodi concessione diceris habere, nobis mittas, vel ipsi episcopo Gebennensi tradas seu tradi facias sine dilatione morosa. Et insuper contra recognitiones declarationes, seu conventiones inter bonae memoriae Aimonem, Episcopum Gebennensem, & quondam Amedeum, tunc comitem Sabaudiae, praedecessorem tuum, super juribus officii vicedominatus Gebennensis aliquid non facias vel attentes, nec ab aliis fieri facias vel attentari permittas, sed ea omnia firmiter observes & ab aliis fieri facias inviolabiliter observari. Datum Avin. non. Kal. May anno primo.

L.

Contractus Matrimonii inter Amadeum VII. Comitem Sabaudiæ & Bonam, Johannis de Francia, Ducis Bituricensis filiam, initus, d. d. 7. Maji An. 1372.

In Nomine Domini, Amen.

PAr ceſt preſent publique Inſtrument ſoit manifeſte à tous: Que l'an de la Nativité de Noſtre Seigneur MCCCLXXII. Le VII. jour de May: En la preſence de nous Jaque de Montbelliart Clerc & Secretaire de Tres-excellent Prince, Monſieur Jean Fils, Roy de France, Duc de Berry & d'Auvergne, Comte de Maſcon; & de Antoine Beczon Clerc & Secretaire de Tres-excellent Prince de Monſieur *Amey*, Comte de Savoye, tous deux Notaires, & des tesmoins cydeſſous eſcripts: Perſonnellement eſtably les deſſusdits Monſieur le Duc de Berry d'une partie, & ledit Monſieur le Comte de Savoye d'autre partie: Icelles Parties ſachans & adviſes, ſans fraude n'y barat, de & ſur le Traitte eü de contraire Mariage entre Amey Fils dudit Monſieur le Comte, & Madame *Bonne* Fille dudit Monſieur le Duc, ont fait enſemble les pactions, promiſſions & convenances que s'enſuivent. Premierement, que ledit Monſieur le Comte promet que il fera & prochaſſera avec tout effait, que ledit Amey ſon Fils prendra a Femme pour Mariage Madite Dame Bonne, ſe Dieu & Sainte Egliſe s'y accordent; Et auſſi Monſieur le Duc deſſusdit promet que il fera & prochaſſera avec tout effait, que Madite Dame Bonne ſa Fille prendra en Mary & Eſpoux ledit Amey. Et pour Contemplation dudit Mariage, & entretenement d'icel, Monſieur le Duc deſſusdit donra & donne audit Amey, en nom & cauſe de Dot de Sa Fille, & pour tout le Droit, partage & droiture qu'elle pourroit avoir ésbiens Paternaux, & Maternaux, cent mille francs d'or par une foy a payer audit Monſieur le Comte en nom dudit Amey ſon Fils à Baugié aux Termes cy deſſous eſcripts. C'eſt aſſavoir, le jour qu'ils ſeront expouſés trente mille francs d'or, & l'an apres de compter du jour dudit Mariage l'an revolu, dix mille frans; & de là en outre in chascun an dix mille frans, jusques à l'accompliſſement & payement de la Somme de cent mille frans deſſusdite. Item accordé, que au cas que ledit Monſieur le Duc yroit de vie à trespaſſement ſans avoir Hoirs masles descendans de ſon propre corps de loyal Mariage, ladite Madame Bonne ſa Fille ſera ſa Heritiere en tout, ſi elle eſtoit ſeule & s'il en avoit pluſieurs elle heritera ſelon ſa portion tant ſeulement, ce en quoy il la peut heriter: & auſſi au cas que Madame la Ducheſſe Mere de ladite Madame Bonne iroit de vie à trespaſſement ſans Hoirs masles de ſon corps, ladite Dame Bonne ſera ſa Heritiere, en tout ſi elle eſtoit ſeule, & ſi elles eſtoient pluſiers Filles, ſelon ſa portion, qui luy pourroit & devroit avenir ſelon le nombre des Filles. Item accordé eſt entre leſdites Parties, eſt desduit en pact, que Mondit Seigneur le Comte, fait & conſumé ledit Mariage, baillera & deslivrera audit Amey ſon Fils pour tenir ſon eſtat, tant de Terre qui vaudra ſeize mille frans de revenüe par an, Chaſtiaux & Forteresſes non comptes en valuë; leſquely ſeize mille francs par la maniere que deſſus eſt contenu,

Digitized by Google

nu, luy seront assis & assignés en la Terre de Bresse: & au cas que ladite Terre ne seroit de si grand valuë, le surplus luy sera assis et assigne sur l'autre Terre de Mondit Seigneur le Comte au plus prés de Bresse. Item que pour cause ausi et contemplation dudit Mariage, ledit Monsieur le Comte voudra & consentira, veut et consent déja par expres, que ledit Amey de Savoye son Fils soit son Heritier Comte de Savoye aprés le decés dudit Monsieur le Comte, de Savoye aprés le decés dudit Monsieur le Comte, et aura Savoye, Morianne, Tharentaise, Beugeys, Valbonne, Revermont, Bresse, & Dombes, avec les Rentes, Yssües, Honneurs, Noblesses, Fiés, Homages, Rieretiés, Baronnies, Jurisdictions, meres & mixtes Imperes, Souverainetés, Ressorts, & toutes autres choses qvi sont dedans lesdites Terres, appartenans & pouer appartenir audit Monsieur le Comte pour cause d'icelles; & ausi les Fiés & Hommages, Souverainetes, et Resforts des Barons, qui tiennent Fiés & doyvent Homage audit Monsieur le Comte; & pourtant se tiendra pour content ledit Amey son Fils, reservé la bonne voulonté & liberalité de Mondit Seigneur le Comte. Item accorde & convenu entre lesdites Parties, que au cas que ledit Amey iroit de vie à trespassement, ledit Monsieur le Comte survivant, & auroit Enfans masles, un ou plusieurs de son propre corps et de loyal Mariage de ladite Madame Bonne; en cest cas son premier Fils, & les autres descendans masles de luy, abiles et souffisans de personne pour estre Comte, auront tout, ou tel & semblable Droit, & seront Heritiers de Mondit Seigneur le Comte, par la forme que fust ledit Amey son Fils s'il fut en vie, comme dessus est declare. Item accordé est entre lesdites Parties, & a voulu & consenty ledit Monsieur le Comte, que au cas que ledit Amey son Fils iroit de vie à trepassement, que Madite Dame Bonne sa Femme à venir soit doüée, & l'y constituë en Doüaire dix mille francs d'or de revenuë chascun an en justice & Seignorie, non comptés ne compris Chasteaux & Fortereresses, en revenue de Terre; par telle condition et maniere, que Madite Dame Bonne ne prendra ne recevra à cause dudit Doüaire, s'il n'avenoit tant comme Mondit Seigneur le Comte, qui est à present vivra, fors tant seulement fix mille francs de revenue par an par, la vie à trespassement, au cas ou elle survivroit, elle prendra & recevra entierement lex dix mille francs dessusdites par la fourme devant ditte; leques Doüaire au cas que dessus sera assis en & sur la Terre de Foucigny; & au cas aussy que ladite Terre de Foucigny ne vaudroit lors dix mil francs de revenue de Doüaire comme dit est, ledit Monsiuer le Comte veut, consent & promet, par luy & ses Successeurs, supplir & asfigner ce qui soudroit, en et sur les Terres et lieux plus prochains de la Terre de Foucigny: Et dudit Doüaire se le cas avenoit, Maditte Dame Bonne fera foy & Homage à Mondit Seigneur le Comte de Savoye qui est à present: Et luy allé de vie à trespassement, Madite Dame Bonne le reconnoistra tant seulement à tenir de Fié, Souveraineté & Ressort de cely qui sera Comte par le temps sans luy faire foy ne Hommage. Item que s'il avenoit que ledit Amey alast de vie à trespassement sans avoir Enfans masles, descendans de son propre corps & de ladite Madame Bonne sa Femme, ou masles descendans des masles, & qu'is eussient une Fille tant seulement; ledit Monsieur le Comte veut & consent, que luy ou ses Heritiers seront tenus de donner en Mariage du sien propre à ladite Fille cent mil francs pour une fois, outre le Droit qu'elle auroit és cent mille francs donnés en Mariage à ladite Madame Bonne sa Mere: Et au cas qu'il y auroit plusieurs Filles, la premiere aura en Mariage sur les biens dudit Monsieur le Comte soixante mille francs pour une fois outre le Droit que elle auroit au Dot & és autres biens de ladite Madame Bonne sa Mere; & sera tenu ledit Monsieur le Comte de marier les autres Filles selon son estat; & pour tant lesdites Filles seront contentes & exclus ses de tous les biens Paternaux de Mondit Seigneur le Comte. Item est accordé & convenu entre lesdites Parties, par Convenances & Pactions expresses, que au cas que ledit Amey iroit de vie à trespassement; ladite Madame Bonne survivant, & que restitution de Dot auroit temps & lieu; ledit Monsieur le Comte ou ses Heritiers & Successeurs seront tenus de restituer à Madite Dame Bonne ou à ses Heritiers, lesdits cent mille francs donnés par elle en Mariage comme dit est, se paye avuent este & autrement ce que paye en seroit, à semblables, termes qu'il aura esté payé: Et au cas que ladite Dame Bonne iroit de vie à trespassement sans Hoirs descendans de son corps, Monsieur le Comte ou ses Heritiers seront tenus de rendre ce q; de ladite Somme de cent mille frans aura esté payé aux Hoirs de Madite Bonne ou a ceux qui auront, cause d'elle. Item est accordé que ledit Monsieur le Duc garnira ladite Madame, Bonne, & ledit Monsieur le Comte la enioiolera selon son Estat. Lesquelles Pactions & Convenances ainsi faites, lesdits Messieurs le Duc de Berry & Comte de Savoye, ont promis & juré par leurs loyaux Seremens, sur les Saincts Evangiles donnés & prestés corporalement, & sur l'obligation de tous leurs biens, & sur la foy de leurs corps baillée de l'un à l'autre: & pour le faire plus à plein, Mondit Seigneur le Duc promet de payer audit Monsieur le Comte, au nom de Amey son Fils à Bagié, la Somme de cent mille frans, dessusdits aux termes establys: & a donné ledit Monsieur le Duc pour ladite Somme en pleiges, & fiances, c'est assavoir, Tres-excellent Prince Monsieur Jean Comte d'Armignac, Messire Jean de la personne Vicomte d'Aunoy, Messire Guillaume de Bourbon, Renaud de Bregzoles, Vesian de Lomagne, Estienne du Fay, guichart de Marzé, Chevaliers; Messires Pierre de Grac Chancelier de mondit Seigneur de Berry, & Imbaut Seigneur du Peschin. Et aussi d'autre Partie ledit Monsieur le Comte, de ce pour la restitution desdits cent mille francs donnés en Mariage, & pour ledit Doüaire attendre & enteriner, baille & donne en pleiges le susdit Monsieur le Comte d'Ar-

Digitized by Google

d'Armignac, Meſſire Philibert de la Baume, Guillaume de Chalamont, Gaſpart de Montmayour, Chevaliers; & Humbert Seigneur de Fromentes, Escuyer. Lesquelles pleiges & fiances, preſens & conſentans, c'eſt aſſavoir, ceux de Mondit Seigneur le Duc, & chascun d'eux par Soy & par le tout, de leur bonne volonté, ſans fraude ne barat, ſe ſont conſtitués & eſtablys fiances & pleiges de la Somme decent mille frans ſusdits, au cas que mondit Seigneur le Duc defaudroit és payemens d'icelle Somme, aux termes eſtablys, & ce en les mains de mondit Seigneur le Comte preſent & recevant; & ont promis lesdits Pleiges de faire les payemens de ladite Somme de cent mille frans, aux termes & lieux deſſusdits, ou venir perſonnellement à Bourg en Breſſe, en cely lieu tenir Hoſtages continuellement, & dudit lieu non partir ſans congie de mondit Seigneur de Savoye, ou de ſon certain Meſſage, jusques à ce que ledit Monſieur le Comte ſoit pleinement payé des Sommes deües, & ſeront tenus venir ês dits Hoſtages. C'eſt aſſavoir, Monſier le Comte d'Armignac dedans deux moys prochains, apres ce qu'il en ſera requis par ledit Monſieur le Comte de Savoye, ou par ſon certain Meſſage, ou y envoyer quatre Chevaliers; Et tous les autres Pleiges dudit Monſieur le Duc dedans un moys prochain, apres ce que eux en ſeront requis: & ſemblablement lesdits pleiges & fiances dudit Monſieur le Comte, & un chascun d'iceux par le tout, de leurs bonnes volentés ſans barat ou contrainte, ont promis & juré par les foys de leurs corps & ſur l'obligation de tous leurs biens, de rendre & reſtituer à Madite Dame, ou à ceux qui auront cauſe d'elle, ledit Dot de cent mille frans, ou ce qui en ſera payé audit Monſieur le Comte, & auſſi de faire aſſeoir, & aſſigner à elle le Doüaire deſſusdit à l'y donné par ledit Monſieur le Comte: Eront auſſi promis & juré, de faire tenir & accomplir les choſes ſusdites, ou d'aller tenir Hoſtages en leurs propres perſonnes en la Ville de Mascon, c'eſt aſſavoir, un mois prochain apres ce que par mondit Seigneur le Duc ou ſon certain Meſſage, en ſeront requis; & la tenir Hoſtages, & de la non partir ſans licènce dudit Monſieur le Duc: & ſe Meſſire Philibert de la Baume deſſus dit ne pouvoit ou vouloit tenir lesdits Hoſtages, que il y puiſſe envoyer un Chevalier ſouffiſant qui illec tiendra lesdits Hoſtages, pour & en nom de luy, par la maniere que deſſus. En teſmoin desquelles choſes, & pour ce que elles ſoient fermes & eſtables à touſiours, Nous Duc de Berry, & Comte de Savoye deſſus dits, avons fait mettre à c'eſt preſent Inſtrument nos grands Seaux, & ont eſté faites & données ces choſes à Valence ſur le Rosne en la Maiſon de la Bergerie à l'Enſeigne de l'Image de Sainct George, l'an & jour que deſſus: Preſens a ce Meſſire Jaque Loup Chambellant, Guillaume de Guiſay, Jeoffroy de Germoles Maiſtres d'Hoſtel de mondit Seigneur le Duc, Guichard de Sure, Chevaliers, Colas Meugnin, & Guillaume Seguin Secretaires de mondit Seigneur le Duc, teſmoins à ce appellés. Signatum *De Bordis*.

LI.

Privilegium Caroli IV. Romanorum Imperatoris, quo Amadeum VII. Sabaudiæ Comitem, generalis Capitanei Locumtenentis atque Vicarii Imperialis in Italia dignitate poteſtateque condecoravit, d. d. 23. Nov. An. 1372.

KArolus *Quartus* Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemiæ Rex. Illuſtri Amedeo, Comiti Sabaudiæ, Sacri Imperii Principi, ac fideli, & conſanguineo ſuo cariſſimo gratiam ſuam & omne bonum. Conſanguinee Princeps, & fidelis cariſſime. Conſiderantes turbationes multiplices Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Matris noſtræ, quibus verſucia, & pravitate Barnabovis de Vicecomitibus noſtri, & Imperii Sacri Rebellis, ac Reipublicæ inimici indeſinenter affligitur, eidem Sanctiſſimæ noſtræ Matri tanquam devotus Filius pio compatientes affectu, inter cæteros noſtros, & Imperii Sacri Principes & fideles, quorum ad nos pervenit familiaris notitia, te tamquam Conſanguineum noſtrum, de cujus fide, & virtutis conſtantia, nativa ſanguinis præſumtione confidimus in partem tantæ ſollicitudinis noſtra quidem elegit Serenitas, ut Majeſtati noſtræ velut Conſanguineus, nativo poſcente decreto, & tamquam Princeps, & fidelis Imperii debito fidei perſuadente ad honorem, commodum, & defenſionem Sanctæ Matris Eccleſiæ in tantis opportunitatibus tuæ virtutis induſtria ſuffrageris, præſertim cum Dominus noſter ſummus Pontifex adeo grandem erga te gerat benignitatis affectum, ut pro tua perſona ac Sacri Imperii, noſtrorum fidelium accedente conſilio, animo deliberato, de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis, ac de certa noſtra ſcientia, te in omnibus partibus totius Italiæ, quæ nos, & Sacrum Romanum Imperium jure, vel conſuetudine ſeu quavis ratione, conſpiciunt, facimus, conſtituimus & ordinamus noſtrum, & Sacri Imperii Capitaneum, Locumtenentem, & Vicarium generalem; dantes ex nunc, & concedentes tibi plenam, & liberam, & omnimodam auctoritatem temporalem, & generalem jurisdictionem, & gladii poteſtatem, merum, mixtum, & abſolutum imperium, & etiam adminiſtrationem, & jurisdictionem omnimodam, contentioſam & voluntariam, vice, & auctoritate, atque nomine noſtris in Provintiis, Principatibus, Dominiis, Diſtrictibus, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, & eorum pertinentiis quibuscumque vocabulis nominatis, & ubicumque locorum, nihil penitus excluſo, conſiſtentibus in certis metis, circumferentiis, & limitibus ſupradictis, per te, vel alium, ſeu alios exercendi, animadvertendi in facinoroſos, & reos homines, eosque, & rebelles quoscumque puniendi, & relegandi, deportandi, ultimo ſupplicio addicendi, & aliter cohercendi ratione prævia, & mediante juſtitia, prout criminis qualitas exigit, & delicti ac culpa rebellium, & exceſſus, fures, præ-

prædones, & quoslibet maleficos inquirendi, insequendi, puniendi, laqueandi, suspendendi, membra detruncandi, in facie bullandi, ad bestias, & fullenum condemnandi, in exilium perpetuò, seu ad tempus relegandi, & tales, dum pro modulo tuæ discretionis opportunitas illud exegerit, absolvendi, & ad jura pristina reducendi, & ut etiam apud & pro te, ac tuum, seu tuos Commissarios merum, & mixtum Imperium, administrationem, & jurisdictionem hujusmodi, contentiosa, seu voluntaria, in loca, & homines cujuscumque status, præeminentiæ, vel conditionis existant infra terminos, & limites prædictos consistentia, & consistentes, salva semper in omnibus Sacrosancta Ecclesiastica Libertate, exerceantur libere secundum quod jus, & ratio persuadebunt, cum auctoritate plenissimas pœnas imponendi, augendi & diminuendi, & remittendi, mulctas imponendi, & cohercionem quamlibet exercendi, concedentes nihilominus tibi, & illis, quibus hæc commiseris, & in te, illum, vel illos jure plenario transferentes auctoritatem, potestatem, & licentiam generalem, monetas cudendi, Theolonea, pedagia, vectigalia, & alia quævis onera instaurandi, levandi, accipiendi, &, dum placuerit, tollendi, & remittendi, collectas, & datia consueta, onera realia, & personalia, ac mixta nobis, & nostro Imperio debita, nec non omnes census, redditus, jura, proventus, emolumenta, obventiones, conductus, Theolonea, & Pedagia dictorum Principatuum, Dominiorum, Monasteriorum, Civitatum, Terrarum, Territoriorum, Districtuum, Oppidorum, Castrorum, Villarum, & Locorum prædictorum ad nos, & Sacrum Imperium pertinentium, exigendi, levandi, & recipiendi, pœnas, & mulctas ratione prævia, imponendi, levandi, & ex causis racionabilibus augumentandi, minuendi, remittendi, in judicio & extra, Judices, Cameræ nostræ servos acceptandi, & defendendi, bona damnatorum, rebellium, & reorum justitia exigendi, confiscandi, publicandi, officiales quoscumque instituendi, & destituendi, & de omnibus criminibus ordinariis, & extraordinariis, enormibus, levibus, publicis, & privatis, cognoscendi puniendi, & executionem faciendi tam secundum jura municipalia, quam communia seu Legis Constitutionem, & decisionem hujusmodi committendi, in integrum restituendi, abolicionem concedendi, infamia tam juris quam facti notatas publicandi, eamque tollendi, & super ea dispensandi, de causis principalibus, & appellationum ad nos, & Sacrum Imperium interpositarum, seu interponendarum quibuslibet, tamquam noster, & Imperii in dictis Italiæ partibus Capitaneus, Locumtenens, & Vicarius Generalis cognoscendi, examinandi, decidendi, & diffiniendi, & alia, quæ causarum merita requirunt, exercendi, & exequendi, Ferias & Nundinas instituendi, imponendi collocandi, & concedendi, rebelles Sacri Imperii persequendi, & puniendi, privandi, & exuendi Feudis, gratiis, libertatibus, indultis, & juribus quibuscumque temporalibus, infames & inhabiles reddendi, pronunciandi, ac declarandi, ac destitutos, privatos, vel exutos per te, vel alium, seu alios etiam per quæcumque juditia dampnatos, ut extra jus, ut moris est, seu aliter constitutos, & positos, ad honores, status, officia, jura pristina in integrum libere restituendi, bellum indicendi, Decreta, Statuta, & Provisiones in prædictis omnibus, & quolibet prædictorum faciendi, de novo corrigendi facta, etiam tollendi semel, & pluries, & toties quoties opportunum fuerit, & ordo dictaverit rationis, omnia, & singula Feuda vacantia, & etiam vacaverint infra terminos, & limites prædictos committendi, & conferendi Feudis insignibus Episcoporum, Comitum, & Baronum, ac specialiter, & expresse illis, qui cum vexillis consueverunt recipi, & de quibus Officialibus Curiæ Imperialis servitur, dumtaxat exceptis, & a recipientibus Feuda hujusmodi, dum, & quoties se casus obtulerit, Homagii, fidelitatis, obedientiæ & devotionis debita juramenta nostro & Imperii Sacri nomine, postulandi, & recipiendi, ad Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates Ecclesiasticas, etiamsi Curatæ existant, Personatus, Ecclesias Parochiales, & Beneficia, ac Officia Ecclesiastica, seu temporalia, dum, & quotiens vacaverint, dum tamen ad nos, & Sacrum Imperium pertineant, & nobis, & Imperio in illis jus, & patrocinia debeantur, personas aptas, & idoneas presentandi & eas & ea conferendi, dotes, & dotalitia, ac donationes propter nuptias admittendi, approbandi, & confirmandi, mente captis Curatores, puppillis, orphanis, & viduis Tutores, & Defensores præficiendi, ac Tutores, & Defensores minus legitime datos confirmandi devolutiones fiscales quorumcumque Dominiorum, Prædiorum, Agrorum, Hæreditatum, seu etiam rerum mobilium, dummodo jus, & ratio illud exegerit, nostro & Imperii Nomine, exigendi, tenutam, & possessionem talium capiendi, ita, ut generaliter omnia, & singula Regalia, & alia quæcumque ex Lege, Jure, Constitutione, Edicto, seu Consuetudine, aut aliter qualitercumque Maestati nostræ, & Sacro Imperio competere dinoscuntur, ad te Capitaneum, Locumtenentem, & Vicarium Generalem nostrum, & eos, quibus hoc commiseris pertineant pleno jure, & generaliter omnia, & singula, quæ ad legitimum, & verum Sacri Romani Imperii Capitaneum, Locumtenentem, & Vicarium Generalem in Locis, & Terris, sic ut præmittitur, pertinent, libere faciendi, exercendi, & exequendi, etiam si qua ex eis jure, vel Consuetudine speciale mandatum exigerent in præmissis, non obstante quod prædicta, seu aliquod prædictorum dicerentur esse dampnosa fisco, vel juri contraria, seu quod secunda jussio non diceretur intercessisse, & etiam non obstantibus quibuscumque Legibus, Constitutionibus, Consuetudinibus, juribus, & Statutis municipalibus & localibus, generalibus vel specialibus, publicis vel privatis, in contrarium facientibus, quibus omnibus, & singulis, in quantum præsentibus obviare possent in toto, vel in aliqua sui Parte, ac si talia specifice, in suis Capitulis, & punctis hic forent inserta, & nominatim expressa Decreta, nostra scientia, & de plenitudine potestatis Cæsareæ specialiter derogamus, supplentes omnem defectum, si quis in præmissis, seu præmissorum aliquo, dubietate, defectu, aut finistra interpretatione verborum aut sententiarum, seu solempnitatis obmissæ, seu in alio quovis modo compertus fuerit, de certa nostra scientia, & plenitudine Cæsareæ potestatis; Mandantes nihilominus firmiter, & di-

stricte

ſtricte univerſis, & ſingulis Eccleſiaſticis, etiamſi Pontificali Dignitate præfulgeant, & ſæcularibus Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Miniſterialibus, Militibus, Clientulis, Vaſallis, Civitatibus, Oppidis, & eorumdem Univerſatibus, Locorum Rectoribus, & eorumdem Communitatibus, Caſtris, Villis, Subditis, Terrigenis, Incolis, Habitatoribus, Caſtellanis, Cuſtodibus, Officialibus, & hominibus quibuscumque pertinentiarum, Diſtrictuum, Dominiorum, Terrarum, Territoriorum, circumferentiarum, & limitum Italiæ prædictorum, & nominatim univerſis, & ſingulis, qui de Jurisdictione, Baylia, ſeu Diſtrictione dictorum Vicecomitum Mediolanenſium, Bernabovis, et Galeaz, colligatorum ſuorum, ſeu eis adhærentium Vicariali, ſeu alio quovis titulo fuerint, vel ſint, quibuscumque ſpecialibus vocabulis appellentur, cujuscumque præeminentiæ, dignitatis, ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, præſentibus, et futuris, quatenus te præfatum Amedeum Comitem Sabaudiæ, Principem, et Conſanguineum noſtrum carisſimum tamquam generalem Capitaneum, Locumtenentem, atque Vicarium obedienter, benigne, et absque difficultate qualibet recipiant, et admittant, tibique, et officialibus tuis, quos ibidem ſtatuendos duxeris loco tui in omnibus, et ſingulis, quæ officium tale reſpiciunt, noſtro et Imperii Sacri nomine, fideliter, et effectualiter, tanquam nobis, obediant, pareant, et intendant ſub pœna criminis Læſæ Majeſtatis, rebellionis, proditionis, et perjurii, nec non perdicionis Feudorum, poſſeſſionum, rerum mobilium, privilegiorum, gratiarum, & indultorum, et omnium ſimpliciter, quæ a Sacro Romano tenent Imperio, et hactenus tenuerunt, et ſub pœna privacionis nobilitatum, honorum, dignitatum, et famæ, quas in contrarium quovis modo facient, ipſo facto volumus incidiſſe. Igitur Conſanguinee carisſime, dilectionem tuam affectuoſe requirimus, et rogamus, quatenus ad honorem, commodum, et defenſionem Sanctæ Matris Eccleſiæ, et pro Sacri Imperii exaltatione, decore, et gloria, ad comprimendum rebellium, et malorum contemptum, et ſuperbiam, et ut modeſtis, et bonis pacis amœnitas procuretur, dictos intrepide velis adire labores, ut exinde Divinam gratiam, et benedictionem veram populi, auxiliante Domino merearis, præſentibus ad noſtrum dumtaxat beneplacitum valituris. In cujus rei Teſtimonium præſentes fieri, et Imperialis noſtræ Maeſtatis Sigillo Teſtimonio juſſimus roborari.

LII.

Tractatus Pacis inter Amadeum VII. Comitem Sabaudiæ & Johannem Galeatium, Vice-Comitem Virtutum, concluſæ, d. d. 29. Aug. An. 1378.

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem M CCC LXXIIX. Indictione prima, die viceſima nona menſis Auguſti: Per præſens publicum Inſtrumentum cunctis appareat evidenter, quod in præſentia noſtrorum Notariorum publicorum & teſtium ſubſcriptorum, conſtituti perſonaliter propter ea quæ ſequuntur Illuſtres & Magnifici Principes & Domini Domini Amedeus Comes Sabaudiæ ex una parte; & *Joannes Galeas* Vicecomes Virtutum Mediolani etc. Imperialis Vicarius generalis, ex parte altera: Ipſi quidem Domini Comites ex certa eorum ſcientia non vi, dolo vel metu ad hæc inducti, nec ab aliquo ſicut aſſerunt circumventi, una ſimul ad invicem mutuis conſenſibus, ſolemnibus ſtipulationibus vallatis intervenientibus hinc inde, pro ſe & ſuis Hæredibus & Succeſſoribus quibuscumque Pacta, Conventiones & Capitula inter ſe viciſſim fecerunt & inierunt, nobis dictis Notariis publicis ſtipulantibus, et recipientibus pro ipſis D. D. et utroque ipſorum, et omnibus aliis quorum intereſt et intereſſe poterit in futurum, quæ et prout inferius declarantur. Primo quod dictus Dominus Joannes Galeas Vicecomes, Comes Virtutum Mediolani etc. Imperialis Vicarius generalis vult et conſentit et contentus eſt quod præfatus Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ, ejus Avunculus, poſſit et valeat diſponere et facere pro ſe libito voluntatis, de Caſtris, Villis, Fortalitiis, Feudis, Homagiis et aliis bonis quæ idem Dominus Comes Sabaudiæ, tenet vel poſſidet per ſe vel alium in Dioceſi Vercellenſi et Yporigiæ. Quæ quidem Caſtra, Villæ, Feuda, et bona alia, fuerunt recolendæ memoriæ Domini Galeas Vicecomitis Mediolani, etc. quondam Patris dicti Domini Virtutum Comitis, et in prædictis omnibus plene conſentit dictus Dominus Comes Virtutum, confideratis amore conſanguinitatis, honoreque et legalitate præfati Domini Sabaudiæ Comitis. Secundo, quod prædicti Domini Comites Sabaudiæ et Virtutum, remittunt ſibi ad invicem et viciſſim omnes et ſingulas injurias, damna et diſcrimina quæcunque, quæ per unam Partem et alteram, alteri ſeu eorum Subditis et eorum Territorio quomodolibet facta, illata et perpetrata fuerunt ſeu dici poſſunt; ita quod ab inde in antea dicti Domini firmam et validam Pacem pro ſe et ipſorum Subditis inter ſe habeant, et teneant perpetuo inviolabiliter duraturam. Tertio quod prænominati Domini Comites ſibi promittunt ad invicem et viciſſim, non præbere aliquo modo palam vel ſecrete, directe vel indirecte, auxilium, conſilium, vel favorem alicui, ſeu aliquibus cujuscunque conditionis, excellentiæ vel ſtatus exiſtant, volenti ſeu volentibus offendere alteram Partium, modo aliquo, in perſona, ſtatu ſeu bonis, ſalvo tamen et reſervato honore cujuslibet Partium prædictarum in præmiſſis. Quarto, quod dicti Domini Comites promittunt, contra quoscumque volentes offendere alteram Partium, quod juvabunt et tractabunt ſe ad invicem ſicut bonus Pater debet tractare bonum Filium, et bonus Avunculus Nepotem, et e converſo; et hoc tantum, quantum cum honore utriusque Partis, fieri poterit. Quæ omnia et ſingula ſupradicti Domini Comites Sabaudiæ et Virtutum, et uterque ipſorum promiſerunt nobis dictis

Digitized by Google

Notariis infraſcriptis, ſtipulantibus et recipientibus omnia et ſingula ſupra et infra ſcripta vice et nomine ipſorum et ſuorum Hæredum et Succeſſorum quorumcunque, et omnium aliorum quorum intereſt et intereſſe poterit in futurum, per juramenta ſua ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtita, et ſub expreſſa hipotheca et obligatione omnium bonorum ſuorum, mobilium immobilium, præſentium et futurorum quorumcunque, rata, grata, firma, et irrevocabilia habere perpetuo et tenere, et contra non facere per ſe vel alium ſeu alios quomodolibet venire, ſeu contra facere vel venire volenti conſentire, ſeu præbere conſilium, auxilium vel juvamen; ſed ea omnia et ſingula attendere et complere, firmiterque et inviolabiliter obſervare cum effectu, ſicut ſuperius deſtinabuntur, omni juris, conſuetudinis et facti exceptione ſemota. De quibus omnibus et ſingulis dictæ Partes petierunt a nobis ſuſcriptis Notariis unum exemplum præſentis Inſtrumenti ſibi dari, ejusdem tenoris, ſeu facti ſubſtantia non mutata. Acta fuerunt hæc in caſtro Papiæ præfati Domini Comitis Virtutum, in Camera cubiculari Illuſtris Dominæ Blanchæ de Sabaudia, relicti quondam dicti Domini Galeas. Præſentibus ipſa Illuſtri Domina Blanchia, de Sabaudia, Magnifico Viro Domino Manfredo Marchione Saluciarum Domino Cardeti; egregiis et ſapientibus Viris Dominis Girardo d'Eſtrez Domino Bannencii Cancellario Sabaudiæ, Jacobo de Verme, Bartholomeo de Chignino, Militibus, et Antonio de Porris de Mediolano, Teſtibus. Signatum, *Ravaſii* et *de Lucio*.

LIII.

Tabulæ fœderis inter Amadeum VII. Comitem Sabaudiæ & Joannem Galeatium, Vice-Comitem Virtutum, Ducem Mediolani initi, d. d. 21. Nov. An. 1378.

In Nomine Domini Amen.

ANno ejusdem M CCC LXXVIII. die vigeſima prima menſis Novembris, Indictione ſecunda; Univerſis & ſingulis ad quos præſens publicum Inſtrumentum advenerit, pateat evidenter; Quod Illuſtres Principes & Magnifici Domini Domini *Amedeus* Comes Sabaudiæ etc. & *Joannes Galeas* Vicecomes Virtutum Comes Mediolani etc. Imperialis Vicarius Generalis, moti tam ex ſtricto Sanguinis vinculo, quam ex intimæ dilectionis & mutuæ caritatis compagine, quibus ſunt ſimul Deo diſponente conjuncti, ad infraſcriptas Conventiones & Pacta, ex nutu Dei durantes perpetuo, ad invicem devenerunt. Primo namque Ill. & Magnificus Dominus Dominus Amedeus Sabaudiæ Comes etc. promiſit & promittit & per fidem ſui corporis ſuo Sacramento juravit & firmavit nunquam facere & quod nunquam faciet Ligam, Juram, Unionem vel aliam Confœderationem, quocumque nomine cenſeantur, cum aliquo Principe, Domino, Communitate, vel quovis alio Præſidente, cujuscunque præeminentiæ, ſtatus & conditionis exiſtat; niſi prius in omnibus & per omnia ac in omnem caſum exceptatis præfato Illuſtri & Magnifico Domino Joanne Galeas Vicecomite, Comite Virtutum etc. Nepote & Filio ſuo cariſſimo, omnibusque Civitatibus, Terris, Caſtris, & Subditis ſuis, quas ad præſens tenet & poſſidet, & quas etiam ipſum in futurum tenere & poſſidere continget, ob omnibus offenſionibus, injuriis, & damnis atque moleſtiis, quæ per præfatum Illuſtrem & Magnificum Dominum Dominum Comitem Sabaudiæ etc. & quemcumque ſeu quoscumque Colligandos, jurandos, uniendos & confœderandos cum eo, vigore alicujus Ligæ, Juræ, Unionis vel Confœderationis fiendarum, ut præfertur, præfato Illuſtri & Magnifico Domino Domino Joanni Galeas, Vicecomiti, Comiti Virtutum etc. ſuisque Civitatibus, Terris, Caſtris & Subditis antedictis poſſent quomodolibet directe vel per indirectum inferri. Item promiſit & promittit & per fidem ſui corporis ſuo Sacramento juravit & firmavit Illuſtris Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ ſupradictus, quod ſe nunquam alicui taliter obligabit, quin caſu quocumque adveniente poſſit præfato Illuſtri Domino Domino Joanni Galeas Vicecomiti, Comiti Virtutum etc. contra quemcumque, ipſum & Statum ſuum lædere volentem, dare toto poſſe ſuo auxilium, conſilium & juvamen. Verſaque vice præfatus Illuſtris & Magnificus Dominus Dominus Joannes Galeas, Vicecomes, Virtutum Comes etc. promiſit & promittit & per fidem ſui corporis ſuo Sacramento juravit & firmavit, nunquam facere & quod nunquam faciet Ligam, Juram, Unionem vel aliam Confœderationem, quocumque nomine cenſeatur, cum aliquo Principe, Domino, Communitate, vel quovis alio Præſidente cujuscumque præeminentiæ, ſtatus & conditionis exiſtant: niſi prius in omnibus, & per omnia ac in omnem caſum exceptatis præfato Illuſtri et Magnifico Domino Domino Amedeo Comite Sabaudiæ etc. Avunculo et Patre ſuo cariſſimo, omnibusque Civitatibus, Terris, Caſtris, et Subditis ſuis, quas ad præſens tenet et poſſidet, et quas etiam ipſum in futurum tenere et poſſidere continget, ab omnibus offenſionibus, injuriis, damnis, atque moleſtiis, quæ per præfatum Illuſtrem et Magnificum Dominum Joannem Galeas Vicecomitem, Comitem Virtutum etc. et quemcumque ſeu quoscumque Alligandos, jurandos, Uniendos, et Confœderandos cum eo, vigore alicujus Ligæ, Juræ, Unionis vel Confœderationis fiendarum, ut præfertur, præfato Illuſtri et Magnifico Domino Domino Amedeo Comiti Sabaudiæ etc. ſuisque Civitatibus, Terris, Caſtris, et Subditis antedictis, poſſent quomodolibet directe vel per indirectum inferri. Item promiſit et promittit, et per fidem ſui corporis ſuo ſacramento juravit et firmavit Illuſtris Dominus Joannes Galeas Vicecomes, Virtutum Comes prædictus, quod ſe nunquam alicui taliter obligabit, quin caſu quocumque adveniente, poſſit præfato Illuſtri et Magnifico Domino Domino Amedeo Comiti Sabaudiæ etc. contra quemcumque, ipſum et Statum ſuum lædere volentem, dare

toto

Digitized by Google

toto posse suo auxilium, consilium et juvamen. Quæ quidem omnia et singula supradicta promiserunt sibi invicem prædicti Illustres Principes, et Magnifici Domini Dominus Amedeus Sabaudiæ Comes etc. et Joannes Galeas Vicecomes, Comes Virtutum etc. attendere et inviolabiliter observare: Non intendentes propterea prædicti Illustres Principes et Magnifici Domini Comites prælibati, quod propter præmissa, vel aliquod præmissorum, possit vel debeat aliquibus Conventionibus et Pactis alias inter eos solemniter celebratis, et factis, aliqualiter derogari. Actum in Civitate Papiæ, videlicet in magistro Castro ipsius Civitatis in Turri posita super angulo dicti Castri versus Citadellam ab intra; Præsentibus spectabilibus et egregiis Dominis Manfredo Marchione Salutiarum, Girardo d'Estrefio, Jacobo de Verme, Militibus, et Linoto de Pinotis, ac Antoniolo Potro, testibus, et nobis Notariis infrascriptis, ad hæc vocatis specialiter et rogatis, appositis, huic Instrumento Sigillis Illustrium Dominorum Comitum prædictorum, in majus robur omnium præmissorum.

LIV.

Testamentum Amadei VII. Comitis Sabaudiæ, d. d. 27. Februar. An. 1383.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, & Virginis Gloriosæ, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem Domini millesimo, trecentesimo, octuagesimo tertio, Indictione sexta, die Veneris vigesima septima Mensis Februarii, in Castro Sancti Stephani Bisuntinæ Diocæsis, & Camera, in qua Illustris & Magnificus Princeps & Dominus Dominus *Amedeus*, Comes Sabaudiæ, Princeps, Dux Chablasii & Augustæ, & in Italia Marchio, pro sua residentia pernoctabat; Præsentibus Viris Egregiis, & Potentibus Dominis Amedeo, Domino Urteriarum, Gaspardo de Montemajori, Domino Villari Saleti, & Joanne de Verneto, Militibus Viro Venerabili & Religioso Fratre Deofecit Bonivardi Ordinis Minorum Conventus Chamberiaci, Petro Vicini de Confleto Taren. Mermeto Rongeti Bellicen. ejusdem Domini Comitis Secretario, & Joanne de Cra, dicto de Druyn Burgen. Aquiani Gebenn. Diocæsis. dicti Domini Comitis Testibus ad infrascripta vocatis per Testatorem subscriptum, eodem contextu præsentibus specialiter & rogatis; per præsens verum, publicum & avtenticum Instrumentum cunctis appareat evidenter: Cum in præsentia Notarii publici infrascripti, more publicæ personæ stipulantis & recipientis omnia & singula supra & subscripta, vice, nomine & ad opus omnium & singulorum, quorum interest, intererit & interesse poterit in futurum, & Testium prædictorum, constitutus personaliter & specialiter propter ea quæ sequuntur. Præfatus Illustris & Magnificus Princeps & Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ Princeps, Dux Chablasii & Augustæ, & in Italia Marchio, qui nolens decedere intestatus, suum facit, condit, disponit & ordinat nuncupativum Testamentum sine scriptis dictum, licet in scriptis redactum, seu ultimam dispositionem, in modum qui sequitur & formam; quod quidem Testamentum & Testamentariam dispositionem valere vult, præcipit & intendit jure Testamenti, & si non valeat jure Testamenti, vult eum valere jure Codicillorum, seu Donationis causa mortis. In primis si quidem ipse Dominus Amedeus, Comes Sabaudiæ, de munifica miseratione Patris & Filii & Spiritus Sancti, Beatæ Virginis Gloriosæ, Sanctorum Mauricii & Georgii, Sanctorumque & Sanctarum Dei merito confidens, corpus suum & ejus animam recommendat humiliter & devote eisdem Patri & Filio & Spiritui Sancto, Beatæ intemeratæ Virgini Mariæ, Beatisque Georgio & Mauricio, & toti Curiæ Supernorum. Item sepulturam suam vult disponit, & ordinat in Ecclesia Abbatiæ Alecombæ, in Capella sua & Monumento in quibus Progenitores sui consueverunt sepeliri, in qua sepultura vocari & adesse vult & præcipit omnes Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Abbatissas, Prælatos, Ordines & Presbyteros, & alias Ecclesiasticas Personas, qui & quæ haberi poterunt commode; qui ibidem Missarum solemnia & alia divina Officia celebrent, pro remedio animæ suæ & Prædecessorum suorum; quibus Religiosis in universo vel particulari dentur ad arbitrium Executorum suorum inferius descriptorum. Item luminare, & ornamenta sua fieri vult, præcipit & ordinat, prout suo statui congruit, ad arbitrium & dispositionem dictorum Executorum suorum, quatuor vel trium ex ipsis. Item debita persolvi, & clamores emendari vult & præcipit per Hæredem suum inferius nominatum. Item præfatus Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ Testator, in suæ mentis consideratione revolutus, honores, beneficia, & commoda, suis temporibus habita & obtenta gratia & misericordia omnipotentis Domini, qui ipsum cum laude & honore non modico tam contra hostes Christianæ fidei, quam ejus inobedientes, rebelles & contrarios, sua mirabili potestate victorem fecit in pluribus, ad laudem Domini nostri Jesu Christi Patris et Filii et Spiritus Sancti, et Gloriosæ Genitricis Beatæ Virginis Mariæ, Sanctorumque et Sanctarum Dei, et totius Curiæ Cœlorum, ut peccatis suis propitiatores existant; Vult, disponit, et ordinat, quod in Castro suo Petræ Castri fundetur, fiat, construatur et fabricetur unum venerandum Cœnobium et Monasterium, sub nomine, et ad honorem Beatæ Virginis Mariæ, Fratrum Heremitarum Ordinis Carthusiensis, in quo sint et ordinentur et adesse debeant perpetuo quindecim Fratres Carthusienses ad honorem quindecim Gaudiorum intemeratæ Virginis Mariæ, qui ibidem singulis diebus debeant et teneantur Missarum solemnia et alia Divina Officia celebrare, pro remedio animæ suæ et Prædecessorum suorum, nec non pro remedio animarum aliorum Dominorum et Militum, qui de Ordine Colaris sui fuerunt, sunt et esse contigerit in futurum; cui quidem Monasterio totum Castrum Petræ Castri et ambitum ejus, una cum toto Territorio in quo situm est,

Digitized by Google

ab introitu dicti Castri ubicumque supra Rupem dat et legat, una cum omnibus et singulis arboribus, plateis, ingressibus, egressibus pertinentiis et appendenciis universis; et ipsum Monasterium et Fratres prædictos in eis instituit. Item ut Fratres et familiares ordinandi ibidem obsequendo divino cultui, vivere valeant ibidem et sustentari honorifice sicut decet; ipse Dominus Comes Testator dictis Ecclesiæ et Monasterio, Fratribus et Conventui mille Florenos auri boni ponderis per annum in valore dat et legat, et eos instituit in eis, dictumque Monasterium, Ecclesiam et Fratres dotat in eis, et ipsos mille Florenos per annum dat, donat, cedit et concedit perpetuo in Dotem et nomine Dotis ipsorum; quos quidem mille Florenos auri boni ponderis assignat et affectat, et eos assignari, declarari et specificari vult, disponit et ordinat per Executores suos subscriptos, et tres vel duos ex ipsis inde et super Vineis, Pratis, Nemoribus, Terris, Redditibus, Hominibus, Homagiis, Emphitevtis, Directis, Dominiis propinquioribus, quæ et quas habet et habere potest in mandamentis, Castellaniis et Districtibus Petræ Castri et Cordonis, ad veram assisiam, arbitrium et dispositionem dictorum Executorum. Item volens ipsum Monasterium et Fratres ampliori beneficio communire, pro ædificiis necessariis construendis et reparandis ibidem, calicibusque, libris et aliis ornamentis emendis ad opus dicti Monasterii, quatuor millia Floren. de Camera Domini nostri Papæ semel dat et legat. Item pro ponte lapideo construendo super Rhodano in portu Petræ Castri, ultra ducentos Florenos jam traditos et soluros ea occasione, sex millia trecenta Floren. auri boni ponderis veteres semel dat et legat; Et pro una Capella in dicto Ponte construenda ad honorem B. Virginis Mariæ, in qua singulis diebus Miss. solemnia celebrentur pro remedio animæ suæ et Prædecessorum suorum, et tam pro ædificiis et donationibus ipsius Capellæ mille quingentos Florenos auri veteris semel dat et legat. Item fabricæ et operi Pontis construendi in Montemeliano, supra ripam et Flumen Isaræ, sex mille Florenos auri boni ponderis semel dat et legat. Item vult disponit et ordinat, quod in Hospitali Montismeliani construantur, una Capella, et quinque Presbyteri ordinentur, ibidem Missarum solemnia et alia Divina Officia celebrantes, ad honorem quinque Plagarum seu quinque vulnerum Domini nostri Jesu Christi; pro quibus faciendis, et dotatione dictæ Capellæ, ac ornamentis emendis, quatuor mille Florenos auri boni ponderis veteris semel dat et legat. Item Capitulo et Canonicis Ecclesiæ Lausan. pro una Missa in eadem Ecclesia diebus singulis celebranda ad honorem B. Virginis Mariæ, quatercentum Florenos veteres semel. Item Fratribus et Conventui Minorum Lausann. tam pro reparatione suæ Ecclesiæ, quam pro una Missa in eadem Ecclesia diebus singulis celebranda, pro remedio animæ dicti Domini Comitis et Antecessorum et Successorum suorum, quingentos Florenos veteres. Item Conventui et Canonicis S. Mauricii Agaunensis, tam pro una Missa ibidem singulis diebus perpetuo celebranda, quam pro una lampade accensa, tenenda perpetuo et continuo ante magnum altare dictæ Ecclesiæ, pro remedio animæ suæ, Anrecessorum et Successorum suorum, quingentos Florenos veteres semel dat et legat. Item ipse Testator ad S. Mauricium Agaunensem habens affectionem merito singularem, vult, disponit, et ordinat, quod Ecclesia S. Mauricii prædicti fabricetur et ædificetur integriter de novo, de et super bonis, rebus et Hæreditatibus ejusdem, quæ supponit et afficit ad perfectionem ipsorum. Item Conventui et Monasterio S. Eugendi Jurensis, pro una Missa ibidem diebus singulis perpetuo celebranda, quater centum Florenos veteres semel dat et legat. Item Conventui et Fratribus S. Anthonii Vienn. tam pro una Missa ibidem perpetuo celebranda, Capella in qua est brachium S. Anthonii pingendum armis et signis suis, et pro una lampade ibidem accensa tenenda perpetuo, quingentos Florenos boni ponderis Veteres semel dat et legat. Item, Capitulo et Canonicis Ecclesiæ Bellic. pro una Missa ibidem perpetuo celebranda, pro remedio animæ suæ et Antecessorum et Successorum suorum, tercentum Florenos veteres semel dat et legat. Item pro tribus Missis in loco Cerderiacum in Maurian. septimana qualibet perpetuo celebrandis, septies viginti Florenos veteres semel dat et legat. Item pro una Missa in Capella B. Mariæ Pontis-Secusiæ, diebus singulis cantanda, et una lampade ad effigiem B. Mariæ accensa tenenda perpetuo, tercentum Florenos semel dat et legat. Item pro una Missa in altari B. Mariæ de Consolatione, una Missa in altari B. Mariæ de Pace, et una alia Missa in altari B. Mariæ de Gratia de Thaurino, diebus singulis perpetuo celebrandis, quater centum quinquaginta Florenos veteres semel dat et legat. Item pro una Missa in Altari B. Mariæ Annessiacæ, perpetuo diebus singulis celebranda, tercentum Florenos veteres. Item pro una Missa in altari B. Mariæ S. Leodegarii Chamberiaci, diebus singulis celebranda, tercentum Florenos veteres. Item pro una Missa in Capella Vultus Domini Viviaci diebus singulis perpetuo celebranda, quater centum Florenos veteres. Item Hospitali novo Chamberiaci, pro una Missa ibidem diebus singulis perpetuo celebranda, quater centum Florenos semel dat et legat. Item Dominabus Monialibus de Polletens in Eleemosynam, ducentum Florenos semel dat et legat. Item Conventui et Fratribus Seillonis Carthusiensis pro una Missa ibidem perpetuo celebranda, ducentum Florenos semel dat. Item fabricæ Pontis Conflenti, et una Capella ibidem construenda, et una Missa ibidem perpetuo celebranda singulis diebus, mille quingentos Florenos veteres. Item Fabricæ Pontis Dranciæ inter Thononum et Aquinianum, quater centum Florenos veteres semel. Item Domino Joanni de Verneto Militi, in præmium et remunerationem serviciorum sibi impensorum per eum, tria millia Florenorum auri boni ponderis semel dat et legat. Item Domino Amedeo Domino Urtenarum, ultra tercentum Florenos sibi ad vitam annis singulis donatos tercentum Florenos auri consimiles eidem dat, ad vitam suam annis singulis

Digitized by Google

gulis persolvendos in et super Castellania Maurian. per Castellanum qui pro tempore fuerit, termino quo dicti tercentum Floreni priores solvi debent, et eos eidem Domino Amedeo vult, dum vixerit, assignari, et hoc in præmium serviciorum et laborum sustentorum per ipsum. Item Joanni de Cresto, in præmium et remunerationem serviciorum et laborum sustentorum per eum, mille Florenos auri boni ponderis semel dat et legat. Item Petro Vicini Secretario suo in præmium serviciorum et laborum sustentorum per ipsum, mille Florenos auri boni ponderis semel dat et legat. Item Joanni de Cra, alias de Druyn ejus Valletto, in remuneracionem serviciorum et laborum suorum sustentorum per eum, mille Florenos auri boni ponderis semel dat et legat. Item ipse Testator habens ad familiares & servitores suos domesticos quemlibet in gradu suo affectionem singularem, volens eis pro meritis compensare, vult, disponit, & ordinat, qui ipsi præmientur & remunerentur, consideratis ipsorum servitiis, ad ordinationem Dominæ & Conthoralis suæ, & Executorum suorum inferius descriptorum, & duorum ex ipsis. Item ipse Dominus Comes Testator recognoscens se fore erga Dominum Gaspard. deMontem. Militem suum, & Mermetum Rogeti ejus Secretarium, merito obligatum, qui sibi perpetuo suo tempore fideliter & utiliter servierunt. Ipsos Dominæ Uxori suæ, & *Amadeo Filio suo* carissimis expresse & specialiter recommendat; volens, injungens & expresse præcipiens ipsis Uxori & Filio, quatenus eisdem Domino Gasp. & Mermeto respondeant & remunerent condigne pro servitiis eorundem, super quibus se exonerandum ipsos onerat, afficit & astringit specialiter & expresse; Item ipse Dominus Comes Testator, considerans & attendens grata, fructuosa & laudabilia servicia sibi facta fideliter & impensa per *Illustrem Consortem suam carissimam, Dominam Bonam de Borbonio*, & quibus intrinsecis dilectionibus fuit per eam hactenus humaniter prosecutus; eandem Dominam Bonam facit, vult, ordinat, nominat & disponit Dominam veram & Administratricem ac usufructuariam in Comitatu Sabaudiæ, Ducatu Chablasii & Augustæ, & Marchionatu in Italia, & Principatu, ac in omnibus universis & singulis Civitatibus, Villis, Castris, Oppidis, Locis, Hominibus, Homagiis, Superioritatibus, Reverentiis, Feudis, Retrofeudis, Jurisdictionibus, meris, mixtis, Imperiis, Jurisdictione omnimoda, Redditibus, Servitiis, Censis, Possessionibus, Proprietatibus, Dominiis Dignitatum prædictarum, & omnium & singularum Terrarum, Locorum, Castrorum, Villarum, Burgorum, Civitatum & Oppidorum, ad Comitatum Sabaudiæ, Ducatum, Principatum, Marchionatum pertinentibus quoquo modo, sive citra, sive ultra Montes fuerint, quomodolibet situata: ita quod ipsis omnibus, & singulis utatur & uti debeat, & omnes fideles & Subditi sui eidem plene, perfecte obedire debeant & teneantur, dum tamen in humanis vixerit, & ab aliis nuptiis abstinebit; ita quod *Amedeus de Sabaudia, ejus Filius* carissimus statum suum & ejus Uxorem teneat, & cum ea vivat de bonis, rebus, exitibus, obventionibus & emolumentis prædictorum Comitatus, Ducatus, Principatus & Marchionatus; exceptis Villis, Castris, & Locis infrascriptis, & ipsorum pertinenciis, quæ eidem Dominæ Conthorali suæ, dum vixerit & ab iteratis nuptiis abstinebit, vult esse præcipue expedita, & ea vult sibi modo prædicto proprie & specialiter pertinere, & eidem obediat & pareat & intendat tanquam verus, bonus & obediens. Filius; ita quod eandem Matrem suam benigniter, humaniter & favorabiliter prosequatur, quoniam ipsam eidem recommendat specialiter & expresse; volens quod omnes fideles sui dictæ Dominæ dum vixerit obediant, pareant & intendant, ut sibi ipsi facerent, dum tamen in humanis fuerit, & ab aliis nuptiis abstinebit. Item ipse Dominus Testator volens eandem Dominam Conjugem suam carissimam speciali favore & dilectione prosequi, eidem Dominæ & Conjugi suæ dat & legat, ad vitam ipsius naturalem, si ab iteratis nuptiis abstinebit, Castra, Villas, Loca, Territoria, Mandamenta, Superioritates & Districtus Aquiani, Fisternæ, Ripailliæ, Thononis, Alingiorum, Hermanciæ & Burgeti in Sabaudia, cum omnibus & singulis Redditibus, Serviciis, Censis, Hominibus, Homagiis, Pratis, Vineis, Nemoribus, Terris, Stagnis, Pascuis, Molendinis, Baptitoriis, Exitibus, Obventionibus, Emolumentis, meris, mixtis Imperiis, & Jurisdictione omnimoda, pertinentiis & appendentiis ipsorum, & cujuslibet eorundem; sic quod ipsius vita naturali durante, & ipsa ab iteratis nuptiis abstinente, prædictis omnibus & singulis ipsorum utatur & uti possit perpetuo, & suos fructus proprios facere, absque eo, quod exinde rationem vel computum facere vel reddere, vel collationem facere cum aliquo teneatur; volens quod omnes Subditi & Vassalli dictorum Castrorum, Villarum & Locorum prædictorum, eidem Dominæ pareant, obediant, solvant & intendant, dum vixerit; & ab aliis nuptiis abstinebit, prout eidem Testatori facere tenerentur. In Comitatu autem Sabaudiæ, Ducatu Chablasii & Augustæ, Marchionatu in Italia Principatu, Dignitatibus, Seignoriis, Baroniis, & in aliis omnibus & singulis rebus, bonis, Hæreditatibus, Civitatibus, Locis, Castris, Villis, Oppidis Comitatus Sabaudiæ Ducatus Chablasii & Augustæ, Marchionatus in Italia, & Principatu, ac Dignitatibus Obediencias, Superioritatibus, Reverentiis Subjectionibus eorundem, Hominibus, Homagiis, Fidelitatibus Principis Achayæ, Domini Aymonis de Sabaudia, Comitis Gebennensis, Domini Bellijoci, Domini de Villariis, Domini Cameræ, Domini de Aquis, Comitis Grueriæ, Domini Grandissonis, Domini Guillermi de Grandissone, Comitum Vallispergiæ, Sancti Martini, Sancti Georgii, Dominorum Montisjoreti, & cæteris ad prædictas dignitates ad dictum Testatorem tam citra quam ultra Montes competentibus, meris, mixtis Imperiis, & Jurisdictionibus omnimodis, Redditibus, Censis, Terris, Pratis, Vineis, Pascuis, Nemoribus, Molendinis, Baptitoriis, Stagnis, Lacubus, Piscariis, Venationibus, Territoriis supradictis, & cæteris omnibus ad ea pertinentibus quomodocumque & qualitercumque, pertinentiis & appendentiis eorumdem, *Illustrem Amedeum de Sabaudia Filium suum carissimum*, suum hæredem universalem instituit, & suos liberos masculos naturales & legiti-

mos,

Digitized by Google

mos, ex ſuo corpore & legitimo matrimonio deſcendentes vulgariter, pupillariter & per Fideicommiſſum, ita quod ſemper prior natu ſuccedat aliis Filiis maſculis ſecundum decentiam generis honorifice ſuſtinendis, & Filiabus honorifice maritandis; Volens, diſponens, & ordinans, adhærendo ſemper diſpoſitionibus Progenitorum ſuorum, quod ſtantibus Filiis Maſculis de genere & armis Comitum Sabaudiæ, & generis armorum ſuorum mente ſanis & corporibus, nunquam Filiæ ad ipſius Succeſſionem vocentur; & ſi eundem Amedeum, Filium ſuum cariſſimum ſine liberis maſculis legitimis & naturalibus, ut ſupra, mori contigerit, vel ſi habuerit, & eos mori contingat quandocumque ſine liberis naturalibus & legitimis; eo caſu, *Illuſtrem Amedeum de Sabaudia Principem Achaya*, Nepotem ſuum cariſſimum, & ſuos liberos maſculos, naturales & legitimos, ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio deſcendentes, eidem ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per Fideicommiſſum; & eo caſu mediantibus prædictis, Ludovicus de Sabaudia Nepos ſuus cariſſimus terram Principatus habere debeat pleno jure, & ſibi competat prout ad eundem Principem pertinet, & conſuevit hactenus pertinere; ſalvis tamen Homagio, Feudis, Retrofeudis Comitis Sabaudiæ, & Pactis & Conventionibus habitis cum eodem; & ita quod ſemper natu prior mente compos ſuccedat, & cæteris in Succeſſione præferatur aliis Filiis honorifice ſuſtinendis, & Filiabus ſecundum decentiam generis maritandis. Et ſi forte Eundem Amedeum Principem ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis mori contingerit, eo caſu Ludovicum de Sabaudia Neporem ſuum cariſſimum Fratrem prænominati Principis, & ſuos liberos maſculos ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio deſcendentes, ſibi ſubſtituit vulgariter pupillariter & per Fideicommiſſum: Et ſi forte dictum Ludovicum de Sabaudia ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, ex ſuo proprio corpore & legitimo matrimonio, mori contingerit, eo caſu Dominum Aymonem de Sabaudia Militem Dominum Villæ-Franchæ, & ſuos liberos maſculos, naturales & legitimos eidem Ludovico, & eo præmoriente, cæteris ſubſtituit vulgariter, pupillariter & per Fideicommiſſum; ita quod, ut ſupra, prior natu præ cæteris in Succeſſione vocetur, & ſtantibus Filiis prædictorum, nunquam Filiæ ad Succeſſionem vocentur. Executores vero ſuæ hujus ultimæ voluntatis prænominatus Dominus Comes Teſtator facit, diſponit, nominat & ordinat R. Patrem Dominum Guyd. Abbatem Sancti Michaelis Cluſini, Dominum Guillermum de Grandiſſono Dominum Aubonæ, ſi adeſſe poterit, Ludovicum de Coſſonay Dominum de Benthié, Amedeum Dominum Urteriarum, Dominum Joannem de Gorgenon, Dominum Mellionati, Dominum Gaſpardum de Montemajori Dominum Villarii Saleti, Humbertum de Columberio Dominum de Vuillermis, Bartholomæum de Chignino, Humbertum de Balma Dominum Fromentarum, Andream Bellætruchæ, & tres, & duos ex ipſis, pro prædictis omnibus & ſingulis exequendis; in quorum Executorum ſuorum manibus, hæreditates, resque & bona ſua omnia ponit, & relinquit pro integro cumplemento & ſatisfactione ipſorum, & de ipſorum probitate & dilectione confidens, eos ſe exonerando onerat de prædictis. Signatum *Revaſii*.

LV.

Contractus matrimonii inter Amadeum VIII. Comitem Sabaudiæ, & Mariam Philippi Audacis, Ducis Burgundiæ filiam, d. d. 11. Novembr. An. 1386.

PHilippe Fils du Roy de France, Duc de Bourgoigne, Comte de Flandres, d' Artois & de Bourgoigne, Palatin, Comte de Retel, Seigneur de Salins, & de Malines. Et Nous Amey Comte de Savoye, Duc de Chablais, & de Oſte en Italie, Marquis, Prince, faiſons ſavoir à tous, Que Nous conſiderans que nos Pays ſont voiſins & prochains les uns es autres, & que l' affinité & alience de Nous & de nos Hoirs & Succeſſeurs eſt tres-prouffitable à nos Pays, & la Chouſe publique, en la preſence, & du conſentement de Monſeigneur le Roy, & par la deliberation des Seigneurs de noſtre Sang & Lignage, & des Gens de noſtre Conſeil de Mariage, au plaiſir de Dieu, & de Saincte Egliſe, de Marie Fille de Nous Duc de Bourguoigne, & de Amey Fils de Nous Comte de Savoye, obtinne Premierement ſur ce Diſpenſation de l' Egliſe, laquelle Nous Duc, & Comte prometons de preſent avoir telle quil appartiendra. Avons traittè & accordè par la forme, & maniere que s' enſuit. C'eſt aſſavoir, que Nous Duc de Bourguoigue devrons à noſtredite Fille pour ſon Dot, pour toute Succeſſion de Pere & de Mere, ſauve à noſtredite Fille & à ſes Hoirs le droit de Succeſſion en ligne collateral avequesce qui deſſoubs eſt eſcript, là ou Nous ottroyons & accordons, que ladite Marie & ſes Hoirs puiſſe venir à la Succeſſion de Nous Duc, & de noſtredite Compaigne lâ Ducheſſe, la Somme de cent mille francs d'or, de laquelle Somme nous payerons vingt-cinq mille francs, quand lesdits Enfans ſeront en âge de marier, meſmement la Fille en âge de dix-ans & que le Mariage d'entre eux ſera, parfait, & en la ſeconde annèe après le Mariage parfait, autres vingt-cinq mille francs, & en chaſcune des deux annèes enſegant vingt-cinq mille francs; leſquels cents mille francs, le Mariage diſſolu, retourneront à noſtre dicte Fille, ou à ſes Hoirs, & Succeſſion de noſtre coſtè & ligne; laquelle Somme de cent mille francs Nous Comte de Savoye aſſignons, & promettons aſſeoir ſur les Chaſteaux, Villes, Chaſtellenies, Mandement, & appartenances de Conflens, de Eugine, de Tournon, de Faverges, & de Eguebelle, & au plus pres les parfaire à compter en aſſiette,

Digitized by Google

assiette, en valeur, & revenus de Terre, mil francs de revenu pour douze mil francs d'or à une fois, sans les Chasteaux ou Edifices qui baillè seront avec lesdites Terres; ainsi montervit l'assiette ou assignation du Dot dessus diz à la valeur de huict mille trois cents trente-quatre francs de revenus ou environs laquelle assignation & assiette Nous Comte de Savoye, serons faire à nos despens par prisée convenable en valeur de Terre par Gens en ce connoissans avant la perfection dudit Mariage; & aussi à faire ladite prise, & assiete, Nous Duc de Bourgoigne envoirrons de nos Gens, les quels commettrons a ce faire; desquels Chasteaux, Chastellanies, Villes, Mandemens, & appartenances, ou de tant que monteront les payemens qui faict servient dissolu ledit Mariage, ladite Marie & ses Hoirs dessusdits joviront, & en perçevront les fruicts & esmoluments jusques à la valeur desdits huict mille trois cents trente-quatre francs de revenu; & tendront les Chasteaux en tel estat de couverture & reparations communes, qu'ils seront bailiè a ladite Marie, ou á ses Hoirs, jusques à tant que ladite Somme decent mille francs soit rendue & restituée á ladite Marie, ou à ses Hoirs par le Comte de Savoye qui pour le temps sera, lequel pourra restituer ladite Somme de cent mille francs dedans quinzeans apres le Mariage dissolu à quatre payemens, en payant à chascun payement vingt-cinq mille francs; & pour chascun payement desdits cent mille francs ladite Marie ou ses Hoirs delaisseront le quart de ladite rente, & se dedans ledit terme de quinze-ans apres le Mariage dissolu, ladite Somme de cent mille francs n'estoit du tout restituè, ladite assignation & assiette pour tant qu'il en demeureroit à rachepter, servit Heritage perpetuel a ladite Marie & à ses Hoirs du costè & ligne de Nous Duc de Bourgoigne, sans ce qu'il fussent tenu den faire Homage, ne que aucun autre y eut Ressort & Souverainetè, & ce avant la perfection dudit Mariage, Nous Duc de Bourguoigne pouvons trover Terre à vendre qui feust bienseant audit Comte de Savoye nostre Nepveu, nous la poyerons s'il nous plaisoit achepter, & y employer le Dot dessusdit de nostredite Fille, la quelle Terre seroit Heritage d'elle & de ses Hoirs du costè de Nous Duc de Bourguoigne, pourveu que d'icelle Terre nostredit Nepveu, nostreditte Fille ou ses Hoirs ne feussent tenu de faire service, obeyssance, ne Homage à aucun; Et s'il advenoit que Nous Duc de Bourguoigne, ou nostre Compaigne la Ducheſſe trespassions sans Hoir masle legitime decendant de nous, ou de nos Enfants malles; ladite Marie pourroit, venir à la Succession de celuy qui ainsi trespasseroit, en rapportant son Dot. Et nous Comte de Savoye pour le Doüaire de ladite Marie, avons promis & accordè, que ce apres le Mariage perfait & consommè nostredit Filz Amey trespassoit Nous vivant, ladite Marie aura pour son Doüaire à sa vie cinq mille francs de revenu à les prendre, assoir, & deslivrer ès Pays & Terres de Beugès, Verromès, & Novalese, & a le parfaire au plus près & se Nos alions de vie à trespas avant nostredit Filz, & que ladite Marie le survesquit, elle auroit dix mille francs de revenus par an à les prendre sur les Terres dessusdites sans compter Chasteaux, ou Edifices en prisée, lesquels seront balliè avec lesdites Terres en chacun des cas dessusdits; lesquelx Chasteaux & Terres ladite Marie tendra à sa vie tant seulement sous nostre Souverainetè & Ressort, & de nos Successeurs Comtes de Savoye, & soustiendra les Chasteaux en tel estat de couverture & reparations, comme qu'il seront bailliè à ladite Marie; Et s'il avenoit que le Doüaire de Madame de Savoye, Mere de Nous Comte, au le Doüaire de la Comtesse nostre Femme fut estaint par le trespassement de l'une d'elles, au temps que le Doüaire de ladite Marie auroit lieu il seroit en son election de prendre le Doüaire tel comme dit est, en & sur les Terres qui seront deschargiès de l'un des Doüaires dessus dis; Et de present Nous Comte ferons tout nostre pouvoir, que nostredite Dame & Mere preigne son Doüaire ailleurs, & la recompenserons suffisamment s'il l'y plaist. Item au cas que ledit Amey nostre Fils trespassoit Nous vivant, delaissoit Hoir malle procrèe dudit Mariage, iceluy Hoir malle seroit Hoir & Heritier principal de Nous Comte, jasoit ce que nous eussions autres Enfans masles, lesquels en ce cas servient appreuvès, selon leur estat à nostre Ordonnance. Et ce de ce present Mariage ne yssoit que Filles, & que le Pere trespassat vivant Nous, & que Nous eussions autre Fils malle, icelles Filles seroient mariées & appourtionnèes selon leur estat par nostre principal Heritier. Et en outre Nous Comte dessusdit, pour contemplation dudit Mariage donnons dès maintenant, à nostredit Fils pour ly, ses Hoirs & Successeurs perpetuels, les Chastiaux, Villes, Chastellenies, Mandemens, Terres & appartenances de Baugiè, & de toute la Terre de Bresse, sauf le Doüaire de la Comtesse nostre Compagne dessusdite, tel qu'il luy est assignè. Et ou cas que du Mariage de nostredit Fils & de ladite Marie, demeureroit, que Filles ou temps du decès de Nous Comte, & que nous aurions un Fils, qui fut nostre Heritier; il pourroit recouvrer lesdites Terres en assignant premierement à la Fille aisnèe dudit Mariage huict mille francs d'or de revenue en Lieux bons & convenables, sans compter Edifices en prix, qui seront bailliè

Digitized by Google

liè a la Fille; & les autres Filles ſe aucunes en y a, ſeront mariées par le Fils & Heritier deſſusdit ſelon leur eſtat. Item Nous Duc de Bourgogne avons accordè de bailler noſtredite Fille pour contemplation dudit Mariage, a Noſtrè dit Neveu de Savoye, & a noſtre Niepce ſa Femme, quand elle aura ſept ans accomplys, ſe avoir la veüillent, & auſſi ſi leur plaiſt, lors ſera le Mariage, ſolemnizè, ſi comme raiſon le pourra ſouffrir. Lesquelz choſes & chacune de icelles en la forme & maniere que dèſſus ſont eſcriptes & paſsées, Nous Duc de Bourgogne, & Comte de Savoye devant dis, havons promis & promettons par ces Preſentes l'un a l'autre en bonne foy & par nos ſeremens, tenir & accomplir, & procurerons par effect faire tenir, & enteriner à nos Enfans; & renoncions quant à ce expreſſement per nos dis ſeremens, a toutes exceptions qui tant de fait, comme de Droit eſcript & non eſcript, aidier ou valoir pourroient, venir à l'encontre dse Accords, Traitties & promeſſes deſſusdites, ſur les obligations des biens de Nous Duc, & Comte devant dis, & de nos Hoirs & Succeſſeurs. En teſmoin desqueles choſes, Nous Duc, & Comte deſſusdits, avons fait ſeeler ces Preſentes de nos propres Seaux. Donnèes à l'Ecluſe en Flandres, le II. jour de Novembre, l'an de Grace M. CCC. LXXXVI.

LVI.

Teſtamentum Amadei VIII. Comitis Sabaudiæ; d. d. 1. Novembr. An. 1391.

In Nomine Domini, Amen.

ANno nativitatis ejusdem milleſimo tercenteſimo nonageſimo primo, Indictione decima quarta, die prima menſis Novembris, in domo Ripailliæ, in Camera qua jacere ſolitus eſt Dominus Comes infraſcriptus; præſentibus Viro Nobili, Domino Ottone de Grandiſſono, Domino de Sancta Cruce et Aubonæ, Religioſo Viro Fratre Guillermo Franconis Ordinis minorum Magiſtro Luguino Paſcalis, et Magiſtro Hommebono de Ferraria Phiſico, ac Viris Nobilibus Aymone de Aſperomonte, Guidone de Grolea, Petremando de Ravayſio, Joanne de Chignino, Humberto, d'Arvillars, Henrico de Flecheria, et pluribus aliis Teſtibus ad infraſcripta vocatis, et propter ea quæ ſequuntur rogatis ſpecialiter per Dominum Teſtatorem ſubſcriptum. Hujus publici Inſtrumenti tenore cunctis appareat tam præſentibus quam futuris; Quod Illuſtris Princeps et Dominus noſter, Dominus *Amedeus* Comes Sabaudiæ, ſanus mente, memoria et intellectu, licet corporis infirmitate gravetur, in præſentia dictorum teſtium, et mei Notarii infraſcripti perſonaliter conſtitutorum: Conſiderans quod præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, et ea quæ viſibilem habent eſſentiam tendunt viſibiliter ad non eſſe, nolens inteſtatus decedere, ſed cupiens, ut aſſerit, de rebus et bonis ſibi a Deo collatis more Prudentum Virorum diſponere, de ſui certa ſui ſcientia, facit et ordinat ſuum Teſtamentum nuncupativum ſine ſcriptis, licet in ſcriptis redactum in hunc qui ſequitur modum. In primis animam ſuam humiliter et devote recommendat Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ Virgini, ac toti Curiæ Supernorum. Item ſepulturam ſui corporis eligit, nominat, eſſe vult et jubet fieri in Monaſterio Altecombæ Ciſterciensis ordinis, videlicet in tumulo quo recolendæ memoriæ Illuſtrium Dominorum quondam Sabaudiæ Comitum corpora requieſcunt. Item omnia & ſingula relicta ad pias cauſas, concernentes proviſionem animæ ſuæ, devote committit & relinquit ordinationi & diſpoſitioni Illuſtris Dominæ noſtræ, Dominæ Bonæ de Borbonio, Comitiſſæ Sabaudiæ ejus cariſſimæ Genitricis, cum conſilio Viri Nobilis, & potentis Domini Ludovici Domini de Coſſonay, qui ſuper præmiſſorum ordinatione, quanto citius poterunt poſt obitum ipſius Teſtatoris providere debeant, intendere & vacare cum deliberatione qua decet, eosdem Dominam Comitiſſam ejus Matrem Cariſſimam, & Dominum de Coſſonay, ac eorum conſcientias ſuper hoc onerando. Item Johanni Chabodi ejus Scutifero quingentos Florenos auri ſemel dat & legat. Item Anequino de Bruxella ejus Scutifero quingentos Florenos auri ſemel dat & legat. Item remunerationem cæterorum Scutiferorum, ſervitorum & famulorum ſuorum, de quibus mentio non eſt facta, aut fiet inferius, committit & relinquit præfatæ Dominæ Bonæ de Borbonio Comitiſſæ Sabaudiæ ejus Cariſſimæ Genitrici, quæ quanto citius poterit commode ad complementum remunerationis hujusmodi procedat, & procedere debeat, ſecundum meritorum cujuslibet exigentiam, conſilio dicti Domini de Coſſonay, & aliorum de ejus conſilio quos viderit evocandos. Item Luguino de Salucis ejus Scutifero, ea ratione videlicet quod nulla alia bona poſſidet, & attentis obſequiis ſibi per eundem Luguinum exhibitis, ſex millia Florenorum auri ſemel dat & legat, de quibus emere & acquirere teneatur & debeat in Comitatu Sabaudiæ, Terram & reddit us quos ab ejus Hærede infraſcripto teneat & tenere debeat in Feudum Ligium & nobile, & ſub Homagio Ligio præ cæteris Dominis quibuscumque, & pro quibus Fidelitatis & Homagii Sacramentum præſtare teneatur eidem. Item Baſtardo de Sabaudia donat, legat & relinquit mille quingentos Florenos auri, per annum in perpetuum ſibi & ſuis aſſignandos per ſuum infraſcriptum univerſalem Hæredem, aut per præfatam Dominam Comitiſſam ejusdem Teſtatoris Matrem cariſſimam; quos in Feudum Ligium & nobile dictus Baſtardus teneat, & tenere debeat a præfato Amedeo de Sabaudia & ſuis Succeſſoribus, & pro quibus mille quingentis Florenis annualibus dictus Baſtardus præfato Amedeo de Sabaudia Homagium Ligium facere teneatur & debeat, ac Homagii Ligii & Fidelitatis Ligiæ Sacramentum præſtare. Item præfatus Dominus Comes Teſtator de ſuo motu proprio laudat, emologat & confirmat Teſtamentum

Digitized by Google

tum ſeu ultimam voluntatem præfati Domini noſtri quondam Genitoris ſui cariſſimi, & omnia contenta in eo juxta ipſius Teſtamenti ſeriem & effectum, illudque jubet & præcipit expreſſe teneri, attendi & obſervari per ſuum Hæredem univerſalem ſubſcriptum, in qualibet ſui parte & in ſingulis ejus punctis & articulis, perinde ac ſi in præſenti Inſtrumento eſſent expreſſa & ſpecificata ſpecialiter & expreſſe, omnia quæ in ipſo Teſtamento ſunt inſerta. Item Illuſtrem Dominam Bonam de Borbonio Sabaudiæ Comitiſſam Matrem ejus cariſſimam, in mille Florenis auri annualibus dum in humanis fuerit ſibi Hæredem inſtituit, ultra ſibi relicta & ordinata per præfatum Dominum Genitorem ipſius; quos mille Florenos annuales eidem Dominæ Comitiſſæ jubet, vult & ordinat dictus Teſtator ſufficienter aſſignari per ſuum Hæredem univerſalem infraſcriptum ad requiſitionem ejusdem Dominæ Comitiſſæ; & poſt ejus Obitum dicti mille Floreni annuales ad Hæredem univerſalem dicti Teſtatoris in ſolidum revertantur & debeant pertinere. Item Illuſtrem Bonam de Sabaudia ejus Filiam cariſſimam, in quinquaginta millibus Florenis auri ſibi Hæredem inſtituit, pro quibus eam vult eſſe tacitam, & contentam de omnibus & ſingulis bonis & rebus ſuis, ita quod nichil ultra dictam ſummam ſuper ipſis bonis petere poſſit vel debeat quoquomodo. Item Poſthumum ab Illuſtri Domina Bona de Biturio, ejus Conſorte cariſſima Comitiſſa, ſi quem vel quos maſculos naſci contingat in Baronia & tota Terra Vuaudi, ſibi Hæredem & Hæredes inſtituit, de & pro qua Terra debeant eſſe taciti & contenti de omnibus & ſingulis bonis ſuis; ita tamen quod de & pro dicta Terra ejus infraſcripto Filio & Hæredi fidelitatem, Ligium præ cæteris & contra omnes facere & recognoſcere teneantur, & ad fidelitatis & Homagii debitum ſint aſtricti; ſalvis & reſervatis ejus Filio & Hæredi, in prædicta Terra Vuaudi, & Juribus dictorum poſthumorum, ſuperioritate & reſſorto ac ſuperioritatibus & reſſorti præeminentiis quibuscumque, ac Jure Feudi & directi Dominii in præmiſſis. Item Poſthumam vel Poſthumas, ſi quam vel quas ab eadem Domina ejus Conjuge cariſſima naſci contigerit, quamlibet ipſarum in quinquaginta millibus Florenis auri ſemel ſolvendis ſibi Hæredes inſtituit; de & pro quibus ipſas & quamlibet ipſarum dictus Teſtator eſſe voluit tacitas & contentas de omnibus & ſingulis bonis ſuis; ſic quod ab inde nihil ultra dictam ſummam ſuper prædictis petere poſſint vel valeant quoquo modo. Item præfatæ Dominæ Bonæ de Biturio, Sabaudiæ Comitiſſæ, ejus Cariſſimæ Conjugi, viginti mille Florenos ſemel tanquam bene meritæ dat, legat & relinquit. Item vult & ordinat præfatus Dominus Comes Teſtator, dari & aſſignari poſt ipſius Teſtatoris obitum præfatæ Dominæ Bonæ de Biturio, ejus Conſorti cariſſimæ, ipſa tamen in viduitate manente, & quamdiu in ſtatu viduitatis manebit, & non aliter, per ejus univerſalem Hæredem infraſcriptum, & præfatam Dominam Comitiſſam Matrem ipſius Teſtatoris cariſſimam, conſilio dicti Domini de Coſſonay; & aliorum de conſilio, dotalicium bonum & ſufficiens in eo valore annuo, quanti valoris eſt dotalicium aſſignatum & conſtitutum præfatæ Bonæ de Borbonio ejus Matri cariſſimæ; per præfatum Dominum noſtrum quondam in ejus ultimo Teſtamento; ſic quod de hujusmodi dotalicio extra limites Comitatus Sabaudiæ nichil transferri valeat vel portari, nec ejus fructibus gaudeat vel utatur præfata Domina Comitiſſa conſors ejus Teſtatoris, niſi quandiu in Comitatu Sabaudiæ reſidentiam fecerit perſonalem. Item in omnibus & ſingulis aliis bonis ſuis mobilibus, immobilibus, Principatibus, Dignitatibus, Comitatibus, Ducatibus, Marchionatibus, Provinciis, Baroniis, Civitatibus, Caſtris, Villis, Jurisdictionibus, Hominibus, Homagiis, & generaliter aliis omnibus & ſingulis Juribus & actionibus quibuscumque, de quibus ſuperius non diſpoſuit, & in his de quibus diſpoſuit, ſalvis ſuperius ordinatis, & de quibus aliter non ordinabit inferius; Amedeum ejus Filium cariſſimum, ſuum Hæredem univerſalem ſibi nominat, eligit, eſſe vult & inſtituit, tenore hujus ſui Teſtamenti & Inſtrumenti præſentis; ita tamen ut taliter quod in prædictis ſeu ipſorum aliquibus nunc vel in futurum perpetuo Filia ſeu Filiæ non ſuccedant vel ſuccedere poſſint vel debeant quoquo modo: per quem Hæredem ſuum univerſalem, & præfatam Dominam Comitiſſam Matrem ſuam cariſſimam, vult, mandat, & præcipit expreſſe, ſeu legata omnia, proviſionem annuæ ſuæ, & relicta ut ſupra ſolvi, & clamores ipſius emendari, & pacificari breviter & de plano, ſine judicum ſtrepitu & figura. Item præfatam Dominam Bonam de Borbonio Comitiſſam ejus Matrem cariſſimam, quamdiu vitam duxerit vidualem, facit & ordinat Tutricem & Adminiſtratricem præfati Amedei ejus Filii cariſſimi, & Hæredis ſui univerſalis: & Bonæ ejus prædictæ Filiæ, & cæterorum Poſthumorum ſuorum prædictorum, quorum tutelam, perſonarum cuſtodiam & adminiſtrationem eidem Dominæ Bonæ de Borbonio Comitiſſæ ipſius Teſtatoris cariſſimæ Genitrici deputat & committit, ac totius Comitatus & aliarum Terrarum ſuarum adminiſtrationem & regimen ſibi relinquit, vocato & aſſiſtente ſibi dicto Domino Ludovico Domino de Coſſonay ejus cariſſimo Conſanguineo, de quo etiam gerit idem Teſtator, ut dicebat, fiduciam ſpecialem, & quos Dominam Comitiſſam & Dominum de Coſſonay precatur humiliter & requirit, quod circa educationem perſonarum dictorum pupillorum, ac regimen & gubernacula totius Terræ ſuæ, ut ſupra exprimitur, dignentur & velint diligenter & fideliter ſe habere: & ſi contingeret præfatam Dominam Matrem ſuam decedere ab humanis, vel ad ſecunda vota tranſire antequam dicti pupilli ad annos pervenerint pubertatis, in utroque caſuum prædictorum, ad dictam tutelam gerendam, ac regimen Comitatus & Terræ ſuæ prædictorum, dictus Teſtator ſubrogat, ordinat & eſſe vult præfatam Dominam ejus Conſortem cariſſimam Comitiſſam, quamdiu vitam ſervaverit vidualem; ita quod dictus Dominus de Coſſonay eo caſu ſibi debeat aſſiſtere in gerenda tutela & adminiſtratione prædictis, fideliter tanquam probus: & eo caſu quo medio tempore, hoc eſt, ante tempora pubertatis pupillorum prædictorum, dictus Dominus de Coſſonay forſan decederet ab humanis, & dicta Domina Comitiſſa conſors ejus cariſſima ante di-

Digitized by Google

cta pubertatis tempora ad ſecunda vota tranſiret, ſic quod dicti pupilli forent omnino tutoris auxilio deſtituti, vel propter mortem dictarum Dominarum Comitiſſarum, vel propter ipſarum convolationem ad ſecundas Nuptias; vult & ordinat dictus Teſtator, quod conſilio Illuſtriſſimi Domini Ducis Bituriì, & Dominæ Bonæ de Borbonio, Comitiſſæ Sabaudiæ ejus Matris cariſſimæ, ſi in Comitatu Sabaudiæ fuerit, vel ipſi Comitatui ſit propinqua, & octo Militum de dignioribus & magis in conſilio pollentibus totius Comitatus prædicti, eligatur & ordinetur communi illorum conſilio & conſenſu unus valens & ſtrenuus Miles de Comitatu prædicto, qui onus tutelæ prædictæ habeat, & regimen gerere debeat, & etiam ſupportare, donec dicti pupilli annos attigerint pubertatis; de qua quidem tutela taliter proviſio dictis pupillis dictus Teſtator ex nunc prout ex tunc caſu ipſo illam laudat, emologat, & confirmat. Item quod quandocumque præfatus Amedeus de Sabaudia ad hanc pubertatis ætatem pervenerit, caſu quo præfata Domina de Borbonio Comitiſſa, ipſius Teſtatoris Mater deceſsiſſet, vel ad ſecunda vota tranſiiſſet, ipſe ſolus Amedeus de Sabaudia cariſſimus ejus Filius & Hæres univerſalis, ſuorum Prælatorum, Baronum, Militum, & in jure peritorum conſilio, regimen gerat & habeat totius Comitatus & Partium ſingularum & adjacentium quoquo modo; ſalvis ſemper & reſervatis adminiſtratione & regimine præfatæ Dominæ Bonæ de Borbonio Comitiſſæ ſuæ cariſſimæ Genitrici. Hanc autem dictus Teſtator ſuam ultimam voluntatem, ſolam & unicam, revocata omni alia ſi quam alias feciſſe reperiatur, & penitus annullata, vult valere jure Teſtamenti nuncupativi; quæ ſi non valet vel valebit eo jure, eam valere vult jure donationis irrevocabilis inter vivos, vel donationis cauſa mortis, & ſi non valet, vel valebit eis juribus, valeat jure Codicillorum, aut cujuslibet alterius ultimæ voluntatis, aut ſecundum Leges, & Canonicas Sanctiones. De quibus omnibus & ſingulis dictus Teſtator fieri voluit & mandavit unum & plura Inſtrumenta publica tenoris ejusdem per me Notarium infraſcriptum, ad opus & pro intereſſe omnium & ſingulorum quorum intereſt & intereſſe poterit in futurum. Signum *Decraſo*.

LVII.

Benedicti P. P. XII. Privilegium de ſtudio generali erigendo conceſſum Civitati Taurinenſi, d. d. 6. Kal. Nov. An. 1405.

BEnedictus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In ſuprema dignitatis Apoſtolicæ ſpecula, licet immeriti diſponente Domino conſtituti, ad univerſas fidelium Regiones earum profeſſus, & commoda tanquam Univerſalis Dominici Gregis Paſtor, commiſſæ nobis ſupplicationis aciem, quantum nobis ex alto conceditur, extendentes, fidelibus ipſis ad quærendam literarum ſcientiam, per quam divini nominis, ſuæque fidei Catholicæ cultus protenditur, omnisque proſperitas humanæ conditionis augetur, libenter favores gratioſos impendimus, & opportunæ commoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cumque itaque, ſicut pro parte dilecti filii nobis Viri Ludovici, Principis Achaiæ, nobis fuit nuper expoſitum propter bellicas clades, quæ in partibus Lombardiæ diutius viguerunt, & vigent, in ſtudiis generalibus earundem, partim ceſſaverint & ceſſent lecturæ, & nonnulli Sacrae Theologiæ Magiſtri, qui in Papienſis, ac Placentini Studiis legerunt temporibus retroactis, cupiant, prout ipſi Principi nunciare fecerunt, in aliqua Civitatum ſeu Locorum aliorum ejusdem Principis in ſuis hujusmodi facultatibus exercere lecturas, & præſertim in Civitate Taurinenſi, quæ in eisdem partibus ſituata, & de antiquioribus totius Italiæ Civitatibus, ac habilis, & idonea ad Studium hujusmodi, tam propter confinitatem multarum Provinciarum, aëris ſalubritatem, victualium abundantiam, quam Civitatem ipſi Magiſtri & Doctores vellent & optant congruis honoribus decorari, præcipue privilegiis ſtudii generalis. Nos præmiſſa, nec non impenſa nobis, & Sedi Apoſtolicæ per dictum Principem obſequia, quamplurima non modice fructuoſa debita conſideratione penſantes, ferventi deſiderio ducimur, quod partes, ac Civitas præfatæ fiant literarum fertilitate fœcundæ, ac Viros producant conſilii maturitate conſpicuos, virtutum redimitos ornatibus, & diverſarum facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibi ſcientiarum fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant univerſi litterarum cupientes imbui documentis. Ex his, & aliis rationalibus cauſis moti pariter & inducti, & non ſolum ad ipſorum Principis, Civitatis, & partium, ſed etiam circum adjacentium Regionum, & incolarum ipſarum, honorem, commodum, & proventum paternis affectibus anhelantes, memorati Principis in hac parte ſupplicationibus favorabiliter inclinati, de Fratrum noſtrorum conſilio ſtatuimus authoritate Apoſtolica, & etiam ordinamus, quod in dicta Civitate Taurinenſi de cætero ſit Studium generale, illudque inibi perpetuis temporibus vigeat tam in Theologia, quam de Jure canonico & civili, quam in quavis alia licita facultate; quodque legentes, ac ſtudentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus & immunitatibus conceſſis Magiſtris, Doctoribus, ac Studentibus commorantibus in Studio generali gaudeant, & utantur. Quodque illi, qui proceſſu temporis Bravium fuerint in illa facultate, in qua ſtuduerint, aſſecuti, ibi docendi licentiam, vel alios erudire valeant, ac Magiſterii ſeu Doctoratus honorem patienter elargiri, per Doctorem ſeu Doctores Magiſtros, ſeu Magiſtrum illius facultatis, in qua examinatio fuerit facienda venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Taurinenſi pro tempore exiſtenti, & in Eccleſia Taurinenſi Paſtore carente Vicario, ſeu Officiali dilectorum Filiorum Capituli dictæ Eccleſiæ præſententur: Idem Epiſcopus, vel Vicarius, ſeu Officialibus Doctoribus, & Magiſtris in eadem facultate inibi degentibus, legentibus convocatis, illos in iis, quæ circa promovendos

ad

Digitized by Google

ad Magiſterii, ſeu Doctoratus honorem requirunt per ſe, vel alium juxta modum & conſuetudinem, qui ſuper talibus in talibus Studiis generalibus obſervantur, examinare ſtudeant diligenter, eisque ſi ad hoc ſufficientes & idonei reperti fuerint hujusmodi licentiam tribuat, & Doctoratus, ſeu Magiſterii impendat honorem. Illis vero qui in eodem Studio dicte Civitatis examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem hujusmodi obtinuerint, ut præfertur, ex tunc absque examinatione vel approbatione alia regendi & docendi tam in Civitate prædicta, quam ſingulis aliis Studiis generalibus, in quibus voluerint legere, vel docere ſtatutis & conſuetudinibus quibuscumque contrariis, Apoſtolica, vel quacumque alia firmitate vallatis, nequaquam obſtantibus, plenam & liberam habeant facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contravenire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli ejus ſe noverit incurſurum. Datum Maſſiliæ apud Sanctum Victorem, anno ſalutis Dominicæ M. CCCC. V. ſexto Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno XI.

LIIX.

Mandatum Ludovici II. Regis Siciliæ ac Comitis Provinciæ, quo Plenipotentiarios ſuos, ad tranſigendum cum Comite Sabaudiæ de Civitate Nicia aliisque terris & caſtris, deſtinatos inſtruxit, d. d. 5. Jul. An. 1409.

Ludovicus ſecundus Dei gratia Rex Jeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apulie, Dux Andegavie, Comitatuum Provinciæ & Forcalquerii, Cenomanie, Pedemontis ac Rouciaci Comes, univerſis & ſingulis præſentes Litteras, ſeu publicum Inſtrumentum inſpecturis, tam præſentibus quam futuris. Notum facimus quod mota nuper quæſtionis & debati materia inter nos ex una, & Illuſtres ultimo defunctum & modernum, Comites Sabaudiæ, Cariſſimos Conſanguineos noſtros, ex altera partibus, de & ſuper Civitate Nicie, diverſisque aliis Terris, Villis, Caſtris & Locis, quas, & quæ cum illorum redditibus, ipſe quondam Comes detinuit, & modernus Comes nobis detinet, indebite occupatas, & occupata, tam infra limites dicti Comitatus noſtri Provinciæ, quam Vintimilii & alibi conſtitutas & conſtituta; & hoc poſt captivitatem, obitum & deceſſum recolende memorie Serenisſime Domine Johanne Regine Regnorum, & Comitatuum prædictorum Comitiſſe, Avie noſtre reverende, cujus Regna, Comitatus & Succeſſio ad Reverendiſſimum Dominum Genitorem noſtrum, & ſucceſſivè ad nos ei in dictis Regnis & Comitatibus ſuccedentes pleno jure pertinent & ſpectant. Et deinde ex ipſis quæſtionibus & debatis exortis Guerris, & Guerarum fremitibus, que mediantibus Tractatibus felicis recordationis Domini Clementis ſeptimi, & Illuſtrium recolende memorie Dominorum Patruorum noſtrorum Biturie & Burgundie, & Treugis ex eorum Tractatibus factis & confirmatis occaſione premiſſorum usque nunc ceſſaverunt. Et quia dictus Dominus Biturie Patruus, ac Illuſtris Cariſſimus Conſanguineus noſter Burgundie Duces ſentientes Treugarum ipſarum confirmationem de proximo finiendam, nosque velle & debere totis viribus intendere ad ipſarum Terrarum noſtrarum, ut premittitur, occupatarum per modernum Comitem recuperationem: Volentes totis viribus eorum debatis et queſtionibus hujusmodi finem imponere gratioſum, et ſuper eis dictum Comitem gratioſe nobiscum concordare, ut ceſſent inimicitie et ſcandala inter Partes, quibus tenemur et volumus pro viribus complacere, annuentes et conſentientes eos de juribus et rationibus noſtris ſuper præmiſſis informari, et ipſis informatis nos ſubmittere et ſtare ordinationi et arbitrio eorundem. Hinc eſt, quod cum ad preſens nequeamus, aliis magis arduis nobis occurrentibus negotiis, circa premiſſa perſonaliter intereſſe; id circo confidentes de induſtria, probitate, diligentia ac ſollicitudine magnifici Egregiorum & Nobilium Virorum, Guidonis de Valle Militis Conſanguinei & primi Cambellani, Roberti Lathomi Licentiati in Legibus Magiſtri Requeſtrarum, Johannis de Podio Generalis Conſiliarii ſuper facto Subſidiorum Domini mei Regis & Guillelmi Seigneti Licentiati in Legibus Judicis Nemauſenſis, Conſiliariorum noſtrorum dilectorum, ipſos quatuor aut tres ex ipſis citra revocationem aliorum Procuratorum noſtrorum per nos alias conſtitutorum, noſtros veros, legitimos & indubitatos Procuratores, actores, factores, & negotiorum noſtrorum geſtores & Nuncios ſpeciales & generales, ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec e contra, tenore preſentium de certa noſtra ſcientia, facimus, conſtituimus, creamus, deputamus, & etiam ſolemniter ordinamus ad ſe conferendum ad preſentiam dictorum Illuſtrium Dominorum Ducum Biturie & Burgundie, & coram eis noſtro nomine, & pro nobis comparendum & ſe preſentandum. Quibus, aut tribus ex prænominatis Procuratoribus & Nunciis noſtris per preſentes de certa noſtra ſcientia plenam & liberam concedimus poteſtatem coram dictis Dominis Ducibus, ubicunque ipſos eſſe contigerit, ſe preſentandi & noſtro nomine, & pro nobis comparendi, omniaque jura & rationes noſtras factum hujusmodi tangentia narrandi, exponendi, & eos de illis informandi, ac contra ipſum Comitem Sabaudiæ, ſi per ſe vel alium, ſeu alios coram ipſis Dominis Ducibus legitime non compareat, de omnibus dampnis, ſumtibus, expenſis, & intereſſe noſtris; & de defectibus, diffugiis, neglectibus ipſius, caſu quo aliud ſubſequatur propter ejus contumaciam & neglectum non comparendi in terminis aſſignatis, & aſſignandis, & ad comparendum coram Dominis Ducibus prædictis proteſtandi & proteſtationum Inſtrumenta petendi, & ad cautelam ſi præſens fuerit fieri faciendi, nec non

Digitized by Google

tractandi, dicendi, concordandi, paciscendi, transigendi conveniendi & promittendi, & que tractata, pacta, transacta concordata & promissa inde fuerunt firmandi, ac Instrumento, Literis & Juramento in animam nostram prestandi vallandi & roborandi, nosque, Terras & Bona nostra presentia & futura ad ea sic per eos aut tres ex ipsis agenda, tenenda, & observanda, quarumcunque Curiarum viribus, stilis, & ritibus obligandi, submittendi & ypotecandi, & omnia alia & singula in premissis & circa premissa ac incidentibus, dependentibus, emergentibus & connexis, ex eisdem, faciendi, dicendi tractandi, concordandi, paciscendi, transigendi, conveniendi & promittendi, que nosmet facere, dicere, tractare, concordare, pacisci, transigere, convenire & promittere, jurare & submittere possemus, si presentes personaliter adessemus, & que hujusmodi negocii sive cause merita postulant, & requirunt, etiam si talia essent que Mandatum magis exigant speciale & magis speciale cum plena & libera Administratione. Relevantes ipsos Procuratores nostros, & eorum quemlibet ex nunc ab omni onere satisdandi, judicio sisti & judicatum solvi cum suis clausulis ad hec necessariis & pariter opportunis. Promittentes ipsarum vigore sub nostro verbo Regali, & sub expressa & efficaci obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, & sub omni juris & facti renunciatione ad hec necessaria, pariter & cautela, Notario publico infrascripto stipulanti & solemniter recipienti vice & nomine omnium & singulorum quorum interest & interesse poterit in futurum, nos ratum, gratum atque firmum habituros omne id et quicquid per dictos Procuratores & Nuncios nostros, aut tres ex ipsis in præmissis, & circa præmissa actum, dictum, gestum, protestatum, tractatum, promissum, conventum, transactum, pactum, obligatum, concordatum, submissum, ypotecatum & juratum, quómodolibet fuerit sive factum, ac confirmaturos, omologaturos & approbaturos per nostras Patentes Literas Magni nostri Sigilli munimine roboratas dum primo fuerimus requisiti, & numquam contra ea per nos ac Hæredes nostros & Successores venturos quoquo modo: ac supplentes de ipsa nostra certa scientia omnes & singulos defectus, si qui forsitan obmissi fuerunt in præmissis, propter que effectus presentium impediri posset, vel quomodolibet retardari. In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium presentes nostras Litteras seu presens Instrumentum publicum per Notarium infrascriptum subscribi & signari mandavimus, nostrique magni Sigilli munimine roborari. Acta fuerunt hec in Civitate Tholoni, videlicet in Domo Nobilis Ludovici Fresqueti habitatione pro nunc dicti Domini nostri Regis, presentibus ibidem spectabili Magnificis, & Egregiis ac Nobilibus Viris Nicolao Marchione Cotroni, Comite Cathanfani, & Magno Regni nostri Sicilie Comite Camerario, Johanne de Tusse, Johanne Gonsalvi, Militibus, Mattheo de Bellovalle Cambellanis Pontio Cayssii, Licentiato in Legibus, Johanne de Sado, Legum Doctore Johanne Drogoli Milite, Consiliariis nostris, Johanne Boveti Licentiato in Legibus etiam Consiliario nostro, ac Johanne Ausardi Scutifero, Michaleto de Cruce, & Johanne de Cruce Secretariis nostris testibus ad premissa. Datum vero ibidem per manus dicti Nobilis & Egregii Viri, Johannis de Sado, Legum Doctoris, Mandato nostro Locumtenentis Majoris Judicis Comitatuum prædictorum. Anno Domini millesimo quadringentisimo nono die quinta mensis Julii, secunde Indictionis, Regnorum vero nostrorum Anno vicesimo quinto. Signatum, *Loys.*

Et me Ponceto de Rosseto de Civitate Aquensi Regio Secretario ac publico in dictis Comitatibus Provincie & Forcalquerii Reginali auctoritate Notario constituto, qui premissis presens fui, eaque in notam recepi, & ideo presenti Instrumento per alium grossato manu propria me subscripsi, & signo meo consueto signavi in fidem et Testimonium omnium premissorum. Et nihilominus dictus Dominus noster Rex ad majorem roboris firmitatem præmissorum presentibus nomen suum apposuit consuetum. Et supra plicam: Per Regem presentibus prenominatis, P. *D. Rosseto.* Et sigillatum in duplici cauda pargameni, cum cera rubea magni Sigilli dicti Domini Regis.

LIX.

Assertio Amadei VIII. Comitis Sabaudiæ & Gebennæ, se a Ferdinando de Lotharingia, Vaudemontii Comite, Castella, Villas & oppida de Rupe cum ejusdem pertinentiis emisse, d. d. 11. Octobr. An. 1411.

NOus Amé, Comte de Savoye, Duc de Chablais & d'Oste, Marquis en Italle, Prince & Comte de Geneve, a tous ceux qui ces presentes Lettres verront, & orront, Salut. Sachent tuit que comme il soit ainsi que nos ayons acheté les Chasteaux, Villes, Villages, Chastellenies, Mandements & Ressors de la Roche Rumilly soubs Cornillon & Baleison ou Comte de Geneve, de nos tres-chiers & tres-amez Cousin & Tante Ferry de Lorraine Seigneur de Rumigny, de Boves, Comte de Vaudemont & Seigneur de Joinville & *Marguerite* de Joinville sa femme: Lesquels Chasteaux & Lieux ils tenoient a cause du Douaire constitué, assigné & assis a nostredite Tante par feu le Comte Pierre, jadis Comte, de Geneve son mary, & confirmé par feu de noble recordation nostre sainct Pere Pape Clement, Successeur d'iceluy, ou dit Comte de Geneve. Neantmoins nostredite Tante ou temps que lesdits Chasteaux & Lieux lui furent constituez, ordonnez, assignez & assis pour sondit Douaire, & aussi au temps que icelluy Douaire luy fut confirmé par nostredit Sainct Pere Pape Clement. Icelle nostre Tante se obliga, & bailla bons Pleiges, Seurtez & Fiences de tenir retenir & maintenir lesdits

Digitized by Google

dits Chasteaux & Lieux & chacun d'eulx en bon & suffisant estat, & de yceulx rendre, restituer et restablir apres le deces & trespassement d'icelle nostre Tante au Comte de Geneve, qui seroit lors ou celuy ou ceulx qui appertiendroit, ainsi qu'il est contenu es Lettres & Instrumens qui sur ce furent faictes. Pource est-il que Nous Amé Comtes de Savoye & de Geneve dessusdit attendu & moyennant le vendage dessusdit de nostre certaine sciencs confessons par ces presentes Lettres lesdits Chasteaux de La Roche Rumilli soubs Cornillon & Baleison, ensemble toutes les Appartenances & Appendences d'iceulx avoir eu & ceuz d'iceulx Comte et Comtesse de Vaudemont & iceux Comte & Comtesse leurs Pleiges et Fiences, leurs Hoirs & Successeurs & autres quelsconques qu'il appertendraict, quittons & tenons quites de toutes les chouses, en quoy eulx et chacun d'eulx à quelque cause ou maniere, que ce fust, soient ou pourroient estre tenus ou obligez par les dites Lettres ou aultremen envers nous au envers aultres quelsconques personnes, pour cause de la delivrance, restitution, administration, refection, & retention desdits Chasteaux & Lieux de la Roche Rumilli soubz Cornillon & Baleison, & leurs appartenances, et de chacun deulx & promettons et en bonne foy & soubz l'obligation de tous nos Biens & de nos Hoirs & Successeurs presens & advenir, tenir, quittes & paisibles, lesdits Comte et Comtesse, leurs Hoirs & Successeurs. Ensemble leurs dits Pleges & Fiences desdittes Restitution, Delivrance, Administration, Retention & Refection d'iceul Chastiaux et Lieux de la Roche Rumilli soubs Cornillon & Baleison & autres choses dessusdites, et de ces choses & de chacune d'icelles faire & porter bonne et leale garantie et defense ausdits Comte & Comtesse et autres leurs Fiences qu'ils appertendroit envers toutes & et singulieres personnes qui pour cause desdittes Delivrances, Restitution, Administration & Retention desdits Chasteaux & Lieux de Roche Rumilli soubs Cornillon et Baleison, leur vouldroient ou pourroient aucune chose demander, ores et pour le temps advenir à noz propres fraix, cousts missons et despens, & de rendre et restituer tous despens, dommages et interests, qui de par lesdits Comte & Comtesse de Vaudemont ou autres leurs Pleges seroient pour ce fais ou soustenus par deffault de ladite Garantie et deffence. Donné a Ambroüay l'unziesme jour d'Octobre l'an de nostre Seigneur mil quatre cens et unze. *Au dessoubs est escript:* Par Monseigneur, presens Messire G. Marchiant Chancellier, B. de Challant, Marechal de Savoye, Loys de Boyl, Ame Seigneur d'Aspremont, P. Audrenet Maistre d'Hostel. *Signé Garet.* Seellées d'un petit seel de cire rouge sur simple queve.

LX.

Sigismundi Romanorum Regis Privilegium de erigendo omnium facultatum studio generali concessum Civitati Taurinensi, d. d. 1. Jul. An. 1412.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Sigismundus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rex. Ad perpetuam rei memoriam Rectrix humani generis, virtutum coelestium imitatrix præclara scientia, cujus rejecta electa membra, odiosa pestilentiæ rabies, pro mundi calamitate, impia voragine jam absorbuit, tanto gemitu ad nos clamore perfunditur, jam suis laribus a petrosis montibus viduata, ut sibi dignaremur de Romanæ Regiæ subvenire præsidio, ut si quando promissione Romana Regia, cujus interest universo Mundo consulere, in pristino statu ipsam florere contingat, arescentem Mundum valeat irrigare, denuo fœcunda aspergine seminis redimita; sane pro parte Illustrissimi Ludovici de Sabaudia, Principis Achaiæ, Consanguinei Nostri carissimi, per Oratores ejusdem Principis, videlicet egregium, & honorabilem Ortobonum de Bellonis de Valentia, Juris utriusque Doctorem, & sacri Palatii Apostolici Auditorem, & nobilem Petrum de Beijamo de Savilliano Scutiferum, oblata nostræ Majestati continebat, quantum in Civitate Taurini, ad instar aliarum Urbium, de instaurando Generale studium in facultatibus quibuscumque gratiam, privilegium, & facultatem, de benignitate Romana Regia, concedere dignaremur. Nos attendentes multiplicia genera probitatis præclaræ ejusdem Principis prosapiæ, ac multa gesta suorum Prædecessorum, suique ipsius eminentem devotionem, & refulgentem virtutem, quibus prædictus Illustrissimus Ludovicus, Noster Consanguineus, & sui Progenitores Nos, & Sacrum Romanum Imperium, Nostrosque inclytos Prædecessores, retroacto jam tempore, exquisitæ diligentiæ studiis honorarunt, & idem ipse satigat honorare animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum Ecclesiasticorum, & Sæcularium Baronum, Procerum, Nobilium, aliorumque nostrorum, & Sacri Imperii fidelium dilectorum consilio accedente. Ipsi Civitati Taurini, hominibus, & populo ipsius Taurini, eorumq; hæredibus & successoribus infrascriptam gratiam duximus faciendam, ut in prædicta Civitate Taurini generale studium sacræ Theologiæ, nunc in ante, perpetuis temporibus observetur. Quod quidem Studium, ejusq; Præsidentes, nec non Rectores, Doctores, Baccalaureos, Officiales, atque Magistros, famulos, atque familias eorum, & cujuslibet eorum, ac quocumque nomine censeantur, qui fuerint per tempora cujuscumque dignitatis, status, ordinis, seu conditionis prædicti, & singuli eorum extiterint, omni eo privilegio, libertate, immunitate, indultu, & gratia, quibus Parisiense, Bononiense, Aurelianense, & Montispesulanense Studia generalia gaudere noscuntur & potiuntur; hinc Nostræ concessionis gratia perfrui semper volumus potiri & gaudere per omnia, ac si privilegium, libertas, immunitas, indulta,

&

Digitized by Google

tractandi, dicendi, concordandi, paciscendi, transigendi conveniendi & promittendi, & que tractata, pacta, transacta concordata & promissa inde fuerunt firmandi, ac Instrumento, Literis & Juramento in animam nostram prestandi vallandi & roborandi, nosque, Terras & Bona nostra presentia & futura ad ea fic per eos aut tres ex ipsis agendâ, tenendâ, & observanda, quarumcunque Curiarum viribus, stilis, & ritibus obligandi, submittendi & ypotecandi, & omnia alia & singula in premissis & circa premissa ac incidentibus, dependentibus, emergentibus & connexis, ex eisdem, faciendi, dicendi tractandi, concordandi, paciscendi, transigendi, conveniendi & promittendi, que nosmet facere, dicere, tractare, concordare, pacisci, transigere, convenire & promittere, jurare & submittere possemus, si presentes personaliter adessemus, & que hujusmodi negocii sive cause merita postulant, & requirunt, etiam si talia essent que Mandatum magis exigant speciale & magis speciale cum plena & libera Administratione. Relevantes ipsos Procuratores nostros, & eorum quemlibet ex nunc ab omni onere satisdandi, judicio fisti & judicatum solvi cum suis clausulis ad hec necessariis & pariter opportunis. Promittentes ipsarum vigore sub nostro verbo Regali, & sub expressa & efficaci obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, & sub omni juris & facti renunciatione ad hec necessaria, pariter & cautela, Notario publico infrascripto stipulanti & solemniter recipienti vice & nomine omnium & singulorum quorum interest & interesse poterit in futurum, nos ratum, gratum atque firmum habituros omne id et quicquid per dictos Procuratores & Nuncios nostros, aut tres ex ipsis in præmissis, & circa præmissa actum, dictum, gestum, protestatum, tractatum, promissum, conventum, transactum, pactum, obligatum, concordatum, submissum, ypotecatum & juratum, quómodolibet fuerit sive factum, ac confirmaturos, omologaturos & approbaturos per nostras Patentes Literas Magni nostri Sigilli munimine roboratas dum primo fuerimus requisiti, & numquam contra ea per nos ac Hæredes nostros & Successores venturos quoquo modo: ac supplentes de ipsâ nostra certa scientia omnes & singulos defectus, si qui forsitan obmissi fuerunt in præmissis, propter que effectus presentium impediri posset, vel quomodolibet retardari. In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium presentes nostras Litteras seu presens Instrumentum publicum per Notarium infrascriptum subscribi & signari mandavimus, nostrique magni Sigilli munimine roborari. Acta fuerunt hec in Civitate Tholoni, videlicet in Domo Nobilis Ludovici Fresqueti habitatione pro nunc dicti Domini nostri Regis, presentibus ibidem spectabili Magnificis, & Egregiis ac Nobilibus Viris Nicolao Marchione Cotroni, Comite Cathanfani, & Magno Regni nostri Sicilie Comite Camerario, Johanne de Tusse, Johanne Gonsalvi, Militibus, Mattheo de Bellovalle Cambellanis Pontio Cayfii, Licentiato in Legibus, Johanne de Sado, Legum Doctore Johanne Drogoli Milite, Consiliariis nostris, Johanne Boveti Licentiato in Legibus etiam Consiliario nostro, ac Johanne Ausardi Scutifero, Michaleto de Cruce, & Johanne de Cruce Secretariis nostris testibus ad premissa. Datum vero ibidem per manus dicti Nobilis & Egregii Viri, Johannis de Sado, Legum Doctoris, Mandato nostro Locumtenentis Majoris Judicis Comitatuum prædictorum. Anno Domini millesimo quadringentisimo nono die quinta mensis Julii, secunde Indictionis, Regnorum vero nostrorum Anno vicesimo quinto. Signatum, *Loys.*

Et me Ponceto de Rosseto de Civitate Aquensi Regio Secretario ac publico in dictis Comitatibus Provincie & Forcalquerii Reginali auctoritate Notario constituto, qui premissis presens fui, eaque in notam recepi, & ideo presenti Instrumento per alium grossato manu propria me subscripsi, & signo meo consueto signavi in fidem et Testimonium omnium premissorum. Et nihilominus dictus Dominus noster Rex ad majorem roboris firmitatem præmissorum presentibus nomen suum apposuit consuetum. Et supra plicam: Per Regem presentibus prenominatis, P. *D. Rosseto.* Et sigillatum in duplici cauda pargameni, cum cera rubea magni Sigilli dicti Domini Regis.

LIX.

Assertio Amadei VIII. Comitis Sabaudiæ & Gebennæ, se a Ferdinando de Lotharingia, Vaudemontii Comite, Castella, Villas & oppida de Rupe cum ejusdem pertinentiis emisse, d. d. 11. Octobr. An. 1411.

NOus Amé, Comte de Savoye, Duc de Chablais & d'Oste, Marquis en Italille, Prince & Comte de Geneve, a tous ceux qui ces presentes Lettres verront, & orront, Salut. Sachent tuit que comme il soit ainsi que nos ayons acheté les Chasteaux, Villes, Villages, Chastellenies, Mandements & Ressors de la Roche Rumilly soubs Cornillon & Baleison ou Comte de Geneve, de nos tres-chiers & tres-amez Cousin & Tante Ferry de Lorraine Seigneur de Rumigny, de Boves, Comte de Vaudemont & Seigneur de Joinville & *Marguerite* de Joinville sa femme: Lesquels Chasteaux & Lieux ils tenoient a cause du Douaire constitué, assigné & assis a nostredite Tante par feu le Comte Pierre, jadis Comte, de Geneve son mary, & confirmé par feu de noble recordation nostre sainct Pere Pape Clement, Successeur d'iceluy, ou dit Comte de Geneve. Neantmoins nostredite Tante ou temps que lesdits Chasteaux & Lieux lui furent constituez, ordonnez, assignez & assis pour sondit Douaire, & aussi au temps que icelluy Douaire luy fut confirmé par nostredit Sainct Pere Pape Clement. Icelle nostre Tante se obliga, & bailla bons Pleiges, Seurtez & Fiences de tenir retenir & maintenir lesdits

Digitized by Google

dits Chasteaux & Lieux & chacun d'eulx en bon & suffisant estat, & de yceulx rendre, restituer et restablir apres le deces & trespassement d'icelle nostre Tante au Comte de Geneve, qui seroit lors ou celuy ou ceulx qui appertiendroit, ainsi qu'il est contenu es Lettres & Instrumens qui sur ce furent faictes. Pource est-il que Nous Amé Comtes de Savoye & de Geneve dessusdit attendu & moyennant le vendage dessusdit de nostre certaine sciencs confessons par ces presentes Lettres lesdits Chasteaux de La Roche Rumilli soubs Cornillon & Baleison, ensemble toutes les Appartenances & Appendences d'iceulx avoir eu & ceuz d'iceulx Comte et Comtesse de Vaudemont & iceux Comte & Comtesse leurs Pleiges et Fiences, leurs Hoirs & Successeurs & autres quelsconques qu'il appertendraict, quittons & tenons quites de toutes les chouses, en quoy eulx et chacun d'eulx à quelque cause ou maniere, que ce fust, soient ou pourroient estre tenus ou obligez par les dites Lettres ou aultremen envers nous au envers aultres quelsconques personnes, pour cause de la delivrance, restitution, administration, refection, & retention desdits Chasteaux & Lieux de la Roche Rumilli soubz Cornillon & Baleison, & leurs appartenances, et de chacun deulx & promettons et en bonne foy & soubz l'obligation de tous nos Biens & de nos Hoirs & Successeurs presens & advenir, tenir, quittes & paisibles, lesdits Comte et Comtesse, leurs Hoirs & Successeurs. Ensemble leursdits Pleges & Fiences desdittes Restitution, Delivrance, Administration, Retention & Refection d'iceul Chastiaux et Lieux de la Roche Rumilli soubs Cornillon & Baleison & autres choses dessusdites, et de ces choses & de chacune d'icelles faire & porter bonne et leale garantie et defense ausdits Comte & Comtesse et autres leurs Fiences qu'ils appertendroit envers toutes & et singulieres personnes qui pour cause desdittes Delivrances, Restitution, Administration & Retention desdits Chasteaux & Lieux de Roche Rumilli soubs Cornillon et Baleison, leur vouldroient ou pourroient aucune chose demander, ores et pour le temps advenir à noz propres fraix, cousts missons et despens, & de rendre et restituer tous despens, dommages et interests, qui de par lesdits Comte & Comtesse de Vaudemont ou autres leurs Pleges seroient pour ce fais ou soustenus par deffault de ladite Garantie et deffence. Donné a Ambroüay l'unziesme jour d'Octobre l'an de nostre Seigneur mil quatre cens et unze. *Au dessoubs est escript:* Par Monseigneur, presens Messire G. Marchiant Chancellier, B. de Challant, Marechal de Savoye, Loys de Boyl, Ame Seigneur d'Aspremont, P. Audrenet Maistre d'Hostel. *Signé Garet.* Seellées d'un petit seel de cire rouge sur simple queve.

LX.

Sigismundi Romanorum Regis Privilegium de erigendo omnium facultatum studio generali concessum Civitati Taurinensi, d. d. 1. Jul. An. 1412.

IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Sigismundus, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Rex. Ad perpetuam rei memoriam Rectrix humani generis, virtutum coelestium imitatrix præclara scientia, cujus rejecta electa membra, odiosa pestilentiæ rabies, pro mundi calamitate, impia voragine jam absorbuit, tanto gemitu ad nos clamore perfunditur, jam suis laribus a petrosis montibus viduata, ut sibi dignaremur de Romanæ Regiæ subvenire præsidio, ut si quando promissione Romana Regia, cujus interest universo Mundo consulere, in pristino statu ipsam florere contingat, arescentem Mundum valeat irrigare, denuo fœcunda aspergine seminis redimita; sane pro parte Illustrissimi Ludovici de Sabaudia, Principis Achaiæ, Consanguinei Nostri carissimi, per Oratores ejusdem Principis, videlicet egregium, & honorabilem Ortobonum de Bellonis de Valentia, Juris utriusque Doctorem, & sacri Palatii Apostolici Auditorem, & nobilem Petrum de Beijamo de Savilliano Scutiferum, oblata nostræ Majestati continebat, quantum in Civitate Taurini, ad instar aliarum Urbium, de instaurando Generale studium in facultatibus quibuscumque gratiam, privilegium, & facultatem, de benignitate Romana Regia, concedere dignaremur. Nos attendentes multiplicia genera probitatis præclaræ ejusdem Principis prosapiæ, ac multa gesta suorum Prædecessorum, suique ipsius eminentem devotionem, & refulgentem virtutem, quibus prædictus Illustrissimus Ludovicus, Noster Consanguineus, & sui Progenitores Nos, & Sacrum Romanum Imperium, Nostrosque inclytos Prædecessores, retroacto jam tempore, exquisitæ diligentiæ studiis honorarunt, & idem ipse satigat honorare animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum Ecclesiasticorum, & Sæcularium Baronum, Procerum, Nobilium, aliorumque nostrorum, & Sacri Imperii fidelium dilectorum consilio accedente. Ipsi Civitati Taurini, hominibus, & populo ipsius Taurini, eorumq; hæredibus & successoribus infrascriptam gratiam duximus faciendam, ut in prædicta Civitate Taurini generale studium sacræ Theologiæ, nunc in ante, perpetuis temporibus observetur. Quod quidem Studium, ejusq; Præsidentes, nec non Rectores, Doctores, Baccalaureos, Officiales, atque Magistros, famulos, atque familias eorum, & cujuslibet eorum, ac quocumque nomine censeantur, qui fuerint per tempora cujuscumque dignitatis, status, ordinis, seu conditionis prædicti, & singuli eorum extiterint, omni eo privilegio, libertate, immunitate, indultu, & gratia, quibus Parisiense, Bononiense, Aurelianense, & Montispessulanense Studia generalia gaudere noscuntur & potiuntur; hinc Nostræ concessionis gratia perfrui semper volumus potiri & gaudere per omnia, ac si privilegium, libertas, immunitas, indulta,

Digitized by Google

& gratia hujusmodi præsentibus de verbo ad verbum essent inserta ; Decernentes, & hac nostra concessione Romana Regia perpetuis valitura temporibus, ex scientia & Romanæ Regiæ plenitudine potestatis sancientes, ut prædicta Civitas Taurini præsenti nostra Romana Regia concessione fulcita, & potita gratis, Studii gratioso præmio, & singulariter bravio gaudeat, & utatur: Possitque Episcopus, qui nunc est, aut qui pro tempore erit, per se, vel ejus Vicarium, seu ejusdem Episcopi Locumtenentem, vel Ecclesia Taurini vacante, aut Pastore carente, Vicarius, seu Officialis Capituli Ecclesiæ Taurini cum Consilio & consensu Doctorum & Magistrorum Studii memorati servatis & forma, & modo, & ordine, qui in talibus & prædictis generalibus Studiis, & aliis consueverunt laudabiliter observari illis, quos ad hoc idoneos & dignos invenerint, legendi licentiam indulgere, & studioso, seu digno præmisso examine licentiare, & ad Doctoratus seu Magisteriatus apicem proyehere & promovere, honorem tradere, & etiam Doctoratus, seu Magisteriatus, & aliorum graduum insignia conferre recte, & impendere, ac de his solemniter investire. Coeterum, ut scholares, & studentes, & eorum quilibet Studii prædicti tanto uberius valeant litterarum studiis insudare, quantum a molestiarum & turbationum impetu incursionibus uberius liberati ampliori fruantur libertate de Romana Regia benignitate fulciti, de innata itaque nobis clementia, Rectores, scholares, seu studentes Universitatis ejusdem Studii, universos quoque & singulos eorum, & cujuslibet eorum familiares, famulos, & Ministros, nec non scholas, & eorum habitacula sive hospitia in examen nostrum, & Sacri Romani Imperii protectionem, tutelam & defensionem suscepimus & suscipimus per præsentes. Insuper ex certa nostra scientia decernendo volumus, quod omnes & singuli Doctores & Scholares cujuscumque scientiæ & facultatis, ac Bidelii dicti Studii Taurini, seu ad dictum Studium Taurini accedentes causa ibidem legendi aut studendi possint & valeant cum eorum familia, equis, & armis, arnesiis, libris, rebus, & bonis, ac mercimoniis sibi necessariis quibuscumque liberè, tute, secure & impune accedere ad dictum Studium, & transire, morari, & inde redire per quæcumque loca, & in quibuscumque locis absque sumptione, atque solutione toltæ, gabellæ thælonei, reyæ, & vectigalis, datii, certæ importationis & oneribus quibuscumque inde fiendis, possintque extrahere libros cujuscumque facultatis, et res alias a quibuscumque Civitatibus, locis & districtibus, ubi fuerint Studia generalia, vel etiam ubi non fuerint, non obstantibus privilegiis, statutis, seu ordinationibus, capitulis, vel consuetudinibus, franchisiis, libertatibus, & repræsaliis, seu impignorationibus, & contracambiis quibusvis cujuscumque Provinciæ, Patriæ, Civitatis, atque Loci, quacumque authoritate, etiam Imperiali vallatis, aut alias emanatis & roboratis, etsi de his esset fienda in hujusmodi Indulto specialis mentio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostram gratiæ, concessionis, sanctionis, voluntatis, susceptionis, decreti & indulti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis cutem contrarium attentare præsumpserit, bannum Imperiale, & poenam centum marcharum auri puri, toties quoties contrafactum fuerit, noverit se incursurum, cujus poenæ tertiam partem nostro Regio, ac Sacri Imperii Fisco, aliam tertiam præfato Illustrissimo Ludovico, reliquam vero tertiam partem prædictarum marcharum auri puri Universitatis prædicti Studii usibus statuimus applicandam, cujus quidem poenæ exactio, seu executio valeat & possit fieri per prælibatum Principem Ludovicum et ejus hæredes ac Successores, Achaiæ Principes, & in his, seu aliis facta negotia Studii præfati, quoquo modo concernentibus, ac dependentibus, emergentibus, & connexis vices nostras, & Successorum nostrorum Romanorum Regum, & Imperatorum obtineat, perspicaciterque ac sagaciter provideant de salubri statu & quieto, incrementoque felici Studii prænotati; prout et consilio Præsidentium Doctorum & Magistrorum Universitatis ejusdem Studii fuerit expediens quomodolibet, vel opportunum, præmissis omnibus, poena soluta, vel remissa nihilominus suo robore duraturis. Concedentes eidem Illustrissimo Ludovico, Principi Achaiæ, suisque hæredibus et successoribus Achaiæ Principibus liberam facultatem & potestatem plenariam dictum Studium pro ejus, & suorum hæredum arbitrio libere commutandi, & transferendi a dicta Civitate Taurinensi ad alium locum Ecclesiæ & Dioecesis Taurini, ex causis justis & rationabilibus. Quod quidem Studium sic commutatum, vel translatum, omnibus privilegiis, franchisiis, immunitatibus, libertatibus, juribus, & concessionibus quibuscumque utatur, gaudeat & perfruatur, quibus gaudet & perfrui posset Studio ipso in Civitate Taurini vigente & existente; & dictis causis cessantibus dictum Studium subducatur, & reducatur ad dictam Civitatem Taurini, & per præsentes ita reductum, & reversum habere volumus cum eisdem privilegiis, juribus, immunitatibus, libertatibus munitum, quibus supra Præsentium sub nostræ Romanæ Regiæ Majestatis sigillo testimonio litterarum. Dat. Budæ anno 1412. prima die Julii, Regnorum nostrorum anno Ungariæ 26. Romanorum vero 2.

LXI.

Amadei IIX. Ducis Sabaudiæ declaratio belli contra Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, d. d. 21. Aug. An. 1427.

AMedeus Dux Sabaudiæ, Chablaysii & Augustæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium & Gebennensis Valentinensisque & Dyensis &c. Illustri Domino *Philippo Mariæ* Anglo Duci Mediolani &c. Exigentibus certis justis causis, resultantibus ex non modicis defectibus

ctibus vestris, fide dignorum Testimonio compertis, non sine cordis nostri displicentia vehementi, juste coarctamur contra vos & vestros velut a nostra Amicitia vestrum culpa separatos, cum Amicis nostris de cætero prosili-re, ut dum licet valeamus, Altissimo concedente, conspiratis injuriis obviare. Scriptum Thononi, die vicesima prima Augusti, MCCCC. XXVII.

LXII.

Tractatus pacis inter Amadeum IIX. Sabaudiæ Ducem & Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem, die 2. Decembr. An. 1427. concluse.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen.

ANno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Indictione sexta, die secunda mensis Decembris. Ad laudem, honorem, & reverentiam Dei Omnipotentis, & Gloriosæ Virginis ejus Matris. ac Beatorum Mauricii Martiris, & Ambrosii Confessoris. Illustrissimi Principes, & Excellentissimi Domini Domini Amedeus, Dux Sabaudiæ, Chablasii & Augustæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, & Gebennesii, Valentinensisque, & Dyensis, ex una parte, et Dominus Philippus Maria Anglus, Dux Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus ex altera. Ex Mandato Serenissimi eorum Communis Domini Sigismundi Romanorum Regis & semper Augusti, ac moti vinculo Sanguinis & charitatis, nec non mutua & antiqua sua & suorum Amicitia, & ad soliditatem Pacis perpetuæ inter prædictos Dominos eorumque Civitates, Terras, & Loca, suosque Cives Districtuales, Subditos, & Fideles, per suos veros & solemnes Procuratores infrascriptos, videlicet præfatus Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ, per Magnificos & Spectabiles Viros Dominum Umbertum Bastardum de Sabaudia, Gaspardum Dominum Montismajoris, Manfredum ex Marchionibus Salutiarum Dominum Grefiaci, Milites Marcescallos Sabaudiæ, & Petrum Marchiandi Legum Doctorem, Consiliarios prædicti Illustrissimi Domini Ducis Sabaudiæ, quorum Mandato & potestate constat dicti Domini Ducis Sabaudiæ, Patentibus Litteris, suo Sigillo impendenti sigillatis, & per ejus Secretarium Guillelmum Bolomerii confectis & signatis, datis Aquis die XX. quinta Octobris, Anni prædicti: Et Illustrissimus Philippus Maria Dux Mediolani, per Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum Dei gratia Archiepiscopum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ, ac Venerabilem Virum Dominum Fratrem Philippum de Provanis Præceptorem Domus Sancti Anthonii Mediolani, & Spectabiles Insignesque juris utriusque Doctorem Dominum Franchinum de Castilliono Consiliarium, & Ludovicum Crotum Secretarium dicti Domini Ducis Mediolani, ut de eorum potestate & Mandato constat publico Instrumento Mediolani confecto, sub Anno prædicto & die Lunæ, tertio mensis Novembris præteriti, & in Castro Portæ Jovis, in quo residere habet præfatus Dominus Dux Mediolani, scripto & signato per Donatum de Cisero de Herba, Filio quondam Domini Marchisii Civitatis Mediolani, Notarium publicum, & Scribam prædicti Domini Ducis Mediolani, inierunt & contraxerunt, & ineunt, & contrahunt per hæc Scripta bonam, veram & stabilem Ligam, Confœderationem & Unionem, perpetuis temporibus duraturam, in modum qui sequitur. Videlicet dictus Dominus Dux Sabaudiæ, pro se suisque Filiis & Hæredibus naturalibus & legitimis, Ducibus Sabaudiæ & Principibus Pedemontium, nec non pro quibuscumque aliis suis Hæredibus, Jurisdictionem, Territorium & Dominium ultra Montes, atque pro universo Territorio suo & Dominio, quod habet, tenet, & in futurum habebit, & tenebit, suisque Subditis & Vasallis, proque suis Adhærentibus, Colligatis, & Recommendatis veris, nominandis infra tempus unius mensis a die præsentis celebrati Contractus, qui Adhærentes, Colligati, & Recommendati veri sint esseque debeant tempore nominationis de ipsis faciendæ. Item convenerunt & conveniunt & promittunt prædicti Procuratores, Procuratoriis nominibus quibus supra, alter alteri & vicissim; Quod dicti Domini Duces Sabaudiæ & Mediolani, non dabunt transitum, reductum vel receptum, stantiam neque victualia aut adjutum, quemvis favorem, auxilium, vel suffragium aliquibus inimicis alterius; imo prohibebunt posse tenus alter alterius honorem, utilitatem & commodum in quibuscumque casibus quæret & procurabit, alter alteri notificabit confestim quæcumque senserit, perceperit vel cognoverit, quandocumque tangentem in detrimentum & nocumentum aliqualiter personæ, honoris, utilitatis, status alterius, eaque toto posse prohibebit, & rebelles qui in futurum essent pro rebellibus reputabit, post notificationem de iis rebellibus per illum cujus sunt rebelles alteri Parti factam; atque prædictus Dominus Dux Sabaudiæ, illos qui machinati fuerint in mortem Illustrissimi Joannis Mariæ Ducis Mediolani quondam Fratris præfati Domini Ducis Mediolani, pro suis rebellibus reputabit; rebelles vero alii esse intelligantur illi, qui machinati fuerunt in personam & statum illius cujus rebelles esse dicuntur, in numero quorum rebellium Januenses non comprehendantur, quando contingeret; quod absit ipsam Civitatem Januæ aliud Dominium quam Dominium Domini Ducis Mediolani quoad præsens tenet, mutasse.

Item convenerunt prædicti Procuratores nomine quo supra, quod si in futurum eveniret, quod Deus avertat alterum prædictorum Dominorum per ejus Inimicos in aliqua Civitate, Villa, Castro vel Oppido personaliter obsessum esse, tunc & eo casu quod alter dictorum Dominorum non obsessus, teneatur & debeat ipsi tali obsesso pro omnibus viribus suis dare, præbere omnem favorem, auxilium, & opem sibi possibilem, adversus Inimicos dicti obsessi, & ad ipsius obsessi liberationem. Item Procuratores prædicti, Procuratoriis

Digitized by Google

riis nominibus quibus ſupra, promiſerunt & convenerunt, quod ſi nunc & ullo unquam tempore alicui prædictarum Partium Guerra aliqua moveretur, eo caſu & tunc altera Pars in quacumque nova Guerra in & pro defenſione Status Partis cui talis Guerra moveretur, & adverſus moventem ſeu moventes Guerram hujusmodi, teneantur dare favorem, auxilium, & ſuffragium alteri Parti adverſus quem talis Guerra moveretur, de mille & quingentis Equitibus Gentium armigerorum, & hoc per ſpatium trium menſium ſumptibus ſuis propriis, nec non ad requiſitionem Partis offenſæ infra quadraginta dies poſt ipſam requiſitionem factam; quod vero ſpatium trium menſium incipere debeat, quotiescumque præfatus Dominus Dux Sabaudiæ dictum ſubſidium præbere haberet ipſo Domino Duci Mediolani & Gentibus armigeris Ultramontanis, dum & quando ipſæ Gentes armigeræ applicuerint in & ſuper Territorio ipſius Domini Ducis Mediolani; & vice verſa, quotiescumque prædictum Subſidium per præfatum Dominum Ducem Mediolani ipſo Domino Duci Sabaudiæ ultra Montanas partes præberetur, tunc & eo caſu ſpatium dictorum trium menſium incipere debeat, dum, & quando Gentes armigeræ ipſius Domini Ducis Mediolani Lanceum Burgum applicuerint: quod ſi contingeret ipſum ſubſidium in partibus Citramontanis præbere, tunc ſpatium dictorum trium menſium incipere debet, dum & quando prædictæ Gentes armigeræ dicti Domini Ducis Mediolani, Territorium ipſius Domini Ducis Sabaudiæ applicuerint: ſi vero Pars ſubſidium requirens, ultra ſpatium dictorum trium menſium prædictum ſubſidium, auxilium & favorem habere requiſiverit uſque ad conſummationem totalem dictæ Guerræ; tunc altera Pars requiſita teneatur Parti requirenti dictum ſubſidium, auxilium & favorem præſtare, ſumptibus tamen Partis requirentis & non Partis requiſitæ, usque ad conſummationem totalem dictæ Guerræ: & ſi forſan imo & eodem tempore Guerra ambabus Partibus moveretur & fieret; tunc & eo caſu adveniente, debeat & teneatur Pars, quæ minorem Guerram habuerit, dare favorem & auxilium Parti majorem Guerram habenti, de illa Gentium armigerorum quantitate, quæ conveniens fuerit & videbitur reſpectu Guerræ utrique Parti incumbentis oneris gravioris, quod incumberet habenti majorem Guerram; quæ tamen quantitas declarari debeat, & tanta ſit quanta declarabitur per tres ex Conſiliariis præfati Domini Ducis Sabaudiæ, ut in Conſilio ſuo ordinariæ reſidentiæ, per prædictum Dominum Ducem Mediolani ſtatim orta differentia colligendis, totidem ex illis Domini Ducis Mediolani inter præfatum Dominum Ducem Sabaudiæ eligendis ſtatim ut ſupra; qui omnes etiam eſſe debeant Cognitores & Deciſores differentiæ præteritæ, quæ occaſione miſſionis Gentium prædictarum, quomodolibet oriretur inter Partes, quorum vel majoris Partis eorum declarationi, deciſioni ac meræ voluntati, extra etiam Judicium, ſine aliquo ordine vel ſolemnitate juris vel facti, omni exceptioni & remedio nullitatis, appellationis, reſtitutionis, ſupplicationis, & alio quocumque ceſſante, debeant ſtare Partes, & remanere contentæ de illa ſubſidii quantitate quam declaraverint dari debere, illaque deciſioni quam facient in prædicta differentia, in qua declaratione & deciſione ſi forſan diſcordarent, debeat ultra prædictos, eſſe declarator, Deciſor & Cognitor prædictorum omnium alius communiter eligendus, qui utriusque Partis ſit confidens; & quicquid ipſe cum aliis prædictis, vel majori aut dimidia parte eorum, declaraverint, & deciderint, debeat executioni mandare, quocumque remedio ceſſante ut ſupra.

Item, convenerunt, quod alter prædictorum Dom. alteri in quibuscumque capiendis impreſiis, debeat ſuis periculis, & expenſis favores quotcumque poſſibiles & quæcumque poſſibilia præſidia dare, & præſtare, bona fide, realiter & ex corde, qui favores quæve præſidia dari, mitti, manuteneri, declarari, & limitari debent modis & formis in proximo præcedenti Capitulo annotatis; & dummodo faciens talem impreſiam, ipſam faciat de voluntate alterius; & alioquin altera Pars non teneatur aliquod ſubſidium præſtare, niſi quantum de ſua voluntate proceſſerit, teneatur tamen nullum præſtare ſubſidium, opem, vel favorem, facto aut verbo, illi contra quem ipſa impreſia capta eſſet, atque etiam nihil omnino facere, directe, vel indirecte, per ſe vel alium, aut quovis quæſito colore, ex quo poſſet talis impreſia impediri vel turbari aut etiam cum dictis talem impreſiam facientibus, in ipſa impreſia deterior fieri quovismodo.

Item convenerunt & promiſerunt prædicti Procuratores nomine quo ſupra, quod omnia quæ Partes acquirent in caſu Guerræ fiendæ tantum ſecundum formam Capituli immediate præcedentis, de Bonis Inimicorum ſuorum, debeant ambabus Partibus eſſe communia, & communiter dividi inter Partes; ita tamen, quod ſi aliquid acquiretur magis congruum uni Parti quam alteri, debeat dimitti Parti cui magis congruerit pro ſufficienti Contracambio dando ejus loco alteri Parti, etiam in Loco eidem Parti magis congruenti, per Partem cui dimitteretur & magis conveniret res hujusmodi, ſecundum deciſionem & declarationem prædictorum, ut ſupra nominatorum, quorum declarationi & deciſioni fiendæ juxta formam de qua ſuperius fit mentio, ipſæ Partes ſuper facto hujusmodi contracambii ſtare debeant, omni remedio ceſſante, ut ſupra.

Item, convenerunt dicti Procuratores nomine illorum quorum Procuratores exiſtunt, quod prædictæ Partes de Guerra quæ mota fuerit communi conſenſu, nullam facere poſſint Pacem, Treugam, Concordiam, Sufficientiam, Abſtinentiam ab offenſis, Ligam, Intelligentiam & Confederationem, cum aliquo Principe, Domino, Dominio, Communitate, & alia quavis Mundi Perſona, cujusvis ſtatus, gradus & conditionis exiſtat, niſi interveniant utriusque Partis conſenſus & voluntas, & de communi Partium voluntate procedat, de qua conſtet per autenticam ſcripturam.

Item, & Procuratoriis nominibus prædictorum Dominorum Ducum Sabaudiæ & Mediolani, convenerunt ipſi Procuratores ad invicem, quod omnia & ſingula ſupraſcripta, intelligantur intelligique tantummodo volunt & intendunt, quantum ad alios Dominos & alia Dominia, quam contra Dominium Venetiarum, & Communitatem

Flo-

Digitized by Google

Florentiæ, cum ſuis ſequacibus, & colligatis in præſenti Guerra, & alios Dominos & Dominia, Adhærentes, Colligatos, & Recommendatos, reſervatos ut ſupra, reſpectu quorum Dominorum Venetorum & Communitatis Florentiæ atque Colligatorum & ſequacium, ipſi Procuratores Procuratoriis nominibus, uno animo & conſenſu convenerunt & promiſerunt ut infra; Videlicet quod ſi contingat inter præfatum Dominum Ducem Mediolani, pro una parte, & Dominium Venetorum & Communitatem Florentiæ, pro alia parte, fieri Pacem, ac novam aut confirmatoriam vel reformatoriam illius quæ Venetiis die XXX. menſis Decembris proxime præteriti celebrata fuit, eadem Pace nova, confirmatoria vel reformatoria non obſtante, poſtea inter ipſum Dominum Ducem Mediolani & Dominium Venetorum & Communitatem Florentiæ vel alterius eorum de novo Guerram fieri, & hoc non interveniente ipſius Domini Ducis conſenſu; aut contingeret inter prædictos Guerram continuare, quæ eveniret ex eo, quia non interveniente ipſius Domini Ducis Mediolani defectu, qui ſtare, & acquieſcere dictæ Paci Venetiis agitatæ vult & intendit, prædicta Pax Venetiis facta non confirmetur, vel executioni non mandetur, tunc & eo caſu teneatur idem Dominus Dux Sabaudiæ permittere Mercatores, Mercantias, Victualia, & alios Subditos dicti Domini Ducis Mediolani tranſire, diſcurrere per Territorium ipſius Domini Ducis Sabaudiæ, eo modo & forma quibus ante Guerram tranſibant & diſcurrebant; nec non eo caſu deſiſtat deſiſtereque debeat dictus Dominus Dux Sabaudiæ, ab omni offenſa quovismodo, directe, vel indirecte, publice, vel occulte, per ipſum vel alium inferenda dicto Domino Duci & ejus Subditis.

Præterea convenerunt, ipſi Procuratores ut ſupra, quod in omnibus ſupraſcriptis & infraſcriptis reſervetur, reſervatumque eſſe intelligatur omne, totum, & integrum Jus Superioritatis Sereniſſimi Domini Romanorum Regis ſemper Auguſti, adverſus quem præſens Liga, Confœderatio & Unio minime ſe extendat extendereque poſſit vel debet. Acta fuerunt hæc in Civitate Taurini in Epiſcopali ejusdem Civitatis Domo: Præſentibus Egregiis & Nobilibus Viris Domino Joanne Marchiandi Legum Doctore, Joanne & Reguino ex Comitibus Vallispergiæ, Domino Jacobo Spinula Cantore Eccleſiæ majoris Papiæ, Simone de Morigiis, Antonio de Revoyra, Joanne Mareſcalli, Guidone Columbi, Amedeo de Plozaſco, Angelino Provanæ, Bartholomeo de Senis, & Joanne de Oriis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

LXIII.

Inſtrumentum publicum, quo Philippus Maria Anglus, Dux Mediolani, ſe Amadeo IIX. Duci Sabaudiæ, Civitatem Vercellarum, cum pertinentiis ejus, donatione inter vivos dediſſe, confitetur, d. d. 8. Decembr. An. 1427.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen.

ANno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, ſexta Indictione, die Lunæ octava menſis Decembris. Per hoc publicum præſens Inſtrumentum cunctis fiat manifeſtum, quod cum per ſolemnes Ambaſſiatores, Nuntios, & Procuratores Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Philippi Mariæ Angli, Ducis Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comitis, ac Januæ Domini ad hæc ſpeciale plenumque Mandatum habentes cum libera poteſtate moti certis juſtis cauſis, & reſpectibus nuper dederint, conceſſerint, & perpetuo remiſerint Donatione pura, libera, & irrevocabili, quæ dicitur inter vivos, nulla inſinuatione indigente, aut aliqua ingratitudine, ſeu alia quavis cauſa impoſterum revocanda, nomine Procuratorio ipſius Domini Ducis Mediolani, Illuſtriſſimo Principi, Domino Amedeo Duci Sabaudiæ, Chablayſii, & Auguſtæ Principi, Marchioni in Ytalia, Comiti Pedemontium, & Gebennenſis, Valentinenſisque, & Dienſis, & ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus quibuscunque, Civitatem Vercellarum cum ſuis Juribus, & Pertinentiis limitatis tamen, & declaratis eum modis, & formis deſcriptis in duobus publicis Inſtrumentis ejusdem tenoris receptis, & ſubſcriptis per Egregium Virum Berandum Maſnerii Secretarium præfati Domini Ducis Sabaudiæ, & me Johannem Franciſcum Secretarium præfati Domini Ducis Mediolani, & Notarios publicos die ſecunda præſentis menſis Decembris ad quæ Inſtrumenta, de quibus idem Dominus Dux Mediolani profitetur habere plenam notitiam, habentur, & haberi intelligantur relatio ad bonum, & verum intellectum, & ad contenta in eis tantumodo ſe extendat præſens Inſtrumentum, Conceſſio, & Ratificatio; hinc eſt quod nunc volens prædictus Dominus Dux Mediolani omnia prædicta contenta in dictis Inſtrumentis approbare, & ratificare tanquam ex voluntate ejus beneplacito, & puro animo perfecta. Idcirco ex ejus recta, mera, & ſpontanea voluntate, maturoque ſuper hoc habito conſilio, omnibus, jure, cauſa, & forma, quibus melius & validius potuit, & poteſt, ad opus & utilitatem dicti Domini Ducis Sabaudiæ Donatarii, & Succeſſorum. Laudavit, ratificavit, & emolegavit, laudatque, ratificat, approbat, emolegat dictam Donationem, & ad majoris roboris firmitatem illa facit, firmat, & jurat in omnibus, & per omnia, ſecundum continentiam dictorum Inſtrumentorum per conceſſionem hujus Actus, & publici Inſtrumenti, & inſuper vult, & expreſſe concedit idem Dominus Dux Mediolani dictam Donationem, & contenta in dictis Inſtrumentis tantam obtinere roboris firmitatem, quantum ſi per eum protinus perſonaliter

Digitized by Google

ſonaliter factaforent. Profitendo prædictos Procuratores ſuos ad illa omnia, & ſingula dum facta fuerint, ab ipſo Domino Duce Mediolani plenam, & liberam habuiſſe poteſtatem, ac ſpeciale Mandatum nullo unquam tempore revocatum promittens propterea ipſe Dominus Dux Juramento ſuo, tactis Scripturis, etiam citra ipſius Juramenti derogationem in verbo Principis, & ſub ſuorum omnium obligatione bonorum prædictam Donationem, & contenta in dictis Inſtrumentis ratas, gratas, firmas, & validas, rataque, grata, firma, & valida perpetuo habere, & tenere, attendere, & adimplere, ac in omnibus, & per omnia ſui parte obſervare legaliter, & inconcuſſe, & nunquam per ſe, vel alium contrafacere quomodolibet vel venire, clam vel palam, dirrecte, vel indirrecte, quovis queſito colore. Renuntiando in hoc facto ſub vi dicti ſui jam preſtiti Juramenti omni actioni, exceptioni doli mali, vis, metus, & in factum, condictioni ſine cauſa, ob cauſam, vel ex injuſta cauſa omni circumventioni, fraudi, gravamini, & errori, ac ignorantiæ facti, omni appenationis, ſupplicationis, procurationis, ac bonorum ceſſionis remedio, ommique abſolutioni, relaſſationi diſpenſationi juramenti, ac in integrum reſtitutionis beneficio Patriæ, & Locorum Conſuetudinibus, omnibus Privilegiis, Dignitatibus, Indultis ſub quecunque verborum forma conceſſis, vel concedendis, immenſe & inofitioxe, Donationi, omnibusque cauſæ ingratitudinis, quæ permittunt revocationes rerum donatarum omnibusque juribus, Canonicis, Civilibus, Municipalibus, & aliis quibuscunque quibus ad veniendum contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliqua ſe juvare poſſet quomodolibet vel tueri, & ſignanter juri dicenti generalem renunciationem non valere niſi præceſſerit ſpecialis. Quæ omnia prædicta dictus Dominus Dux Mediolani fecit, & facit verſus me Johannem Franciſcum Secretarium ſuum, ac Notarium, velut publicam perſonam ſtipulantem, & recipientem prædicta omnia, & ſingula, nomine & vice præfati Domini Ducis Sabaudiæ & cujuscunque interſit, vel voſſit in futurum quomodo libet intereſſe: De quibus omnibus idem Dominus Dux Mediolani juſſit, & mandavit, & jubet ac mandat publicum confici debere Inſtrumentum unum, vel plura ejusdem tenoris per me Johannem Franciſcum jam dictum, & ſui Ducalis Sigilli pendentis munimine roborari. Actum in Caſtro Portæ Jovis Civitatis Mediolani. Præſentibus Spectabilibus, & Egregiis Viris Dominis Franchino de Caſtilionо juris utriusque Doctore inſigne Conſiliario. Magnifico Johanne Franciſco Balbo Phiſico, & Franciſco Barbavariæ Secretario, & Georgio de Vicecomitibus dicto Scaramutia, Camerario ipſius Domini Ducis Mediolani, & Antonio de Seratico Caſtellano dicti Caſtri Portæ Jovis, inde Teſtibus notis, & ſpecialiter ad prædicta rogatis.

LXIV.

Teſtamentum Bonnæ de Sabaudia, Principiſſæ Achajiæ d. d. 19. Octobr. Anno 1429.

In Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Amen.

ANno Nativitatis ejusdem Domini milleſimo quatercenteſimo nono, Indictione ſeptima, die decima nona Menſis Octobris. Actum in Caſtro Stapinuſii videlicet in Camera Cubiculari infra ſcriptæ Illuſtris Dominæ *Bonnæ de Sabaudia* Principiſſæ Achayæ Teſtatricis, præſentibus Venerabilibus Religioſis Dominis Fratre Donato de Pinerolio Confeſſore, Fratre Jacobino de Alexandria, Fratre Antonio de Moreta Domino Joanne Bartholomæo Gerſii de Pinerolio Cappellanis, Spectabilibus, Egregiis, & Nobilibus Viris Domino Ludovico Baſtardo Achayæ, Domino Guillermo de Conflencio Legum Doctore, Magiſtro Antonio Bealeti Phiſico, Bartholomæo Provanæ Magiſtro Hoſpicii Conſiliariis, Gabriele Provanæ Filio dicti Bartholomæi, Jacobo Filio Georgii de Buenis Domino Cerſenaſchi, & Stephano de Cabureto de Montecalerio Scutiferis infra ſcriptæ Illuſtris Dominæ Principiſſæ Teſtatricis, Teſtibus ad infraſcripta vocatis, & rogatis ore proprio ipſius Dominæ Teſtatricis, in hunc qui ſequitur modum, ſuum Teſtamentum, ſine ſcriptis nuncupativum facere procuravit. In primis quidem ejus animam, quandocunque eam ab hoc ſæculo migrare contigerit, Altiſſimo Creatori, Beatæque Mariæ Virgini ejus Matri & toti Curiæ Cœleſti commendavit. Item ordinavit ſepulturam ſui corporis fieri in Capella Illuſtrium Dominorum Principum Achayæ, ſita in Eccleſia S. Franciſci de Pinerolio, cum ſolemnitatibus decentibus. Item ordinavit quod in dicta Capella pro anima ſua celebretur per Fratres dicti Conventus, qualibet die una Miſſa ſolemnis *de Requie in cantu*, exceptis diebus quibus in dicto Conventu prædicabitur, quibus diebus celebretur una Miſſa baſſe, & hoc usque ad tempus duodecim millium annorum, a die ejus deceſſus inchoandorum, & pro præmiſſis Miſſis celebrandis, legavit dicto Conventui omnia, & ſingula paramenta Capellæ ipſius Dominæ Teſtatricis, tam Calices, Reliquiaria, Cruces, Candelabra argentea, & aurea, & alterius cujusque metalli, libros, & veſtimenta ſacerdotalia. Item legavit occaſione prædicta dicto Conventui, ſexaginta Florenos annuales ſolvendos per infra ſcriptum ſuum Hæredem, durantibus duodecim millibus annis ſupraſcri-

Digitized by Google

praſcriptis. Item legavit Monaſt. Monialium S. Jacobi de Pinerolio Ordinis Sanctæ Claræ pro anima ſua, centum Florenos ſolvendos ſemel tantum, per ejus Hæredem infra ſcriptum. Item legavit Conventui Sancti Franciſci de Montecalerio pro anima ſua, quinquaginta Florenos ſolvendos ſemel tantum per Hæredum ſuum infraſcriptum. Item legavit Conventui S. Franciſci de Thaurino, quinquaginta Florenos ſolvendos ſemel tantum per dictum ejus Hæredem infra ſcriptum. Item legavit Monaſterio S. Claræ de Thaurino pro ejus anima, viginti quinque Florenos ſolvendos per dictum ejus Hæredem ſemel tantum. Item legavit Conventui S. Franciſci de Querio pro ejus anima, viginti quinque Florenos ſolvendos per dictum ejus Hæredem ſemel tantum. Item legavit Monaſterio S. Claræ de Querio viginti quinque Florenos ſolvendos ſemel tantum per dictum ejus Hæredem. Item legavit Conventui S. Franciſci de Foſſano, viginti quinque Florenos ſolvendos ſemel tantum per dictum ejus Hæredem. Item legavit Monaſterio Monialium Sanctæ Claræ de Carignano pro ejus anima, quinquaginta Florenos ſolvendos per dictum ejus Hæredem ſemel tantum. Item legavit Conventui S. Franciſci de Monteregali pro ejus anima viginti quinque Florenos ſolvendos ſemel tantum per dictum ejus Hæredem. Item legavit, onerando conſcientiam infraſcripti ſui Hæredis, quingentos, ſeu quinquies centum Florenos pro maritandis quinque pauperibus Virginibus ſolvendos per dictum ſuum Hæredem infra annum, poſt ipſius Dominæ Teſtatricis deceſſum. Et quia quæ ſpeciali ſunt digna nota, ideo infraſcriptum ejus Hæredem rogat, ut ſpecialiter habeat recommiſſum in bonis ſuæ Hæreditatis, & aliis ſuis quibuscumque peragendis, attentis benemeritis ipſius, & laboribus per eum ſupportatis, ob reverentiam ipſius Dominæ Teſtatricis Spectabilem Dominum Ludovicum Baſtardum Achayæ ejus dilectiſſimum. Item legavit *Illuſtri Dominæ Dominæ Joannæ de Sabaudia Marchioniſſæ Monteferati, ejusdem Dominæ Teſtatricis Sorori*, ducentos Florenos parvi ponderis ſolvendos ſemel tantum per ejus Hæredem infraſcriptum. Item jure reſtitutionis relinquit *Illuſtriſſimæ Dominæ Dominæ Bonæ de Biturio ejus Matri*, trecentos Florenos parvi ponderis ſolvendos ſemel tantum per ejus Hæredem infraſcriptum de, & pro quibus ipſam juſſit, & voluit eſſe tacitam, & contentam; ſic quod ulterius nil petere poſſit, aut habere in bonis, & hæreditate ipſius Dominæ Teſtaricis. In omnibus autem bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus, ac nominibus debitorum ſuum Hæredem Univerſalem inſtituit *Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, Dominum Amedeum Sabaudiæ Ducem ejus Fratrem* Dilectiſſimum, & ipſo deficiente eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci ſubſtituit ejusdem Domini noſtri Ducis Hæredem univerſalem; De quibus omnibus ipſa Domina Teſtatrix præcepit fieri unum, vel plura publica Inſtrumenta unius, & ejusdem tenoris ad opus quorum intererit per me Notarium infraſcriptum, præſentibus Teſtibus ſupraſcriptis, Signatum *Maglocus*.

LXV.

Contractus matrimonii initus inter Ludovicum, Amedei IIX. Ducis Sabaudiæ filium, & Annam, Jani, Regis Hieroſolimæ & Cypri filiam, d. d. 1. Januar. An. 1432.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

ANno a Nativitate Domini M. CCCC. XXXII. & die prima menſis Januarii, nonæ Indictionis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Eugenii Divina providentia Papæ IV. anno I. Princeps Sereniſſimus, & Dominus Dominus Janus Dei gratia Jeruſalem, Cypriæ & Armeniæ Rex ex una, & Nobilis ac Egregius Vir Simoninus de Puteo Scutifer & Procurator & ſpecialis Nuncius ad infraſcripta peragenda, ſtipulanda & annuenda, & Procuratorio nomine, viceque *Illuſtriſſimi Principis & Domini Domini noſtri Amedei Ducis Sabaudiæ, chablaiſii, & Auguſtæ Principis, Marchionis in Italia, Comitis Pedemontium, Gebennarum, Valentinenſisque, & Dyenſis*, conſtantibus ſuper his ejusdem Illuſtriſſimi Domini Ducis Litteris patentibus Procuratoriæ poteſtatis, ipſi Nobili Simonino attributæ, dicti Illuſtriſſimi Domini Ducis Sigillo impendenti & cera rubea roboratis, partibus ex altera, in Teſtium meique publici Notarii ſubſcriptorum præſentia. Perſonaliter conſtituti, ſcienter eorumque ſpontaneis voluntatibus, nulloque lapſi errore ut aſſeruerunt; aut dolo ſeducti, præmiſſa intrinſice animadvertentes, ipſeque potiſſime Sereniſſimus Dominus Dux affectans inter eum & dictum Illuſtriſſimum Dominum Ducem jam inveteratæ proſapiæ conſanguinitatem, Divina operante clementia, renovare, et mutuam affinitatem ac amicitiam firmo cingulo globorare & augere, paciſcendo vicißim ſolemnique ſtipulatione vallando, iniendo, conveniendo, concordando, promittendo & jurando ſignanter idem Sereniſſimus Princeps ſuo verbo Regali, amboque nihilominus juramentis ſuis, tactis Scripturis Sacroſanctis, pro ut & quemadmodum in caſu ſimili alias inter eosdem Principes, ſeu illorum Procuratores actum fuerat, agitatumque, ac tractatum, & ut infra denotatur: Convenit, inquam, idem Sereniſſimus Dominus Rex, & promiſit ſe procuraturum, & cum effectu daturum, Illuſtrem Dominam *Annam* ejusdem Primogenitam, in Uxorem & Sponſam legitimam per verba de præſenti *Illuſtri Domino LVDOVICO de Sabaudiæ Comiti Gebennarum, ipſius Illuſtriſſimi Domini Ducis Primogenito*, quamprimum pro illius parte fuerit requiſita, omnibus dolo, fraude, exceptione aut excuſatione remotis; quodque per ipſam Illuſtrem Dominam Annam nihil actum extitiſſe, aut in futurum non fieri, quominus Matrimonium hujusmodi (Deo tamen Eccleſiaque Sacro-Sancta permittentibus) debitum ſortiatur effectum, eodem Nobili Simonino Procuratore prædicto,

Digitized by Google

Conventionem, & promiſſionem hujusmodi acceptante: ac imo & nomine prædicti Illuſtriſſimi Domini Ducis ſui Principalis, meque publico infraſcripto Notario ut publica perſona, ad quorum opus poteſt & poterit in futurum intereſſe, ſtipulantibus; ipſeque Nobilis Simoninus vice verſa Procuratorio nomine antefato promiſit ſolemniter & convenit eidem Sereniſſimo Domino Regi, mihique dicto Notario, nomine dictæ Dominæ Annæ ſtipulantibus, ipſum Illuſtriſſimum Dominum Ducem ſe procuraturum, & infallanter peracturum, quod præfatus Illuſtris Dominus Comes Ludovicus ejus Primogenitus, in Uxorem legitimam & Sponſam, eandem Illuſtrem Dominam Annam recipiet, quam primum pro parte ipſius fuerit requiſitus, Deo ac Sancta Matre Eccleſia annuentibus, etiam bona fide, omni dolo, fraude, & exceptione ceſſantibus, eundemque Dominum Ludovicum Comitem nil feciſſe aut facere in futurum, quominus præſens Matrimonium adimpleatur; convenit ac etiam dictus Sereniſſimus Dominus Rex & promiſit præfato Nobili Simonino Procuratori, & Procuratorio nomine jam dicto acceptanti, ac mihi Notario infraſcripto, in hujusmodi futuri Matrimonii contemplationem ac favorem dare ac realiter aſſignare dictæ Dominæ Annæ ejus Primogenitæ Ducatos auri Venetiarum centum millia, terminis, & ſub obligationibus, manieribus & formis in dictis Procuratorii ipſius Simonini patentibus Literis ſpecificatis. Et mutuo idem Nobilis Simoninus Procuratorio nomine quo ſupra, in vim ſuper hiis attributæ poteſtatis, promiſit & ſolemniter convenit dicto Sereniſſimo Domino Regi, mihique ipſi Notario, ut præmittitur, ad opus ejusdem Dominæ Annæ, & quorum in futurum poterit intereſſe ſtipulantibus, procurare & peragere procul fallo, quod prænarratus Illuſtriſſimus Dominus Dux dabit, & realiter conſignabit ſuper ejus bonis & redditibus ipſius Illuſtris Dominæ Annæ in dotalicium & dotalicii cauſa Ducatos annuales decem millia, per eandem Dominam Annam in vita ejus percipiendos, ſi Matrimonium hujusmodi diſſolvi contingeret, et per obitum dicti Comitis ſui Viri, ac etiam in omnem eventum reſtitutionis dotis eidem Dominæ Annæ aſſignandæ; videlicet ſi dictum Dominum Comitem ejus futurum ſponſum, poſtquam conſummatum eſſet Matrimonium prædemori contingat, eadem Domina Anna ſuperſtite in humanis, aut e converſo eandem Dominam Annam ſine liberis in ipſo Matrimonio procreandis, Dotem prædictam reſtitui debere in Civitate Avinionenſi, forma & terminis atque modis, in eisdem patentibus expreſſis, præmiſſaque omnia, & alia ſingula in dictis patentibus Procuratorii ipſius Simonini Literis contenta, deſcripta & notata, illam genereque et ſpecie laudando, homologando, & approbando, ut in illis conceduntur, & fieri ac annui petuntur partes eidem & una quæque tangitur. Idem videlicet Sereniſſimus Dominus Rex, ſuo & dictæ ejus Primogenitæ nominibus, præfatusque Nobilis Simoninus Procuratorio nomine quo ſupra vicisſim unus alii & alter alteri; Promittentes & ſolemni ſtipulatione paciſcendo ſolemniter convenerunt ſub juramentis præſcriptis, conditionibusque pœnarum adjectionibus, & obligationibus, ſubmiſſionibus & renuntiationibus adhibitis, neceſſariis pariter & cautelis ad unguem inviolabiliter obſervare & adimplere, quemadmodum in ipſis patentibus Procuratoriis Litteris ejusdem Simonini declarantur, annuuntur, & fieri petuntur; Illa hic volentes haberi pro ſufficienter expreſſis, ſuper eis rite & ſcienter, ut aſſeruerunt, conſulti, ac ſi proprio eorundem ore de verbo ad verbum formaliter evolaſſent, & dixiſſent ſigillatim quæ in præſenti Inſtrumento ſpecificarentur, contraque eadem aut ex illis aliqua, per ſe aut alios, directe vel per obliquum, non facere, dicere, vel venire. De quibus omnibus & ſingulis ſupraſcriptis dictæ Partes utrimque petierunt ſibi fieri duo conſimilia publica Inſtrumenta per me Notarium infraſcriptum, quæ dictari poſſint, corrigi, et emendari ad dictamen Sapientis, facti ſubſtantiam non mutando. Acta fuerunt hæc Nicoſiæ Regni Cypri, in Camera retractus Palatii, quod principaliter idem præmiſſus Dominus Rex inhabitat, Anno, die, menſe, Indictione & Pontificatu prædictis, in præſentia Inclyti & Illuſtrium Dominorum Joannis de Luſignano ejusdem Sereniſſimi Domini Regis Primogeniti Principis Antiochiæ, Petri de Luſignano Comitis Tripolen. Reverendorum in Chriſto Patrum Dominorum A. Dei gratia Paphenſis. N. Famaguſthenſis & B. Dertonenſis Epiſcoporum, ac Spectabilium & Egregiorum militum Dominorum Jacobi de Caſſano Mareſcalli dicti Regni Cypri, Baldini de Nores Mareſcalli Regni Jeruſalem, Hugonis Soldani Cambellani Cypri, Petri Peleſtrini Vicecomitis Nicoſiæ, Henrici de Gibleto Magiſtri hoſpitii &c. ad præmiſſa Teſtium vocatorum ſpecialiter & rogatorum.

LXVI.

Tabulæ fœderis inter Amadeum IIX. Ducem Sabaudiæ & Philippum Mariam Anglum, Mediolani Ducem Sanciti, d. d. 14. Octobr. An. 1434.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis perenniter triumphantis laudem & gloriam Beatorum, Victorioſiſſimi Martiris Mauritii Thebeorum Ducis, & Ambroſii Confeſſoris, hujus publici Inſtrumenti tenore, cunctis modernis & poſteris patens eſſe volunt *Illuſtriſſimi Principes & Excellentiſſimi Domini, Amedeus, Dux Sabaudiæ, Chabläſii, & Auguſtæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium, Gebennarum, Valentinenſiſque, & Dyenſis, ſocer*; Et *Philippus Maria Anglus* Dux Mediolani &c. Papiæ, Angleriæque Comes, ac Januæ Dominus, ejus gener. Quod cum dudum de Anno Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, die ſecunda menſis Decembris, in Civitate Taurinenſi, per ipſorum Dominorum Ducum Ambaſciatores ſolemnes, cum authoritate, conſenſu & exhortatione, quin imo, etiam ex mandato perſæpe reiterato Sereniſſimi Principis

pis

Digitized by Google

pis eorum Communis Domini Domini Sigismundi Divina favente clementia, tunc Regis, & nunc Romanorum Imperatoris, simpliciter, & generaliter sine ulla limitatione volentis, consentientis atque mandantis, Ligam strictissimam & Fraternam Unionem inter ipsos Dominos Duces fieri debere, etiam ad observationem Pacis inter ipsos Dominos & eorum Colligatos tunc Venetiis de proximo initæ, & a qua ipsi Domini Duces Sabaudiæ & Mediolani, debito & honore suis exigentibus, nusquam invicem descendere voluerunt, licet Pactilla inter ipsum Dominum Ducem Mediolani, Illustrissimum Dominum Venetorum, & Magnificam Communitatem Florentiæ non fuerit observata; post quam Pacem subsequuta sunt talia, ex quibus non remanet idem Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ obligatus ad faciendum contra Illustrissimum Dominum Ducem Mediolani, vigore Ligæ ante ipsam Pacem cum dicto Dominio Venetorum initæ & contractæ, solemnes Confœderationes & Uniones, perpetuis temporibus inter præfatos Dominos Duces Sabaudiæ, & Mediolani duraturas, modis, & formis seriosius descriptis quibusdam publicis Instrumentis per me Joannem Franciscum Gallinam, & Berandum Masuerii, quondam Notarios publicos, ipsorum Dominorum Ducum Secretarios, receptis, & confectis, quæ pro insertis habentur: Cumque novissime inter ipsos Dominos Duces, ad vitanda quæcunque futura disfidia reincidenda, aut alias quomodolibet oriunda, resolidandumque, & majoribus vinculis roborandum amorem & necessitudinis unitatem inter eos indissolubiliter existentem, per nonnullos eorum intimos Servitores, utriusque ipsorum status & honoris Zelatores, tractatum fuerit de ipsis Confœderationibus & Ligis repetendis, & majoribus adminiculis roborandis. Hinc est quod propter infrascripta peragenda, constituti in testium & nostrorum Notariorum publicorum infrascriptorum præsentia, Spectabiles Domini Petrus Marchandi, Miles & Legum Doctor Præfidens Concilii Taurini residentis, & Guillelmus Bolomerii Secretarius, Consiliarii, & Ambasciatores ipsius Illustrisimi Domini Ducis Sabaudiæ, & ab eo ad infrascripta omnia plenum & expressum mandatum habentes, cum potestate libera, ut dicebant, per ipsius Domini Ducis Patentes Litteras, ejus Sigillo impendenti sigillatas, datas Thononi die duodecima Septembris, Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto; & per Franciscum Fabri ejus Secretarium signatas ex una. Et Magnificus Dominus Gaspar Vicecomes, Miles, Consanguineus & Consiliarius Illustrisimi Principis Domini Ducis Mediolani, & ab eo similiter ad infrascripta omnia plenum & expressum Mandatum habens, cum potestate libera, ut dicebat, per ipsius Domini Ducis Litteras Patentes, ejus Sigillo cera alba in illorum finem citra medium affixa sigillatas, datas Abiati die XII. Octobris Anni præsentis, per Aluisium Crotum ejus Secretarium signatas, partibus ex altera; Quæ si quidem Partes, nominibus prædictis, scienter nulloque errore, aut metus causa lapsæ, ad perpetuam securitatem Statuum utriusque, unionemque earum ac ipsarum Hæredum & Successorum, Patriarum & Subditorum, aliisque laudabilibus moti causis, mutuis & solemnibus stipulationibus utrobique intervenientibus, reformaverunt & contraxerunt, repetuntque & contrahunt hujus publici Instrumenti serie bonas, veras, stabiles & indissolubiles Ligas, Confœderationes & Uniones, ad & pro octuaginta Annis proximis continuis, & integris hodie inchoandis duraturis, sub Capitulis, Rescriptionibusque modis & formis infrascriptis; videlicet dictus Dominus Dux Sabaudiæ pro se & suis Filiis, Hæredibus naturalibus, & legitimis, Ducibus Sabaudiæ & Principibus Pedemontium quandocumque fuerint, nec non pro quibuscumque aliis Filiis ejus, ut præmittitur, naturalibus, & legitimis, & ab eis naturaliter & legitime descendentibus, jurisdictionem, Territorium, aut Dominium in tota Italia & alibi habentibus, atque pro universo Territorio & Dominio suo quod habet, & tenet, in futurumque habebit, & tenebit: suisque Subditis & Vassallis, & ulterius pro suis Adhærentibus, Colligatis & Recommendatis veris quos habet de præsenti, nominandis & verificandis infra terminum duorum mensium a die celebrati præsentis Contractus inchoandorum. Dictus vero Dominus Dux Mediolani pro se & suis Filiis Hæredibus Ducibus Mediolani, & Comitibus Papiæ, quandocumque fuerint, & pro quibuscumque aliis Filiis suis, ut præmittitur, naturalibus, & legitimis, Jurisdictionem, Territorium, aut Dominium in tota Italia & alibi habentibus; atque pro universo Territorio & Dominio suo, quod ad præsens habet, & tenet, in futurumque habebit, & tenebit, suisque Subditis et Vassallis, et ulterius pro suis Adhærentibus, Colligatis et Recomendatis veris quos habet de præsenti, nominandis infra tempus dictorum duorum mensium, ac die celebrati Contractus hujusmodi inchoandorum; qui sic Colligati, Adhærentes et Recommendati veri, utrobique nominandi, infra quatuor mensium spatium a die celebrati Contractus hujusmodi inchoandorum, teneantur et debeant nominationem de ipsis factam ratificare, in quantum beneficio hujusmodi Ligæ voluerint congaudere; ubi autem non ratificaverint respectu nominantis, et per eum habeantur prout ante hujusmodi initam Ligam habebantur:

In primis convenerunt et polliciti sunt ipsæ Partes quibus supra nominibus, bona fide, omni sublata machinatione, se deinceps perpetuo mutuo diligere, honorare, et fovere alter alterius personam, statum, honorem et commodum in quibuscumque quærere et procurare; jacturam vero et aliud quodcumque detrimentum toto posse vitare, illaque alter alteri cum primum noverit, sine mora dispendio, veraciter, prout senserit, perceperit aut alias cognoverit, notificare eis, fide et mentis sinceritate, quibus inter bonos et mansuetos Socerum et Generum, Amicos, Parentes, Confœderatos, et tantis unitatis vinculis conjunctos fieri debet; et insuper quod ipsi Domini Duces et ipsorum prædicti Filii Successores, nullo unquam tempore dabunt, patientur, tolerabunt, aut alias qualitercumque præbebunt, per se, aut eorum Subditos, transitum, ingressum, reductum, receptum, stanciam; Victualia, armigeros aut alia quæcumque suffragia, auxilia, vel favores aliquibus Inimicis alterius, nec etiam aliquos Armigeros cassabunt,

Digitized by Google

bunt, aut alias cassatis transitum dabunt, ex quibus damnum, invasio, jactura, aut aliud quodcumque detrimentum verisimiliter fieri vel inferri possit alteri Statui, Territoriis, et Subditis; quin imo rebelles si qui ei aut ipsorum alteri supervenirent qualitercumque in futurum, pro rebellibus communibus reputabunt confestim post notificationem de ipsis rebellibus alteri factam per illum cujus fuerint rebelles; et ex nunc pro rebellibus reputat præfatus Dominus Dux Sabaudiæ illos, qui notorie machinati fuerint in mortem inclytæ memoriæ Domini Joannis Mariæ, Ducis Mediolani, ejus Consanguinei, Fratris dicti Domini Ducis Mediolani moderni; Rebelles vero alii esse intelligantur illi, qui machinati fuerint in personam vel statum illius cujus Rebelles esse dicentur; in quorum tamen rebellium numero Januenses non comprehendantur, quando contigerit, quod absit, Civitatem Januensem aliud Dominium, quam Dominium dicti Domini Ducis Mediolani mutare, sed Domino Duce Mediolani Januam tenente, idem de ipsis Januensibus, quod de aliis intelligatur.

Item quod si in futurum evenerit, quod Deus avertat, alterum prædictorum Dominorum per ejus inimicos in aliqua Civitate, Villa, Castro vel Oppido personaliter obsessum esse; tunc & eo casu alter dictorum Dominorum non obsessus teneatur & debeat eum cum toto suo exfortio ipsi tali obsesso omnibus viribus suis dare & præbere omnem favorem, auxilium & operam sibi possibiles, adversus Inimicos dicti obsessi, & ad ipsius obsessi liberationem & juvamen.

Item, quod si tunc, & ullo unquam tempore alicui dictarum Partium Guerra aliqua moveretur, tunc & eo casu altera Pars in quacumque nova Guerra, in, & pro defensione Status Partis cui talis Guerra moveretur, & adversus moventem seu moventes Guerram hujusmodi dare teneantur favorem & auxilium alteri Parti adversus quam talis Guerra moveretur; sibique subvenire ad primam requisitionem ipsius Partis offensæ, & infra quadraginta dies ipsam requisitionem immediate sequentes, de mille Equitibus, & totidem Peditibus bonarum Gentium armigerarum, & hoc, per spatium trium mensium continuorum propriis sumptibus impendentis; quod quidem spatium trium mensium incipere debet, quotiescumque præfatus Dominus Dux Sabaudiæ dictum præsidium haberet præbere ipsi Domino Duci Mediolani de Gentibus armigeris Ultramontanis; dum & quando dictæ Gentes armigeræ applicuerint in Loco Secusiæ. Si vero de Gentibus armigeris Citramontanis tale subsidium præberetur, tunc spatium dictorum trium mensium incipere debeat, dum & quando prædictæ Gentes armigeræ applicuerint in & super Territorio dicti Domini Ducis Mediolani: Et vice versa quotiescumque prædictum Subsidium per præfatum Dominum Ducem Mediolani ipsi Domino Duci Sabaudiæ ad partes Ultramontanas præberetur; tunc & eo casu spatium dictorum trium mensium incipere debeat, dum & quando prædictæ Gentes armigeræ ipsius Domini Ducis Mediolani Laneburgum applicuerint; quod si contingeret ipsum subsidium in partibus Citramontanis præbere, tunc spatium dictorum trium mensium incipere debeat, dum & quando prædictæ Gentes armigeræ prædicti Domini Ducis Mediolani Territorium ipsius Domini Ducis Sabaudiæ applicuerint. Si vero Pars subsidium requirens ultra spatium dictorum trium mensium prædictum auxilium habere requisierit usque ad consummationem totalem dictæ Guerræ, tunc altera Pars requisita teneatur pari requirenti dictum subsidium, & auxilium præstare; cumpotuerit tamen Partis requirentis, & non prius requisitæ, usque ad consummationem totalem dictæ Guerræ; Et si forsan uno & eodem tempore Guerra ambabus Partibus moveretur, tunc ipso casu advenient debeat & teneatur Pars quæ minorem Guerram habuerit dare auxilium Parti majorem Guerram habenti, de illa Gentium armigerarum quantitate quæ conveniens fuerit, quæ tamen quantitas declarari debeat & taxari, quam declarabitur per tres ex Consiliariis dicti Domini Ducis Sabaudiæ in Consilio suo ordinariis residentibus, per præfatum Dominum Ducem Mediolani statim orta differentia eligendis; utrumque ex illis Domini Ducis Mediolani per præfatum Dominum Ducem Sabaudiæ similiter eligendis, qui omnes etiam esse debeant cognitores & decisores differentiæ prædictæ, quæ occasione missionis Gentium prædictarum quomodolibet oriretur inter ipsas Partes, quorum vel majoris Partis eorum declarationi, decisioni ac meræ voluntati etiam extra judicium sine aliquo ordine vel solemnitate juris & facti, omni exceptione & remedio nullitatis, appellationis, restitutionis, supplicationis, & alio quocumque cessante, debeant stare Partes & remanere contentæ de illa subsidii quantitate, quam declaraverint dare debere; illique decisioni, si forsan discordarent, debeat ultra prædictos esse declaratus cognitor & decisor prædictorum omnium alius communiter eligendus, qui utriusque Partis sit confidens, & quicquid ipse cum aliis prædictis vel majori aut dimidia parte eorum declaraverit & decideret, debeat executioni mandari, quocumque remedio ut supra cessante; ita tamen, ut ex hoc non retardetur; quia in casu necessitatis & periculi subsidium præsto & bona fide exhibeatur, juxta possibilitatem Partis a qua postulabitur.

Item, convenerunt, ut supra, quod alter prædictorum Dominorum alteri in quibuscumque capiendis Impresiis debeat suis periculis & expensis favores quoscumque possibiles, & quæcumque præsidia possibilia dare bona fide realiter, qui favores quæve subsidia dari, mitti, manuteneri, declarari & limitari debeant modis & formis in proximo præcedenti Capitulo annotatis; & dummodo faciens talem impresiam, ipsam faciat de voluntate alterius; alioquin altera Pars non teneatur aliquod subsidium præstare, nisi quantum de sua voluntate processerit, præterquam si cum Dominis Ducibus Borbonii aut Venetorum Guerra oriretur, quo casu servetur speciale Capitulum quod de ipsis infra loquitur. Item ulterius convenerunt & promittunt ipsæ Partes, quod non liceat tamen nullum omnino præbere subsidium vel favorem facto aut verbo, illi contra quem ipsa impresia capta esset, atque etiam aliquid omnino facere directe, vel indirecte, per se vel alium, aut quovis quæ-

Digitized by Google

quæsito colore, ex quo posset talis impresia impediri vel turbari.

Item, ut supra convenerunt ipsæ Partes, & pacto expresso promiserunt, omnia quæ Partes ipsæ acquirerent in casu Guerræ fiendæ, tamen secundum formam dictorum Capitulorum immediate procedentium, de bonis inimicorum suorum, debeant ambabus Partibus esse communia, & communiter dividi inter ipsas Partes; ita tamen quod si aliquid acquireretur magis congruum uni Parti quam alteri, debeat dimitti Parti cui tale quod magis congruet, pro sufficienti contracambio, dando ejus loco alteri Parti etiam in Loco eidem Parti magis congruenti, per Partem, cui dimitteretur, & magis convenirent res hujusmodi; & ita etiam quod illa Pars cui minus conveniret, possit ab alia Parte, cui magis conveniret, petere sibi dari æquivalens cambium, talis rei acquisitæ in loco sibi magis congruenti, secundum decisionem & declarationem prædictorum ut supra nominatorum; quorum declarationi & decisioni fiendæ juxta formam supra expressam, ipsæ Partes super facto hujusmodi contra cambii stare debeant, omni remedio, ut supra, cessante; hoc tamen salvo, & pacto expresso specialiter reservato, quod si quando & quotiescumque quis ipsorum Dominorum Ducum inceperit esse, & sine alio ipsorum Dominorum Ducum, aliquam impresiam seu Guerram contra quamcunque Personam, Dominationem, Dominium, Commune, Collegium vel Universitatem, quo casu altera Pars non tenetur sibi aliquod subsidium præstare; & eo casu si ille qui sic de se sine alio incœperit, vel diffidendo, vel invadendo, per se, vel per alium, ceperit vel occupaverit aliquid de Terris, Castris, Villis, bonis seu rebus, Subditis, Adhærentibus, Colligatis vel Recommendatis illius contra quem ita inceperit, seu suorum Subditorum, Vassallorum, Adhærentium, Colligatosque vel Recommendatos; tunc & eo casu illud totum sic captum seu occupatum, sit & esse debeat integre, illius ita id sic capientis seu occupantis, licet per alterum subsidium gratuitum fuerit impensum. Ille autem dictorum Dominorum Ducum, qui non inceperit, non possit nec sibi liceat, ut præmittitur, gratuitum subsidium præbuerit absque alterius qui ita inceperit licentia expressa, aliquid capere vel occupare de Terris, Castris, Villis, Bonis seu Subditis, Adhærentibus, Colligatis, vel Recommendatis, illius contra quem ita fuerit inceptum; imo si quid ceperit, vel occupaverit, illud sit & esse debeat totaliter illius qui ita inceperit & suorum, & sibi tradi & expediri debeat liberè per ipsum qui ceperit, vel occupaverit, & suos, sine ulla oppositione aut alia difficultate quacumque.

Item convenerunt dictæ Partes prout supra, quod ipsæ Partes de Guerra quæ mota fuerit communi consensu, nullam facere possint Pacem, Concordiam, Treugam, Ligam, Intelligentiam aut Confœderationem cum aliquo Principe, Domino, Dominio, Communitate & alia quavis Mundi Persona cujusvis Status, gradus & conditionis existat, nisi interveniat utriusque Partis consensus & voluntas expressa, & de communi Partium voluntate procedatur, de qua constet per autenticam Scripturam.

Item, quod omnia, & singula suprascripta intelligantur, intelligique volunt dictæ Partes quantum ad alios Dominos & alia Dominia, quam contra Dominium & Communitatem Florentiæ, suosque Adhærentes, & Recommendatos, & alios Dominos & Dominia, pro Adhærentibus, Colligatis & Recommendatis, ut in principio hujusmodi Ligæ ad nominandum reservatis; inter quos per dictum Dominum Ducem Sabaudiæ nominati non possint dari, haberi, vel aliter teneri pro Adhærentibus, Colligatis, Sequacibus, vel Recommendatis supra scriptum Illustrissimum Dominium Venetorum, illorumque Vassalli, & Subditi, nec etiam intelligantur ipsum Dominium Venetorum ratione alicujus Colligationis prædictorum Dominiorum Florentinorum quovismodo exceptatum: & vice versa, per dictum Dominum Ducem Mediolani non possint nominari vel alias teneri, pro Adhærentibus, Colligatis, & Recommendatis; seu etiam Vassallis, & Subditis, Illustr. Dominus Jo. Jacobus Marchio Montisferrati, ejusque Liberi, Homines & Subditi, nec etiam possint ipse Dominus Dux Mediolani, & sive illorum Civitates, Castra, Villas, Loca, Territoria & Subditos, in aliquam protectionem quoddam Dominium vel tutelam recipere directe vel indirecte, quovis titulo vel colore, exceptis dumtaxat illis quæ per Dominum Ducem Mediolani pro præsenti veraciter possidentur.

Item, conveniunt & promittunt facto expresso ipsæ Partes quibus supra nominibus & earum quælibet pro ut eam tangit, sic præscriptis Capitulis non derogando, quod Illustrissimus Dominus Dux Mediolani nullo unquam tempore, quovis casu Pacis aut Guerræ, aliquo modo, qui dici vel excogitari possit, per Territoria, & Dominia sua, tam præsentia quam futura ubilibet consistentia, non dabit nec per quemcunque dari patietur transitum, reductum, conductum, aut aliud receptaculum, seu etiam Victualia aliquibus Gentibus armigeris, Equestribus, vel Pedestribus, qualitercumque euntibus contra Illustrissimum Dominum Ducem Sabaudiæ ejusque Liberos & Exercitus, seu ad munitionem vel defensionem aliquorum Dominiorum vel Locorum, adversus quos ipse Dominus *Dux* Sabaudiæ aut sui Guerram haberent, aut alias facerent ubilibet; sed potius bona fide toto posse obviabit, resistet tamquam bonus & verus Filius, ad hæc tam vinculo Sanguinis quam Confœderationis hujusmodi: & vice versa, præfatus Illustrissimus *Dominus Dux* Sabaudiæ, nullo unquam quovis casu Pacis aut Guerræ aliquo modo, qui dici possit, per Territoria, & *Dominia* sua, tam præsentia quam futura ubilibet consistentia, non dabit, nec dari patietur transitum, reductum, conductum vel receptaculum, seu etiam Victualia aliquibus armigeris, Equestribus, & Peditibus qualitercumque euntibus, vel qui ire, seu venire possent quavis ex causa contra Illustrissimum *Dominum Ducem* Mediolani ejusque Liberos, & Exercitus; seu ad defen-

Digitized by Google

sionem aliquorum *Dominiorum* vel Locorum, adversus quos ipse *Dominus Dux* Mediolani aut sui Guerram haberent, aut alias facerent ubilibet; sed potius bona fide & toto posse obviabit tanquam bonus & verus Pater, ad hæc tam vinculo Sanguinis quam Confœderationis hujusmodi, præ cæteris adversus quos ipsæ Confœderationes se ostendunt obligatæ.

Item, ulterius conveniunt & promittunt ipsæ Partes, & earum quælibet prout eam tangit quod in omni casu quo præfatus Illustrissimus *Dominus Dux* Mediolani Guerram ageret contra Venetos, Illustrissimus *Dominus Dux* Sabaudiæ ejus Pater indistinctè pure, & sine quavis contradictione eidem præstabit subsidium Equitum mille, & totidem Peditum, suis ipsius *Domini Ducis* Sabaudiæ propriis sumptibus & expensis, & hoc, per tres menses continuos inchoandos juxta formam tertii Capituli hujus Ligæ incipientis.

Item quod si nunc & ullo unquam tempore, & hoc, infra quadraginta dies postquam primum fuerit requisitus, licet Guerra ipsa absque consensu, scitu & voluntate ipsius Domini Ducis Sabaudiæ aliquo modo subsequeretur, procederet & quocumque casu processerit, & sive Veneti inchoaverint, seu dubium esse videretur quæ Pars incœpisset, & jam sive ipse Dominus Dux Mediolani ad recuperationem ablatorum, seu aliam offensam contra ipsos Venetos procedere velit; & ita quod huic Capitulo derogari non possit neque intelligatur in aliquo derogatum, propter Capitulum quod exigit consensum Partis, nec ex aliquibus aliis Capitulis in præsenti Contractu contentis; & vice versa, in omni casu, quo memoratus Illustrissimus Dominus Dux Sabaudiæ quandocumque Guerram ageret contra Dominum Ducem Borbonii, ejusque Fratrem Comitem de Montpensier Illustrissimus Dominus Dux Mediolani ejus Filius indistincte, pure, & sine quavis contradictione, eidem præstabit subsidium Equitum mille, & totidem Peditum ipsius Domini Ducis Mediolani propriis sumtibus & expensis, & hoc per tres menses continuos inchoandos juxta formam tertii Capituli hujus Ligæ, & hoc infra quadraginta dies postquam primum fuerit requisitus, licet Guerra ipsa absque consensu, scitu & voluntate ipsius Domini Ducis Mediolani aliquomodo subsequeretur, procederet, & quocumque casu processerit, & sive dicti Domini Fratres de Borbonio inchoaverint, sive dubium esse videretur quæ Pars incœpisset, etiam sive ipse Dominus Dux Sabaudiæ ad recuperationem jurium suorum seu ad aliam offensam contra ipsos Fratres de Borbonio procedere vellet; Et ita quod huic Capitulo derogatum in aliquo non intelligatur, propter Capitulum quod exigit consensum Partis, nec ex aliquibus aliis Capitulis in præsenti Contractu contentis. Acta & data fuerunt præmissa in Civitate Mediolani, videlicet in Domo habitationis dicti Domini Gasparis Vicecomitis Portæ Vercellinæ, Parochiæ Sancti Prothasii, die Jovis decimo quarto mensis Octobris, Anno Domini millesimo quadringentesimo quarto, decima tertia Indictione.

LXVII.

Contractus matrimonii inter Yolandam Caroli VII. Franciæ Regis filiam & Amadeum, Amadei IIX. Ducis Sabaudiæ primogenitum stabilitus, d. d. 16. Aug. An. 1436.

AU nom de Dieu le Pere, du Fils, & du Benoist Saint Esprit, Amen, Par ce public instrument a tous presens & a venir aparoisse evidemment, que aujourd'hui personnellement, & specialement étant commis & constituez pour faire & accomplir les choses ci aprés écrites és presences des Seigneurs témoins, & Nous Notaires & Secretaires dessous écrits; c'est à Savoir, Tres Chrétien, tres-excellent & triomphant Roi de France, Charles VII. de ce nom, d'une part; & Reverends Peres en Dieu les Evêques de Geneve & de Valais: & aussi spectables, Nobles, & Puissans Seigneurs, Messeigneurs Jean de Seyssel, Seigneur de Barat, Marechal de Savoie; Amé de Challand, Seigneur de Varoy; Jean du Saix, Seigneur de Bannens; Jâques Criol, Chevalier, Docteur en Loix & en Decret; & Guillaume Rigaud, Maître-d'hotel; Conseillers, Ambassadeurs & Procureurs de très-excellent & puissant Prince Monseigneur Amé, Duc de Savoie, de Chablais, & d'Aouste, Prince Marquis en Italie, Comte de Piémont, de Genevois, de Valentinois, & de Diois, ainsi que plus pleinement apert par les Lettres patentes données à Ripaille, le quatriéme jour du mois de Juillet dernierement passé, faites & Signées par la main de François Fevre, Secretaire, & scellées en cire vermeille au scel pendant de Mondit Seigneur le Duc de Savoie, en deû & grand honneur ont dit & exposé audit très excellent Roi, que Monditseigneur le Duc de Savoie, attendu la grande proximité de lignage, & autres amitiez & bienveillances, par lesquelles lui & Messeigneurs ses predecesseurs de très bonne memoire ont été & sont liez & conjoints avec ledit tres-excellent Roi, & ses très nobles & dignes predecesseurs; aussi que ses Terres & Seigneuries de Savoie, & autres sont prochaines & contiguës sans moïen du Roïaume de France, & Païs du Daufiné. Lesquelles proximité de lignage, amitié & bienveillance, ledit Seigneur Duc est toûjours desirant d'entretenir, affermir & continuer, & encore plus aprocher à ce que ses Seigneuries, Païs, & Sujets, soient & demeurent en bonne Paix, concorde, & union avec le Roi, ses Roïaume, Païs & Sujets, ainsi qu'ils ont toûjours accoûtumé; iceux Seigneurs Ambassadeurs & Procureurs Mondit Seigneur de Savoie avoit envoié pardevers ledit très excellent Roi, expressément & specialement pour le requerir, pratiquer, & entendre, s'il étoit de son bon plaisir de faire & contraire mariage entre tres-noble Madame Yoland de France sa fille; & moult Noble Amé Monsieur de Savoie, aîné, fils de haut & Puissant Monsieur Loïs de Savoie Prince de Piémont, fils-aîné & Lieutenant General dudit tres-excellent

et

Digitized by Google

et puiſſant Prince, Monditſeigneur de Savoie, ainſi que paravant avoit été parlé entre aucuns Seigneurs, parens et amis de mesdits Seigneurs de Savoie et Prince avec aucuns autres Parens et Serviteurs dudit très-excellent Roi. De laquelle choſe ledit tres-excellent Roi, pour la ſinguliere amour et dilection qu'il a, et ſesdits predeceſſeurs de moult long-tems ont eû à mondit Sieur de Savoie et ſon Hôtel, lesquelles pareillement deſire continuer, et toûjours entretenir, et par plus grande proximité de ſang et lignage encore plus affermir, pour les cauſes deſſusdites, et pluſieurs autres juſtes et raiſonables, par l'avis et deliberation de aucuns des Seigneurs de ſon ſang, et autres de ſon Conſeil, a voulu, veut et conſent ledit mariage être fait, promis, traité et convenancé par et ſous les convenances, promeſſes et pactions faites, paſſées, accordées et conſenties entre lui en ſa perſonne, d'une part, pour lui et ladite Madame Yoland ſa fille, et lesdits Ambaſſadeurs et Procureurs, aians à ce pouvoir et procuration ſpeciale pour lesdits Seigneurs Duc de Savoie, aieul; et Prince, Pere d'icelui Monſieur Amé, pour eux et pour lui, d'autre part, en la maniere, qui s'enſuit.

Premierement, que ledit très excellent Roi, pour ſoi, ſes hoirs et Succeſſeurs, a promis et promet, qu'il fera et pourchaſſera à tout ſon loial pourvoir, que être parvenus lesdits Amé Monſieur, et Madame Yoland ſa fille, en âge legitime, que ladite Dame prendra par paroles de preſent ledit Amé Monſieur pour ſon mari et loial époux, ſi Dieu et Saint Egliſe s'y accordent. Et pareillement les deſſus nommez Seigneurs, Ambaſſadeurs et Procureurs au nom deſſus ont promis et promettent, que mesdits Seigneurs les Duc et Prince ſon fils, Pere dudit Monſieur Amé, feront et pourchaſſeront à tout leur loial pouvoir, que ledit Amé Monſieur prendra à femme madite Dame Yoland étant en âge legitime, ſi Dieu et Saint Egliſe s'y accordent; obtenüe auſſi ſur ſe premierement, ſi meſtier eſt, diſpenſation de nôtre Saint Pere le Pape, laquelle mondit Sieur de Savoie pourchaſſera d'avoir à ſes dépens; et pour ce que plûtôt et convenablement elle ſe puiſſe avoir, le Roi affectueuſement en écrira à nôtre dit Saint Pere le Pape, et à tous autres, à qui il ſemblera être expedient et neceſſaire.

Et pour contemplation dudit Mariage, le Roi deſſusdit donne et conſtituë audit Amé Monſieur en mariage de madite Dame Yoland ſa fille, pour, en nom et à cauſe de dot, pour le droit, partage, et portion qu'elle pourroit avoir és biens paternels et maternels, c'eſt à ſavoir, la ſomme de cent mille écus de bon or et de poids, aians cours à preſent audit Roiaume de France, à raiſon de ſoixante-dix au marc pour une fois, à paier audit Amé Monſieur, et aux ſiens, qu'il appartiendra par raiſon, ou à ſes Députez, és termes et lieux qui s'enſuivent.

C'eſt à ſavoir, en la Ville de Montluel au Païs de mondit Sieur le Duc de Savoie, à la ſolenniſation dudit mariage, laquelle au plaiſir de Dieu ſe fera, lesdits Seigneur & Dame, comme dit eſt, parvenus en âge legitime, trente mille écus d'or & de poids, à la valeur, & raiſon que deſſus; les autres ſoixante mille écus ſeront paiez, par le Roi & les ſiens audit Amé Monſieur, & aux ſiens, esquels il apartiendra par raiſon audit lieu de Montluel, & à tel jour que ladite ſolenniſation ſera faite dedans quatre ans aprés & continuellement enſuivans l'an revolu de ladite ſolenniſation, c'eſt à ſavoir, chacune des trois années vingt mille écus, & la quarte année après enſuivant pour plein païement de ladite ſomme dotale, les autres dix mille écus d'or, à la valeur & raiſon que deſſus.

Et pour ce qu'apreſent ladite Dame Yoland convenablement ne ſe peut enjoüailler ne vêtir, comme il apartiendroit ſie elle étoit d'âge, ledit trés-excellent Roi & les ſiens, à ladite ſolenniſation, ſont & ſeront tenus de l'enjoüailler, vetir & garnir honorablement, ainſi qu'à une telle Dame apartiendra.

Et pareillement lesdits Seigneurs, Ambaſſadeurs & Procureurs au nom que deſſus pour cauſe & contemplation dudit mariage, au cas que ledit Amé Monſieur iroit de vie à tré paſſement avant madite Dame Yoland ſa femme, le mariage d'eux contrait par paroles de preſent, & ſolenniſé en âge legitime & conſommé, en celui cas, & non autrement donnent & conſtituiſſent à madite Dame Yoland pour cauſe de ſon doüaire, pour tenir ſon état & à ſa vie tant ſeulement, la ſomme de dix mille écus d'or ſemblables & de telle valeur que deſſus, de revenu par chacun an, par telle condition & maniere, que madite Dame Yoland ne prendra ni recevra à cauſe dudit doüaire, le cas avenant, tant que mesdits Seigneurs le Duc & Prince vivront ou l'un d'eux, forts tant ſeulement huit mille écus de revenu par an, à la valeur que deſſus. Et eux allez de vie à trépaſſement, au cas qu'elle ſurvivroit, prendra & recevra entierement lesdits mille ecus, lesquels au cas que deſſus lui ſeront aſſis & aſſignez en Terres, Villes, Places, & Seigneuries honorables pour ſa demeurance & autrement aſſiſes deçà les monts, au plus près l'un de l'autre, que bonnement faire ſe pourra, qui ſeront deſignées avant la ſolenniſation dudit mariage; tellement que icelle Madame Yoland ait & puiſſe avoir chacun an desdites Terres & Seigneuries pour le moins ladite ſomme de huit mille au dix mille écus és cas deſſusdits, pourvû que madite Dame Yoland les Chateaux, & autres édifices, qui pour ce lui ſeront baillez, ſera ſouſter de couverture, & les maintenir & reparer en égal et bon état, que à elle ſeront delivrez, & en tel cas a été accoûtume de faire; ſauf toûjours à mondit Sieur le Duc, & ſon heritier principal ſur les dites choſes, la ſouveraineté & reſſort.

Item. A été convenu & accordé entre lesdites parties, au cas que ledit Amé Monſieur iroit de vie à trepaſſement, ladite Madame Yoland ſurvivant, ou que autrement reſtitution de dot auroit lieu, mondit Sieur le Duc, ou ſon heritier et Succeſſeur principal, ſera tenu de rendre & reſtituer à madite Dame Yoland, ou à

Digitized by Google

ſes heritiers, lesdits cent mille écus donnez pour elle en mariage, ſi paiez avoient été ; ou autrement ce que paié en ſeroit, à ſemblables termes qu'ils euront été paiez; & auſſi tous les joiaux & biens meubles apartenans à ladite Dame Yoland. Et pareillement ſi elle alloit de vie à trépaſſement ſans enfans dudit mariage, et que reſtitution dudit dot autrement auroit lieu, ſera reſtituée ladite ſomme dotale, & biens meubles deſſusdits à ſes heritiers, ou à ceux qui auront cauſe d'elle, esdits termes, & par la forme & maniere que deſſus commençant toutefois le premier païement l'an revolu du jour dudit trépaſſement, ou de tel jour que le cas de reſtitution par autre maniere, que par mort, auroit lieu.

Item. A été convenu & accordé, s'il avenoit, ce que Dieu ne veuille, ledit Amé Monſieur aller de vie à trépaſſement, ſans avoir enfans mâles deſcendans de ſon propre Corps, & de Madame Yoland ſa femme, & qu'ils n'euſſent qu'une fille ou pluſieurs, ledit Monſieur le Duc de Savoie, ou ſon herities principal, ſera tenu de dûement maintenir l'état desdites filles juſqu'à ce qu'elles ſeront mariées; & auſſi elles parvenües en âge legitime, de les marier honorablement ſelon leur état, & de leur donner, & conſtituer en mariage, c'eſt à ſavoir, à la premiere & ainée fille cent mille écus d'or pour une fois, à raiſon de ſoixante-dix pour marc, comme dit eſt; & à chacune des autres, ſi plus en y a, ſoixante mille écus pour une fois, ſemblables que deſſus, outre le droit qu'elles auroient en dot, & autres biens de leur Mere: ſauf toûjours la liberalité dudit Monſieur le Duc, ou de celui, qui lors ſera ſon principal heritier, ſi plus leur vouloit donner: leſquelles ſommes ſeront païées par les termes, & ſelon la forme que aux contrats de mariages ſeront accordées; & en outre les veſtira & enjoüaillera ſelon ſon état, & desdites filles: & pourtant lesdites filles, & chacune d'icelles ſeront contenües & excluſes de tous les biens paternels, & qui ſont & ſeront au tems à venir à mesdits Seigneurs le Duc & Prince, & à leurs heritiers & Succeſſeurs quelconques, tant comme il aura mâle legitime vivant du nom de Savoie. Et s'il avenoit, que Dieu ne veuille, que tous les mâles legitimes, qui ſeſont & ſeront du nom de Savoie alluſſent de vie à trepaſſement ſans enfans mâles, un ou pluſieurs, tellement qu'il ne demeurât que filles legitimes du nom de Savoie; en celui cas, lesdites filles, les filles de filles deſcendans desdits Madame Yoland, & Amé mondit Sieur, ſuccederont, en leurs degrez, comme ſera de raiſon.

Item. A été convenu & accordé entre leſdits parties, que ledit très-excellent Roi incontinant être accordé ledit mariage baillera madite Dame Yoland pour la mener & conduire à l'hôtel de Monditſeigneur le Duc de Savoie, & la fera accompagner ſuffiſamment, comme il ſera de ſon bon plaiſir, jusques au lieu de Villefranche, à ſes dépens, & lesdits Sieurs Ambaſſadeurs l'accompagneront aux dépens de Mondit Sieur de Savoie.

Item. Et s'il avenoit, ce que Dieu ne veuille, que ledit Amé Monſieur allût de vie à trepaſſement avant ledit mariage contrait par paroles de preſent, ou conſommé, & mondit Seigneur le Prince Son Pere eût autres enfans mâles d'âge convenable au regard de ladite Dame, que l'âiné desdits enfans aura ladite Dame Yoland pour femme, & ſera ledit âiné fils principal heritier de Savoie, comme ſeroit Amé Monſieur, s'il vivoit. Et s'il avenoit, que madite Dame Yoland allût de vie à trépaſſement devant le mariage contrait par paroles de preſent, ou conſummé, & le Roi eût autre fille d'âge convenable au regard dudit Monſieur Amé, laquelle ne fût mariée ni promiſe ailleurs pour mariage, qu'il la donnera pour femme audit Amé Monſieur, & ſelon la forme & teneur des chapitres & convenances contenües & écrites en ce preſent contrat, tant par l'une des parties comme l'autre.

Item. A été convenu & accordé entre lesdites Parties, au cas que ledit Amé Monſieur iroit de vie à trepaſſement, avant que ledit mariage fût parfait & ſolenniſé, & le Roi voulût, que madite Dame Yoland ſa fille retournât à ſon hôtel: & par avanture mondit Sieur le Prince n'avoit autre fils mâle d'âge convenable pour prendre à femme ladite Dame Yoland; en celui cas Mesdits ſeigneurs les Duc & Prince, & leurs heritiers ſeront tenus icelle Dame Yoland avec ſes biens liberalement & quitte de toutes provifions, tant de mariage qu'autrement, rendre & bailler au Roi ou à ſes Députez, & la faire conduire honorablement à leurs dépens juſqu'audit lieu de Villefranche, auquel elle leur ſera baillée.

Item. A été convenu & accordé entre leſdites parties, que ledit Monſeigneur le Duc de Savoie baillera audit Amé Monſieur en titre les Comtez de Maurienne deçà, & de Vercellois, delà les monts, dedans la prochaine feſte de Noël.

Item. A été convenu & accordé entre icelles parties, qu'au cas que Mondit ſeigneur le Prince allât de vie à trépaſſement avant Monditſieur le Duc ſon Pere, que ledit Amé Monſieur, ou le premier mâle deſcendant de lui & de ſes enfans mâles de loial mariage, ſera heritier principal de Monditſieur le Duc de Savoie, & repreſentera comme heritier principal la perſonne de Monditſieur le Prince, ainſi & pareillement que feroit Monditſieur le Prince, s'il vivoit; jaçoit, que Mesditsſeigneurs le Duc & Prince aient & euſſent autres enfans, leſquels en icelui cas ſeront apanagez & portionnez chacun ſelon ſon état & devoir.

Item. Semblablement a été convenu & accordé entre lesdits, parties, qu'au cas que ledit Amé Monſieur iroit de vie à trespaſſement, ſurvivant Mesditsſeigneurs les Ducs & Prince, ou l'un d'eux, & auroit enfans mâles, un ou pluſieurs de ſon propre corps, & de loial mariage, de madite Dame Yoland; en ce cas ſon premier fils, & les autres deſcendans mâles de lui, chacun en ſon ordre, auront tel & ſemblable droit, & ſeront heritiers des Mesditsſeigneurs le Duc

&

Digitized by Google

& Prince, par la forme & maniere que fût & seroit ledit Amé Monsieur, s'il étoit en vie ; pourvûque le premier mâle soit toûjours principal heritier de Savoie.

Item. Ont convenu & accordé lesdits Seigneurs Ambassadeurs & Procureurs, que Mesdits seigneurs les Duc & Prince ratifieront & promettront toutes les choses dessusdites, avant que madite Dame Yolandsoit mise hors du Rojaume de France ; lesquelles pactions & convenances entre lesdites parties, ainsi faites & accordées en la présence des Seigneurs témoins, & de nous Secretaires & Notaires dessous écrits, recevans & stipulans comme dessus, ledit tres-excellent Roi en parole de Roi a promis & juré pour soi, ses hoirs & Successeurs quelconques, par son loial serment sur les Saints Evangiles de Dieu manuellement touchez, & en outre par la foi & serment de son corps, et sur l'obligation de tous ses biens meubles & immeubles, presens & à venir quelque part qu'ils soient, avoir, tenir, observer, & faire observer par sesdits hoirs & successeurs, fermes, stables, & agreables perpetuellement, & de non jamais par lui, ou autre interposée personne, faire, venir, ni souffrir être fait aucunement au contraire, directement ou par indirect, publiquement ou autrement, par quelque couleur en occasion que ce soit ; & pareillement lesdits Seigneurs Ambassadeurs au nom que dessus ont promis & juré, que Mesdits seigneurs les Duc & Prince tiendront, observeront, & feront pleinement tenir & observer toutes les choses dessusdites ; & en outre les ratifieront & aprouveront iceux Messeigneurs les Duc & Prince, & feront, consentiront, & promettront, de nouvel, si mestier est, ainsi que par lesdits Seigneurs Ambassadeurs a été dit & convenu. Et au cas que lesdites parties, ou aucune d'icelles, ou les siens feroient aucuns frais, missions, & dépens, ou soustenissent interests & dommages par les convenances, pactions & promissions dessusdites non attenduës, observées, & accomplies ainsi que dessus, ont voulu & veulent par exprès que la partie non attendant & non faisant les choses promises par elle comme dessus, soit tenüe de rendre à l'autre, & restituer entierement lesdits dommages, interêts, missions & dépens, sans contradiction ou difficulté quelconque.

Et à ce que toutes les choses dessusdites plus valablement se puissent accomplir & observer, lesdites parties & chacune d'icelles, c'est à savoir, ledit très-excellent Roi, pour lui & les siens dessusdits : & lesdits Seigneurs Ambassadeurs & Procureurs au nom que dessus, ont soumis, obligé & hypothequé, & des maintenant, specialement & expressément soumettent, obligent & hypothequent toutes les Citez, Villes & Terres, Châteaux, Domaines ; Seigneuries, & generalement tous les autres biens meubles & immmeubles, presens & à venir dudit tres-excellent Roi, & de mondit Seigneur de Savoie ; tellement que lesdites parties & chacune d'icelles, tant qu'il lui touche & peut apartenir & les siens dessusdits, en puissent être contraints, comme il apartiendra, jus qu'à totale satisfaction & dûe observation de toutes les choses dessusdites, non obstant quelconque droit & constitution, par lesquels l'on pourroit venir au contraire ; renonçant lesdites parties & chacune d'icelles au nom que dessus, sur leurs sermens, promissions, soumissions, & obligations avantdites, en la presence des Seigneurs témoins, & de Nous Notaires & Secretaires dessous écrits, stipulans & recevans comme dessus, à toutes actions, deceptions, barat, griefs, erreurs, exceptions, rescrits, privileges, appellations, suplications, dispensations de sermens, cavillations & à tout droit, canon & civil, subterfuges, coûtumes de pais, & generalement à tous autres droits, par lesquels pourroient objices, dire, ou venir ou contraire des choses dessusdites, ou d'aucune d'icelles, & mêmement au droit disant, la generale renonciation non valoir, si la speciale ne precede.

Desquelles choses dessusdites, ledit très-excellent Roi, & lesdits Seigneurs Ambassadeurs au nom que dessus, ont voulu, commandé & requis par Nos Notaires & Secretaires dessus écrits être faits, au profit de chacune desdites parties, un ou plusieurs Instrumens d'une même substance & teneur.

Fait & donné à Tours en Touraine en l'hôtel, ou étoit logé ledit très-excellent Roi, le seizieme jour d'Aôut, l'an de grace mille quatre-cens-trente-six Indiction quatorzieme. Presens hauts & puissans Princes & Seigneurs, Messieurs, Charles d'Anjou, Comte de Mortaing : Louis de Bourbon, Comte de Vendôme & de Chartres, Grand-maitre d'Hôtel de France ; & très-Reverends Peres en Dieu, Messeigneurs, Renaud, Archevêque de Reims, Chancelier de France ; Denis, Archevêque de Toulouse ; Robert, Evêque de Maguelonne. Thibaut, Evêque de Maillezais ; le Comte de Tancarville ; Christofe d'Aricourt, Seigneur d'Aurex ; Jean, Bâtard d'Orleans ; le Comte de Perigord ; Jean, Seigneur de Granville, Maître des Arbalestriers de France ; Raoul, Seigneur de Gaucourt Gouverneur du Daufiné ; les Seigneurs de Bueil, & de Chaumont ; Messire Robert le Maçon, Seigneur de Treves ; Thepde, Comte de Valpergue, Senéchal de Lion : Messire Hugues de Noyers, Maître d'Hôtel ; Maître Geoffroi Vassal, Archidiacre d'Albe ; & Maître Jean Putard, Conseillers du Roi témoins á ce presens & appellez. Et moi Jean Courtinelles, Notaire & Secretaire du Roi pour témoin deschoses dessus écrites, ai, du commandement du Roi nôtredit Seigneur, mis mon seing manuel à ces presentes, signé Courtinelles ; & moi Antoine Bolomier de Ponciens du Dioceſe de Lion, Notaire public, & Secretaire de mesdits très-redoutez Seigneurs les Duc & Prince en toutes les choses dessusdites, avec lesdits Seigneurs témoins, ai été present, & d'icelles avec ledit Maître Jean requis en ai reçu ce present instrument, lequel ai fait écrire par Pierre Martin des Croses, Notaire public, & souscrit de ma propre main ; & Signé de mon grand seing accoûtumé, en témoin de verité de toutes les choses dessus écrites.

Digitized by Google

LXIIX.

Testamentum Amadei IIX. Ducis Sabaudiæ, d. d. 6. Dec. An. 1439.

IN nomine Beatissimæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti Amen. Per hoc publicum Instrumentum universis & singulis, præsentibus ex futuris fiat notum atque manifestum. Quod sumpto à præclarissima Domini nostri Jesu Christi humana nativitate millesimo quadringentesimo trigesimo nono, Indictione tertia cum eodem Anno sumpta, & die sexta Mensis Decembris, in præsentia Reverendorum Patrum ac Venerabilium Virorum testium, & nostrorum Notariorum publicorum, Secretariorumque subscriptorum; personaliter constitutus Illustrissimus Princeps & Dominus noster Excelsus, Dominus Amadeus, Dux Sabaudiæ Chablaysii, & Augustæ Princeps, Marchio in Italia, Comes Pedemontium & Gebennensium Valentinensisque & Dyensis, ac Dominus Civitatum Niciæ, & Vercellarum circumspectissime considerans ut dicebat, quam sit honestum, utile pariter & salutare, personis legitimis condere Testamentum, quo salus animabus, concordia hæredibus, mercenariis retributio, creditoribus & gravatis satisfactio, ac dilectis munificentia propinantur, quod quam ipsi testamentariæ conditioni consultius indulgetur, usu rationis, & corpore ac sanitate vigentibus, utriusque hominis substantia congrua temperie stabilitur. Volens propterea casus inopinatos & incertos, quibus interdum testandi facultas adimitur, prævenire, mente & corpore per Dei gratiam sanus, prout ipsius Domini nostri status & gestus inde faciebant & faciunt cunctis cernentibus evidens argumentum; ad laudem & honorem Dei Omnipotentis, Beatissimæque Mariæ Virginis, ac omnium Sanctorum, animarumque suffragium, hæredum suorum pacem & concordiam, ac suæ constantiæ jucunditatem, & quietem suorum Principatuum, & Dominiorum, dignitatum, rerum & bonorum dispositionem per præsens ejus nuncupativum Testamentum facit, sub forma, modo & ordine sequentibus.

In primis, prænominatus Dominus noster Dux Testator, animam suam nunc & in perpetuum, & præsertim dum Altissimo disponente egredietur a suo corpore, humiliter & devote recommittit omnipotenti Deo, qui eam creavit & redemit, Beatissimæ Mariæ Virgini, Beato Michaeli Archangelo, cæterisque Spiritibus Angelis, ac omnibus Sanctis; Corpus vero suum, excepto corde, dumtaxat, vult & jubet ipse Dominus noster Dux Testator, honorabiliter deferri & conduci ad Monasterium Altæcombæ Cistercienſis Ordinis, & ibidem in Capella infra Ecclesiam ipsius Monasterii, per Inclitæ recordationis Dominos Progenitores ejusdem D. Testatoris ab antiquo fundata, videlicet, in sepulchro prædictorum Progenitorum suorum, in quo celebritate, ac cæteris eleemosynarum & orationum suffragiis decenter inhumari eligens idem Dominus noster Testator inibi dicti sui corporis sepulturam, ubicumque ipsum Dominum Testatorem contingat ab humanis decedere. Cor autem suum vult & jubet idem Dominus Testator post ejus decessum de corpore suo sumi, & sumptum incapsari, & deinde deferri in Ecclesiam Monasterii Rippalliæ Ordinis Sancti Augustini, per eundem Dominum Testatorem pridem fundati & dotati, & ibidem ante Magnum Altare Beatæ Mariæ Virginis Ecclesiæ, per ipsum Dominum Deo authore construi & ædificari inchoatæ, tempore obitus ipsius Domini Testatoris, si ipsa Ecclesia vel saltem Chorus seu Presbyterium ejusdem sint constructa; sin autem, ante magnum Altare Sancti Mauricii Ecclesiæ præsentis prædicti Monasterii, cum Missarum & suffragiorum solemnitate tradi Ecclesiasticæ sepulturæ inibi eligens dictus Dominus Testator prædicti sui cordis sepulturam.

Item vult & jubet præfatus Dominus Testator sepulturam & exequias suas, per hæredem suum universalem infra scriptum honorifice celebrari & fieri in prædicta Ecclesia Monasterii Altæcombæ, ubi dictum corpus ejus erit ut præmittitur inhumatum infra unum annum a die ipsius inhumationis numerandum omni occasione cessante, per modum infra scriptum.

Cæterum animadvertens idem Dominus noster Dux Testator, circa laudabilia servitia per Magnificum Strenuumque militem Dominum Humbertum Bastardum de Sabaudia, eidem Domino Testatori a suis puerilibus annis, & consequenter Illustribus ipsius Domini Testatoris liberis obsequiose impensa, etiam actus strenuos & notabilia peregrinationis vota, quibus in partibus Turoniæ, aliisque transmarinis & semotis mundi regionibus personam suam exercuit, & vehementibus discriminibus exponere non erubuit: volens præterea ipse Dominus Testator eidem Domino Humberto ejus fratri Bastardo, quantum sibi præsentialiter adest facultas pro meritis respondere, & ipsum juxta suorum meritorum exigentiam majoribus honoribus & præeminentiis extollere, vult, jubet & in vim legati ordinat, Castra, Villam, Castellaniam, Mandamentum & Ressortum Rotondi Montis in Patria Vaudi situata, cum suis solitis pertinentiis universis extolli & erigi in Comitatum dignitatemque Comitialem, & erecta cum ipsorum hominibus, homagiis, feudis, retrofeudis, & nobilibus & ignobilibus, mero & mixto Imperio, Jurisdictione omnimoda alta, media & bassa, redditibus, cæterisque pertinentiis & appendenciis universis, in augmentum feudi nobilis & ligii, ad quod ipsi Domino Testatori aliunde est adstrictus, eidem Domino Humberto pro se suisque liberis masculis, naturalibus & legitimis ex suo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis, & ab eis naturaliter & legitime per lineam masculinam descendentibus tradi, & expediri per ejus hæredem universalem infra scriptum, quam cito ad hæreditatem suam admittetur; nisi tamen ipse Dominus Testator hoc antea fecerit, adimpleveritque nihil in illis ulterius retinendo præterquam jus feudi, fidelitatis, homagii directi, feudi Dominii, superioritatisque & ressorti, cum illorum præeminentiis, & juribus universis indifferenter, prout idem Dominus Testator illas percipere & exercere consuevit super cæteris Baronibus & Banneretis Baroniæ Vaudi, ac etiam omnibus donis & sub-

Digitized by Google

ſubſidiis per alias bonas villas dictæ Baroniæ generaliter imponendis & concedendis, quæ dona & ſubſidia ipſe Dominus noſter Dux Teſtator pro ſe & ſuis hæredibus, qui erunt Duces Sabaudiæ, retinet & reſervat habenda & percipienda, quandocumque locus evenerit in futurum tam inſuper ſuper ipſo loco & pertinentiis Rotundi montis, quam loco, & pertinenciis Stavayaci, ſibi etiam per ipſum Dominum Teſtatorem jam pridem in augmentum conceſſi, indifferenter prout illa habebat & percipere conſueverat, antequam ipſa eidem Domino Humberto, ut præmittitur, tradita legataque fuiſſent & conceſſa nec non juribus Patronatus Eccleſiæ Parrochialis, ac cæterorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, infra locum & territorium dicti loci Rotondi Montis ſituatarum, eidem Domino Teſtatori pertinentibus; ita etiam quod ipſe Dominus Humbertus ratam habeat traditionem factam Domino Franciſco de Buſſy de certis rebus in dicto mandamento ſituatis.

Præterea circa nonnullorum antiquorum intimorum Servitorum ipſius Domini Teſtatoris, ut aſſerit merita animadvertens, ſignanter ſpectabilis conſanguinei Mareſcallique ſui Sabaudiæ Domini Joannis de Seyſſello, Domini Bariatti & Rupetulæ, nec non dilecti fidelis Secretarii Conſiliariique ac Prioris Magiſtri Requeſtarum Ducalis hoſpicii, Guillermi Bolomerii ac ipſorum juventutis primordiis in ipſius Domini Teſtatoris ſerviciis & hoſpicio alitorum, vult, & diſponit idem Dominus Teſtator, quod licet illos aliorſum occupare habeat, nihilominus eorum quibuscumque officiis, præeminentiis, prærogativis & commoditatibus, tam in hoſpitio hæredis univerſalis ipſius Domini Teſtatoris, quem extra ex nunc in antea, ſine detractione & turbatione quacumque in omnibus continue præſerventur.

Item conſiderans prædictus Dominus noſter Dux Teſtator gratiſſima & familiariſſima, tam Deo, quam ſibi impartita huc usque ſervitia, per ſpectabiles & Egregios Commilitiones ſuos Ordinis ſui militaris Ripalliæ, Dominos Claudium de Saxo, Lambertum Oddineti Legum Doctorem, qui tam in longinquis Ambaſſiatis quam præſidentiarum Concilii, & Cameræ Computorum Chamberiaci Officiis, eidem Domino Teſtatori decentiſſime & fructuoſe ſervierunt, nec non Dominos Franciſcum de Buſſy, Amedeum Championis, & Ludovicum de Chevelluto Milites, vult, diſponit & jubet hæredi ſuo univerſali infra ſcripto ibidem præſenti, quatenus ipſos Dominos Commilitones ſuos, & eorum liberos in ſuis negociis favorabiliter & ſpecialiter habeat recommiſſos.

Item quia in quodam priori Teſtamento ejusdem Domini Teſtatoris, per me Nicodum Feſti Notarium publicum, ac ipſius Domini Teſtatoris Conſiliarium & Secretarium ſubſcriptum, recepto ſub Anno Domini milleſimo quatercenteſimo trigeſimo ſecundo, Indictione decima, & die nona menſis Decembris, pluribus ſuis Servitoribus pro remuneratione ſuorum Servitiorum certa legata fecerat, quæ pro maxima parte realiter ſolvit, aliis vero nonnullis legatariis, quibus nondum extiterat realis facta ſolutio, de aſſignationibus per ipſius Domini noſtri Ducis Teſtatoris patentes litteras fecit, prout ipſe aſſerit pro tutiori eorum ſatisfactione in ejus vita fienda de eisdem Legatis, & ſuorum ſervitorum præteritorum remunerationibus, tunc obmiſit facere mentionem.

Item vult & jubet idem Dominus Teſtator per hæredem ſuum univerſalem infra ſcriptum dari, & ſolvi omnibus ſervitoribus ipſius Domini Teſtatoris præſentibus & futuris, mercedem condignam ſecundum gradus & qualitates perſonarum & Officiorum, ſeu ſervitiorum ſuorum, ac quantitatem temporis ipſorum ſerviciorum, arbitrio Exequutorum hujus ſui Teſtamenti.

Poſtmodum præfatus Dominus Teſtator ad Inſtitutiones hæredum ſuorum deſcendens, proceſſit ſeu procedit hoc ordine.

In primis Illuſtriſſimam Dominam Mariam de Sabaudia, ejusdem Domini Teſtatoris Filiam naturalem & legitimam, charisſimam, Duchiſſam Mediolani, ſibi hæredem inſtituit idem Dominus Teſtator in centum millibus Ducatis boni auri & boni ponderis, olim ſibi pro ea Illuſtriſſimo Principi Domino Philippo Mariæ Anglo Duce Mediolani conjugi dictæ Dominæ Mariæ, in dotem ipſius Dominæ Mariæ per præfatum Dominum Teſtatorem conſtitutis, in contractu matrimonii ſeu ſponſaliorum ipſorum Domini Ducis & Duchiſſæ Mediolani, & per ipſum Dominum Ducem habere confeſſatis, ut aſſerit idem Dominus Teſtator in publico Inſtrumento, ſeu publicis Inſtrumentis inde confectis contineri; & ultra dotem prædictam in quinque millibus Ducatis ſeu florenis Italicis auri & ponderis prædictorum, quos ipſe Dominus Teſtator una cum dicta dote, & ultra eam præfatæ Dominæ Mariæ jure inſtitutionis relinquit; volens & jubens ipſe Dominus Teſtator ipſam Dominam Mariam pro dictis dote & quinque millibus Ducatis, ſeu florenis ſibi, ut præfertur, jure hæreditario relictis, eſſe contentam de omni jure, legitima, & portione ſibi competentibus in omnibus & ſingulis rebus, & bonis paternis, maternis, fraternis & ſororinis ipſius Dominæ Mariæ; ita quod nihil aliud præterquam prædicta ſibi relicta poſſit in futurum, vel ſui ab hærede univerſali dicti Domini Teſtatoris, vel ſuis, occaſione ſucceſſionum, Paternæ, Maternæ, Fraternæ, & Sororinæ, ſeu legitimæ, aut aliter petere, vel exigere; ſalvis tamen eidem Dominæ Mariæ, & ſuis ſubſtitutionibus infra ſcriptis in ſuis caſibus; quos quidem quinque mille Ducatos vult, jubet & ordinat dictus Dominus Teſtator ſolvi realiter, & cum effectu eidem Dominæ Mariæ, vel ſuis per hæredem univerſalem ipſius Domini Teſtatoris, infra tres annos a die obitus ejusdem Domini Teſtatoris numerandos, ſi tamen illos duxerit exigendos. Verum quia hujusmodi Dos ſua centum millium Ducatorum fuit ſibi per dictum ejus Virum in territoriis ſemotis aſſignata, ſi forte contingeret ipſam Dominam Mariam Duchiſſam dicto ejus Viro ſupervivere, & dictam ejus dotem, ſeu aſſignationem ejusdem dotis effectualiter aſſequi non poſſe, ſi non velit ad ſecunda vota convolare, vultque hæres ſuus univerſalis ſibi quoad vixerit ſtatum ſuum ſecundum illius decenter miniſtrare, aut ſi ipſa maluerit ſibi ad hoc aſſignationem condignam facere; ubi autem convolarit, teneatur idem hæres univerſalis ipſam Dominam Mariam iterum dotare usque ad ſummam centum millium ducatorum;

Digitized by Google

torum; hoc tamen mediante, quod ipsa Domina Maria Duchissa eidem hæredi universali teneatur facere validam cessionem & remissionem jurium & actionum sibi competentium super dicta assignatione, sibi per dictum ejus Virum facta tam erga Successores dicti ejus Viri quam alios quoscumque.

Item Serenissimam Dominam Margaritam ipsius Domini Testatoris filiam naturalem & legitimam, carissimam Reginam Siciliæ & Jerusalem, sibi hæredem instituit præfatus Dominus Testator in centum & viginti millibus Ducatis, seu florenis Italicis nuper eidem Dominæ Margaritæ, seu pro ea Serenissimo Principi Domino Ludovico, Regi Siciliæ & Jerusalem, Conjugi ipsius Dominæ Margaritæ; in contractu sponsaliorum ipsorum Dominorum Regis & Reginæ, per eundem Dominum Testatorem in dotem ejusdem Dominæ Margaritæ constitutis, prout in Instrumentis publicis seu literis inde confectis dicitur contineri, una cum etiam mille Ducatis, seu florenis Italicis, quos ultra dictam dotem jure institutionis eidem Dominæ Reginæ relinquit. Pro quibus centum, & viginti millibus Ducatis dotalibus, & mille Ducatis, per dictum Dominum Testatorem eidem Dominæ Margaritæ Reginæ constitutis, jureque institutionis relictis, Vult & jubet idem Dominus Testator ipsam Dominam Margaritam Reginam esse contentam de omni jure, legitima & portione sibi competentibus & competituris in omnibus & singulis bonis, rebus Paternis, Maternis, Fraternis & Sororiis ipsius Dominæ Margaritæ Reginæ; ita quod nihil aliud præterquam & ultra prædictos centum & viginti mille Ducatos, seu Florenos Italicos dotales, & mille Ducatos jure institutionis sibi relictos, possit ipsa Domina Margarita Regina vel sui in futurum ab hærede universali ipsius Domini Testatoris, vel suis, occasione successionis Paternæ, Maternæ, Fraternæ & Sororinæ, seu legitimæ aliud petere, vel exigere; salvis tamen eidem Dominæ Reginæ Margaritæ & suis substitutionibus infrà scriptis in casibus suis.

Et si forsan præfatas Dominas Marlam Duchissam Mediolani & Margaritam Reginam Siciliæ & Jerusalem, vel earum alteram ab humanis decedere contigerit sine liberis naturalibus & legitimis, ex suis propriis corporibus procreatis, quandocumque eisdem, & earum cuilibet sic decedentibus seu decedendis, substituit idem Dominus Testator pleno jure hæredem suum universalem infra scriptum, & ejus liberos naturales & legitimos masculos, primogenitos, gradatim & successive succedentes, in Ducali dignitate Sabaudiæ.

Item Illustrissimum Dominum Philippum de Sabaudia, ipsius Domini Testatoris Filium naturalem & legitimum, hæredem sibi instituit idem Dominus Testator videlicet in dignitate & toto Dominio Comitatus Gebennensis, scilicet in omnibus & singulis juribus ipsius Comitatus eidem Domino Testatori pertinentibus, exceptis reservatis & omnino retentis per ipsum Dominum Testatorem, ad opus hæredis sui universalis infra scripti, & suorum Successorum in prædicta Ducali dignitate Castris, Villis, Territoriis, & Mandamentis Rumilliaci in Albanesio, Balleysonis, Trochiarum, Gaillardi & Teraiaci, cum Pedagiis Pontis Arvæ, Gebennarum & Varici, ac aliis prædictorum retentorum pertinentiis universis, nec non homagiis, fidelitatibus, feudis, mero & mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione, superioritatibus, & ressortis Dominorum & Dominiorum Castrorum, Locorum, & Mandamentorum Aulænovæ, & Altævillæ.

Item ultra dictum Comitatum Gebennensem, salvis præmissis retentis, præfato Illustri Domino Philippo, Filio suo jure institutionis relinquit idem D. Testator totam Baroniam & Terram Foucigniaci, incluso castro, loco, territorio, & mandamento Bellifortis, quæ vult & disponit idem D. Testator esse perpetuo incorporata, & incorporat dictæ Baroniæ Foucigniaci, prout erat antiquitus; salva tamen semper infeudatione ipsorum castri & mandamenti Bellifortis Spectabili D. Joanni de Belloforti, Militi, Cancellario Sabaudiæ, per ipsum D. Testatorem pridem facta, cui per hoc in aliquo non intendit derogare, exclusis, retentis & reservatis per præfatum D. Testatorem ad opus prædicti hæredis sui universalis, & successorum suorum in prædicta Ducali dignitate, Castro, Villa, Territorio & Mandamento Hermenciæ, quæ vult & disponit idem D. Testator esse perpetuo de corporata & decorporat a dicta Baronia Foucigniaci, & incorporat Dominio Ducali.

Item ultra præmissa, in recompensationem uberiorem, ut præmittitur, detractorum de prædictis Comitatu Gebennensi, & Baronia Foucigniaci, idem Dominus Testator prædicto jure hæreditariæ institutionis relinquit dicto D. Illustri Philippo Filio suo Castra, Villas, Territoria, & Mandamenta de Fabricis, Greysiaci in Gebennensio, Sessens, veteris & novi Arlodi, turrisque Comitalis de Chaste, & de Monthous, ac etiam de Ugina; Volens, jubens & disponens idem Dominus Testator, quod in casu, quod ipse D. Testator in vita sua non liberabit & expedierit praedicta Castrum, Villam & Mandamentum de Ugina ab hypotheca, cui submissa sunt, & obligantur de praesenti erga Dominum de Chivrone haeres universalis infra scriptus ipsius Domini Testatoris teneatur, & efficaciter sit adstrictus hujusmodi Castrum, Villam & Mandamentum de Ugina a praedicta hypotheca penitus liberare, & expedire statim post obitum ipsius D. Testatoris, nisi forte pactiones cum ipso D. Chivronis per ipsum D. Testatorem ultimo initae consequenter locum habere possint, sic quod praefatus Illustris D. Philippus ipsus Castrum, Villam & Mandamentum de Ugina, tunc vel subsequenter vigore dictarum pactionum liberas, & debrigatas habere valeat & possidere, aut praedicto Illustri Domino Philippo tradere & assignare convenienti arbitro exequutorum suorum praesentis Testamenti, & aliorum Conciliariorum dicti Domini Testatoris tunc temporis viventium, tantam quantitatem pecuniae & victualium redditualem, quantum valent hujusmodi Castrum, Villa & Mandamentum de Ugina annuatim in revenuta ordinaria tenenda, pacifice possidenda per ipsum Illustrem Dominum Philippum & suos, interim & quousque praedictus heres universalis dicti Domini Testatoris vel sui, praemissa Castrum, Villam & Mandamentum de Ugina a praedicta hypothe-

ca

Digitized by Google

ca liberaverint, & expedierint dicto Illustri Domino Philippo vel suis praedictis.

Item ulterius in uberiorem praemissorum ut supra detractorum recompensationem, relinquit jure institutionis idem Dominus Testator dicto Domino Philippo Castrum, Villam & Mandamentum de Gordanis in Vallebona situata, ita & taliter quod praefatus haeres universalis ipsius Domini Testatoris teneatur, & debeat praedicta Castrum, Villam & Mandamentum penitus liberare, & debrigare erga Magnificum Dominum Comitem Montisrevelli, & quoscunque alios in eisdem portiones in illis habere praetendentes.

Relinquit autem praefatus Dominus noster Dux Testator praedicto Illustri Domino Philippo suo Filio & haeredi particulari, praedictos Comitatum, Baroniam, Castra, Villas, Loca, Territoria & Mandamenta, nec non omnes & singulas successiones castrorum, dominiorum & aliarum rerum, & bonorum quorumcumque situatorum in praedictis Comitatu Gebennesii & Baronia Faucigniaci, in casibus suis obventuras, una cum omnibus & singulis hominibus, homagiis, feudis nobilibus & ignobilibus, mero mixto Imperio, omnimoda Jurisdictione superioritatibus, ressortis, directis & utilibus Dominiis, reachetis, rehabendisque facultatibus, talliis, censibus, servitiis, & tributis personalibus & realibus, Decimis, prædiis, venationibus, piscariis, aquarum decursibus, pedagiis, pontenagiis, foris, nundinis, leydis, juribus Patronatus Ecclesiasticorum Beneficiorum, caeterisque Dominiis, praeminentibus, prærogativis, exitibus, emolumentis, juribus, & pertinenciis universis Comitatus, Baroniæ Castrorum, Villarum, Locorum & Mandamentorum prædicto Illustri Domino Philippo, per ipsum Dominum Testatorem, ut præmittitur jure institutionis relictorum, & ipsius relictis pertinentibus quibus bonæ memoriæ Domini Comites Gebennenses utebantur & usi sunt, salvis semper Domino Duci Sabaudiæ pro tempore existente, omnibus & singulis super & infra per dictum Dominum Testatorem reservatis, sub tamen modis, reservationibus, obligationibus & conditionibus infra scriptis, quos & quas praefatus Dominus Testator disponit, jubet, statuit & ordinat perpetue & inviolabiliter observandos.

In primis, vult, jubet & disponit & ordinat idem Dominus Testator, quod prædictus Illustris Dominus Philippus de Sabaudia Filius & haeres particularis ipsius Domini Testatoris, & ejus liberi & liberorum liberi masculi, naturales & legitimi successores in praemissis eidem illustri Domino Philippo jure institutionis relictis, teneant & possideant, tenereque & possidere debeant praedictos, Comitatum Gebennesii, Baroniam Faucigniaci, caeteraque Castra, Villas, Loca, Territoria & Mandamenta eidem Illustri Domino Philippo jure institutionis, ut praemittitur, relictos & relictas, nec non omnes & singulas dignitates, terras atque Dominia per Illustrem Dominum Philippum & suos prædictos quomodolibet acquirendos & acquirenda, infra limites seu spatium duodecim leucarum a finibus Patriæ praesentis dicti Domini Testatoris, cum Dominiis, & terris contiguis de puro & Francho allodio, non adstricta ad fidelitatem & directum Dominium alteri Dominio quam Imperio, ab haerede universali dicti Domini Testatoris infra scripto, & suis liberis & successoribus, videlicet, illi qui gradatim succedent & praesidebunt in Ducali dignitate Sabaudiæ, in feudum ligium & nobile, ac de ejus immediato directo Dominio, superioritate & ressorto, siveque pro eis vassalli perpetui ipsorum haeredis universalis, & praedictorum liberorum, & successorum in prædicta Ducali dignitate, ac eidem haeredi universali & suis hujusmodi successoribus ad homagium ligium nobile & fidelitatem ligiam præ cunctis Dominis & personis mundi, perpetue & indissolubiliter maneant, sintque obligati & adstricti; nec non ad petendum & obtinendum ab eodem haerede universali, & successoribus suis prædictis in Ducatu Sabaudiæ, tanquam a Dominis & superioribus suis immediatis, quoties mutationes Dominii, vel Vassalli casus occurret, investituram legitimam de prædictis Comitatu, Baronia, Castris, Villis, Locis & Mandamentis ac caeteris praefato Illustri Domino Philippo, per dictum Dominum Testatorem jure institutionis ut praemittitur relictis, nec non de aliis ut praefertur franche ac libere, alteriusque Imperii infra dictos limites acquirendis, faciendumque & praestandum tunc & quotiescumque fuerint requisiti, dictis haeredi universali & suis praemissis successoribus in prædicta Ducali dignitate, homagium, ligium & fidelitatem ligiam præ cunctis aliis quibuscumque Dominis & Personis, cum recognitione & specificatione singularum omnium rerum & feudalium praemissarum, ac aliarum acquirendarum, ut dictum est, ac praestatione juramenti fidelitatis secundum Capitula novæ & antiquæ formæ fidelitatis, aliisque servatis solemnitatibus, obedientiis & modis debitis, & in talibus consuetis & oportunis. Et ut imposterum super hujusmodi acquirendis inter praefatos Dominos Ludovicum & Philippum ipsius Domini Testatoris liberos, omnis tollatur de medio ambiguitatis subtilitas; voluit & disposuit idem Dominus Testator, quod quandocumque praefatus Dominus Philippus aliquas Terras, Villas, Castra, bona, aut Dominia infra prædictos limites acquisierit de francho allodio, aut alias non adstricta ad feudum & directum Dominium alterius quam Imperii, teneantur & debeant idem Dominus Philippus, & sui prædicti successores, quandocumque fuerint requisiti parte dicti haeredis universalis & suorum successorum in prædicta Ducali dignitate, titulo donationis conferre eisdem hujusmodi Castra, villas, Terras, & alia Dominia per eos acquisita, & in possessionem naturalem vel civilem transferre, sic quod efficaciter in eis conferatur Dominium.

Quibus peractis, iidem haeredes universales, ac eorum successores in dicta Ducali dignitate, ante divisionem ad alios actus, teneantur eidem Domino Philippo ac suis quibus supra, eadem bona sic eis, ut praemittitur, collata in feudum tradere, sub eodem homagio & fidelitate quibus eisdem adstringuntur pro dictis Comitatu, Baronia, & aliis Castris, Villis & Locis eidem Domino Philippo per dictum Dominum Testatorem

Digitized by Google

ut ſupra relictis; & de illis eos inveſtire, ac illorum poſſeſſionem vacuam pacifice tradere & relinquere. Si vero contingat dictum Dominum Philippum Comitem, aut ejus liberos, impoſterum acquirere Terras, ſeu Dominia quæcumque ultra limites prædictos duodecim leucarum a finibus præſentis Patriæ præfati Domini Teſtatoris diſtantes; illas & illa teneant & poſſideant perpetue, cum libertatibus, præeminentiis & conditionibus earundem, nec pro illis ipſe Dominus Comes, vel ſui ad feudum, vel homagium erge prædictum hæredem univerſalem, & ejus Succeſſores Duces Sabaudiæ quovis modo teneantur, nec ſint adſtricti.

Item vult, diſponit & jubet prædictus Dominus Teſtator quod in perpetuum omnes & ſinguli Barones, Bannereti, Vaſſalli, homines nobiles & ignobiles, Communitates, & quicumque ſubditi prædictorum Comitatus Gebennenſii & Baroniæ Faucigniaci, aliorumque Caſtrorum, Villarum, Locorum, & Mandamentorum, præfato Illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis hæreditariæ, ut præmiſſum eſt, relictorum primitus & ante ipſum Dominum Philippum, & ejus liberos ac Succeſſores prædictos, nec non quoscumque alios Dominos & perſonas, ſint indiſſolubiliter, immediate & perpetue obligati & adſtricti ad fidelitatem ligiam, & univerſa fidelitas obſequia prædicto hæredi univerſali, ac ſuis prædictis in Ducali dignitate ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus, ipſam fidelitatem in recognoſcendo, & homagiando præfato Illuſtri Domino Philippo, & ſuis liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis in Inſtrumentis hujusmodi recognitionis, & homagiorum, ſpecialiter & expreſſe declarare & ſine quacumque exceptione reſervare.

Item vult, diſponit & jubet præfatus Dominus Teſtator, quod dictus Illuſtris Dominus Philippus & ſui liberi ac ſucceſſores prædicti, nec non Barones, Bannereti, Vaſalli, & quicumque alli ſubditi eorundem ad cauſam dictorum Comitatus, Baroniæ, Caſtrorum, Villarum, & Mandamentorum prædictorum, nec non & quorumcumque Dominiorum, Villarum, Terrarum, & bonorum per eundem Dominum Philippum, & ſuos ſucceſſores acquirendo infra dictos limites de franco allodio vel alias, non adſtrictorum feudo & directo Dominio alterius quam Imperii, perpetue reſervantur prædicto hæredi univerſali, ſuisque liberis, & Succeſſoribus qui pro tempore erunt Duces Sabaudiæ, & ad ipſos Dominos Duces Sabaudiæ pro tempore exiſtentes, per viam recurſus, & ſecundarum appellationum ut infra declarabitur, in quibuscumque tam civilibus quam criminalibus, poſſit & debeat per quoscumque revocari, ac in ipſis recurſu, & appellationibus habeant & teneantur ipſi DD. Comites, Barones, Bannereti & cæteri Officiarii, ac ſubditi eisdem parere ac efficaciter obedire, quibus etiam non liceat nec poſſint hujusmodi recurſus & ſecundarum appellationum medium obtinere, vel ipſo tacito aut obmiſſo ad alium quemcunque recurrere, provocare, ſupplicare aut querelare quovis modo. Et ulterius voluit & diſpoſuit, ne permixtione Jurisdictionum turbentur Officia Juſtitiæ, ut tam ipſi Dominus Comes quam Barones & Bannereti ejus ſubditi, habentes Jurisdictionem & Imperium, ſuos habeant Judices ordinarios, qui de cauſis ordinariis, tam civilibus, quam criminalibus primam habeant cognitionem & deciſionem Jurisdictionis immediate ipſius Domini Philippi; ac etiam cognitionem cauſarum, appellationum a ſuis Baronibus & Banneretis emittendarum; a quibus appelletur & appellari poſſit quoties occurret gravaminis illatio, ad ipſum Dominum Comitem ſeu ejusdem Concilium, coram quo cognoſci & decidi debeant omnes appellationum & gravaminum cauſæ. In quo quidem Conſilio una cum cœteris ejusdem Domini Comitis, quos deputare voluerit Conſiliariis, ſit unus Præſidens de cujus quidem Ordinationibus, ſententiis & gravaminibus appelletur & recurratur appellarique & recurri poſſit & debeat ad præfatum hæredem univerſalem & ejus ſucceſſores, qui pro tempore præerunt Ducali Sabaudiæ dignitati; coram cujus Conſilio cum eodem reſidente cognoſcatur, ventiletur & decidatur talis appellationis recurſus, ſeu gravaminis cauſa.

Item voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quod in prædictis Comitatu Gebennenſi, & Baroniæ Foucigniaci, ac aliis Caſtris, Villis & Mandamentis, per ipſum Dominum Teſtatorem præfato Domino Philippo jure inſtitutionis ut ſupra relictis, præfatus hæres univerſalis, ac ejus Succeſſores in Ducali Sabaudiæ dignitate perſiſtentes, habeant & percipiant in perpetuum cavalcatas, et ſuccurſus indifferenter, quotiescumque opus fuerit, tam a Nobilibus, quam Popularibus, prout et quemadmodum illa percipient et habebunt a ſubditis immediatis ejusdem hæredis univerſalis.

Item quod in quibuscumque ſubſidiis tam imponendis quam concedendis, et tam ab hominibus et ſubditis ejusdem Domini Comitis immediatis quam ab hominibus et ſubditis Eccleſiaſticorum et Nobilium, eidem Domino Comiti in præmiſſis ſibi jure inſtitutionis relictis ſubſiſtentium, ſervetur forma, quæ ſequitur; Videlicet quod ipſe Dominus Comes et ſupradicti habeant et percipiant omnia illa ſubſidia, quæ habent et communiter percipiunt, percipere quoque conſueverunt Barones et Bannereti Patriæ Cismontanæ ditionis ipſius Domini Teſtatoris; alia vero ſubſidia, quæ eidem Domino Teſtatori ſolvuntur, et ſolvi conſueverunt per ipſos Barones et Banneretos ac eorum ſubditos, ſimiliter ſolvant et ſolvere teneantur prædicto hæredi univerſali, tam ipſe Dominus Comes, ejus ſubditi immediati, quam etiam Barones et Bannereti in prædictis jure inſtitutionis relictis ſubſiſtentes, et intendentes, quod idem Dominus Teſtator in conceſſione hujusmodi ſubſidiorum per Barones et Banneretos concedendorum, prædictus Dominus Comes et ſui ſe reddant, erga primogenitos capitales et hæredes principales taliter obſequioſos, quod ipſi primogeniti erga ipſos Comites tam ſe exhibeant liberales, quod merito ipſi Comites debeant contentari, et quod ſucceſſuris temporibus in aliis conſimilibus condendis materiam non habeant reſiliendi.

Item vult, diſponit et jubet idem Dominus Teſtator,

Digitized by Google

ſtator, quod dictus Dominus Philippus, et ſui prædicti ſucceſſores non poſſint, nec ſibi liceat monetas aliquas cudere ſeu cudi facere, nec titulum ſeu jus eas cudendi habere, neque ſuper ipſis monetis quicquam ſtatuere vel ordinare; ſed prorſus monetis prædicti hæredis univerſalis dicti Domini Teſtatoris, ſuorumque ſucceſſorum prædictorum Ducum Sabaudiæ in præfatis Comitatu Gebennenſi, Baronia Foucigniaci, et aliis Villis, Locis, Territoriis et Mandamentis, ſibi ut præfertur jure inſtitutionis relictis, ac etiam franche & libere infra dictos limites acquirendis, plene uti Statutisque & Ordinationibus Ducalibus circa ipſas monetas factis & fiendis omnino parere, obedire, & eas inviolabiliter obſervare teneatur. Hoc tamen ſalvo, quod ſi impoſterum præfatos Illuſtrem Dominum Philippum aut ejus Succeſſores contingat acquirere aliquas Dignitates ſeu Dominia extra Patriam dicti Domini Teſtatoris, videlicet alias a ſibi relictis, in quibus eſſet & competeret titulus & poſſeſſio cudendi monetas, tum ibidem monetas conſuetas cudere, ſeu cudi facere, & ipſis uti libere valeant in ipſis locis ac terris acquiſitis, jus monetas cudendi habentibus.

Item dat & legat idem Dominus Teſtator præfato Illuſtri Domino Philippo ſecundo genito ſuo & hæredi particulari, ultra omnia ſibi ſupra relicta, quartam partem omnium & ſingulorum bonorum mobilium, videlicet jocalium, ornamentorum, utencilium, veyſſellæ, & garnimentorum auri, argenti, gemmarum & aliorum metallorum, arneſiorum, tapiſſeriorum & pannorum laneorum & lineorum ipſius Domini Teſtatoris ubicumque exiſtentium; niſi tamen, in ejus vita aliter inter eos duxerit diſtribuendum; exceptis & reſervatis in integrum ad opus hæredis ſui univerſalis, & ſucceſſorum ſuorum Ducum Sabaudiæ, magna Cruce, Capellæ, Corona & Collari cum Fermallio majori & Annulo ſancti Mauritii auro & gemmis fulcito, ejusdem Domini Teſtatoris; & reſervatis etiam ad opus eorundem Dominorum Ludovici & Philippi ad ſuorum prædictorum, omnibus & ſingulis artillieriis & munitionibus Caſtrorum, ad cuſtodiam & defenſionem earum facientibus, & ibidem exiſtentibus, quas vult, jubet idem Dominus Teſtator in ipſis Caſtris dicti Domini Teſtatoris ubi ſunt de præſenti, omnino remanere, & ipſis Caſtris ac eorum Dominiis pacifice pertinere.

Item vult, diſponit & jubet idem Dominus Teſtator, quod præfatus Illuſtris Dominus Philippus filius ſuus & hæres particularis, & ſui liberi hæredes & ſucceſſores prædicti, pro præmiſſis eidem Illuſtri Domino Philippo jure inſtitutionis & legati relictis debeant et maneant contenti de omni jure, legitima et portione, eidem Illuſtri Domino Philippo quomodolibet et ex quacumque cauſa competentibus et competituris, in bonis et rebus paternis, maternis, fraternis et ſororinis ipſius Domini Philippi; et ita quod occaſione, ſeu cauſa ſucceſſionis paternæ fraternæ et ſororinæ, legitimæque, idem Illuſtris Dominus Philippus vel ſui, nihil aliud ultra ſibi relicta et legata petere poſſint vel exigere; ſalvis tamen eidem Domino Philippo et ſuis prædictis ſubſtitutionibus infra ſcriptis in caſibus earundem, nec non duodecim millibus franchis auri boni ponderis, ad rationem ſexaginta quatuor pro marcha, et hoc pro juribus et actionibus eidem Domino Philippo quomodolibet pertinentibus in dote Inclytæ recordiæ Dominæ Mariæ de Burgundia Ducheſſæ Sabaudiæ, ejus quondam Genitricis; et ita quod ipſe Dominus Philippus et ſui prædicti, pro dictis duodecim millibus franchis ſint et remaneant contenti de omni jure, parte et portione ſibi ſpectante in dicta dote materna; nec ipſe Dominus Philippus et ſui prædicti, in et de prædicta dote Materna aliud quicquam petere poſſint, præter prædicta duodecim millia franchorum, ut ſupra declarata, ſemper ſalva ſibi & ſuis prædictis, legali eſcheuta in ipſis bonis dotalibus Maternis cauſa eveniente.

Item vult & diſponit idem Dominus Teſtator, quod quandocumq; contingeret dictum Dom. Philippum Comitem ab humanis decedere ſine liberis ſuis maſculis, naturalibus & legitimis ſuperſtitibus, Primogenitum ejusdem, & eo deficiente ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, alium primogenitum, & ſubſequenter de gradu in gradum primogenitum primogeniti in Comitali dignitate ſubſtituit; alios vero ejusdem liberorum liberos maſculos, naturales & legitimos, eidem Domino Philippo etiam ſubſtituit, ita quod inter eos ordinare poſſit & diſponere de bonis ejusdem ultra dictum Comitatum, prout eidem videbitur expedire, ſalvis ſemper reſpectu dicti hæredis univerſalis ſupra reſervatis.

Item vult & diſponit ac ordinat idem Dominus Teſtator, quod ſi forſan, quod abſit, præfatum Illuſtrem Dominum Philippum ſuum filium & hæredem particularem ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, aut poſt modum liberos naturales & legitimos maſculos ipſius Domini Philippi primi, ſecundi, vel ulteriorum graduum decedere contigerit ab humanis, quandocumq; & in quacumq; ætate, ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis de ſuis propriis corporibus procreatis, eidem Ill. Domino Philippo, ejusque liberis prædictis ſic decedenti, ſeu decedentibus ut præfertur, ſubſtituit prædictus Dominus Teſtator in omnibus & ſingulis bonis & rebus præmiſſis, hæredem univerſalem ipſius Domini Teſtatoris infra ſcriptum & ejus liberos maſculos, naturales & legitimos videlicet illos, qui gradatim & ſucceſſive erunt Duces Sabaudiæ pleno jure.

Item voluit & diſpoſuit idem Dominus Teſtator, quod ſi contingeret dictum Dominum Philippum Comitem hæredem ſuum particularem, ejusque liberos maſculos, naturales & legitimos, in quos deveniſſet ipſa Comitalis Dignitas, juxta præmiſſam diſpoſitionem, decedere ſine liberis maſculis, naturalibus & legitimis, ſuperſtitibus aliquibus filiabus; quod ille in quem juxta hujusmodi teſtamentariam Ordinationem eſſet devoluta prædicta Comitalis dignitas, teneatur & debeat easdem filias debite juxta earum ſtatum alimentare usque ad nubilem ætatem, ac in ipſa ætate eas maritare, dotesque con-

Digitized by Google

gruas dare & assignare, cum earum mummentis statui ipsarum congruentibus.

In omnibus autem & singulis aliis Dignitatibus Ducalibus, Principatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Baroniis, Dominiis, Civitatibus, Villis, Castris, Oppidis, Locis, Mandamentis, Territoriis debitorum nominibus & creditis reachetis successionibusque, juribus, actionibus, rebusque & bonis mobilibus & immobilibus, ac aliis quibuscumque præsentibus & futuris ipsius Domini Testatoris superius non legatis, vel alias relictis seu dispositis; Idem Dominus Testator hæredem universalem sibi instituit ore proprio nominando; Videlicet, Illustrem Dominum Ludovicum de Sabaudia, primogenitum suum naturalem & legitimum carissimum, & ejus liberos naturales & legitimos masculos, post ipsum Illustrem Dominum Ludovicum, etiam hæredes sibi substituit; ita & taliter, quod primogenitus filius naturalis & legitimus masculus dicti Illustris Domini Ludovici, deinde primogenitus primogeniti, & sic deinceps primogeniti primogenitorum descendentium naturaliter & legitime in masculino sexu a prædicto Illustri Domino Ludovico gradatim & successive, sint semper Duces Sabaudiæ, Principesque & Domini immediati omnium & singulorum aliorum, a prædicto Illustri Domino Ludovico descendentium: & ipsi omnes & singuli descendentes a præfato Illustri Domino Ludovico, sint perpetue homines ligii, vassalli & subditi immediati præ cunctis Dominis & personis illius qui pro tempore erit Dux Sabaudiæ: ita quod totam terram eorum a Domino & Dominio Ducali Sabaudiæ dependentem, una cum omnibus & singulis Dominiis, terris & rebus immobilibus, per eos & eorum quemlibet de puro & francho allodio, aut quæ alias non moveantur de alterius feudo & directo Dominio quam Imperiali acquirendis, teneant perpetue, tenereque & recognoscere debeant & teneantur a Domino Duce Sabaudiæ qui fuerit pro tempore, in feudum nobile ac sub fidelitate & homagio ligiis, præ cunctis Dominis & personis, una cum jure feudi, directi Dominii, superioritatisque & ressorti de subjectionibus, obedientiis, conditionibus, & ordinationibus appellationum monetarum, & aliis quæ superius in Capitulo institutionis hæreditariæ, præfato Illustri Domino Philippo Filio & hæredi particulari dicti Domini Testatoris, per eundem Dominum Testatorem vult, disponit atque jubet perpetuis temporibus irrefragabiliter observari per omnes & singulos descendentes a prædicto Illustri Domino Ludovico, qui non erunt Duces Sabaudiæ, erga illos qui ipsi Ducali dignitati præsidebunt.

Per quem quidem hæredem universalem, & suos prædictos Successores in prædicta Ducali dignitate vult, præcipit & ordinat præfatus Dominus Testator debita & legata sua solvi, clamores seu injustitias damna passis emendari, omnesque & singulas præmissas testamentarias dispositiones prorsus adimpleri, & inviolabiliter observari.

Item vult & disponit præfatus Dominus Testator, casu quo prædictum Illustrem Dominum Ludovicum filium suum, & hæredem universalem decedere contigerit ab humanis, relictis sibi duobus, vel pluribus liberis masculis naturalibus & legitimis, primogenitus eorum, ut supra dictum est, & deinde gradatim & successive de stirpe in stirpem masculinæ geneatogiæ primogeniti primogenitorum, a prædicto Illustri Domino Ludovico descendentium, eidem Domino Ludovico hæredi universali pleno jure succedant in prædicta Ducali dignitate. Sed si forsan primogenitus Filius masculus naturalis & legitimus dicti Illustris Domini Ludovici decesserit ab humanis, sine liberis masculis, naturalibus & legitimis, seu defecerit tota proles masculina, naturalis & legitima ipsius primogeniti; tunc & in eo casu vult & jubet præfatus Dominus Testator admitti, & substituit pleno jure ad prædictam Ducalem Dignitatem, filium masculum naturalem & legitimum ipsius Illustris Domini Ludovici, & ipsius secundo geniti filium masculum naturalem & legitimum primogenitum, & deinde ejusdem primogeniti liberos masculos, naturales & legitimos primogenitos gradatim & successive. Deficiente vero secundogenito sine similibus liberis uno vel pluribus, vult admitti idem Dominus Testator tertiogenitum, & deinceps gradatim alios, ex dicto Illustri Domino Ludovico naturaliter & legitime descendentes in sexu masculino.

Item vult & disponit idem Dominus Testator, quod non obstante dicta substitutione simpliciter facta dicto Domino Ludovico ejus hæredi universali, de dictis ejus liberis masculis naturalibus & legitimis, salva semper *Ducali Dignitate Sabaudiæ* primogenito ac primogenitis primogenitorum; ipse *Dominus* Ludovicus hæres universalis, ejusque Successores prædicti in dicta *Ducali Dignitate*, in casu existente plurium liberorum masculorum eorundem legitimorum & naturalium, posfint, salva semper ipsa *Ducali* dignitate, primogenito de cæteris *Dignitatibus*, *Dominiis* & bonis ejusdem *Domini* Testatoris inter ipsos liberos disponere, quarum dispositioni habeant ipsi liberi stare & parere.

In casu vero quo dictum Illustrem Dominum Ludovicum hæredem universalem ipsius Domini Testatoris decedere (quod absit) contigerit ab humanis, sive liberos masculos naturales & legitimos ejusdem Illustris Domini Ludovici, seu deficere totam lineam masculinam naturalem & legitimam, ab ipso Illustri Domino Ludovico hærede universali dicti D. Testatoris descendentem; idem D. Testator in eo casu vult & disponit pleno jure admitti, & substituit ad successionem hæreditariam prædictam universalem, præfatum Illustrem Dominum Philippum de Sabaudia, secundogenitum ipsius Domini Testatoris, & ipsius Illustris Domini Philippi liberos, ac liberorum liberos masculos naturales & legitimos, ita quod semper primogenitus ipsius, & primogeniti primogenitorum gradatim descendentium ab ipso Illustri *Domino* Philippo, ad prædictam *Ducalem Dignitatem* præferantur gradatim & successivè, juxta modum & ordinem supra dictos.

Item voluit & disposuit idem *Dominus* Testator,

Digitized by Google

ſtator, quod ſi contingeret dictum ejus hæredem univerſalem, ejusque liberos maſculos naturales & legitimos, in quos deveniſſet ipſius *Du*calis Sabaudiæ *D*ignitas, juxta præmiſſam ejus diſpoſitionem, decedere ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, ſuperſtitibus aliquabus filiabus, & ille in quem juxta hujusmodi teſtamentariam diſpoſitionem eſſet devoluta prædicta *D*ucalis *D*ignitas, teneatur & debeat easdem filias debitè & juxta earum ſtatum alimentare usque ad ætatem nubilem, ac in ea eas maritare, dotesque congruas dare cum earum munimentis ſtatui ipſarum congruentibus.

Et caſu quo (quod abſit) præfatum *D*ominum Teſtatorem, vel dictos Illuſtres *D*ominos Ludovicum & Philippum filios ipſius *D*omini Teſtatoris, omnes ab humanis decedere contigerit ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, & liberos maſculos liberorum maſculorum eorundem, ac deficere totam liberorum naturalium & legitimorum maſculorum ipſorum *D*ominorum Teſtatoris Ludovici & Philippi propagationem, in caſu hujusmodi prædictus Teſtator vult admitti, & ultimo ex eis deſcendenti ſubſtituit hæredes pleno jure prænominatam Illuſtriſſimam *D*ominam Mariam *D*uchiſſam Mediolani, primogenitam filiam cariſſimam ipſius *D*omini Teſtatoris, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, ita quod primogenitus ipſorum maſculorum filiorum habeat titulum, dignitatem & *D*ominium *D*ucatus Sabaudiæ, & tam ipſe quam ejus liberi omnes ab eo deſcendentes naturales & legitimi Maſculi, teneantur perpetuo aſſumere, retinere & deferre cognomen, arma & inſignia ipſius *D*omini Teſtatoris; qui quidem liberi in præmiſſis rebus & bonis hæreditariis ſuccedere debeant, ſecundum gradus & ordinem per ipſum *D*ominum Teſtatorem inter ejus liberos ſupradictos, ſuperius diſpoſitos & ordinatos. Et ſi forſan dictus Primogenitus præfatæ *D*ominæ Mariæ eſſet tantæ dignitatis, quod non poſſet ſeu Vellet arma ſua propria relinquere, & cognomen armaque & inſignia dicti *D*omini Teſtatoris aſſumere, retinere perpetuo & deferre; in ipſo caſu vult & jubet idem *D*ominus Teſtator admitti, atque ſubſtituit ſub eisdem modis & conditionibus ſecundum genitum filium naturalem & legitimum maſculum prædictæ *D*ominæ Matiæ; & illo præmiſſa adimplere renitente, tertiogenitum, & ſic ſucceſsivè de gradu in gradum, juxta ordinem genituræ eorundem.

Item in caſu quo contingeret prædictam Dominam Mariam Duchiſſam Mediolani, & ejus filios naturales & legitimos maſculinos ſubſtitutos, ut præfertur, ante vel poſt eventum prædictæ eorum ſubſtitutionis non acceptare dictam ſubſtitutionem, aut ea acceptata decedere ab humanis, ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis; in ipſo caſu præfatus Dominus Teſtator ſubſtituit pleno jure, & vult admitti in præmiſſis Sereniſſimam Dominam Margaritam Siciliæ & Jeruſalem Reginam, ipſius Domini Teſtatoris filiam naturalem & legitimam cariſſimam, & ejusdem Dominæ Margaritæ Reginæ filios naturales & legitimos maſculos, ſub eisdem conditionibus, modis, & ordine, quibus ſupra ſubſtituit præfatam Dominam Mariam Duchiſſam Mediolani, & ejus liberos ſupradictos.

Item in caſu quo prædictas Illuſtriſsimas & Sereniſsimas Dominas Mariam Duchiſſam Mediolani, & Magaritam Reginam Siciliæ & Jeruſalem, ipſius Domini Teſtatoris Filias, ac eorum liberos omnes maſculos naturales & legitimos ſubſtitutos ut præfertur, contigerit defungi ab humanis ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, quandocumq; & in quacumq; ætate; in ipſo caſu præfatus Dominus Teſtator vult admitti, & ſubſtituit pleno jure in premiſſis, filiam primogenitam naturalem & legitimam præfati Illuſtris Domini Ludovici, Filii & hæredis univerſalis ipſius Domini Teſtatoris ſi tunc ſuperſit, & ipſius filiæ filium naturalem & legitimum maſculinum primogenitum; & deficiente ipſo primogenito ſine liberis maſculinis naturalibus & legitimis, uno vel pluribus, vult admitti, & ſubſtituit pleno jue ſecundo genitum, & deficiente ſimili modo ſecundogenito, tertium genitum; & deinceps gradatim alios ſuccedentes: deficientibus autem dictis Primogenita præfati Illuſtris Domini Ludovici, ac ejus liberis maſculis prædictis ſine liberis maſculis naturalibus & legitimis, uno vel pluribus; vult admitti & ſubſtituit in ipſo caſu ipſe Dominus Teſtator pleno jure in præmisſis ſecundogenitam filiam naturalem & legitimam ejusdem Illuſtris Domini Ludovici ſi tunc ſuperſit, & ipſius ſecundo genitæ Filium primogenitum naturalem & legitimum maſculum; & deficiente primogenito, ſecundogenitum; & deinde gradatim alios ſuccedentes; deficientibus vero ipſis ſecundogenita, & liberis ſuis prædictis ſine ſimilibus liberis, vel non extantibus; tunc vult admitti idem Dominus Teſtator ad præmiſſa tertiogenitam filiam naturalem & legitimam dicti Illuſtris Domini Ludovici, ac ejus filium naturalem & legitimum primogenitum, & deficiente ipſo primogenito ſine liberis ſimilibus ſecundogenitum, & poſt ſecundogenitum, tertiogenitum; & ſubſequenter gradatim ſuccedentes, prout ſupra: & ſi forſan primo vel ſecundo aut tertio vel ulterius genito dicti Illuſtris Domini Ludovici, aut eorum liberi prædicti omnes & ſinguli defecerint ab humanis ſine liberis maſculis prædictis, vel non ſuperſint: tunc in ipſo caſu vult admitti, & ſubſtituit idem *D*ominus Teſtator in præmiſſis pleno jure filiam primogenitam naturalem & legitimam præfati Illuſtris Domini Philippi, Filii & hæredis particularis ipſius Domini Teſtatoris, & ipſius primogenitæ filium naturalem & legitimum maſculum primogenitum; & deficiente primogenito ſine ſimilibus liberis uno vel pluribus, ſecundo genitum, & poſt ſecundogenitum tertiogenitum & deinde gradatim ex ipſa primogenita ſuccedentes: & ſi ipſa primogenita & ejus liberi omnes defecerint ſine ſimilibus liberis; vult tunc admitti ſecundogenitam; & poſt ſecundogenitam, tertiogenitam, & alias ſuccedentes ex dicto Domino Philippo, & eorum liberos maſculos naturales & legitimos gradatim & ſucceſſive juxta &

Digitized by Google

ſecundum ordinem ac modum ſupra dictos. Volens & jubens idem Dominus Teſtator, quod ſemper primogeniti dictarum filiarum & primogeniti primogenitorum, ad quos ſucceſſio hæreditaria prædicta deveniret prout ſupra, ſint Duces Sabaudiæ, & cognomen armaque & inſignia ipſius Domini Teſtatoris ex hinc aſſumere, & perpetue pro ſe & ſuis ſucceſſoribus retinere teneantur, prout ſupra diſpoſitum eſt de filiis præfatarum Dominarum Duchiſſæ Mediolani & Reginæ Siciliæ & Jeruſalem.

In caſu quo prædictos ipſius Domini noſtri Ducis filios & filias, ac eorum & earum liberos inſtitutos & ſubſtitutos ut præfertur, decedere contigerit ab humanis ſine liberis naturalibus & legitimis maſculis, & deficere totam progeniem maſculinam & femininam ipſius Domini Teſtatoris (quod Deus avertat) in ipſo caſu vult admitti, & ſubſtituit pleno jure dictus Dominus Teſtator in præmiſſis, Illuſtrem Dominam Janam de Sabaudia, Marchioniſſam Montisferrati, ipſius Domini Teſtatoris ſororem cariſſimam, & ejus liberos naturales & legitimos maſculos, eisdem modo & ordine & ſub conditionibus, quibus ſupra idem Dominus Teſtator ſubſtituit prænominatas Dominas Mariam, Duchiſſam Mediolani, & Margaritam de Sabaudia, Reginam Siciliæ & Jeruſalem, filias ſuas ac eorum liberos.

Et ut prænominati omnes hæredes præfati Domini Teſtatoris, minus detrahere valeant ſeu præjudicare utilitati dictarum ſubſtitutionum ſibi ut ſupra factarum, idem Dominus Teſtator prohibuit & prohibet ipſis omnibus & ſingulis hæredibus ſuis, omnem Fallcidiam, & quartæ Trabellianicæ detractionem, volens & omnino diſponens matres omnium & ſingulorum hæredum ſuorum ſubſtitutorum utriusque ſexus, in omni caſu & eventu ſubſtitutionum prædictarum, ab omni ſucceſſione eorundem eſſe penitus repulſas & excluſas.

Exequutores vero hujusmodi ſui nuncupatici Teſtamenti facit & conſtituit idem Dominus Teſtator, Reverendos in Chriſto Patres Dominos Archiepiſcopum Tharentaſien. Et Epiſcopos Gebennenſ. & Lauſanen. pro tempore exiſtentes, quibus aut duobus ex ipſis, qui commodius hujusmodi executioni vacare poterunt, dat & contribuit idem Dominus Teſtator omnimodam poteſtatem ac plenum mandatum, omnes & ſingulas Teſtamentarias diſpoſitiones ſupra ſcriptas, de & ſuper bonis ejusdem Domini Teſtatoris libere exequendi & adimplendi, cum deliberatione Conſiliariorum Ducalium exiſtentium pro tempore.

Hanc autem ultimam ſuam voluntatem ſuumque nuncupativum Teſtamentum eſſe voluit & vult idem Dominus Teſtator, ut expreſſe quam & quod vult valere jure Teſtamenti nuncupativi, & ſi non valet vel valebit jure Teſtamenti nuncupativi, voluit tamen valere jure Codicillorum, aut alterius cujuscumque ultimæ voluntatis, omnique vult jure & modo, quo & quibus melius valere poterit & debebit, ſecundum utriusque Juris diſpoſitionem: Revocans, ceſſans & penitus annullans idem Dominus Teſtator tenore ultimi ſui præſentis Teſtamenti, omnia alia & ſingula Teſtamenta, omnesque & ſingulos Codicillos, per ipſum Dominum Teſtatorem ſub quacumque verborum forma hactenus condita & conditos; volens & jubens ipſos & ipſa, ac eorum prothocolla & regiſtra prorſus deſtrui & aboliri, ſic quod de ipſis nihil remaneat.

Quibus omnibus Teſtamentariis diſpoſitionibus ſic peractis & publicatis, prefati Illuſtres Domini Ludovicus & Philippus de Sabaudia, filii & hæredes dicti Domini Teſtatoris, ibidem præſentes & audientes ad conſolationem & mandatum ipſius Domini Teſtatoris eorum Clariſſimi Genitoris, ſcienter & ſponte, per ſe & ſuos Succeſſores prædictos, univerſa & ſingula in hujusmodi Teſtamento contenta, videlicet quilibet eorum, prout & in quantum ad eum ſpectat & ſpectare poteſt, & poterit in futurum, rata, grata & firma ſemper habere & tenere, & inviolabiliter obſervare, ſuper Sanctis Dei Evangeliis, per nos & Notarios infra ſcriptos eis porrectis, & ad opus omnium & ſingulorum quorum intererit, ſtipulantes juramentum corporale præſtiterunt.

De quibus omnibus & ſingulis diſpoſitionibus & ordinationibus Teſtamentariis ſupra ſcriptis, ac ipſa hujus Teſtamenti nuncupativi conditione & factione, prænominatus Illuſtriſſimus Princeps Dominus noſter Dux Sabaudiæ Teſtator voluit & juſſit, per Notarios publicos ejus Secretarios ſubſcriptos, fieri & expediri tot publica Inſtrumenta quot fuerint neceſſaria, & habere voluerint & petierint præfati Domini hæredes inſtituti, & ſubſtituti, ac legatarii, & alii quorum intererit.

Actum, conditum & publicatum fuit hujusmodi Dominicum Teſtamentum nuncupativum, in his ſcriptis redactum in domo Decanali prædicti Monaſterii Ripalliæ, videlicet in Camera propria prædicti Domini Teſtatoris: Præſentibus, Reverendo in Chriſto Patre Domino Ogerio, Epiſcopo Maurianenſi, nec non Venerabilibus & Egregiis Dominis, Petro Mutonis, Priore dicti Monaſterii Ripalliæ, Ludovico Pariſeti Decano Anneſiaci, Fratre Claudio Revelli, Priore Heremitarum B. Auguſtini Thononii, Claudio de Saxo, Amedeo Charenſonis, Lamberto Oddineti, ac Ludovico de Chevelluto, Militibus Ordinis Militaris S. Mauricii Ripalliæ, teſtibus per ipſum Dominum Teſtatorem ore ſuo proprio ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Digitized by Google

LXIX.

Decretum Synodi Lauſanenſis, quo Amedeum IX. Ducem Sabaudiæ, qui alias ſub Felicis V. nomine Pontificatum tenuit, illum vero ſponte abdicavit, titulo honoreque Sabinenſis Epiſcopi, ac Sac. Roman. Eccleſiæ Cardinalis condecoravit, ipſique primum poſt ſummum Pontificem locum aſſignavit, ac Vicariatum Legationemque Sedis Apoſtolicæ in locis in Decreto nominatis contulit, d. d. 17. Kal. Maji An. 1449.

SAcroſancta Lauſanenſis Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, Reverendiſſimo, & Clariſſimo Filio Amedeo, pridem Felici V. omnipotentis Dei benedictionem. Tam maxime de Venerabili Eccleſia meritus es, ut præſentes habeant uberrimam tuarum laudum memoriam, futuris quoque tui nominis Felix, ſempiternaque recordatio relinquatur. Tu ad Eccleſiæ ſubſidium evocatus, quanta unquam fuit perſecutione vexatæ veniſti. Tu illi profuſa liberalitate, ſumma induſtria, exacta diligentia, dedita opera opitulatus es. Tu tandem tranquillam Populo Chriſtiano concordiam reddidiſti, pariter & pacem. Leguntur quammulti, qui belli, pacisque tempore inſervierunt Eccleſiæ commemorandis per omne ſeculum obſequiis; ſed perſonæ cauſa, rerum, temporisque diſparitas ſuper Eminentiam meritorum coarguunt. Novit Orbis univerſus tui Sanguinis Regiam claritatem; vidit, & audivit quam continuas ſollicitudines, indeſinensque certamen, pro auctoritate Sacrorum Generalium Conciliorum, & veritate Catholica ſuſtinendis nobiſcum iniſti, opulenta quiete abjecta retrorſum. Nunc autem dum per tuæ humilitatis excelſum medium, in omnes pax Chriſtianos diffunditur, quo te nomine, niſi Zelatorem concordiæ, pacisque Authorem appellent? Quas ob res congratulationibus, promeritisque honoribus perſonam tuam proſequi cupiens, hæc Sacroſancta in Spiritu Sancto legitime congregata Synodus Univerſalem Eccleſiam repræſentans, & inter cætera conſiderans, quod te ipſum parvi facere voluiſti, ut pacata, quietaque exaltaretur Eccleſia; Te Sabinenſem Epiſcopum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Sedis Apoſtolicæ in Terris, & Jurisdictionibus dilectorum Eccleſiæ filiorum nobilium Virorum Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontium, ac Montiſerrati, & Salutiarum Marchionum, in Comitatu & Territorio Aſtenſi, nec non in Provincia Lugdunenſi, citra Sagonam, atque Auguſtenſis, Lauſanenſis, Baſilienſis Argentinenſis, Conſtantienſis & Sedunenſis Civitatibus, & Diœceſibus Legatum, Vicariumque perpetuum facit, creat, & nominat, tibique in Sancta Dei Eccleſia primum poſt Romanum Pontificem locum pro tempore conſtituit, conſignat & decernit. Qui quidem tibi, ad ſuam præſentiam accedenti, aſſurget, dumtaxat oris oſculum exhibendo, atque ut Altiſſimi in Terris honorum, quem in ſola dilectione univerſalis pacis diſcreta voluiſti, multa, manifeſtaque in tua perſona ſigna remaneant, tibi ut habitum, & inſignia Papalia (demptis delatione Corporis Chriſti, Annulo Piſcatoris, Cruce in pedibus, ac umbraculo) deferre, ac inſigniis, & poteſtate Legati uti, quoties Te extra terminos tuæ Legationis egredi contigerit, valeas nec non uti Romana Curia, vel Generali Concilio, perſonaliter comparere minime tenearis, concedit & indulget per præſentes, Datum Lauſanæ XVII. Kal. Maji. Anno a Nativitate Domini milleſimo, quadringenteſimo quadrageſimo nono.

LXX.

Bulla Nicolai P. P. V. qua decretum antea inſertum confirmavit, d. d. 14. Kal. Jul. An. 1449.

NIcolaus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Tanto nos pacem & tranquillitatem cunctorum fidelium procurare & amplecti convenit, quanto deſideramus fructus uberrimos inde ſequi. In eo quippe cor noſtrum ſuaviſſime delectatur, quod diebus noſtris ſanctam Dei eccleſiam in pacis & unionis pulchritudine, ac debita integritate florentem videre valeamus. Cum itaque ſuperioribus temporibus, propter diviſiones ſubortas inter Felicis recordationis Eugenium Papam Quartum, prædeceſſorem noſtrum, & tunc Baſilienſe Concilium plurimum turbata, ac variis modis efflicta fuerit Eccleſia Dei, jam autem divina favente ac dirigente clementia, tractatu Oratorum clariſſimorum in Chriſto filiorum Francorum, Angliæ & Renati, Siciliæ Regis, nec non Delphini Viennenſis, primogeniti Francorum Regis Illuſtris, pacem Eccleſiæ redditam agnoſcimus, dum percipimus venerabilem & cariſſimum Fratrem noſtrum Amedeum, primum Cardinalem, Epiſcopum Sabinenſem, in nonnullis Provinciis Apoſtolicæ ſedis Legatum, Vicariumque perpetuum, Felicem Papam Quintum, tunc in ſua obedientia nominatum, juri, quod in Papatu aſſerebat ſe habere, ad hujusmodi pacem Eccleſiæ obtinendam, ceſſiſſe, eos vero, qui Baſileæ, poſtmodum Lauſannæ, ſub nomine Generalis Concilii hactenus permanſerunt, ordinaſſe ac publicaſſe nobis tamquam unico & indubitato Summo Pontifici obediendum eſſe a cunctis fidelibus, & præfatam Lauſanenſem diſſolviſſe Congregationem Cupientes igi-

Digitized by Google

igitur, quantum Omnipotens donaverit, id agere, quo universi Christi fideles, ipsius Pacis jucunditate fruentes, animorum conjunctione sibi invicem cohæreant, & rejectis, quæ ex discordia orta fuerant, status uniuscujusque, honor, fama, & repuratio illæsi & integri remaneant, littera, processus, mandata, & decreta quæcumque, nec non excommunicationum, suspensionum & Interdicti anathematizationisque, sive Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, Abbatialium, aut aliarum quarumcumque Ecclesiarum, Ecclesiasticarum, vel mundanarum inhabilitationum quoque, nec non declarationum, innovationum, damnationum, reprobationum, expositionum personarum, ac bonorum mobilium, & immobilium jurium & jurisdictionum, publicationum, & confiscationum, privationum feudorum, & etiam quorumcumque jurium spiritualium, vel temporalium & inhabilitationum, nec non absolutionem a fidelitatibus, & alias in eisdem litteris, processibus, mandatis & decretis quomodolibet contentas sententias, censuras, & pœnas quascumque & qualitercumque statutas, inflictas & promulgatas etiamsi expresse majores, vel pares, aut alterius cujuscumque naturæ forent, per præfatum Eugenium Prædecessorem nostrum, in quibuscumque suis litteris quorumcumque tenorum, & sub quacumque data existant, etiamsi cum expressione, approbatione Ferrariensis, seu Florentini, aut alterius Concilii Generalis; sive per nos, aut per alium, seu alios ipsius, aut nostra, aut quavis authoritate contra dictum Basilienſe Concilium, & eos, qui sub nomine generalis Concilii tam in Basilienſi, quam Lausanensi Civitatibus memoratis fuerunt, ut præfertur, nec non contra præfatum venerabilem, ac cariſſimum Fratrem nostrum Amadeum, primum Cardinalem, Episcopum, Legatum, & Vicarium supradictum, Felicem V. in sua obedientia nuncupatum, ac quasvis personas Ecclesiasticas, Sæculares, vel Regulares, ac etiam Laicales, quæ eisdem conjuncti, vel divisi adhærentes, assistentes, obedientes, credentes, recipientes, ac quovis modo faventes, eosque sequentes fuerunt, cujuscumque dignitatis, præeminentiæ, status, gradus, seu conditionis existant, etiamsi Pontificali, Cardinalitia, Regali, aut Ducali dignitate præfulgeant, contra Dominia quoque, nec non Communitates, Universitates etiam Generalium Studiorum, Civitates etiam, præsertim Basilienſem, ac Oppida & alia Loca quæcumque præmissorum occasione emanata, facta, concessa, decreta, & promulgata, seu dicti prædecessoris authoritate quomodolibet factas, nec non processus habitos per easdem, aut quæcumque inde secuta, etiamsi ad sententiarum, censurarum, atque pœnarum declarationem, seu illarum, aut alicujus earum publicationem, seu plenariam exequutionem contra personas, Dominia, Communitates, Universitates, Civitates, Oppida & Loca supradicta, communiter, vel divisim quomodolibet sit processum. Quorum omnium & singulorum tenores, etiamsi de illis plena, & expressa, ac de verbo ad verbum præsentibus mentio habenda foret, hic pro sufficienter expressis haberi volumus motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Sedis Apostolicæ potestatis plenitudine, nec non de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, decernimus & declaramus, nullam effectum penitus sortiri; sed proinde haberi debere, ac si nullatenus emanassent; eaque omnia, & singula, cum inde secutis de registris ipsius Eugenii prædecessoris, & nostris de locis aliis quibuscumque aboleri mandantes, omnino tollimus, cassamus, & annullamus, & pro infectis haberi volumus, & nihilominus si & in quantum opus esset, ad abundantem cautelam singulos ex personis, Dominio, Communitates, Universitates, Oppida & Loca supradicta ad famam, dignitates, honores, status, & privilegia quatenus illis eadem occasione privata prætendi possent, in statum pristinum & debitum restituimus, & reintegramus plenarie per præsentes, motu, scientia, & plenitudine potestatis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum voluntatis, declarationis, mandati, cessationis irritationis, annullationis, restitutionis, repositionis, & reintegrationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare &c. Datum Spoleti anno Incarnationis Dominicæ 1449. 14. Kal. Julii. Pontificatus anno tertio.

LXXI.

Contractus matrimonii inter Ludovicum, Delphinum, sive Primogenitum Regis Franciæ, & Carolam, Ludovici, Ducis Sabaudiæ filiam, initus, d. d. 14. Febr. 1451.

IN nomine Domini, Amen. Ad conspectum supremi orbis machinæ Conditoris pronus jacens Protoplastus, inter opera rerum quæ summus Opifex ille jam patrarat, nihil quidem salubrius, nihilque suæ compagini convenientius professus est, quam terrestre illud adjutorium muliebre, quod carnem de carne, & os de ossibus, infuso potius divino quam humano præsagio est agnitus. Memorabile igitur & propagandum tale foret matrimoniale Sacramentum quod præcipuus Autor Cunctipotens Deus, ipse sexto die quo fabricam universi expleverat, digito suo primum instituit, & in-

& ineffabili veneratione ſuſcepit, dum filium ſuum unigenitum ex nupta naſci decrevit; ex hoc enim Deifico miniſterio nedum ſpirituali nexitudine duo in unum cenſentur. Sed humanæ ſpeciei fragilitas, quæ in ſuis individuis ſervando conteritur, legitima prolis eductione in ſuo ſimili conſervatur. Nec tantum hoc cœleſti munere roboratum conjugium bona in Terris confert hominibus bonæ voluntatis, ſed etiam ſceptrigeras regnantium poteſtates diverſimode interdum laceſſitas, divina opitulante gratia compeſcens pacem propitiat, unionem ſolidat, ſubditis unanimitatem confert, rerum commercia concedit, commeantibus arridet, & quos gradatim ad prioris originis identitate temporum ſucceſſus ſermone ſpirituali, quadam cognatione reunit. Quæ omnia ſedula meditatione revolventes Seren. Illuſtriſſimique Principes & Domini Domini Ludovicus Regis Francorum Chriſtianiſſimi Primogenitus, Delphinus Vienn. Comesque valentinenſ. & Dienſis, & Ludovicus Dux Sabaudiæ, Chablaſii, Auguſtæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus Marchio in Italia, Comes Pedemontium, Gebenn. & Baugiaci, Baro Vuaudi; Foucigniaci, Niciæque & Vercellarum Dominus, & maxime conſiderantes ſingularem amoris devotionem, & intimæ dilectionis zelum, quo ipſa Illuſtriſſima Domus Sabaud. erga ipſam Sereniſſimam gloriofiſſimam Franciæ Domum ſemper claruit, non poſtponentes etiam ſanguinis & affinitatis fœdera, aliasque conjunctiones & amicitias hactenus utrinque contractas, deſiderantes quoque ipſi Inclitiſſimi Principes Domini Domini Delp. & Dux in ea benevolentia & affinitatis nexu nedum perſeverare; verum etiam illa ſemper in dies propagare, jam ſæpe numero a biennio citra Oratores ſuos ſolemnes hinc inde deſtinaverunt, quorum opera & Tractatu ſermones habiti fuerint, multaque partita in medium deducta dataque & aperta, pro matrimonio & ſponſalitiis inter præfatum Sereniſſimum Dominum Delphinum, & inclytam Dominam Carolam filiam præfati Inclitiſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, auctore Chriſto contrahendis. Hinc ideo fuit & eſt, quod propter infraſcripta ſpecialiter peragenda in Dominorum Teſtium noſtrorumque Tabellionum publicorum & Secretariorum ſubſcriptorum præſentia perſonaliter conſtituti præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux Sabaudiæ ſuo & dictæ Dominæ Carolæ ejus filiæ nominibus, Magnifici & Spectabiles Viri Johannes Baſtardus Armaigniaci, Chambellanus & Mareſcallus; & Antonius Bolomerii, Generalis Financiarum, Conſiliarii, Ambaſſiatoresque, Nuntii & Procuratores ſpeciales antelati Domini Delphini, de ſuis mandato & poteſtate edocentes, Litteris Patentibus ipſius Domini Delphini, ſigillo ejus Cancellariæ ad duplicem caudam cera rubeo impendenti ſigillatis inferius de verbo ad verbum inſertis. Qui ſiquidem Domini Dux & Ambaſſiatores nominibus prædictis, & infra viciſſim & mutuis conſenſibus, ſponteque & deliberate, ut aſſerunt, inierunt, contraxerunt, convenerunt & concludunt fœdera pactaq; matrimonialia ſequentia. In primis convenit, promiſit, promittitque & convenit ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux Pater ipſius Dominæ Carolæ, memoratis Dominis Ambaſſiatoribus, ac nobis Notariis & Secretariis prædictis ut decet ſtipulantibus & recipientibus, dare dicto Sereniſſimo Domino Domino Delphino in ejus uxorem & ſponſam legitimam præfatam Dominam Carolam, illamque cum effectu ſineque defectu conducere, aut conduci facere infra octavas proximi Feſti Paſchæ, usque ad locum ſeu oppidum Coſtæ Sti. Andreæ, aut Civitatem Gratianopolis, aut alterum ipſorum locorum, & in eo, quem ipſe Dominus Delphinus voluerit eligere pro illa ibidem ipſi Domino Delphino reddenda, ſupra dicta cauſa expediendaque & deſponſanda. Verſa autem vice, memorati Domini Ambaſſiatores quo ſupra nomine convenerunt & promiſerunt præfato Illuſtriſſimo Domino Duci, & nobis dictis Notariis & Secretariis ut ſupra ſtipulantibus, quod ipſe Sereniſſimus Dominus Delphinus in loco & termino prædictis, Deo permittente, ſe memoratam Dominam Carolam in ejus uxorem & ſponſam legitimam per verba de præſenti accipiet, & in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ prout decet deſponſabit; aſſerentes ipſi Domini contrahentes nominibus prædictis, nullum eſſe impedimentum, quominus hujusmodi matrimonium veniat retardandum, aut alias impediendum. Item quia ex conſimilibus matrimoniis quam plurimis onera veniunt ſupportanda, ipſe Dominus Dux Pater pro illis uberius ſuſtinendis, etiam quia ſic ſibi placet, ex ejus certa ſcientia ac voluntate ſpontanea, pro dote nomineque & ex cauſa dotis ipſius Dominæ Carolæ ejus filiæ tenore hujusmodi publici Inſtrumenti, Dominis Ambaſſiatoribus nomine quo ſupra, ac nobis Notariis & Secretariis prædictis ut decet ſtipulantibus & recipientibus dedit & conceſſit, datque & concedit dicto Domino Delphino pro ſe & ſuis heredibus & ſucceſſoribus univerſis, ad quos dos hujusmodi de jure ſpectaret, ſummam ducentorum millium ſcutorum auri ad rationem ſeptuaginta pro marca, & hoc pro omni jure, portione parte, & alia qualibet reclamatione ſibi qualitercumque competentibus & competituris in bonis paternis, maternis, fraternis & ſororinis, de quibus ducentum millium ſcutis tenebitur & debebit ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux aut ſui prædicti ſolvere & realiter in numeratis expedire dicto Sereniſſimo Domino Delphino aut ab eo deputandis quinquaginta millia ſcuta terminis ſequentibus; videlicet die celebrationis ſponſalium prædictorum & receptionis prædictæ Dominæ Carolæ quindecim millia Scutorum. Item & alia quindecim millia ſcuta poſt ſex menſes celebrationem & receptionem prædictas immediate ſequentes; reliqua vero viginti millia ſcuta ex dictis quinquaginta millibus reſtantia infra alios ſex menſes tunc & immediate ſecuturos, ſcilicet in Coſta Sancti Andreæ, vel Civitate Gratianopolis, ſeu uno ipſorum locorum, & in eo quem ipſe Dominus Delphinus duxerit eligendum. Item pro majori ſecuritate aliorum centum & quinquaginta millium ſcutorum ex conſtitutione dotis prædictæ reſtantium, item pro ipſorum faciliori ſolutione, ipſe Illuſtriſſimus Dominus Dux ex nunc pro ſe & ſuis prædictis, illos impoſuit & aſſignavit, imponitque & aſſignat per præſentes ipſi Domino Delphino dictis Dominis Ambaſſiatoribus nominibus quibus

Digitized by Google

agunt, ac nobis Tabellionibus & Secretariis jam dictis ut supra stipulantibus & recipientibus, super quibuscumque emolumentis & valoribus Gabellæ salis Civitatis Niciæ, daciisque & intratis Civitatis Vercellarum & pertinentiis earundem universis; ita tamen quod illarum exactores sint & esse debeant solvendo, securique & de facili conveniendo, teneanturque solvere in Civitate Gebennensi ipso Domino Delphino aut ab eo deputandis anno quolibet quindecim millia scutorum duobus terminis; videlicet medietatem ipsorum XV. millia scutorum in Festo omnium Sanctorum, incipiendo de anno proxime futuro currente millesimo quaterceſimo quinquageſimo secundo; & aliam medietatem in Festo Paschæ ipsum Festum omnium Sanctorum immediate secuto, & sic annualiter usque ad complementum dictorum centum & quinquaginta millium scutorum; & de his sic solvendis ipsi exactores se sufficienter et obligare & astringere debeant erga præfatum Serenissimum Dominum Delphinum, ex nuncque prout ex tunc, & e contra intelligantur sic obligati & adstricti quibuscumque aliis Assignationibus super dictis Gabella, daciis & intratis quomodolibet factis aut imposterum fiendis non obstantibus; quoniam illis ipse Illustrissimus Dominus Dux scienter & sponte derogavit derogatque & derogatum esse vult hujus Instrumenti per tenorem, conditione tamen per pactum validum & expressum adjecta, quod si emolumenta dictarum Gabellæ & intratarum summam prædictam quindecim millium scutorum annualium non valerent, eo casu teneatur ipse Illustrissimus Dominus Dux ad quod deficeret alibi de suo supplere & integre satisfacere; ubi autem plus valerent emolumenta ipsa, illud plus eidem Domino Duci, & suis remanebit. Vice autem reciproqua prænominati Domini Ambasiatores vigore potestatis prædictæ memorati Serenissimi Dom. Delphini nomine, eidem Dominæ Carolæ futuræ sponsæ ipso Illustrissimo Domino Duce ejus Patre, & nobis Tabellionibus & Secretariis prædictis, ut convenit stipulantibus, pro dotalitio ipsius Dominæ Carolæ, similiter & nunc donarunt & constituerunt, dantque & solemniter constituunt summam decem millium similium scutorum annualium, de quibus casu adveniente ipsa Domina Carola quoad vixerit pacifice gaudebit, consummato prius tamen dicto matrimonio, aut dum ad ætatem duodecim annorum legitimam consummandi ipsum matrimonium pervenerit, & non alias, neque ante; quam quidem dicti Domini Ambasiatores nomine quo supra, ex nunc generaliter imponunt pariter & asignant super quibuscumque Villis, Castris, Terris, aliorumque redditibus & pertinentiis universis tam Patriæ suæ Delphinatus, quam ipsorum Comitatuum Valentinensis & Diensis. Et ulterius pro uberiori securitate ipsius Dominæ Carolæ, pacto expresso actum extitit, quod ipse Dominus Delphinus Communitates ipsarum Patriarum particulariter nominandas, & ad hoc sufficientes, valide obligari faciet erga ipsam Dominam Carolam, quod ipso Casu adveniente eidem Dominæ Carolæ obedient, sibique quoad vixerit dictum dotalitium, videlicet quamlibet ipsorum ratam respondendam, & sibi contingentem, quam in promissionibus hujusmodi facient declarari, infallibiliter persolvent sub pœna centum millium scutorum dictorum, pro semel eidem Dominæ Carolæ actu contrario, & in defectu solutionis hujusmodi pro suo interesse applicanda; quas siquidem obligationes & promissiones ipse Dominus Delphinus fieri facere tenebitur, scilicet de medietate dicti dotalitii infra dictas octavas proximi Festi Paschæ, & de alia medietate infra sex menses post & immediate sequentes. Item similiter actum est, quod ipse Dominus Delphinus teneatur, & debeat sufficienter fidejubere pariter & assecurare, de restituendo eidem Dominæ Carolæ, seu illi vel illis cui pertinebit, casu restitutionis adveniente (quod Deus advertat) id quod de ipsa summa dotali ducentum millium scutorum fuerit persolutum, & per similes terminos quibus reperiretur esse solutum, inchoando tamen infra unum annum postquam primum restitutio ipsa haberet locum. Item pro ampliori declaratione ipsarum cautionum & assecurationum sic præstandarum similiter actum extitit, quod ipse Dominus Delphinus tantummodo in quolibet termino supra declaratorum terminorum, fidejubere & assecurare debeat de quantitate seu summa quæ sibi ut supra solvetur, & non de pluri; hoc tamen intellecto, si forte ipse Dominus Delphinus deficeret aut protelare vellet, hujusmodi sic dandas securitates, tam respectu ipsius dotalitii, quam etiam aliarum quantitatum de ipsa summa dotali ut supra præstandarum & recipiendarum, eo casu memoratus Dux Sabaudiæ non teneatur quicquam ulterius solvere de prædicta summa dotali, quousque ipse Dominus Delphinus debite assecuraverit, ut dictum est, prædictum dotalitium seu doarium, & prædictas dotales summas ut prædicitur recipiendas. Item etiam actum extitit, quod prælibatus Serenissimus Dominus Delphinus, quam primum dicta Domina Carolina ad ætatem annorum duodecim pervenerit, curabit & curare teneatur cum effectu & absque defectu, quod ipsa prætitis mediantibus renuntiabit omnibus bonis paternis, maternis, fraternis & sororinis, & prædicta dote vocabit se contentam & hoc sub obligatione omnium & singulorum ipsius Domini Delphini bonorum præsentium & futurorum. Item quoad jocalia, vestimenta & alia ornamenta ipsius Dominæ Carolæ quælibet dictarum partium pro sua dignitate & debito facere teneatur & debeat secundum utriusque partium honoris & status decentiam, & prout in similibus casibus & inter tales Principes est fieri assuetum. Quæ omnia & singula supra & infra scripta promiserunt & promittunt dictæ partes nominibus quibus supra, & quælibet ipsarum partium prout eam concernere potest, pro se & suis hæredibus & successoribus universis, juramentis suis tactis Evangeliis sacrosanctis, subque suorum, imo verius pro quibus agunt omnium & singulorum præsentium & futurorum expressa obligatione bonorum, grata, rata, valida & firma habere perpetuo & tenere, illaque una partium alteri & e contra attendere, assecurare, solvereque & in omnibus & per omnia inviolabiliter observare terminis statutis & numquam per se vel alium contra facere, dicere vel venire, nec alicui contra facere,

dicere

Digitized by Google

dicere vel venire volenti in aliquo consentire clam vel palam, tacite vel expresse, quovis quæsito colore: quinimo ipsi Domini Ambassiatores ipsa omnia & singula supra & infra scripta emologari, approbari & ratificari facere per prælibatum Serenissimum D. Delphinum, infra diem octavam proximi mensis Martii per Autentica scripta, in bonaque & valida forma ipsi D. Duci per memoratos Dominos Ambassiatores interea temporis mittenda & expedienda; renunciantes propterea præfati Domini contrahentes nominibus præmissis & illorum quilibet in hoc facto sub vi suorum jam præstitorum juramentorum, omni actione & exceptione doli mali, vis, metus & in factum, omnique læsione, circumventione, fraude, gravamine, & errore, ac juribus quibus deceptis suis in contractibus subvenitur, omnique appellationis, supplicationis, provocationis, ac bonorum cessionis remedio, in integrum restitutionis beneficio, & omni appellationi, relaxationi & dispensationi juramenti, etiam omnibus Privilegiis, Præeminentiis, Beneficiis & Indultis impetratis & impetrandis, Patriæque & locorum consuetudinibus, nec non omnibus Juribus Canonicis Civilibus ac Municipalibus, & aliis quibus ad veniendum contra præmissa seu ipsorum aliqua se juvare possent quomodolibet vel tueri, signanter juri dicenti generalem Renunciationem non valere nisi speciali præcedente. De quibus præmissis omnibus & singulis ipsi Domini contrahentes, quibus supra nominibus, voluerunt & præceperunt per nos Tabelliones & Secretarios prædictos, ad opus cujuslibet ipsarum partium, fieri unum & plura, si opus sit, tenoris ejusdem publica Instrumenta, peritorum dictamine si fuerint necesse dictanda & corrigenda, facti tamen substantia in aliquo non mutata, sigillis ipsorum Dominorum sigillanda, & roboranda; quæ sic acta gesta & concluſa fuerunt in Civitate Gebennensi, videlicet in Domo Conventus Fratrum Minorum, in Camera dicti D. Ducis in qua præsentialiter suam facit residentiam, anno a Nativitate Domini currente 1451. Indictione 14. mensis Februarii, præsentibus Illustribus Dominis antedicti D. Ducis primo secundo genitis Amedeo Principe Pedemontium; & Ludovico Comite Gebennensi nec non Reverendis, Magnificisque & Spectabilibus Viris D. D. G. de Saluciis Episcopo Lausanensi, Jacobo de Turre Cancellario, Joanne Domino Bariati Sabaudiæ Marescallo, Jacobo de Balma, Domino Albergamenti, Petro de Grolea D. sancti Andreæ, Jacobo de Vallepergia, Jacobo de Challand, Hectore Josselin Consiliariis, & Francisco Fabri Secretario præfati Domini Ducis ad præmissa adstantibus, & pro Testibus rogatis. Signatum P. Bolomerii, & P. de Annesiaco Notarii & Secretarii Domini Ducis. Quorum quidem Dominorum Ambasiatorum supra nominatorum potestatis præmentionata tenor sequitur & est talis.

Louïs aîné-fils du Roi de France, Daufin de Viennois, Comte de Valentinois & de Diois: A tous ceux qui ces presentes Lettres verront & orront, Salut. Comme par plusieurs & diverses fois & journées, certaines Ambassades aient été faites tant d'une part que d'autre, entre nous & nôtre très-cher & très-amé Cousin le Duc de Savoie, en esperance & intention de parvenir au traité & accompliſſement du mariage de Nous, & de Damoiselle Charlote de Savoie, fille de notredit Cousin. Surquoi combien que plusieurs ouvertures de traité & offre aient été faites de chacune de parties, n'a encor été prise aucune finale resolution; & il soit ainsi que nous considerant les grandes & anciennes consanguinitez, & proximité de lignage & les affinités, longues ligniés & amitié que de long tems ont été & sont entre Monseigneur, Nous & nos Predeceſſeurs, & nôtredit Cousin & les siens, desirant l'entretenement & augmentation d'iceux. Savoir faisons, que nous considerant les choses dessusdites & pour plusieurs autres causes, qui raisonnablement à ce nous ont meûs & meuvent, de nôtre certaine science, & propos déliberé, & meſmement eû sur ce grande & meure deliberation avec les Gens de nôtre Conseil, confians à plein des sens, discretion, prudence, loiauté, & prud'hommie de nos amez & feaux Conseillers, Jean Bâtard d'Armagnac, Seigneur de Gourdon nôtre Chambellan & Maréchal de notredit Dauphiné, & Maistre Antoine Bolomier, General de toutes nos Finances, iceux avons aujourd'hui constitué, commis & ordonné, établis & deputez & par ces presentes constituons, commettons, ordonnons, établissons & députons nos Procureurs, Ambassadeurs & Messagers speciaux, ausquels nous avons donné, & donnons par ces presentes, pleine, & entiere puissance, autorité, commission, & Mandement special de eux transporter par devers nôtredit Cousin, & autres qu'il apartiendra, & besoin sera, & illec traiter, apointer, accorder, accepter, & du tout conclure ledit mariage, & si besoin est épouser ladite Damoiselle, pour & en nom de nous accepter, consentir & avoir agreable les sommes de deniers à nous autrefois presenteés, offertes & promises en faisant ledit mariage; de icelle somme moderer & diminuer, si besoin est, & de muer, changer & prolonger les termes & paiemens d'icelle, & en quitter, remettre & delaisser telle partie ou portion qu'ils verront estre expedient, de promettre, accorder, & assurer tel doüaire qu'ils verront bien être, de jurer pour & en nom de nous, & nous obliger d'entretenir, consommer & accomplir ledit mariage sans aucune interruption, & nous en soumettre à toutes astrictions spirituelles & temporelles, de pouvoir nous obliger nous, & nos Terres & Seigneuries quelconques presentes, & à venir, tant pour le doüaire que pour les sommes, qui se recevront à cause dudit mariage, le cas de restitution avenant (que Dieu ne veville!) & de se faire donner & passer telles Obligations, Lettres, Actes & Instrumens qu'ils verront être à faire & neceſſaires, & generalement de faire en tout & par tout touchant ledit mariage, & dépendances d'icelui, tout ainsi que ferions, & faire pourrions, si presens & en personnes y étions, jaçoit que les choses requierent Mandement plus special, promettant en bonne foi, en parole de fils de Roi, & sur l'obligation de tous, & un chacun nos biens, Païs, Terres & Seigneuries quelconques presens & à venir, avoir agreable & tenir ferme, & stable à toûjours, mais perpetuellement sans jamais aller à l'encontre pour quelconque cause, que ce soit, ou puisse être, tout ce que par

par nosdits Conseillers, Ambassadeurs & Procureurs, sera fait, procuré, & accordé en ladite maniere, & les circonstances & dependances d'icelles, les relever, garder & défendre de nous interests, charges & dommages qu'il pourroit avoir d'icelle cause. En temoin de ce, nous avons fait mettre nôtre scel à ces presentes, Donné à Alexan prés nôtre ville des Romans le 28. jour de Janvier, l'an de Grace 1451. par Monsiegneur le Dauphin en son Conseil. Signé, Thoreau.

LXXII.

Contractus matrimonii inter Johannem, Marchionem Montisferrati, & Margaretham, Ludovici, Ducis Sabaudiæ filiam sancitus, d. d. 2. Jul. An. 1454.

EX hujus veri publici Instrumenti serie modernis & posteris lucide notum sit, quod in Testium, Notariorum & Secretariorum infra scriptorum præsentia, personaliter constituti illustrissimus Princeps & Excelsus Dominus noster, Dominus Ludovicus, Dux Sabaudiæ, Chablasii & Augustæ, Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium, Geben. & Baugiaci Comes, Baro Vuaudi & Foucigniaci, Niciæque, Versellarum & Friburgi Dominus, ex una; & Illustris Dominus Johannes, Marchio Montisferrati ex alia: Nec non Illustris Domina Margareta de Sabaudia, Filia prælibati Illustr. Domini nostri Sabaudiæ Ducis ex altera partibus. Sequutum est inde, quod dictus Dominus Marchio consentit, accipit & retinet per verba & Consensum de præsenti in suam & legitimam Sponsam & Uxorem antelatam Dominam Margaretam de Sabaudia; & ipsa D. Margareta de consensu præfati Domini nostri Ducis ibidem præsentis consentit, accipitque & retinet per consimilia & eadem verba de præsenti prædictum Dominum Marchionem in ejus Virum & Sponsum legitimum, plenarieque cum omni interventu solemnitatis opportunæ invicem Matrimonium contrahentes. Quibus sic actis præfatus Illustrissimus Dominus noster Dux pro omni jure, parte, portione & portagio, legitima, aliaque qualibet reclamatione sibi qualitercumque competentibus & competituris in bonis Paternis, Maternis, Fraternis & Sororinis ipsius Dominæ Margaritæ, ac ipsius Hæredum & Successorum, donat atque constituit in dotem & pro dote, donat & cedit præfatæ Dominæ Margaretæ pro se & suis liberis & ab eisdem descendentibus; Videlicet centum mille scuta auri nova de Sabaudia ad rationem sexaginta sex scutorum pro marcha, quæ solvere promittit ipse Illustr. D. noster Dux per juramentum suum ad sancta DEI Evangelia corporaliter præstitum, & sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, in quavis rerum specie & ubilibet consistentium antedicto D. Marchioni vel suis per terminos & solutiones infra scriptas. Videlicet in prima solutione fienda tantum ad quantum ascendere poterit pars quæ ultra Montes in dictione præfati Illustriss. D. nostri Ducis Sabaud. prætextu subsidii ad causam hujusmodi Matrimonii imponendi percipietur & habebitur, salvo & per expressum reservato, quod si dictus Illustrissimus Dominus noster Dux ex urgenti causa vel alio (quod Deus avertat) inconveniente forsitan contingente, dictam Partem subsidii, seu aliquam partem ejusdem caperet & perciperet, quod eo casu alibi tantundem dicto Domino Marchioni assignare efficaciter sit adstrictus & solvere atque supplere. Anno vero sequente sex mille scuta, & sic successive, & de Anno in Annum; Anno revoluto quolibet sex mille scuta singulis terminis ad singula bene relatis usque ad complementum solutionis dictæ totalis Summæ; Retento in insuper per præfatum Illustrissimum Dominum nostrum ad opus sui & suorum de voluntate & Consensu præfatorum Dominorum Marchionis & Margaritæ sponsorum promissorum, quod casu, quo ipsa Domina Margarita decederet ab humanis sine liberis naturalibus & legitimis, quod eo casu prædicta dos ad præfatum Dominum nostrum Ducem & suos Hæredes & Successores revertatur, pertineatque & spectet pleno jure. Cujus quidem Matrimonii contemplatione ipsi Dominus Marchio pro se & suis Hæredibus & Successoribus quibuscumque, dat & constituit causa dotalicii seu dotarii antefatæ Dominæ Margaritæ, videlicet quatuor mille scuta auri consimilis valoris & ad rationem prætactam annualia; quod quidem dotalicium habebit & percipiet ipsa Domina Margarita sine turbatione quacumque, si & quandocumque ipsum Dominum Marchionem sponsum cum liberis & sine liberis præcedere contigerit, & hoc quamdiu ipsa Domina Margarita fuerit in humanis & non ultra; & ulterius ad rationem pro quolibet centenario quinque scuta annui redditus, de eo quod de supradicta dote solutum reperiretur; quæ assignatio ad sui opus & suorum successorum esse debeat quamdiu ipsa Dos apud ipsos successores remanebit. Et pro securitate dicti Dotalitii seu doarii casu prædicto eveniente, ad opus dictæ Dominæ Margaritæ fienda, ipse Dominus Marchio ex nunc prout ex tunc & viceversa affectat, obligat & assignat, eidem Dominæ Margaritæ Castra Locagii & Territoria Tridini, Motam Burgi

Digitized by Google

Burgi Sancti Martini & Montis Barucii pro manſione & habitatione ſua una etiam cum juribus, pertinentiis, fructibus, exitibus, cenſibus, obventionibus, emolumentis & aliis quibuslibet valoribus eorundem; & ita, quod ipſo caſu eveniente, Dominus Marchio, qui pro tunc fuerit, conſtituere debeat atque poſſit in dictis Locis aſſignatis, Caſtellanos, & alios Offciarios, qui Caſtellani & Officiarii reſpondere teneantur dictæ Dominæ Margaritæ ejusve cauſam habituris, aut Procuratoribus & Nuntiis ſpecialibus ad hoc deputandis, de præmentionatis ſibi ut præmittitur aſſignatis, computareque de eisdem & plenariam rationem reddere ſequente condigna ſatisfactione; Eosdemque fructus, Exitus, valores habeat & percipiat, illisque gaudeat eadem Domina Margarita caſu adveniente prædicto (quod abſit) quamdiu vitam duxerit in humanis: Et ſe & ſuos & ejus bona obligat ipſe Dominus Marchio & aſtringit; Acto per actum ſolemne & expreſſum inter dictas Partes, quod caſu quo præaſſignata ſufficientia non eſſent, & prædictæ annuæ Summæ dotalitii non correſponderent, eo caſu Dominus Marchio & tunc Succeſſores ejus ſuper aliis ſuis Dominiis juriſdictionibus & Territoriis, etiam redditibus, exitibus & valoribus ſufficientibus ejusdem Marchionatus; videlicet in Locis propinquioribus dictorum Locorum aſſignatorum ſupplere effectu teneantur & debeant, atque reficere condecenter, & prædicta quatuor Loca, ut cætera & infra ſcripta manutenere, attendereque pleno cum effectu usque ad dictum valorem; ſic quod commode juxta præmiſſorum formam eadem Domina Margarita aſſequi valeat & obtinere dictam annuam Dotalicii Summam quatuor mille ſcutorum. Item caſu Dotis reſtituendæ evenienti, ipſe Dominus Marchio vel ſui Hæredes dotalem Summam ſuperius conſtitutam, ſi tamen ſoluta fuerit, ſeu partem quæ inde expedita extabit, reſtituere teneantur & debeant per conſimiles ſolutiones & terminos, quibus reperiretur perſoluta dicto Domino noſtro Duci Sabaudiæ ſeu ejus hæredibus; & propter ea ipſe Dominus Marchio pro ſe & ſuis omnia & ſingula bona ſua quæcumque in quavis ſpecie conſiſtentia obligat, & tenore præſentium aſtringit. Item eſt ulterius actum hoc per pactum validum & expreſſum; quod Primogenitus ex præfatis Dominis Marchione & Margarita ſponſatis præmiſſis de hujusmodi Matrimonio procreandus ſuccedere debeat in dicto Marchionatu ſecundum bonos uſus & Conſuetudines in talibus obſervatos. De quibus omnibus ſupernominati contrahentes per nos dictos Notarios Secretariosque inferius nominatos fieri juſſerunt pariter & requiſiverunt ad opus cujusliber partium unum & plura ſi opus fuerit tenoris ejusdem publica Inſtrumenta corrigenda, etiam reficienda ſi opus ſit ipſis in judicio vel ne productis Peritorum conſilio & dictamine, facti tamen ſubſtantia in aliquo non mutata. Acta & data fuerunt præmiſſa univerſa & ſingula in Caſtro Chamberiaci, videlicet in Camera in qua præfatus Illuſtriſſimus D. noſter Dux Sabaudiæ pernoctare ſolet; die ſecunda Julii, anno ſalutiferæ Nativitatis Chriſti currente milleſimo quater centeſimo quinquageſimo quarto, indictione ſecunda, cum eodem anno ſumptæ ubi Teſtes ad præmiſſa omnia & ſingula fuerunt præſentes vocatique ſpecialiter & rogati; videlicet: Illuſtr. D. Amedeus de Sabaudia Primo-natus Pedemontium Princeps, nec non Ludovicus de Sabaudia Comes Gebennenſis ſecundo-genitus præfati Illuſtriſſ. D. noſtri Sabaudiæ Ducis; & Petrus de Borbonio, Ludovicus de Gabillone, ac Reverendus in Chriſto Pater D. Bernardus de Carreto ex Marchionibus Savonæ, Abbas Sancti Quintini Diœceſis Savonenſis Decretorum Doctor, Spectabilisque Jacobus de Balma Albertamenti, Petrus de Balma Rappis Domini, Joannes de Montelupello, Dominus Chaudagnæ Guillelmus de Viriaco Præſidens Computorum Milites, ac Nobiles & egregii Scutiferi Joannes de Sancto Georgio, Guidetus de Sancto Georgio ex Comitibus Blandratæ, Georgius & Ludovicus ex Comitibus Valberguæ.

LXXIII.

Contractus matrimonii initus inter Ludovicum de Sabaudia, Comitem Gebennenſem & Carolinam de Cypro, Principiſſam Antiochiæ, d. d. 10. Octobr. An. 1458.

EN nom de noſtre Seigneur, de ſa Glorieuſe Mere, & de toute la Court Celeſtiel, s'enſuivent les Chapitres faiz touchant le Traittié de Mariage entre Tres-haulte & Puiſſante Dame Charlotte Fille du Roy de Chypres, Princeſſe d'Antioche; & Tres-hault & Puiſſant Prince Monſeigneur Loys de Savoye Comte de Geneve, Fils de Tres-haut & Tres-excellent Prince Monſeigneur le Duc de Savoye, de Chablais, & d'Aouſte, &c.

Premierement, pour l'accompliſſement du Mariage deſſusdit, Magnifiques & Puiſſans Seigneurs Meſſeigneurs Janus de Montolif, Mareſchal de Chypres, & Oddet Boſſat, Gouverneur de madite Dame la Princeſſe, Chivaliers, Ambaſſadeurs & Procureurs eſpeciaulx

Digitized by Google

à ce Deputés par lesdits Roy & Princesse, comme il s'appert deuëment par Lettres autentiques, des maintenant par parolles de present, promettent au nom que dessus pour leurs serement sur les saints Evangiles & sur l'obligation de tous leurs biens, que ladite Princesse prend & prendra pour son loyal & vray Espoux & Mary selon le commandement de Sainte Mere Eglise, & ensuivant & moyennant les dispensations a ce opportunes, mondit Seigneur de Geneve de maintenant par parolles de present, de l'autorité & exprés consentement de mondit Seigneur le Duc son Pere, & ledit Seigneur de Geneve prendra & prend pour sa vraye & loyale Epouse ladite Princesse d'Antioche.

Item, que lesdits Ambassadeurs & Procureurs comme dessus, pour contemplation dudit Mariage de maintenant, & par vertu de la puissance sur ce a eux donnée, donnent a mondit Seigneur de Geneve pour luy, ses hoirs & Successeurs descendant de madite Dame la Princesse, les tiltres & preeminences de ladite Principauté d'Antioche, & promettent de faire ratifier à la Majesté du Roy de Chypre, aprés ce qu'ils seront arrivés en Chypres.

Item, que estant arrivé mondit Seigneur de Geneve en Chypres, seront tenus lesdits Contrahants d'accomplir & consomer ledit Mariage; & cependant promettent non avoir fait fere, ne procurer estre faicte chose, pour laquelle ledit Mariage se puisse dissolvir ne empescher.

Item, mesdits Seigneurs Ambassadeurs, & Procureurs au nom que dessus, des maintenant constituissent, & donnent pour & en nom de Mariage & de dote à mondit Seigneur de Geneve les Chasteaux, Villes, Vassaulx, & autres biens cy-aprés declairés & specifiés, les queulx promettent comme dessus fere valoir de revenuë annuele tant en vivres comme autre Princes & rentes selon la coustume de la secrete Royal, la somme de six mille Ducats; & en outre luy constituissent en nom de dote tout, ce que le Roy a donné & peut avoir donné à madite Dame la Princesse de puis la mort de la Royne sa Mere, lesquels Places & Chasteaulx tiendra & sera tenu de tenir mondit Seigneur de Geneve, selon l'usaige du Pays, & d'en fere fidelité & homage au Roy.

Item, promettent lesdits Ambaxeurs & Procureurs pour & au nom que dessus, que sitost que mondit Seigneur de Geneve sera arrivé en Chypres, & estant consomé ledit Mariage; les Comtes, Barons, Chevaliers, Escuyers, & autres hommes liges du Royaume, viendront devers luy promettront de le tenir & recevoir en leur Roy, cas advenant que le Roy morust sans Enfans masles de loyal Mariage; & ce à cause de madite Dame la Princesse sa Femme en pact & convention que defaillant au Roy, comme dit est sans Enfans masles de loyal Mariage, & aussi madite Dame la Princesse sans Enfans (que Dieu ne veuille) ledit Royaume soit & doyet appartenir & appartienne pleinement & entierement a mondit Seigneur de Geneve reservé toutes fois tous autres droits & decisions qu'il pourroit appartenir aux autres Messieurs Enfans de Savoye nés de Madame la Ducheſſe de Savoye Fille dudit Roy de Chypres.

Item, promettent de fere bien & aultement enioyeler, en cas qu'elle ne le fust, madite Dame la Princesse selon qu'il appartient a son estat & a Fille de Roy; & en outre que tout ce, que luy a esté donné par feu Monseigneur, son Mary en quelque maniere, que ce soit & pareillement par la Reine sa Mere; doye demourer pour elle & les siens, & aprés elle cas advenant demourer a mondit Seigneur de Geneve pleinement & entierement.

Item, semblablement pour contemplation dudit Mariage, promet mondit Seigneur de Geneve, de l'authorité que dessus, de s'en aller personnellement audit Royaulme, accompagné & fourny ainsi qu'il appartement à son Estat.

Item, luy estant arrivé de par delà & consomé ledit Mariage, promet comme dessus de maintenir les assizes, coustumes & usaiges dudit Royaume, & de non venir au contraire d'icelles, ains tenir & observer toutes confederations, alliances & promesses, que ledit Roy & ses Predecesseurs ont eu cy-devant, & mesmement avecques les Venitiens & Gennois.

Item, promet mondit Seigneur de Geneve de l'autorité & consentement que dessus, les Gens qu'il menera avecque luy, c'est assavoir ceulx de quoy il sera requis par ledit Roy, promettront d'estre bons & loyaulx au Roy, durant le temps, qu'ils seront audit Royaume.

Item, pource qu'il a plusieurs charges & affaires audit Royaume, & mesmement des bonnes & grandes gagiers qui ne se peuvent bonnement racheter & mettre a point sans argent; promet mondit Seigneur de Geneve comme dessus, de fournir en Chypres les sommes, pour les employer à rachepter & recouvrer certaines rentes & revenües au prouffit du Royaume qu'il sont engagée comme dit est, en condition, que s'il advenoit que le Roy eust Enfans ou Enfant masles de loyal Mariage, que en celuy cas lesdites sommes employées à rachapter lesdites choses, doyie estre entierement renduë & restitué par le Roy en esdits Enfans à mondit Seigneur de Geneve,

Digitized by Google

Geneve, ou que lesdites choſes rachaptées devoient demourer à mondit Seign. de Geneve.

Item, en cas que madite Dame la Princeſſe deffauldroit ſans Enfans (que Dieu ne veuille) devant le Roi ſon Pere les joyaulx & Veyſelles que le Roi ſon Pere luy auroit donné deſpuis la mort de la Reine ſa Mere, doyent retourner audit Roy.

Et toutes les choſes deſſus eſcriptes promettent lesdites parties avoir fermes & eſtables, & mesmement lesdits Ambaſſadeurs & Procureurs icelle fere ratifier au Roy aprés ce que mondit Seigneur de Geneve ſera arrivé en Chypres, avec toutes autres ſubmiſſions, renonciations & autres clauſules a ce neceſſaires & opportunes. Donné à Turin, l'an de noſtre Seigneur M. CCCC. LVIII. Indiction ſixieſme, & le dixiéme jour d' Octobre; Preſens Tres-reverends Peres en Dieu & Magnifiques & Puiſſants Seigneurs Meſſeigneurs l'Archeveſque de Tharſes, Loys des Marquis de Romagnan Evesque de Turin, Aymé Provana Evesque de Nice; Henry Abbé de Filly; Loys Marquis le Saluces; Antoine des Marquis de Romagnan, Chancellier de Savoye; Loys de Savoye, Seigneur de Raconis, Mareſchal de Savoye; Aymé Comte de la Chambre; Mercurin de Reciez, Preſident de Piemont; Yblet Seigneur de Fruzaſque; Guiothin de Norés, Antoine de la Balme dit l'Aſne, Chevaliers; Michel Canal; Eſtienne Scaille, & Michel Provane Docteurs es Loix; Jaques Meynier, General de Savoye; & Pierre Buhan, Seigneur de Mirigna, Teſmoins appellés.

LXXIV.

Contractus matrimonii inter Janum de Sabaudia, Comitem Gebennenſem & Helenam de Lucemburgo concluſus, d. d. 2. Mart. An. 1465.

EN la preſence de nous Notaires & Tabellions publiques & des tesmoins cy-deſſous nommés à ce requis & ſpecialement appellès, comparant Monſieur Loys d' Avanchier Seigneur dudit Lieu, Conſeiller & Chambellan de Monſeigneur Janus de Savoye Comte de Geneve, en vertu de la charge, Ordonnance & puiſſance verbale, que ſur ſon honneur & en parolle de verité, il a affermè à luy avoir eſtè baillièe par ledit Monſeigneur Janus Comte de Geneve, à Souffiſance quant a tout ce faire, recognoiſtre & paſſer que cy-apres s' enſuit; a dit, recogneu & confeſſè, que pour parvenir au Mariage, que au plaiſir de Dieu ſe fera ſelon l' Ordonnance de Noſtre Mere Saincte Egliſe, entre ledit Monſeigneur le Comte de Geneve d' une part, & haulte & tres-Noble Demoyſelle Demoiſelle Helaine de Luxembourg, Fille de Monſeigneur le Comte de S. Pol & de feüe Dame Jehenne de Bar en ſon vivant ſa Femme, d' autre part, ils avoient enſemble par cy-apres, grand & meurs advis & deliberations ſur ce eus, tant par chacun d' eulx & leurs Seigneurs, Amys & Conſeilliers à part, comme encore eulx enſemble traictié, accordé & conclu, traictent, accordent & concluent les deviſes & conditions dudit futur Mariage eſtre telles que cy-apres ſeront declarées: premiers ledit Monſeigneur le Comte de S. Pol Conneſtable donnera, payera & deslivrera a ſadite Fille pour ſondit Mariage la ſomme de ſoixante mille Francs à payer aux termes, qui s' enſuivent; c' eſt aſſavoir en dedans la S. Remy prochainement venant la ſomme de trente cinq mil francs, dont les quinze mille ſe payeront au jour des Eſpouſailles, & le reſidu montans vingt cinq mille de la S. Remy deſſusdit en un an: aſſavoir eſt à la S. Remy an Soixante ſept. Item veſtira & habillera ladite Demoyſelle ſa Fille ainſi que a ſon eſtat appartient, luy doura auſſy deux Chambres de Tapiſſerie telle qu' il luy plaira, & de la Veſſelle d' argent pour l' eſtat d' elle comme à ſa Fille, ainſi qu' il luy venra à plaiſir, & moyenant ce madite Demoyſelle Helaine a renoncé & renoncera au proffit de mondit Seigneur ſon Pere ou de ſon Commis, tel qu' il luy plaira, quand ou en quel temps, que bon luy ſemblera de nommer & eslire, à toute la ſucceſſion, heritage, droit de Quint & Requint, mobiliaire & immobiliaire, qui luy eſt & peut eſtre eſcheue par le treſpas de Madame ſadite Mere; & qui ſemblablement luy pourroient eſcheyr cy apres par le treſpas de mondit Seigneur ſon Pere, & auſſi tous autres Dons de meubles & immeubles que luy ont & peuvent avoir eſté faits par cy devant, tant par iceux Seigneur & Dame ſes Pere & Mere, comme par autres, pour de tout ce diſpoſer au bon plaiſir & volenté de mondit Seigneur ſon Pere, pour icelle diſpoſition ſortir effect dés le vivant du deſſusdit Monſeigneur ſon Pere, ou apres ſondit trepas; & pour tout ce ſolemnellement recognoit paſſer par tout ià ou il appartiendra mondit Seigneur le Comte de Geneve & madite Demoyſelle apres le Mariage conſommé ſeront tenus delivrer Procuration eſpeciale au Los du Conſeil de mondit Seigneur de Saint Pol, portant ratification de la diſpoſition telle que madite Demoyſelle ara faite, ou volra faire & pouiſſance pour l' entretenement de faire rappors, deſmiſſions, deſſaiſines, promeſſes de garantir, & autres tels devoirs en juſtice que meſtier ſera ſelon l' uſage & Stil des lieux ou les heritages biens meubles & immeubles, eſquels madite Demoyſelle euſt peu avoir ou pourroit avoir droit par les moyens

Digitized by Google

ANno Domini milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſexta cum eodem Anno ſumpta, die vero decima menſis Aprilis, hujus præſentis Inſtrumenti tenore cunctis fiat manifeſtum. Quod cum pro conſervatione amoris, fœderis & Amicitiæ ac manutentione ſtatus Inclytæ Domus Sabaudiæ, proque utilitate & quiete Reipublicæ & Subditorum totius Patriæ tractatum fuerit de Sponſaliis & Matrimonio contrahendis inter Illuſtrem Dominum Carolum de Sabaudia ſecundo-genitum fœlicis recordiæ Illuſtriſſimi Pfincipis Domini noſtri metuendiſſimi Amadei Ducis Sabaudiæ nuper defuncti ex Illuſtriſſima Principiſſa Domina noſtra metuendiſſima Domina Yoland primogenita & Sorore Sereniſſimorum Chriſtianiſſimorumque Franciæ Regum Duciſſa Sabaudiæ, ejus quondam Conjuge ſuſceptum ex una parte, & Illuſtrem Domicellam Loyſiam de Sabaudia primogenitam Illuſtris Principis Domini noſtri Janus de Sabaudia Comitis Gebennarum Baronis Foucigniaci & Bellifortis ac Uginæ Fabricarum & de Gordanis Domini, ex Illuſtri Domina Helena de Lucemburgo Comitiſſa Gebennarum ejus Conjuge, habitam ex alia parte; Hinc eſt, quod in noſtrum Humberti Grueti & Petri de Thuriaco Notariorum publicorum Ducalium-que Sabaudiæ & præfati Domini noſtri Comitis Secretariorum ac Subnominatorum Teſtium præſentia conſtituti perſonaliter & exiſtentes propter infraſcripta peragenda præfatus Illuſtris Dominus noſter Dominus Janus Comes Gebennarum agens in hac parte ſuo & dictæ Illuſtris filiæ ſuæ nominibus hinc; nec non ſpectabilis & potens Vir Antonius de Orliato Dominus Sancti Innocentii, Gubernatorque Niciæ, & Terræ Provinciæ ſibi adjacentis, ac Reverendus Dominus Anton. Lamberti Decretorum Doctor, Decanusque Sabaudiæ ac Cantor Eccleſiæ Gebenn. Ambaſſiatores & Procuratores ad hæc deputati per ſupranominatam Illuſt. Principiſſam Dominam noſtram Duciſſam Sabaudiæ agentem equidem in hac parte ſuo & Illuſtris Domini Caroli ejus filii nominibus inde de ſuo Procuratorio hujusmodi edocentes litteris patentibus ab ipſa Domina noſtra emanatis datis Vercellis die tertia menſis hujus Aprilis qui quidem Ill. Dominus noſter Comes ac Ambaſſiatores & Procuratores Procuratorio nomine ejusdem Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ inſequendo voluntatem illius ac formam Ambaſſiatæ eis commiſſæ vigore & prætextu facultatis attributæ gratis & eorum ſpontaneis voluntatibus contraxerunt & contrahunt ad invicem ſponſalia pro & nomine dictorum Illuſtrium Caroli & Loyſiæ abſentium ſingula ſingulis debite referendo. Promittentes ipſe Domini Ambaſſiatores & Procuratores per Juramenta ſua ſuper Sanctis Dei Evangeliis corporaliter præſtita in animam ejusdem Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ Duciſſæ, ac ſub obligatione expreſſa & hypotheca omnium & ſingulorum bonorum mobilium & immobilium ipſius Dominæ Dotalitii ſeu Douarii, Parafernalium & Adventitiorum omniumque Jurium & actionum ſuarum præſentium & futurorum quoruncunque procurare cum effectu & ſine defectu; quod præfatus Illuſtris Dominus noſter Carolus de Sabaudia quam primum ad annos devenerit pubertatis, accipiet in ejus Uxorem & Sponſam legitimam præfatam Illuſtrem Domicellam Loyſiam de Sabaudia, ipſamque in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabit, & cum ea contrahet Matrimonium, & prælibatus Illuſtris Dominus noſter Gebennarum pro ſe & ſuis Hæredibus & Succeſſoribus quibuscunque promittit per juramentum ſuum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtitum, & ſub expreſſa obligatione & hypotheca omnium & ſingulorum bonorum ſuorum mobilium & immobilium, præſentium & futurorum quorumcunque ſimiliter procurare cum effectu & ſine defectu; quod prælibata Illuſtris Domicella Loyſia ejus Filia accipiet in ejus Virum & Sponſum legitimum, ac in facie Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſabit præfatum Illuſtrem Dominum Carolum, quamprimum ad annos pervenerit pubertatis & cum ipſo matrimonium contrahet. Quibus ſic actis ipſe Illuſtris Dominus Janus de Sabaudia Comes præfatus conſideratione & contemplatione hujusmodi Sponſaliorum & Matrimonii contrahendi pro ſe & ſuis prædictis dat, donat & conſtituit prælibato Illuſtri Domino noſtro Carolo, licet abſenti, nobis tamen Notariis publicis ſupra nominatis ſtipulantibus & recipientibus vice, nomine & ad opus ejusdem Domini noſtri Caroli ſuorumque Hæredum & Succeſſorum quorumcumque, ac omnium & ſingulorum quorum intereſt, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum in dotem pro dote nomi-

Digitized by Google

neque & ex cauſa dotis præfatæ Illuſtris Loyſiæ ejus filiæ videlicet quinquaginta millia florenorum auri parvi ponderis valente quolibet floreno duodecim denarios groſſæ monetæ in Patria Sabaudiæ curſalis, & ulterius prælibata Illuſtris Domina noſtra Domina Helena de Lucemburgo Comitiſſa Gebennarum ibidem præſens & ad infra ſcripta peragenda in noſtrum Notariorum prædictorum & Teſtium ſubnominatorum præſentia perſonaliter conſtituta gratis & ejus ſpontanea voluntate pro ſe & ſuis Hæredibus & Succeſſoribus quibuscumque, de authoritate tamen, licentia & Conſenſu prælibati Illuſtris Domini noſtri Comitis ejus Viri ibidem præſentis & authoritatem præbentis contemplatione equidem prænarratorum Sponſalitiorum & Matrimonii futuri, Dat, donat & conſtituit præfato Illuſtri Domino Carolo, licet abſenti ut ſupra, nobis tamen dictis Notariis, ut præmittitur ſtipulantibus in dotem & nomine dotis ſeu pro melioramento ipſius dotis præfatæ Illuſtris Domicellæ Loyſiæ ejus filiæ, videlicet decem millia florenorum auri parvi ponderis & valoris prædictorum, ſolvendos per ejus hæredes poſt ipſius Dominæ conſtituendis deceſſum bona ſua quæcumque præſentia & futura, mobilia, immobilia, juraque & actiones propter ea obligando & hypothecando. Et viceverſa prælibati Domini Ambaſſiatores & Procuratores procuratorio nomine præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Dominæ Duciſſæ Sabaudiæ agentis ſuo & dicti ejus Filii Illuſtris nominibus dictorum Matrimonii & Sponſaliciorum contemplatione gratis & Spontanee pro ipſa Illuſtr. Domina noſtra Duciſſa, ſuisque Hæredibus & Succeſſoribus univerſis, dant donant & conſtituunt eidem Illuſtri Domicellæ Loyſiæ, licet abſenti, prælibato Illuſtri Domino noſtro Comite ejus genitore & nobis Notariis prædictis ſtipulantibus & recipientibus ad opus ejusdem & ſuorum Hæredum & Succeſſorum quorumcumque ac omnium aliorum quorum intereſt & intererit, aut intereſſe poterit in futurum, in & pro Dotalitio ſeu Douario ejusdem Illuſtris Domicellæ videlicet quinque millia florenorum annualium auri & Valoris prædictorum percipiendorum & levandorum per ipſam Illuſtrem Domicellam ſingulis annis ejus vita naturali durante dumtaxat, & hoc in caſu quo contigeret ipſum Illuſtrem Dominum Carolum celebrato & conſummato prius dicto matrimonio ab humanis decedere, ante prænominatam Illuſtrem Domicellam Loyſiam, ſive ſuperſint ab eisdem liberi Communes, ſive non ſive exinde tranſeat ad ſecunda vota, ſive non. Quos quinque mille florenos annuales dotalitii prænominati Domini Ambaſſiatores & Procuratores procuratorio nomine prædicto promittunt juramentis ſuis præſtitis in animam prælibatæ Illuſtriſſimæ Dominæ noſtræ Duciſſæ, ac ſub obligatione & hypotheca conſimilibus prædictis aſſignare, imponere & aſſetare, ſeu aſſignari, imponi & aſſetari facere ſufficienter eidem Illuſtri Domicellæ in & ſuper bonis & ſufficientibus redditibus, & demanio tantum, aut plus annuali in revenuta valentibus & hoc infra tempus ſolemnizationis dicti Matrimonii prædictionatasque dotium quantitates eidem Illuſtri Domicellæ Loyſiæ, aut ſuis, in omni caſu reſtitutionis dotis reſtituere, videlicet per Terminos & Solutiones conſimiles, quibus ut ſupra ſolvi fuerunt ordinatæ, videlicet ſoluto Matrimonio quindecim millia florenorum & ſingulis annis ſequentibus quatuor millia florenorum, usque ad complementum dictarum quantitatum dotalium. Promittentes inſuper præfati Domini Ambaſſiatores & Procuratores procuratorio nomine prædicto tradere & expedire infra tempus ſolemnizationis & celebrationis dicti Matrimonii eidem Illuſtri Domino Carolo, licet abſenti, nobis dictis Notariis, pro eodem ut ſupra, ſtipulantibus & recipientibus Demanium ſeu Chevanciam ſufficientes, illamque & illa facere valere in revenuta annuali & perpetua ſummam duodecim millium florenorum annualium, præmiſſaque omnia & ſingula ratificari facere per eandem Illuſtriſſimam Dominam noſtram Duciſſam quàm primum ſuper hoc fuerint requiſiti. Qua ratificatione facta ipſi Domini Ambaſſiatores & Procuratores ſint liberati ab omni obligatione ſupra & infraſcripta. Promittentes ipſæ Partes prænominatæ jam dictis nominibus & ipſarum quælibet quantum eam concernit juramentis & obligationibus ſuis prædictis præmiſſa omnia & ſingula obſervare, tenere attendere & complere inviolabiliter & nunquam contra facere, dicere vel venire ſeu contravenire volenti in aliquo conſentire clam, palam, tacite, vel expreſſe quovis exquiſito colore. De quibus præmiſſis prælibatus Illuſtris Dominus noſter Comes juſſit; dicti vero Ambaſſiatores & Procuratores requiſierunt per nos Notarios prænominatos ſibi fieri duo ejusdem ſubſtantiæ publica Inſtrumenta ad opus cujuslibet Partis unum, & tot, quot fuerint neceſſaria. Acta fuerunt hæc in Caſtro Anneſſiaci in Camera exiſtente ſupra Gallerias ſuper putheum ejusdem Caſtri, præſentibus Magnifico Bernardo Domino Menthonis, ſpectabilibusque Dominis Bertrando de Derea Præſidente Gebennarum, & Nicodo de Menthone Domino Montiſtroterii Milite, nec non Nobilibus & Potentibus Viris Claudio de Menthone Domino Ruppisfortis, Guillermo

Digitized by Google

lermo de Forax Magistro Hospitii, Claudio de Avanchiaco Guillermo de Gorrerod, & Thoma Lamberti Clavario & ex Receptoribus computorum Gebenn. testibus ad hæc vocatis adstantibus & rogatis. Signatum *Gruet* & de *Thuriaco*.

LXXXVII.

Breve Sixti P. P. IV. ad Philibertum, Sabaudiæ ducem, cum ipsi gladium atque pileum a se consecratos transmitteret, d. d. 25. Decembr. An. 1474.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Solent Romani Pontifices in præclara Natalis Domini celebritate, Christianissimo, ac Clarissimo alicui Principi ornatum ensem destinare, quæ res profecto non caret mysterio. Unigenitus namque Dei filius, ut humanam naturam suo reconciliaret Authori, eam assumere dignatus est, ut inventor mortis Diabolus, per ipsam, quam vicerat vinceretur, quæ quidem victoria per ensem congrue designatur; fuerunt insuper infideles Arriani, qui non veriti sunt Dei filium, puram Creaturam affirmare; cum tamen hodierni Evangelii Scriptura testetur Deum omnia fecisse per verbum; Largitur igitur præsenti die Maximus Pontifex ensem Dei, infinitam potentiam signantem in Christo Deo vero, Patrique æquali & vero homine residentem, per quem facta sunt omnia, juxta Davidicum illud: Tui sunt coeli, & tua est terra, Orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundasti, Aquilonem, & mare tu creasti. Sedes denique Dei, Apostolica videlicet Sedes a Christo suum sumpsit stabilimentum ex tuncque præparata, Dei justo judicio prævio, atque justitia, quibus Salvator ipse noster Jesus, verus Deus, & Homo profligavit sedis ipsius adversarios, Hæreticos videlicet & Tyrannos, juxta id quoque propheticum. Justitia, & Judicium præparatio sedis tuæ: quæ omnia per ornatum Pontificis ensem mystice figurantur. Ergo volentes, ut æquum est approbatas Sanctorum Patrum consuetudines observare, statuimus Te Principem Catholicum, sanctæque Sedis a Deo utrumque gladium habentem, filium devotissimum hoc nostro præclaro munere insignire, nec non Te hoc pileo in signum muniminis & defensionis adversus inimicos fidei, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ protegere. Firmetur igitur manus Tua contra hostes sanctæ Sedis, & exaltetur dextera tua, eos veluti ipsius assiduus, intrepidusque propugnator de Terra delendo, & armetur, caput tuum Dei protectione adversus eos, quos jam Dei Justitia, atque judicium Romanæ Sanctæ Ecclesiæ & Apostolicæ ad æternam damnationem præparavit. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Decembris M. CCCC. LXXIV. Pontificatus nostri anno tertio.

Grifus.

LXXXVIII.

Contractus matrimonii inter Fridericum, Aragoniæ Principem & Annam de Sabaudia initus, d. d. 1. Septemb. An. 1478.

In Dei nomine Amen.

Pateat universis quod inter Christianissimum & Excellentissimum Principem & Dominum Ludovicum DEi gratia Francorum Regem ex una parte, & Serenissimum ac Illustrissimum Principem & Dominum Ferdinandum Dei gratia Regem Siciliæ, Hierusalem & Hungariæ, seu Magistros Anthonium de Alexandro utriusque Juris Doctorem, Thomasium Tacqui, & Lancelotum Macedonum Milites, Oratores & Procuratores ipsius Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ, prout de eorum mandato & procuratione constat per Litteras patentes ipsius Serenissimi Domini Regis Siciliæ, ejus manu subscriptas, & sigillo pendenti sigillatas, quarum tenor de verbo ad verbum inferius in fine presentis Instrumenti inseretur, agentes, & intervenientes, Procuratores ipsos ad subscripta omnia & eorum singula Procuratorio nomine, & pro Parte ipsius Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ ex parte altera, infrascripta Capitula Matrimonialia, Conventiones, & Pacta fuerunt inita, firmata & jurata ac vallata solemnibus Stipulationibus per utramque Partem hinc inde interpositis, & ad singula Capitula repetitis super Matrimonio (concedente Domino) feliciter contrahendo inter Illustrissimum Dominum Dom. Fredericum ejusdem Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ Filium secundo genitum & Illustrissimam Madamisellam Annam de Sabaudia, dicti Christianissimi Domini Ludovici Regis Francorum Neptem ex Sorore, ac Filiam Illustrisfimi quondam Domini Amedei Ducis Sabaudiæ, & Illustrissimæ Dominæ Jolandæ Ducissæ Sabaudiæ, ejusdem Christianissimi Domini Regis Francorum Sororis. Videlicet inprimis præfatus Dominus Christianissimus Ludovicus Francorum Rex promisit supradictis Antonio de Alexandro, Thomasio Tacqui, & Lanceloto Macedono Oratoribus & Procuratoribus recipientibus, & stipulantibus procuratorio nomine, & pro parte jam Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ, se ipsum Christianissimum Dominum Ludovicum Francorum Regem curaturum, & facturum modis omnibus & cum effectu quod prænominata Illustrissima Damisella Anna de Sabaudia sua Neptis, scilicet Filia Illustrissimæ Dominæ Ducissæ Sabaudiæ ipsius Christianissimi Domini Regis Sororis ad omnem requisitionem dicti Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ, seu præfati Illustrissimi Domini Domini Frederici, eundem Illustrissimum Dominum Dom. Fredericum in suum verum, & legitimum Virum,

rum, & Maritum accipiet, ac cum ipso Illustrissimo Domino Dom. Frederico præsente, vel per medium sui legitimi Procuratoris, ipsa Illustrissima Damisella Anna solemniter & legitime Matrimonium contrahet per verba apta, & congrua mutuum consensum exprimentia de præsenti, & successive Matrimonium prædictum, ipsa Illustrissima Damisella Anna cum eodem Illustrissimo Domino Frederico per carnis Copulam consummabit secundum usum, & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in talibus observatum. Et e converso præfati Antonius de Alexandro, Thomasius Tacqui, & Lancelotus Macedonus Procuratores videlicet dicti Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ Procuratorio nomine, & pro parte ipsius Serenissimi Regis Siciliæ eorum principalis, promiserunt dicto Christianissimo Domino Ludovico Regi Francorum recipienti, & stipulanti, se ipsos Anthonium, Thomasium & Lancelotum Procuratorio nomine quo supra, & præfatum Serenissimum Dominum Ferdinandum Regem Siciliæ eorum principalem curaturos, & facturos modis omnibus & cum effectu quod præfatus Illustrissimus Dominus Dominus Fredericus ejusdem Serenissimi Domini Ferdinandi Regis Siciliæ Filius secundogenitus, ad omnem requisitionem dicti Christianissimi Domini Ludovici Regis Francorum eandem Illustrissimam Damisellam Annam de Sabaudia in suam veram, & legitimam uxorem accipiet, ac cum ipsa Illustrissima Damisella Anna de Sabaudia idem Illustrissimus Dominus Fridericus solemniter legitimum Matrimonium contrahet per verba apta & congrua, mutuum consensum exprimentia de presenti, & successive Matrimonium prædictum ipse Illustrissimus Dominus Fridericus cum eadem Illustrissima Damisella Anna per carnem consummabit secundum usum & Consuetudinem Sacro-Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in talibus observatum. Item præfatus Christianissimus Dominus Ludovicus Rex Francorum dictis Anthonio, Thomasio Lanceloto recipientibus, & stipulantibus Procuratorio nomine quo supra promisit dare & assignare dicto Illustrissimo Domino Frederico in dote, & pro dote Damisellæ Illustrissimæ Annæ contemplatione dicti Matrimonii unum Statum consistentem in Vassallis, Terris, Castris & Locis iniis Regnis ipsius Christianissimi Regis Francorum cum titulo Comitatus, qui sit Valoris, & redditus Anno quolibet duodecim mille Francorum monetæ hujus Regni Franciæ cum pacto solemni stipulatione vallato, quod cumprimum inter ipsum Christianissimum Dominum Ludovicum Francorum Regem ex una parte, & Serenissimos Dominos Reges Aragonum & Castellæ firmari contingat concordiam per quam Comitatus Rosilionis, & Ceritaniæ sint apud ipsum Christianissimum Dominum Regem Francorum remansuri, ipse Christianissimus Dominus Ludovicus Rex Francorum teneatur & ita promisit dictis Procuratoribus stipulantibus quo supra nomine dare, & assignare dicto Illustrissimo Domino, Domino, Frederico, prefatos Comitatus Rossilionis, & Ceritaniæ cum omnibus juribus rationibus & pertinentiis eorum tenendos quidem Comitatus ipsos in dotem, & pro dote dictæ Illustrissimæ Dominæ Annæ, Uxoris suæ, & eo casu præfatus Illustrissimus Dominus Dom. Fredericus teneatur & debeat restituere ipsi Christianissimo Francorum Regi prædictum Statum quem de præsenti recepit, intelligendo semper in quemcunque supradictorum casuum, quod dictus Illustrissimus Dom. Fredericus teneatur & debeat præstare, & facere homagium ipsi Christianissimo Domino Francorum Regi, & suis Successoribus pro dictis Statibus secundum usum & consuetudinem dicti Regni Francia, & secundum quod alii Nobiles tenentes in partibus Regni Franciæ consueverunt, & tenentur facere, & similiter gaudeat Privilegio aliorum Parium dicti Franciæ Regni juxta qualitatem status quem ipse Illustrissimus Dominus Fredericus recipiet, & prout præstant, & faciunt alii tenentes Comitatus in Regnis ipsius Christianissimi Regis Francorum, & si placuerit præfato Illustrissimo Domino Frederico ante concordiam supra dicto modo cum dictis Serenissimis Dominis Regibus Aragonum, vel Castellæ firmatam, dictos Comitatus Rosilionis, & Ceritaniæ accipere & præstare & facere pro illis homagium eidem Christianissimo Domino Francorum Regi modo quo supra dictum est eo casu dictus Christianissimus Dominus Ludovicus Francorum Rex contentus extitit, & ita promisit dictis Procuratoribus nomine quo supra stipulantibus dare, & assignare eidem Illustr. Domino Frederico dictos Comitatus Rosilionis & Ceritaniæ, & recuperare Statum qui de præsenti eidem Illustr. Domino Frederico assignabitur, Intelligendo semper quod idem Illustr. Dominus Fredericus in recuperatione dictorum Comitatuum Rosilionis & Ceritaniæ debeat præstare, & facere pro illis homagium ipsi Christianissimo Dom. Regi Francorum & Successoribus ut supra dictum est. Item præfatus Christianissimus Dominus Ludovicus Francorum Rex promisit jam dictis Procuratoribus recipientibus & stipulantibus quo supra nomine, quod si contingat fieri aut firmari concordiam inter ipsum Christianissimum Dominum Regem & Reges Aragonum, aut Castellæ, per quam Concordiam dicti Comitatus remaneant loco pignoris apud ipsum Christianissimum Dominum Regem pro aliqua pecuniarum quantitate, qua soluta veniant iidem dictis Regibus Aragonum vel Castellæ restituendi; tunc & eo casu (si placuerit eidem Domino, Domino Frederico, quod ille quantitates pecuniarum in quibus erit declaratus creditor, ut idem Christianissimus Rex Francorum convertantur in dotem & pro dote Illustrissimæ Damisellæ Annæ) ipse Christianissimus Rex Francorum assignabit jam dicto Illustrissimo Domino Frederico Comitatus Rosilionis & Ceritaniæ, tenendo in pignus & loco pignoris usque ad recuperationem & satisfactionem dictarum pecuniarum. Quos quidem Comitatus Rosilionis & Ceritaniæ dictus Illustrissimus Dominus Fredericus debeat tenere illis modo & forma quibus (secundum formam

dictæ

Digitized by Google

dictæ Concordiæ) per ipsum Christianissimum Dominum Regem Francorum tenendi essent, & eo casu dictus Illustrissimus Dominus Fredericus restituere debeat eidem Christianissimo Domino Regi Francorum illum Statum, quem de præsenti recipiet, & teneatur præstare homagium Domino Regi Francorum, & fidelitatem pro Comitatibus ipsis, tenendis usque ad solutionem debiti, soluto vero debito, sit liber à juramento & pecuniæ exigendæ ab ipsis Aragonum, & Castellæ debeant conservari ad ordinem Domini Regis Francorum pro emendis Terris & Statu pro dote ipsius Damisellæ Annæ, pro quo Statu emendo ipse Illustrissimus Dominus Fredericus faciet homagium dicto Domino Regi in plena forma ut supra dictum est. Item prefatus Christianissimus Dominus Ludovicus Rex Francorum promisit dictis Antonio Thomasio & Lanceloto Procuratoribus recipientibus & stipulantibus dictam dotem (modo quo supra consistentem) tradere & assignare predicto Illustrissimo Domino Frederico in infra scripto, pacto & conditione videlicet, quod si casu contingat dictum Matrimonium dissolvi per obitum dictæ Illustrissimæ Damisellæ Annæ superstite dicto Illustrissimo Domino Frederico, tali casu existentibus Filiis ex dicto Matrimonio, ipse Illustrissimus Dominus Fredericus durante vita sua, remaneat Dominus dictæ dotis, seu dicti Status, qui pro dote ipsa assignabitur, & post mortem suam deveniat ad filios seu filias dicti Matrimonii. Si vero ex dicto Matrimonio non remanserint Filii, tunc ipse Illustrissimus Dominus Fredericus remaneat integraliter Dominus dictæ dotis, & dicti Status, & accipiendo deinde aliam Uxorem, & procreando filios dictus Status remaneat apud ipsum Illustrissimum Dominum Fredericum, & ejus Filios ex secundo Matrimonio procreandos, & in casu quo ipse Dominus Fredericus moriatur, dictus Status revertatur ad Coronam Regni Franciæ, & è converso præfatus Antonius, Thomasius & Lancelotus Oratores, & Procuratores quo supra nomine promiserunt eidem Christianissimo Domino Regi Francorum recipienti & stipulanti constituere quod præfatus Illustrissimus Dominus Fredericus constituit præfatæ Madamisellæ Annæ Uxori suæ dotarium condecens habito respectu ad quantitatem dotis quam recipiet, quod dotarium constitui debeat secundum usum Baronum, Comitum, & Magnatum Regni Franciæ, & debeat dotarium ipsum assecurari super bonis & statu ipsius Illustrissimi Domini Frederici emendis ex illis ducentum mille Ducatis quos dictus Serenissimus Dominus Ferdinandus Rex Siciliæ donare intendit ipsi Illustrissimo Domino Frederico Filio suo, & ad majorem cautelam dictus Serenissimus Dominus Rex Siciliæ Pater ipsius Illustrissimi Domini Frederici obligat se ad dictum dotarium, & suos Hæredes, & Successores Item præfati Antonius, Thomasius & Lancelotus Oratores & Procuratores quo supra nomine jam dicto Christianissimo Domino Regi Francorum recipienti & stipulanti promiserunt quod ipse Serenissimus Dominus Ferdinandus Rex Siciliæ donabit & donationis titulo irrevocabiliter inter vivos dabit, & solvet dicto Illustrissimo Domino Frederico Filio suo Ducatos ducentum mille seu illorum valorem in iis terminis, videlicet in continenti in adventu ipsius Illustrissimi Domini Frederici ad ipsum Christianissimum Regem Ducatos triginta mille, & deinde in antea anno quolibet Ducatos triginta mille usque ad integram satisfactionem dictorum Ducatorum ducentum mille, qui ducentum mille Ducati converti debeant ad emptionem Terrarum, & Status pro proprio Patrimonio ipsius Ill. Domini Frederici, quæ quantitates pecuniarum deponi debeant, & conservari quolibet Anno, & securo in loco in hoc regno Franciæ, ut converti possint in emptionem prædictam. Et quoniam dictus Christianissimus Rex Francorum prætendit dictos ducentum mille Ducatos debere esse aureos, dicti vero Oratores dicunt præfatum Serenissimum Dominum Regem Siciliæ intellexisse de Ducatis currentibus in dicto regno Siciliæ, scilicet ad rationem Carlinorum Liliatorum, decem pro quolibet Ducato, qui valent unum scutum auri monetæ Regni Franciæ; conventum & accordatum est, inter Partes prædictas, quod de valore prædictorum Ducatorum ducentum mille stari debeat voluntati, & declarationi ipsius Serenissimi Regis Siciliæ, & demum pro majori firmitate & securitate dicti Matrimonii contrahendi quælibet Partium prædictarum, una scilicet alteri, & altera alteri, videlicet præfatus Christianissimus Dominus Ludovicus Rex Francorum dicto Serenissimo Domino Ferdinando Regi Siciliæ, & præfatis Antonio, Thomasio, & Lanceloto Procuratoribus quo supra nomine, & præfati Procuratores ipsi Christianissimo Domino Domino Ludovico Regi Francorum confessi fuerunt ad invicem, & in veritatis testimonio recognoverunt recepisse, & manualiter habuisse quælibet ipsarum Partium ab altera pro arrhis dicti Matrimonii contrahendi Ducatos auri centum mille tenendos, ut prædicitur, per quamlibet ipsarum partium arrharum nomine, & pro arrhis dicti Matrimonii & restituendos quadruplatos per illam ipsarum Partium per quam steterit quin dictum Matrimonium contrahatur, & ad effectum deducatur, & ita Partes ipsæ ad invicem sibi ipsis quo supra nomine legitime stipulantibus promiserunt. Quæ quidem supra inserta Capitula, & ipsorum quodlibet ac omnia & singula contenta in eis prænominatæ Partes, & quælibet ipsarum sibi ipsi invicem una videlicet alteri, & altera alteri, quibus supra nominibus, recipienti & stipulanti, & nobis infra scriptis Notariis tanquam personis publicis ab ipsis Partibus, & earum qualibet pro omnibus quorum interest aut interesse poterit quomodolibet, in futurum, prædicta, & infrascripta omnia solemniter & legitime stipulantibus spoponderunt, & promiserunt, prout ad quamlibet ipsarum Partium spectat, & pertinet omni futuro tempore attendere, observare, & adimplere, & in nullo contrafacere, dicere, opponere, vel venire, directe vel indirecte, aut per interpositam personam ad pœnam, & sub pœna Ducatorum quingentorum millia per

Digitized by Google

Partem contra facientem, aut modo quocumque prædicta, vel eorum aliquod non implentem alteri Parti indiminute, & integre persolvendam, quam Pœnam Partes prædictæ sibi ipsis quo supra nomine & nos prædicti, & infra scripti Notarii tanquam publicæ personæ pro omnibus quorum interest aut interesse poterit, in futurum fuimus legitime stipulati: Quæ pœna toties committatur, petatur, & exigatur cum effectu quoties fuerit contraventum, ipsaque exacta vel non exacta, soluta vel non soluta, aut gratiose remissa, nihilominus prædicta Capitula, & præsens Instrumentum reassumptum, cum omnibus & singulis contentis in eis, in suo semper robore & efficacia perseverent. Rato semper manente pacto & cum integra refectione omnium, & singulorum damnorum, interesse & impensarum quæ per adversam Partem prædicta observantem & in pactis ipsis persistentem fierent propterea quoquomodo in judicio sive extra de quibus quidem damnis, expensis & Interesse credi debeat, & stari (& ita Partes ipsæ ad invicem promiserunt) simplici verbo cum juramento ipsius Partis damnum passæ, nulla alia probatione quæsita, ita quod reclamari non possit, aut reduci ad arbitrium boni viri. Quam quidem pœnam, una cum damnis, interesse, & expensis, ita ut prædicitur taxandis præfatæ Partes ad invicem promiserunt (in casu contraventionis) solvere Parisiis, Romæ, Neapoli, Avenione, Mediolani, Venetiis, & ubique locorum, & pro observandis prædictis omnibus, & eorum singulis, præfatæ Partes, & earum quælibet, sibi ad invicem, & nobis Notariis (tanquam personis publicis pro omnibus quorum interest, aut interesse poterit in futurum stipulantibus) obligaverunt & hypothecaverunt bona omnia ipsarum Partium, & cujuslibet earum mobilia & immobilia, Status, & Dominia, Regna, Provincias, Civitates, Terras, Castra & Loca, Jura & actiones, debita & nomina debitorum & alia quæcunque cujusvis vocabuli appellatione distincta, & etiam illa, quæ sine speciali pacto obligari non possunt & in generali non veniunt hypotheca: Quodque in casu contraventionis prædictorum aut alicujus ex eis licitum sit Parti alteri observanti, & a prædictis non discedenti, auctoritate propria absque alicujus Judicis, seu superioris licentia, capere & apprehendere tot, & tanta de bonis alterius Partis contrafacientis, sicut supra dicitur, hypothecatis; quod sit ei de omnibus supradictis, & de dicta pœna, damnis & interesse, ac restitutione dictarum arrharum (ut supra dicitur) quadruplatum integraliter & plenarie satisfactum; quæ bona sic (ut prædicitur) capta liceat capienti absque Decreto Judicis, aut Superioris licentia, & absque alia solemnitate quacumque a jure requisita, solum præsentis instrumenti vigore (prout sibi melius placuerit) vendere, vel aliter alienare, aut in solutum sibi retinere; quoniam sic inter Partes ipsas actum extitit, & expresse conventum, lege constitutione, ritu vel consuetudine aliqua non obstante: Quæ quidem bona sic (ut prædicitur) hypothecata, quælibet ipsarum Partium ex nunc pro tunc constituit, (in casu contraventionis) se Procuratorio nomine alterius Partis possidere quod precarium liceat Parti alteri (quandocunque sibi placuerit) revocare, & bona ipsa corporaliter apprehendere modo prædicto & renuntiaverunt Partes ipsæ, super omnibus & singulis prænarratis et promissis exceptioni doli provenientis ex proposito vel reipsa, ratione cujusvis enormis, aut enormissimæ læsionis, exceptionis vel metus, simulationis et rei sic non gestæ (ut prædictum est) pecuniæ non numeratæ vel non solutæ, exceptioni in factum, condictioni indebitæ, vel sine causa legi dicenti pœnam in contractibus non posse apponi, nec appositæ exigi ultra certum modum, Legi dicenti probationis modum non esse angustandum, vel bona hypothecata et capta non posse propria authoritate et absque decreto judicis alienari Privilegio fori scripto, et non scripto, beneficio restitutionis in integrum, et generaliter omnibus exceptionibus, juribus, privilegiis, beneficiis etiam in corpore juris clausis quibus adversis prædicta, vel aliquod prædictorum, possent modo aliquo se tueri certioratæ Partes ipsæ (ut diximus) de beneficiis ipsis et affectibus earundem et pro majori certitudine et firmitate omnium prædictorum præfatæ ambæ Partes, videlicet dictus Christianissimus Dominus Ludovicus Rex Francorum proprio nomine, et dicti Antonius, Thomasius, et Lancelotus (Procuratorio nomine quo supra) in animam dicti Serenissimi Regis Siciliæ eorum Principalis ad Sancta DEi quatuor Evangelia eorum manibus corporaliter tacta juraverunt prædicta omnia et singula vera esse et eorum quodlibet observare. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præsens publicum Instrumentum, jussu ejusdem Christianissimi Francorum Regis dictorumque Ambaxiatorum itidem petentium, confecimus in Hospitio Regis in Villagio de Landa Carnotensis Diocesis. Sub Anno Domini M. CCCC. LXXVIII. Indictione XI. die vero prima mensis Septembris, Pontificatus in Christo Patris et Domini nostri Domini Sixti divina providentia Papæ quarti Anno VIII. Præsentibus ad hæc Reverendo in Christo Patre et Domino Guillelmo de Clugny, DEi et Sanctæ Apostolicæ sedis gratia Apostolico Prothonotario, Nobilibusque Viris Dominis Ludovico Domino de Joiesu, Harduino de Mailley, Domino Castri de Mailley Guillelmo de Biche Domino de Clery Militibus Testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Signatum Ludovicus Poulain et Dionysius Themy.

LXXXIX.

Tabulæ fœderis inter Ludovicum XI. Franciæ Regem, et Phlippum de Sabaudia constituti, d. d. 13. Septembr. An. 1478.

COmme au mois de Mars dernier passé, Monsieur Philippe, Comte de Baugé, Seigneur de Bresse, du Revermont, de Dombes, et de la Valbonne eut envoié Messires Hugues Seigneur de

de Chandée, et Amé de Geneve, Seigneur de Boringe, Chevaliers ſes Ambaſſadeurs et Deputez, aians de lui puiſſance de pleniere, devers le Roi notre Souverain Seigneur lesquels traiterent, promirent et accorderent pour et au nom dudit Seigneur de Breſſe à notredit Seigneur pluſieurs choſes, qui n'ont pas été entierement accomplies au moien de quoi le Roi ait differé de faire paiement audit Seigneur de Breſſe de certaines ſommes de deniers, et autres choſes concluës avec lesdits Ambaſſadeurs; et à cette occaſion ait ledit Seigneur de Breſſe derechef envoié devers le Roi notred. Seigneur lesdits de Chandée et de Boringe, ſes Ambaſſadeurs et Deputez, aians de lui pouvoir et puiſſance pleniere, comme apert par la teneur d'icelui ci-apres inſere de mot à mot, lesquels ont fait au Roi pluſieurs remontrances de la grande et ſinguliere amour qu'avoit et à ledit Seigneur de Breſſe envers le Roi et tout ſon Roiaume, et du grand vouloir et ſingulier deſir et affection qu'il avoit et a de le ſervir, ainſi eſt que finalement eut le Roi notredit Seigneur d'une part, et lesdits Ambaſſadeurs, pour et au nom dudit Seigneur de Breſſe, et par vertu de leurdit pouvoir d'autre, ont été traitées, conſenties et accordées les choſes, et Articles qui s'en ſuivent:

Premierement, ont promis et promettent au Roi nôtredit Seigneur lesdits Ambaſſadeurs pour et au nom dudit Seigneur de Breſſe, et par vertu de leurdit pouvoir, que dorenavant ledit Seigneur de Breſſe lui ſera bon et loial parent, et Serviteur, et le Servira de tout ſont pouvoir, de ſa perſonne, de ſes Pais, Terres, Seigneuries et Sujets en toutes manieres qu'il pourra, et qui lui ſerons poſſibles envers et contre tous ceux qui peuvent vivre et mourir, ſoit Rois, Ducs, Princeſſes, Communautez, ou autres de quelque état, autorité, ou condition qu'ils ſoient ou pouiſſent être, ſans nul reſerver, excepté ſeulement la Maiſon de Savoie, laquelle lesdits Ambaſſadeurs ont reſervé en cette partie, et nommement ont promis, et promettent lesdits Ambaſſadeurs, au nom et comme deſſus, que ledit Seigneur de Breſſe ſervira le Roi envers et contre le Duc Maximilien d'Auſtriche, et la Ducheſſe ſa femme et autres ennemis que le Roi peut et pourra avoir ci-aprés.

Item. Ont promis et promettent iceux Ambaſſadeurs, au nom, & comme dit eſt, que ledit Seigneur de Breſſe, incontinent aprés leur retour devers lui, ſe declarera Serviteur du Roi, prendra & tiendra ſon par effet, & promettra de non jamais tenir autre parti contraire ni prejudiciable au Roi, & que dorenavant il n'aura, tiendra, ni fera tenir paroles aucunes avec ledit Duc Maximilien, ni aucuns autres des ennemis du Roi, ni n'aura, ni fera avoir avec cex aucun entendement, apparemment, ſecretement, ni autrement en quelque maniere que ce ſoit, & ſur ce, & autres choſes fera le ſerment tel, & ſelon la forme que le Roi lui envoie par écrit par lesdits Ambaſſadeurs, ſans y rien ajoûter, ni diminuer, & dont lesdits Ambaſſadeurs dans la S. André prochaine venant, ont promis d'envoier bonne, & deuë certification au Roi dudit ſerment, ainſi être fait par ledit Seigneur de Breſſe; apres laquelle certification receuë, le Roi fera en preſence d'iceux qui l'aporteront, & qui la lui bailleront, le ſerment de faire entretenir, & accomplir les choſes deſſus & ci-aprés declarées.

Item. Que ſi ledit Seigneur de Breſſe eſt averti par aucune maniere d'aucunes choſes touchant les perſonnes du Roi, de la Reine, & de Monſieur le Daufin ſoit de Machinations, entrepriſes, ou autres choſes quelconques que l'on veuille faire machiner, ou entreprendre contre eux, ou aucun d'eux, & contre la choſe publique du Rojaume, aparemment ſecretement, ou autrement à toute diligence il en avertira, & fera avertir le Roi, a fin d'y obvier & y pourvoir ainſi que la matiere requerra, & que même ledit Seigneur de Breſſe de toute ſa puiſſance y obviera & pourvoira en maniere que des honneur, dommage, ni inconvenient n'en aviendra au Roi, ni aux deſſusdits.

Item. Que dorenavant ledit Seigneur de Breſſe gardera & procurera de ſon pouvoir l'honneur, le bien, profit & utilité du Roi de la Reine & de Monſieur le Daufin, & de toute la choſe publique du Roiaume, & évitera leur deshonneur, inconvennient & dommage, comme dit eſt.

Item. Que ledit Seigneur de Breſſe dorenavant ne recevra en ſon hôtel, Pais, & Service aucuns, ſoit nobles ou autres de quelque condition qu'ils ſoient, qu'ils ne ſoient bons pour le Roi, & tenans ſon Parti; & ſi aucun y en a de preſent incontinent aprés le retour desdits Ambaſſadeurs, ledit Seigneur de Breſſe les mettra hors de ſondit hotel & ſervice.

Item. Que ledit Seigneur de Breſſe ne ſera dorenavant Traitez, Promeſſes, Alliances, ou Confederations, avec Rois, Princes, Princeſſes Communautez, ou autres de quelque autorité, & qualité qu'ils ſoient, ou puiſſent être, ſans nul reſerver, contre ni prejudiciables au Roi, a la Reine, a Monſieur le Daufin & à la choſe publique du Roiaume, ſans le ſeu vouloir ou conſentement expres du Roi, & ſi aucuns en a faites ci en arriere, qu'il y renoncera incontinent aprés le retour de ſesdits Ambaſſadeurs; & des maintenant iceux Ambaſſadeurs, pour & au nom dudit Seigneur de Breſſe, & par vertu dudit pouvoir à eux donné, y ont renoncé, & renoncent expreſſement.

Item. Que ſi ledit Seigneur de Breſſe á aucunes Lettres devers lui touchant lesdites Alliances, ou autres choſes prejudiciables au Roi, ou à la choſe publique de ſon Roiaume, incontinent les rendra, & renvoiera, au Roi comme caſsées & annullées de nul effet & valeur des ledit tems de la S. André avec ladite certification dudit ſerment.

Item. Que ledit Seigneur de Breſſe ratifiera, agréera, & aprouvera toutes & ſingulieres les choſes devant par ſes Lettres patentes ſignées de ſon nom, & ſcellées de ſon eu ſceel, armorié de ſes armes & icelles ſes Lettres envoiera au Roi nôtredit Seigner dedans ledit tems, & finalement aprés le retour de ſesdits Ambaſſadeurs fera ledit Seigneur de Breſſe incontinent publier par tous ſes Pais les Traitez, promeſſes, & autres choſes deſſus accordées & ecri-

tes

Digitized by Google

tes en maniere que nul ne puisse pretendre cause d'ignorance & moiennant les choses devant dites, & chacunes d'icelles, le Roi a promis & promet audit Seigneur de Bresse en la personne de sesdits Ambassadeurs de non faire Traitez, Alliances, ou Treves avec Rois, Princes, Princesses, Communautez, ou autres de quelque état ou autorité qu'ils soient, que ledit Seigneur de Bresse n'y soit compris nommement.

Item. Promet le Roi d'aider & defendre ledit Seigneur de Bresse, ses Pais, Terres, Seigneuries, & Sujets envers & contre tous ceux qui peuvent vivre & mourir de toutes forces, violences, Guerres & voies de fait que l'on voudroit faire & entreprendre contre lui, & en ce faire comme il voudroit faire pour la defense de sa personne, & de la chose publique de son Roiaume.

Item. Remet le Roi tous regrets qu'il a eû, & pû avoir en quelque maniere que ce soit de tout le tems passé jusqu'a aujourdui à l'encontre dudit Seigneur de Bresse, ses Sujets & Serviteurs, & ne lui procurera ni fera procurer mal ni dommage en corps & en biens, ni en nuls de ses Serviteurs & Sujets, ains lui sera bon maitre, & pourra ledit Seigneur de Bresse & les siens aller & venir, entrer, & saillir par tout le Roiaume seurement, sans à leurs personnes, ni à leurs biens attenter. Et afin que ledit Seigneur de Bresse ait mieux de quoi soi entretenir pour servir le Roi, & aussi pour les autres considerations avant dites, le Roi a promis & promet donner audit Seigneur de Bresse douze mille francs de pension de laquelle pension le Roi a fait bailler ses Lettres ausdits Ambassadeurs expediées comme il apartient, & leur a baillé les cedules de l'assignation de ladite pension pour l'année prochaine à venir bien & convenablement & en maniere que lesdits Ambassadeurs en ont été bien contens; & entretiendra le Roi audit Seigneur de Bresse ladite pension dorenavant, & tellement que icelui Seigneur de Bresse en sera bien paié, & avec, le Roi a fait bailler ausdits Ambassadeurs pour & au nom dudit Seigneur de Bresse les cedules de l'assignation sur les deniers de l'année à venir de la somme de six-mille francs que le Roi a donné audit Seigneur de Bresse pour lui aider, & soi mettre en point pour venir devers lui & de laquelle assignation en cedules lesdits Ambassadeurs se sont tenus & tiennent pour bien contens.

Item. Outre plus promet le Roi, & pour les mêmes considerations que dessus, donne une Comté en France audit Seigneur de Bresse, en valeur de quatre mille livres de Rente, & de lui en faire & passer Lettres de transport seures, & valables & d'icelle Comté le faire paisiblement joüir dedans un an; & jusqu'à ce que ledit Seigneur de Bresse ait icelle Comté, le Roi outre & par dessus ladite pension annuelle, & autres choses avant dites, a promis & promet de faire paier & debailler & delivrer audit Seigneur de Bresse chacun an la somme de quatre mille francs, & d'icelle lui bailler & faire avoir bonne & seure assignation, & telle qu'il en sera paié satisfait & contenté; & des maintenant le Roi a fait bailler les cedules de l'assignation sur lesdits deniers de ladite année à venir de ladite somme de quater mille francs, de laquelle somme & assignation iceux Ambassadeurs ont été & sont contens.

Item le Roi a promis & promet audit Seigneur de Bresse es personnes de sesdits Ambassadeurs que quand il aura la joüissance de la Comté de Bourgogne, il souffrira joüir sans aucun empêchement les Sujets & Serviteurs dudit Seigneur de Bresse de leurs Terres Seigneuries, & Heritages, qu'ils ont en ladite Comté & aussi de leurs Terres, Seigneuries, & heritage, qu'ils ont en la Duché de Bourgogne, Comté de Maconnois & ailleurs és Païs du Roi, les quelles Sujets ne se sont armez contre le Roi depuis le trépas de feu le Duc Charles de Bourgogne a qui Dieu pardonne, sans leur bailler ou faire bailler aucun empêchement au contraire toutes lesquelles choses en la forme & maniere que dit est ont été passées consenties, & accordées par le Roi notredit Seigneur & par lesd. Ambassadeurs par vertu de leurdit Pouvoir dont la teneur s'ensuit de mot a mot:

PHILIPPE DE SAVOYE, Comte de Baugé, Seigneur de Bresse & du Revermont de Dombes & de la Valbonne: A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, salut. Comme pour aucuns nos grands affaires aions deliberé d'envoier presentement devers Monseigneur le Roi nos tres-chers amez & feaux Conseillers les Seigneurs de Chandée, Gouverneur de Bresse, & Amé de Geneve, Seigneur de Boringe, Savoir faisons, que nous confiant des sens, loiauté, prudhommie, & bonne diligence des dessusdits, à iceux & a chacun d'eux pour ces causes, & autres à ce nous mouvans, & de nôtre certaine science, & bonne volonté, avons donné, & par ces presentes donnons plein pouvoir, autorité, & mandement special d'eux comparoir pour & en nôtre nom devant Monditseigneur le Roi, accepter, prendre & reprendre, si besoin est, appointement traité, former, & accomplir avec ledit Seigneur, ou ses Commis & Deputez de nos Affaires tout ainsi, & par la forme & maniere que si étions en propre personne, aprouver, louër, & aussi ratifier l'apointement dernierement avec ledit Seigneur pris par ledit Seigneur de Chandée Jâques de Busti, Humbert, Seigneur de Lucinge, & Pierre Bolomier, & en faire autres de nouveau, si bon leur semble. Promettant en bonne foi, en parole de Prince & sur les Saints Evangiles, avoir ferme & stable tout ce que par les dessusdits Seigneur de Chandée & Seigneur de Boringe ou de l'un d'eux au nom que dessus aura été fait, promis, juré & conclu, ratifié, & accordé avec ledit Seigneur, ou ses Commis & Deputez, sans venir, ni souffrir être venu en maniere que ce soit au contraire. En témoignage de ce, nous avons signé ces presentes de nôtre propre main & fait signer de nôtre Secretaire, & scelle de nôtre scel de nos armes. Donné à Bourg le quatorzieme jour d'Aoust, l'an de grace mille quatre-cens soixante & dix-huit, pris à la Nativité. Ainsi signé, Philippe de Savoye. Et au dessus: Par Monseigneur le Comte Chivillardi. En témoin de ce, ces presens Articles ont été signez de la main du Roi & desdits Ambassadeurs & scellez de leur scel ci mis en placart, le treizieme jour du mois de Septembre, l'an mille quatre-cens soixante dix-huit, Signé, *Louis*.

Digitized by Google

XC.

Bulla Sixti IV. P. P. qua Carolo I. Sabaudiæ duci ejusque Consiliariis præcipit, ne ulterius infesti sint Episcopo Gebennensi, utque omnia tollant obstacula, quibus ipsi non permittitur libera et suprema suæ Ecclesiæ possessio, omnesque summi juris in Gebennam, in præjudicium Episcopi factas cessiones revocat, d. d. 3. Non. Febr. An. 1483.

SIXTUS EPISCOPUS, Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Solicitudo pastoralis officii studia nostræ mentis sollicitare non definit, sic rebus singulis executionem adhibere justitiæ, quod ea quæ minus rite, & in Ecclesiarum præsertim Cathedralium, illarumque prælatorum præjudicium, processerunt, ad statum debitum reducantur. Dudum siquidem a claræ memoriæ Friderico Romanorum Imperatore semper Augusto emanarunt literæ tenoris subsequentis. Fridericus Dei gratia etc. - - - acta sunt hæc etc. - - - septimo Id. Septembris ac præsenti pagina sigilli aurei assueti impressione munita, in fine vero dictarum litterarum Imperialium, scripta sunt hæc verba videlicet, signum Domini Friderici Imperatoris Invictissimi, in extremitate vero scripta sunt hæc verba videlicet, Ego Heroltus Cancellarius vice Arnoldi Maguntinensis Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi; Et insuper emanarunt litteræ diversorum aliorum Imperatorum, videlicet Vinceslai & Caroli, multipliciaque alia privilegia imperialia dictæ Ecclesiæ Gebennensi concessa, nec non litteræ patentes multiplicatæ Principum Sabaudiæ, quarum omnium tenorem pro expressis haberi volumus, ac si præsentibus insererentur per quas petebant sibi de gratia speciali per Episcopum ac suos Officiales dari territorium, quo tempore ibidem morabantur, ut possent ibidem suis ducalibus subditis civilem Justitiam ministrare, perquæ omnia constat civitatem Gebennensem cum Castris pleno Jure in spiritualibus & temporalibus pertinere ad Episcopum & Ecclesiam Gebennensem. Cum autem sicut non sine grandi displicentia intelleximus iniquitatis filii Amadæus de Griliaco Ancehinus copini Gebennensis, Johannes Antonius Gambe Thaurinensis Diœcesis, cum nonnullis eorum complicibus, & sequacibus, de commissione & mandato ut asseruerunt dilecti filii Nobilis Viri Caroli Ducis Sabaudiæ, armata manu, vi & violentia Venerabilem Fratrem nostrum Johannem Episcopum Gebennensem, quem a vinculo quo Ecclesiæ Thaurinensi cui tunc præerat de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, ad Ecclesiam ipsam Gebennensem tunc certo modo vacantem de eorundem fratrum consilio transtulimus, præficiendo eum eidem Gebennensi Ecclesiæ in Episcopum & Pastorem, quasi possessione jurisdictionis & Superioritatis temporalis Civitatis prædictæ Gebennensis ac castrorum & bonorum dictæ Ecclesiæ, in qua erat & per aliquos menses permanserat, spoliare & ejusdem Civitatis cives & incolas præfatæ Gebennensis Ecclesiæ Vasallos & subditos ne dicto Episcopo & ejus officialibus quoquo modo pareant, & obediant, sed præfatum Ducem & inibi pro eo ad jurisdictionem & superioritatem hujusmodi in eisdem temporalibus exercendam deputatos, in suos superiores in hujusmodi temporalibus recognoscat compellere temerario ausu veriti non fuerunt & continuo in hujusmodi eorum præsumptuosa temeritate perseverare non vereantur in Apostolicæ Auctoritatis contemptum, perniciosum exemplum & scandalum plurimorum & præfati Episcopi qui propter hoc de sua sede expulsus ad Romanam Curiam se contulit & in ea residet de præsenti, maximum præjudicium & gravamen. Nos, quorum interest, hujusmodi pravis conatibus evidenter ad perniciem tendentibus salubriter obviare & ut Ecclesiarum Prælati potiorum præsertim dignitatum titulis insigniti, in suis juribus conserventur, opportunum adhibere Remedium, ne si universis universa licerent par videatur in singulis jurisdictio singulorum, & Petri navicula quam Dominus noster Jesus Christus ad humani corporis formam figuravit, ponens in ea Romanam Ecclesiam velut Caput sine remige fluctuari, de præmissis, quæ adeo etiam in præfata curia Romana notoria sunt, & nulla possint tergiversatione celari, informati, motu proprio, non ad præfati Episcopi aut alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione & ex certa nostra scientia auctoritate apostolica præsentium tenore, præfatum Ducem Sabaudiæ & ejus in Ducatu Sabaudiæ regimine consiliarios cujuscunque status, gradus ordinis & conditionis existant, requirimus & monemus, ac eis & cuilibet eorum per hæc Apostolica scripta mandamus, quatenus infra triginta dies post affixionem præsentium in valvis Gebennensium vel aliarum Ecclesiarum seu locorum circumvicinorum, quorum decem pro primo, & alios decem pro secundo, ac reliquos decem dies pro ultimo & peremptorio termino canonica monitione promissa, assignamus, deputatos nomine ipsius Ducis ad exercitium temporalis Jurisdictionis & superioritatis, ac Palatii, castrorum dictæ ecclesiæ Gebennensis custodiam, officiales & castellanos, ac custodes, reliquosve præmissa & quæcunque alia impedimenta, eidem Johanni Episcopo & suis Officialibus in suæ superioritatis & Jurisdictionis temporalis & spiritualis libero exercitio in civitate, Palatio & castris suis prædictis, cum effectu revocent, & ab illis ex toto desistant, ac ipsum Episcopum per se & ejus Officiales quasi possessione Jurisdictionis & superioritatis hujusmodi etiam temporalis in civitate, Palatio & Castris prædictis, pariter & in spiritualibus, in illis & Diœcesi Gebennensi libere & sine ullo ipsorum Ducis & Consiliariorum impedimento pacifice potiri & gaudere permittant cum effectu, nec non de damnis & interesse, quæ idem Episcopus & sui officiales præmissorum occasione incurrerunt eis debitam satisfactionem impendant, aut alias cum eisdem desuper concordent & componant: Alioquin si non paruerint, in singulos ejusdem Ducis Sabaudiæ Consiliarios sic monitos non parentes, ex nunc prout ex tunc, si Episcopi & superio-

di Supplementum dictæ Legitimæ, ſpecialiter ipſe Illuſt. Comes de Juribus ſuis, ut aſſerit, informatus, tenore præſentis Inſtrumenti dicto Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci ſtipulanti & recipienti, pro ſe & ſuis prædictis in dicto Comitatu Succeſſoribus quittat, cedit & remittit cum Pacto valido, de ulterius quicquam non petendo ac ſub Vinculo Juramenti, per ipſum Illuſtrem Dominum Philippum in manibus mei Notarii, tactis corporaliter Scripturis, ſuper præmiſſis renonciationibus præſtiti ſalvis tamen eidem Illuſtri Domino Philippo & ſuis prædictis omnibus prænarratis ac etiam ſubſtitutionibus factis, in Teſtamentis Illuſtriſſimorum prædeceſſorum Sabaudiæ Ducum, & etiam tenoribus Inveſtiturarum a Sereniſſimis Imperatoribus, de Ducatu Sabaudiæ, & aliis factarum, per quas maſculi excludunt femellas in ſuccedendo, Item & quoniam Illuſtriſſima Domina Margareta de Auſtria & Burgundiæ Ducilla Doareria Sabaudiæ, habet Doarium ſuper dicta Baronia Foucigniaci, ut Caſtro & Mandamento de Gordanis, adeo quod conſtante dicto Doario præfatus Illuſtris Dominus Comes, fructus & emolumenta eorundem Baroniæ & Mandamenti, commode percipere non poteſt, igitur præfatus Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux in recompenſam dictorum fructuum & emolumentorum, tradidit, conceſſit & aſſignavit, præfato Illuſtri Domino Comiti ſummam inter eos conventam, ſuper proventibus & emolumentis Locorum & Caſtrorum Beugeſii, manibus tamen Spectabilis Domini generalis Sabaudiæ donec, Doario prædicto finito præcedentibus Litteris Patentibus, ſubſequenter & aliunde per præfatum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem, ſuper hoc conceſſis, per me Notarium & Secretarium, prædictum ſubſignatis, de quibus quidem Comitatu Gebenneſii & Baroniis Foucigniaci & Bellifortis, ipſe Ill. & Excellentiſſimus Dominus noſter Dux, prælibatum Ill. Dominum Philippum præſentem & utſupra recipientem ſub & mediantibus reſervationibus, retentionibus pariter & adjectionibus & cæteris prænotatis, inveſtivit, per traditionem unius enſis evaginati, per eundem Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem in manibus ipſius Illuſtris Domini Philippi, Comitis & Baronis, poſiti per præſentes, inveſtivit Titulo Feudi Nobilis, antiqui, Aviti & Paterni, quodque naturam Feudi Nobilis, antiqui, & Avi ſapiat & importet, cum etiam omnibus & ſingulis Hominibus, Homagiis, Fidelitatibus, Caſtris, Fortalitiis, Oppidis, Villis, Feudis, Retrofeudis, Nobilibus, Ignobilibus, mero mixtoque Imperio; & omnimoda jurisdictione, alta media & baſſa, Reſſortis directis & utilibus, Dominiis, Taleis, Cenſis, Servitiis & Tributis Perſonalibus, Realibus, Decimis, Prediis, Mercatis, Nundinis, Leydis, Pedagiis, Venationibus, nemoribus, Montibus, Planis, Terris, Pratis, Vineis cultis & incultis, Aquis, Fluminibus, Aquagiis, Pontanagiis, Juribus Patronatuum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Piſcationibus, Vectigalibus, Juribus, Regalibus, cæteriſque Dominiis, Præeminentiis, Dignitatibus, Exitibus & Emolumentis, Juribus & Pertinentiis univerſis ſingulisque, quæ Illuſtres Comites Gebenneſii habere conſueverunt, ea omnia & ſingula, eidem Illuſtri Domino Philippo Comiti, ut ſupra, Ducali Munificentia integraliter conferens ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Sabaudiæ Dux, ſalvis ſemper ſuperius reſervatis & illæſis permanentibus, conſtituens ipſe Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, eundem Illuſtrem Dominum Philippum in ipſis dignitatibus & cæteris præmentionatis, ſub tamen præviis reſervationibus & retentionibus præactis, quæ ſemper ſalvæ ſint, Procuratorem, ut in rem ſuam propriam conſtituendo, eidem Illuſtri Domino Philippo & ſuis memoratis, ſub eisdem tamen reſervationibus, quæ jugiter in ſuo eſſe permaneant, jura, actiones reales & perſonales, mixtas & hypothecarias, directas, Prætoriasque & Civiles, eidem Illuſtriſſimo Domino noſtro Duci in prædictis dignitatibus, rebusque & juribus ſuperius Infeudatis eompetentes & competentia. Se propterea conſtituendo idem Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux easdem dignitates Res & jura tenere & poſſidere, vice & nomine præfati Illuſtris Domini Philippi, donec loco & tempore ſe ingerente corporalem eorundem poſſeſſionem apprehenderit, eamque apprehendendi eidem Illuſtri Domino Philippo ſub retentionibus & reſervationibus præannotatis, licentiam omnimodam eidem conferendo, ipſe idem Illuſtriſſimus Dominus noſter Dux, atque dando. Quibus ſic actis Illuſtris Dominus Philippus Comes, & Baro jam dictus in conſpectu antefati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis conſiſtens, debitum ſuum erga præfatum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem, ejus Fratrem obſervandiſſimum volens reddere, ſcienter et ſponte, pro ſe et ſuis prædictis, de et pro jam dictis Comitatu Gebenneſii, et Baroniis Foucigniaci et Bellifortis, nec non Villis, Oppidis, Caſtris, Jurisdictionibus, Hominibus, Fidelitatibus, Homagiis, cæterisque rebus et bonis in et ſuper quibus titulum recepit et conſtitutus eſt, fecit, præſtitit et recognovit, pollicitus eſt et confeſſus fuit, homagium, ligium et fidelitatem ligiam pro cæteris Dominis et Perſonis Mundi, et hoc ſuper Sanctis DEi Evangeliis, quo ego Secretarius et Notarius

rius Imperialis subscriptus, de jussu memorati Illustrissimi Domini nostri Ducis, tenebam reverenterque Capite ipsius et Domini Philippi de cooperto, genibusque flexis ac manibus junctis, inter manus prælibati Illustrissimi Domini nostri Ducis, ejus Fratris positis, etiam interveniente oris osculo in signum perpetui et indissolubilis fœderis, cum aliis solemnitatibus in talibus necessariis pariter et opportunis.

Mandans propterea et expresse præcipiens, præfatus Illustrissimus Dominus Dux, universis et singulis Baronibus, Banneretis, Vassallis, Hominibus Nobilib. et Ignobilibus, Villis, Oppidis, Castris, Universitatibus Communitatibus, Syndicisque, Fidelibus et Subditis, prædictorum Comitatus et Baroniarum, quatenus et mediantibus tamen reservationibus, adjectionibus et retentionibus antedictis, quæ semper Salvæ remaneant, præfato Illustri Domino Philippo et suis prædictis obediant, pareant, respondeantque et assistant homagiaque et fidelitates præstent specificent & recognoscant, & alia faciant, ad quæ Illustrissimo Domino nostro ratione præmissorum ante præsentem titulationem tenebantur, salvis prætactis, & illæsis, ut supra stantibus, quoniam de eisdem homagiis & fidelitatibus, post tamen ipsum Illustrissimum Dominum nostrum Ducem, prius per eos præstitis, ipse Illustrissimus Dominus noster Dux, illos de eis me Notario Secretario ejus, more publicæ personæ stipulante solemniter & recipiente ad opus omnium & singulorum, quorum interest & intererit, solvit ex nunc, prout ex tunc, & e contra, quittat per præsentes cum pacto expresso, de non petendo, salvis, ut supra præretentis existentibus. Promittens insuper ipse Illustrissimus Dominus noster Dux, bona fide, in verbo Principis & Fratris, & sub obligatione & hipotheca omnium & singulorum bonorum suorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, prædictam tituli dationem ac cætera omnia & singula, in hujusmodi instrumento descripta, quantum ad eum pertinent, sub reservationibus tamen & retentionibus prætactis, ratas, gratas & firmas habere, perpetuo, & tenere & nunquam contra facere, dicere, opponere, vel venire, nec contra facere volenti, in aliquo consentire; & eadem omnia, ipse Illustrissimus Dominus noster Dux valere voluit, proprio motu & scientia, quibus supra, non obstantibus aliquibus legibus, Canonicis statutis, Consuetudinibus, Litteris impetratis & impetrandis ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus ipse Illustr. noster Dux, sua etiam Imperiali authoritate, qua fungitur in hac parte, tenore præsentium, derogat, suprascriptis reservationibus ut supra, nihilominus remanentibus salvis, quoniam illis & ipsarum alteri, per hoc derogare non intendit, promittens eapropter ipse Illustris Dominus Philippus pro se & suis praedictis, subjuramento consimili jam superius per eum praestito, & obligatione omnium bonorum suorum, universorum & singulorum, mobilium & immobilium, praesentium & futurorum, in quavis rerum specie consistentium, etiam quovis nomine nuncupatorum, se & suos praedictos perpetuo existere probos ac legales homines, Vasallos, Ligiosque & fideles, praefati Illustrissimi Domini nostri Sabaudiae Ducis, ejus Honorandissimi Fratris ac suorum in Ducali dignitate Successorum, ipsorumque honorem, utilitatem ac commodum, ubique totis viribus procurare, damnum autem & aliud quodcunque impedimentum suo posse evitare, illaque eisdem revelare quam primum ad eorum pervenient notitiam & sibi possibilitas ad fuerit, nec non de praedictis Comitatu Gebennesii Baroniisque Foucigniaci & Bellifortis, etiam Villis, Castris, Oppidis & aliis rebus Feudalibus, in quibus ipse Illustris Dominus Philippus fuit titulatus, ut supra eidem Illustrissimo Domino nostro Duci Sabaudiae moderno, ac suis praedictis in ipsa Ducali Dignitate Successoribus; servire fideliter & ligie Pacemque & Guerram pro eis facere, pro & contra caeteros Dominos & personas Mundi & illa in manibus ipsius Illustrissimi Domini nostri Ducis & suorum Commissariorum recognoscere confiteri & nominare particulariter & distincte quoties super hoc fuerit requisitus, & generaliter omnia alia & singula erga ipsum Dominum nostrum Ducem ejus Fratrem observandissimum & suos Successores, facere & praestare; quae Homines Nobiles Vassallique Ligii & fideles, Domino suo Naturali & ligio, facere tenentur & debent, & quae in Capitulis novae & veteris fidelitatis, forma latius describuntur, renuntiantes hoc ideo praefati Illustrissimus Dominus noster Dux, nec non Illustris Dominus Philippus, Comes Gebennesii & Baro Foucigniaci & Bellifortis, in hoc facto, sub vi suorum praestitorum juramentorum, omni Juri Canonico, Civili, aut Consuetudinario rebusque et exceptionibus, quorum et quarum auxilio contra praemissa venire possent, vel opponere quovis modo et signanter cuicumque facultati dicenti rem non sic vel aliter gestam, aut in ea errorem aut circonventionem interveniss, et generaliter cuilibet viae et exceptioni, quae excogitari posset, ex qua contra praemissa, vel eorum aliqua posset obviari, et ulterius ipse Illustris Dominus Philippus Comes & Baro, ut supra omni actioni, exceptioni doli mali, vis, metas, & in factum, conditioni sine causa, ob causam vel ex justa causa, juridicenti quod

ex

ex juramento non oritur actio, nisi ipsum in Judicio prius fuerit delatum, omni actioni, relaxationi, dispensationi Juramenti, & in integrum restitutioni, minorisque ætatis beneficio, Privilegiis, Indultis, Patriæ & Locorum Consuetudinibus Juribusque Canonicis, Civilibus & Municipalibus ac aliis omnibus, quibus et veniendum contra præmissa, se ipsorum aliqua se juvare possent quomodolibet vel tueri; signanter, Juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi speciali præcedente. Volens autem, statuens et jubens ipse Illustrissimus Dominus noster, quod hoc erectionis, Creationis sive tituli dationis, decorationis, Comitatus et Baroniarum Instrumentum, nullus Successor vel Hæres suus, aut alia quævis Persona cujuscumque Dignitatis existat, infringere audeat, vel præsumat sub suæ indignationis pœna perpetua. De quibus omnibus præmissis præfatus Illustrissimus Dominus noster Dux, jussit per me dictum Notarium, ejus Secretarium, ad opus ejusdem prælibati Domini Comitis & Baronis, fieri duo & plura tenoris ejusdem publica Instrumenta. Acta & publicata fuerunt in Magna Aula Castri Chamberiaci, die decima quarta mensis Augusti. Anno Nativitatis Dominicæ currente millesimo quingentesimo decimo quarto, Indictione secunda cum eodem anno sumpta, adstantibus ad hæc & præsentibus Illustri D. Franc. de Luxemburgo Vicecomite Martigii; Rever. in Christo Patribus D. Joanni de Sabaud. Gebenn. Aymone de Montefalc. Lausanen. Ludovico de Gorrevodo Maurianen. Episcopis. Magnificisque Strenuis & Potentibus Dominis Ludovico Comite Cameræ Vicecomite Maurianæ, Bernardino de Sabaudia, Domino Pancalerii, Philiberto de Palude, Comite de Varax; Car. de Montebello, Comite Intermontium; Spectabilibusque & Generosis Carolo de Camera, Domino Sermoyaci, Ludovico Domino de Deree Præside Sabaudiæ, Francisco Marescalli Domino Maximiaci, Claudio de Balleysone Domino Avanchiaci Barone S. Germani, Spectabilibusque & Generosis Alexandro Domino Aulæ Novæ, Francisco de Duyno, Domino Castri veteris Magno Scutifero, Ludovico Chabodi Domino de Lescherens; Jano de Cranz; Gabriele de Laude Collarerallibus Magnifici Consilii Camberiaci Residentis; Francisco de Bosco Domino Preyssiaci Magistro Hospitii; Jaffredo Passecri & Raphaele de Albano Advocatis Fiscalibus, Nobilibusque Joanne Odineti, Joanne de Challes Scutifferis Ducalibus & pluribus aliis testibus notabilibus, ad præmissa vocatis & rogatis. Signatum *Vulliet.*

C.

Bulla Leonis P. P. X. qua Ecclesiam Episcopalem Taurinensem in Archiepiscopalem Metropolitanamque evexit, d. d. 12. Kal. Jun. An. 1515.

LEo, Episcopus, servus servorum Dei. Ven. Fratri Joanni Francisco, Episcopo Taurinensi in Archiepiscopum Taurinensem electum, salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum illius, cujus perfecta sunt opera, vices, quamvis immerite geramus in Terris, eum imitari nos convenit, & imitando ea, quæ ad ejus laudem & gloriam pia dispositione ordinavimus, ut eorum fortiantur effectum, opportunis favoribus confovere. Sane Ecclesia Taurinensis, quam hodie ex certis rationabilibus causis a Provincia Mediolanensi, de qua tunc erat, de Fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica perpetuo separavimus, & demonstravimus, ac in Metropolitanam Ecclesiam ereximus & instituimus quoad Metropolitanam & Archiepiscopalem jurisdictionem & superioritatem, a sui primæva erectione hujusmodi Pastore carente. Nos cupientes eidem Ecclesiæ, ne ejus erectio hujusmodi inutilis propterea reddatur, & imperfecta remaneat, providere, habita super hoc cum iisdem Fratribus deliberatione matura, de illorum consilio te, qui etiam Referendarius & Prælatus domesticus noster, & ut accepimus dilecti filii nostri Leonardi, tituli S. Susannæ, Presbyteris Cardinalis, ex Sorore germana nepos existis, ac eidem ecclesiæ Taurinensi hactenus in Episcopum laudabiliter præfuisti, prout præes, & quoad hujusmodi Metropolitanam, & Archiepiscopalem jurisdictionem de cetero illi auctoritate prædicta in Archiepiscopum præficimus, & Pastorem, curam & administrationem Metropolitanæ & Archiepiscopalis jurisdictionis ejusdem Taurinensis Ecclesiæ, tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quod, dirigente Domino actus tuos, præfata Ecclesia Taurinensis per tuæ circumspectionis industriam, & studium fructuosum etiam in his, quæ ad Metropoliticam superioritatem hujusmodi pertinent, regetur viriliter, & prospere dirigetur, ac grata in iisdem spiritualibus & temporalibus suscipiat incrementa. Quocirca Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis, & ordinationis Metropolitanæ superioritatis hujusmodi prompta devotione suscipiens, circa illa utiliter & salubriter exercendas, sic te diligentem exhibeas, & etiam studiosum, quod dicta Ecclesia Taurinensis, quoad hujusmodi Metropoliticam, & Archiepiscopalem superioritatem gubernatori provido, & fructuoso administratori gaudeat se commissam; Tuque Frater æternæ retributionis præmium nostram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam exinde uberius consequi merearis. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1515. duodecimo Kal. Junii, Pontificatus nostri anno tertio.

Joannes de Gaijis.

Digitized by Google

CI.

Bulla Leonis P. P. X. qua Metropolitanæ Ecclesiæ Taurinensi Montis-Regalensem et Eporediensem Episcopos in suffrageneos dedit, d. d. 12. Kal. Jun. An. 1515.

LEO, Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabilibus fratribus Montis-Regalis, & Eporediensis Episcopis, Suffraganeis Ecclesiæ Taurinensis salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie ex certis rationabilibus causis, tunc expressis, de Venerabilium Fratrum nostrorum consiliis, auctoritate Apostolica Taurinensem Ecclesiam, ac vestras, earum Civitates & Diœceses a Provincia Mediolanensi, ex qua erant, & tam illas, quam vos, & Venerabilem Fratrem Joannem Franciscum Præsulem Taurinensem, & vestros, ac illius successores ab omni Archiepiscopali auctoritate, & jurisdictione Venerabilis Fratris nostri moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Mediolanensis prorsus exemimus, & totaliter liberavimus, ac Taurinensem Ecclesiam prædictam in Metropolitanam ereximus & instituimus, ac illi pro ejus Archiepiscopali Provincia vestras Ecclesias, earumque Civitates, & Diœceses, ac vos, vestrosque in illis Successores pro ejus Suffraganeis Episcopis assignavimus, & eidem Ecclesiæ Taurinensi sic in Metropolitanam erectæ, prædictum Joannem Franciscum de cetero quoad Metropolitanam, & Archiepiscopalem jurisdictionem in Archiepiscopum & Pastorem per alias nostras litteras, de Fratrum eodem consilio, auctoritate præfecimus, curam & administrationem ejusdem Ecclesiæ Taurinensis sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in singulis litteris prædictis plenius continetur. Quocirca Fraternitates vestras rogamus, monemus, & hortamur, ac per Apostolica scripta vobis mandamus, quatenus supradicto Joanni Francisco in Archiepiscopum electo, tamquam membra capiti obsequentes, exhibeatis eidem obedientiam debitam, & devotam. Ita quod - - - inter vos, & ipsum gratia gratos fortiatur effectus, & nos propterea vos, & devotionem vestram possimus condignis laudibus in Domino commendare. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1515. duodecimo Kal. Junii, Pontificatus nostri anno tertio.

Joannes de Gaijis.

CII.

Contractus matrimonii inter Carolum III. Sabaudiæ Ducem et Beatricem secundo-genitam Portugalliæ Regis filiam, d. d. 26. Mart. An. 1521.

In Nomine Domini, Amen.

NOverint Universi has Dotalis Instrumenti Literas inspecturi. Quod Anno a Nativitate Domini M. D. XXI. XXVI. mensis Martii personaliter constituti Magnificus Dominus Claudius, Dominus Balleysonis Baro sancti Germani, Miles Cambellanus, ac Dominus Joffredus Pazerius, ex Collateralibus Consilii residentis J. U. D. Viri spectabiles, atque Illustrissimi ac Excellentissimi Principis Caroli Ducis Sabaudiæ, fidissimi Consiliarii & Oratores & idonei ad infrascripta Procuratores, prout de eorum Commissione & Mandato Illust. Ducis manu, ac per ejus Secretarium Vulliet subscripto sigillique ceræ rubræ pendentis, ejusque insignibus impressi, robore munito continetur, & Nobiles egregiique Viri Alvarus de Costa Serenissimi atque Potentissimi Principis Emanuelis Portugaliæ & Algarbiorum, citra ultraque Mare in Africa Regis, Domini Guineæ & Expeditionis, Navigationis ac Commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Persidis, atque Indiæ Consiliarius, Camerariusque, ac armorum Præfectus, atque Serenissimæ Reginæ facultatum Provisor, ac Diegus Pachecus Regii Senatus, ac relationis Expeditor, ipsius Serenissimi Regis Procuratores legitimi, prout ex eorum Commissione & Mandamento, ipsius Regis manu subscriptorum, pendentisque Sigilli cerei robore communito constat super Tractatu Matrimonii, Divina favente Clementia inter ipsum Illustrissimum Ducem, & Illustrissimam Inclytam Infantem Dominam Beatricem secundo genitam ipsius Serenissimi Portugalliæ Regis, contrahendi nominibus quibus supra, vigoreque dictarum suarum Commissionum ac Mandatorum convenerunt, & tractaverunt, in hunc qui sequitur modum. Primo convenerunt quod præfati Ill. Ducis Oratores Procuratoresque ipsam infantem desponsant, concedente Deo, sancta Matre Ecclesia, ipsius Ducis Nomine, per verba de præsenti, cum ea Matrimonium contrahant. Item quod propter onera Matrimonialia, ipse Seren. Rex, eidem Ill. Duci in ipsius infantis dotem, & nomine Dotis, centum & quinquaginta millia Ducatorum, auri boni valoris, justique ponderis constituet, solvendorum quo tempore, inter ipsos Conjuges Matrimonium fuerit celebratum, copulaque consummatum, quod in Civitate Niciæ, aut Villæ Franchæ Oppido, Deo auspice, futurum est, videlicet centum millia in pecunia numerata, quadraginta quinque millia, scil. in Jocalibus aureis, Unionibus, Margaretis, gemmisque pretiosis viginti duo millia, in vasis suppellectilibusque argenteis, suæ Cameræ totiusque domus, quindecim millia. In aulæis paramentisque suæ Cameræ ac Domus decem & octo millia, quarum rerum æstimatio per quatuor probos & expertos Viros, in Urbe Nicia fieri debeat; residuum vero dictorum quinquaginta millia Ducatorum, quæ ad totius Dotis complementum restant, intra annum persolvantur, ad quorum solutionem ipse Seren. Rex, Niciæ ipsi Ill. Duci campsorias Literas destinabit, tradetque videlicet in Civitatibus Lugduni, Genuæ, aut Geben. ad idoneos Trapesitas & Banquerios directas. Item actum est, quod in prædicta Summa Dotis imputetur atque includatur omne illud quod præfata inclyta & Ill. Domina Infans ex Hæreditate & Bonis Seren. & claræ memoriæ Mariæ, quondam Reginæ ejus Matris, tam causa legitimæ quam quovis alio Titulo & modo habuerit & ad eam pertinere debuerit. Item quod prælibatus Seren. Rex ipsam Illust. Dominam Infantem, (ut decet) suis impensis usque ad urbem Niciam intra totum mensem Julii proxime futurum, nisi aliquis fortuitus casus obstiterit, mittere & conduci facere teneatur.

Digitized by Google

tur. Item ad prædictæ Dotis restitutionem, ipsi Ill. Ducis Oratores Cabalarii Majoris, Buschæ, Peperagni, Bonixii, Riparolii, Clavaxii, Ciglani, Burgialicis ac generaliter omnia alia Loca tam Patriæ Pedemontanæ, quam Sabaudiæ, in quibus Locis dicta Domina Ill. Infans, omnimodam ac plenissimam habeat Jurisd. cum Officiis & Beneficiis, eo modo, & sicut Ill. & Excell. Domina Blancha quondam Sabaudiæ Ducissa, in suis Terris habebat. Item fuit conventum, quod Ill. Dux durante præfato Matrimonio, det ipsi Infanti annuatim viginti millia Ducatorum, videlicet quindecim millia pro ipsius Infantis ac suorum Domesticorum, totiusque Domus sustentatione & impensis, reliqua vero quinque millia infantis arbitrio distribuenda. Item fuit actum quod si præfatus Dux, priusquam ipsa Infans (quod Deus avertat,) decesserit, tunc prædicta Domina Infans, durante ejus vita habeat Dotalitii loco, omnes Terras, Castra, Loca, cum suis redditibus, quæ ipsa Ill. quondam Domina Blancha habebat, cum iisdem juribus, & usque ad Duodecim millium Ducatorum summam annui proventus. Item quod, si Matrimonium solvatur, superstite ipsa Domina infante, ipsa tunc ad Regna Lusitaniæ seu quocumque ei libuerit, cum suis omnibus rebus, & Comitibus, libere & absque ullo impedimento, abire possit, dummodo discessum suum notificet, quo casu possit frui dicto Doario. Item quod si præfata Ill. Domina Infans, priusquam ipse Ill. Dux (quod Deus avertat!) absque liberis legitimis decesserit, tunc Ill. Dux quod ex ipsa Dote pervenerit id Infantis Hæredibus restituere teneatur. Quod si ejus mortis tempore Liberi ex ea & Illustr. Duce suscepti, superstiterint, ad eos utpote legitimos Hæredes perveniat. Item quod prædictus Illustrissimus Dux ad Civitatem Niciæ aut Villæ-Franchæ Oppidum veniat, ibique in facie Sanctæ Matris Ecclesiæ cum præfata Illustr. Infante, Matrimonium solemniset. Item actum fuit, quod tam durante, quam soluto Matrimonio sine contradictione gaudeat ipsa Illustr. Domina Infans, omnibus gratiis Præeminentiis & Privilegiis, quibus Ill. Sabaudiæ Ducissæ ac præsertim Ill. atque Excell. Domina Margareta de Austria & Burgundia potiebatur. Item quod omnes ipsius Infantis utriusque sexus, Famuli & Domestici habeantur, & sint sicut veri & naturales Indigenæ & ipsius Ducis Subditi & Domestici. Actum in Urbe Olisyppone, in Domo Domini Simonis Menesii, ubi nunc præfati Domini Sabaudiæ Oratores habitant. Præsentibus ibidem Nobilib. Viris D. Emanuele de Buza Mirandæ, Vouguæ Rodentis, Turometi, Fulgosini Domino, Arcisque de Arrouches Præfecto, & Egregiis J. C. Domino Ludovico Texeyro Lobo Princ. Portugalliæ Præceptore. D. Ferdinando de Almeida & D. Antonio de Zevenedo, Regii Senatus Consiliariis, Honorato Cays Cive Niciæ, & Nicolao de Grassis Burgense Savilliani, Testibus ad omnia supradicta vocatis, & rogatis Signatum, *Cotrin* & *Chastel*.

CIII.

Declaratio Franciſci I. Galliæ Regis, in qua omnibus, quæ prætendere in Sabaudiam posset juribus renuntiat, d. d. 10. Sept. An. 1523.

François, par la grace de Dieu Roy de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes, Conte de Provence, Forcalquier & Terres adjacentes. A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Sçavoir faisons que nous avant regard & consideration à la proximité de lignaige dont nous attient nostre tres-cher & tres-amé Oncle, Charles Duc de Savoye, & pour la tres cordiale & reciproque amour & entiere affection qui est entre nous & luy, desirans qu'elle soit indissoluble. A cette cause pour icelle entretenir, & affin de oster & tollir toutes causes & occasions qui pourroient causer la rompture d'icelle; par l'advis & Conseil des Princes de nostre Sang, & Gens de nostre Conseil, apres qui nous est venu à memoire & recordation que avons & pretendons avoir contre nostredit Oncle, tant comme Comte de Provence, que Duc de Milan, aucunes querelles, la poursuitte desquelles pourroient enfraindre icelle amour & benivolence. Nous, pour y obvier, avons de nostre certaine science, plaine puissance & authorité Royale ceddé, quitté, remis, delaissé & transporté, quittons, ceddons, remettons, delaissons pour nous nos Hoirs & Successeurs a perpetuité a nostredit Oncle & a ses Successeurs les droits, actions & querelles qui nous compettent & appartiennent, peuvent competer & appartenir comme à Comte de Provence & Duc de Milan, à l'encontre de luy & de ses Successeurs touchant le Comté de Nice, ses Terres & appartenances, & aussi la Seigneurie & Territoire de Verceil, & les autres Terres & Seigneuries qu'il tient & possede à present de là les Monts. Lesquelles actions & querelles, combien qu'elles ne soient icy autrement declairées & specifiées, quittons & remettons, & voulons icelle quittance estre de tel effet & vertu comme si estoient de mot à mot declairées; & si avons promis & promettons pour nous & nos Successeurs à nostredit Oncle & és siens que nous, & nos Successeurs ne luy ferons pour raison des choses dessusdites ne aux siens, directement ne indirectement, par voye de justice, ne de Guerre ne autrement en façon que ce soit, aucune question, querelle pour suitte ne demande; & ainsi l'avons accordé & accordons en bonne foy & parolle de Roy, & Sur nostre honneur & conscience par ces presentes que nous avons signées de nostre main, & fait sceller de nostre grand Scel. Si donnons en mandement par ces presentes à nos amez & feaulx les Gouverneurs de Milan & de Provence, ou leurs Lieutenants au Senat dudit Milan à nostre Court de Parlement seant à Aix, President & Maistres des Archifs de nosdits Duché & Comté, qu'ils facent lire, publier & registrer ces presentes en leurs Registres & laisser jouyr nostredit Oncle, & ses Successeurs de l'Effect de ces presentes. Car ainsi nous plaist-il estre fait, non obstant toutes choses qu'on pourroit alleguer au contraire, esquelles nous avons renoncé & renonçons par ces presentes. Donné

à Lyon

Digitized by Google

à Lyon le X. jour de Septembre. l'an de grace mil cinqcents vingt-trois, & de noſtre Regne le neufviéme. Signé, *François.* par le Roy Duc de Milan, Comte de Provence, de Neufville,

Viſa.

CIV.

Contractus matrimonii inter Philippum de Sabaudia, Comitem Gebennenſem, ac Carolinam, Aureliæ Principiſſam ſtabilitus d.d. 17. Sept. An. 1528.

Furent preſentes en leurs Perſonnes Tres-haut & puiſſant Prince Monſeigneur Philippes de Savoye, Comte de Geneve, en ſon nom d'une part, & tres-haute & puiſſante Dame & Princeſſe Madame Jeane de Hocberg, Ducheſſe Doüairiere de Longueville au nom, & comme ayant le bail, garde noble, Gouvernement & adminiſtration de Madamoyſelle Charlotte d'Orleans ſa Fille, & Tres-reverend Pere en Dieu Monſeigneur Meſſire Jean d'Orleans Archeveſque de Toloſe, Evesque d'Orleans & Seigneur de Baugency, & tres haut & puiſſant Prince Monſeigneur Loys d'Orleans Duc dudit Longueville & Comte de Dunois & au nom & comme ſtipulant pour ladite Damoyſelle Charlotte d'Orleans à ce preſente & conſentente de l'authorité des deſſusdits d'autre part: leſquelles Parties, de bon vouloir du Roy & par le moyen de Tres haute & Tres excellente Princeſſe Madame Louyſe de Savoye Mere du Roy, Ducheſſe d'Angoumois; Soeur de mondit Seigneur le Comte de Geneve & Couſine de ladite Charlotte d'Orleans, confeſſerent avoir fait & font de bonne foy enſemble les Traittes, Accords, Promeſſes & Convenances qui s'enſuivent pour raiſon du Mariage qui au plaiſir de Dieu ſera fait, ſolemnisé & celebré en face de ſaincte Egliſe de mondit Seigneur le Comte de Geneve & de madite Damoiſ. Charlotte d'Orleans. C'eſt aſſavoir que madite Dame de Longueville, ledit tres Rever. & mondit Seigneur le Duc, ont promis & promettent bailler ladite Charlotte d'Orleans en nom de Mariage à mondit Seigneur le Comte de Geneve, qui la promet prendre à Femme & Epouſe le plûtôt que faire ſe pourra, ſi Dieu & Ste Egliſe s'y accordent, en faveur & contemplation duquel Mariage mondit Seign. le Duc de Longueville a baillé, & delaiſſé à madite Demoiſelle Charlotte d'Orleans pour ſon partage le droit, part & portion à elle appartenant, à cauſe de la Succeſſion de feu Monſeigneur Louys d'Orleans, Duc de Longueville ſon Pere, & de feu Monſeigneur le Duc Claude ſon Frere, les Terres & Seigneuries de la Mure; le Bourg Doiſans Taix, Valbonnois, Entraigues le Perier & Claix, & autres Terres & Seigneuries de la Maiſon de Dunois, ſituée au Païs de Dauphiné (fors & excepté Falanier & la Vulpilliere qui ſont engagées) la Terre & Seigneurie de Bray Sur Seine, ſituée en Champagne, le fief de Rambure ſitué en Piccardie, la Terre & Seigneurie de Secondigny ſituée en Poitu, & les Terres & Seigneuries d'Eſtrepaigny & de Guillefontaine ſituées en Normandie, avec les droits, appartenances & dependances, & tout ce qui eſt compris ſoubs les receptes desdites Terres, ſans aucune choſe retenir & reſerver en icelle, & desdites Terres Seigneuries & Juſtices, preeminence, appartenances d'icelles, mondit Seigneur le Duc s'eſt desmis & deſaiſi, a voulu & veut que ledit futur Espoux en puiſſe prendre poſſeſſion de leur autorité ſoit receu en foy & hommage des Seigneurs Feodaux dont lesdites Terres ſont tenuës & les Sujets & Vaſſaux d'icelles faſſent les foy & hommages, & portent obeyſſance audit futur Espoux le Mariage ſolemniſé, & accomply, & moyennant lesdites Terres ainſi baillées & delaiſsées ausdits futurs Espoux, ſe ſont tenus pour contents, pour tous droits, part & portion appartenante à ladite Demoiſelle en la Succeſſion de ſesdits feu Pere & Frere, & à eſté convenu & accordé qu'il ſera loiſible à mondit Sieur le Duc de Longueville, ſes hoirs & ayans cauſe de recouvrer & mettre en ſa main lesdites Terres d'Eſtrepaigny & Guille-fontaine en payant ausdits futurs Espoux la ſomme de trente mil livres dedans trente ans prochainement venants: leſquelles Terres deſſus declairées, eſtimées valoir quatre mil cinq cents livres de Rente, ſeront heritage propre a ladite Demoiſelle Charlotte d'Orleans, & au cas qu'elle voiſe de vie à trespas ſans deſcendans de ſon corps, ledit propre heritage retournera à la Maiſon de Dunois, ſi d'iceluy propre ladite Demoiſelle Charlotte n'avoit diſposé; & à eſté convenu & accordé que lesdits futurs Espoux payeront & acquitteront la ſixieſme partie des Doüaires deubs à mes. Dames de Vandosme & de Longueville, & la ſixieſme partie des fondations qui ne ſont aſſignées, ſpecialement ſur aucunes des Terres & Seigneuries de ladite Maiſon de Dunois tant ſeulement, ſans que lesdits futurs espoux ſoient tenus d'autres debtes & charges, fors en cas d'eviction de procés intentés & à intenter contre ladite Maiſon, auquel cas ſeront tenus lesdits futurs Epoux pour les portions contingentes & pareillement mondit Seigneur le Duc ſera tenu de l'éviction desdites Terres ſi aucune en y avoit envers madite Demoiſelle Charlotte & les ſiens, & ſi lesdites Terres, ou aucunes d'icelles eſtoient racheptées ou evincées; Mondit Sieur Duc de Longueville ſera tenu, & a promis bailler & delivrer ausdits futurs Espoux autres Terres de ſemblable valeur & eſtimation que lesdites Terres qui ſeront evincées ou racheptées, & du droit part & portion appartenant a mondit Sieur de Toloſe esdites Terres baillées à ladite Demoiſelle en la deſcharge & acquit de mondit Sieur le Duc ſon Neveu, ledit Sieur Archeveſque s'en eſt departy & depart en faveur dudit Sieur de Longueville. Plus à eſté convenu & accordé que lesdits futurs Espoux ſeront communs en meubles, acqueſts, & conqueſts immeubles en quelques lieux, Païs & Provinces qu'ils ſoient aſſis & trouvés. Car ainſi a eſté convenu & accordé en faveur dudit Mariage, ſans toutesfois, & reſervé à ladite Demoiſelle Charlotte d'Orleans de

Digitized by Google

de s'en tenir à ſes droits & communautés, en ces preſentes contenues, ou elle ne voudroit prendre part en ladite communauté, auquel cas ne ſera tenu payer aucunes debtes, & ſi aura ladite Demoiſelle ſes accouſtremens, veſtemens, bagues, joyaux communs par preciput; & ſera ladite Demoiſelle doüée de quatre mil Livres tournois de rente en une ou deux pieces, & de proche en proche, les chaſteaux & principaux manoirs desdits lieux & pourpris d'iceux, pour rien comptés en l'aſſiete desdites quatre mil Livres tournois de rente, dont elle ſera ſaiſie le cas de Douaire advenant & d'iceluy Doüaire jouira ſa vie durant, lequel Doüaire mondit Seigneur le Comte a dés a preſent aſſigné & aſſis en & ſur les Terres & Seigneuries qui s'enſuivent: ſçavoir Greiſi & Ceſſin & la Ville d'Arbie, la Ville de la Roche, la Seigneurie de Chaumont, la Ville Cruſilles, la Terre & Seigneurie de Chaſtelet, & generalement ledit Sieur Comte oblige audit Doüaire tous & chacun ſes autres bien, Terres & Seigneuries, ſans que la generale obligation deroge à l'eſpeciale ne l'eſpeciale à la generale: Davantage a eſté accordé que mondit Sieur de Longueville accouſtrera ladite Demoiſelle Charlotte d'Orleans ſa ſoeur, de tous accouſtremens ſelon ſon eſtat, enſemble ſon train d'accouſtremens honeſtes & convenables à ſondit eſtat, promettant, &c. Fait & paſsé l'an 1528. de Jeudy XVII. jour de Sept.

CV.

Codicilli Margarethæ Auſtriacæ, Ducisſæ viduæ Sabaudiae, Teſtamento ſuo Anno 1508. & 1512. condito adjecti, d. d. 28. Novembr. An. 1530.

Au nom de Dieu, Amen.

PAr ce preſent publiq Inſtrument ſoit notoire à chascun qu'en la Nativité de noſtre Seigneur Jeſus Chriſt M. D. XXX. en la troiſiéme Indiction le 28. jour de Novembre le Pontificat de noſtre Sainct Pere le Pape Clement VII. de ce nom en ſa huictiéme annee, à été en ſa propre perſonne la Tres-Illuſtre, Noble & Tres-Puiſſante Dame, Madame Marguerite, Archiducheſſe d'Auſtriche, Ducheſſe & Comteſſe de Bourgogne, Doüairiere de Savoye &c. par devant moy Notaire publiq, & tesmoins cy apres nommés a ce ſpecialement requis & appellés, laquelle ayant ſouvenance du Teſtament par elle cy-devant fait en la Ville de Bruxelles, & ſigné de feu Maiſtre Louys Barangier & de ſon Treſorier Maiſtre jean de Marnix en datte du 20. Fevrier 1508. veut & entend que ledit Teſtament ſorte ſon plain & entier effet en tous & chascuns ſes poincts qu'à preſent ne ſont encores fournys & accomplys, & en la meilleure forme & maniere que ſe peut.

Madame a de nouveau declaré, & declaire ſon Heritier univerſel Seul, & pour le tout l'Empereur Charles V. de ce nom ſon Neveu, à charge de payer ſes debtes, fournir & accomplir entierement ſondit Teſtament, & les Articles qui s'enſuyvent.

Aſſavoir au Roy de Hongrie & de Boheme, une de ſes meilleures Bagues, à la diſcretion des Executeurs de ſon Teſtament cy-apres nommés, auquel Seigneur Roy elle en a fait & fait Don pour toutes choſes qu'il pourroit quereller & demander en ſa Succeſſion, & de ce elle veut qu'il ſe contente.

Item veut & ordonne madite Dame, que tous ſes anciens Serviteurs, Servantes, Officiers, Domeſtiques ſoient pourveus ſur les biens, qu'elle delaiſſera & recompenſés de leurs ſervices raiſonnablement pour leur vie le reſte de leur vie, à la diſcretion de ſesdits Executeurs, outre & par deſſus ce qu'elle leur a ordonné par ſondit Teſtament, quant à ſes pauvres Officiers ſeulement, ſi non qu'avant ſon decés elle-meſme en ordonne & diſpoſe particulierement & par deſſus la recompenſe, elle prie tres-humblement ledit Seigneur Empereur les vouloir avoir pour recommandés; ceux qui ont Offices les vouloir entretenir en iceux, & les autres vouloir pourveoir ſelon leurs qualités.

Item pour non abolir ce nom de la Maiſon de Bourgogne & pource que le Comté de Bourgogne & les Villes & Terres y appartenans & dependans dont elle à jouy jusques à preſent viennent de toute ancienneté de ladite Maiſon; Madame prie & Supplie ledit Seigneur Empereur tres-inſtamment que ſon plaiſir ſoit vouloir garder & retenir en ſes mains ladité Comté de Bourgogne & ſesdites appartenances tant & ſi longuement qu'il vivra, & pourvoir qu'apres ſon decés il ſuccede à celuy de ſes Enfans, ou autres Heritiers à qui demeureront les Pays de par deçà; & que puiſſent & ſoyent annexés, unys & joints lesdits Pays de par deçà, ledit Comté de Bourgogne perpetuellement & à tousjours, ſans en faire aucune ſeparation ou diviſion & pour la derniere requeſte que madite Dame fait audit Seigneur Empereur, elle le ſupplie vouloir, pour le bien Univerſel de Chreſtienté & ſeureté de ſon Eſtat, entretenir, garder & obſerver la Paix & Amitié avec les Roys de France & d'Angleterre, leurs Royaumes, Pays & Sujets, comme elle eſpere luy dire de bouche, s'il plaiſt à Dieu luy donner tant de vie qu'elle le puiſſe voir.

Et pource que lesdits Executeurs nommés au deſſusdit Teſtament ſont la plus part tres paſſés, Madame a nommé & nomme de noveau pour lesdits Executeurs tant de ſondit Teſtament que de cette Ordonnance Monſieur le Comte de Naſſau grand Escuyer & Chambellan de l'Empereur, Meſſire Antoine de Lalain Comte de Hooſtrate, ſon Chevalier d'honneur, Meſſire Jean Seigneur de Berghes & Chevalier de l'Ordre, Meſſire Louys de Flandres, Seigneur de Prat, ſecond Chambellan dudit Seigneur Empereur, Meſſire Pierre Seigneur de Roſimbas, ſon premier Maiſtre d'Hoſtel, Meſſire Anthoine de Monthous, ſon Confeſſeur & Aumosnier, Meſſire Jean Ruffaut Chevalier Seigneur de Neufville Treſorier general des Finances de l'Empereur; & pour avoir la charge & maniance des

Digitized by Google

ce des deniers & biens de noſtredite Dame qui s'employeront a ladite execution elle a ordonné & ordonne Meſſire Jean de Marnix, Chevalier Seigneur de Toloſe ſon Treſorier general, & auſſi pour Executeur & pareillement Maiſtre Guillaume des Barres ſon Secretaire: ausquels Executeurs tous enſemble les huit, ſept, Six, cinq, quatre ou trois d'iceux, icelle Dame donne plain pouvoir & authorité de proceder à ladite execution, & leur prie de prendre la charge; voulant tout ce que par eux ſera fait touchant ladite execution, ou les huit, ſept, ſix, cinq, quatre ou trois d'iceux ſortiſſe effet, & ſoit de valeur & efficace; & veut Madame que ce que deſſus ſoit par ampliation de ſondit Teſtament & ait telle vigueur, vertu & efficace, & ſortiſſe ſon plain & entier effet comme le contenu en iceluy ſon Teſtament, & par telle forme & voye qu'il peut, & doit mieux valoir ſelon les couſtumes des lieux ou il devra eſtre executé & effectué ausquelles couſtumes en tant qu'elles pourroient eſtre à ce contraires, elle a deroge & deroge par cettes; desquelles choſes deſſusdites madite Dame Madame Marguerite l'Archiducheſſe Ducheſſe & Comteſſe de Bourgogne, &c. a demandé de moy Notarie public ſouscrit luy en eſtre fait & donné un ou pluſieurs Inſtrument ou Inſtrumens. Fait à Malines Dioceſe de Cambray en la Cour de noſtre Dame en ſa Chambre, l'an, jour, mois & Pontificat que deſſus. Preſens tres-venerables & tres-nobles Seigneurs Meſſire Claude de Boiſſet, Archidiacre d'Arras, Maiſtre des Requeſtes ordinaires de l'Hoſtel de l'Empereur Maiſtres Jean de Faletans Docteur & Conſeiller, Alard Bentinet, & Hugues de Buleux, Conſeillers & Maiſtres d'Hoſtel, Pierre de Marnix, & Jean de Hallevin Escuyers trenchans & Maiſtre Leonard Hardivet, Secretaire de Madite Damé, comme tesmoins a ce priés ſpecialement & appellés. Signé *Marguerite* & plus bas, *Gualterus Militis*.

CVI.

Declaratio atque Proteſtatio Civitatis Taurinenſis, ſe nolle, nec intendere per actum aliquem a Gallis ſibi extortum derogare juribus atque privilegiis Ducum Sabaudiæ et ſucceſſorum eorundem, d. d. 3. April. An. 1536.

UNiverſis notum ſit, quod Congregato Conſilio majoris Credentiæ Civitatis Taurini in Palatio Communis in ſala magna, ubi jus redditur, & conſilia ipſius Civitatis teneri ſolita ſunt, de mandato Magnifici & Spectabilis Domini Marchiotti Scaravelli Collateralis & Judicis ipſius Civitatis Taurini, ibidem in eodem conſilio comparuit Nobilis Ghuyeme, Heraud d'Arme, Sereniſſimi Regis Franciæ, aſſociatus Nobili Dominico de Branches, Tubicini Regio, qui propoſuit, ibidem parte Majeſtatis Regiæ, ut Communitas Taurini velit, iis viſis, ſe reddere eidem Serenisſimo Regi Franciæ tanquam ſuo ſupremo, & ſuper Portis Civitatis prædictæ, & aliis locis, tam publicis, quam privatis Cancellare, arma Illuſtriſſimi Domini Domini Noſtri Ducis Sabaudiæ, & apponere arma prædicti Serenisſimi Regis Franciæ. Item, & die decima hujus jurare, & facere fidelitatem in manibus Domini Admirati Franciæ, habentis poteſtatem, ut aſſeruit, ab eodem Sereniſſimo Rege Franciæ, ſub pœna ignis, & ſanguinis, ac ſaccomani ipſius Civitatis, & alias, ut latius prout in ſua commiſſione, ibidem oſtenſa ſubſcripta per eundem Dominum Admirattum, apparet, & licet fuerit petita ibidem copia ipſius commiſſionis, tamen noluit dare niſi ſubſtantiam ipſius Commiſſionis in ſcriptis, cujus tenor ſequitur & eſt talis;

Conſiliarii ibidem congregati præmiſſis viſis & auditis, concluſerunt mandare legatos, ad Illuſtrem Dominum Comitem Pancalerii, Gubernatorem Civitatis, electum parte Illuſtriſſimi D. D. Noſtri Ducis Sabaudiæ ad præmiſſa ſignificandum, quæ ſignificatione facta, eidem Domino Gubernatori, fuit opinionis & ſententiæ infraſcriptæ: videlicet, quod ipſi electi irent ad Illuſtrem Dominum Marchionem Salutiarum, Locumtenentem Domini Admirati Franciæ, qui tunc erat in Caſtello Taurini hoſpitatus, & rogarent pro obtinendo aliquo termino, intra quod poſſet Illuſtriſſ. Dominus Noſter Dux certiorari de præmiſſis: Qui Illuſtriſſ. Dominus Marchio reſpondit, ut ibidem aſſeruerunt, quod ille, qui nobis præceptum fecit, habebat legem in ſcriptis, & ipſe nullam poteſtatem habebat dandi aliquod tempus, ſed quod neceſſe erat aut parere mandatis, aut expectare calamitates in eodem præcepto appoſitas, exhortando, ut parerent mandatis factis, & evitarent minatos languores, quam reſponſionem ipſi Legati retulerunt, ut ibidem aſſeruerunt præfato Domino Comiti eorum Gubernatori, qui ex quo alius terminus ab ipſo Ferali ſeu Araldo haberi non potuit, ſed continue inſtabat præceptis, & mitis factis exhortatus illos fuit, ut rebus ſuis, meliori modo, quo poſſent, conſulerent, ne paterentur ſcandala & damna, de quibus in præcepto prædicto, & ſi parebatur mandatis, id facerent ſemper, media debita, & valida proteſtatione, videlicet, quod id non intendebant derogare auctoritati, vel juribus Illuſtriſſimi Principis Noſtri, & latius prout in proteſtatione infraſcripta continetur. Ecce præfati Domini Credentarii in præſentia ipſius Domini Ghuyeme Heraud d'Arme Regii, præſentis, & intelligentis, in eodem Conſilio proteſtati fuerunt, quod per quæcumque gerenda circa contenta in ipſo Præcepto, non intendebant, quod aliqualiter derogaretur alicui Juri, auctoritati, & Juriſdictioni Illuſtriſſimi Domini Domini Caroli Sabaudiæ Ducis & Principis, & Domini eorum, & Succeſſorum ſuorum, nec non ſtatutis, privilegiis, immunitatibus, franchiis, conſuetudinibus, libertatibus, & aliis quibuscumque juribus ipſius Communitatis, cujuscunque qualitatis, & tenoris exiſtant, quæ omnia ſint ſalva, & obſerventur, & quod id, quod

Digitized by Google

quod faciebant coacti, & metu pœnarum, & tumultu armigerorum existentium in eadem Civitate, & non aliter, nec alio modo; addendo, quod Civitas ipsa cum Castello, & Fortalitiis, ac Suburbiis erant posita in manu militum Regis, & ipsorum Ducum; adeo, quod omnia loca ipsius Urbis, tam in mœniis, quam extra, erant repleta dictis militibus, & in maximo numero, ultra, ut dicebatur duodecim, vel tredecim millium, adeo quod eis nulla oppositio fieri poterat, & omnia pro libito eorum disposita erant; & sic obtulerunt separatos obedire prædictis mandatis eis factis, volentes hanc protestationem intelligi repetitam in quolibet actu iterum faciendo, & quod potius actus, quam protestatio vitietur. Ut supra præcipientes de præmissis fieri debere per me Notarium infrascriptum litteras Testimoniales, sive publicum instrumentum, quomodolibet expediat. Et ego idem Notarius Testimoniales superius requisitas eisdem deposcentibus, de præmissis concedendas duxi, & concessi, præsentibus Spectabili Domino Alleramo Becuti, Cive Taurini, & Nobili Antonio Molaris, Mercatore Taurini, Testibus ad præmissa vocatis & rogatis. Dat. Taurini, die 3. April 1536.

CVII.

Testamentum Caroli II. Sabaudiae Ducis, cognomine boni, d. d. 27. Febr. Anno 1540.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Anno à Nativitate ejusdem Domini sumpto currente millesimo quingentesimo quadragesimo, Indictione decima tertia, & die vigesima septima Mensis Februarii, universis serie præsentis Instrumenti notum sit & manifestum. Quod Illustrissimus & Excellentissimus Princeps & Dominus noster, Dominus Carolus hoc nomine secundus, Divina favente Clementia, Dux Sabaudiæ, Chablasi & Augustæ, Sacri Romani Imperii Princeps Vicariusque perpetuus, Marchio in Italia, Princeps Pedemontium Comes Gebennesii, Baugiaci & Rotundimontis, Baro Vaudi, Gaji & Faucigniaci, Niciæque, Bressiæ, & Vercellarum Dominus, sanus mente & Corpore Divina favente gratia, in mei Notarii & Primarii Secretarii Excellentiæ suæ, Dominorumque Testium, per Excellentiam suam ad hæc specifice electorum, & proprio ore nominatorum præsentia: fecit & condidit, facitque & condit Testamentum suum nuncupativum, & ultimam voluntatem, in DEi omnipotentis laudem, animæ suæ salutem, & Successorum suorum tranquillitatem, in hunc qui sequitur modum, divino auxilio prius invocato, factoque signo sanctæ Crucis, dicendo, in Nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti, Amen. In primis præfatus Illustrissimus Dominus noster, Testator, animam suam humiliter & devote commendat Domino nostro Jesu Christo eumque supplicter deprecatur, ut ubi à corpore fuit separata, dignetur illius pie misereri & eam in supernis Paradisi gaudiis collocare, ad hoc etiam pias Sacratissimæ Virginis Mariæ & omnium Sanctorum intercessiones implorando, ut eidem Domino Testatori adesse dignentur. Item vult, elegit & statuit, &c. Item vult præmissa, &c, Item vult jubet & ordinat, &c. Item dat & legat, &c. Item volens præfatus Ill. Dominus Dux, &c. Item disposuit & ordinavit &c. Item quia in Hæredis Institutione, substantia Testamenti consistit, Præfatus Illustrissimus Dominus noster in omnibus & singulis aliis Bonis suis, Juribus & actionibus sibi Hæredem universalem instituit, & ore proprio nominavit Illustrissimum Dominum Emanuelem Philibertum, ejus Filium, Pedemontium Principem, Astensem Comitem, ac Marchiæ Cevæ Dominum. Cæterum quo melius dictus Illustrissimus Dominus Princeps & prædicti ejus administratores procedere possint in negociis ipsius Illustrissimi Domini Principis, ad ejus & Subditorum suorum commodum & utilitatem, eidem Domino Principi pariter constituit & deputavit in Consiliarios Reverendissimos in Christo Patres, Dominos Dominos Episcopos Augustensem & Maurianensem nec non Illustres ac Magnificos Dominos, Milites Ordinis ipsius Illustrissimi Domini nostri Testatoris Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis nuncupati, qui pro tempore fuerint apud ipsum Dominum Principem, aut duos ex eisdem, nec non Illustrem ac Magnificum Dominum Comitem Maxini, Reverendissimum Patrem Dominum Baptistam de Provanis, ex Dominis Leinici Protonotarium Apostolicum, & ipsius Illustrissimi Domini nostri magnum Elemosinarium, ac Magnificos & spectabiles Dominos, Aymonem de Gebennis, Dominum Lullini, Gubernatorem modernum Vercellarum, & Dominum de Mussinens Gubernatorem ipsius Domini Principis & ulterius Dominos, Præsidem Sabaudiæ, dum idem Dominus Princeps aderit ultra montes, & Præsidem Pedemontium dum citra montes existet, una etiam cum Magnificis Dominis Præside Computorum Domino Crucis, Nicolao Balbi, Domino Varnoni Præside Patrimoniali, ac Dominis de Vergeon & d'Eyria, nec non aliis duobus Sabaudien. ac Dominis Jacobo ex Dominis Scalengiarum Gubernatore Astensi, Jacobo de Provanis ex Dominis Leunicii, Lælio Condomino Vicinovi & Francisco de Solario Condomino Marcelli; quos omnes & singulos rogavit & rogat, quin imò, & eis præcipit quatenus post ipsius Illustrissimi Domini Ducis Testatoris obitum, velint & debeant erga dictum Illustrissimum Dominum Emanuelem Philibertum, Principem Filium suum eo fungi officio, quo veros Subditos & Servitores fungi convenit & decet, prout & eos facturos plene confidit, ac prout hactenus se erga eundem Illustrissimum Dominum Ducem promptos & obsequiosos exhibuerunt, prohibendo & interdicendo eidem Illustrissimo Domino Emanueli Philiberto, ne quicquam concernens ejus statum, vel alias

Digitized by Google

quod sit magni momenti & importantiæ, tractare, vel peragere debeat, sine Consilio dictorum Dominorum Administratorum & Consiliariorum sibi decretorum & Constitutorum, aut majoris partis eorundem. Item disposuit, &c. Item quia ipse Illustrissimus &c. Item ordinat præfatus Illust. Dominus Dux Testator hujusmodi suam ultimam voluntatem valere & valere debere jure Testamenti nuncupativi, & si non valeat, aut valebit, jure ipsius Testamenti, valeat aut valere debeat jure Codicillorum aut Donationis causa mortis, vel quocumque alio jure quo melius, vel efficacius valere poterit, cassans irritans & annullans quæcumque alia Testamenta, codicillos & mortis causa Donationes, si quæ per ipsum Illustrissimum Dominum Testatorem appareant fuisse facta seu factos, aut factas, volens hujusmodi suam dispositionem, & superius descripta cæteris dispositionibus prævalere & illis derogare. De quibus praemissis omnibus, præfatus Illustrissimus noster Dux Testator voluit, præcepit & ordinavit per me Joannem Vulliet, Notarium Publicum, & Excellentiæ suæ Secretarium Primarium fieri & effici hoc Publicum Instrumentum & plura etiam de qualibet particula, quatenus expedierit dictamine Sapientis corrigenda facti substantia in aliquo non mutata. Et ad præmissa, fuerunt præsentes & vocati Domini Testes infrascripti per præfatum Illustrissimum nostrum Dominum Testatorem electi, & nominati, videlicet Reverendus in Christo Pater, Dominus Petrus Garinus, Episcopus Augustensis, Magnifici, Spectabiles & Generosi Domini, Aymo de Gebennis, Dominus Lullini Gubernator Vercellarum & Vaudi, Petrus Lamberti Dominus Crucis Preses Computorum; Joannes Franciscus Coste Comes Arignani, Cassianus de Putheo Magnifici residentis Consilii, Ludovicus de Vicomercato Magnifici Consilii Pedemontium Collaterales, Antonius de Calcibus Baillivus Sabaudiæ & Vallis Augustæ, Franciscus Portier Dominus de Mioudri, Magister Antonius Textoris Artium & Medicinæ Doctor, Franciscus Burges Scutifer, Joannes de Poypone ex Nobilibus Cameræ & Reverendus Frater Antonius de Costis Ordinis Prædicatorum Confessor Ducalis. Acta fuerunt hæc in Civitate Augustæ Prætoriæ, in domo seu Palatio Prioratus Sancti Ursi, modernæ habitationis præfati Illustrissimi Domini nostri Testatoris, & in Camera cubiculari ejusdem Anno, Indictione, & die quibus supra, & ita recepi ego subsignatus Joannes *Vulliet*.

CVIII.

Literae, quibus Ferdinandus I. Roman. Imperator Emanuelem Philibertum Sabaudiae Ducem, de Ducatu Sabaudiae Principatuque Pedemontis investivit, d. d. 6. Mart. Anno 1562.

FErdinandus &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus & notum facimus tenore præsentium Universis; Et si inter alias plurimas & gravissimas curas, quas constituti in hoc sublimi Imperatoriæ Celsitudinis fastigio, ad quod Deus Optimus Maximus nos clementer evexit, jugiterque sustinemus, nobis in primis incumbit, ut quoque loco & tempore sedulò & clementer tueamur salutem & quietem publicam, promoveamusque commodum & augumentum pariter eorum omnium, quos Divina Majestas nostro Imperio subjectos esse voluit, quatenus & ipsi sese Cæsarea benignitate dignos præstant, ita ut quando benemeriti de Republica debitis fidei & virtutis ipsorum præmiis non frustrantur, alii etiam exemplo ipsorum ad eadem honestatis & fidei studia capessenda accendantur; quia tamen ii qui in Republica principem locum obtinent, & prudentia, magnanimitate, temperantia, aliisque optime constituti animi dotibus, cæteros Sacri Imperii fideles antecellunt Imperatoriæ Sublimitati magno, plerumque, & ornamento & præsidio esse consueverunt, non immerito certè, summam ante omnes rationem à nobis habendam existimamus illorum, qui Illustribus, ac de Sacro Imperio benemeritis Majoribus prognati ipsi quoque eorum laudatissima vestigia secuti pro dignitate ejusdem Imperii tuenda gravissima quoque salutis & fortunarum pericula, ac maximos quosque labores curas & molestias infracto animo susciperе non dubitaverunt: Quæ cum ita se habeant, & præfatus Illustriss. Emanuel Philibertus, Dux Sabaudiæ, Princeps & Consanguineus noster charissimus, nobis humiliter supplicaverit, ut ipsum de Ducatibus Sabaudiæ, Cablasii & Augustæ, Vicariatu perpetuo Sacri Romani Imperii Marchia in Italia, Principatu Pedemontium, Comitatibus Gebennarum & Gebennesii, Baugiasi, Rotondimontis, & Astæ, Baroniis Vuaudi, Faussigniasi, & Gay, Dominiis Niciæ, Breffiæ, Vercellarum & Marchionatu Cevæ, ut quæ à nobis & Sacro Romano Imperio in feudum moventur, una cum universis & singulis eorundem Regaliis, Honoribus, Homagiis Gratiis, Juribus, Libertatibus & Pertinentiis, quemadmodum ea quondam Illustr. Carolus Dux Sabaudiæ ejus Genitor aliique Majores sui tenuerunt & per obitum præfati Genitoris sui successionis jure sibi cesserunt, & ipse in præsentiarum tenet & possidet, aut de jure ad eum spectant investire, eaque illi in Feudum de novo concedere dignaremur, Nos igitur hujusmodi precibus ejus benignè admissis, motu proprio, ex certa nostra scientia, animo bene deliberato, non per errorem aut improvidè, sed sacro Principum, Comitum Baronum, Procerum, & aliorum nostrorum, & Imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, ac de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine, præfatum Illustr. Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, Principem & Consanguineum nostrum charisimum de præfatis Ducatu Sabaudiæ, Principatu Pedemontium, aliisque Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, Baroniis & Dominiis, cum universis & singu-

Digitized by Google

singulis eorum omnium Regaliis, Honoribus, Homagiis, Gratiis, Juribus, Libertatibus, ac Pertinentiis, quæ à nobis & Sacro Romano Imperio in Feudum obtinet, & ad ipsum per obitum antenominati Genitoris sui jure successionis pervenerunt, & de jure spectant, & quemadmodum præfatus Illustr. quondam Carolus Dux Sabaudiæ Genitor ejus, & alii Prædecessores sui Sabaudiæ Duces & Comites respective habuerunt & tenuerunt vel ipse Illustr. Dux Emanuel Philibertus de jure habere & tenere deberet, quæ omnia hic pro sufficienter expressis, & specificatis haberi volumus, recepto prius nomine illius à Magnifico fidele nobis dilecto Scipione Comite Archi nostro Consiliario, & Supremo Camerario, ad id sufficienti & legitimo mandato instructo fidelitatis, subjectionis & obedientiæ debito juramento omnem caducitatem, negligentiam & culpam, quam ipse, aut Predecessores sui, ob non petitam legitimo tempore Investituram, aut alias quovis modo incurrisse censeri possent, remittentes & condonantes pro se, Successoribus, & Hæredibus suis legitimis, investimus, eaque illi de novo in Feudum concedimus per præsentes quicquid de jure vel consuetudine possumus & debemus, nostris tamen & Imperii Sacri juribus semper illæsis & salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ Infeudationis, Investituræ, Concessionis & Gratiæ paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contravenire; siquis autem attentare præsumpserit nostram & Imperii sacri indignationem gravissimam & pœnam centum Marcharum auri puri Fisco, seu Erario nostro Imperiali, totidemque injuriam passi usibus irremissibiliter applicandam toties quoties factum fuerit, se noverit incursurum harum testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri Cesarei appensione munitarum. Datum Pragæ die sexta Martii Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo secundo.

Signatum Ferdinandus.

Collationata cum vero Registro originali de verbo ad verbum concordat.

B. Argento. M. Singkhmeser.

CIX.

Gregorii P. P. XIII. Bulla institutionis militiae ac Religionis S. Mauritii et collatio ejusdem Magisterii in Emanuelem Philibertum, Sabaudiae Ducem, ejusque Successores, d. d. 16. Kal. Oct. An. 1572.

GRegorius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Christiani populi Corpus, sic summa Dei providentia, cernitur constitutum, ut quemadmodum Ecclesiasticis personis propria est operatio attributa, ita strenuis & fortibus viris, tamquam Christi Athletis, sua benemerendi occasio sit oblata. Cum ad eum quoque finem Deus sæcularem Principibus potestatem dederit, ut debitum sanctæ Religioni præstent famulatum; atque his inter se cohærentibus, & Militiæ Sacerdotum præsidio pietas in suo Officio protegatur, & militum virtus amore Religionis augeatur unde illius fides, & gloria sit propagandæ, id vero summo conatu hoc tempore esse agendum, ut quam maximæ Christianæ & Catholicæ fidei adjumenta comparentur Reipublicæ Christianæ, gravissima vulnera ab hæreticis Sathanæ Ministris inflicta, & ab eisdem ac infidelibus imposterum impendentia mala satis aperte nos admonent, ac inter cæteras Christiani populi partes, his præcipue malis hæreticorum venenis, dolis, insidiis, atque oppressionibus obnoxiæ conspiciuntur Sabaudiæ, & finitimæ regiones, ob vicinitatem adjacentium quorundam locorum, præsertim Genevæ, a quo ipsa hæresum contagia, & pestis circumquaque serpsit, atque manavit Itaque cum dilectus filius Nobilis vir, Emanuel Philibertus, Sabaudiæ Dux, pro sua præstanti pietate, ac prudentia hæc diligenter considerans in animum induxerit, ad alia, quæ ipse consuevit, tuendæ & augendæ Catholicæ Religionis causa in locis ditioni suæ subjectis adhibere remedia illa, & adjungere, ut ex delectis omnis generis Christiani populi militibus unam, Sanctæ Sedis auctoritate, conficiat Militiam B. Mauritii Martyris nuncupandam, quem idem Emanuel Philibertus Dux, & ejus antecessores, ut præcipuum suum, ac rerum suarum protectorem eximio, ac perpetuo studio & veneratione sunt prosequuti, idque nobis exponi fecerit, ac simul supplicari, ut hoc ei impartiri dignaremur. Nos optimum ejus consilium, ac ipso, Majoribusque ejus clarissimis & præstantissimis Principibus dignum animum meritis in Domino laudibus commendantes, ac prospicientes ipsam sic constituendam Militiam maximo usui, & præsidio fore, non solum ipsis Sabaudiæ & Pedemontium Provinciis, sed toti etiam Italiæ, ad sustinendos, & propulsandos quosvis hæreticorum, & infidelium impetus, ac opportunissimum ibi propugnaculum, munimentum & auxilium habituros esse; Nos Ecclesiamque Romanam, ac universam Christianam Rempublicam in ipso militiæ robore, ac talis Ducis maxima virtute, rerumque bellicarum summa & sæpe cognita peritia, illi super hac reprompto, ac libenti annuendum, piosque ejus conatus speciali favore & gratia duximus prosequendos. Quare ipsum Eman. Philibertum Ducem a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ejus supplicationibus inclinati, unam militiam ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, qui Dominus est exercituum, & per quem Reges regnant, ac Principes imperant & fidei Catholicæ in dictis Sabaudiæ & Pedemontis Regionibus defensionem, ac universæ Italiæ, totiusque Christianæ Reipublicæ salutem & commodum sub invocatione Sancti Mauritii Martyris, & regula Cistercienſi nuncupandam per universum Christianum

Digitized by Google

Orbem, cujus ſuprema Sedes, & militum conventus in loco ab eodem Eman. Philiberti Duce in Sabaudia ſtatuendo, & aſſignando perpetuo ſit, & in ipſa militia unum Magiſtrum Magnum vocandum, ſupremam ejusdem militiæ dignitatem pro uno Magiſtro, qui illius caput exiſtat, cum eo, quo ſibi expedire videbitur militum, & Miniſtrorum numero, qui milites cum unica tantum Virgine conjugati, ad habitum & profeſſionem Regularem admitti, ſeu qui pro tempore admiſſi fuerint, matrimonium cum ſimili virgine, & unica dumtaxat contrahere poſſint; alias vero ipſi caſtitatem conjugalem, & obedientiam expreſſe profiteantur, cum menſa Magiſtrali Officiis, juribus, juriſdictionibus, & inſignibus conſuetis aliarum hujusmodi militiarum inſtar, ex nunc prout poſtquam ipſe Emanuel Philibertus Dux dotem annui redditus quindecim millia ſcutorum de propriis, & patrimonialibus bonis ſuis illi conſtituerit, & e contra auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac illi ſic erectæ, ejusque menſæ dictam dotem quindecim millium ſcutorum etiam perpetuo applicamus, & appropriamus; ita ut liceat eidem Eman. Philiberto Duci, & pro tempore exiſtenti Magno Magiſtro, bonorum dictæ dotis corporalem poſſeſſionem ſeu quaſi libere apprehendere, ac perpetuo retinere, fructusque & proventus in ſuos, & dictæ militiæ uſus & utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requiſita, & nihilominus Magiſtratum prædictum, cujus fructus, redditus, & proventus nulli ſunt ab hac eis primæva erectione vacantem, cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis prædicto Emanueli Philiberto Duci, ejusque Succeſſoribus omnibus Sabaudiæ Ducibus, qui pariter magni Magiſtri eſſe debeant, & perpetuum concedimus, & aſſignamus, ipſisque præterea & ipſorum ſingulis liberam facultatem tribuimus, ut quotquot illis viſi fuerint milites nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro eorum arbitrio, vel ſtatuto qualificatos ex omnibus nationibus, poſt factam ab ipſis juxta formam præſentibus annotatam Catholicæ fidei profeſſionem, admittere, ac & in quibuscumque Mundi partibus Prioratus, Bailivatus, Præceptorias, & alia beneficia dictæ militiæ erigere, eisque ſic erectis Patrimonialia, & laicalia bona eorum, qui illa relinquere voluerint, Dotis nomine aſſignare, Jus patronatus fundatoribus, ſeu dotatoribus idem petentibus valide reſervare, quod ſic reſervatum, idem robur, eademque vim & efficaciam obtineat, quod obtinerent ſi per Nos conceſſum foret: Nec non Provincias & Nationes dividere, ac ex erigendis dictæ militiæ beneficiis, quæ Prioratus, quæ Præceptoriæ, quæ ſuperiora, vnl inferiora beneficia eſſe, eaque, & eorum ſingula quos fructus habere, & jam ipſa, quam illa obtinentes, quæ onera ſupportare ad illa quoque admittendi, quibus qualitatibus ſuffulti eſſe, & quibus legibus ſubjacere debeat, aliaque ad uſum militiæ hujus neceſſaria decernere, & declarare, atque tam de prædictis, quam aliis quibuscumque rebus, & negotiis occurrentibus quæcunque ſtatuta condere, facere & ordinare, illaque poſtquam condita, & ordinata fuerint, quotiescumque viſum fuerit pro eorum arbitrio, & voluntate interpretari, mutare, alterare, limitare, corrigere, ſeu in meliorem formam reducere, aut in totum delere, aliaque de novo edere, ac quascunque pœnas apponere, & ad illorum executionem procedere valeant. Decernentes ſupradicta firmitate perpetua conſiſtere, ac irritum & inane, quicquid ſecus ſuper illis per quoscumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis cæterisque contrariis quibuscumque. Forma vero profeſſionis fidei per ſingulos milites præſtanda hæc eſt, videlicet: Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia & ſingula quæ continentur in ſymbolo fidei, quo ſancta Romanna Eccleſia utitur, videlicet. Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem Cœli & Terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum & ex Patre natum ante omnia ſecula; Deum de Deo, lumen de lumine: Deum verum de Deo vero, genitum non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de Cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & Homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt; Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas; & aſcendit in Cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit: Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: & unam Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum; & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi, Amen. Apoſtolicas & Eccleſiaſticas traditiones, reliquasque ejusdem Eccleſiæ obſervationes, & Conſtitutiones firmiſſime admitto & amplector, Item Sacram ſcripturam, juxta eum ſenſum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſu & interpretatione Sacrarum Scripturarum admitto, nec eam unquam, niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accipiam & interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vere & proprie Sacramenta novæ legis a Jeſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omnia ſingulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre, & ex his Baptiſmum, Confirmationem & Ordinem ſine ſacrilegio reiterari non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſupradictorum omnium Sacramentorum ſolemni adminiſtratione recipio, & admitto. Omnia & ſingula, quæ de peccato Originali, & de juſtificatione in Sacro Sancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro vivis & defunctis, atque in Smo. Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, realiter & ſubſtantialiter Corpus & Sanguinem, una cum anima & divinitate D. N. J. C. fierique converſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ

vini

Digitized by Google

vini in Sanguinem, quam converſionem Catholica Eccleſia tranſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera, tantum ſpecie totum atque integrum Chriſtum, verumque Sacramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe, animasque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari ſimiliter & Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos, atque invocandos eſſe, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiter aſſero Imagines Chriſti ac Deiparæ ſemper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas eſſe, atque eis debitum honorem atque venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam poteſtatem a Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe, illarumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem eſſe affirmo, Sanctam Catholicam & Apoſtolicam Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram agnoſco. Romanoque Pontifici B. Petri, Apoſtolum Principis, ſucceſſori, ac Jeſu Chriſti Vicario, veram obedientiam ſpondeo, ac juro. Cætera item omnia a Sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipue a Sacro Sancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor, ſimulque contraria omnia, atque hæreſes quascumque ab Eccleſia damnatas, rejectas, & anathematizatas, ego pariter damno rejicio & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & immaculatam usque ad extremum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adjuvante) retinere & confiteri, atque a meis ſubditis, ſeu illis, quorum cura ad me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum: Ego idem N. ſpondeo, voveo, ac juro, ſic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei evangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, conceſſionis, aſſignationis, tributionis, & decreti confringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ſexto decimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri anno primo.

M. Dat.
Cæſ. Glorierius.
A. de Alexiis.

A tergo.
Regiſtrata apud Cæſa. Secretarium.

CX.

Bulla Gregorii P. P. XIII. qua militiam S. Lazari Hieroſolymitani cum omnibus emolumentis atque pertinentiis ad eam ſpectantibus, militiæ atque Religioni S. Mauritii incorporavit, eidemque ſic conjunctæ Philibertum Emanuelem, Sabaudiæ Ducem in magnum Magiſtrum dedit, d. d. Id. Novembr. An. 1572.

GRegorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pro commiſſa nobis, nullis noſtris exigentibus meritis, ſed ſola Dei benignitate. Eccleſiarum omnium ac piorum, religioſorumque locorum cura & ſollicitudine, in eam nos cogitationem aſſidue incumbere decet, qua potiſſimum ratione providere, poſſimus ut ex eis quam maxima, & quam uberrima, ad ſanctam Dei Religionem, & Fidem Catholicam, atque univerſum populum Chriſtianum commoda proveniant, ordine etiam & conſuetudine in illis mutata, ſicut rerum uſus & eventus, ac ipſa temporum ratio, & qualitas docuerit expedire. Cum autem nos pridem ad Dei omnipotentis laudem, & Fidei Catholicæ gloriam in Sabaudiæ & Pedemontis Regionibus defenſionem, totiusque Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, & commodum, Militiam S. Mauritii Martyris, ſub regula Ciſtercienſi, per univerſum Chriſtianum orbem, cujus ſuprema Sedes, & Militum Conventus in loco, a dilecto Filio Nobili Viro Emanuele Philiberto, Sabaudiæ Duce, in ipſa Regione Sabaudiæ, aſſignando, & ſtatuendo perpetuo ſit, & in eadem Militia unum Magiſtratum Magnum vocandum, ſupremam ejusdem Militiæ dignitatem, pro uno Magiſtro, qui illius caput exiſtat, cum eo, qui ſibi expedire videbitur militum & miniſtrorum numero, qui milites etiam cum unica & virgine tantum conjugati, ad habitum & profeſſionem regularem admitti, ſeu qui pro tempore admiſſi fuerint, ſic duntaxat contrahere poſſint, & alias caſtitatem conjugalem & obedientiam expreſſe profiteantur cum Menſa magiſtrali, officiis, juribus, jurisdictionibus, & inſignibus conſuetis aliarum hujusmodi militiarum inſtar ex tunc, prout poſtquam dictus Emanuel Philibertus Dux, dotem annui redditus quindecim millium ſcutorum de propriis & Patrimonialibus bonis illi conſtituiſſet, & e contra erexerimus, & inſtituerimus, ac illi ſic erectæ dictam dotem perpetuo applicaverimus & appropriaverimus, Magiſtratumque prædictum, a primæva ipſius erectione vacantem, eidem Emanueli Philiberto Duci, ejusque Succeſſoribus omnibus Sabaudiæ Ducibus, qui Duces pariter & Magni Magiſtri eſſent, conceſſerimus & aſſignaverimus. Ac præterea ipſis, ut quotquot ſibi viderentur nobiles, aut optima virtute cognitos, vel alias pro ipſorum arbitrio, vel ſtatuto qualificatos, ex omnibus Nationibus ad habitum, & regularem profeſſionem admittendi, ac etiam in quibuscunque Mundi partibus dictæ Militiæ, Prioratus, Bajulivatus, Præcepto-

Digitized by Google

ceptorias, & alia beneficia erigendi, Provincias & Nationes dividendi, aliaque tunc expressa faciendi, liberam licentiam tribuerimus, sicut litteris nostris super his confectis latius continetur. Nos postea diligenti meditatione considerantes ipsam de novo erectam, & conficiendam militiam, magnos absque dubio fructus, tali præsertim ductore, atque Magistro, fidei Catholicæ esse allaturam, sed multo tamen majores, si aliis adjumentis & auxiliis fulcita, atque munita fuerit, ac præterea cernentes Militiam Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitani sub regula Sancti Augustini, jam pridem Magistri regimine destitutam, nobilem illam quidem & antiquam, sed ipsa vetustate, ac temporum injuria valde dejectam, & prolapsam esse. Optimum nobis visum est, si hanc veterem illi novæ & nunc nascenti adjungeremus, ut quod hæc in ipso initio per se agere perfecte non posset, id alterius adjuta auxilio, & vicibus geminatis fortior sit ad agendum, atque citius & facilius hæ simul junctæ optatos Ecclesiæ Dei, & Christiano populo fructus afferre possint. Id vero facere instituimus, cum eo quod Emanuel Philibertus, & pro tempore existens Dux & Magister prædictus annexionis hujusmodi ratione, duas Triremes dictis militibus instructas, pro Sedis Apostolicæ defensione contra Hæreticos, Infideles, Piratas, & quoscunque alios ejus Hostes, continuo de suo manutenere debeat, quare eundem Emanuelem Philibertum, Ducem, & Magnum Magistrum, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, non ad ipsius Emanuelis Philiberti Ducis, vel alterius pro eo nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera liberalitate, & certa scientia nostra, ac de Apostolicæ Sedis plenitudine potestatis Militiam Sancti Lazari prædictam cum illis Magistratui ac omnibus, & quibuscunque illius Prioratibus, Præceptoriis, Hospitalibus & aliis beneficiis regularibus, eorumque membris, Grangiis, Castris, Villis, Domibus, possessionibus, proprietatibus, fructibus, & bonis tam mobilibus, quam immobilibus, ac semoventibus juribus & actionibus universis; nec non Ecclesiis, Capellis, terminis, & pertinentiis quibuscumque ad dictam Militiam Sancti Lazari spectantibus, quæcunque, qualiacunque & ubicumque sint, non tamen aliis Ecclesiis, piis locis, & militiis canonice unitæ, quæ ab his, quibus unita sunt, avocari, aut illorum ratione quemquam molestari noluimus, ac etiam exceptis iis, quæ in Regnis & Dominiis carissimi in Christo Filii nostri Philippi, Hispaniarum Regis Catholici, existunt, eidem Militiæ Sancti Mauritii, quæ in posterum Militia Sanctorum Mauritii & Lazari nuncupetur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ita perpetuo unimus, annectimus & incorporamus; ut posthac in perpetuum prædictus Emanuel Philibertus, & pro tempore existens Dux Sabaudiæ Militiæ S. S. Mauritii & Lazari Magister sit & appelletur, ac Prioratus, Præceptoriæ, & alia beneficia Militiæ Sancti Lazari, & ea obtinentes, aliique milites, servientes, Capellani, & personæ Curiæ, gubernationi, & jurisdictioni ipsius Ducis, & magni Magistri in omnibus & per omnia subsint, prout suo antea Magistro suberant, eique tanquam membra Capiti obediant & obsequantur; liceatque eidem Duci & Magistro corporalem possessionem militiæ Sancti Lazari, ejusque Magistratus, & aliorum unitorum prædictorum per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, fructusque, redditus & proventus in suos & dictæ militiæ usus, & utilitatem convertere, Diœcesani loci, vel cujusvis alterius licentia minime requisita. Insuper his, qui Præceptorias Sancti Lazari in titulum, seu Commendam, vel aliter quovis modo obtinent habitum per dictum Ducem, & Magistrum militibus S. S. Mauritii & Lazari, designandum suscipiendi, & eidem Emanuëli Philiberto Duci & Magno Magistro, his qui habitum Sancti Lazari, jam susceperunt & deferunt, novum, dimisso antiquo volentibus tradendi; eos vero qui dictum Sancti Lazari habitum nondum susceperunt ad novum habitum, ut præfertur, designandum, suscipiendum, & deferendum Oppositionis remediis compellendi auctoritate & tenore prædictis facultatem concedimus, volentes, & dicta auctoritate statuentes eundem Emanuelem Philibertum & pro tempore existentem Ducem, & Magnum Magistrum in perpetuum, unionis hujus ratione, ad duas Triremes dictis militibus instructas pro nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, ac Sedis Apostolicæ contra prædictos, & quoscunque alios defensione continua manutenendas teneri, & ad id efficaciter obligatum existere. Ut autem prædicta omnia certiorem consequantur effectum. Omnes & quoscunque Reges, Res publicas Duces, Marchiones, Principes, & quosvis Civitatum, & locorum Dominos hortamur, & rogamus attente, ac eorum subditis in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus, ut prædictis, quantum in se est, faveant, & quominus illa suum sortiantur effe-

Digitized by Google

effectum impedire, perturbare, vel moleſtare quovis quæſito colore non audeant. Decernentes irritum & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca, Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Taurinenſi, et Nicienſi, et Montis-Regalis Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, ut ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, et in eis contenta quæcunque, ubi et quando opus fuerit, et quoties pro parte Emanuelis Philiberti, et pro tempore exiſtentis Ducis, et Magni Magiſtri fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eique in prædictis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra literas ipſas ab omnibus, quos illæ concernunt inviolabiliter obſervari; non permittentes eos per quoscunque quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, et rebelles per cenſuras et pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimisque ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus cenſuras et pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, non obſtant. ſel. record. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, de una, et in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore præſentium ad judicium non trahatur, ac noſtra de unionibus committendis, ad partes, & valore exprimendo. Nec non Lateranenſ. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis. Nec non Hoſpitalis prædicti Sancti Lazari juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, quibusvis militiæ prædictæ, illiusque Magiſtris, Conventibus, militibus, & adminiſtratoribus, ſub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, & motu, & ſcientia ſimilibus, ac alias quomodolibet & iteratis vicibus conceſſis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet; tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hoc vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus; contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari; aut extra certa loca ad judicium trahi non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, & ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis, conceſſionis, voluntatis, ſtatuti, hortationis, rogationis, decreti, mandatorum & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Idibus Novembris Pontificatus noſtri anno primo.

M. Datarius.
Caſ. Glorierius.
A. de Alexiis.

A tergo.
Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

CXI.

Contractus matrimonii inter Carolum II. Lotharingiæ Ducem & Henriettam de Sabaudia initus, d. d. 28. Jul. An. 1576.

PArdevant Claude Franquelin & François Croiſſet Notaires du Roi noſtre Sire en ſon Chaſtelet de Paris, furent preſentes en leurs perſonnes haut & puiſſant Prince Charles de Lorraine, Duc de Mayenne, Pair & Grand Chambellan de France, Gouverneur & Lieutenant General pour le Roy en ſes Pays & Duché de Bourgogne d'une part, & Illuſtre Dame, Dame Henriette de Savoye, Vicomteſſe de Caſtillon & Dame de Certes & de Buſen d'autre part, leſquelles Seigneur Duc de Mayenne & Dame Vicomteſſe de Caſtillon ont par l'advis & conſeil des Princes & Seigneurs ſoubs nommés, & meſme ladite Dame, Vicomteſſe par l'advis & congé du Marquis de Villars ſon Seigneur & Pere, haut & puiſſant Meſſire Honorat de Savoye & de Tende Comte dudit Tende & de Sommerne Sieur de Marro Admiral de France, Capitaine de cent hommes d'Armes des Ordonnances du Roy, Conſeiller en ſon privé Conſeil & Lieutenant General pour S. M. au Pays & Gouvernement de Guienne, auſſi preſent, fait & font enſemblement les accords & promeſſes qui s'enſuivent:

vent : C'eſt aſſavoir que iceux Sr. Duc de Mayenne & Dame, Vicomteſſe ſe ſont entredonnés l'un à l'autre foy & promeſſe de Mariage & des à preſent ſe ſont pris & promis à Mary & Femme, & ont promis de celebrer les Nopces & ſolemnités dudit Mariage en la ſaincte Egliſe Catholique le pluſtoſt que faire ſe pourra en concluſion duquel Mariage qui autrement ne ſe fuſt fait, a eſté conclud & accordé qu'outre les Terres, Rentes & Droits dont ladite Dame joüit dés à preſent, tant par delaiſſement qui luy a eſté cy-devant en Doüaire, ou acqviſition, ou autrement a qvelque Tiltre que ce ſoit que ledit Sieur Admiral a promis faire voloir la ſomme de vingt mil Livres de Rentes, ou revenu annuel, & ou deffaut y aura le parfournir ; ledit Sieur Admiral ſera devantage tenu bailler & fournir par chacun an ſa vie durant la ſomme de douze mil livres de Penſion par ſes mains, ſi mieux il n'ayme les aſſigner ſur Terres de pareil revenu. Plus en faveur dudit Mariage & au cas qu'il y ayt Enfant ou Enfans masles ou femelles procreés dudit Mariage ſurvivants, ledit Sieur Admiral a promis & promet en la preſence, & du vouloir, & du conſentement de ladite future Eſpouſe, laqvelle auſſi pour ſon regard a promis & promet par ces preſentes chacun d'eux ſeul & pour le tout, faire joüyr & dés a preſent aſſeure lesdits Enfant ou Enfans de qvarante trois mil Livres de Rente ou revenu annuel en Terres & Seigneuries des chargées de toutes Legitimes, Doüaires, Hypotéques & tous autres empeſchemens qvelconques, en ce non compris les Terres qui ſeront acquieſes de deux autres mil Livres, Tournois mentionnées cy-aprés, à fournir & prendre lesdites quarante trois mil Livres de Rente en premier lieu ſur les Biens qui appartiendront à defuncte Jeanne de Foix Mere d'icelle future Eſpouſe joüyt à preſent, qve autres, & le ſurplus au cas que iceux Biens & Revenu annuel ne puiſſe par fournir à ladite ſomme de quarante-trois mil Livres de Rente & Revenu annuel ; & parce qve advenant le despart tout dudit Admiral que de ladite Dame future Eſpouſe, les Enfans du premier Mariage de ladite Dame ſe pourroient pretendre ſaiſis des Terres & Succeſſion dudit Sieur Admiral & de ladite Dame ſa Fille & voudroient remettre les Enfans qui proviendront de ce Mariage à une ſimple action & demande en vertu du preſent Contract, ledit Sieur Admiral & ladite future Eſpouſe ont conſenty & accordé, conſentent & accordent par ces preſentes qu'en attendant la liquidation & des livrance des Terres & Seigneuries juſqu'à la concurrence desdites quarante-trois mil Livres de Revenu à prendre ainſi qve deſſus, les Enfans dudit futur Mariage ſoient & demeurent ſaiſis & veſtus des Terres & Seigneuries qui enſuivent. C'eſt aſſavoir des Comtés de Montpeſats & Barronies d'Eguillon, Madaillan & S. Liarade en Agenois, Vicomté de Caſtillon, Capsal & Seigneurie de Vertu & de Mayent en riches Pays de Bourdelois, & des qvelles Terres les ont ausdits cas de ſurvivance desdits Enfans & apres le trespas & decez dudit Sieur Admiral & de ladite future Eſpouſe, & du ſurvivant d'eux deux ſaiſis, & veſtus par ces preſentes, voulans qve pour raiſon de ce en cas qu'ils y faſſent troublés, ils puiſſent former complainte, & à ces effects demeurent dés à preſent lesdites Terres ſpecialement affectées & obligées, ſans qve d'icelles ledit Sieur Admiral & ladite future Espouſe ſa Fille puiſſent aucunement diſpoſer à autre & au prejudice de ce que deſſus, & neantmoins ledit Sieur Admiral a declaré que par ſes ſusdites promeſſes et obligations qu'il n'entend ſe priver pendant ſa vie & entierement ſe diſpenſer de la coupe des bois de haute furaie, au contraire s'en eſt ledit Sieur Admiral retenu & reſervé plaine liberté d'en diſpoſer comme bon luy ſemblera. Plus en faveur dudit Mariage, ſera par ledit Sieur Admiral fourny la ſomme de deux cens mil Livres Tournois, à ſçavoir la moitié dans un an prochain, & le reſte, dans un autre an enſuivant, le tout prochainement venant, laqvelle ſomme de deux cens mil Livres Tournois ſeront employés en Terres & Seigneuries, lesqvels au cas qu'il y euſt Enfant ou Enfans du preſent Mariage ſortiront nature de propre au Fils aisné masle iſſu dudit Mariage et à faute de l'aisné Fils au ſecond, & du ſecond au troiſiéme, & ainſi conſecutivement de masle en masle ſuivant l'ordre de primogeniture, & à faute d'Hoirs masles viendront lesdites Terres en propres aux Filles iſſües dudit Mariage, & au cas qu'il n'y en euſt point dudit Mariage ou que les Enfans decedaſſent ſans Hoirs procréés de leurs corps, les ſusdites Terres acquiſes desdites deux cens mil Livres appartiendront en pleine proprieté audit futur Espoux, ſes Hoirs & ayans cauſe, et neantmoins au cas qve ledit Sieur futur Espoux ou ledit Sieur Admiral, ou le ſurvivant d'eux, joüyront entierement par uſufruict et leur vie durant ſeulement desdites Terres acquiſes desdites deux cens mil Livres, au cas qu'ils ſoient receux et non pas autrement : et ou lesdites deux cens mil Livres n'auroient eſté employées en Terres par le decez dudit futur Espoux, et en ce cas dés a preſent comme deslors, et deslors comme dés à preſent, ledit Sieur futur Espoux a conſtitué et aſſigné par hypothéqve ſur tous et chacun ſes Biens

Rente

Digitized by Google

Rente de ladite ſomme de deux cents mil Livres, à raiſon du Denier vingt-cinq, pour en joüyr par ledit Sieur Admiral et ladite Dame future Eſpouſe, & le ſurvivant des deux pour uſufruict, & leur vie durant ſeulement, & aura ladite Rente cours & commerce incontinent du jour du decez dudit futur Eſpoux, & moyenant ce ledit futur Eſpoux a doüe ladite future Eſpouſe de huict mil Livres de Rente, ou de Revenu annuel en Seigneuries & fonds de Terre, enſemble de del Chaſteau au Maiſon qu'elle voudra choiſir ſur les Biens dudit futur Eſpoux à prendre lesdites huict mil Livres de Rente, ou Revenu de proche en proche dudit Chaſteau, qui ſera elle choiſi, ſauf toute fois & excepté qu'elle ne pourra opter choiſir ſondit Douaire, ſur ce dont Tres-haute & Tres-Excellente Princeſſe Madame la Ducheſſe de Nemours Mere dudit futur Eſpoux joüyt en Douaire, pour tant & ſi long-tems, le ledit Douaire aura lieu, desquels Chaſteaux & Maiſons de huict mil Livres de Rente, le tout franc & qvite de toutes Charges, ladite Dame ſera ſaiſie par ſes mains incontinent que le Douaire aura lieu, ſans qu'elle ſoit tenüe à demander delivrance aux Heritiers dudit futur Eſpoux, non obſtant toutes conſtumes à ce contraires, ausqvelles lesdites Parties ont renoncé & derogé, renoncent & derogent par ces preſentes en faveur du ſusdit Mariage, lequel autrement n'euſt eſté fait ny conſenty. Plus a eſté convenu que ledit Sieur & Dame futurs Conjoints ſeront communs en tous leurs Biens, meubles ac acqueſts & conqueſts immeubles, qui ſe feront pendant & conſtant ledit Mariage, & neantmoins chacun d'eux payera & acqvitera ſur le propre les debtes qu'il pourroit deboir jusques au jour des Eſpouſailles & celebration dudit Mariage, advenant la diſſolution duquel, le ſurvivant des deux Conjoints aura a prendre par preciput franchement; c'eſt aſſavoir ledit Sieur futur Eſpoux ſes Armes & Chevaux, ornements & autres meubles ſervants & deſtinés à l'uſage de ſa perſonne, & ladite Dame future Eſpouſe prendra pareillement par preciput ſes Habits, Joyaux, Pierreries, Chaisnes, Bagues, & autres meubles auſſi ſervants & deſtinés a l'uſage de ſa perſonne, & outre ce le ſurvivant des deux Conjoints au cas qu'il n'y ait point d'Enfans, joüira de tous les Biens de ladite Communauté moitié en uſage & l'autre moitié en propre, pourra neant moins ladite Dame Eſpouſe renoncer ſi bon luy ſemble à la Communauté, en qvoi faiſant elle demeure qnite des charges deües par ladite Communauté, encor qu'elle y euſt parlé & qu'elle s'y fut obligée, & neantmoins elle prendra franchement & quitement lesdites bagues & joyaux & autres meubles deſtinés á l'uſage de ſa perſonne ainſi qu'il a eſté dit cy-deſſus avec ledit Douaire & uſufruict, telles qve deſſus, auſſi a eſté convenu, qve s'il y a Enfant dudit Mariage ledit Sieur futur Epoux leur Pere ſuccedera és Biens qui leur ſeront escheus en Pays de Droit escript pour une teſte tant ſeulement avec les Enfans iſſus du premier Mariage de ladite Dame. A tout ce que deſſus fut preſent Haut & puiſſant Prince Henry de Lorraine Duc de Guiſe, Pair de France, Gouverneur & Lieutenant General pour le Roy en ſes Pays de Champagne & de Brie, & Grand Maiſtre de France, lequel pour ſeureté de ladite Communauté Matrimoniale a declaré le ſusdit Duché de Magne appartenances & dependances, appartenir plainement audit Sieur Duc de Mayenne ſon Frere, & a promis acquiter, & deſcharger ledit Sieur Duc de Mayenne de toutes hypothecqves, debtes & obligations, dont il pourroit eſtre tenu & deſchargé, à cauſe des ſucceſſions des defuncts Sieurs Ayeuls, & Peres desdits Sieurs Duc de Guiſe & de Mayenne; & auſſi ce qve ledit Sieur Duc de Mayenne peut debvoir à feu Illuſtriſſime & Reverendiſſime Cardinal Charles Lorraine ſon Oncle, mesme du Douaire de Dame Antoinette de Bourbon, ſon Ayele Paternelle, enſemble de celuy de Dame Catherine de Cleves Femme & Eſpouſe dudit Sieur Duc de Guiſe, auqvel Douaire de ladite Dame preſente a eſté pareillement en tant qve beſoin ſervit, renoncé, ſans prejudice toutefois dudit Douaire de ladite Dame de Nemours; eſt accordé entre lesdites Parties, qve ſi pour fournir par ledit Sieur Admiral la ſomme, qu'il promet cy-deſſus, il emprunte en conſtitution de Rente ou autrement juſqu'á la ſomme de cent mil Livres Tournois; ceux qui fourniront ladite ſomme ſeront preferés ſur les Biens, Terres & Seugneuries à toutes les obligations & conventions, qu'il fait par lesdites preſentes, non obſtant ledit preſent Contract: A ce faire fut auſſi preſent Tres-haut, Tres-puiſſant & Tres-Chreſtien Prince Henry par la grace de Dieu Roy de France & de Pologne, lequel en conſideration des bons, & agreables ſervices á luy faits par le Sieur Duc de Mayenne, & qu'il eſpere qu'il luy fera en cor cy-apres, luy a donné & donne par ces preſentes la ſomme de cent mil Livres pour une fois, leſqvelles cent mil Livres Tournois au cas qu'ils doibvent par ledit futur Eſpoux eſtre employées en rachapt d'Heritages ou Rentes, luy ſortiront nature de propre & aux Enfans aisnés qui proviendront dudit Mariage ſucceſſivement comme cy-deſſus, ſauf que ſi ledit futur Eſpoux predecedoit ladite future Eſpouſe,

Digitized by Google

en ce cas elle en jouyra par uſu-fruict, tout ainſi qve de l'emploi desdites deux cents mil Livres mentionnées cy-deſſus, & pour faire inſinuer le preſent Contract par tout aù il appartiendra, ont lesdites Parties conſtitué leur Procureur le porteur de ces preſentes; a eſté tout ce qve deſſus reſpectivement ſtipulé accordé & promis par le ſusdites Parties chacun en & droit ſou ſoubs l'obligation & hypotheques de tous & chacun leurs biens meubles & immeubles, preſens & advenir, qu'ils y ont ſoubmis parces preſentes, mesmes ledit Sieur Admiral & Dame future Espouſe ſa Fille, s'obligeants ſeuls & pour le tout, renonçants au benefice de diviſion & ordre de diſcution, mesmement ladite Dame au Senatusconſulte Velleyen, qvi eſt qve les Femmes ne ſe peuvent obliger pour autruy, ſans y renoncer & a toutes autres conſtitutions introduites pour les Femmes, & en leur faveur. Fait & paſſé multiplié l'an M. CCCCC. LX. & XVI. le Lundy vingt-troiſiéme jour de Juillet, à qvoy furent auſſi preſens la Reyne Mere de S. M. la Reyne Espouſe de ſadite M. Meſſeigneurs les Illuſtriſſimes Cardinaux de Bourbon, de Guyſe, & de mesdits Seigneurs & Dame de Nemours Monſieur le Duc d'Aumale & autres Seigneurs & Dames. Ainſi ſigné Henry, Charles de Lorraine, Henry de Savoye, Henry de Lorraine, Honorat de Savoye: Franqvelin & Croiſet.

CXII.

Tractatus Pacis inter Henricum IV. Galliæ et Philippum II. Hiſpaniarum Reges nec non Carolum Emanuelem I. Sabaudiæ Ducem die 2. Maji An. 1598. concluſæ, cui mandata, ratificationes aliaque huc pertinentia documenta adjuncta ſunt.

AU Nom de Dieu le Createur. A tous preſens & avenir ſoit notoire; Qu'aians le Roiaume de France, & Provinces des Païs-Bas ſouffert de trés grandes pertes, ruïnes & deſolations, à cauſe des Guerres civiles & étrangeres, qui depuis pluſieurs années ont continué, dont auſſi ſe ſervit grandement reſſentis les Roiaumes d'Eſpagne & d'Angleterre & Païs de Savoie, durant lequel tems le commun ennemi du nom Chrêtientenant nos maux pour ſon occaſion, & ſe prévalant de nos diviſions, auroit fait de tres-grands & tres dangereux progrés & uſurpations és Provinces de la Chrêtienté: Ce que conſiderant nôtre trés Saint Pere le Pape Clement VIII. de ce nom, deſirant y apporter remede convenable, & couper le mal à racine, auroit delegué en France l'Illuſtriſſime & Reverendiſſime Cardinal de Florence Alexandre de Medicis ſon Legat, & du Saint ſiege Apoſtolique, pardevant Trés-Haut & Trés-Excellent & Trés-Puiſſant Prince Henri IV. par la grace de Dieu Roi T. C. de France & de Navarre, pour l'induire & perſuader à une bonne Paix, amitié & concorde avec Trés-Haut, Trés-Excellent & Trés-Puiſſant Prince Philippes II. par la même grace Roi Catholique, de Caſtille, de Leon, d'Arragon, des deux Siciles, de Hieruſalem, de Portugal, de Navarre, des Indes &c. auquel auſſi ſa ſainctеté auroit fait, & fait faire par Son Nonce, & autres ſemblablés Remonſtrances & exhortations. Et depuis aiant ledit Saint Pere été averti que ledit Sieur Roi Catholique auroit remis le fait de la dite Paix; & à ces fins donné pouvoir à Trés-Haut & Trés-Puiſſant Prince Albert Cardinal Archiduc d'Auſtriche ſon Neveu, pour la confiance qu'il a en lui, & pour l'avoir toûjours connu trés affectionné au bien de la Paix, auroit envoié pardevers lui Reverend Pere Frere Bonnaventure, Calatagirone General de l'Ordre de Saint François, pour lui faire ſur ce entendre ſon deſir; & ce qu'il auroit ſceu de lintention dudit Sieur Roi Catholique, touchant ladite Paix, aiant le tout été repreſenté par ledit Pere General audit Sieur Roi Tres-Chrêtien, ſuivant la charge qu'il en avoit de ſa Sainteté, lesquels Sieurs Rois meus de Zele de pieté, de la compaſſion, & de l'extreme regret qu'ils ont, & ſentent en leurs coeurs deslongues & griéves oppreſſions qu'à l'occaſion desdites Guerres, leurs Roiaumes, Païs & Sujets ont ſouffert & ſouffrent encore à preſent, ne voulans obmettre choſe qui ſoit au pouvoir de bons Princes, craignans Dieu & aimans leurs Sujets, pour mettre établir un bon & aſſuré repos en toute la Chrêtienté & particulierement és Provinces, dont il a plû à Dieu leur commettre la charge; & mettans, comme porte leur devoir, en bonne & grande conſideration les trés-ſages & paternels admoneſtemens de nôtre Saint Pere, ſe conformans à iceux auroient exhorté leurs Amis & Confederez de vouloir entendre avec eux, & ſe reſoudre à une bonne Paix, union & concorde à l'honneur de Dieu, exhaltation de ſon ſaint Nom, aſſurance & tranquillité de toutes les Provinces Chrêtiennes, & au ſoulagement & repos de leurs Peuples & Sujets: & pour y parvenir, & icelle Paix & Amitié traiter, conclure & arreſter, auroient été commis, & deputez, c'eſt à ſavoir de la part dudit Seigneur Roi Trés-Chretien, Meſſire Pompone de Bellievre, Chevalier Sieur de Grignon, Conſeiller en ſon Conſeil d'Etat, & Meſſire Nicolaus Brulart Chevalier Sieur de Silleri, auſſi Conſeiller dudit Sieur Roi, en Conſeil d'Etat, & Preſident en ſa Cour de Parlement de Paris. Et par ledit Sieur Cardinal Archi duc au nom dudit Sieur Roi Catholique, ſuivant le Pouvoir à lui donné par ledit Sieur Roi, Meſſire Jean Richardot, Chevalier, Chef & Preſident du Conſeil Privé dudit Sieur Roi & de ſon Conſeil d'Etat, Meſſire Jean Baptiſte de Taxis, Chevalier Commandeur de Los Santos de l'Ordre Militaire de Saint Jacqués dudit Conſeil d'Etat, & du Conſeil de Guerre, & Meſſire Loüis Verreicken auſſi Chevalier Audiancier, & premier Secretaire & Treſorier

Digitized by Google

ſorier des Chartes dudit Conſeil d'Etat, tous garnis de Pouvoirs ſuffiſans, qui ſeront inſerez en la fin des Preſentes, lesquels en vertu de leurs-dits Pouvoirs, en preſente dudit Sieur Legat Cardinal, qui a longuement & trés-vertueſement travaillé à promouvoir cette bonne Paix & reconciliation, ont fait, conclu & accordé les Articles qui enſuivent.

I. Eſt convenu & accordé que le Traité de Paix demeure conclu & reſolu entre lesdits Sieurs Roi Henri IV. & Philippes II. conformement & en approbation des Articles contenus au Traité de Paix fait au Chateau en Cambreſis, en l'an 1559. entre feu de trés-haute & tres-loüable memoire Henri II. Roi de France & ledit Sieur Roi Catholique. Et lequel Traité lesdits Deputez esdits noms ont de nouveau confirmé & approuvé en tous ſes Points, comme s'il etoit inſeré de mot à autre, & ſans innover aucune choſe en icelui, ni és autres precedens, qui tout demeurent en leur entier, ſinon en ce qui y ſeroit expreſſement dérogé par ce preſent Traité.

ALias cum ad fel. record. Innocentii Papæ XII. Prædecessoris nostri aures pervenisset, plura per ministros Dilecti Filii Nobilis Viri Victorii Amedei Sabaudiæ Ducis, & Pedemontii Principis, ejusque Magistratus Laicos, videlicet Delegatos super conservatione, ac reunione regestri, & tarificatione contractuum nuncupatos, nec non Senatus Nicien sem, & Taurinensem gesta fuisse, & attentata Sedis Apostolicæ autoritati, & Ecclesiasticæ jurisdictioni, libertati, atque immunitati nedum contraria, sed illarum læsiva, ac prorsus destructiva, nec non Generalibus Conciliis, & Sacris Canonibus, ac Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus penitus adversantia: Inter alia vero eidem Innocentio Prædecessori innotuisset, quod prius, nempe die 18. Septembris 1697. præfati Delegati super conservatione, & reunione regestri, & tarificatione contractuum, edictum typis mandatum publicaverant, in quo inter cætera §. 6. continebatur præceptum Sindicis, Consiliariis, Secretariis, ac aliis regimini, & gubernio Civitatum, terrarum, & locorum ditionis ejusdem Victorii Amedei Ducis pro tempore præpositis injunctum sub certis inibi expressis pœnis, ne aliquod beneplacitum, vulgo: Placet: de cetero amplius concederent, ad hoc, ut quisquam clericalem statum assumeret, vel jam minoribus ordinibus initiatus ad sacros ordines promoveri posset, minusque super quantitate patrimoniorum sacrorum convenirent, nisi prius officialem, Patrimonialem Generalem nuncupatum, certiorem facerent de instantiis, quas sibi, & a quibus pro dicto beneplacito, seu placet obtinendo fieri contingeret, transmissa eidem informatione tam qualitatum, & capacitatis personarum, quam numeri Parochialium Ecclesiarum in Civitatibus, terris & locis prædictis existentium, atque Ecclesiasticorum celebrantium, & ad sacros ordines promotorum nondum celebrantium, aliorumque Clericorum, qui in illis reperirentur, nec non numeri fratrum, & sororum, & quantitatis bonorum Instantium, prout etiam, an parentes haberent, & an bona per illos possessa obnoxia essent alicui hypothecæ ad favorem Communitatum, seu Universitatum, Civitatum, terrarum & locorum hujusmodi, ad hoc, ut dictus Patrimonialis opportunam relationem ipsis Delegatis facere valeret, & ab ipsis decerneretur, quid expedire conveniret circa ejusdem Beneplaciti, seu Placet concessionem, ac Patrimoniorum constitutionem juxta Ecclesiæ indigentiam, & Concilii Tridentini dispositionem; Idem Innocentius Prædecessor Venerabili Fratri Archiepiscopo Taurinen. mandavit, ut congruam moderationem, seu declarationem præfati edicti in partibus Ecclesiasticæ libertati, & jurisdictioni præjudicialibus obtinere satageret; quod sane spatio viginti septem mensium frustra fuit ab ipso omni studio tentatum, donec tandem die 17. mensis Decembris 1699. renovata fuit ejusdem edicti publicatio, addita declaratione, quod in edicto prius publicato fuerant demandatæ præfatæ diligentiæ, ad hoc, ut Patrimonialis generalis supplendo negligentiam Officialium Communitatum, & universitatum, posset securius earum statum Superioribus Ecclesiasticis repræsentare, ut pro eorum prudentia, atque justitia, præjudicio, quod illis ex nimis aucto Ecclesiasticorum numero resultasset, remedium afferre posset, ipsum coërcendo ad limites necessitatis, atque utilitatis Ecclesiarum, nec non patrimoniorum excessum ad formam Concilii Tridentini supradicti reducendo; Qua tamen declaratione insufficienti comperta, postquam pro ea obtinenda, quæ sufficiens fuisset, inutiliter trium mensium spatio renovatæ fuerant instantiæ, fuit tandem per Archiepiscopum prædictum die 20. Martii 1700. publicatum Edictum, quo nulla declarata fuerunt ea, quæ per Delegatos præfatos prius edita, & promulgata fuerant in iis partibus, quas idem Archiepiscopus Ecclesiasticæ libertati, & jurisdictioni adversari & eisdem læsionem inferre posse arbitratus fuit.

Cumque pariter ad ejusdem Innocentii Prædecessoris notitiam devenisset, quod die 12. Julii 1699. in civitate Hypporegiensi fuerat authoritate laicali publicatum Edictum, quo Ministris publicis præcipiebatur, ut cum omni celeritate, ac diligentia recognoscerent omnes Personas Ecclesiasticas, Universitates, Corpora, atque Collegia non concurrentia solutioni annui oneris Tasso nuncupati, pro bonis in Catastro descriptis, & ab ipsis possessis, ac similiter pias Confraternitates eadem bona detinentes, pro quibus nedum a prædicti, sed etiam aliorum onerum solutione eximebantur, ejusmodi vero recognitionem, & informationem transmitterent Delegatis generalibus super reunione, ac conservatione regestri, procedendo interim ad sequestrum super fructibus bonorum in Catastro descriptorum, absque ulla personarum exceptione, cum aliis etiam dispositionibus, quibus læsa remanere poterat Ecclesiastica libertas & jurisdictio. Ac præterea significatum fuisset Edicti præfati publicationem in aliis etiam Pedemontanæ ditionis Civitatibus factam fuisse, adeoque pro verori rei ha-

Digitized by Google

habenda informatione ſcriptum fuiſſet omnibus illius Regionis Epiſcopis, ut ſuper hoc referrent, & interim defenſioni, atque conſervationi Eccleſiaſticæ libertatis incumberent: Habita ex ipſorum reſponſis notitia nedum dictæ publicationis nonnullis in locis ſequutæ, ſed quod varii, gravesque alii abuſus in præjudicium Eccleſiaſticæ immunitatis, atque jurisdictionis alicubi irrepſerant, ultra particularia remedia juxta caſuum exigentiam præſcripta, generaliter a Congregatione tunc exiſtentium S. R. E. Cardinalium immunitati Eccleſiaſticæ, & controverſiis jurisdictionalibus præpoſita, demandata fuit præfatis Epiſcopis publicatio contrarii edicti, qua Eccleſiæ jura ſarta, & tecta ſervarentur, & novis, quæ in dies excreſcere poterant, præjudiciis obviaretur, quod ſane per nonnullos Pedemontanæ ditionis Epiſcopos, prout in mandatis habuerant, peractum fuit. Verum ejusmodi contrariorum edictorum publicationem, ſcilicet tam illám ab Archiepiſcopo Taurinen. factam contra Edictum, ſicut præmittitur, emanatum a Delegatis ſuper conſervatione, & reunione regeſtri die 18. Septembris 1697. & renovatum die 17. Septembris 1699. quam aliam expreſſe demandatam a memorata Congregatione Cardinalium, & editam a tunc exiſtente Epiſcopo Hyporegienſi, ac a nonnullis aliis Epiſcopis contra aliud edictum, ut præfertur, publicatum in dicta Civitate Hyppo-regienſi die 12. Menſis Julii 1699. ægreferentes Delegati ſuper conſervatione, ac reunione regeſtri ad inſtantiam Patrimonialis generalis die 12. Maii anni 1700. novum ediderunt edictum, ſive, ut ajunt; Reſcriptum typis mandatum, & publice affixum, in quo declararunt, eſſe non potuiſſe mentem ejusdem Archiepiſcopi edicta prius ab ipſis promulgata irritare, & quatenus voluiſſet, id præſtare non potuiſſe; nullum propterea, invalidum, ac irritum ipſius Archiepiſcopi edictum declarando, ac inſuper præcipiendo in omnibus, & per omnia ſuorum edictorum obſervantiam, non obſtante illorum irritatione facta per dictum Archiepiſcopum, illorum executionem in poſterum turbaret, ſub pœna reductionis ſuorum bonorum temporalium, eodemque modo irritum declararunt aliud edictum per aliquos ex Epiſcopis, ſicut præmittitur, promulgatum, ſimiliter declarando mentem eorundem eſſe non potuiſſe contrario edicto ipſorum jurisdictiones turbare, & quatenus voluiſſent, non potuiſſe id peragere, neque exactionem onerum certorum, ac ſolvi conſuetorum a poſſidentibus bona in cataſtro deſcripta, atque edictorum ſuper hoc editorum executionem impedire; Ac propterea attenta notorietate antiquæ poſſeſſionis eadem onera exigendi, in ea conſervandum eſſe Ducale Patrimonium cum inhibitionibus opportunis, præcipiendo inſuper eorumdem laicalium edictorum omnimodam obſervantiam ſub pœnis quoad Laicos etiam corporalibus, & monendo Epiſcopos, ut abſtinerent ab ulteriori perturbatione in concernentibus tam executionem edictorum quam onerum exactionem ſub pœna reductionis eorum bonorum temporalium. Non tulit profecto idem Innocentius Prædeceſſor inultam remanere tam gravem Eccleſiaſticæ libertatis, atque Jurisdictionis læſionem, ſed approbando Decretum a præfata Congregatione Cardinalium hac in re editum die 8. Junii dicti anni 1700. ejusdem executionem Archiepiſcopo Taurin. aliisque Epiſcopis injunxit; Tenor autem Decreti eſt, ut ſequitur: Archiepiſcopo Taurinen. qui procedat, prout de Jure tam contra Delegatos, quam Patrimonialem, & Fornerium pro publicatione Edicti emanati ſub die 12. Maii, nec non contra omnes, qui executionem eidem Decreto præſtiterint; communicetur Epiſcopis ordo datus Archiepiſcopo, & injungatur eisdem, ut in caſu publicationis præfati Edicti in eorum Diœceſibus procedant, prout de jure contra Affixores & Publicatores, & quatenus de eisdem non poſſit conſtare, procedant in genere, declarando incurſos in cenſuras omnes, qui tale edictum promulgaverint, vel eidem dederit executionem, & deinde procedant, prout de jure contra omnes, qui præfato edicto in eorum Diœceſibus dederint executionem. Cumque dictus Archiepiſcopus, in executionem mandati ſibi injuncti, affigi juſſiſſet Monitorium contra ipſos Delegatos, & Patrimonialem generalem, aliosque inibi expreſſos & comprehenſos, iisdem aſſignando terminum quindecim dierum ad comparendum, & dicendum cauſam, quare declarari non deberent incurſi in cenſuras, & pœnas a Sacris Canonibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus comminatas, propter publicationem præfati Edicti editi die 12. Maii ejusdem anni, nedum per Curiæ laicalis Satellitum Præfectum, vulgo Baroncellum Monitorium præfatum cum notorio contemptu defixum fuit, ſed non expectato lapſu termini in eo aſſignanti per eosdem Delegatos ad inſtantiam ipſius Patrimonialis die 3. Auguſti dicti anni 1700. editum, & ſucceſſive die 5. ejusdem menſis publicatum fuit novum Edictum, in quo prævia declaratione aſſertæ notoriæ nullitatis, & injuſtitiæ Monitorii ſupradicti, eumdem Archiepiſcopum, cum manifeſto authoritatis exceſſu, monere auſi ſunt, ut illud revocaret intra terminum duorum menſium, ac ab omni ulteriori proceſſu abſtineret ſub pœna reductionis ſuorum bonorum temporalium, aliisque (ut erronee aſſertum inibi fuit) de Jure, atque uſu permiſſis; inhibendo inſuper omnibus in Monitorio comprehenſis, ne coram quocumque Judice Eccleſiaſtico in dicta cauſa comparerent ſub pœna mortis naturalis, ac ſub eadem emanavit, atque typis mandatum, & publicæ affixum fuit ſimile Edictum Senatus Taurinen. ad inſtantiam Procuratoris generalis, declarans nullatenus per Edicta dictorum Delegatorum fuiſſe læſam libertatem, ac jurisdictionem Eccleſiaſticam, quinimo evidenter laicalem per Archiepiſcopi, & aliorum Epiſcoporum Edicta fuiſſe violatam, ac propterea confirmans omnia p.. eosdem Delegatos, uti ad naturalem, & legitimam (quod non minus perperam prætenſum fuit) defenſionem geſta, monendo ipſum Archiepiſcopum, ut pariter intra terminum duorum menſium revocaret, & a regiſtris ſuæ Curiæ aboleret, & expungeret præfatum Monitorium, uti nullum, atque injuſtum, omnesque actus illud concernentes, ac inſuper nullam in eo comprehenſis moleſtiam inferret,

nec

Digitized by Google

nec ulterius turbaret jurisdictionem laicalem sub eadem pœna reductionis suorum bonorum temporalium, & respective quoad Laicos in monitorio comprehensos, qui coram tribunali Ecclesiastico comparuissent, mortis naturalis.

Grave etiam accidit eidem Innocentio, Prædecessori non minus Ecclesiasticæ libertati, quam suæ, & sedis Apostolicæ jurisdictioni inflictum vulnus per Senatum Nicienſem assumendo scilicet cognitionem causæ ad instantiam Cajetani Albanelli provisi de Ecclesia Parochiali Loci Rocasteronis Glandeven. Diœcesis in Comitatu Nicien. sita, pro impedienda exactione fructuum inexactorum dictæ Ecclesiæ ad Cameram Apostolicam pertinentium, super quibus ab eodem Senatu decretum fuit sequestrum cum eorum successiva relaxatione ad favorem ipsius Cajetani, ac ulterius turbando Jurisdictionem Nunciaturæ Apostolicæ, ad quam juxta facultates eidem a Sede prædicta tributas ejusmodi cognitio privative spectabat, siquidem etiam ratione præventionis, intolerabili siquidem ausu, idem Senatus temere mittens manus, in messem alienam, sub prætextu assertæ notoriæ nullitatis sententiæ excommunicationis latæ contra præfatum Cajetanum in Tribunali ejusdem Nunciaturæ, ob recursum ab ipso factum ad Senatum in spretum jurisdictionis ipsius Nunciaturæ, prævia admissione appellationis interpositæ per Procuratorem Fiscalem mensæ Episcopalis Glandevensis, ac per Procuratorem Fiscalem Patrimonialem generalem inhibuit ipsi Cajetano, ne coram alio Judice, præter Senatum, compareret, sub pœna reductionis bonorum, præcepitque Syndicis Universitatis dicti loci, & cuicumque personæ, ne auderent eumdem impedire in libero exercitio Parochialis officii, quamvis a Tribunali Nunciaturæ fuisset, ut præfertur, nominatim excommunicatus, ob idque ex Ecclesiæ præcepto vitandus, & a divinorum nedum administratione, sed etiam participatione suspensus, atque submotus. Ac insuper idem Senatus contra Procuratorem Cameræ Apostolicæ, licet notorie exemptum, procedere ausus fuit, ipsum citando ad comparendum cum subsequuta reductione bonorum tam Josephi Audè, Advocati Cameræ prædicti, quam Canonici cognominati Torrini tunc Subcollectoris Apostolici, in odium actuum ab ipsis gestorum, ut proprio muneri satisfacerent. Dum vero opportunæ reparationi per tunc existentem Episcopum Nicienſem, in executionem Decreti memoratæ Congregationis Cardinalium opera dabatur, nova emersit attentati species; Nam Ven. Frater Archiepiscopus Ebredunensis, tanquam Metropolitanus ex abrupto, nullaque judiciaria forma servata, sibique omnino incompetentem authoritatem cognoscendi de Juribus S. Sedis, de gestis per illius nuncium, absque dubio superiorem situm, assumendo; & quod magis intolerabile est, sese supra ipsum extollendo, ad petitionem præfati Cajetani, licet ante rejectam, & ad quos de jure a tunc existente Episcopo Glandevensi suo Ordinario, apud quem ille prius insteterat, remissam temere declaravit nunquam in Diœcesi Glandeven. spoliorum Jus usu fuisse receptum, eidem Cajetano, aliisque omnibus Ecclesiasticis suæ Metropolitanæ Jurisdictioni subjectis propterea inhibendo, ne dictum Jus spoliorum directe vel indirecte unquam recognoscerent; præterea nullam esse pronunciavit sententiam excommunicationis contra dictum Cajetanum latam a Tribunali Nunciaturæ, absolutionem eidem ad cautelam tribuendo, licitumque in dicta Provincia recursum ad Senatum in materia spoliorum, uti semper usitatum, asseruit. Cujus sane Ordinationis, tanquam notoria nullitate ob defectum Jurisdictionis in materia, de qua agebatur, infectæ, nec minus Ecclesiasticæ immunitati adversantis, quam jurium hujus Sanctæ Sedis manifeste læsivæ, demandata fuit cassatio, revocatio, & annullatio tunc existentibus tam Nuncio Taurinen. quam Prolegato Avenionen prout ambo illam cum omnibus inde secutis cassarunt, revocarunt, & annullarunt; Sed cum dictus Prolegatus affigi jussisset valvis Ecclesiæ dicti Loci Rocasteronis declarationem desuper ab eo editam, fuit carceribus mancipatus Cursor ad id peragendum transmissus, & in illis plurium mensium spatio detentus, quousque fuga sibi consuluit. Similiter nec potuit prædictus Episcopus Nicien. exequi mandata dictæ Congregationis Cardinalium procedendi, prout de jure, contra Senatum, non repertis ob illius perhorrescentiam Ministris, vel Officialibus, qui eidem parere voluerint, ut ipse eidem Congregationi rescripsit.

Nec minus temerarium extitit, quod ab eodem Nicienſi Senatu attentatum fuit occasione prætensionis, quod subditi ditioni temporali Comitatus Nicienſis, Ventimilien. Diœcesis, vigore assertorum privilegiorum, trahi non possent extra temporale dominium ejusdem Comitatus pro cognitione Causarum in prima instantia coram Episcopo peragenda. Ad hanc siquidem prætensionem confovendam, immemor idem Senatus, quod non licet laicali potestati in concernentia causarum spiritualium cognitionem sese ingerere, ac multominus Judici Ecclesiastico circa propriæ Jurisdictionis exercitium legem imponere, loco recurrendi, ut alias peractum fuerat, ad sedem Apostolicam prædictam, ad quam unice eorundem assertorum privilegiorum declaratio spectabat, publico Edicto die 26. Novembris 1697. edito, vetuit omnibus Subditis, ne pro ulla causa comparerent in Tribunali Episcopi Ventimilien. Sub pœna privationis gratiæ Principis, eundemque Episcopum monuit, ut intra terminum viginti dierum deputaret Vicarium in parte suæ Diœcesis subdita, in temporalibus ditioni Nicienſi, cum facultate decidendi omnes causas, tam contentiosas, quam gratiosas, sub pœna reductionis Bonorum a Mensa Episcopali possessorum, quorum fruitione deinde dictus Episcopus ob non factam petitam deputationem fuit per abusum potestatis laicalis violenter privatus: Præterea eodem anno 1697. idem Senatus Nicienſis mandavit tunc existenti Vicario foraneo Loci Sospelli, ut cognosceret omnes causas, & illas pro quibus ei defecisset authoritas, concessis testimonialibus, ad tunc pariter existentem Nuncium Taurinensem remitteret; Quocirca d. Episcopus, postquam spatio trium annorum plures, & sane ferventissimas instantias, quamvis inutiliter, fecerat pro reintegratione suæ Mensæ, sui tan-

tandem muneris partes esse censuit, parendo etiam mandatis memoratæ Congregationis Cardinalium, quosdam Ministros laicos censuris innodatos declarare; ipse vero Senatus Niciensis in eam prorupit audaciam, ut ad arcam Domini non quidem erigendam, sustinendamque, quod adhuc severa, ingentique adeo ultione fuisse a Deo punitum in sacris paginis legimus, sed ad illam deturbandam, prosternendamque sacrilegas manus extollere non erubuerit ac inaudito forsan hactenus ausu, sanctissima Ecclesiæ instituta, atque præcepta intervertere tentaverit; cum enim non minus provide, quam salubriter Ecclesia jubeat Excommunicatos, velut igne, & aqua interdictos, & tanquam putrida membra Canonicæ severitatis mucrone abscissa, ne totum corpus inficiant, ab omnibus Christi fidelibus esse vitandos, ipse Senatus publico, typisque tradito Edicto laicali jurisdictioni Subditis, mortis naturalis pœna contravenientibus imposita, præcepit, ut cum illis commercium haberent, ac cum pariter Ecclesiæ præcepto statutum sit, ut censuris irretiti a communione Fidelium, ac divinorum participatione arceantur, peculiari etiam imposita pœna iis, qui illos ad spirituale consortium admitterent, Senatus itidem præfatus, quem hac in re obsequendi potius manebat necessitas, quam authoritas imperandi, solemniter edixit, atque omnes Ecclesiasticos monuit, ut eosdem Excommunicatos ad communionem in divinis reciperent, & Sacramentorum participes redderent, cum comminatione gravium pœnarum in casu contravention is. Licet autem Edictum hujusmodi in hac dumtaxat posteriori parte, seu clausula Ecclesiasticos, ut præfertur, tangente, ex speciali jussu supradicti Victorii Amedei Ducis revocatum fuerit, nihilominus cum in aliis omnibus ejus partibus expresse præservatum, adeoque confirmatum fuerit, nova potius per insufficientem, ac imperfectam ejusmodi revocationem Ecclesiæ læsio illata fuit, quam prior reparata.

Hæc sane omnia, quæ dum in humanis ageret memoratus Innocentius Prædecessor, contigerunt, ac nobis, qui dum Cardinalatus honore fungebamur, Congregationibus, in quibus de rebus hisce actum fuit, pluries interfuimus, apprime innotuerant, una cum aliis præsentium temporum facile prævisis calamitatibus, mentis nostræ oculis obversata effecerunt, ut Nos ad Supremi Apostolatus apicem, non minus inviti, quam immerentes vocati, tota animi contentione gravissimum hoc onus subire detrectaverimus; Verum quia obsequi tandem debuimus divinæ vocis imperio, primas profecto pastoralis solicitudinis nostræ partes esse duximus lapidem omnem movere, ut Ecclesiasticæ libertatis Violatores ad cor redirent, & recogitantes flagella, quibus divina ultio ejusmodi criminum reos percutere consuevit, debitam Ecclesiæ satisfactionem exhiberent; Dum hæc tamen, omnibus adhibitis Apostolicæ longanimitatis, & paternæ benevolentiæ mediis agebamus, non sine maximo animi nostri mœrore accepimus, a præfato Senatu Nicien si, mala malis accumulando, per suum Decretum die 19. Januarii 1701. editum, admissam fuisse appellationem pro parte Procuratoris Fiscalis generalis Ducalis interpositam a Decretis Curiæ Legationis Avenionen. & Tribunalis Nunciaturæ Taurinensis super circumscriptione, & cassatione sententiæ irregularis, ac taliter in competentis latæ per Curiam Archiepiscopalem Ebredunensem die 7. Maii 1700. in causa superius relata dicti Cajetani Albanelli; quo sane Decreto typis impresso dictus Senatus eo temeritatis processit, ut declarationes tam Legationis, quam Nunciaturæ præfatarum, tanquam nullas, & abusivas pronunciare atque damnare non erubuerit. Novis hisce injuriis lacessiti patienter adhuc sustinuimus; quinimo cum post elapsos quamplures terminos a Nobis assignatos ad præstandas necessarias, & frustra diu expectatas reparationes, Nobis exhibita fuisset instantia pro parte tunc existentis pro eodem Victorio Amedeo Duce apud Nos, & sedem prædictam Residentis, ut aliquem ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deputaremus, cum quo de his rebus agere posset, quamvis omnia jam diu in dicta Congregatione Cardinalium mature discussa, & Nobis quoque plerumque intervenientibus & suffragantibus, supra relatæ resolutiones captæ, & partim etiam executioni demandatæ fuissent, eodem Innocentio Prædecessore ne dum approbante, sed jubente; Adhuc tamen, ut vere possemus dicere, quid ultra potui facere, & non feci? Dilecto Filio Nostro Sperello Tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Sperello nuncupato commisimus, ut ea, quæ per dictum Residentem, ejusque Defensores deducerentur, audiret, & Nobis referret. Verum post aliquos inter eosdem Sperellum Cardinalem, & Residentem hac in re habitos congressus contigit, ut dictus Residens re infecta ab hac Urbe discesserit. Nova interim in dies in præfati Victorii Amedei Ducis ditionibus Ecclesiæ vulnera infligi acerbiori semper doloris sensu intelleximus; Orta scilicet jam pridem, nempe anno 1698. controversia inter Mensam, & Curiam Episcopalem Augustanam Provinciæ Tharantasien. ex una, ac Canonicos Regulares Sancti Aegidii Loci de Verrefio ex altera partibus, super Jure conferendi nonnullas Parochales Ecclesias, introductoque Judicio in Tribunali Nunciaturæ supradictæ, utraque Parte consentiente, ac jura sua in eodem deducente, secuta vacatione duarum ex dictis Ecclesiis, Procurator Fiscalis dictæ Curiæ Episcopalis Augustanæ causam deferre studuit ad Sabaudiæ Senatum, eidem exponendo, quod licet Episcopus reperiretur in possessione dictas Ecclesias conferendi, fuerint tamen eidem per præfatos Canonicos Regulares illatæ molestiæ, cum præsentatione citationis cum inhibitione, ejusque executione; & quia per Tribunal Nunciaturæ dictis Canonicis Regularibus decreta fuerat manutentio, dictus Promotor Fiscalis ad eumdem Senatum appellaverat, a quo citationem nedum contra ipsos, sed etiam contra Judicem Ecclesiasticum obtinuit; Ac tandem comparere coactis iisdem Canonicis Regularibus coram dicto Senatu, prodiit Sententia, per quam revocata fuit præcedens, tanquam (ut male prætensum fuit) nulliter, & abusive per Tribunal Nunciaturæ lata, simulque omnibus Ecclesiasticis, & aliis prohibitum fuit sub pœna nullitatis, ac scutorum mille auri, aliisque, ne ad dictum Tribunal causas deferrent; Et hæc quidem sententia in Civitate

Digitized by Google

vitate Augustana ad sonum tubæ publicata fuit die 10. Maii anni 1701. Gravia profecto fuerunt hæc, & mucrone Canonicæ severitatis resecanda: Unde contra ea clamare non cessavimus, ita Dominо Nos per Prophetam admonente, ac Apostolici muneris debito exigente, ne veluti canes muti non valentes latrare, ac lupos gregem Dominicum devastantes arcere negligentes comperemur, & spirituali interitus ovium Nobis a Domino commissarum rei evaderemus. Verum prædicti Senatus, aliique laicæ Jurisdictionis Ministri, atque Officiales, veluti aspides surdi, & aures suas obturantes, ne vocem venefici incantantis sapienter audirent, adhuc in sua malitia perseverantes, & obdurati, nec paternis exhortationibus nostris, nec minis flecti potuerunt, ut animarum suarum saluti consulerent, & Ecclesiæ, quam toties, & tam graviter læserant, satisfacerent; quin potius hæc inter novum alium Ecclesiasticæ libertati, & Sedis Apostolicæ authoritati vulnus inflictum fuit, dum ex abrupto, quacumque ejusdem Sedis reverentia postposita, Dilectus, Filius Alexander Codebo jampridem Auditor Nunciaturæ prædictæ, tuncque illam in Civitate Taurinensi nomine nostro administrans, ab omnibus ipsius Victorii Amedei Ducis eo tempore a dicta Civitate absentis, dominiis, in manifestum tam Clericalis Ordinis, quam Muneris, quod de mandato nostro exercebat, contemptum dimissus fuit, assignato eidem brevi duorum dierum termino pro discessu a Civitate prædicta, & quatuor ab universa dicti Victorii Amedei Ducis ditione, ne quidem illi permissa facultate Nos de hoc sibi injuncto discedendi præcepto per Cursorem citatis equis transmittendum certiores reddendi, nostrumque desuper responsum expectandi, ita ut in locum Tilliolarum nuncuparum, huic Sanctæ Sedi etiam in temporalibus subjectum se recipere coactus fuerit.

His omnibus matura deliberatione perpensis, & implorato prius divino præsidio, die 7. Februarii 1702. super præmissis omnibus dictæ Congregationis Cardinalium, qui rem totam diligenter, ac mature coram Nobis discussserunt, vota exquisivimus, iisque auditis, novum aliud paternæ nostræ longanimitatis experimentum facere decrevimus; ac proinde nostras in forma Brevis expeditas literas supradicto Victorio Amedeo Duci conscripsimus, in quibus acerbissimum cordis nostri dolorem ob ea, quæ ab illius Magistratibus adversus Ecclesiasticam libertatem, Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, debitamque huic Sanctæ Sedi observantiam attentata fuerunt, fuse explicavimus, eumque propterea admonuimus, rogavimus, atque obsecravimus, ut per egregiam & ad magna quæque ac præclara propensam, quam fortitus fuerat, animi indolem, per uberem erga ipsum, ejusque Domum divinæ beneficentiæ fontem, per veterem denique, & constantem nostram in ipsum voluntatem, aufferret tandem malum de domo Israel, omnique mora postposita, quæ injuste acta fuerant, celeri & magnanima retractatione revocaret, Ecclesiæ pristinam dignitatem, & læsa jura restitueret, Nosque ipsos a tam gravi, qua angebamur, solicitudine liberaret. Neque enim alias tot, tantaque mala, quibus Ecclesiæ auctoritas laedebatur, sacrorum Canonum norma contemnebatur, & ipsa Beati Petri Sedes injuria afficiebatur, traditæque a Domino claves impetebantur, diutius absque animæ nostræ periculo, divinæque indignationis incursu dissimulare valebamus. Porro has ipsas literas nunc in humanis agenti bo. me. Carolo, dum vixit S. R. E. Cardinali Barbarino nuncupato, quem eidem Victorio Amedeo Duci ob præclaras & nunquam satis laudatas ejus animi dotes summopere acceptum esse noveramus, consignavimus, ut illas ipsi Victorio Amedeo Duci, quam celerius fieri poterat transmitti, simulque rem totam ad ipsam sincere deferri curaret, non dubitantes, quin ea diligentior perspecta, ex ipsa, qua præstat, animi magnitudine omnia perperam gesta protinus emendaret; Verum non modo concepta hac spe frustrari Nos vidimus, sed alia, & quidem non minus gravia prædictæ Sedis jurisdictioni, & libertati Ecclesiasticæ in illis partibus præjudicia indies inferri percepimus.

Etenim die tertia Maii 1702. nomine ipsius Victorii Amedei Ducis publicatum fuit Edictum in executionem, ac interpretationem, sive ampliationem, ut in eo asserebatur, alterius Edicti ab ejus Tritavo lati Anno 1563. cujus tamen longæva adeo inobservantia satis illud viribus carere monstraverat; In quo quidem nupero Edicto plura continebantur circa successionem Personarum, & Communitatum Regularium, & circa dotes Monialium, Ecclesiasticæ Jurisdictionis Usurpationem manifeste præ se ferentia, ejusdemque libertatis summopere læsiva: declarando scilicet omnes religiosos utriusque sexus cujusvis Ordinis in Regionibus ultramontanis ipsius Victorii Amedei Ducis temporali Dominio subjectis degentes, etiam societatis Jesu atque ordinis Militaris S. Joannis Hierosolymitani, post emissam professionem sive expressam, sive tacitam, per vota solemnia, vel simplicia, civiliter mortuos & incapaces testandi ac de propriis bonis disponendi, tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, ac generaliter quoque incapaces omnium effectuum ac actuum civilium, & ullas recipiendi, aut colligendi successiones tam præteritas quam futuras, sive ex testamento, sive ab intestato, easdem propterea deferendo proximioribus Consanguineis Jure ordinario successivo; quodque per professionem votorum solemnium, vel simplicium expressam, aut tacitam, purificatæ censerentur omnes substitutiones perinde ac si Religiosi prædicti naturaliter defuncti fuissent, relicta solum ipsis facultate recipiendi annuam pensionem vitalitiam convenientem, titulo sumptus, & alimentorum sicut Senatus æquum judicasset, ac insuper earundem successionum incapaces declarando dictum Ordinem, & Religionem S. Joannis Hierosolymitani & omnes alios Ordines, & Religiosas Communitates, Societates, Conventus Ecclesiasticos, Regulares & Seculares, & Militares, sicut etiam Collegia Cathedralium, Collegiatarum, & alias omnes Societates Ecclesiasticas, Regulares, & Sæculares per dispositiones titulo universali, per testamentum, Codicillos, aut donationem causa mortis & etiam per donationem inter vivos & titulo particularis legati præter unam sextam partem suppellectilium dictorum donantium, aut Testatorum, etiam ex cau-

Digitized by Google

sa ingressus in dictas Religiones, Monasteria, Societates, & Conventus, exceptis Hospitalibus, & ordine Militari Sanctorum Mauritii & Lazari. Præterea in eodem Edicto additum fuit, quod Religiosi utriusque sexus qui per sex annos habitum regularem cujuscumque ordinis detulissent, numerando sexennium a die suscepti habitus regularis hujusmodi quoad eos, qui illum post expletum decimum sextum suæ ætatis annum susceperunt: Quoad alios vero qui illum ante dictam ætatem susceperunt a fine dicti decimi sexti anni, etiamsi nullum fecissent votum vel tantum vota simplicia consererentur mortui civiliter, & privati omni jure civili tam pro casibus præteritis quam futuris, ipsos quoque privatos declarando facultate possidendi propria sua bona, quovis tandem prætextu deposuissent, vel deponerent habitum regularem in futurum, quibus tamen adjudicari posset a Senatu aliqua provisio alimentaria de bonis parentum, vel Religionis, a qua egressi fuissent, prout dictus senatus æquum judicasset facultatem reclamandi ad Sexennium, ut supra, computandum, citatis interesse habentibus, restringendo ita quod non obtenta ultimis duobus annis declaratione nullitatis, reclamationes amplius non attenderentur; circa vero receptiones Religiosorum utriusque partis sexus in eodem edicto dispositum, & declaratum fuit, quod Domus Conventus, Societates aut Monasteria, cum reciperent aliquos Religiosos nihil possent acceptare quovis prætextu sumptuum, ingressus in Religionem; Novitiatus Suppellectilium, Vestium, fundationum, & aliquorum, nisi mille florenos illarum partium; Liberum tamen esset, dictis Religiosis sibi reservare ex eorum bonis pensionem quinquaginta florenorum similium, quæ pensio extendi posset ad summam ducentorum florenorum, ratione studiorum tantum, & hoc per decennium a die professionis: & quoad Religiosas & Moniales, Monasteria, in quæ ingressæ fuissent, acceptare nihil possent quovis prætextu sumptuum, ingressus in Religionem Novitiatus, dotis, suppellectilium, vestium, fundationum, aut aliorum, nisi summam pro qualitate locorum in præfato Edicto taxatam, inpositæ contravenientibus certa pœna pauperibus applicanda ex bonis temporalibus Monasteriorum & Regularium Communitatum sumenda. Postremo in eodem Edicto sancitum fuit, quod hæc omnia effectum haberent retroactivum quoad successiones, aliasque res delatas præfatis Communitatibus, quæ, ut præfertur, incapaces declaratæ fuerant quidquam consequendi, quod illis fuisset delatum per actus ultimæ voluntatis, exceptis tamen rebus, quæ eisdem Communitatibus per sententiam jam fuissent adjudicatæ, & hoc quidem Edictum verificatum, atque, ut dicitur, per Senatum Sabaudiæ interinatum fuit die 17. April. 1703. inhærendo præcepto desuper in ejus calce specialiter inserto, licet quoad clausulam retro activam, & bona a Communitatibus supra dictis pacifice possessa, fuerit ab eodem Senatu modificatum. Porro ambigi nequit; quin omnia in ille dispositæ manifestam Ecclesiasticæ potestatis & auctoritatis usurpationem, ejusdemque libertatis violationem præ se ferant, nullatenus tolerabilem. Quamvis vero incertus ad nos pervenerit rumor suspensam subinde fuisse præfati edicti executionem, nihilominus, præterquam quod nullum hactenus suspensionis hujusmodi certum accepimus documentum, nemo non intelligit solam suspensionem minime sufficientem fuisse ad præmissam gravissimam lasionem tollendam.

Præterea cum ad retundendas graves & frequentes molestias, quas Ducales Ministri subditis, & feudatariis hujus Sanctæ Sedis Locorum Montasiæ, Cisternæ & Certanse non sine manifesto directi & supremi Dominii ad Nos, & ad eandem sedem in prædictis locis unice & privative spectantis, pridem intulerant, novasque, quas illis inferre præfati Ministri minabantur, instante Dilecto Filio Commissario Generali Cameræ Nostræ Apostolicæ per Dilectum Filium Nostrum Joannem Baptistam S. R. E. Cardinalem Spinolam nuncupatum, ejusdem S. R. E. Camerarium, die 8. Augusti 1702. expeditum atque transmissum, & eorundem feudorum Sindicis præsentatum, nec non feudatariis eo, quo licuit, modo intimatum fuisset monitorium; quo districte prohibebatur, ne alium supremum Dominum, præter Sedem Apostolicam, & Romanam Ecclesiam recognoscere auderent, fuit ad similem Patrimonialis Ducalis requisitionem mense Septembris 1702. per Cameram, quam vocant Computorum aliud publicatum, & respective intimatum edictum seu decretum, quo, prævia declaratione nullitatis & invaliditatis ejusdem Monitorii tam ipsis feudatariis, qui eatenus Sedem ejusque supremam auctoritatem constanter recognoverant, ipsis etiam Sabaudiæ Ducibus id approbantibus, quam Sindicis Universitatum, atque Vasallis, sub gravissimis pœnis præcipiebatur, quod de cætero supremam tantum ipsius Victorii Amedei Ducis auctoritatem recognoscerent, ad hujus vero edicti publicationem præfatarum Universitatum Sindicus vi, metuque Ducales Ministri compellere tentarint, omnibusque renuentibus, nonnulli in Civitate Astensi deprehensi, Carceribus mancipati, alii vero qui ad illam accedere recusarunt, militaribus copiis a dictis feudis violenter extracti, similiter detenti fuerunt, morte etiam Sclopo illam alteri ex ipsis, qui fuga sibi consulere studuerat.

Nec minor apparuit alia Senatus Taurinensis audacia; cum enim Venerabilis Frater Episcopus Aquensis a divinis suspendisset Parochum loci Mombaldoni, ejus Diœcesi subjecti quamvis sint in ditione temporali ejusdem Victorii Amedei Ducis, pro coërcenda illius inobedientia, ex quo comparere contumaciter recusaverat, licet pluries vocatus ad se expurgandum de gravibus delictis, de quibus fuerat delatus, & signanter, quod in manifestum ac detestabilem contemptum Clavium ad divinorum participationem admisisset Comites Franciscum Dominicum & Michaelem suos Fratres, per publicarum Schedularum affixionem, secutam die quinta Februarii 1701. tanquam excommunicatione irretitos denuntiatos, ipsisque præsentibus, & assistentibus celebrasset, habito ad memoratum senatum recursu per procuratorem Fiscalem laicalem, promulgatum fuit Edictum ab eodem Senatu die 2. Decembris 1701. quo præfatum Episcopum monuit, sub pœna reductionis bonorum temporalium, ne ipsum Parochum

Digitized by Google

rochum extra ditionem Ducalem evocaret, sed in illa Vicarium deputaret, eidem Parocho inhibendo, ne alibi compareret, sub simili pœna reductionis bonorum temporalium, super cujus edicti affixione Palatio Prætorio secuta, sumptis contra ipsum Parochum per Curiam Episcopalem informationibus eoque in contumacia perseverante, atque in divinis ministrante, nec non in Parochialis officii Exercitio, sese immiscente, die 22. dicti mensis Decembris idem Parochus declaratus fuit irregularis, ac subinde in executionem mandatorum dictæ congregationis Cardinalium, die XXIV. ejusdem mensis Decembris expeditorum ad compescendam ejus proterviam, & consulendum spirituali bono animarum ipsi commissarum, die XXIV. Januarii subsequentis tam ipsius Parochialis, quam aliarum ruralium Ecclesiarum valvis affixum fuit edictum, quo ipse omnibus nuntiabatur a Divinis suspensus & irregularis, ac ad omnem Ecclesiasticam functionem peragendam inhabilis, interdicta ei Sacramentorum administratione, ac respective receptione; qua tamen suspensionis & irregularitatis, publica denunciatione contemta, præfatus Parochus celebrare continuavit, omnemque lapidem apud dictum Senatum movit, ut impediretur Sacerdoti supplendis ejus vicibus deputato, parochialis muneris exercitium; quocirca novum ab eodem Senatu expeditum fuit edictum die 27. Aprilis 1702. Ad similem instantiam Procuratoris Fiscalis, quo Episcopus sub pœna reductionis bonorum temporalium, iterum monebatur, ut revocaret provisionis contra dictum Parochum captas, & Vicarium in ditione Ducali pro exercenda jurisdictione deputaret, eidemque Parocho prohibebatur, ne alibi personaliter, vel per Procuratorem compareret. Unde dictus Parochus, Edicti hujusmodi auctoritate fretus, magis indies contumax, & ordinariæ, ac delegatæ, auctoritatis contemtor evasit, dum animo prorsus obdurato iterum suspensus, & irregularis declaratus, respondere, & comparere detrectavit.

Ad hæc idem Senatus Taurinensis in aliam prorupit temeritatem nam die 10. Octobris 1702. ad instantiam Procuratoris Generalis Ducalis Jurisdictionis, per decretum typis impressum inhibuit omnibus Fratribus Familiæ, seu Conventus Ordinis Minorum Sancti Francisci, Conventualium nuncupatorum, ne executionem darent cuidam sententiæ de mandato Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositæ die XV. Julii 1702. contra Carolum Augustinum Mallettum Fratrem expresse professum dicti ordinis, latæ, qua ipse declaratus fuerat excommunicatus, omnibusque gradibus, & officiis sui ordinis privatus, ob damnabilem recursum habitum ad Laicalem potestatem, ad effectum impediendi accessum custodum Conventuum ejusdem ordinis in ditione ipsius Victorii Amedei Ducis existentium ad Provinciale Capitulum, quod in Civitate Alexandrina Provinciæ Mediolanen. celebrari debebat, mandatum ab eadem Laicali potestate impetrando, quo illis sub pœna Ducalis indignationis præcipiebatur, ne ab eadem ditione recederent, illudque Custodibus ipsis intimando, qui omnes ei paruerunt; dictam porro sententiam, quamvis Sacrarum Canonum & Constitutionum Apostolicarum, ac præcipue Literarum quotannis in die Cœnæ Domini legi solitarum dispositioni conformem, adhuc tamen memoratus Procurator generalis Ducalis jurisdictionis, in recursu ad dictum Senatum habito, evidenter, & intolerabiliter injustam asserere non erubuit, ipseque Senatus, ejusdem instantiæ annuendo, præfatæ sententiæ publicationem, & executionem, ac ne quidquam in præjudicium dicti Caroli Augustini innovaretur, quousque habitus fuisset recursus, ad quem de jure competeret, sub eadem Ducalis indignationis pœna districte prohibuit; unde idem Carolus Augustinus, præmissorum Calore fretus, spreta excommunicatione, qua per dictam sententiam fuerat innodatus, in Divinis ministrare ausus fuit, & ob id irregularis evasit.

Inter hæc ad Nostrum pervenit auditum aliud a Senatu Nicensi Ecclesiasticæ auctoritati illatum præjudicium; cum enim supradictus Episcopus Nicensis auctoritate prius ordinaria, & deinde sibi delegata a Congregatione Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum inhibuisset cuidam Antonino Arnaud Fratri expresse professo Ordinis prædicatorum, Officiali deputato ab Archiepiscopo Ebredunensi, pro exercenda jurisdictione Metropolitica prius in loco nuncupato Barcinona, seu Barcinonetta, in ejus Diœceſi sito, & in temporalibus subdito Gubernio Nicensi exerceri consueta, ac deinde translato illius exercitio in ipsam Civitatem Nicensem, ne in eam sese ingereret, cum id manifeste tenderet in turbationem, atque imminutionem ordinariæ jurisdictionis ipsius Episcopi, & Sacrorum Canonum sanctioni adversaretur, ut eadem congregatio declaravit, habito recursu per eumdem Antonium ad Senatum prædictum, ipse die 14. Decembris 1701. monuit præfatum Nicensem Episcopum, ne sui officii exercitium ipsi Antonino impediret, sub prætextu publici populorum beneficii, cum comminatione pœnæ reductionis ejus bonorum temporalium, eamdemque monitionem, & inhibitionem renovavit die 26. Januarii 1702. ad instantiam Procuratoris, Fiscalis Laicalis, etiam post acceptam notitiam decreti præfatæ Congregationis officii hujusmodi Exercitium improbantis, addita ulterius sub eadem pœna, nec non Ducalis indignationis prohibitione cuilibet personæ, etiam Ecclesiasticæ, ullam citationem exequendi, vel intimandi sententiam, aut ordinationem cujuscunque Tribunalis extra statum siti, prout de facto impedita fuit intimatio memorati Decreti, cum citatione per Episcopum præfatum transmissa, male scilicet prius habito, & postea etiam detento quodam Clerico, pro eadem præsentanda, adhibito.

Cum autem præmissa omnia, nimium sane per nos hucusque tolerata libertatem, immunitatem, ac jurisdictionem Ecclesiasticam manifeste læserint, & violaverint, ac lædant, & violent, nec non nostris, ac Sedis Apostolicæ juribus, atque authoritati maximum, & gravissimum intulerint, atque adhuc inferant; quinimo in ipsorum Senatuum, Magistratuum, Judicum, officialium, alio-

Digitized by Google

rumque tam Mandantium, quam Consulentium, Exequentium, illisque favorem & auxilium quoquo modo Præstantium, aut Approbantium, & cum possint, non Impedientium, nec Corrigentium perniciem, ac præterea in scandalum plurimorum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi Sanguine redemptas in gravissima pericula conjecerint, & deplorandis malis involvere pergant, cumque adhuc Senatus, Magistratus, Judices, Officiales, aliique prædicti, eisque adhærentes, & ab ipsis gesta approbantes post plures, ac toties repetitas nostras paternas monitiones a pluribus annis factas & diligentias atque instantias adhibitas pro gestorum hujusmodi retractatione ab eis obtinenda, adhuc id minime præstiterint, nec Ministro Apostolico Laicali auctoritate a ditione memorati Victorii Amedei Ducis, sicut præmittitur, expulso, adhuc fuerint revocata, ac sublata impedimenta, ad hoc ut possit ad suam residentiam suique muneris exercitium libere redire. Hinc est quod nos, qui jurium Ecclesiasticorum Assertores in Terris a Domino constituti sumus, omniumque Christifidelium curam, & solicitudinem superna dispositione gerimus, ac proinde tam graves secularis potestatis abusus diutius dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam sartam, tectamque atque illabatam tueri, & conservare, nec non animarum periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, ac omnium & singulorum, quæ in præmissis seu eorum occasione quovis modo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non Senatuum, Magistratuum, Judicum, Officialium aliorumque præfatorum qualitates, dignitates, nomina, & cognomina, aliave quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis & exacte specificatis habentes; motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præfata omnia, & singula Decreta, Ordinationes, Mandata, & Edicta, ac alia quælibet, a Senatibus, Magistratibus, Judicibus & Officialibus supradictis, aliisque quibusvis Personis, etiam specifica & individua mentione dignis, in præmissis, seu eorum occasione in præjudicium libertatis immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiastice atque auctoritatis Apostolicæ respective quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quandocumque secuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto præsumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec ea a quopiam observari posse vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, aut possidendi, seu quasi possidendi, vel præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quandocumque acquiri vel competere posse, neque illa ullum statum facere vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent nec facta fuissent pro non extantibus & non factis perpetuo itidem haberi, debere, tenore præsentium declaramus. Et nihilo minus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annulamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac prædamnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & aboliris, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

Cæterum cum notorii, & explorati juris sit eos omnes, qui Decreta, ordinationes, Mandata, & Edicta prædicta ediderunt, promulgarunt, aut quoquomodo pro iis institerunt, vel illis usi fuerunt, eaque executioni demandarunt, ac alia præmissa, vel eorum aliqua perpetrarunt, nec non illorum Fautores, Consultores, Mandantes, & adhærentes, atque in eorum sequelam, & executionem gesta approbantes, censuras Ecclesiasticas a Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum decretis, & Apostolicis constitutionibus, ac præsertim literis die Cœnæ Domini singulis annis legi, & promulgari solitis inflictas, nec non feudorum, si quæ eis a Romana, vel aliis Ecclesiis concessa fuerunt, Privationis, ac omnium, & quorumcumque Privilegiorum, gratiarum, ac indultorum sibi a Nobis seu Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quomodolibet forsan concessorum amissionis pœnas eo ipso incurrisse, nec a censuris hujusmodi a quoquam, nisi a Nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente, (præterquam in mortis articulo, & tunc cum reincidentia in easdem censuras eo ipso, quo convaluerint) absolvi & liberari posse, ac insuper inhabiles & incapaces esse, qui absolutionis, & liberationis beneficium consequantur, donec supradicta Decreta, Ordinationes, Mandata, Edicta, omniaque in eorum executionem, gesta, atque secuta, & quomodolibet attentata publice retractaverint, revocaverint, cassaverint, & aboleverint, eaque novis Edictis, Ordinationibus, Mandatis, atque Decretis e medio sustulerint ac omnia in pristinum statum plenarie, & cum effectu reintegraverint, dictoque nostro, & Sedis prædictæ administro liberum regressum ad suam residentiam, cum plenario sui Officii exercitio respective permiserint, vel alias debitam & condignam Ecclesiæ ac nobis, & huic Sanctæ Sedi satisfactionem in præmissis præstiterint idcirco illos omnes etiam specialissima mentione dignos, nec non illorum Successores in Officiis, a retractatione, revocatione, cassatione, & abolatione Decretorum, Ordinationum, Mandatorum, Edictorum, aliorumque præmissorum per seipsos facienda, vel alias debita, & condigna Ecclesiæ, ac nobis, & dictæ Sedi satisfactione realiter & cum effectu in eisdem præmissis exhibenda, præsentium Literarum seu alio quocumque prætextu minime libros, & evemptos, sed semper ad hæc obligatos fore, & esse, ut absolutionis beneficium obtinere valeant earumdem tenore præsen-

Digitized by Google

ſentium decernimus, & pariter declaramus; facultatem inſuper quandocumque procedendi ad alia Canonica, & ſeveriora remedia, quatenus præfati Eccleſiaſticæ libertatis & jurisdictionis Apoſtolicæ Violatores in ſua contumacia perſiſtentes, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas hujusmodi animo, quod abſit, ſuſtinuerint indurato, Nobis, & eidem Sedi expreſſe Reſervantes.

Decernentes etiam easdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod præfati, & alii quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes cujusvis ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis exiſtant, ſeu alias ſpecifica & individua mentione, & expreſſione digni, illis non conſenſerint, ſed ad ea vocati, citati, & auditi, cauſæque, propter quas præſentes emanarint, ſufficienter adductæ, verificatæ & juſtificatæ non fuerint. aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata cauſa, colore, pretextu, & capite, etiam in corpore juris clauſo, etiam enormis, enormiſſimæ & totalis læſionis, nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel intereſſe habentium conſenſus, aliove quomodolibet, etiam quantumvis magno & ſubſtantiali, ac cogitato & inexcogitabili, individuamque expreſſionem requirente defectu notari, impugnari, retractari, in controverſiam vocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illos aperitionis oris reſtitutionis in integrum aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari aut impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conceſſo, vel emanato quempiam indicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare ullo modo poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectant, & pro tempore quandocumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; ſicque, non aliter in præmiſſis per quoscumque judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuntios, alqsve quoslibet quacumque præeminentia & poteſtate fungentes, & functuros, ſoblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliisque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus, ac uſibus, & ſtylis, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis prædictis, aliisque quibuslibet Perſonis, etiam quacumque Eccleſiaſtica vel mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac ſpecialem expreſſionem requirentibus ſub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cum autem eædem præſentes literæ in locis ditionis prædicti Victorii Amedei Ducis ſubjectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum eſt, & nobis notorie conſtat, prout tenore præſentium declaramus, volumus illas, ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ Curiæque generalis in Monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris eſt affigi & publicari, ſicque publicatas, & affixas omnes & ſingulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent; utque ipſarum literarum tranſſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides, tam in judicio quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVII. Menſis Maji Anno MDCC. VII. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

F. Oliverius.

Anno a nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſeptimo die prima menſis Auguſti indictione V. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. Anno VII. ſupradictæ literæ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ, aliſque locis ſolitis & conſuetis Urbis per me Benedictum Baldi Apoſtolicum Curſorem.

Sebaſtianus Vaſellius Mag. Curſ.

CXXVIII.

Digitized by Google

CXXVIII.

Præceptum injunctum Marchioni Cortanzæ, seu Cortanzerii, ejusque Vasallis, ne audeant Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem & Pedemontis Principem recognoſcere in ſupremum Dominum præfati Marchionatus, nec illi ullum ſubjectionis actum præſtare, vel contributiones, aut alia onera perſolvere, ſeu perſolvi facere, ſed S. ſedem Apoſtolicam & ſummum Pontificem Romanum dumtaxat in ſupremum dicti Marchionatus Dominum recognoſcant, d. d. 28. Jan. An. 1711.

Joannes Baptiſta Tituli S. Cæſarei Presbyter Cardinalis Spinula, S. R. E. Camerarius.

UNiverſis & ſingulis Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis D D. Archiepiſcopis, Epiſcopis illorumque D D. Vicariis, nec non D D. Abbatibus Præpoſitis, Decanis, Diaconis ac quibusvis aliis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac quibusvis Curiarum Eccleſiaſticarum Officialibus, Miniſtris & Executoribus, illique, vel illis, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu alias præſentate fuerint, ſalutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infra ſcripta die fuiſſe coram Nobis, & in Tribunali noſtro pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi D. Gaſparis Turchi Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis perſonaliter comparitum, & primo loco expoſitum alias & ſub die octava Auguſti 1702 ſeu &c. Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Dominum Sylvium de Cavaleriis, tunc præfatæ Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium Generalem, Nobis narraſſe, & expoſuiſſe, quod licet Principatus Ciſternæ & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzæ, ſeu Cortanzerii illorumque D D. Feudatarii, Vaſalli & habitatores, ac omnia Bona in Caſtris, & Territoriis d. d. Feudorum poſita, & exiſtentia Spectarent & pertinerent ad S. Sedem Apoſtolicam, & ſuper illis non niſi Sancta Sedes & Summi Pontifices directum, altum, & Supremum Dominium unice haberent, & ob id Domini Feudatarii, ac illorum Subditi & Habitatores, ac reſpective Bona ut ſupra, ſituata & exiſtentia a nullo alio Principe moleſtari poſſint, cum totaliter jurisdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum ſubjacerent, attamen usque tunc ad notitiam Cameræ Apoſtolicæ deveniſſe, Sereniſſimum Dominum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celſitudinis Locumtenentes, Miniſtros & Officiales quovis nomine nuncupatos, prætendiſſe, & prætendere Dominam Enrichettam de Trouſa, Principiſſam, & Poſſeditricem dicti Principatus Ciſternæ, ac D. Carolum de Simiana, Principem Montaphiæ, ac Dominum Herculem Thomam Roverium Marchionem Cortanzæ, ſeu Cortanzerii Feudatarios Sanctæ Sedis, ac d d. Feudorum Habitatores, & incolas, contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexare, perturbare, & ad contribuendum taxas cogere, ac Bona in eisdem Feudis poſita, & exiſtentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & perſonalium gravare, & generaliter ita agere, ut d d. Domini Feudatarii Sanctæ Sedis & d d. Feudorum Habitatores, & Incolæ ſe ſe erga dictum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tanquam Celſitudinis ſuæ Subditi, & Vaſſali ſe ſe gererent, & omnibus oneribus, & contributionibus, quibus dicti Sereniſſimi Ducis Subditi ſubjacent, ipſi Domini Sanctæ Sedis Feudatarii ſubjacerent, & iſta de cauſa eumdem Illuſtriſſimum Dominum de Cavaleriis tunc d. Cameræ Commiſſarium Generalem, ad effectum juribus Sanctæ Sedis conſulendi, & conſervandi, libera immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipſius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum & Vaſſallorum Bona, cum hoc eſſet præjudiciale ſupremo & alto Dominio dictæ Sanctæ Sedis, apud nos petiſſe, & inſtitiſſe, ut aliquod Præceptum a Nobis concederetur contra eosdem D D. Feudarios, ac illorum Vaſallos, Subditos, & d d. Caſtrorum Habitores, ne ſub d d. Feudorum ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore Juribus, uſibus Feudorum, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis, & comminatis auderent, ſeu præſumerent aut eorum aliquis auderet, ſeu præſumeret præfatum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in præfatorum Feudorum Dominum directum & ſupremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & Subjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, ac Bona omnia inibi exiſtentia, immunia, libera, & exempta pro Sancta Sede conſervare, & conſervari facere, & a gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem illiusque D D. Miniſtros ſuper dictis Feudis, Habitatoribus, & Bonis quomodolibet inferendis, appellare, & reclamare ac eisdem, & quibus opus fuerit, cenſuras contra Turbantes Dominia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, agere, concedere, & relaxare prout a Nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta infraſcripti Reverendæ Cameræ

æ Apoſtolicæ Secretarii petitum Præceptum, modo, quo ſupra conceſſum fuit,

§. 2. Secundo vero etiam narratum extitiſſe, quod licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti a Nobis, ut ſupra, relaxati, non ſolum dictus Dominus Marchio Caſtri Cortanzæ, ſeu Cortanzerii, ac ejusdem Caſtri Communitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipſis injuncta, & demandata ſervare debebant, verum etiam Magiſtratus, Locumtenentes, Collectores, & Exactores taxarum, & alii officiales quocunque nomine nuncupati dicti Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium jurisdictionis S. Sedis, ac illius Feudatariorum, Subditorum, & Vaſallorum inferendis abſtinere pariter debliſſent, & deberent; attamen non ſolum a die, qua dictum noſtrum Præceptum præſentatum fuit, verum etiam a die 17. menſis May 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apoſtolicæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Papæ XI. ſuper declaratione nullitatis decretorum, ordinationum & aliorum geſtorum in ditione Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ tam ultra quam citra Montes liberati, immunitati, & Jurisdictione Eccleſiaſticæ, atque authoritati Apoſtolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in eisdem literis §. Præterea cum ad retundendas graves &c. nec non etiam poſt earundem literarum Apoſtolicarum publicationem quod Marchionem dicti Caſtri Cortanzæ ac prædicti Caſtri Vaſſalli, Habitatores, & Incolæ quamvis expreſſe proteſtati ſint de violentiis & coactionibus ſibi factis, & illatis prædictæ Communitati, & Vaſallis ſuper ſolutione taxarum, aliorumque gravaminum per dictum Sereniſſimum Ducem impoſitorum quodque in voluntariæ, & metu tantum pœnæ ſubiverint hujusmodi onera: Nihilominus non ſolum contenta in Præcepto non ſervarunt, immo illis expreſſe contravenerunt, incurrendo pœnas inibi comminatas, & quod Officiales prædicti Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis auſi ſint, & forſan etiam de præſenti audent, dictis Præcepto & literis Apoſtolicis contravenire & jurisdictionem Sanctæ Sedis, ac illius Feudatarios, Vaſallos, & Subditos vexare, & perturbare, & licet ad Executionem omnium præfatarum pœnarum de præſenti deveniri poſſet, attamen, ſine illorum etiam minimo præjudicio, & citra ullam penitus innovationem, & non alias, aliter, nec alio modo præfatum Illuſtriſſimum D. Caſparem Turchum, modernum Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarium Generalem pro nunc inſteriſſe, & inſtare pro renovatione antedicti Præcepti contra dictum D. Marchionem, Cortanzæ, ſeu Cortanzerii, ac prædicti Caſtri Vaſallos, Incolas & habitatores; Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ factam, ad effectum prædictum eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem, prædicti Præcepti faciendam, & ut infra concedendam duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus & omnino ſervari mandamus per præſentes.

§. 3. Quo circa de mandato Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo Nobis deſuper facto, & authoritate noſtri Camerariatus Officii in hærentes etiam ſupra narratis literis Apoſtolicis ſanctitatis ſuæ ſuper d. d. nullitate Actorum, ac cenſuris dicta die 17. May. 1707. publicatis tenore præſentium, & in virtute Sanctæ obedientiæ Vobis omnibus & ſingulis Supradictis & veſtrum cuilibet, in ſolidum, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentate fuerint, committimus, & ſtricte præcipiendo mandamus, ut ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica authoritate ſub excommunicationis, & Interdicti, & aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipſo facto, & jure incurrendis debeant, & ipſorum quilibet debeat dictum Dominum Marchionem Cortanzæ, ſeu Cortanzerii perſonaliter, ſi ejus Perſonam commode habere poteritis, ſin minus per dimiſſionem præſentium noſtrarum in Palatio ſolitæ habitationis, ſito intra Feudum ac per affixionem etiam ad valvas majoris Eccleſiæ dicti Feudi, denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuiſſe, & præceptaſſe, prout nos etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, & de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato eundem Dominum Feudatarium Cortanzæ ejusque Miniſtros, & alios in executione præſentium nominandos, & cognominandos præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri & interpellari mandamus, ne ſub dicti Feudi, ac illius membrorum, jurium, & pertinentiarum quarumcunque, devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & uſibus Feudorum ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis & comminatis audeant, ſeu præſumant, aut eorum, aliquis audeat ſeu præſumat prædictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in præfati feudi Dominum directum, & Supremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere ac contributiones, ſeu alia onera ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, immo eidem D.

Feudatario ejusque Ministris, aliisque in executione præsentium nominandis sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum Feudum, illiusque Vasallos, & Habitatores, ac Bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem illiusque. D D. Ministros super dicto Feudo, habitatoribus, & Bonis quomodolibet inferendis appellare & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra Turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare & notificare ac denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis S. Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia quæ necessaria forent, gerere & executioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis, Illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum &c. Sed & omni &c in quorum &c. Dat Romæ in Camera Apostolica hac die 28. Januarii 1711.

Joannes Baptista, Card. Camerarius.

Aliud consimile Præceptum ab Eminentissimo D. Cardinali Camerario expeditum fuit contra D. Principem Cisternæ ejusque Vasallos die 24. Julii 1711.

Aliud insuper consimile Præceptum ab eodem D. Cardinali Camerario deinde expeditum fuit contra D. Principem Montaphiæ, die 7. Augusti 1711.

Dominicus Antonius Gallosius R. C. A. Secretarius & Cancellarius.

CXXIX.

Monitorium expeditum contra auditorem patrimonialem gen. Cameræ computorum & plures officiales, administros & executores Serenissimi Ducis Sabaudiæ, ob violentam occupationem jurisdictionis temporalis & fructuum vacantium Abbatiæ S. Benini Fructuariens. nullius, seu Hypporegiens. aut alterius Dioecesis ad Cameram Apostolicam pertinentium & alia multiplicia gravissima attentata in subditos, colonos atque etiam ecclesiasticas personas ejusdem Abbatiæ, cum violatione immunitatis ecclesiasticæ supremique Dominii S. Sedis Apostolicæ usurpatione, d. d. 6. Octobr. An. 1711.

Joannes Patritius Archiepisc. Seleuciæ, S. S. D. N. Papæ, & ejus Rev. Cameræ Apost. Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiast. vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter a S. S. D. N. Delegatus.

Universis, & singulis R. R. P. P. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scolasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu eorundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ Literæ pervenierint, seu quomodolibet præsentabuntur salutem in Domino, &c.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam illustrissimi D. Casparis Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis & præviis probationibus assuptis expositum, & deductum, quod cum die prima Augusti 1710. seu &c. per mortem bon. mem. Joannis Francisci Carron ex Marchionibus Sancti Thomæ, dum vixit, Abbatis perpetui Abbatiae S. Benigni Fructuarensis, Nullius, seu Hypporegien. vel alterius Diœcesis non longe à Civitate Taurini existentis, eadem Abbatia, seu Commenda vacaverit, & jure notorio dicta vacatione, & cessatione attenta in eadem Abbatia ejusque jurisdictione, bonorum administratione, fructuum perceptione, nemo quicunque fuerit, & sit, magnus apponere potuisset, vel debuisset præter Reverendam Cameram Apostolicam, ejus Collectores, Subcollectores, & Ministros, nihilominus ad instantiam D. Feociæ de Cossato Auditoris Patrimonialis Generalis Cameræ Computorum Serenissimi Ducis Sabaudiæ nonminus nulliter, quam injuste super jurisdictione temporali & bonorum dictæ Abbatiæ administratione, & fructuum Exactione eadem Cameræ Computorum se ingesserit, imò, ut omnibus innotesceret hoc prætensum & usurpatum Jus, & Bona ejusdem Abbatiæ, seu Monasterii esse sub administratione ejusdem Serenissimi Ducis Cameræ Computorum in iisdem Bonis, seu illorum aliquibus mandavit apponi, prout fuerunt appositi, pannoncelli, seu salvæguardiæ cum stegmate ejusdem Serenissimi Ducis etiam cum deputatione Oeconomi in personam Josephi Antonii Rogerii de Chivasso, & successive die 2. Augusti prædicti ad Instantiam Josephi Bargnia Notarii Collegialis nomine dicti Patrimonialis Generalis, Balthazar Ferrerius Notarius pariter Collegialis, & Actuarius ejusdem Cameræ cum prætensa speciali delegatione sibi facta à Camera Computorum prædicta Edictum publicaverit, in quo præcipiebatur eumdem Rogerium ab omnibus in oeconomum prædictum recognoscendum esse, inhibendo cuicumque Personæ cujusvis status, gradus, & conditionis, ne quocumque modo auderet se ingerere in dicta Abbatia, ejus Bonis, & jurisdictione sub pœna aureorum centum Fisco dicti Serenissimi Ducis applicandorum, ac aliis eidem Cameræ Computorum, arbitrariis. Et deinde instante eadem Camera Computorum, seu Rombelli illius Patrimonialis Generalis alias ejusdem Serenissimi Ducis emanaverint Edicta jurisdictioni Reverendæ Cameræ Apostolicæ, & supremo Dominio Sedis

Apo-

Digitized by Google

Apostolicæ valde præjudicialia occasione vacationis dictæ Abbatiæ. Verum cum fructus Abbatiarum, Commendarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum tempore vacationum, seu cessationum ad Reverendam Cameram Apostolicam spectent, & spectare debeant, & tali jure in retroactis vacationibus dictæ Abbatiæ, & Commendæ S. Benigni a Nunciis Apostolicis, aliisque S. Sedis officialibus, & Ministris in Ditione ejusdem Serenissimi Ducis eo tunc existentibus dicti fructus recollecti & pro eadem Reverenda Camera custoditi, & eidem Cameræ Apostolicæ incorporati fuerint, & interea officiales, & Judices pro Justitia administranda Vassallis, & Subditis in Oppidis, Castris, & Locis eidem Abbatiæ, ejusque existenti Abbati Commendatario etiam in temporalibus subjectis a Romanis Pontificibus seu Nunciis, aut aliis Ministris Apostolicis præfatis constitui ac deputari consueverint, & debeant, cum jurisdictio sit in fructu, & quemadmodum Reverenda Camera Apostolica juxta Constitutiones Summorum Pontificum est Domina, & administrat fructus omnium vacantium per san. mem. Joannem XXI. & alios Romanos Pontifices applicatos indigentiis Romanæ Ecclesiæ & Cameræ Apostolicæ, ita jurisdictiones omnes ad hujusmodi Abbatias vacantes spectantes, quæ sunt in fructu, ad eamdem Cameram pertinere debent, præsertim cum ipsa Oppida, Castra, & Loca sub alto, & supremo *Dominio* pro tempore existentis Romani Pontificis, ac S. R. E. privativè quoad alios quoscumque fuerint, & sint, & censeri debeant, ideòque Vassalli, Universitates, & Homines eorumdem Oppidorum Castrorum, & Locorum soli Sanctæ Sedis superioritate fuerint & sint vere subjecti, & propterea dicto Serenissimo *Duci*, seu ejus Magistratibus, vel Ministris tempore Vacationis, seu cessationis Commendæ, seu Monasterii prædicti, Judices constituere, aut alios jurisdictionales, actus exercere, & multo minus fructus Bonorum ad Monasterium, seu Abbatiam spectantium sub quocumque Prætextu colligere, seu custodire, aut Oeconomos deputare, & sic res ad Ecclesias spectantes perturbare licuerit, nec liceat in præjudicium Sanctæ Sedis, & Cameræ prædictarum, Nihilominus a die vacationis ejusdem Abbatiæ per obitum dicti Abbatis a S. Thoma nonsolum ut dictum est, fuerunt appositæ Salvæguardiæ *Ducales* in Bonis dictæ Abbatiæ, & *Deputatus* Oeconomus, sed etiam ab eadem Camera Computorum fuerunt electi Judex, aliique Ministri, tum pro administranda Justitia (licet nulliter, & absque ulla jurisdictione) Tum pro recollectione & perceptione fructuum, & redituum ejusdem Abbatiæ, prout hucusque armata manu, violentiis, & carcerationibus, adhibitis, jurisdictio fuit administrata, & etiam aliqui reditus tam inexacti, quam tempore vacationis maturati a subditis & Vassallis dictæ Abbatiæ nulliter, attentate, ac injuste ab iisdem Ministris Ducalibus exacti fuerint, non obstantibus Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum & præsertim Bullæ in Cœna *Domini*, sanctionibus, & posthabitis etiam, ac rejectis pluribus Edictis de mandato nostro, aliorumque Officialium Sanctæ Sedis in illa Regione existentibus, publicatis, imo non obstante Breve Sanctissimi D. N. Papæ. super hoc emanato varia, & multifarie in oppressionem Subditorum Sanctæ Sedis, in præjudicium Reverendæ Cameræ, & in contemptum supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis attentarunt, & attentant & signanter sub die 30. Septembris præteriti anni 1710.

Jacobus Rogerinus tanquam Agens Josephi Antonii Rogerini de Chivasso, prætensi Oeconomi Bonorum dictæ Abbatiæ a Camera Computorum deputati associatus a quatuor, vel quinque Lictoribus Senatus Taurinensis se contulit ad Aream Castri Terræ Montanarii, & ab ea abripuit eminas decem, & septem panici, ut dicitur, Melga bianca, recollecti in Bonis dictæ Commendæ vacantis, & ad Reverendam Cameram Apostolicam spectantis, & illas sic ablatas reposuit in eodem Castro.

Postridie nempe prima Octobris ejusdem anni, Advocatus Octavius Felix Battaglionus ab Eugenia prætensus Judex in eadem Abbatia vacante deputatus in dicta Camera Computorum dicti Serenissimi Ducis, Joseph Antonius Rogerinus prætensus Oeconomus Bernardus Vayra Notarius Loci Fogliss associati, a quinque ejusdem speciei Satellitibus accesserunt ad Molendinum dictæ Terræ Montanarii, & ab illo obripere fecerunt frumenta pro triturationè relicta, Molituras nuncupata quæ successive surripere continuavit Laurentius Caffo, alio nomine, Capitaneus Alexandrinus prætensus Minister, seu Agens Antonii Battuelli, Josephi Mariæ Galimberti, & Georgei Boggi prætensorum Conductorum redituum dictæ Abbatiæ sibi a dicto Abbate de S. Thoma, dum viveret, locatorum: Et successive etiam alia frumenta, seu molituras modo per unum, modo per alium ex prædictis Ministris, aliquando divisim, & quandoque conjunctim, & ut plurimum ope Satellitum dicti Serenissimi Ducis adhibita usq; ad diem decimam tertiam Aprilis præteriti ablata fuerint in præjudicium Reverendæ Cameræ, ad quam dicta frumenta spectabant, & spectant.

Supervenit dies quarta Novembris, in qua dictus Laurentius Caffo, duobus associatus Justitiæ Militibus dicti Serenissimi *Ducis* ab altero ex eis Benedicto Frosia nuncupato, advocari sibi fecit de domo Josephi Ferrarii in Terra S. Benigni, Felicianum Saudinum Procuratorem Fiscalem Abbatialem pro Reverenda Camera Apostolica deputatum, quem de domo egressum comprehendere fecit, & sic comprehensum arundini, seu bacillo ter in spatulis verberavit, ipsumque Saudinum de percusionibus reclamantem, idem Capitaneus evaginato ense ad festinandum versus Carceres compulit, superadditis minis, quod si non festinasset, ipsum gladio transfixisset, injuriis una simul afficiendo, & & gravando & signanter, quod de Molendino Capones, & frumenta furatus fuisset, & deinde eundem Saudinum propecarceres adducere, & demum ad Cauponam sub signo Coronæ traducere fecit, & taliter comprehensum, verberatum, minis affectum, & traductum, licentiavit, hæc omnia

omnia perpetrando, ex quo tamquam Fiscalis pro tuendis Juribus Reverendæ Cameræ in eadem Abbatia sedulam operam navabat.

Sequenti die 5. ejusdem Mensis Novembris idem Capitaneus, dictorum praetensorum Conductorum Agens, fretus assistentia quatuor vel quinque ex consuetis armatis Apparitoribus deliberata per ipsum usurpatione omnium frumentorum, & leguminum repositorum in Horreis conjunctis, & connexis Ecclesiæ, & Monasterio dictæ Abbatiæ, & in illius bonis recollectorum, ad Rev. Cameram spectantium, quorum Horreorum claves per Ministros dictæ Rev. Cameræ retinebantur, versus dictum Monasterium processit, & cum itinere invenisset Antonium Morellum Servientem Curiæ Abbatialis pro Rev. Camera, & Michaelem Violonum, illos a dictis satellitibus intercipere fecit, & secum ad dictum Monasterium adduxit, quo ubi pervenerint, & præsertim ante unum ex dictis Horreis cum reperiissent illius Ostium clausum & munitum, per vim aperuerunt, repertisque in illo pluribus diversorum leguminum acervis, absque ulla mensuratione quantitatem singulorum, dictus Laurentius Caffo ad sui libitum adnotabat, & nova Ostio Horrei apposita sera, illoque reaptato, & clauso, clavem sibi retinuit. Postea cum iisdem associatus se contulit ad aliud Horreum loco Immuni, & Sacrario ejusdem Ecclesiæ contiguum, cujus Ostium reseratum repertum fuit tamen cum violentiæ signis, quod per antea ab ipsis Satellitibus factum fuisse deprehendebatur, & adinventis in illo frumentis, & secalibus, ostium ad commodum usum restituerunt, novis pariter seris in eo appositis, illoque sic clauso & clave sibi retenta, prædictus Laurentius Caffo recessit, & ad sui diversorium se contulit, & illuc etiam traducere curavit dictos Morellum, & alium Adjunctum, quibus imposuit, & gravioribus minis coegit, ut cruce signarent quoddam folium suo cerebroso marte semiscriptum super occupatæ Annonæ quantitate, & ab illis absque aliqua scripti narratione de re ignota Testimonium extorsit.

Se receperat ad evitandas oppressiones in Ecclesia Terræ Montanarii unius ex Castris Abbatialibus, Antonius Ferrerus ejusdem Universitatis syndicus & sub dicti 12. dicti mensis Advocatus Battaglionus, ut supra prætensus Judex, Joseph Ombertus Notarius Ducalis, Joseph Antonius Rogerinus prætensus Oeconomus associati a quatuor, vel quinque ex consuetis Militibus, adivere Domum præfati Ferrerii Syndici, & de ordine ejusdem Advocati, de illa Milites subtraxerunt duos arcas nauceas, variæ Annonæ quantitatem, ac duas Juvencas, quæ omnia per dictos Executores fuerunt asportata, & respective adducta ad Castrum dictæ Terræ.

Sequenti die 13. Novembris cumulatæ fuerunt violentiæ contra Sanctæ Sedis Subditos in dicto loco Montanarii; Nam prædictus Advocatus Battaglionus, Joseph Ombertus prætensus ejus Locumtenens, seu a secretis, Rogerinus prætensus Oeconomus, & Capitaneus Caffo nomine dictorum prætensorum Conductorum una cum decem vel duodecim armatorum Satellitum turma, impetum ostiatim fecerunt in dictorum Subditorum, seu Vassallorum Domus, ac prædicta die, & per totum mensem, & quando eis videbatur ad libidum singulos requirendo, ut vigesimam panicorum (Melga bianca nuncupatam) traderent, & licet omnes contradicerent, & adversus talem requisitionem protestarentur, nolle illam consignare, nisi Oeconomo, seu Subcollectori Rev. Cameræ Apostolicæ, cui erat debita, nihilominus prædicti Officiales aliquando omnes, multoties eorumdem aliqui, & sæpissime violenter fractis etiam januis, nulla adhibita mensura prædictas vigesimas usurparunt.

Retinuerat Michael Cenna Coloniam cujusdam Abbatialis Prædii nuncupati La Casina dell' Oirale; Hunc Colonum Capitaneus Caffo, ut supra, assertus Agens dictorum prætensorum Conductorum; debitorem supponebat quorumdam Caponum & carnis Suillæ, propterea die 7. Decembris die Dominico sub tali prætextu illum à duobus Satellitibus comprehendere, & ad carceres Castri Terræ Montanarii adducere fecit, in quibus quatuordecim dierum spatio retentus fuit.

Sub eodem prætextu succedente nocte subsequentis diei 8. Decembris, alterum Prædium Abbatiale adivit nuncupatum la Casina delle mura, novem, vel decem stipatus ex dictis Exequutoribus, & in somno repertis Dominico, & Joanne, Francisci Tessuti Coloni filiis, illos capere, & adducere fecit ad eosdem carceres, ex quo eorum Pater non tradiderat, ut prætendebat, suillam carnem, neque capones, in quibus carceribus fuerunt retenti decem dies circiter; Nondum satis erat dictis Laicis Ministris perturbare, & lædere jurisdictionem Sedis Apostolicæ, & dictos Subditos Abbatiales vexare, & opprimere, sed etiam loca sacra ausi sunt perturbare; Nam prævia publicatione Proclamatis per Cameram Computorum dicti Serenissimi Ducis super reparatione in Ædificiis Bonorum Abbatialium facienda, destinati fuerunt Artifices, & die undecima Decembris Antonius Belminus de Lugano prætensus operi Præfectus, Dominicus Furno, & Carolus Mussa Fabrimurarii, & prætensi Partitantes dictæ Cameræ Computorum authoritate nulliter, & perperam ipsis commissa se contulerunt ad Monasterium Abbatiale, & cum aliis Mercenariis, illius tectum conscenderunt agendo, operando, & ut eis videbatur, prosequendo circa ejusdem Monasteri irregulamenta absque ulla legitima facultate, parvipendendo Loci Immunitatem.

Ad huc ulterius spretæ fuerunt Ecclesiæ, & Cameræ Apostolicæ Ministri; Etenim illamet die undecima Decembris, in qua Fabrimurarii Monasterium manumiserant, cum Marcus Aurelius Carlevaris Judex, seu Locumtenens Locorum dictæ Abbatiæ in Causis Sæcularibus, seu Laicalibus pro Rev. Camera deputatus ad evitandas pro sui posse personales violentias confugisset ad Ecclesiam Sanctæ Marthæ Terræ Montanarii, ad eam se contulit dictus Capitaneus Caffus cum Satellitibus, eidemque Marco Aurelio Judici

Rev.

Digitized by Google

Rev. Cameræ Apostolicæ injunxit de ordine prætensi Judicis Battaglioni ut ad ipsum se conferret sub pœnâ aureorum quinquaginta, cui dictus Locumtenens binas illi exprobravit præcepti nullitates, defectum nempe Jurisdictionis & Territorii.

Postridiè idem Caffo cum lictoribus adivit molam frumentariam Loci S. Benigni pariter ad dictam Commendam seu Abbatiam spectantem & exfractione seræ, violenter aperuit magnam Arcam, ubi molituræ frumentorum asservabantur, illaque in sacris reposita, una cum duobus animalibus Suinis asportare, & adducere fecit, ut prius factum fuerat de Molendino Montanarii.

Conspirabant in dictum Marcum Aurelium Carlevaris tanquam Rev. Cameræ Apostolicæ Locumtenentem, & pro administratione Justitiæ in Causis Laicalibus durante vacatione dictæ Abbatiæ deputatum, licet in Ecclesiâ refugiatum, propterea ad eumdem in januâ Ecclesiæ morantem die 18. Decembris prætensus Judex Battaglionus unum ex Apparitoribus transmisit, ut illi quamdam Præcepti copiam traderet, quam cum dictus Marcus Aurelius recusavisset, Apparitor ad illius pedes projecit, nec illam voluit recolligere, licet postea sciverit, fuisse copiam Præcepti, quo sibi imponebatur quorumdam actorum Civilium consignatio.

Nulla ferè carebat dies gravamine, quoniam sub die 19. Decembris memoratus Capitaneus Caffo rediit cum Exequutoribus ad Prædium nuncupatum la Casina della mura, & ad superiora Ædium Francisci Coloni ascensus, ubi propriam annonam retinebat, mensurari fecit eminas quinquaginta quinque frumenti, quas ablatas ad occupata Horrea Monasterii asportari fecit, prævia declaratione, quod sibi dictum triticum assumpserat loco caponum, & carnis suillæ à dicto Colono (prout ajebat) debitorum, ultra expensas factas tempore, quo filii ejusdem Francisci per plures dies fuerant carcerati.

Nec etiam Cinnæ alteri Colono pepercit, nam eadem die 19. Decembris sub prætextu, quod ille in societate Thomæ, & Michaelis Cinnæ Colonus extitisset Prædii Abbatialis nuncupati la Casina dell' Airale, assumpto prætextu, quod & ipse esset debitor caponum, & suillæ carnis, applicando etiam illi prætensum debitum expensarum pro recensita carceratione Michaelis Cinnæ pariter ejusdem Triburtii domum cum Satellitibus visitavit, & ab illa asportari fecit eminas quinquaginta panici, ut dicitur Melga bianca, ac eminas sexdecim aliorum leguminum.

Super sunt alia in præsentis anni curriculo, etenim sub die 12. Januarii ipse Capitaneus Caffo, & dictus Antonius Belmino, & Dominicus Furno prætensi partitantes pro Camerâ Computorum, se contulerunt ad Prædium nuncupatum la Casina delle mura, & sub prætextu, quod inibi facienda esset reparatio domus Colonicæ, seligere curarunt duodecim arbores quercus, & quatuor alterius speciei, & ille de ordine ejusdem Capitanei sub die 14. fuerunt succisæ.

Hæc eadem die 14. dictus Laurentius Caffo una cum duobus ex dictis Justitiæ Militibus, sclopis instructis, & secum adducens Magistros partitantes nuper recensitos, accessit ad Castrum. Lombardori pariter de juribus ejusdem Abbatiæ in spiritualibus, & Temporalibus, repertoque Loci ostio munito; illud per vim aperuerunt, & sic ingressi cum vidissent Rev. Matthiam Vacca Ecclesiæ dicti Loci Præpositum, & Curatum, qui ad violentiæ strepitum accurrerat, bis ab eis fuit monitus, ut sisteret, qui tamen pavidus ad suam properavit Ecclesiam, quem statim etiam insecuti fuere prædicti Caffo, & Satellites armati una cum Antonio Belmino operum Præfecto, & Dominico Furno Fabro murario à dictâ Camerâ Computorum deputatis; Qui Capitaneus Caffo assistentibus Executoribus visitare fecit à nominatis singulas Ecclesiæ partes inferius, & superius, ac etiam exteriora loca Castri prædicti. Quæ violentiæ ea propter fuerunt adhibitæ, quia pridie supradicti Belminus, & Furno, ut supra, deputati se contulerunt ad requirendum eumdem Præpositum, ut illos, tanquam deputatos à dicta Camera Computorum ad invisendam Ecclesiam pro illius reparatione admitteret, quod tamen permittere noluit dictus Præpositus, summe abhorrens exercitium jurisdictionis Laicalis Magistratus in suâ Ecclesiâ.

Die vero 22. ejusdem mensis Januarii idem Battaglionus se Judicem subscribendo pro Camerâ Computorum dicti Serenissimi Ducis, dictæ Abbatiæ vacatione pendente, Præceptum expedivit, seu manum Regiam contra Syndicos, & Administratores Universitatis Loci Fletti ad instantiam dicti Capitanei Laurentii Caffo tanquam Agendis assertorum Conductorum super solutione Canonis à dicta Communitate, ut asserebatur debiti pro annis 1707, 1708, 1709, 1710, in summa aureorum quatuor centum sub pœna aliorum aureorum centum Fisco abbatiali applicandorum cujus Præcepti copia projecta fuit ad pedes Joannis Petri Gamera Syndici, & Joannis Antonii Constantini Consiliarii dictæ Communitatis per quemdam Inservientem, seu Bajulum Communitatis Lusighe.

Adveniente die 27. Februarii dictus Advocatus Battoglionus eodem asserto titulo alteram Præcepti, seu requisitoriæ copiam transmisit, quæ præcipiebat prædictam solutionem cum effectu fieri debere, & faciendam fuisse per eamdem Communitatem infra terminum decem dierum sub pœna viginti quinque aureorum, ut supra, applicandorum, cujus Præcepti copia per eumdem inservientem, & Bajulum pariter projecta fuit penes dictum Joannem Petrum Gamera illam recipere recusantem.

Advenit executionis dies, quæ fuit 24. Martii, in qua alias recensitus Notarius Joseph Ombertus de Chivasso, qui se gerebat pro Locumtenente, & a secretis prædicti Battaglioni in Abbatiali Territorio. & Laurentius Caffo cum quindecim Justitiæ Ministris armatis ingredientes per apertas januas Domorum, Arearum, seu Stabulorum Incolarum Terræ Sancti Benigni, aliasque clausas per vim aperientes pro supradicto prætenso Communitatis debito, multa utensilia mobilia, semoventia, aliaque bona abstulerunt; Etenim in damnum Petri Benedicti

Syndici duos Boves: In damnum Joannis Petri Gamera alterius Syndici, Currum ferratum, duos alios Boves una cum Vitula: In damnum Martini Oberti pariter duos Boves, ac Juvencam, & prævaluit vox fuisse illi etiam alia bona subtracta: In damnum Joannis Guglielmetti, & Augustini Jordani pariter de Consilio, Juvencam unam pro quolibet: In damnum Joannis Mathæi Oberto Apothecarii, quædam ponderaTabacci alia ponderaOlei ad comedendum, & Piscium salitorum cum aliisDomus, & Coquinæ utensilibus. Ultimo occuparunt integram Annonam Joannis Antonii Constantini, quam tamen eo tunc non extraxerunt, sed apposuere custodias, & habita commoditate exterorum curruum de loco Boschi Nigri, sub die 26. ejusdem mensis ad Terram Sancti Benigni fuerunt omnia adducta, & asportata, postquam nonnullarum aliarum ædium januas per vim aperuissent, nulla in eis reperta re subtrahenda, & postquam dictorum Bonorum facta fuisset publica licitatio nullo Oblatore reperto.

In Terra Sancti Benigni die 28. Martii iterum prædicta omnia fuerunt voce Præconis subhastationi exposita in albo Prætorio, proclamante uno ex dictis Justitiæ Militibus nuncupato Bartholomæo Martelli, & licitante, oblationem augendam supra duplas viginti tres, altero ex eisdem Militibus nuncupato Luca Garone offerente duplas triginta quatuor, & prosequuta proclamatione usque ad horam 16. fuit eadem dimissa, & omnia supradicta exequuta in odium dictæ Communitatis Fletti ipsisque discedentibus, fuerunt allata, & adducta versus Civitatem Taurini.

Ad compescenda modo quo poterat, hujuscemodi violenta attentata, ac tuendum Jura Rev. Cameræ Apostolicæ, & Jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis, Abbas Flavius Barbarossa, Generalis Superintendens Feudorum Ecclesiasticorum pro sancta sede Apostolica in Principatu Messerani, & Crevacorii aliorumque Locorum Commissarius, ac Gubernator, & in dicta Abbatia Sancti Benigni, ac ejus Abbatialium Terrarum subjectarum alto dominio dictæ sanctæ Sedis cum Spirituali, ac Temporali Jurisdictione specialiter delegatus, efformaverat die 20. Decembris 1710. in Terra Messerani Edictum postmodum die 8. Aprilis decurrentis anni affixum in dicta Abbatiali Jurisdictione, & Territorio, & præsertim in Janua Principali ejusdem Abbatialis Ecclesiæ Sancti Benigni, in quo Edicto, inhærendo aliis de nostro ordine emanatis, & inibi publicatis, ac affixis, idem Abbas delegatus reprobabat omnes actus turbativos usque tunc a Magistratibus Taurini, & eorum Deputatis nulliter, illegitime, sine Jurisdictione, & attentate factos in præjudicium Subditorum Jurisdictionis, & alti Dominii Sanctæ Sedis, non sine Censurarum a Sacris Canonibus & Bullis Pontificiis indictarum incursu, præcipiendo, & committendo, eisdem Subditis, ut constanter, & fideliter etiam in futurum se gererent erga sanctam Sedem, & in defensione, ac conservatione Jurium Rev. Cameræ Apostolicæ sequeabstinerent a recognoscendis prædictis Magistratibus, eorumque assertis Ministris, nullamque eisdem obedientiam exhiberent, quinimo pro viribus eorum attentatis contradicerent, illaque quoad fieri poterat impedirent. Hoc Edictum, ut supra Januæ Ecclesiæ Abbatialis affixum sub die 11. Aprilis dictus Capitaneus Caffo cum assistentia quinque Militum Justitiæ defixit, & secum asportavit.

Eodem mense, die vero 14. Joannes Dominicus Battuellus alter ex prætensis Conductoribus, ut supra, una cum Joanne Dominico de Matheis de Vulpiano, adivit Prædium Abbatiale, nuncupatum la Casina delle Mura, ubi retinebantur fœna recollecta, quæ mensurare fecit a Perito ad hunc effectum adducto, & dum Mensurator a Ministro Rev. Cameræ transmissus ad eumdem finem illuc pervenerat, dictus Battuellus, vendidit dicta fœna eidem Joanni Dominico, & ob timorem forsan, quod illa subtraherentur, illuc se contulit, Capitaneus Caffo sclopo armatus cum tribus de consuetis Executoribus pariter armatis, & tota nocte inibi adstiterunt ad Custodiam.

Successive die 7. Mensis Maji præteriti, idem Capitaneus Laurentius adivit Ecclesiam Sancti Bernardini Loci Montanarii, & cum vidisset illius ostium munitum, per vim aperuit, & ingredi mandavit duos Fabros Murarios, quos secum adduxerat, affirmantes fuisse transmissos a Dominico Furno, ut supra, partitante; qui de ordine ejusdem Capitanei Caffo in dicta Ecclesia sese operibus applicarunt.

Nec omittendum, quod idem Capitaneus, Vir violentus, maxime fretus usurpata authoritate dictorum Ministrorum Ducalium, nec Ecclesiasticis pepercerit, quoniam illis assiduo minabatur, jactitans velle illos appendi facere per guttura, & præsertim Rev. Priorem Franciscum Faraglio, & Andream Frola Sacerdotes, quibus etiam non semel minabatur velle illorum Animas intra Corpus adurere.

Demum post alia attentata, violentas exactiones, & carcerationes Laicorum in dicta Abbatiali Jurisdictione Sanctæ Sedis Apostolicæ Subditorum, manus in Ministrum Altaris injecerunt, Etenim cum die 4. mensis Julii circa horam decimam quartam Rev. Sacerdos Jo. Dominicus Passera Subcollector, & Oeconomus Deputatus pro Rev. Camera Apostolica recollectione reddituum dictæ Abbatiæ vacantis, dum extabat in Loco Montanarii dictæ Abbatiæ subjecto, & præcise in Atrio Domus Jo. Dominici Caffaro, supervenerunt officiales Militares Garel, & Borrell, cum aliis Militibus Equestribus Regimenti nuncupati Genue Serenissimi D. Ducis Sabaudiæ, qui prius officiosam salutationem erga dictum Rev. Passeram exhibuerunt, illumque interpellarunt, ut equum, quem instructum, & vacuum conduxerant ad deambulandum, una cum ipsis conscenderet, illum quodammodo illudentes, per quæ verba nondum violentiam comprehendens dictus R. Passera modeste renuit; At illi statim indixerunt, ut jamdudum paratum equum ascenderet nulla mora, & sic militibus circumdatus, & constipatus illico agnovit non officiosam salutationem, & deambulationem exhibuisse,

Digitized by Google

exhibuisse, sed grave Imperium sibi injunxisse, ideoque timore timore perculsus paruit, & dum in equum ascendere parabat, alter adstantium Militum breviores sclopos, qui ephippio anteriori equi erant appensi, de suis receptaculis subtraxit, & alter ad nutum dicti Officialis Garel habenas ejusdem equi apprehendit, ne fugam sibi parare posset, sed certiofactus dictus Miles à Rev. Passera, quod ab eorum manibus nec evadere nec fugam sibi arripere proposuerat dictus Miles habenas dimisit, & ad liberum usum dicti Sacerdotis reliquit, quem cum sic arrestatum militari more vidissent, & in magna angustia positum agnovissent nonnulli ex Contertaneis Civibus, eidem suaserunt, ut constanti animo injurias, & sacrilegas oppressiones tolerare, quapropter dicti officiales, & Milites eumdem Sacerdotem Passeram circumdatum & consipatum traduxerunt versus Terram Chivassi, & deinde mutatis equis veloci cursu traductus fuit usque ad confinia Dominii Serenissimi Ducis Sabaudiæ ubi cum Ducatu Mediolanensi conterminat, ibique fuit à Militibus dimissus, sibi injuncto de ordine Serenissimi Ducis prædicti præcepto, ne imposterum auderet pedes apponere in Locis ejusdem Serenissimi Ducis, & subjus Dominio existentibus.

Rebusque aliis, prout in Processu, & Processibus desuper confectis prædicta omnia memorasi

Fecit de Cossato Auditor Patrimonialis Generalis.

Rombelli Patrimonialis Generalis.

Balthasar Ferrerius, &

Joseph Bargnia Notarii Collegiales.

Advocatus Octavius Felix Battaglionis ab Eugenia.

Joseph Omberto Notarius de Chivassio.

Joseph Antonius Rogerinus.

Et Jacobus Rogerinus pariter de Chivassio.

Prior Antonius Battuelli.

Joseph Maria Galimberti.

Georgius Boggio.

Laurentius Catto nuncupatus il Capitano Alessandrino.

Bertiardus Vayra Notarius de Foglisso.

Garel, & officiales Militares.

Borel

Antonius del Mino de Lugano.

Dominicus Furno.

Corolus Mussa.

N. N. N. Milites Equestres, qui præstiterunt assistentiam, & associationem in arresto & traductione dicti R. Sacerdotis Jo. Dominici Passera.

N. Serviens seu Bajulus Communitatis Lusighe.

Benedictus Froyse.

Bartholomæus Martelli.

Lucas Garrone &

N. N. N. alii Justitiæ Milites quocumque nomine nuncupentur, usque ad numerum duodecim.

Commiserunt, & perpetrarunt instando, mandando, committendo, jusdicendo, actu scribendo, exequendo, adhærendo, assistendo auxilium præstando, instantias fieri committendo vel permittendo, administrando Jurisdictionem exercendo, fructus exigendo, alienando, in Ecclesiis manus apponendo, Immunitatem Ecclesiasticam violando, aliaque attentata committendo, & semper Jurisdictionem, altumque dominium Sanctæ Sedis Apostolicæ, & Jura Rev. Cameræ lædendo, & usurpando tam conjunctim, quam separatim, & divisim, & alias omni etc. singula singulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra non solum etc. sed & omni &c. super quibus etc. pœnas propterea ac Censuras in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi solita damnabiliter incurrendo. Fuimus propterea pro parte suprædicti Illustrissimi D. Casparis Turchii SS. D. N. Papæ, & R. C. A. Commissarii Generalis instanter, & debite requisiti, quatenus sibi in præmissis de opportuno Juris remedio providere, Monitorumque ad partes ad personaliter, vel legitime comparendum sibi decernere, & concedere dignaremur.

Nos itaque petitioni hujusmodi, tamquam justæ annuentes: Vobis Omnibus, & singulis suprædictis, & Vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium, committimus, & in virtute sanctæ Obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis, præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti seu alter vestrum requisitus fuerit, ex parte nostra, imo verius Apostolica authoritate antedictos.

Feciam de Cossato, Auditorem Patrimonialem Generalem.

Rombelli Patrimonialem Generalem.

Balthaxarem Ferrerium, &

Josephum Bargniam Notarios Collegiales.

Advocatum Octavium Felicem Battaglionum ab Eugenia.

Josephum Omberto, Notarium de Chivasso.

Josephum Antonium Rogerinum.

Et Jacobum Rogerinum pariter de Chivasso.

Priorem Antonium Battuelli.

Josephum Mariam Galimberti.

Georgium Boggio.

Laurentium Catto, nuncupat. il Capitano Alessandrino.

Bernardum Vayra Notarium de Foglisso.

Garel, & Officiales Militares.

Borel

Antonium Delmino de Lugano.

Dominicum Turno.

Carolum Mussa.

N. N. N. Milites Equestres, qui præsiterunt assistentiam, & associationem in arresto, & traductione dicti R. Sacerdotis Jo. Dominici Passera.

N. Servientem, seu Bajulum Communitatis Lusighe.

Benedictum Froise.

Bartholomæum Martellum.

Lucam Garone, &

N. N. N. alios Justitiæ Milites quocumque nomine nuncupatos usque ad numerum duodecim.

Moneatis, Citetis, & requiratis, acmoneri, & requiri faciatis, eisdemque, & cuilibet ipsorum præcipiatis, & mandetis, prout nos eosdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, eisdemque,

&

& cuilibet eorum præcipimus, & mandamus per præsentes primo, secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum spacium ab exequutione præsentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo & alios quindecim pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trina Canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam quare non debeant ipsi, & eorum quilibet in omnes, & singulas Censuras & pœnas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, inflictas, impositas, & cominatas incidisse, & incurrisse, declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias & opportunas decerni, & relaxari, & respective ipsi non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super præmissis cum dicto Illustrissimo D. Commissario Generali, & aliis, cum quibus opus fuerit Juri stetisse, deque eorum Innocentia, si quæ sit docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse.

Certificantes eosdem sic monitos, requisitos citatos, & eorum quemlibet, quodsi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, seu comparationem distulerint, vel distulerit, nos nihilominus ad ulteriora Juris, & facti remedia, & ad declarationem incursus pœnarum prædictarum usque ad sententiam, illiusque exequutionem inclusive prout Juris fuerit, per contradictas per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus. Et cum excessus prædicti patrati fuerint in Jurisdictione, & Territorio Abbatiali S. Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio Jurisdictionis S. Sedis, & Cameræ Apostolicæ, & nihilominus ad super erogationem ex pluribus etiam Testium depositionibus hæc omnia comprobata remaneant; Cumque pro præsenti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & authoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & demissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ nec non ad valvas Ecclesiarum Terrarum, & Locorum Abbatialium S. Benigni, quo sic exequuto, & in actis infrascripti nostri Secretarii legitime reproducto, ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter & magis legitime exequutum foret contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem etc. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo undecimo Indictione quarta die vero 6. Octobris Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno undecimo.

Jo. Patritius Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Gener. & Specialiter Delegatus.

Pro D. Jo. Antonio Tartaglia R. C. A. Secretario.

Astulphus Galluppus Consecrarius.

Die 17. Februarii 1712. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata, & publicata fuit contra omnes Citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes, & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas; Eademque die decreta, relaxata typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit, publica Schedula Cedoloni nuncupata, qua ipsi universis Christi fidelibus denunciati fuerunt, excommunicati vitandi, tenoris sequentis videlicet:

Hic authoritate Apostolica Nobis delegata Fecia de Cossato Auditor Patrimonialis Generalis, Cameræ computorum Sereniss. Ducis Sabaudiæ, Rombelli Patrimonialis Generalis Baltexar Ferrerius, & Joseph Bangnia Notarii Collegiales, Advocatus Felix Battaglionus ab Eugenia, Joseph Omberto Notarius de Chivasso, Joseph Antonius Rogerinus, & Jacobus Rogerinus pariter de Chivasso, Prior Antonius Battuelli, Georgius Boggio, Laurentius Caffo nuncupatus il Capitano Alessandrino, Bernardus Vayra Notarius de Fogliffo, Garel & Rorel Officiales Militares, Antonius del Mino de Lugano Dominiens Furno, Carolus Mussa N. N. N. Equestres, N. serviens seu Bajulus Communitatis Lusighe, Benedictus Fasse, Bartholomæus Martelli, Lucas Garone, & N. N. N. alii Justitiæ Milites quocumque nomine nuncupati usque ad numerum duodecim: Declarantur excommunicati, & innodati omnibus, & singulis Censuris, & pœnis in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentis, & a fidelium consortio disjuncti, segregati, & separati, a quibus nequit a Sanctissimo Domino Nostro & Romano Pontifice pro tempore existente, præter quam in mortis articulo constituti, & tunc cum reincidentia eo ipso, postquam convaluerint, absolvi possint, ex quo vacante Ven. Abbatia, seu Commenda sancti Benigni Fructuariensis Diœcesis non longe a Civitate Tannini existente a die 1. Augusti 1710. seu etc. per obitum bo. mem. Joannis Francisci Carron insurrexerint omnes supra nominati, & insurpando Jus, & Bona ejusdem Abbatiæ sese ingesserint in administrationem, & fructuum perceptionem cum deputatione Oeconomi; Edictorum publicatione; Judicis, aliorumque Ministrorum electione tam pro administranda Justitia, quam pro recollectione, & perceptione nonnullorum fructuum ejusdem Abbatiæ, prout huc usque armata manu violentiis, & carcerationibus adhibitis, jurisdictio administrata fuit, fructusque nonnulli recollecti, non obstantibus sanctionibus Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, & respective Bullæ in Cœna Domini, & pluribus Edictis de mandato nostro publicatis, immo non obstante Breve Sanctissimi Domini Nostri Papæ super hoc emanato, varie, & multifarie in oppressionem subditorum S. Sedis, in præjudicium Reverendæ Cameræ

amen-

attentarunt, singula singulis congrue referendo, & alias prout latius in Sententia per nos lata continetur, ad quam etc. Ideoque tamquam excommunicati, & supradictis Censuris Ecclesiasticis innodati, & illaqueati, ab omnibus Christi fidelibus evitentur, quousque absolutionis Beneficium ab eodem Sanctissimo Domino Nostro, sive a Romano Pontifice pro tempore existente obtinuerint. Instante Illustrissimo D. Caspare Turchi, Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissario Generali.

Johannes Patritius, Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Generalis & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia, R. C. A. Secr.

Amoventes, lacerantes, seu quomodolibet deturpantes sint ipso facto iisdem Censuris innodati & excommunicati, ut supra.

Joannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Generalis & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia R. C. A. Secr.

CXXX.

Præceptum injunctum, seu renovatum communitati & hominibus Castri Curtansoni in Comitatu Astensi, ne Serenissimum Ducem Sabaudiæ & Pedemontis Principem recognoscere in supremum Dominum ejusdem Castri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, aut contributiones persolvere audeant, in præjudicium alti, supremi ac directi Dominii super eodem Castro ad sedem Apostolicam & summum Romanum Pontificem pertinentis, d. d. 17 Octobr. An. 1711.

Joannes Baptista Tituli S. Cæsarei Presbyter Cardinalis Spinula, S. R. E. Camerarius.

Universis, & Singulis Illustrissimis & Reverendissimis Dominis Archiepiscopis Episcopis, illorumque Dominis Vicariis, nec non Dominis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Diaconis ac quibusvis aliis in dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique, vel illis, ac cui, seu quibus præsentes nostræ ostensas, seu alias præsentatæ fuerint, salutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infra scripta die fuisse coram nobis, & in Tribunali nostro pro parte, & ad instantiam Illustrissimi Domini Gasparis Turchi Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis personaliter comparitum & primo loco expositum alias & sub die 8. Augusti 1702. seu &c. Illustrissimum & Reverendissimum D. Sylvium de Cavaleriis, tunc Reverendæ Cameræ Apostolicæ præfatæ Commissarium Generalem nobis narrasse, & exposuisse, quodlicet Principatus Cisternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortansæ, & Cortanserii, illorumque Domini Feudatarii Vasalli ac Habitatores, ac omnia bona in Castris, & Territoriis dictorum Feudorum posita, & existentia spectarent, & pertinerent ad Sanctam Sedem Apostolicam, & super illis, non nisi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & supremum Dominium unice haberent, ac ob id Domini dictorum Castrorum Feudatarii ac illorum Subditi & Habitatores, ac respective bona, ut supra situata & existentia a nullo alio Principe molestari possint, cum totaliter Jurisdictioni Sanctæ Sedis & Summorum Pontificum subjacerent; attamen usque tunc ad notitiam Cameræ Apostolicæ deveniisse Serenissimum Dominum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celsitudinis Locumtenentes, Ministros, & Officiales quovis nomine nuncupatos prætendisse, & prætendere Dominam Enrichettam de Troussa Principissam & Possessitricem dicti Principatus Cisternæ, ac Dominum Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Herculem Thomam Roverium Marchionem Cortansæ, seu Cortanserii Feudatarios Sanctæ Sedis ac d d. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexare, perturbare & ad contribuendum taxas cogere, ac bona in eisdem Feudis posita, & existentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & personalium gravare, & generaliter ita agere, ut Domini Feudatarii Sanctæ Sedis, & d d. Feudorum Habitatores & Incolæ sese erga dictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tamquam Celsitudinis suæ subditi & Vasalli se se gererent, & omnibus oneribus, & contributionibus, quibus dicti Serenissimi Ducis Subditi subjacent, ipsi Domini Sanctæ Sedis Feudatarii subjaceant, & ista de causa Illustrissimum Dominum de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commissarium Generalem, ad effectum Juribus Sanctæ Sedis consulendi, & conservandi libera, immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipsius Sanctæ Sedis, ac ipsorum Feudatariorum, & Vassallorum bona, cum hoc esset præjudiciale supremo & alto Dominio dictæ Sanctæ Sedis apud nos petiisse, & instetisse ut aliquod Præceptum a nobis concederetur contra eosdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vassallos, subditos & d d. Castrorum habitatores ne sub dictorum Feudorum, ac illorum Jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore Juris, usibus Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis auderent, seu præsumerent, aut eorum aliquis auderet, seu præsumeret, prædictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in præfatorum Feudorum Domi-

Digitized by Google

num directum, & Supremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, ac bona omnia inibi exiſtentia immunia, libera, & exempta pro Sancta Sede conſervare, & conſervari facere, & a gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem, illiusque Dominos Miniſtros, ſuper dictis Feudis habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eidem & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, concedere & relaxare, prout a nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta infra ſcripti Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretarii petitum Præceptum modo, quo ſupra conceſſum fuit.

§. 2. Secundo vero etiam narratum extitiſſe, quod, licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti, a Nobis, ut ſupra, relaxati non ſolum Dominus Princeps Montaphiæ, ac ejusdem Loci, & Principatus Communitus, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipſis injuncta, & demendata ſervare deberent verum etiam Magiſtratus, Locumtenentes, Collectores & Exactores taxarum, & alii officiales quocumque nomine nuncupati dicti ſereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium Jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum, ſubditorum & Vaſſallorum, inferendis abſtinere pariter debuiſſent, & deberent attamen non ſolum a die qua dictum noſtrum Præceptum præſentatum fuit, verum etiam a die 17. menſis Maji 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apoſtolicæ Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Clementis Papæ XI. ſuper declaratione nullitatis Decretorum, ordinationum, & aliorum geſtorum in Ditione Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra, quam citra Montes, Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, atque Auctoritati Apoſtolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in d d. litteris §. Præterea cum ad retundendas graves &c. Nec non etiam poſt earundem literarum Apoſtolicarum publicationem, quamvis per violentiam, & præviis proteſtationibus ab ipſis factis ſolutionem taxarum, aliaque onera involuntarie, & metu ſubierint non ſolum contenta in Præcepto non ſervarunt, imo illis expreſſe contravenerunt, incurrendo pœnas inibi comminatas, ideoque novum Præceptum a nobis expeditum fuit tam contra d. D. Principem Ciſternæ, quam etiam contra dictum Principem Montaphiæ, dictosque Principum Vaſſallos, ne ſub gravioribus pœnis auderent aſſentiri impoſitionibus, novisque gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, illiusque Miniſtros imponendis, prout latius conſtat exiisdem Præceptis a nobis ſub diebus 24. Julii & Septima Auguſti currentis anni per Acta infra ſcripti Secretarii Cameræ ad quæ &c.

§. 3. Noviſſime vero pariter ad notitiam Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni in Comitatu Aſtenſi exiſten. ſub eodem alto, & Supremo Dominio Sanctæ Sedis fuiſſe de mandato ejusdem Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ illiusque miniſtrorum, eamdem Communitatem, Homines, & Vaſſallos variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem taxarum Hoſpitationis militum, menſurationis eorum Territorii, aliorumque gravaminum, in præjudicium Jurisdictionis, & Supremi Domini ejusdem Sanctæ Sedis, & propterea fuimus ex parte Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii Cameræ requiſiti, quatenus renovationem ante dicti Præcepti, etiam contra prædictos Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ factam ad effectum prædictum eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem prædicti Præcepti faciendam, & ut infra, concedendam duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus, & omnino ſervari mandamus per præſentes. Quo circa de mandato Sanctiſ. Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officii inhærentes etiam ſupranarratis literis Apoſtolicis Sanctitatis Suæ ſuper d d. nullitate actorum, ac cenſuris dicta die 17. May. 1707. publicatis, tenore præſentium, & in virtute Sanctæ Obedientiæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentatæ fuerint, committimus, & ſtricte præcipiendo mandamus, ut ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium Vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica auctoritate ſub excommunicationis & Interdicti; & aliis arbitrio Sanctitatis ſuæ pœnis ipſo facto, & jure incurrendis, debeant, & ipſorum quilibet debeat, prædictos Communitatem, Homines, & Incolas, & Habitatores dicti Caſtri Curtanſoni ac ejus &c. Communitatis

publi-

Digitized by Google

publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum litterarum, ad valvas majoris Ecclesiæ dicti Castri denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & præcepisse, prout nos etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ & de Sanctitatis suæ ordine, & mandato, Communitatem prædictam, ejusque Ministros, ac dicti Castri Incolas, & alios in executione præsentium nominandos & cognominandos præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti Castri, ac illius membrorum, jurium, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & usibus Feudorum & Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in præfati Castri Dominum directum & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, ac contributiones seu alia onera ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, imo eandem Communitatem ejusque Ministros aliosque in executione præsentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum Castrum illiusque Incolas, & Habitatores & bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, & notificare, ac denique de nullitate & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, & executioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum &c. sed et omni &c. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 17. Octobris 1711.

Jo. B. Card. Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius R. C. A. Secr. & Cancellarius.

CXXXI.

Monitorium expeditum contra plures alios officiales, administros & executores Serenissimi Ducis Sabaudiæ, ob jurisdictionales actus violenter exercitos in loca, incolas & bona subjecta vacanti Abbatiæ S. Benigni, ac occupationem proventuum ejusdem Abbatiæ, cum violatione immunitatis Ecclesiasticæ, contemptu censurarum, & usurpatione supremi dominii super dictis locis, personis & bonis ad summum Pontificem & S. sedem Apostolicam pertinentis, d. d. 20. Jun. An. 1713.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis & singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur salutem in Domino.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi D. N. Papæ, & Reverendæ Cam. Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis & præviis probationibus assumptis expositum & deductum, quod quamvis sub die 17. Februarii anni præteriti deventum fuisset ad Sententiam declaratoriam Censurarum etiam publicis Cedulonibus publicatam, & a consortio fidelium segregati & sejuncti fuissent, & fuerint nonnulli, qui occasione vacationis Abbatiæ, seu Commendæ Sancti Benigni Fructuariensis Nullius Diœcesis a die prima Augusti 1710. per obitum bon. me. Joannis Francisci de Carron ex Marchionibus Sancti Thomæ, dum vixit, Abbatis dictæ Abbatiæ auctoritate publica Laicali fulti, licet perperam & nulliter usurpando jus, & facultatem super administratione, & fructuum perceptione cum deputatione Oeconomi, Edictorum publicatione, Judicis, aliorumque Ministrorum electione & exercitiis respective tam pro administranda Justitia, quam pro recollectione, & perceptione nonnullorum fructuum ejusdem Abbatiæ, prout vere armata manu, violentiis, & carcerationibus adhibitis Jurisdictio administrata fuit, fructusque nonnulli recollecti, quando attenta dictæ Abbatiæ vacatione & cessatione nemo quicumque esset & sit, quomodocumque manus apponere debuisset, & potuisset præter Rev. Cameram Apostolicam ejus Collectores, Subcollectores & Ministros in maximum dictæ Rev. Cameræ præjudicium, & directam læsionem Jurisdictionis, & supremi Dominii Sanctæ Sedis Apostolicæ, cui immediate Terræ, loca, bona, & Incolæ, seu Vassalli ejusdem Abbatiæ subsunt. Nil profuit medela ad resipiscentiam, immo ad majora attentata & pejora scandala deventum fuit, quoniam inter cæ-

tera contra dictas Ecclesiasticas censuras eadem insurrexit Potestas Laica, & publicis ac impressis Edictis ausa fuit easdem censuras nullas, injustas & invalitas declarare, illasque sub pœnis injunctis observari vetuit, & quod etiam admiratione dignum est, contra pauperes & inermes locorum dictæ Abbatiæ & Sanctæ Sedis subditos, qui Ministris Sedis Apostolicæ paruissent, militaris adhibita fuit vis.

Et ad nova specialia attentata & scandala procedendo, sub die 9. Januarii 1712. prodiit Edictum sub nomine Serenissimi Ducis Sabaudiæ ad instantiam & relationem Cameræ computorum subscriptum: Nicola: & per collationem cum originali factam subscriptum: Umberto Secretario: cujus Edicti dispositio continebat, quod vacante officio Judicis in temporalibus in Terris, e Castris Sancti Benigni, Montanarii, Lombardorii, & Feletti subjectis dictæ Abbatiæ redactis, ut asserebatur, ad manus ejusdem Celsitudinis, constituit, & elegit de consilio dictæ Cameræ computorum in Judicem, ut supra, Advocatum, Collegiatum Joannem Paulum Blanchiardi Vicarium Civasii cum omnibus honoribus, auctoritatibus, utilibus, juribus, emolumentis, ac omnibus aliis ad dictum munus spectantibus, & cum salario sibi ad partes assignato etc. imponendo omnibus & præsertim Sindicis, Consiliariis, & Particularibus dictorum locorum, ut pro tali illum recognoscerent, ac obedientiam præstarent.

Eodem mense Januarii, & sub die 12. non minus attentate Capitaneus Laurentius Caffo, tanquam prætensus Agens Affictuariorum bonorum dictæ Abbatiæ, tunc a dicto Abbate Joanne Francisco de Carron possessæ, unus de excommunicatis recensitis comparuit coram dicto Blanchiardi Judice prætenso, & nomine, quo supra, se Creditorem exposuit Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanaria, Michaelis Sandini, & Jacobi Berdini de Lombardore in summa librarum Ducalium 750. pro affictu omnium bonorum dictæ Abbatiæ existentium in finibus dicti loci Lombardore, comprehenso Prato nuncupata della Stella, sita in confinibus loci S. Benigni pro annis 1709., 1710. 1711. ad rationem librarum 250. annuarum; Et uterus eodem titulo esse Creditorem ejusdem Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanario, Georgei Bertini, Michaelis Sandini, Petri Ferrarii de Lombardore in alia summa librarum 2600. pro responsione cum prædictis Affictuariis conventa ad rationem librarum 1300. quolibet anno pro fruitione reddituum Molendini Loci Lombardori vigesimis Tritici, ac aliorum frumentariorum, & segetum ad dictam Abbatiam spectantium, & de mandato ejusdem prætensi Judicis Blanchiardi contra prædictos commissa fuit citatio & injunctio, qua iis præfigebatur terminus decem dierum ad solvendum sub pœna scutorum viginti quinque auri Fisco Abbatiali solvendorum, & executionis realis & personalis cum subscriptione Umberto. Eadem die similem citationem relaxavit ad instantiam ejusdem eodem, quo supra, nomine cum simili præfixione termini, & pœna contra Communitatem, Syndicos, & Consiliarios Sancti Benigni iis comminando pariter executionem realem & personalem pro libris 1203. & solidis 10. cum subscriptione ejusdem Umberto Secretario.

Ulterius eodem prætenso Agente instante sequenti die 13. Januarii aliam citationem & injunctionem cum præfixione termini, & comminatione pœnæ, ac executionis realis & personalis relaxavit contra Molitores & Massarios respective Locorum Montanarii & Sancti Benigni, & præsertim contra Alexandrum, & fratres de Anselmis Massarios Prædii nuncupati Ayralis Montanarii pro consignatione Panici albi vulgo Melga bianca pro prætensa portione dominicali, & in defectum ad solutionem valoris una cum expensis, subscriptum pariter loco dicti Judicis: Umberto.

Similem injunctionem & citationem sub eademmet die, & ad ejusdem instantiam dictus prætensus Judex relaxavit cum iisdem comminationibus contra Dominicum Furnum, Affictuarium Molendini nuncupati: Pista della Canepe Montanarii, injuncta etiam consignatione duorum suum ponderis ruborum duodecim pro quolibet, & quadraginta ruborum Canapis, & nonnullorum Capponum, addita comminatione solutionis pecuniarum pro valore hujusmodi specierum, quatenus species hujusmodi non reperirentur, nec consignari potuissent.

Item aliam exequi curavit citationem cum præfixione termini, & similibus comminationibus ad instantiam dictorum prætensorum Affictuariorum contra Molitores, & Massarios tam Loci Montanarii, quam Prædii, ut dicitur, delle Mura, & Molendini Sancti Benigni pro nonnullis prætensis obligationibus, & præsertim contra Bartholomæum, & fratres de Boggio pro consignatione & traditione eminarum quinquaginta Panici, ut dicitur Melga bianca pro residuo portionis dominicalis anni 1711. vel illius valoris cum solita subscriptione: Umberto loco Judicis. In declinatione ejusdem mensis Januarii Carolus Philippus Boggio prætensus Oeconomus Josephi Mariæ Galimberti, & Georgii Boggio prætensorum Conductorum reddituum dictæ Abbatiæ eodem Abbate de Carron tunc vivente cum assistentia quatuor armatorum Militum Justitiæ Senatus Taurini, quorum duo denominantur Joannes Rapeto, & Frescia, se contulit ad Molendinum Montanarii, & violenter arripere fecit eminas tres Tritici, sexdecim Panici albi, & duas Secalis de molituris, quæ ad Rev. Cameram Apostolicam spectabant, quas transportare fecit ad Castrum dicti Montanarii.

Post hujusmodi executiones processum fuit contra Syndicos & Particulares Terræ Sanctæ Benigni pro summa librarum 1203. cum dimidia pro prætensis Canonibus, ut prætendebatur, debitis pro ultimo semestri Anno 1711. Die etenim 15. Februarii elapsi Anni 1712. idem Advocatus Blanchiardi prætensus Judex Ducalis, Franciscus Joseph Umberto Notarius de Civassio assertus Locumtenens, seu Secretarius, Joseph Antonius Rogerinus pariter de Cirassio, qui se jactabat dictæ Abbatiæ Oeconomum pro Serenissimo Duce, Carolus Philippus Boggio de Sancto Georgeo, ut asserebatur, subrogatus in locum Joannis Dominici Battuelli unius ex prætensis Affictuariis, Capitaneus Laurentius Caffo una cum armatis Justitiæ Militibus Antonio Barchetto, Bernardo Vali-

Digitized by Google

Valino, Bartholomæo Martello & Dominico Umberto se contulerunt ad plures Domos, & Stabula Syndicorum & Incolarum Terræ Sancti Benigni, & in eorum præjudicium ab iis extraxerunt duos ferratos Currus quatuor Rotarum, decem Boves, sex Juvencos, & quatuor Vaccas, quæ omnia sub hasta vendiderunt, tanquam majori oblatori, cuidam ex forensibus oblatoribus pretio librarum 1355. qui eas res secum asportavit, & extra Territorium traduxit.

Post prædictos actus tam violentos usurpatæ Jurisdictionis supervenerunt spretus Censurarum in Sententia, de qua supra, & violentiæ contra spiritualia remedia; Etenim die 9. Martii subsequentis affixum fuit in Abbatiæ Terris Edictum impressum ad instantiam Cameræ Computorum tenoris infrascripti ----- ALTEZZA REALE ---- Sendosi vociferato, alcuni mesi sono, che dal Tesoriere Generale de Spogli Monsignor Patrizio Arcivescovo di Seleucia, tanto in qualita sudetta, che di supposto Delegato di Sua Santità fossero per lasciarsi qualche citazione in odio d'alcuni di quelli Officiali, Ministri, Operarii, e Famegli, che doppo la vacanza dell' Abbazia di San Benigno eransi di Speciali commissione e commando adoperati in diversi affari, & atti tutti tendenti alla ristorazione delle Fabriche, & Beni, racolta, e conservazione de frutti, sostentamento, & essercizio della Giurisdizione temporale d'essa Abbazia, come ridotta, durante la vacanza, sotto la speciál protezione di vostra Altezza Reale, dal di cui Regio Patronaco dipende; Si compiacque Vostra Altezza Reale con publico Manifesto, o sia Editto delli 13. del scorso Novembre à relazione della sua Camera con esso proibire, e strettamente à tutti gli Offiziali, Ministri, Operarii sudetti, e chiunque alto, che potessero venire espressamente, ò genericamente citati, ò molestati par tali fatti, ò dipendenti da essi, di mai comparire personalmente, meno in qualunque maniera avanti detto Monsignor Patrizio, nè altro qualunque preteso Giudice d'aliena Giurisdizione, per rispondere de fatti sudetti, ò confimili sotto gravissime pene corporali, e meglio, come dal sudetto Editto appare: Ciò tutto non ostante hà nuovamente perinteso il Patrimoniale Generale di Vostra Altezza Reale, che da Monsignore sudetto siasi preteso, e si pretenda passar tant' oltre di proferire, e publicare asserta Sentenza di Scommunica maggiore contro diversi de Particolari sudetti, & etiamdio contro due de Patrimoniali Generali di Vostra Altezza Reale sotto pretesto suno li medesimi, e ciascheduno di essi incorsi nelle Censure solite fulminarsi contro gli Usurpatori de beni, e redditi della Chiesa nella Bolla, qual si publica in ogn'anno in die Cœnæ Domini. E perche quando ciò siasi fatto, ò venisse farsi, verrebbero ad essere evidentemente pregiudicate le prerogative di un' Aabazia, ch'è di Regio Patronato di V. A. R., e nell' istesso tempo violati li dritti, che alla medesima competiscono sì per la Regia Protezione, che per altri titoli, e ragioni, e che di più verrebbero ad essere ingiustamente, e con notorio evidente gravame censurate, e scommunicate Persone, quali non solamente non sono state legitimamente citate, ma che etiamdio furono notoriamente impedite, anzi espressamente proibite sotto gravissime pene di comparire avanti del Citante, e che per nissuna maniera possino mai dirsi comprese nelle Censure fulminato contro degl' Usurpatori de beni della Chiesa, mentre con la da essi procurata, e fatta raccolta, & esazzione de frutti, non hanno già mai preteso applicarli à se, ma di conservarli, ò convertirli in solo utilità della Chiesa stessa, alla quale appartengono, rendendosi tanto più chiaramente nulla, & ingiusta tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica, quando possasse tant'oltre a comprendere quei stessi Officiali, e Persone, che per indispensabil obligo del loro Offizio non v'hanno avuta altra parte, che d'ubbidire à Magistrati, e sostenere le ragioni, e dritti del loro Sovrano. Che perciò ad effetto d'oviare à tanti, e così rilevanti pregiudizii di V. A. R. e suoi Sudditi ricorre à piedi della medesima.

Umilmente supplicandola, che atteso l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simile Sentenza, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio de sudetti, si compiaccia V. A. R. commandare a chi che sia, e specialmente all'Abitanti nelle Terre di detta Abbazia di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun' ordine, Manifesto, Stampa, o Scritti continente tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica in odio di chi che sia degli Uffiziali sudetti, Agenti, e Particolari sudetti, e per cause sopra espresse, e quand' anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante si proibisca à chiunque si sia, nessuno accettuato, d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati, meno mottegiare li medemi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, o verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, ò fatti dependenti dà quanto sopra, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò si ardisse di fare di tal pretesa Scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta; Il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali, con dichiarar la publicazione di queste da farsi ne Luoghi soliti in qualunque delle Terre d'essa Abbazia valere, e che alla copia stampata dal Stampatore Valetta debba prestarsi la stessa fede, che all'originale.

Il patrimoniale Generale di V. A. R.

Vittorio Amadeo II. per grazia de Dio Duca di Savoia, Prencipe di Piemonte, Rè di Cipro.

Veduta per la Camera nostra de Conti l'alligagata Supplica sottoscritta dal Patrimoniale nostro Generale suo tenore considerato; Per le presenti col parere à partecipazione della predetta Camera nostra (atteso l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simil Sentenza narrata, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio delli nominati in detta supplica) abbiamo commandato, e commandiamo à chi che sia, e specialmente all' Abitanti delle Terre dell' Abbazia supplicata di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun Ordine, Manifesto, stampa, ò Scritti continente dal pretesa Sentenza, ò publicazione di scommunica in odio di chi che sia dell'Uffiziali, Sudditi, Agenti,

Digitized by Google

e Particolari, de' quali si tratta, e per le cause narrate, e quando anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante proibiamo à chiunque si sia nessuno eccettuato d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati meno motteggiare li medesimi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, ò verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, o fatti dependenti da quanto si supplica, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò s'ardisse di fare di tal pretesa scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta, il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali; Dichiarando la publicazione di quelle da farsi ne' luoghi soliti in qualunque delle Terre di essa Abbazia valere, & alla copia stampata dal Stampatore nostro Valletta doversi prestare l'istessa fede, come all'originale, che tale è nostra mente. Dat. in Torino li 9. Marzo 1712.

Per Sua Altezza Reale à relatione di detta Camera. Castiglione.

In Torino per Gio. Battista Valletta Stampatore di Sua Altezza Reale 1712.

Undequaque Ministri Laici Jurisdictionem usurpabant in præjudicium Sanctæ Sedis, & damnum Reverendæ Cameræ Apostolicæ; Quippe sub die 22. Martii 1712. Comes Foschieri, ut asserebatur, Gubernator, seu Commandante Civitatis Taurini, scripsit epistolam Antonino Costæ Terræ Lombardori Syndico tenoris, ut sequitur: Signor mio: Alla ricivuta di questa non mancherà far penetrare à Valentino Fioritto, Antonio Cosia, & Bertoletto Segretario essermente di S. A. R. che tutti trè unitamente à lei si debbino per tutto dimani ritrovare in questa Città, ove giunti subito si portino dame per ricever gli ordini, che per parte di detta Altezza Reale li devo communicare, avvertendogli à non differire l'ubbidire per non essere severamente castigati alla forma, e mente dell'ordine di detta Altezza Reale, e qui persuadendomi eseguiranno pontualmente il comando fattoli mi rassegno. Torino, li 22. Marzo 1712. Di V. S. Affettionatissimo & obligatissimo per servirla-----Conte Foschieri Commandante della presente Città:

Al Signor Antonio Costa, Sindico del Luogo di Lombardore.

Rationabili minarum metu Antoninus Costa Syndicus, Jacobus Antonius Bertolottus, Communitatis Secretarius & Antoninus Costa prædicti se contulerunt ad civitatem Taurini, & ad dictum Comitem, à quo fuerunt moniti, prout ipsi occasione, qua de metu protestati sunt, retulerunt per hæc verba: Che teneva ordine, nempe dictus Comes Foscherius, da S. A. R. di farli sapere, qualmente ove in avvenire venisse à seguire, ò à farsi qualche insulto, ò al Signor Avvocato Blanchiardi Giudice Ducale, ò alli Soldatti di Giustizia, ò altri Deputati dell' Eccellentissima Camera di Torino, mentre si fossero fatti atti di giurisdizione nel Luogo di Lombardore, si sarebbe messo il Luogo tutto à fuoco, e sangue, e che voleva portarsi lui Signor Conte Foschieri in persona, soggiungendo, che non voleva che due, ò trè Paesani glie la facessero stravedere, e che il sudetto Signor Blanchiardi si sarebbe portato à publicare certi ordini il Sabbato allora prossimo, e che si pigliassero (guarda) li venisse fatto alcun insulto: Illisque respondentibus hoc non esse in eorum posse, dictus Comes respondit: Che lasciassero la disputa trà S. A. R. & il Papa, e che loro facessero li loro affari.

Idem Comes Foscherius novas dedit literas sub die 18. Maji. Syndicis ejusdem Loci Lombardorio, quas sub eadem die dictus Advocatus Blanchiardi prætensus Judex (prout dictus Comes in præcedenti epistola prædixerat) præsentavit Joanni Ludovico Chiara Syndico tunc Domi ægrotanti, & recusanti, quibus sic præcipiebatur: Magnifici Signori Gio. Battista Vacca, Giorgio Bertine, Pietro Ferreo, Michel Sandino, e Giacomo Bertino, come meglio resta espresso qui sotto tutti Affittuali de' Redditi di cotesto Luogo, hanno trascurato, e trascurano il pagamento di quanto devono all' Abbazia di San Benigno, restando ancor Reliquatori delle somme infranotate, e volendo, che sodisfaccino à quanto devono, mi hà ordinato di farli penetrare esser mente sua, che faccino chiamare avanti loro li sudetti Signori Vacca, Bertino &c. a' quali intimeranno per parte di detta Reale Altezza di dover pagare frà giorni dièci prossimi le somme infrascritte in mani del Signor Carlo Filippo Boggio, ò chi farà per esso, de' quali vanno in debito sotto pena dell' esecutione militare, alla quale si procederà detto termine spirato, e pagamento non fatto senz' altra dilazione, & avendo cause giuste in contrario, quelle verranno ad allegare avanti me in questa Città personalmente frà detto termine. Questo è quanto m' occorre suggerire à loro Signori in esecuzione de' Reali commandi, e persuadendomi eseguiranno quanto sopra, attendendo risposta del loro operata, mi confermo. Torino li 18. Maggio 1712.

Gio: Battista Vacca.
Giorgio Bertino.
Pietro Ferrara.
Michele Sandino.
} Di Lombardore Affittavoli di rendite di Lombardore.

Per il Fitto annuo di lire 1306. devono di reliquato.

Cioe dell' Anno 1710.	- -	lire 428.
Nell' Anno 1711.	- -	lire 1300.
	- -	lire 1728.

Gio: Battista Vacca.
Michel Sandino.
Giacomo Bertino.
} Affittavoli dell' Abbadia in Lombardore.

Devono à ragione di lire 250. l' Anno di Fitto somma di lire 500.

Affettionatissimo per servirli
Conte Foschieri.

Foris: A. Signori Sindici di Lombardore.

Sub eadem die 18. Mensis Maji dictus assertus Judex Blanchiardi consignavit Petro Philippo Avenato Syndico Communitatis Fletti aliam epistolam sub eadem Data ab eodem Comite scriptam Syndicis dicti Loci directam, qua eidem Communitati injungit solutionem lib. 551. 8. 6. sub commination militaris executionis. Advocatus Blanchiardi prædictus sub hac die aliam similem

Digitized by Google

milem epistolam consignare tentavit Joanni Francisco Francono, Communitatis Montanarii Syndico, at hic notitiam habens de alia præcedenti consignata Syndico Communitatis Fletti, abhorrens quamcumque aliam prætensam jurisdictionem præter illam Sanctæ sedis, ejusque Ministrorum, renuit, & aufugit, & consignare tentantem delusit. Itidem die 21. Maji uniformem Epistolam dimisit ad pedes renuentis Eleonoræ Conjugis Domnici Furni, Subconductoris Molendini Loci Montanarii, qua epistola præcipiebatur Syndicis Communitatis, quod eundem Dominicum admonerent, ut frumentarias responsiones sub executionis militaris pœna traderet in manibus assertorum Affictuariorum; At Molitor nolens alios præter Ministros Sedis Apostolicæ & Reverendæ Cameræ recognoscere, executionem militarem fuit passus. Quamobrem sub die 26. dicti mensis Maji, ad Locum Montanarii se contulerunt duæ Legiones, ut dicitur Regimenti Equitum Suæ Celsitudinis: Altera nuncupata Dragoni: Altera Cavallaria di Savoia, sub directione Domini Marchionis de Garezzo, Ductoris Generalis, & adveniente die 11. sequentis mensis Junii Advocatus Blanchiardi duos ex dictis Militibus unum ex Legione Genue militari nomine Vinnuovo ex Centuria Philippi, & alium nuncupatum Raymundum ex Centuria Trotti ex Legione Equestri nominata di Savoia illos misit ad propriam domum dicti Furni, ut ab illo victum eorum arbitratu exigerent, protestantes ab illa non posse discedere, nisi de ordine dicti Blanchiardi, ad quem, (renuente eodem Furno) recurrere, steterunt usque ad diem 14. & ultra, & cibariis consumptis, unus ex dictis Militibus Vinnuovo nuncupatus discedens secum asportavit quatuor lintea nova, & duos saccos pariter novos valoris librarum viginti circiter, & continuante altero Milite Raymundo nuncupato successit alter nuncupatus Beller de Summariva de Cohorte Principe, & in eadem domo dicti Furni steterunt, & victualia usurparunt usque ad diem vigesimam dicti mensis, & discedentes secum detulerunt aliud linteum cum Rubo di Coccheti valoris in totum librarum viginti unius circiter.

Supervenerunt, postmodum majora excidia in prædictis locis Abbatialibus, quandoquidem exaustis, & consumptis fere omnibus facultatibus Incolarum dictæ Abbatiæ ob frequentes & continuatos transitus & stationes Militum Imperialium, & dicti Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tandem sub die 12. Maji, dicti anni 1712. duæ Militum Legiones dicti Serenissimi Ducis Castra posuerunt in dicto loco Abbatiali Montanarii, & deinde auctis novis copiis suppletitiis, die 29. ejusdem mensis Milites prædicti per domos & habitacula Incolarum distributi fuerunt, Ductore Domino Marchione de Garezzo, Locumtenente Generali pro eadem Celsitudine, & in dicto loco Montanarii permanserunt usque ad diem 14. Junii, & deinde se contulerunt ad aliam Locum Abbatialem Fletti, ubi pariter castrametati sunt.

Verumtamen ad desolationem Terræ, & Loci Montanarii non defuit aliarum Turmarum copia: etenim sub die 18. ejusdem mensis Junii pervenere decem Agmina peditum sub Generali Duce Vallis ducta per quemdam Commissarium Carera, & perstiterunt in eodem Loco usque ad diem vigesimam & inde recedentes locarunt Castra in Loco S. Benigni. Quæ militum Turmæ Territoria, agrosque jam satos, & pascua devastarunt, & recedentes plus quam viginti juga Bovum cum curribus & plaustris secum pro eorum usu traduxerunt, aliaque notabilia præjudicia dictis incolis intulerunt. Nec defuere alia damna & incommoda; nam sub die 17. prædicti mensis Junii coacti fuerunt subditi prædicti Sanctæ Sedis construere pontem, ut facile apparatus militaris Suæ Celsitudinis expedire transiret, & sub die 19. ejusdem coacti fuerunt transmittere octo currus cum belluis pro transportandis militaribus impedimentis.

Jam Castra tenebant in Loco, & Territorio Fletti à die 12. Junii aliæ Militum copiæ, & dum Populus congregatus erat in Ecclesia ad horas vespertinas, Officialis nuncupatus Parello alias excommunicatus cum manipulo viginti quatuor equitum post occupatam publicam ejus Loci plateam se contulit domum Petri Philippi Avennati Syndici, & deinde alii Commilitones plures alias domos Consiliariorum dicti Loci Sedi Apostolicæ Subjectorum invaserunt, & in illis steterunt, & deinde Hospitium verterunt in rapinam, subripientes Dominis domorum victualia, animalia mactantes, pluraque alia damna inferentes, ita ut dictæ duæ Legiones, quæ prius castrametatæ fuerant in Terra Montanarii, & deinde a die 14. Junii, usque ad diem 18. ejusdem mensis invaserunt ejusdem Loci Fletti Territorium, dum ab illo recedebant vastarunt, vites & arbores, ac subreperunt etiam octo currus, cum jugatis Bovibus dictorum incolarum, ut apparatum rei militaris traducerent ad locum Borgarii, quos quidem currus, & boves sic traductos ad Civitatem Civassi dicto prætenso Judici Blanchiardi tradiderunt, & iste sub die 20. mensis illos vendidit pretio librarum 1006. pro prætensis vigesimis ac laudemiis a dicta Communitate Loci Fletti debitis. Antequam prædictus N. Garello alias excommunicatus edicto loco una cum aliis discederet, se ad Ecclesiam Parochialem contulit, in cujus valvis affixi erant Cedolones Censurarum per ipsum, & alios incursarum, & gestatoria arundine ipsius nomen in Cedulonibus impressum laceravit, & postea illos defixos ausu temerario in Terram projecit. Nec prætermittendum, quod hiscemet diebus & præsertim sub die 13. Junii ab Officiali nuncupat. Rivetti Militibus stipato de ordine, & præsente dicto Blanchiardi in Loco S. Benigni arrestatus fuit Carolus Gamarra, & adductus ad carceres Taurini.

Hac eadem die, dum Sacerdos Joannes Victorius Aliberti ejusdem Loci S. Benigni intra ejusdem Terræ ambitum morabatur in Loco nuncupat. Contrada Grossa per Tormenti æmei Præfectum vulgo Briegadiere Legionis Genue Matthæum Brunum nuncupatum, & militari nomine Laffuer fuit apprehensus per transversum carceratione sibi nunciata per hæc verba braccio forte d'ordine di Sua Altezza Reale, ad quæ verba

qua-

Digitized by Google

quatuor milites ejusdem Legionis Archibusiis brevioribus, & Acinacibus armati eidem Officiali auxilium præbuerunt, eumdem Sacerdotem in brachiis apprehensum manu dextera armata eum sic detentum adduxerunt ad custodias, quas in domo Communitatis Prussianæ Militiæ tenebant, eumque Sacerdotem collocarunt in quadam mansione a tribus eorundem Militum custoditum. Undecima die dicti mensis Junii se contulit ad Terram Lombardorii Decuria undecim Militum equestrium una cum Præfecto Tormenti æmei, qui hos milites ducebat, nuncupato Cacciatore, qui eosdem milites locavit in domibus Jacobi Bertini, hæredis Georgii Michaelis Sandini, & Petri Ferrera, quos itidem coëgit militibus submini strare victualia usque ad diem 18. ejusdem mensis.

Interea & antequam prædicti Milites discederent, & signanter sub die 16. ejusdem Junii Turma Equitum centum quadraginta circiter, cujus Ductores erant Eques Casilinardus Legionis vulgo dictæ Drago Major, & Eques Sancti Martini Centurio alterius Legionis jussu Marchionis de Govezzo occupavit prædictam Terram Lombardorii & manu militari subripuit incolis viginti sex Boves aratorios, vaccas quadraginta sex, sex juvencos, totidemque vitulos, jumenta tria, duosque mulos, quæ quidem animalia traducta ad Civitatem Civassi, pariter dictus Blanchiardus prætensus Judex palam vendidit, preciumque illorum recepit.

Diebus autem 7. & 22. mensis Julii per Justitiæ Militem Senatus Taurini fuerunt exequutæ in odium Communitatis S. Benigni quædam assertæ copiæ intimationum, seu injunctionum in personam Mariæ Uxoris Antonii Farnenghi Syndici dictæ Communitatis subscriptarum, Umberto, quibus de ordine dicti prætensi Judicis in prima præcipiebatur solutio librarum 1203. in manibus Caroli Philippi Boggi prætensorum Affictuariorum Agentis intra terminum decem dierum sub pœna executionis realis & personalis, & in secunda injungebatur solutio in manibus Joannis Mariæ Roccha prætensi Oeconomi Ducalis infra terminum quinque dierum sub eadem pœna. Quarum injunctionum vigore sub die 13. Augusti per duos ejusdem Legionis Milites, alterum vocatum Joannem Baptistam Abbate, & alterum Castione violenter fuerunt extracti, & subtracti de stabulis Sindicorum & Consiliariorum sexdecim boves præsentibus & auctorizantibus dictis Blanchiardo prætenso Judice, Francisco Josepho Umberto, ejusque Officiali & Notario, & Joanne Maria Roccha, ut supra, prætenso Oeconomo, quæ animalia fuerunt vendita in eodem loco cuidam Advenæ tamquam majori Oblatori presio librarum 1344. 15. 10.

Dum alii vexabantur, aliis Incolis ejusdem Abbatiæ non dabatur requies, etenim publicatum, & respective intimatum fuit quoddam præceptum de mandato dicti prætensi Judicis sub Dat. 19. Julii cum assueta subscriptione Umberto Secretario, qua notificabatur omnibus Syndicis Agentibus debitoribus Massariis, Molitoribus, & quibuscumque aliis Abbatiæ debitoribus eisdem præcipiebatur, ut in Abbatiæ Oeconomum recognoscerent tamquam à Sua Celsitudine deputatum ad relationem Cameræ Computorum D. Joannnem Mariam Roccha de Taurino, & in ejus manibus quæcumque fieri debuisset solutio omni alio excluso Exactore sub pœnis indignationis suæ Celsitudinis, reiteratæ solutionis & exequutionis militaris.

Incœpta jam post messem triturationè frumenti per Franciscum Tessutum Colonum, & Massarium Prædii nuncupati Casina delle mura ne Ministri Reverendæ Cameræ partem Dominicalem exigerent, ad custodiam fuit transmissus Bartholomæus Guglielmettus de Sancto Georgio, & sub die 20. Julii dictum Prædium adivit Joannes Maria Rocha prætensus Ducalis Oeconomus associatus duobus Armatis Militibus cum sagulis viridis coloris Ducali stemmate discriminatis, & injuncta divisione frumenti (licet Colono reluctante, & protestante ad Reverendam Cameram spectare) abstulit eminas 110. frumenti, quæ asportare curavit super curribus dicti Coloni, & ad Castrum dicti Loci Montanarii, & ad Terram S. Benigni.

Præmissa sub eadem die 20. Julii executione alterius consimilis intimationis super deputatione prædicti Oeconomi, illiusque recognitione faciendæ contra Bernardinum Boggium, & Alexandrum Anselmum Colonos & Massarios Prædii nuncupat. l' Airale dicti Loci Montanarii sub die 3. Augusti dictus assertus Oeconomus Roccha ad dictum Prædium duobus similibus Militibus associatus se contulit, & interpellatis iisdem Colonis pro divisione frumenti, illisque renuentibus, & declarantibus portionem Dominicalem debitam esse Ministris Reverendæ Cameræ Apostolicæ tamquam pendente vacatione maturatam, quam unice recognoscebant. Idem Oeconomus violentias jactans, & Colonorum carcerationem incutiens subripuit eminas 160. tritici, quæ cum curribus & bobus dictorum Colonorum per vim cogentibus & associantibus dictis militibus traducta & asportata fuerunt ad castrum prædictum. Rediit sub die prima Septembris, ipse Ducalis Oeconomus ad idem Prædium unico associatus milite, & non obstante simili contradictione Colonorum, qui unice Rev. Cameræ Apostolicæ Ministros recognoscere protestati fuerant, violenter abstulit eminas 78. secalis, 24. fabarum, & 9. cicerum. Die vero quinta Novembris idem Roccha, associantibus Bernardino & Stephano fratribus Bianna de Castronovo, se transtulit ad Molendinum Montanarii, & in illo repertis Josepho, & Jacobo Molitoribus, qui nomine Reverendæ Cameræ Apostolicæ dictum Molendinum retinebant, eidemque certam portionem frumenti tradere tenebantur, prout protestati fuerunt, quibus non obstantibus timore carcerationis eisdem incusso ad ministerium dicti Molendini pro Camera Ducali supradictos Fratres intrusit.

Fuerat jam de ordine dicti Blanchiardi prætensi Judicis sub datum 6. Augusti cum subscriptione Umberto exequuta quædam copia Intimationis, seu injunctionis in odium Communitatis Lombardorii de mandato Gubernatoris Taurini, & ad instantiam dicti prætensi Ducalis Oeconomi

Digitized by Google

nomi Roccha, ſuper ſolutione librarum 485. pro reſiduali ſumma debita pro Annis 1710. & 1711. non obſtante exequutione facta ſuper belluis, ex quarum venditione non potuit conſequi integra ſatisfactio. Item ſuper ſolutione librarum 1550. pro debito anni tunc decurrentis 1712. ſub pœna dictæ exequutionis militaris. In cujus comminationis exequutionem die 2. Novembris ingreſſi fuerunt, & tenuerunt Locum prædictum centum quinquaginta circiter Ducales Milites equeſtres ſclopis, & acinacibus armati, partim Legionis ut dicitur Regimento Birago, partim Cavaglia. Quibus omnibus præerat comes de Permon, cum quo alii Officiales, nempe Comes Benzo, equeſtris turmæ Ductor, Monſieur de S. Georgeo turmæ ductoris Legatus, ſeu Locumtenens, Monſieur de Vanſi pariter Locumtenens, Monſieur Ceruto, & Eques della Villa, Equites Vexillarii omnes de Legione Cavaglia, Comes della Manta, Equeſtris Turmæ Ductor, Monſieur Muſſetto ſimilis Ductoris Locumtenens, Monſieur Longaray, & Eques Burgheſius Signiferi Equeſtres omnes de Legione Birago. Qui Milites de ordine ſupra dictorum Officialium reſpective prius pedeſter diſpoſiti ad obſidionem ſtabulorum, ab illis extraxerunt, & comprehenderunt Boves aratorios triginta ſex, juvencos, & vaccas decem, & octo, quas belluas eodem die adduxerunt ad Civitatem Civaſſi, & conſignarunt Advocato Blanchiardi prætenſo Judici, de cujus ordien fuerunt venditæ pretio librarum 2235.

Pro effectu alterius ſimilis intimationis & injunctionis ſub eadem, die 6. Auguſti, in odium Communitatis Loci Montanarii relaxatæ, & pro eo, quod Miniſtri Ducales ab illa exigere prætendebant die 26. Octobris ejusdem Anni 1712. ſe contulerunt ad dictum locum Montanarii duæ Legiones equeſtres Suæ Celſitudinis, altera nuncupat. Birago, altera Piemonte Reale, ſeu Cavaglia, ſub ductu Marchionis de Birago, Magiſtri Equitum Legionis ſui nominis, qui inibi Caſtra tenuit per totam diem praedictam Novembris, cum maxima Loci, Territorii & Incolarum damnificatione ob conſumptionem præſertim fœni, aliorumque ſtraminum, lignorum & victualium; Praeparati tamen ad diſceſſum ante lucem ſubſequentis diei 2. Novembris juxta Officialium ordinationes a dictis Militibus occupata fuit Platea & Loci annexi, acieſque diſpoſita, transmiſſi fuerunt Excubitores ad proprias domos & ſtabula Incolarum dicti Caſtri, diſtributis aliis militibus per vicos, & demum orta luce de ordine dicti Marchionis, juncta aſſiſtentia dicti Advocati Blanchiardi, impetum fecerunt in ſtabula & domos dictorum incolarum. De ſtabulis fuerunt ſubtracta duocenta circiter capita Belluarum de Bovinis, equinis & ſuinis, quæ eadem die fuerunt adductæ ad Civitatem Civaſi & proſequendo executiones ex ædibus Joannis Dominici Caffari abſtulerunt eminas 120. tritici, 24. ſecalis, 6. ordei, 18. avenae, & 18. panicii albi: Ex ædibus Joannis Baptiſtae Clara eminas 50. tritici, 24. ſecalis, 24. panicii albi; De domo Sindici Joannis Franciſci Franconi eminas 69. tritici, 22. ſecalis, 6. fabarum: de Domo Phiſici Nicolai Franciſci Fiola eminas 50. tritici, 16. ſecalis, 10. faſolorum, 9. fabarum, 40. panicii albi 4. ciceruum, & 14. avenae: De domo Sindici Joannis Malani Petitti eminas 33. pannici albi: de domo Petri Pauli Rimaudo eminas 276. tritici, 35. ſecalis: De domo Notarii Franciſci Antonii Petitti eminas 50. panicii albi. De Molendino ejusdem Loci Montanarii de victualibus dictorum incolarum ſaccos 52. ex variis frumenti ſpeciebus, quae omnia fuerunt aſportata & conſignata prædicto Rocchae prætenſo Oeconomo.

Quae omnes recenſitae violentiae & attentata facta & executa fuerunt, legitime contradicentibus & impugnantibus Communitatibus dictae Abbatiae, illarumque Particularibus, qui licet oppreſſi, & ſaepe ſaepius in Eccleſias & Loca immunia ob timorem carcerationis recepti, nunquam tamen conſenſum praeſtarunt, & ſemper proteſtati fuerunt, de vi injuſta illis illata, declarando ſemper, & in quolibet actu repetendo eos eſſe unice ſubjectos ſub dominio Sanctae Sedis & Abbatiae fructus conſignandos & perſolvendos eſſe Miniſtris & Officialibus dictae Sanctae Sedis & Reverendae Camerae Apoſtolicae, nec velle, nec poſſe alios recognoſcere, vacatione durante, quam eosdem Miniſtros Reverendæ Camerae Apoſtolicae.

Rebusque aliis, prout in Proceſſu, & Proceſſibus deſuper conſtructis praedicta omnia memorati.

Monſieur di S. Giorgio,
Monſieur di Vanſi,
Monſieur Ceruto.
Eques della Villa.
Comes della Manta.
Monſieur Moſetto.
Monſieur Longarais.
Eques Borgheſe.
Eques Caſalinardo.
Eques S. Martino.
Matthaeus Bruni nuncupat. la Fluer.
N. Cacciatore.
N. Garello.
N. Nomine militari Vin nuovo.
Raimundo.
N. Beller.
Patrimonialis Generalis.
N. Caſtilione.
Joannes Baptiſta Valetta.
Nicola.
Joannes Paulus Blanchiardi.
Franciſcus Joſeph Umberto.
Laurentius Caffo.
Carolus Philippus Boggio.
Joſeph Antonius Rugerino.
Joannes Maria Rocca.
Bartholomaeus Guglielmetti.
Bernandinus } Fratres de Bianna.
Stephanus }

Juſtitiae Milites.

Joannes Andreas Rapeto.
N. Freſcia, & duo alii N. N.
Antonius Barchetto.
Bernardus Valino.
Bartholomaeus Martello.

eidem Edicto obtemperando debitam ecclesiae mandatis obedientiam praestare renuerent:) Verum etiam scandala scandalis adjicientes, eumdem Petrum secundum Episcopum sub poena occupationis, seu reductionis bonorum temporalium, tam scilicet illius patrimonialium, quam suæ mensæ Episcopalis monuerint, ut ab inferenda ipsi Jacobo Comiti quacumque ulteriori molestia omnino abstineret, ac interim præjudicium illi per dictam excommunicationem, quam nullam, injustam, ac præcipitanter promulgatam nuncuparunt, irrogatum opportune sarciret, perinde ac si, ubi ipsa excommunicatio nulla, vel injusta foret, competentia Tribunalia ecclesiastica non extarent, quæ de illius prætensa nullitate, vel injustitia recte ac ordine cognoscere, legitimumque de ea judicium ferre possent, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto quod non alio quidem animo, quam ut clarius & apertius dignosci ab omnibus possit, quam inusitati exempli, quantique horroris & scandali illud sit, præsentibus inferendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Vittorio Amedeo II. per Grazia di Dio Duca di Savoja e Monferratto, Principe di Piemonte, Rè di Cipro &c. Ad ogn'uno sia manifesto, che vista la supplica sportaci per parte del Procuratore Fiscale Generale nostro Rivalta, ed il tenor di quella ben considerato; Per lo presenti, attesa l'evidente nullita, ingiustizia e precipitazione della Scommunica proferta dal Vescovo di Casale in odio del Conte Giacomo Nemours. Habbiamo inhibito, ed inhibiamo, a qualsivoglia Persona di qualunque stato, grado, e condizione, tanto, Sudditi, che Forastieri, habitanti in essa Città di Casale, che qualcunque altro luogo de stati nostri di evitare il commercio, e consorzio di detto Conte Nemours, sotto pretesto di tal scommunica, meno per tal causa molestarlo, nè mottegiarlo in qualungue maniera sotto pene gravi, e gravissime, eziandio della morte: Ed in oltre habbiamo monito, e moniamo detto Vescovo, ed Ufficiali della sua Curia di non solo astenersi du ogni, e qualunque ulterior molestia, ed aggravio verso detto Conte, ma ancora di dover indilatamente, ed in ogni miglior modo riparare l'ingiusta violenza, e trascorso di esso con la fulminata nulla, ingiusta, e precipitata scommunica, sotto pena della reduzzione de beni temporali del Vescovato, e suoi. Mandando le presenti registrarsi, dichiarando l'esecuzione di queste da farsi in persona di alcuno di detti Ufficiali di detta sua Curia, ò di alcuno de suoi Domestici, quanto al detto Vescovo, ed all' Albo Pretorio, e Luoghi soliti di detta Città, quanto ad ogni altro, valer, ed alla copia stampata dal Sampatore nostro Prielli doversi prestar tanta fede, come al proprio originale, che tal è nostra mente. Dato in Casale ù 7. Luglio 1713. Per. S. A. R. à relatione del Senato: Perronus: in Casale, per Pietro Maria Prielli Stampator Ducale: Con privilegio.

§. 2. Cum autem notorii juris sit nulli Laicali potestati fas esse decernere, seu edicere, quod Censuræ ab Episcopis promulgatæ, seu declaratae, sub obtentu, quod nullæ, vel injustæ sint, attendi non debeant, ac in his, quae ad Ecclesiasticam Jurisdictionem pertinent, Saeculi Magistratus obsequendi maneat necessitas, non authoritas imperandi, adeoque præmissa in gravissimum Christi fidelium scandalum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi sanguine redemtas in maxima pericula adducere, & deplorandis malis involvere possint; Hinc est, quod Nos, qui jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris à domino constituti sumus, ac proinde tam graves Sæcularis potestatis abusus dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem & jurisdictionem Ecclesiasticam à perniciosis ejusmodi conatibus illæsam tueri, & conservare, nec non animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione quovismodo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non tam præfatorum, quam alterius cujuscumque Senatus, Magistratus, Judicis, Ministri, Officialis, Notarii, Scribæ, & aliarum quarumvis personarum in eisdem præmissis quomodolibet, culpabilium qualitatis, dignitates, nomina & cognomina, aliave quæcumque etiam specificam, ac individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Edictum præinsertum, ac quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quandocunque secuturis, nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, & à non habentibus potestatem temere, & damnabiliter attentata, ac de facto præsumta, nulliusque roboris & momenti vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa à quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præsentium declaramus.

§. 3. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia & singula, prout etiam quæcumque alia præmissorum occasione in præjudicium libertatis, immunitatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis, & quandocumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque & effectu penitus & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis & abolitis, viribusque & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 4. Præterea, tametsi perspecta Cleri, populique Casalensis pietas, & religio spem Nobis certam

Digitized by Google

certam ingerat, fore ut memorati Edicti nullam hactenus, ut par erat, rationem habuerint, eoque non attento à qualibet consuetudine, & commercio cum præfato Jacobo Comite, tanquam vere excommunicato, ac omnino vitando, penitus ultro abstinuerint, & abstineant; nihilominus motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine paribus, eumdem Jacobum Comitem, tanquam verum excommunicatum, vitandum ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus habendum esse, donec & quousque absolutionis beneficium Christiana humilitate petierit, illudque ab habente legitimam ad id facultatem impetraverit, vel quatènus censuræ adversus eum promulgatæ nullæ, aut injustæ prætendantur, eas uti tales à competenti Judice Ecclesiastico declarari obtinuerit, cum ante ejusmodi declarationem pro validis ac justis ab omnibus haberi debeant, earumdem tenore præsentium decernimus, & similiter declaramus.

§. 5. Quo circa universis Presbyteris & Clericis tam sæcularibus cujuscunque gradus, præeminentiæ, & dignitatis fuerint, quam cujusvis Ordinis Congregationis Instituti & societatis etiam Jesu, regularibus in Divinis ministrantibus harum serie districte præcipimus, & mandamus, ut quatenus prædictus Jacobus Comes ad eorum ecclesias, seu Oratoria accedere, ibique divinis officiis, aliisve sacris functionibus interesse præsumeret, cum eo ita se gerant, quemadmodum ex Sacrorum Canonum præscripto cum Excommunicatis publice denunciatis agendum esse probe norunt, sub pœnis ab ipsis sacris Canonibus in eos, qui secus fecerint constitutis.

§. 6. Cæterum cum exploratum sit tam præfatum cognominatum Rivalta, qui præmissa ab eodem sæculari potestate edici & ordinari petiit ac instetit, ut præfertur quam cognominatum Perronum, qui præinserto Edicto subscripsit, nec non Petrum Mariam Prielli Typographum, qui illud suis typis impressit, aliosve omnes, & singulos cujuscumque pariter status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, quantumvis sublimis fuerint, qui eadem præmissa mandarunt, ac ordinarunt, seu illis consilium auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præstiterunt, aut in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eis quomodolibet, culpabiles fuerunt, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas à Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim literis die Coenæ Domini singulis annis legi & promulgari consuetis inflictas eo ipso incurrisse: Noverint idcirco illi omnes, etiam specialissima mentione digni, à censuris, & poenis hujusmodi post debitam ac condignam ecclesiæ realiter & cum effectu præstitam satisfactionem, non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, prout earumdem tenore præsentium pariter decernimus.

§. 7. Facultatem insuper quandocumque procedendi ad alia seviora remedia quatenus prædicti Ecclesiasticæ libertatis Violatores in sua contumacia persistentes censuras, & poenas hujusmodi animo, quod absit, sustinuerint, indurato, Nobis, & eidem Apostolicæ Sedi expresse reservantes. Ac decernentes pariter easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali ac inexcogitabili individuamque expressionem requirente, defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ sanctæ romanæ ecclesiæ cardinales, etiam de latere Legatos & præfatæ sedis Nuncios aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non quorumcunque Ordinum, congregationum, Institutorum, & societatum, etiam JESU, ac quorumvis Monasteriorum, Conventuum, ecclesiarum, locorum piorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus

Digitized by Google

ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordinibus, congregationibus, inſtitutis & ſocietatibus etiam JESU ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & locis piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus aliisve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis à Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficatioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcunque perſonarum, etiam imperiali, regali, aliave qualibet mundana, vel eccleſiaſtica Dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis etiam continentibus, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis & indultis hujusmodi mentionem. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoris ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de urbe ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas & affixas omnes & ſingulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum transumtis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Julii MDCC XIII. Pontificatus Noſtri Anno XIII.

F. Oliverius.

Anno à nativitate D. N. JESU Chriſti milleſimo Septingenteſimo decimo tertio, Indictione ſexta die vero decima quarta Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. anno decimo tertio ſupradictæ literæ apoſtolicæ affixæ, & publicatae fuerunt ad valvas eccleſiae Lateranen. & Baſilicae principis Apoſtolorum, Cancellariae Apoſtolicae, Curiae generalis in monte Citatorio, in acie campi Florae ac aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis per me Jacobum Vaſellum Apoſtolicum Curſorem.

Antonius Placentius, Magiſter Curſorum.

CXXXIII.

Monitorium expeditum contra Canonicum Joannem Blanciardum, Sacerdotem Joſephum Blanciardum & ſacerdotem Ludovicum Romano, ob ſacrilegam communicationem cum Advocato Joanne Paulo Blanciardo, prætenſo judice Cameræ computorum Taurini excommunicato palam declarato, & alia ab ipſis geſta in contemptum cenſurarum & Apoſtolicæ auctoritatis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiſcopus Seleuciæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ & ejus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & ſpecialiter a Sanctiſſimo Domino Noſtro Delegatus.

Univerſis & ſingulis R R. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint ſeu quomodolibet præſentabuntur ſalutem in Domino &c.

Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi D. Gaſparis Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus aſſumptis expoſitum & deductum inde & ſuper eo, quod ſuſpicantibus, vel timentibus R R. Canonicis Ven. Eccleſiæ Abbatialis S. Benigni Fructuarienſis Nullius Diœceſis, eadem Abbatia vacante, appoſitionem Interdicti Eccleſiaſtici, ex eo, quod in dicta Eccleſia Divina fuerant celebrata preſente & aſſiſtente Advocato Joanne Paulo Blanciardo prætenſo Judice Cameræ Computorum Taurini in locis ejusdem Abbatiæ

Digitized by Google

tiæ vacantis nulliter intruſo, ac publico excommunicato, & per nos per Cedulonum affixionem declarato, ob hunc timorem ſic conſulti nonnulli ex dictis Canonicis coram Nobis recurrere, & humilibus precibus ſupplicare decreverunt, ut ab hac Eccleſiaſtica cenſura illos eximere dignaremur, exponendo non doloſe vel temere id fuiſſe ſequutum. Quo audito in Collegiali Congreſſu per Canonicum Joannem Blanciardum ſupradicti excommunicati Patruum, iſte obloquendo contra Canonicum Petrum Antonium Paſſaro, qui propoſitionem fecerat in Capitulo & referendo ad ejusdem, & aliorum machinationes honeſtos hos ad ſuperioris recurſus, eum ſimul, ac alios verbalibus injuriis affecit, eisdem præſertim exprobando, quod ipſi Excommunicati extiterant, & non Advocatus ejus Nepos, quem pro tali nunquam reputaverat, nec reputabat, quam declarationem non minus temere confirmaverunt, ac eidem pariter adhæſerunt Sacerdos Joſeph Blanciardus prædicti Advocati frater, & Sacerdos Ludovicus Romano, in eodem loco Ludi Magiſter, quarum cenſurarum præfato modo contemptum, non ſolum eo tunc verbis expreſſerunt, verum etiam præcedenter & ſubſequenter factis comprobarunt; privatim enim, ac publice eorum ſinguli cum dicto Excommunicato publice per nos declarato tractarunt, & familiariter verſati ſunt, imo cohabitarunt, & convixerunt, Ludovicus vero non ſolum in Civilibus cum prædicto Excommunicato, verum etiam in Divinis communicavit, Sacrum in Eccleſia celebrando præſente & aſſiſtente Excommunicato prædicto, & prout latius in Proceſſibus deſuper cónſtructis, prædicta omnia memorati Canonicus Joannes Blanciardus, Sacerdos Joſeph Blanciardus, & Sacerdos Ludovicus Romano commiſerunt & perpetrarunt in gravem cenſurarum contemtum, & vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, ac alias omni &c. ſingula ſingulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra &c. non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea ac cenſuras in Sac. Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi Domini Gaſpari Turchi, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter & debite requiſiti, quatenus ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitoriumque ad partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, & concedere dignaremur.

Nos itaque petitioni hujusmodi, tanquam juſtæ, annuentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus ſtatim, ac requiſiti, ſeu aliquis veſtrum requiſitus fuerit, ex parte noſtra imo verius Apoſtolica authoritate antedictos Canonic. Joan. Blanciard. Sacerdotem Joſeph. Blanciardum, Sacerd. Ludovic. Romano, moneatis, citetis & requiratis ac moneri & requiri faciatis, prout nos eosdem, & eorum quemlibet harum ſerie citamus, monemus & requirimus, primo, ſecundo, tertio & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium computan. quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum & allegandum cauſam quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in omnes & ſingulas cenſuras & pœnas in Sac. Canonibus contentas & comminatas incidiſſe & incurriſſe declarari, & contra eos, & quemlibet literas declaratorias quaſcumque deſuper neceſſarias & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non camparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, vel diſtulerit: Nos nihilominus ad ulteriora juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum usque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, ſeu abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum exceſſus prædicti patrati fuerint in jurisdictione Abbatiali Sancti Benigni & valde notoria ſit violenta occupatio jurisdictionis Sanctæ Sedis, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, propterea volumus & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas aliquarum Eccleſiarum, Terrarum, ſeu Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic

exequu-

Digitized by Google

exequutoria ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ, ex Magna Curia Innocentiana, hac die tertia Augusti. 1714.

Joannes Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Gen. & specialiter Delegatus.
Joannes Antonius Tartaglia, Reverendæ Cameræ Apost. Secretarius.

Die 3. Septembris 1714. supradictum Monitorium affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in nova Curia Montis Citatorii per me Sebastianum Vasellum Domini Nostri Papæ Cursorem.

Die 17. Maji. 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata & publicata fuit contra omnes Citatos Contumaces sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nuncupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes & singuli, contra quos prædicta sententia lata fuit.

CXXXIV.

Monitorium expeditum contra Dominicum & N. nuncupatum il Zoppo, satellites, & Dominicum Gamarra Brunettum, Procuratorem fiscalem localem Cameræ Computorum Serenissimi Ducis Sabaudiæ, ob violatam jurisdictionem & immunitatem ecclesiasticam, & gravia vulnera respective inflicta Rev. Petro Francisco Dalmatio, Præposito terræ Abbatialis S. Benigni Fructuarien. nullius diœcesis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcunque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino, &c.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Casparis Turchi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod cum Felicianus Saudinus, Fiscalis pro Reverenda Camera Apostolica in Terra Abbatiali Sancti Benigni Fructuarien. Nullius Diœcesis, eadem Abbatia vacante, extaret in confugio Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Crucis ejusdem Terræ ob timorem violentiarum, quas inferre soliti erant Ministri Potestatis Laicæ & Cameræ computorum Taurini, licet nulla penitus authoritate suffulti, & præcise sub die 27. Aprilis proxime præteriti cum circa horam decimam septimam egressus fuisset de dicta Ecclesia, & prope, ac ante illam in Plateola alloqueretur cum Rev. Præposito Petro Francisco Dalmatio, qui pariter de Domo Parochiali contigua eo tunc exierat & cum aliis ejusdem Loci Incolis, idem Saudinus cum ex improviso sibi proximum vidisset Dominicum Rufina Satellitem, illico versus dictam Ecclesiam convolavit, fuit tamen prope ejusdem scholas apprehensus, & ad invicem colluctando, idem Felicianus prævaluit secum trahendo dictum Dominicum Birruarium ad scholas Ecclesiæ, dumque primum earumdem gradum præfatus Saudinus teneret, & de manibus dicti Dominici penitus tentaret se eximere, supervenit alter Birruarius nuncupat. il Zoppo in adjutorium Socii, & aggrediendo, ac insimul amplectendo eumdem Felicianum de loco immuni, & primo Ecclesiæ gradu, in quo insistebat, abduxerunt. Dum hæ patrarentur in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ, & Rev. Dalmatius prædictus admoneret adstantes, ut essent ad testificandum parati super violenta extractione prædicta, Dominicus Gamarra Brunettus, prætensus Fiscalis Localis pro præfata Camera computorum, qui prædictæ carcerationi præsidebat, & Satellitibus adstabat, ægre ferens dictum Reverendum Præpositum Testes advocavisse pro Ecclesiæ Immunitate, in eumdem irruit, dicens: Retirati Prevoste: quibus verbis prolatis, impugnato stylo ferreo, seu alio cultro, quem præ manibus gerebat, tria in dictum Præpositum injecit vulnera, unum superficiale super mandibula superiori cum membranarum læsione, alterum super mandibula inferiori penetrans, usque ad

os

Digitized by Google

os ex parte ſiniſtra cum magna ſanguinis effuſione, & alterum in digito medio manus ſiniſtræ cum parva læſione; Quibus patratis ſceleribus dictus Reverendus Præpoſitus ſic vulneratus, & ſanguinem effundens domum translatus fuit, & dictus Felicianus ad carceres adductus in grave eorumdem Reverendi Præpoſiti Petri Franciſci Dalmatii, & Feliciani Saudini damnum, & præjudicium, ac Immunitatis Eccleſiaſticæ vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, & alias omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra, nonſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea, ac Cenſuras in Sacris Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, et quamvis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum tanquam adverſus notorium Clerici percuſſorem a Reveren. Domino Canonico Carolo Antonio Gamarra Vicario Abbatiali pro Sede, et Camera Apoſtolica in dicta Abbatia deputato relaxatæ fuerint Cenſuræ, et affixi Cedulones: Nihilominus, cum præter vulnerationem dicti Reverendi Præpoſiti Dalmatii perturbaverit una cum dictis duobus Birruariis Jurisdictionem Sedis, et Cameræ Apoſtolicæ in dicta Abbatia; Fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi D. Gaſparí Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, et Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter, et debite requiſiti, quatenus firmis remanentibus Cenſuris, ut ſupra, a prædicto Rev. Vicario Abbatiali fulminatis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum, ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitorium ad Partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, et concedere dignaremur; Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam juſte annuentes Vobis omnibus et ſingulis ſupradictis, ac Veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, et in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus, et poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum requiſitus fuerit ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica authoritate ſupra nominatos Satellites Dominicum Rufina et N. nuncupatum il Zoppo, et Dominicum Gamarra Brunettum, prætenſum Fiſcalem localem Cameræ computorum moneatis, citetis, et requiratis, ac moneri, et requiri faciatis, eisdemque, et cuilibet ipſorum præcipiatis, et mandetis, primo, ſecundo, et tertio, et peremptorie, prout Nos eosdem harum ſerie monemus, citamus, & requirimus, eisdemque & eorum cuilibet præcipimus, & mandamus per præſentes quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium compu-

tandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam, quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in cenſuras, & pœnas in Sacris Conſtitutionibus Apoſtolicis contentas incidiſſe & incuriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascunque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia, ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos, & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, Nos nihilominus ad ulteriora Juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum uſque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum delicta prædicta patrata fuerint in Jurisdictione & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria ſit violenta occupatio Jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, & propterea pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, volumus, & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem Copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Eccleſiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic exequuto & in actis infra ſcripti noſtri Secretarii legitime reproducto, ita eosdem monitos, & eorum ſingulos arctare, & adſtringere perinde valeat, ac ſi perſonaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obſtantibus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Magna Curia Innocentiana hac die tertia Auguſti 1714.

Joannes Archiepiſcopus Seleuciæ Theſaurarius Gen. & ſpecialiter Delegatus.

Joannes Antonius Tartaglia Reverendæ Cameræ Apoſt. Secretarius.

Digitized by Google

Die 17. Maji 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata, & publicata fuit contra præfatos Citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis urbis palam affixa fuit publica Schedula-Ceduloni-nucupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi & in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes, et singuli, contra quos præfata sententia lata fuit.

CXXXV.

Renovatio præcepti injuncti Communitati & hominibus Cisternæ, ne Serenissimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum Dominum dicti castri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, vel aliquam contributionem persolvere, in præjudicium alti, directi & supremi dominii super eodem castro ad sedem apostolicam & summum Romanum Pontificem pertinentis, d. d. 23. Maii, An. 1716.

Joannes Baptista Spinula Presbyter Cardinalis S. Cæsarei, S. R. E. Camerarius.

UNiversis, & singulis Illustrissimis, & Reverendissimis D. D. Archiepiscopis, Episcopis, illorumque D. D. Vicariis nec non R. R. D. D. Abbatibus Præpositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis aliis Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique vel illis, ac cui seu quibus præsentes nostræ ostensæ seu alias quomodolibet præsentatæ fuerint, salutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infrascripta die fuisse coram nobis, & in Tribunali nostro pro parte, & ad instantiam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi, Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis personaliter comparitum, & expositum primo loco alias, & sub die 8. Augusti 1702. seu etc. Illustrissimum & Reverendissimum D. Sylvium de Cavaleriis tunc, R. C. A. prædictæ Commissarium Generalem, nobis narrasse, & exposuisse, quod licet Principatus Cisternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzè, & Cortanzerii, illorumque D. D. Vassalli, & Habitatores, ac omnia bona in Castris, & Territoriis d. d. feudorum posita & existen. spectarent ad Sanctam Sedem Apostolicam, & super illis, nisi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & supremum dominium unice haberent, & ob id D. D. dictorum Castrorum Feudatarii & illorum Subditi & Habitatores, & respective bona, ut supra, situata, & existen. a nullo alio Principe molestari possint, cum totaliter Jurisdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum subjacerent, attamen usque tunc ad notitiam ejusdem Cameræ Apostolicæ deveniisse Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celsitudinis Locumtenentes, Ministros, & Officiales, quovis nomine nuncupatos, prætendisse, & prætendere D. Henrichettam de Trousa, Principissam, & possessitricem d. Principatus Cisternæ ac D. Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Thomam Roverium, Marchionem Cortanzæ & Cortanzerii, Feudatarios Sanctæ Sedis, ac dd. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexasse, perturbasse, & ad contribuendum taxas coegisse, & bona in eisdem Feudis posita & existentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & personalium gravasse, & generaliter ita egisse, ut dicti Feudatarii Sanctæ Sedis, & dictorum Feudorum Habitatores, & Incolæ sese erga dictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tanquam Celsitudinis suæ Subditi, & Vassalli sese gerent, ut omnibus oneribus, & contributionibus, quibus d. Serenissimi Ducis subditi subjacent, ipsi D. D. Sanctæ Sedis Feudatarii subjaceant, & ista de causa, dictum Illustrissimum, & Reverendissimum D. de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commissarium Generalem ad effectum juribus Sanctæ Sedis consulendi, & conservandi libera, & immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipsius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum, & Vassallor. bona, cum hoc esset præjudiciale supremo, & alto dominio d. Sanctæ Sedis, apud nos petiisse & institisse, ut aliquod Præceptum a Nobis concederetur contra eosdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vassallos, subditos, & dictorum Castrorum Habitatores, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore juris, usibus Feudorum ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis auderent, seu præsumerent prædictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, & contribuere, seu alia onera ipsis imponen. persolvere ac bona omnia inibi existen. immunia, & exempta pro Sanctæ Sede conservare, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Ministros super dd. Feudis, Habitatoribus & bonis quomodolibet inferen. appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis Inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus Præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, concedere & relaxare prout a nobis sub dicta die 8. Augusti 1702. per acta quondam Astulphi Gallopi, tunc ejusdem Cameræ Apostolicæ Secretarii petitum præceptum modo, quo supra, concessum fuit.

§. 2. Secundarie etiam narratum extitisse, quod licet post præsentationem prænarrati Præcepti a Nobis, ut supra, relaxati, non solum D. Princeps Montaphiæ, ac ejusdem loci & Principatus Communi-

Digitized by Google

munitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipsis injuncta & demandata servare debebant, verum etiam Magistratus Locumtenentes, Collectores, & Exactores taxarum, & alii officiales quocunque nomine nuncupati d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a molestiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum Subditorum & Vassallorum inferendis pariter sese abstinere debuissent, & deberent, attamen non solum a die qua dictum nostrum Præceptum præsentatum fuit, verum etiam a die 17. mensis Maij 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apostolicæ Sanctissimi D. Nostri Domini Clementis Papæ XI. super declaratione nullitatis decretorum, ordinationum, & aliorum gestorum in ditione d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra quam citra montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in eisdem literis, §. Præterea cum ad retundendas graves etc. nec non etiam post earundem literarum Apostolicarum publicationem, quamvis per violentiam, ac præviis protestationibus ab iis factis solutionem Taxarum, aliaque onera involuntarie subierint, & propterea non solum contenta in Præcepto non servarunt, immo illis expresse contravenerunt, incurrendo pœnas in ibi comminatas tam contra d. D. Principem Cisternæ quam etiam contra d. D. Principem Montaphiæ, & d. d. Vassallos, ne sub gravioribus pœnis audeant assentiri impositionibus, novisque gravaminibus forsan per d. Serenissimum Ducem Sabaudiæ, illiusque Ministros imponen., prout latius constat ex eisdem Præceptis a Nobis sub diebus 24. Julii & 7. Augusti 1711. per acta d. quondam Astulphi Galloppi expeditis, ad quæ etc.

§. 3. Expositum quoque tertio loco per prædictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Gasparem Turchim post hæc ad ejus notitiam devenisse, etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Castri Curtanzoni in Comitatu Astensi existen. sub eodem alto, & supremo Dominio Sanctæ Sedis fuisse de mandato ejusdem Serenissimi Ducis Sabaudiæ, illiusque Ministrorum, eandem Communitatem, Homines, & Vassallos variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem taxarum, Hospitationem militum, mensurationes eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium Jurisdictionis, & supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis & propterea renovationem ejusdem Præcepti etiam contra prædictas Communitates, Homines & Habitatores Castri Curtanzonii a Nobis petiisse illamque jure sic suadente obtinuisse, prout ex hujusmodi renovatione expedita per eadem acta Golloppi, sub die 17. Octobris 1711. ad quæ etc.

§. 4. Novissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi D. Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Cisternæ sub eodem alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores non solum variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem Taxæ nuncupatæ del Tasso del Sale per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejusque Ministros, & Officiales annuatim prætensæ in scutis centum duobus auri, demandando sub prætextu solutionis annuæ recognitionis, per dictam Communitatem Cisternæ usque & sub die 9. Octobris 1681. in dupplis viginti octo monetæ Hispaniarum, ex causa libertatis commercii, & transitus victualium in vim Instrumenti concordiæ cum Civitate Taurinen. sive ejus Advocato Patrimoniali Fiscali generali, carcerationem Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò habitatorum Cisternæ sequutam in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 16. & 20. Martii proxime præteriti, pro quorum excarceratione coactam fuisse d. Communitatem Cisternæ persolvere in manibus Domini Aymi Ferrerii Consiliarii, & Thesaurarii Generalis d. Serenissimi Domini Ducis Sabaudiæ libras bismille, & quingentas argenti, quæ licet per eamdem Communitatem solutæ fuerint, ex causa libertatis commercii ejus Graciarum, & in vim enunciati Instrumenti Concordiæ, ut supra stipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus prædictus D. Aymus Ferrerius, Thesaurarius Generalis quietantiam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso facere voluit, reluctantibus licet, & dissentientibus prædicta Communitate, & Hominibus: verum etiam Deputatis, & Officialibus ejusdem Communitatis Cisternæ fuisse per dictum Thesaurarium Generalem, aliosque Ministros d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ injunctum Præceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos supplicem libellum pro obedientia compositione a d. Serenissimo Duce super solutione annua d. Datii del Tasso exhibere debeant, Et licet Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Cisternæ in eorum publico Concilio ad hoc specialiter celebrato sub die 8. Aprilis proxime præteriti protestati fuerint, de nullitate gestorum per dd. Ministros d. Serenis. D. Ducis Sabaudiæ tam circa carcerationem dd. Michaelis Angeli Barochi, & Philippi Mò, quam circa prætensam solutionem coacte factam, & per dictum Thesaurarium Generalem receptam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso, & non in causam d. transactionis, & concordiæ, ut supra, initæ, cum Communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio Principe molestari possint, minusque taxas, pedagia & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. protestationibus ut supra emissis & per dictum Illustrissimum Dominum Comissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis, ad quæ etc. nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi d. Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem anredicti Præcepti etiam contra prædictos Communitatem Homines, & Habitatores Cisternæ concedere ac renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a d. Illustrissimo D. Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per præsentes.

num directum, & Supremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, ac bona omnia inibi exiſtentia immunia, libera, & exempta pro Sancta Sede conſervare, & conſervari facere, & a gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem, illiusque Dominos Miniſtros, ſuper dictis Feudis habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eidem & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, concedere & relaxare, prout a nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta infra ſcripti Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretarii petitum Præceptum modo, quo ſupra conceſſum fuit.

§. 2. Secundo vero etiam narratum extitiſſe, quod, licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti, a Nobis, ut ſupra, relaxati non ſolum Dominus Princeps Montaphiæ, ac ejusdem Loci, & Principatus Communitus, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipſis injuncta, & demendata ſervare deberent verum etiam Magiſtratus, Locumtenentes, Collectores & Exactores taxarum, & alii officiales quocumque nomine nuncupati dicti ſereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis, a moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium Jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum, ſubditorum & Vaſſallorum, inferendis abſtinere pariter debuiſſent, & deberent attamen non ſolum a die qua dictum noſtrum Præceptum præſentatum fuit, verum etiam a die 17. menſis Maji 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apoſtolicæ Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Clementis Papæ XI. ſuper declaratione nullitatis Decretorum, ordinationum, & aliorum geſtorum in Ditione Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra, quam citra Montes, Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, atque Auctoritati Apoſtolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in d d. litteris §. Præterea cum ad retundendas graves &c. Nec non etiam poſt earundem literarum Apoſtolicarum publicationem, quamvis per violentiam, & præviis proteſtationibus ab ipſis factis ſolutionem taxarum, aliaque onera involuntarie, & metu ſubierint non ſolum contenta in Præcepto non ſervarunt, imo illis expreſſe contravenerunt, incurrendo pœnas inibi comminatas, ideoque novum Præceptum a nobis expeditum fuit tam contra d. D. Principem Ciſternæ, quam etiam contra dictum Principem Montaphiæ, dictosque Principum Vaſſallos, ne ſub gravioribus pœnis auderent aſſentiri impoſitionibus, novisque gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, illiusque Miniſtros imponendis, prout latius conſtat exiisdem Præceptis a nobis ſub diebus 24. Julii & Septimæ Auguſti currentis anni per Acta infra ſcripti Secretarii Cameræ ad quæ &c.

§. 3. Noviſſime vero pariter ad notitiam Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni in Comitatu Aſtenſi exiſten. ſub eodem alto, & Supremo Dominio Sanctæ Sedis fuiſſe de mandato ejusdem Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ illiusque miniſtrorum, eamdem Communitatem, Homines, & Vaſſallos variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem taxarum Hoſpitationis militum, menſurationis eorum Territorii, aliorumque gravaminum, in præjudicium Jurisdictionis, & Supremi Domini ejusdem Sanctæ Sedis, & propterea fuimus ex parte Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii Cameræ requiſiti, quatenus renovationem ante dicti Præcepti, etiam contra prædictos Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ factam ad effectum prædictum eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem prædicti Præcepti faciendam, & ut infra, concedendam duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus, & omnino ſervari mandamus per præſentes. Quo circa de mandato Sanctiſ. Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officii inhærentes etiam ſupranarratis literis Apoſtolicis Sanctitatis Suæ ſuper d d. nullitate actorum, ac cenſuris dicta die 17. May. 1707. publicatis, tenore præſentium, & in virtute Sanctæ Obedientiæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentatæ fuerint, committimus, & ſtricte præcipiendo mandamus, ut ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium Vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica auctoritate ſub excommunicationis & Interdicti; & aliis arbitrio Sanctitatis ſuæ pœnis ipſo facto, & jure incurrendis, debeant, & ipſorum quilibet debeat, prædictos Communitatem, Homines, & Incolas, & Habitatores dicti Caſtri Curtanſoni ac ejus &c. Communitatis

publi-

Digitized by Google

publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum litterarum, ad valvas majoris Ecclesiæ dicti Castri denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & præcepta sse, prout nos etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ & de Sanctitatis suæ ordine, & mandato, Communitatem prædictam, ejusque Ministros, ac dicti Castri Incolas, & alios in executione præsentium nominandos & cognominandos præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti Castri, ac illius membrorum, jurium, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & usibus Feudorum & Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prætati Castri Dominum directum & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, ac contributiones seu alia onera ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, imo eandem Communitatem ejusque Ministros aliosque in executione præsentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum Castrum illiusque Incolas, & Habitatores & bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, & notificare, ac denique de nullitate & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, & executioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum &c. sed et omni &c. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 17. Octobris 1711.

Jo. B. Card. Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius R. C. A. Secr. & Cancellarius.

CXXXI.

Monitorium expeditum contra plures alios officiales, administros & executores Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, ob jurisdictionales actus violenter exercitos in loca, incolas & bona subjecta vacanti Abbatiæ S. Benigni, ac occupationem proventuum ejusdem Abbatiæ, cum violatione immunitatis Ecclesiasticæ, contemptu censurarum, & usurpatione supremi dominii super dictis locis, personis & bonis ad summum Pontificem & S. sedem Apostolicam pertinentis, d. d. 20. Jun. An. 1713.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis & singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur salutem in Domino.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi D. N. Papæ, & Reverendæ Cam. Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis & præviis probationibus assumptis expositum & deductum, quod quamvis sub die 17. Februarii anni præteriti deventum fuisset ad Sententiam declaratoriam Censurarum etiam publicis Cedulonibus publicatam, & a consortio fidelium segregati & sejuncti fuissent, & fuerint nonnulli, qui occasione vacationis Abbatiæ, seu Commendæ Sancti Benigni Fructuariensis Nullius Diœcesis a die prima Augusti 1710. per obitum bon. me. Joannis Francisci de Carron ex Marchionibus Sancti Thomæ, dum vixit, Abbatis dictæ Abbatiæ auctoritate publica Laicali suffulti, licet perperam & nulliter usurpando jus, & facultatem super administratione, & fructuum perceptione cum deputatione Oeconomi, Edictorum publicatione, Judicis, aliorumque Ministrorum electione & exercitiis respective tam pro administranda Justitia, quam pro recollectione, & perceptione nonnullorum fructuum ejusdem Abbatiæ, prout vere armata manu, violentiis, & carcerationibus adhibitis Jurisdictio administrata fuit, fructusque nonnulli recollecti, quando attenta dictæ Abbatiæ vacatione & cessatione nemo quicumque esset & sit, quomodocumque manus apponere debuisset, & potuisset præter Rev. Cameram Apostolicam ejus Collectores, Subcollectores & Ministros in maximum dictæ Rev. Cameræ præjudicium, & directam læsionem Jurisdictionis, & supremi Dominii Sanctæ Sedis Apostolicæ, cui immediate Terræ, loca, bona, & Incolæ, seu Vassalli ejusdem Abbatiæ subsunt. Nil profuit medela ad resipiscentiam, immo ad majora attentata & pejora scandala deventum fuit, quoniam inter cæ-

Digitized by Google

tera contra dictas Ecclesiasticas censuras eadem insurrexit Potestas Laica, & publicis ac impressis Edictis ausa fuit easdem censuras nullas, injustas & invalitas declarare, illasque sub pœnis injunctis observari vetuit, & quod etiam admiratione dignum est, contra pauperes & inermes locorum dictæ Abbatiæ & Sanctæ Sedis subditos, qui Ministris Sedis Apostolicæ paruissent, militaris adhibita fuit vis.

Et ad nova specialia attentata & scandala procedendo, sub die 9. Januarii 1712. prodiit Edictum sub nomine Serenissimi Ducis Sabaudiæ ad instantiam & relationem Cameræ computorum subscriptum: Nicola: & per collationem cum originali factam subscriptum: Umberto Secretario: cujus Edicti dispositio continebat, quod vacante officio Judicis in temporalibus in Terris, e Castris Sancti Benigni, Montanarii, Lombardorii, & Feletti subjectis dictæ Abbatiæ redactis, ut asserebatur, ad manus ejusdem Celsitudinis, constituit, & elegit de consilio dictæ Cameræ computorum in Judicem, ut supra, Advocatum, Collegiatum Joannem Paulum Blanchiardi Vicarium Civasii cum omnibus honoribus, auctoritatibus, utilibus, juribus, emolumentis, ac omnibus aliis ad dictum munus spectantibus, & cum salario sibi ad partes assignato etc. imponendo omnibus & præsertim Sindicis, Consiliariis, & Particularibus dictorum locorum, ut pro tali illum recognoscerent, ac obedientiam præstarent.

Eodem mense Januarii, & sub die 12. non minus attentate Capitaneus Laurentius Caffo, tanquam prætensus Agens Affictuariorum bonorum dictæ Abbatiæ, tunc a dicto Abbate Joanne Francisco de Carron possessæ, unus de excommunicatis recensitis comparuit coram dicto Blanchiardi Judice prætenso, & nomine, quo supra, se Creditorem exposuit Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanaria, Michaelis Sandini, & Jacobi Berdini de Lombardore in summa librarum Ducalium 750. pro affictu omnium bonorum dictæ Abbatiæ existentium in finibus dicti loci Lombardore, comprehenso Prato nuncupata della Stella, sita in confinibus loci S. Benigni pro annis 1709., 1710. 1711. ad rationem librarum 250. annuarum; Et ulterius eodem titulo esse Creditorem ejusdem Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanario, Georgei Bertini, Michaelis Sandini, Petri Ferrarii de Lombardore in alia summa librarum 2600. pro responsione cum prædictis Affictuariis conventa ad rationem librarum 1300. quolibet anno pro fruitione reddituum Molendini Loci Lombardori vigesimis Tritici, ac aliorum frumentariorum, & segetum ad dictam Abbatiam spectantium, & de mandato ejusdem prætensi Judicis Blanchiardi contra prædictos commissa fuit citatio & injunctio, qua iis præfigebatur terminus decem dierum ad solvendum sub pœna scutorum viginti quinque auri Fisco Abbatiali solvendorum, & executionis realis & personalis cum subscriptione Umberto. Eadem die similem citationem relaxavit ad instantiam ejusdem eodem, quo supra, nomine cum simili præfixione termini, & pœna contra Communitatem, Syndicos, & Consiliarios Sancti Benigni iis comminando pariter executionem realem & personalem pro libris 1203. & solidis 10. cum subscriptione ejusdem Umberto Secretario.

Ulterius eodem prætenso Agente instante sequenti die 13. Januarii aliam citationem & injunctionem cum præfixione termini, & comminatione pœnæ, ac executionis realis & personalis relaxavit contra Molitores & Massarios respective Locorum Montanarii & Sancti Benigni, & præsertim contra Alexandrum, & fratres de Anselmis Massarios Prædii nuncupati Ayralis Montanarii pro consignatione Panici albi vulgo Melga bianca pro prætensa portione dominicali, & in defectum ad solutionem valoris una cum expensis, subscriptum pariter loco dicti Judicis: Umberto.

Similem injunctionem & citationem sub eademmet die, & ad ejusdem instantiam dictus prætensus Judex relaxavit cum iisdem comminationibus contra Dominicum Furnum, Affictuarium Molendini nuncupati: Pista della Canepe Montanarii, injuncta etiam consignatione duorum suum ponderis ruborum duodecim pro quolibet, & quadraginta ruborum Canapis, & nonnullorum Capponum, addita comminatione solutionis pecuniarum pro valore hujusmodi specierum, quatenus species hujusmodi non reperirentur, nec consignari potuissent.

Item aliam exequi curavit citationem cum præfixione termini, & similibus comminationibus ad instantiam dictorum prætensorum Affictuariorum contra Molitores, & Massarios tam Loci Montanarii, quam Prædii, ut dicitur, delle Mura, & Molendini Sancti Benigni pro nonnullis prætensis obligationibus, & præsertim contra Bartholomæum, & fratres de Boggio pro consignatione & traditione eminarum quinquaginta Panici, ut dicitur Melga bianca pro residuo portionis dominicalis anni 1711. vel illius valoris cum solita subscriptione: Umberto loco Judicis. In declinatione ejusdem mensis Januarii Carolus Philippus Boggio prætensus Oeconomus Josephi Mariæ Galimberti, & Georgii Boggio prætensorum Conductorum reddituum dictæ Abbatiæ eodem Abbate de Carron tunc vivente cum assistentia quatuor armatorum Militum Justitiæ Senatus Taurini, quorum duo denominantur Joannes Rapeto, & Frescia, se contulit ad Molendinum Montanarii, & violenter arripere fecit eminas tres Tritici, sexdecim Panici albi, & duas Secalis de molituris, quæ ad Rev. Cameram Apostolicam spectabant, quas transportare fecit ad Castrum dicti Montanarii.

Post hujusmodi executiones processum fuit contra Syndicos & Particulares Terræ Sanctæ Benigni pro summa librarum 1203. cum dimidia pro prætensis Canonibus, ut prætendebatur, debitis pro ultimo semestri Anno 1711. Die etenim 15. Februarii elapsi Anni 1712. idem Advocatus Blanchiardi prætensus Judex Ducalis, Franciscus Joseph Umberto Notarius de Civassio assertus Locumtenens, seu Secretarius, Joseph Antonius Rogerinus pariter de Ciraffio, qui se jactabat dictæ Abbatiæ Oeconomum pro Serenissimo Duce, Carolus Philippus Boggio de Sancto Georgeo, ut asserebatur, subrogatus in locum Joannis Dominici Battuelli unius ex prætensis Affictuariis, Capitaneus Laurentius Caffo una cum armatis Justitiæ Militibus Antonio Barchetto, Bernardo

Vali-

Digitized by Google

Valino, Bartholomæo Martello & Dominico Umberto se contulerunt ad plures Domos, & Stabula Syndicorum & Incolarum Terræ Sancti Benigni, & in eorum præjudicium ab iis extraxerunt duos ferratos Currus quatuor Rotarum, decem Boves, sex Juvencos, & quatuor Vaccas, quæ omnia sub hasta vendiderunt, tanquam majori oblatori, cuidam ex forensibus oblatoribus pretio librarum 1355. qui eas res secum asportavit, & extra Territorium traduxit.

Post prædictos actus tam violentos usurpatæ Jurisdictionis supervenerunt spretus Censurarum in Sententia, de qua supra, & violentiæ contra spiritualia remedia; Etenim die 9. Martii subsequentis affixum fuit in Abbatiæ Terris Edictum impressum ad instantiam Cameræ Computorum tenoris infrascripti----ALTEZZA REALE---- Sendosi vociferato, alcuni mesi sono, che dal Tesoriere Generale de Spogli Monsignor Patrizio Arcivescovo di Seleucia, tanto in qualita sudetta, che di supposto Delegato di Sua Santità fossero per lasciarsi qualche citazione in odio d'alcuni di quelli Officiali, Ministri, Operarii, e Famegli, che doppo la vacanza dell' Abbazia di San Benigno eransi di Speciali commissione e commando adoperati in diversi affari, & atti tutti tendenti alla ristorazione delle Fabriche, & Beni, racolta, e conservazione de frutti, sostentamento, & essercizio della Giurisdizione temporale d'essa Abbazia, come ridotta, durante la vacanza, sotto la special protezione di vostra Altezza Reale, dal di cui Regio Patronaco dipende; Si compiacque Vostra Altezza Reale con publico Manifesto, o sia Editto delli 13. del scorso Novembre à relazione della sua Camera con esso proibire, e strettamente à tutti gli Officiali, Ministri, Operarii sudetti, e chiunque alto, che potessero venire espressamente, ò genericamente citati, ò molestati par tali fatti, ò dipendenti da essi, di mai comparire personalmente, meno in qualunque maniera avanti detto Monsignor Patrizio, nè altro qualunque preteso Giudice d'aliena Giurisdizione, per rispondere de fatti sudetti, ò consimili sotto gravissime pene corporali, e meglio, come dal sudetto Editto appare: Ciò tutto non ostante hà nuovamente perinteso il Patrimoniale Generale di Vostra Altezza Reale, che da Monsignore sudetto siasi preteso, e si pretenda passar tant' oltre di proferire, e publicare asserta Sentenza di Scommunica maggiore contro diversi de Particolari sudetti, & etiamdio contro due de Patrimoniali Generali di Vostra Altezza Reale sotto pretesto suno li medesimi, e ciascheduno di essi incorsi nelle Censure solite fulminarsi contro gli Usurpatori de beni, e redditi della Chiesa nella Bolla, qual si publica in ogn'anno in die Cœnæ Domini. E perche quando ciò siasi fatto, ò venisse farsi, verrebbero ad essere evidentemente pregiudicate le prerogative di un' Aabazia, ch'è di Regio Patronato di V. A. R., e nell' istesso tempo violati li dritti, che alla medesima competiscono sì per la Regia Protezione, che per altri titoli, e ragioni, e che di più verrebbero ad essere ingiustamente, e con notorio evidente gravame censurate, e scommunicate Persone, quali non solamente non sono state legitimamente citate, ma che etiamdio furono notoriamente impedite, anzi espressamente proibite sotto gravissime pene di comparire avanti del Citante, e che per nissuna maniera possino mai dirsi comprese nelle Censure fulminato contro degl' Usurpatori de beni della Chiesa, mentre con la da essi procurata, e fatta raccolta, & esazzione de frutti, non hanno già mai preteso applicarli à se, ma di conservarli, ò convertirli in solo utilità della Chiesa stessa, alla quale appartengono, rendendosi tanto più chiaramente nulla, & ingiusta tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica, quando possasse tant'oltre a comprendere quei stessi Officiali, e Persone, che per indispensabil obligo del loro Offizio non v'hanno avuta altra parte, che d'ubbidire à Magistrati, e sostenere le ragioni, e dritti del loro Sovrano. Che perciò ad efferto d'oviare à tanti, e così rilevanti pregiudizii di V. A. R. e suoi Sudditi ricorre à piedi della medesima.

Umilmente supplicandola, che atteśa l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simile Sentenza, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio de sudetti, si compiaccia V. A. R. commandare a chi che sia, e specialmente all'Abitanti nelle Terre di detta Abbazia di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun' ordine, Manifesto, Stampa, o Scritti continente tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica in odio di chi che sia degli Uffiziali sudetti, Agenti, e Particolari sudetti, e per cause sopra espresse, e quand' anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante si proibisca à chiunque si sia, nessuno accettuato, d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati, meno mottegiare li medemi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, o verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, ò fatti dependenti dà quanto sopra, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò si ardisse di fare di tal pretesa Scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta; Il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali, con dichiarar la publicazione di queste da farsi ne Luoghi soliti in qualunque delle Terre d'essa Abbazia valere, e che alla copia stampata dal Stampatore Valetta debba prestarsi la stessa fede, che all'originale.

Il patrimoniale Generale di V. A. R.
Vittorio Amadeo II. per grazia de Dio Duca di Savoia, Prencipe di Piemonte, Rè di Cipro.

Veduta per la Camera nostra de Conti l'alligata Supplica sottoscritta dal Patrimoniale nostro Generale suo tenore considerato; Per le presenti col parere à partecipazione della predetta Camera nostra (atteśa l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simil Sentenza narrata, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio delli nominati in detta supplica) abbiamo commandato, e commandiamo à chi che sia, e specialmente all' Abitanti delle Terre dell' Abbazia supplicata di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun Ordine, Manifesto, stampa, ò Scritti continente dal pretesa Sentenza, ò publicazione di scommunica in odio di chi che sia dell'Uffiziali, Sudditi, Agenti,

Digitized by Google

e Particolari, de' quali si tratta, e per le cause narrate, e quando anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante proibiamo à chiunque si sia nessuno eccettuato d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati meno motteggiare li medesimi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, ò verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, o fatti dependenti da quanto si supplica, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò s'ardisse di fare di tal pretesa scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta, il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali; Dichiarando la publicazione di quelle da farsi ne' luoghi soliti in qualunque delle Terre di essa Abbazia valere, & alla copia stampata dal Stampatore nostro Valletta doversi prestare l'istessa fede, come all'originale, che tale è nostra mente. Dat. in Torino li 9. Marzo 1712.

Per Sua Altezza Reale à relatione di detta Camera. Castiglione.

In Torino per Gio. Battista Valletta Stampatore di Sua Altezza Reale 1712.

Undequaque Ministri Laici Jurisdictionem usurpabant in præjudicium Sanctæ Sedis, & damnum Reverendæ Cameræ Apostolicæ; Quippe sub die 22. Martii 1712. Comes Foschieri, ut asserebatur, Gubernator, seu Commandante Civitatis Taurini, scripsit epistolam Antonino Costæ Terræ Lombardori Syndico tenoris, ut sequitur: Signor mio: Alla ricivuta di questa non mancherà far penetrare à Valentino Fioritto, Antonio Cosia, & Bertolotto Segretario essermente di S. A. R. che tutti trè unitamente à lei si debbino per tutto dimani ritrovare in questa Città, ove giunti subito si portino dame per ricever gli ordini, che per parte di detta Altezza Reale li devo communicare, avvertendogli à non differire l'ubbidire per non essere severamente castigati alla forma, e mente dell'ordine di detta Altezza Reale, e qui persuadendomi eseguiranno pontualmente il comando fattoli mi rassegno. Torino, li 22. Marzo 1712. Di V. S. Affettionatissimo & obligatissimo per servirla----- Conte Foschieri Commandante della presente Città:

Al Signor Antonio Costa, Sindico del Luogo di Lombardore.

Rationabili minarum metu Antoninus Costa Syndicus, Jacobus Antonius Bertolottus, Communitatis Secretarius & Antoninus Costa prædicti se contulerunt ad civitatem Taurini, & ad dictum Comitem, à quo fuerunt moniti, prout ipsi occasione, qua de metu protestati sunt, retulerunt per hæc verba: Che teneva ordine, nempe dictus Comes Foscherius, da S. A. R. di farli sapere, qualmente ove in avvenire venisse à seguire, ò à farsi qualche insulto, ò al Signor Avvocato Blanchiardi Giudice Ducale, ò alli Soldatti di Giustizia, ò altri Deputati dell' Eccellentissima Camera di Torino, mentre si fossero fatti atti di giurisdizione nel Luogo di Lombardore, si sarebbe messo il Luogo tutto à fuoco, e sangue, e che voleva portarsi lui Signor Conte Foschieri in persona, soggiungendo, che non voleva che due, ò trè Paesani glie la facessero stravedere, e che il sudetto Signor Blanchiardi si sarebbe portato à publicare cert' ordine il Sabbato allora prossimo, e che si pigliassero (guarda) li venisse fatto alcun insulto: Illisque respondentibus hoc non esse in eorum posse, dictus Comes respondit: Che lasciassero la disputa trà S. A. R. & il Papa, e che loro facessero li loro affari.

Idem Comes Foscherius novas dedit literas sub die 18. Maji. Syndicis ejusdem Loci Lombardorio, quas sub eadem die dictus Advocatus Blanchiardi prætensus Judex (prout dictus Comes in præcedenti epistola prædixerat) præsentavit Joanni Ludovico Chiara Syndico tunc Domi ægrotanti, & recusanti, quibus sic præcipiebatur: Magnifici Signori Gio. Battista Vacca, Giorgio Bertine, Pietro Ferreo, Michel Sandino, e Giacomo Bertino, come meglio resta espresso qui sotto tutti Affittuali de' Redditi di cotesto Luogo, hanno trascurato, e trascurano il pagamento di quanto devono all' Abbazia di San Benigno, restando ancor Reliquatori delle somme infranotate, e volendo, che sodisfaccino à quanto devono, mi hà ordinato di farli penetrare esser mente sua, che faccino chiamare avanti loro li sudetti Signori Vacca, Bertino &c. a' quali intimeranno per parte di detta Reale Altezza di dover pagare frà giorni dièci prossimi le somme infrascritte in mani del Signor Carlo Filippo Boggio, ò chi farà per esso, de' quali vanno in debito sotto pena dell' esecutione militare, alla quale si procederà detto termine spirato, e pagamento non fatto senz' altra dilazione, & avendo cause giuste in contrario, quelle verranno ad allegare avanti me in questa Città personalmente frà detto termine. Questo è quanto m' occorre suggerire à loro Signori in esecuzione de' Reali commandi, e persuadendomi eseguiranno quanto sopra, attendendo risposta del loro operata, mi confermo. Torino li 18. Maggio 1712.

Gio: Battista Vacca.
Giorgio Bertino.
Pietro Ferrara.
Michele Sandino.
} Di Lombardore Affittavoli di rendite di Lombardore.

Per il Fitto annuo di lire 1306. devono di reliquato.

Cioe dell' Anno 1710.	- -	lire 428.
Nell' Anno 1711.	- -	lire 1300.
	- -	lire 1728.

Gio: Battista Vacca.
Michel Sandino.
Giacomo Bertino.
} Affittavoli dell' Abbadia in Lombardore.

Devono à ragione di lire 250. l' Anno di Fitto somma di lire 500.

Affettionatissimo per servirli Conte Foschieri.

Foris: A. Signori Sindici di Lombardore.

Sub eadem die 18. Mensis Maji dictus assertus Judex Blanchiardi consignavit Petro Philippo Avenato Syndico Communitatis Fletti aliam epistolam sub eadem Data ab eodem Comite scriptam Syndicis dicti Loci directam, qua eidem Communitati injungit solutionem lib. 551. 8. 6. sub commination militaris executionis. Advocatus Blanchiardi prædictus sub hac die aliam similem

Digitized by Google

milem epistolam consignare tentavit Joanni Francisco Francono, Communitatis Montanarii Syndico, at hic notitiam habens de alia præcedenti consignata Syndico Communitatis Fletti, abhorrens quamcumque aliam prætensam jurisdictionem præter illam Sanctæ Sedis, ejusque Ministrorum, renuit, & aufugit, & consignare tentantem delusit. Itidem die 21. Maji uniformem Epistolam dimisit ad pedes renuentis Eleonoræ Conjugis Domnici Furni, Subconductoris Molendini Loci Montanarii, qua epistola præcipiebatur Syndicis Communitatis, quod eundem Dominicum admonerent, ut frumentarias responsiones sub executionis militaris pœna traderet in manibus assertorum Affictuariorum; At Molitor nolens alios præter Ministros Sedis Apostolicæ & Reverendæ Cameræ recognoscere, executionem militarem fuit passus. Quamobrem sub die 26. dicti mensis Maji, ad Locum Montanarii se contulerunt duæ Legiones, ut dicitur Regimenti Equitum Suæ Celsitudinis: Altera nuncupata Dragoni: Altera Cavallaria di Savoia, sub directione Domini Marchionis de Garezzo, Ductoris Generalis, & adveniente die 11. sequentis mensis Junii Advocatus Blanchiardi duos ex dictis Militibus unum ex Legione Genue militari nomine Vinnuovo ex Centuria Philippi, & alium nuncupatum Raymundum ex Centuria Trotti ex Legione Equestri nominata di Savoia illos misit ad propriam domum dicti Furni, ut ab illo victum eorum arbitratu exigerent, protestantes ab illa non posse discedere, nisi de ordine dicti Blanchiardi, ad quem, (renuente eodem Furno) recurrere, steterunt usque ad diem 14. & ultra, & cibariis consumptis, unus ex dictis Militibus Vinnuovo nuncupatus discedens secum asportavit quatuor lintea nova, & duos saccos pariter novos valoris librarum viginti circiter, & continuante altero Milite Raymundo nuncupato successit alter nuncupatus Beller de Summariva de Cohorte Principe, & in eadem domo dicti Furni steterunt, & victualia usurparunt usque ad diem vigesimam dicti mensis, & discedentes secum detulerunt aliud linteum cum Rubo di Cocheti valoris in totum librarum viginti unius circiter.

Supervenerunt, postmodum majora excidia in prædictis locis Abbatialibus, quandoquidem exaustis, & consumptis fere omnibus facultatibus Incolarum dictæ Abbatiæ ob frequentes & continuatos transitus & stationes Militum Imperialium, & dicti Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tandem sub die 12. Maji, dicti anni 1712. duæ Militum Legiones dicti Serenissimi Ducis Castra posuerunt in dicto loco Abbatiali Montanarii, & deinde auctis novis copiis suppletitiis, die 29. ejusdem mensis Milites prædicti per domos & habitacula Incolarum distributi fuerunt, Ductore Domino Marchione de Garezzo, Locumtenente Generali pro eadem Celsitudine, & in dicto loco Montanarii permanserunt usque ad diem 14. Junii, & deinde se contulerunt ad aliam Locum Abbatialem Fletti, ubi pariter castrametati sunt.

Verumtamen ad desolationem Terræ, & Loci Montanarii non defuit aliarum Turmarum copia: etenim sub die 18. ejusdem mensis Junii pervenere decem Agmina peditum sub Generali Duce Vallis ducta per quemdam Commissarium Carera, & perstiterunt in eodem Loco usque ad diem vigesimam & inde recedentes locarunt Castra in Loco S. Benigni. Quæ militum Turmæ Territoria, agrosque jam satos, & pascua devastarunt, & recedentes plus quam viginti juga Bovum cum curribus & plaustris secum pro eorum usu traduxerunt, aliaque notabilia præjudicia dictis incolis intulerunt. Nec defuere alia damna & incommoda; nam sub die 17. prædicti mensis Junii coacti fuerunt subditi prædicti Sanctæ Sedis construere pontem, ut facile apparatus militaris Suæ Celsitudinis expedire transiret, & sub die 19. ejusdem coacti fuerunt transmittere octo currus cum belluis pro transportandis militaribus impedimentis.

Jam Castra tenebant in Loco, & Territorio Fletti à die 12. Junii aliæ Militum copiæ, & dum Populus congregatus erat in Ecclesia ad horas vespertinas, Officialis nuncupatus Parello alias excommunicatus cum manipulo viginti quatuor equitum post occupatam publicam ejus Loci plateam se contulit domum Petri Philippi Avennati Syndici, & deinde alii Commilitones plures alias domos Consiliariorum dicti Loci Sedi Apostolicæ Subjectorum invaserunt, & in illis steterunt, & deinde Hospitium verterunt in rapinam, subripientes Dominis domorum victualia, animalia mactantes, pluraque alia damna inferentes, ita ut dictæ duæ Legiones, quæ prius castrametatæ fuerant in Terra Montanarii, & deinde a die 14. Junii, usque ad diem 18. ejusdem mensis invaserunt ejusdem Loci Fletti Territorium, dum ab illo recedebant vastarunt, vites & arbores, ac subreperunt etiam octo currus, cum jugatis Bovibus dictorum incolarum, ut apparatum rei militaris traducerent ad locum Borgarii, quos quidem currus, & boves sic traductos ad Civitatem Civassi dicto prætenso Judici Blanchiardi tradiderunt, & iste sub die 20. mensis illos vendidit pretio librarum 1006. pro prætensis vigesimis ac laudemiis a dicta Communitate Loci Fletti debitis. Antequam prædictus N. Garello alias excommunicatus edicto loco una cum aliis discederet, se ad Ecclesiam Parochialem contulit, in cujus valvis affixi erant Cedolones Censurarum per ipsum, & alios incursarum, & gestatoria arundine ipsius nomen in Cedulonibus impressum laceravit, & postea illos defixos ausu temerario in Terram projecit. Nec prætermittendum, quod hiscemet diebus & præsertim sub die 13. Junii ab Officiali nuncupat. Rivetti Militibus stipato de ordine, & præsente dicto Blanchiardi in Loco S. Benigni arrestatus fuit Carolus Gamarra, & adductus ad carceres Taurini.

Hac eadem die, dum Sacerdos Joannes Victorius Aliberti ejusdem Loci S. Benigni intra ejusdem Terræ ambitum morabatur in Loco nuncupat. Contrada Grossa per Tormenti æmei Præfectum vulgo Briegadiere Legionis Genue Matthæum Brunum nuncupatum, & militari nomine Laffuer fuit apprehensus per transversum carceratione sibi nunciata per hæc verba braccio forte d' ordine di Sua Altezza Reale, ad quæ verba qua-

Digitized by Google

quatuor milites ejusdem Legionis Archibusiis brevioribus, & Acinacibus armati eidem Officiali auxilium præbuerunt, eumdem Sacerdotem in brachiis apprehensum manu dextera armata eum sic detentum adduxerunt ad custodias, quas in domo Communitatis Prussianæ Militiæ tenebant, eumque Sacerdotem collocarunt in quadam mansione a tribus eorundem Militum custoditum. Undecima die dicti mensis Junii se contulit ad Terram Lombardorii Decuria undecim-Militum equestrium una cum Præfecto Tormenti æneï, qui hos milites ducebat, nuncupato Cacciatore, qui eosdem milites locavit in domibus Jacobi Bertini hæredis Georgii Michaelis Sandini, & Petri Ferrera, quos itidem coëgit militibus submini-strare victualia usque ad diem 18, ejusdem mensis.

Interea & antequam prædicti Milites discederent, & signanter sub die 16. ejusdem Junii Turma Equitum centum quadraginta circiter, cujus Ductores erant Eques Casilinardus Legionis vulgo dictæ Drago Major, & Eques Sancti Martini Centurio alterius Legionis jussu Marchionis de Govezzo occupavit prædictam Terram Lombardorii & manu militari subripuit incolis viginti sex Boves aratorios, vaccas quadraginta sex, sex juvencos, totidemque vitulos, jumenta tria, duosque mulos, quæ quidem animalia traducta ad Civitatem Civassi, pariter dictus Blanchiardus prætensus Judex palam vendidit, preciumque illorum recepit.

Diebus autem 7. & 22. mensis Julii per Justitiæ Militem Senatus Taurini fuerunt exequitæ in odium Communitatis S. Benigni quædam assertæ copiæ intimationum, seu injunctionum in personam Mariæ Uxoris Antonii Farnenghi Syndici dictæ Communitatis subscriptarum, Umberto, quibus de ordine dicti prætensi Judicis in prima præcipiebatur solutio librarum 1203. in manibus Caroli Philippi Boggi prætensorum Affictuariorum Agentis intra terminum decem dierum sub pœna executionis realis & personalis, & in secunda injungebatur solutio in manibus Joannis Mariæ Roccha prætensi Oeconomi Ducalis infra terminum quinque dierum sub eadem pœna. Quarum injunctionum vigore sub die 13. Augusti per duos ejusdem Legionis Milites, alterum vocatum Joannem Baptistam Abbate, & alterum Castione violenter fuerunt extracti, & subtracti de stabulis Sindicorum & Consiliariorum sexdecim boves præsentibus & auctorizantibus dictis Blanchiardo prætenso Judice, Francisco Josepho Umberto, ejusque Officiali & Notario, & Joanne Maria Roccha, ut supra, prætenso Oeconomo, quæ animalia fuerunt vendita in eodem loco cuidam Advenæ tamquam majori Oblatori pretio librarum 1344. 15. 10.

Dum alii vexabantur, aliis Incolis ejusdem Abbatiæ non dabatur requies, etenim publicatum, & respective intimatum fuit quoddam præceptum de mandato dicti prætensi Judicis sub Dat. 19. Julii cum assueta subscriptione Umberto Secretario, qua notificabatur omnibus Syndicis Agentibus debitoribus Massariis, Molitoribus, & quibuscumque aliis Abbatiæ debitoribus eisdem præcipiebatur, ut in Abbatiæ Oeconomum recognoscerent tamquam à Sua Celsitudine deputatum ad relationem Cameræ Computorum D. Joannnem Mariam Roccha de Taurino, & in ejus manibus quæcumque fieri debuisset solutio omni alio excluso Exactore sub pœnis indignationis suæ Celsitudinis, reiteratæ solutionis & exequutionis militaris.

Incœpta jam post messem triturationè frumenti per Franciscum Tessurum Colonum, & Massarium Prædii nuncupati Casina delle mura ne Ministri Reverendæ Cameræ partem Dominicalem exigerent, ad custodiam fuit transmissus Bartholomæus Guglielmettus de Sancto Georgio, & sub die 20. Julii dictum Prædium adivit Joannes Maria Rocha prætensus Ducalis Oeconomus associatus duobus Armatis Militibus cum sagulis viridis coloris Ducali stemmate discriminatis, & injuncta divisione frumenti (licet Colono reluctante, & protestante ad Reverendam Cameram spectare) abstulit eminas 110. frumenti, quæ asportare curavit super curribus dicti Coloni, & ad Castrum dicti Loci Montanarii, & ad Terram S. Benigni.

Præmissa sub eadem die 20. Julii executione alterius consimilis intimationis super deputatione prædicti Oeconomi, illiusque recognitione faciendæ contra Bernardinum Boggium, & Alexandrum Anselmum Colonos & Massarios Prædii nuncupat. l' Airale dicti Loci Montanarii sub die 3. Augusti dictus assertus Oeconomus Roccha ad dictum Prædium duobus similibus Militibus associatus se contulit, & interpellatis iisdem Colonis pro divisione frumenti, illisque renuentibus, & declarantibus portionem Dominicalem debitam esse Ministris Reverendæ Cameræ Apostolicæ tamquam pendente vacatione maturatam, quam unice recognoscebant. Idem Oeconomus violentias jactans, & Colonorum carcerationem incutiens subripuit eminas 160. tritici, quæ cum curribus & bobus dictorum Colonorum per vim cogentibus & associantibus dictis militibus traducta & asportata fuerunt ad castrum prædictum. Rediit sub die prima Septembris, ipse Ducalis Oeconomus ad idem Prædium unico associatus milite, & non obstante simili contradictione Colonorum, qui unice Rev. Cameræ Apostolicæ Ministros recognoscere protestati fuerant, violenter abstulit eminas 78. secalis, 24. fabarum, & 9. cicerum. Die vero quinta Novembris idem Roccha, associantibus Bernardino & Stephano fratribus Bianna de Castronovo, se transtulit ad Molendinum Montanarii, & in illo repertis Josepho, & Jacobo Molitoribus, qui nomine Reverendæ Cameræ Apostolicæ dictum Molendinum retinebant, eidemque certam portionem frumenti tradere tenebantur, prout protestati fuerunt, quibus non obstantibus timore carcerationis eisdem incusso ad ministerium dicti Molendini pro Camera Ducali supradictos Fratres intrusit.

Fuerat jam de ordine dicti Blanchiardi prætensi Judicis sub datum 6. Augusti cum subscriptione Umberto exequuta quædam copia Intimationis, seu injunctionis in odium Communitatis Lombardorii de mandato Gubernatoris Taurini, & ad instantiam dicti prætensi Ducalis Oeconomi

Digitized by Google

nomi Roccha, ſuper ſolutione librarum 485. pro reſiduali ſumma debita pro Annis 1710. & 1711. non obſtante exequutione facta ſuper belluis, ex quarum venditione non potuit conſequi integra ſatisfactio. Item ſuper ſolutione librarum 1550. pro debito anni tunc decurrentis 1712. ſub pœna dictæ exequutionis militaris. In cujus comminationis exequutionem die 2. Novembris ingreſſi fuerunt, & tenuerunt Locum prædictum centum quinquaginta circiter Ducales Milites equeſtres ſclopis, & acinacibus armati, partim Legionis ut dicitur Regimento Birago, partim Cavaglia. Quibus omnibus præerat comes de Permon, cum quo alii Officiales, nempe Comes Benzo, equeſtris turmæ Ductor, Monſieur de S. Georgeo turmæ ductoris Legatus, ſeu Locumtenens, Monſieur de Vanſi pariter Locumtenens, Monſieur Ceruto, & Eques della Villa, Equites Vexillarii omnes de Legione Cavaglia, Comes della Manta, Equeſtris Turmæ Ductor, Monſieur Muſſetto ſimilis Ductoris Locumtenens, Monſieur Longaray, & Eques Burgheſius Signiferi Equeſtres omnes de Legione Birago. Qui Milites de ordine ſupra dictorum Officialium reſpective prius pedeſter diſpoſiti ad obſidionem ſtabulorum, ab illis extraxerunt, & comprehenderunt Boves aratorios triginta ſex, juvencos, & vaccas decem, & octo, quas belluas eodem die adduxerunt ad Civitatem Civaſſi, & conſignarunt Advocato Blanchiardi prætenſo Judici, de cujus ordien fuerunt venditæ pretio librarum 2235.

Pro effectu alterius ſimilis intimationis & injunctionis ſub eadem, die 6. Auguſti, in odium Communitatis Loci Montanarii relaxatæ, & pro eo, quod Miniſtri Ducales ab illa exigere prætendebant die 26. Octobris ejusdem Anni 1712. ſe contulerunt ad dictum locum Montanarii duæ Legiones equeſtres Suæ Celſitudinis, altera nuncupat. Birago, altera Piemonte Reale, ſeu Cavaglia, ſub ductu Marchionis de Birago, Magiſtri Equitum Legionis ſui nominis, qui inibi Caſtra tenuit per totam diem praedictam Novembris, cum maxima Loci, Territorii & Incolarum damnificatione ob conſumptionem præſertim fœni, aliorumque ſtraminum, lignorum & victualium; Praeparati tamen ad diſceſſum ante lucem ſubſequentis diei 2. Novembris juxta Officialium ordinationes a dictis Militibus occupata fuit Platea & Loci annexi, acieſque diſpoſita, transmiſſi fuerunt Excubitores ad proprias domos & ſtabula Incolarum dicti Caſtri, diſtributis aliis militibus per vicos, & demum orta luce de ordine dicti Marchionis, juncta aſſiſtentia dicti Advocati Blanchiardi, impetum fecerunt in ſtabula & domos dictorum incolarum. De ſtabulis fuerunt ſubtracta duocenta circiter capita Belluarum de Bovinis, equinis & ſuinis, quæ eadem die fuerunt adductæ ad Civitatem Civaſi & proſequendo executiones ex ædibus Joannis Dominici Caffari abſtulerunt eminas 120. tritici, 24. ſecalis, 6. ordei, 18. avenae, & 18. panicii albi: Ex ædibus Joannis Baptiſtae Clara eminas 50. tritici, 24. ſecalis, 24. panicii albi; De domo Sindici Joannis Franciſci Franconi eminas 69. tritici, 22. ſecalis, 6. fabarum: de Domo Phiſici Nicolai Franciſci Fiola eminas 50. tritici, 16. ſecalis, 10. faſolorum, 9. fabarum, 40. panicii albi 4. cicerum, & 14. avenae: De domo Sindici Joannis Malani Petitti eminas 33. pannici albi: de domo Petri Pauli Rimaudo eminas 276. tritici, 35. ſecalis: De domo Notarii Franciſci Antonii Petitti eminas 50. panicii albi. De Molendino ejusdem Loci Montanarii de victualibus dictorum incolarum ſaccos 52. ex variis frumenti ſpeciebus, quae omnia fuerunt aſportata & conſignata prædicto Rocchae praetenſo Oeconomo.

Quae omnes recenſitae violentiae & attentata facta & executa fuerunt, legitime contradicentibus & impugnantibus Communitatibus dictae Abbatiae, illarumque Particularibus, qui licet oppreſſi, & ſaepe ſaepius in Eccleſias & Loca immunia ob timorem carcerationis recepti, nunquam tamen conſenſum praeſtarunt, & ſemper proteſtati fuerunt, de vi injuſta illis illata, declarando ſemper, & in quolibet actu repetendo eos eſſe unice ſubjectos ſub dominio Sanctae Sedis & Abbatiae fructus conſignandos & perſolvendos eſſe Miniſtris & Officialibus dictae Sanctae Sedis & Reverendae Camerae Apoſtolicae, nec velle, nec poſſe alios recognoſcere, vacatione durante, quam eosdem Miniſtros Reverendæ Camerae Apoſtolicae.

Rebusque aliis, prout in Proceſſu, & Proceſſibus deſuper conſtructis praedicta omnia memorati.

Monſieur di S. Giorgio.
Monſieur di Vanſi.
Monſieur Ceruto.
Eques della Villa.
Comes della Manta.
Monſieur Moſetto.
Monſieur Longarais.
Eques Borgheſe.
Eques Caſalinardo.
Eques S. Martino.
Matthaeus Bruni nuncupat. la Fluer.
N. Cacciatore.
N. Garello.
N. Nomine militari Vin nuovo.
Raimundo.
N. Beller.
Patrimonialis Generalis.
N. Caſtilione.
Joannes Baptiſta Valetta.
Nicola.
Joannes Paulus Blanchiardi.
Franciſcus Joſeph Umberto.
Laurentius Caffo.
Carolus Philippus Boggio.
Joſeph Antonius Rugerino.
Joannes Maria Rocca.
Bartholomaeus Guglielmetti.
Bernandinus } Fratres de Bianna.
Stephanus }

Juſtitiae Milites.

Joannes Andreas Rapeto.
N. Freſcia, & duo alii N. N.
Antonius Barchetto.
Bernardus Valino.
Bartholomaeus Martello.

Digitized by Google

eidem Edicto obtemperando debitam ecclesiae mandatis obedientiam praestare renuerent:) Verum etiam scandala scandalis adjicientes, eumdem Petrum secundum Episcopum sub poena occupationis, seu reductionis bonorum temporalium, tam scilicet illius patrimonialium, quam suæ mensæ Episcopalis monuerint, ut ab inferenda ipsi Jacobo Comiti quacumque ulteriori molestia omnino abstineret, ac interim præjudicium illi per dictam excommunicationem, quam nullam, injustam, ac præcipitanter promulgatam nuncuparunt, irrogatum opportune sarciret, perinde ac si, ubi ipsa excommunicatio nulla, vel injusta foret, competentia Tribunalia ecclesiastica non extarent, quæ de illius prætensa nullitate, vel injustitia recte ac ordine cognoscere, legitimumque de ea judicium ferre possent, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto quod non alio quidem animo, quam ut clarius & apertius dignosci ab omnibus possit, quam inusitati exempli, quantique horroris & scandali illud sit, præsentibus inferendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Vittorio Amedeo II. per Grazia di Dio Duca di Savoja e Monferratto, Principe di Piemonte, Rè di Cipro &c. Ad ogn'uno sia manifesto, che vista la supplica sportaci per parte del Procuratore Fiscale Generale nostro Rivalta, ed il tenor di quella ben considerato; Per lo presenti, attesa l'evidente nullita, ingiustizia e precipitazione della Scommunica proferta dal Vescovo di Casale in odio del Conte Giacomo Nemours. Habbiamo inhibito, ed inhibiamo, a qualsivoglia Persona di qualunque stato, grado, e condizione, tanto, Sudditi, che Forastieri, habitanti in essa Città di Casale, che qualcunque altro luogo de stati nostri di evitare il commercio, e consorzio di detto Conte Nemours, sotto pretesto di tal scommunica, meno per tal causa molestarlo, nè mottegiarlo in qualungue maniera sotto pene gravi, e gravissime, eziandio della morte: Ed in oltre habbiamo monito, e moniamo detto Vescovo, ed Ufficiali della sua Curia di non solo astenersi du ogni, e qualunque ulterior molestia, ed aggravio verso detto Conte, ma ancora di dover indilatamente, ed in ogni miglior modo riparare l'ingiusta violenza, e trascorso di esso con la fulminata nulla, ingiusta, e precipitata scommunica, sotto pena della reduzzione de beni temporali del Vescovato, e suoi. Mandando le presenti registrarsi, dichiarando l'esecuzione di queste da farsi in persona di alcuno di detti Ufficiali di detta sua Curia, ò di alcuno de suoi Domestici, quanto al detto Vescovo, ed all' Albo Pretorio, e Luoghi soliti di detta Città, quanto ad ogni altro, valer, ed alla copia stampata dal Sampatore nostro Prielli doversi prestar tanta fede, come al proprio originale, che tal è nostra mente. Dato in Casale ù 7. Lugiio 1713. Per. S. A. R. à relatione del Senato: Perronus: in Casale, per Pietro Maria Prielli Stampator Ducale: Con privilegio.

§. 2. Cum autem notorii juris sit nulli Laicali potestati fas esse decernere, seu edicere, quod Censuræ ab Episcopis promulgatæ, seu declaratae, sub obtentu, quod nullæ, vel injustæ sint, attendi non debeant, ac in his, quae ad Ecclesiasticam Jurisdictionem pertinent, Saeculi Magistratus obsequendi maneat necessitas, non authoritas imperandi, adeoque præmissa in gravissimum Christi fidelium scandalum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi sanguine redemtas in maxima pericula adducere, & deplorandis malis involvere possint; Hinc est, quod Nos, qui jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris à domino constituti sumus, ac proinde tam graves Sæcularis potestatis abusus dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem & jurisdictionem Ecclesiasticam à perniciosis ejusmodi conatibus illæsam tueri, & conservare, nec non animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione quovismodo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non tam præfatorum, quam alterius cujuscumque Senatus, Magistratus, Judicis, Ministri, Officialis, Notarii, Scribæ, & aliarum quarumvis personarum in eisdem præmissis quomodolibet, culpabilium qualitatis, dignitates, nomina & cognomina, aliave quæcumque etiam specificam, ac individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Edictum præinsertum, ac quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quandocunque secuturis, nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, & à non habentibus potestatem temere, & damnabiliter attentata, ac de facto præsumta, nulliusque roboris & momenti vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa à quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præsentium declaramus.

§. 3. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia & singula, prout etiam quæcumque alia præmissorum occasione in præjudicium libertatis, immunitatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis, & quandocumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque & effectu penitus & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis & abolitis, viribusque & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 4. Præterea, tametsi perspecta Cleri, populique Casalensis pietas, & religio spem Nobis certam

certam ingerat, fore ut memorati Edicti nullam hactenus, ut par erat, rationem habuerint, eoque non attento à qualibet consuetudine, & commercio cum præfato Jacobo Comite, tanquam vere excommunicato, ac omnino vitando, penitus ultro abstinuerint, & abstineant; nihilominus motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine paribus, eumdem Jacobum Comitem, tanquam verum excommunicatum, vitandum ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus habendum esse, donec & quousque absolutionis beneficium Christiana humilitate petierit, illudque ab habente legitimam ad id facultatem impetraverit, vel quatènus censuræ adversus eum promulgatæ nullæ, aut injustæ prætendantur, eas uti tales à competenti Judice Ecclesiastico declarari obtinuerit, cum ante ejusmodi declarationem pro validis ac justis ab omnibus haberi debeant, earumdem tenore præsentium decernimus, & similiter declaramus.

§. 5. Quo circa universis Presbyteris & Clericis tam sæcularibus cujuscunque gradus, præeminentiæ, & dignitatis fuerint, quam cujusvis Ordinis Congregationis Instituti & societatis etiam Jesu, regularibus in Divinis ministrantibus harum serie districte præcipimus, & mandamus, ut quatenus prædictus Jacobus Comes ad eorum ecclesias, seu Oratoria accedere, ibique divinis officiis, aliisve sacris functionibus interesse præsumeret, cum eo ita se gerant, quemadmodum ex Sacrorum Canonum præscripto cum Excommunicatis publice denunciatis agendum esse probe norunt, sub pœnis ab ipsis sacris Canonibus in eos, qui secus fecerint constitutis.

§. 6. Cæterum cum exploratum sit tam præfatum cognominatum Rivalta, qui præmissa ab eodem sæculari potestate edici & ordinari petiit ac instetit, ut præferatur quam cognominatum Perronum, qui præinserto Edicto subscripsit, nec non Petrum Mariam Prielli Typographum, qui illud suis typis impressit, aliosve omnes, & singulos cujuscumque pariter status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, quantumvis sublimis fuerint, qui eadem præmissa mandarunt, ac ordinarunt, seu illis consilium auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præstiterunt, aut in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eis quomodolibet, culpabiles fuerunt, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas à Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim literis die Coenæ Domini singulis annis legi & promulgari consuetis inflictas eo ipso incurrisse: Noverint idcirco illi omnes, etiam specialissima mentione digni, à censuris, & poenis hujusmodi post debitam ac condignam ecclesiæ realiter & cum effectu præstitam satisfactionem, non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de stando ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, prout earumdem tenore præsentium pariter decernimus.

§. 7. Facultatem insuper quandocumque procedendi ad alia severiora remedia quatenus prædicti Ecclesiasticæ libertatis Violatores in sua contumacia perfistentes censuras, & poenas hujusmodi animo, quod absit, sustinuerint, indurato, Nobis, & eidem Apostolicæ Sedi expresse reservantes. Ac decernentes pariter easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali ac inexcogitabili individuamque expressionem requirente, defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ sanctæ romanæ ecclesiæ cardinales, etiam de latere Legatos & præfatæ sedis Nuncios aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non quorumcunque Ordinum, congregationum, Institutorum, & societatum, etiam JESU, ac quorumvis Monasteriorum, Conventuum, ecclesiarum, locorum piorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus

Digitized by Google

ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordinibus, congregationibus, inſtitutis & ſocietatibus etiam JESU ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & locis piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus aliisve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis à Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficatioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcunque perſonarum, etiam imperiali, regali, aliave qualibet mundana, vel eccleſiaſtica Dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum conceſſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis etiam continentibus, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis & indultis hujusmodi mentionem. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoris ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de urbe ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas & affixas omnes & ſingulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum transumtis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Julii MDCC XIII. Pontificatus Noſtri Anno XIII.

F. Oliverius.

Anno à nativitate D. N. JESU Chriſti milleſimo Septingenteſimo decimo tertio, Indictione ſexta die vero decima quarta Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. anno decimo tertio ſupradictæ literæ apoſtolicæ affixæ, & publicatae fuerunt ad valvas eccleſiae Lateranen. & Baſilicae principis Apoſtolorum, Cancellariae Apoſtolicae, Curiae generalis in monte Citatorio, in acie campi Florae ac aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis per me Jacobum Vaſellum Apoſtolicum Curſorem.

Antonius Placentius, Magiſter Curſorum.

CXXXIII.

Monitorium expeditum contra Canonicum Joannem Blanciardum, Sacerdotem Joſephum Blanciardum & ſacerdotem Ludovicum Romano, ob ſacrilegam communicationem cum Advocato Joanne Paulo Blanciardo, prætenſo judice Cameræ computorum Taurini excommunicato palam declarato, & alia ab ipſis geſta in contemptum cenſurarum & Apoſtolicæ auctoritatis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiſcopus Seleuciæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ & ejus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & ſpecialiter a Sanctiſſimo Domino Noſtro Delegatus.

Univerſis & ſingulis R R. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint ſeu quomodolibet præſentabuntur ſalutem in Domino &c.

Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi D. Gaſparis Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus aſſumptis expoſitum & deductum inde & ſuper eo, quod ſuſpicantibus, vel timentibus R R. Canonicis Ven. Eccleſiæ Abbatialis S. Benigni Fructuarienſis Nullius Diœceſis, eadem Abbatia vacante, appoſitionem Interdicti Eccleſiaſtici, ex eo, quod in dicta Eccleſia Divina fuerant celebrata preſente & aſſiſtente Advocato Joanne Paulo Blanciardo prætenſo Judice Cameræ Computorum Taurini in locis ejusdem Abbatiæ

Digitized by Google

tiæ vacantis nulliter intruſo, ac publico excommunicato, & per nos per Cedulonum affixionem declarato, ob hunc timorem ſic conſulti nonnulli ex dictis Canonicis coram Nobis recurrere, & humilibus precibus ſupplicare decreverunt, ut ab hac Eccleſiaſtica cenſura illos eximere dignaremur, exponendo non doloſe vel temere id fuiſſe ſequutum. Quo audito in Collegiali Congreſſu per Canonicum Joannem Blanciardum ſupradicti excommunicati Patruum, iſte obloquendo contra Canonicum Petrum Antonium Paſſaro, qui propoſitionem fecerat in Capitulo & referendo ad ejusdem, & aliorum machinationes honeſtos hos ad ſuperioris recurſus, eum ſimul, ac alios verbalibus injuriis affecit, eisdem præſertim exprobando, quod ipſi Excommunicati extiterant, & non Advocatus ejus Nepos, quem pro tali nunquam reputaverat, nec reputabat, quam declarationem non minus temere confirmaverunt, ac eidem pariter adhæſerunt Sacerdos Joſeph Blanciardus prædicti Advocati frater, & Sacerdos Ludovicus Romano, in eodem loco Ludi Magiſter, quarum cenſurarum præfato modo contemptum, non ſolum eo tunc verbis expreſſerunt, verum etiam præcedenter & ſubſequenter factis comprobarunt; privatim enim, ac publice eorum ſinguli cum dicto Excommunicato publice per nos declarato tractarunt, & familiariter verſati ſunt, imo cohabitarunt, & convixerunt, Ludovicus vero non ſolum in Civilibus cum prædicto Excommunicato, verum etiam in Divinis communicavit, Sacrum in Eccleſia celebrando præſente & aſſiſtente Excommunicato prædicto, & prout latius in Proceſſibus deſuper cónſtructis, prædicta omnia memorati Canonicus Joannes Blanciardus, Sacerdos Joſeph Blanciardus, & Sacerdos Ludovicus Romano commiſerunt & perpetrarunt in gravem cenſurarum contemtum, & vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, ac alias omni &c. ſingula ſingulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra &c. non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea ac cenſuras in Sac. Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi Domini Gaſpari Turchi, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter & debite requiſiti, quatenus ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitoriumque ad partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, & concedere dignaremur.

Nos itaque petitioni hujusmodi, tanquam juſtæ, annuentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus ſtatim, ac requiſiti, ſeu aliquis veſtrum requiſitus fuerit, ex parte noſtra imo verius Apoſtolica authoritate antedictos Canonic. Joan. Blanciard. Sacerdotem Joſeph. Blanciardum, Sacerd. Ludovic. Romano, moneatis, citetis & requiratis ac moneri & requiri faciatis, prout nos eosdem, & eorum quemlibet harum ſerie citamus, monemus & requirimus, primo, ſecundo, tertio & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium computan. quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum & allegandum cauſam quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in omnes & ſingulas cenſuras & pœnas in Sac. Canonibus contentas & comminatas incidiſſe & incurriſſe declarari, & contra eos, & quemlibet literas declaratorias quaſcumque deſuper neceſſarias & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non camparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, vel diſtulerit: Nos nihilominus ad ulteriora juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum usque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, ſeu abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum exceſſus prædicti patrati fuerint in jurisdictione Abbatiali Sancti Benigni & valde notoria ſit violenta occupatio jurisdictionis Sanctæ Sedis, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, propterea volumus & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas aliquarum Eccleſiarum, Terrarum, ſeu Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic

exequu-

Digitized by Google

exequutoria ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ, ex Magna Curia Innocentiana, hac die tertia Augusti. 1714.

Joannes Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Gen. & specialiter Delegatus.
Joannes Antonius Tartaglia, Reverendæ Cameræ Apost. Secretarius.

Die 3. Septembris 1714. supradictum Monitorium affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in nova Curia Montis Citatorii per me Sebastianum Vasellum Domini Nostri Papæ Cursorem.

Die 17. Maji. 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata & publicata fuit contra omnes Citatos Contumaces sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nuncupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes & singuli, contra quos prædicta sententia lata fuit.

CXXXIV.

Monitorium expeditum contra Dominicum & N. nuncupatum il Zoppo, satellites, & Dominicum Gamarra Brunettum, Procuratorem fiscalem localem Cameræ Computorum Serenissimi Ducis Sabaudiæ, ob violatam jurisdictionem & immunitatem ecclesiasticam, & gravia vulnera respective inflicta Rev. Petro Francisco Dalmatio, Præposito terræ Abbatialis S. Benigni Fructuarien. nullius diœcesis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcunque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino, &c.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Casparis Turchi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod cum Felicianus Saudinus, Fiscalis pro Reverenda Camera Apostolica in Terra Abbatiali Sancti Benigni Fructuarien. Nullius Diœcesis, eadem Abbatia vacante, extaret in confugio Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Crucis ejusdem Terræ ob timorem violentiarum, quas inferre soliti erant Ministri Potestatis Laicæ & Cameræ computorum Taurini, licet nulla penitus authoritate suffulti, & præcise sub die 27. Aprilis proxime præteriti cum circa horam decimam septimam egressus fuisset de dicta Ecclesia, & prope, ac ante illam in Plateola alloqueretur cum Rev. Præposito Petro Francisco Dalmatio, qui pariter de Domo Parochiali contigua eo tunc exierat & cum aliis ejusdem Loci Incolis, idem Saudinus cum ex improviso sibi proximum vidisset Dominicum Rufina Satellitem, illico versus dictam Ecclesiam convolavit, fuit tamen prope ejusdem scholas apprehensus, & ad invicem colluctando, idem Felicianus prævaluit secum trahendo dictum Dominicum Birruarium ad scholas Ecclesiæ, dumque primum earumdem gradum præfatus Saudinus teneret, & de manibus dicti Dominici penitus tentaret se eximere, supervenit alter Birruarius nuncupat. il Zoppo in adjutorium Socii, & aggrediendo, ac insimul amplectendo eumdem Felicianum de loco immuni, & primo Ecclesiæ gradu, in quo insistebat, abduxerunt. Dum hæ patrarentur in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ, & Rev. Dalmatius prædictus admoneret adstantes, ut essent ad testificandum parati super violenta extractione prædicta, Dominicus Gamarra Brunettus, prætensus Fiscalis Localis pro præfata Camera computorum, qui prædictæ carcerationi præsidebat, & Satellitibus adstabat, ægre ferens dictum Reverendum Præpositum Testes advocavisse pro Ecclesiæ Immunitate, in eumdem irruit, dicens: Retirati Prevôste: quibus verbis prolatis, impugnato stylo ferreo, seu alio cultro, quem præ manibus gerebat, tria in dictum Præpositum injecit vulnera, unum superficiale super mandibula superiori cum membranarum læsione, alterum super mandibula inferiori penetrans, usque ad

os

Digitized by Google

os ex parte ſiniſtra cum magna ſanguinis effuſione, & alterum in digito medio manus ſiniſtræ cum parva læſione; Quibus patratis ſceleribus dictus Reverendus Præpoſitus ſic vulneratus, & ſanguinem effundens domum translatus fuit, & dictus Felicianus ad carceres adductus in grave eorumdem Reverendi Præpoſiti Petri Franciſci Dalmatii, & Feliciani Saudini damnum, & præjudicium, ac Immunitatis Eccleſiaſticæ vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, & alias omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra, nonſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea, ac Cenſuras in Sacris Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, et quamvis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum tanquam adverſus notorium Clerici percuſſorem a Reveren. Domino Canonico Carolo Antonio Gamarra Vicario Abbatiali pro Sede, et Camera Apoſtolica in dicta Abbatia deputato relaxatæ fuerint Cenſuræ, et affixi Cedulones: Nihilominus, cum præter vulnerationem dicti Reverendi Præpoſiti Dalmatii perturbaverit una cum dictis duobus Birruariis Jurisdictionem Sedis, et Cameræ Apoſtolicæ in dicta Abbatia; Fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi D. Gaſpari Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, et Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter, et debite requiſiti, quatenus firmis remanentibus Cenſuris, ut ſupra, a prædicto Rev. Vicario Abbatiali fulminatis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum, ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitorium ad Partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, et concedere dignaremur; Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam juſte annuentes Vobis omnibus et ſingulis ſupradictis, ac Veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, et in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus, et poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum requiſitus fuerit ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica authoritate ſupra nominatos Satellites Dominicum Rufina et N. nuncupatum il Zoppo, et Dominicum Gamarra Brunettum, prætenſum Fiſcalem localem Cameræ computorum moneatis, citetis, et requiratis, ac moneri, et requiri faciatis, eisdemque, et cuilibet ipſorum præcipiatis, et mandetis, primo, ſecundo, et tertio, et peremptorie, prout Nos eosdem harum ſerie monemus, citamus, & requirimus, eisdemque & eorum cuilibet præcipimus, & mandamus per præſentes quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium compu-

tandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam, quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in cenſuras, & pœnas in Sacris Conſtitutionibus Apoſtolicis contentas incidiſſe & incuriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascunque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia, ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos, & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, Nos nihilominus ad ulteriora Juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum uſque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum delicta prædicta patrata fuerint in Jurisdictione & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria ſit violenta occupatio Jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, & propterea pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, volumus, & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem Copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Eccleſiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic exequuto & in actis infra ſcripti noſtri Secretarii legitime reproducto, ita eosdem monitos, & eorum ſingulos arctare, & adſtringere perinde valeat, ac ſi perſonaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obſtantibus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Magna Curia Innocentiana hac die tertia Auguſti 1714.

Joannes Archiepiſcopus Seleuciæ Theſaurarius Gen. & ſpecialiter Delegatus.

Joannes Antonius Tartaglia Reverendæ Cameræ Apoſt. Secretarius.

Digitized by Google

Die 17. Maji 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata, & publicata fuit contra præfatos Citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nucupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi & in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes, et singuli, contra quos præfata sententia lata fuit.

CXXXV.

Renovatio præcepti injuncti Communitati & hominibus Cisternæ, ne Serenissimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum Dominum dicti castri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, vel aliquam contributionem persolvere, in præjudicium alti, directi & supremi dominii super eodem castro ad sedem apostolicam & summum Romanum Pontificem pertinentis, d. d. 23. Maii, An. 1716.

Joannes Baptista Spinula Presbyter Cardinalis S. Cæsarei, S. R. E. Camerarius.

UNiversis, & singulis Illustrissimis, & Reverendissimis D. D. Archiepiscopis, Episcopis, illorumque D. D. Vicariis nec non R. R. D. D. Abbatibus Præpositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis aliis Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique vel illis, ac cui seu quibus præsentes nostræ ostensæ seu alias quomodolibet præsentatæ fuerint, salutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infrascripta die fuisse coram nobis, & in Tribunali nostro pro parte, & ad instantiam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi, Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis personaliter comparitum, & expositum primo loco alias, & sub die 8. Augusti 1702. seu etc. Illustrissimum & Reverendissimum D. Sylvium de Cavaleriis tunc, R. C. A. prædictæ Commissarium Generalem, nobis narrasse, & exposuisse, quod licet Principatus Cisternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzè, & Cortanzerii, illorumque D. D. Vassalli, & Habitatores, ac omnia bona in Castris, & Territoriis d. d. feudorum posita & existen. spectarent ad Sanctam Sedem Apostolicam, & super illis, nisi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & supremum dominium unice haberent, & ob id D. D. dictorum Castrorum Feudatarii & illorum Subditi & Habitatores, & respective bona, ut supra, situata, & existen. a nullo alio Principe molestari possint, cum totaliter Jurisdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum subjacerent, attamen usque tunc ad notitiam ejusdem Cameræ Apostolicæ deveniisse Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celsitudinis Locumtenentes, Ministros, & Officiales, quovis nomine nuncupatos, prætendisse, & prætendere D. Henrichettam de Trousa, Principissam, & possedítricem d. Principatus Cisternæ ac D. Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Thomam Roverium, Marchionem Cortanzæ & Cortanzerii, Feudatarios Sanctæ Sedis, ac dd. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexasse, perturbasse, & ad contribuendum taxas coegisse, & bona in eisdem Feudis posita & existentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & personalium gravasse, & generaliter ita egisse, ut dicti Feudatarii Sanctæ Sedis, & dictorum Feudorum Habitatores, & Incolæ sese erga dictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tanquam Celsitudinis suæ Subditi, & Vassalli sese gerèrent, ut omnibus oneribus, & contributionibus, quibus d. Serenissimi Ducis subditi subjacent, ipsi D. D. Sanctæ Sedis Feudatarii subjaceant, & ista de causa, dictum Illustrissimum, & Reverendissimum D. de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commissarium Generalem ad effectum juribus Sanctæ Sedis consulendi, & conservandi libera, & immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipsius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum, & Vassallor. bona, cum hoc esset præjudiciale supremo, & alto dominio d. Sanctæ Sedis, apud nos petiisse & institisse, ut aliquod Præceptum a Nobis concederetur contra eosdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vassallos, subditos, & dictorum Castrorum Habitatores, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore juris, usibus Feudorum ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis auderent, seu præsumerent prædictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, & contribuere, seu alia onera ipsis imponen. persolvere ac bona omnia inibi existen. immunia, & exempta pro Sanctæ Sede conservare, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Ministros super dd. Feudis, Habitatoribus & bonis quomodolibet inferen. appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis Inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus Præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, concedere & relaxare prout a nobis sub dicta die 8. Augusti 1702. per acta quondam Astulphi Gallopi, tunc ejusdem Cameræ Apostolicæ Secretarii petitum præceptum modo, quo supra, concessum fuit.

§. 2. Secundarie etiam narratum extitisse, quòd licet post præsentationem prænarrati Præcepti a Nobis, ut supra, relaxati, non solum D. Princeps Montaphiæ, ac ejusdem loci & Principatus Communi-

Digitized by Google

munitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipsis injuncta & demandata servare debebant, verum etiam Magistratus Locumtenentes, Collectores, & Exactores taxarum, & alii officiales quocunque nomine nuncupati d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a molestiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum Subditorum & Vassallorum inferendis pariter sese abstinere debuissent, & deberent, attamen non solum a die qua dictum nostrum Præceptum præsentatum fuit, verum etiam a die 17. mensis Maij 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apostolicæ Sanctissimi D. Nostri Domini Clementis Papæ XI. super declaratione nullitatis decretorum, ordinationum, & aliorum gestorum in ditione d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra quam citra montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in eisdem literis, §. Præterea cum ad retundendas graves etc. nec non etiam post earundem literarum Apostolicarum publicationem, quamvis per violentiam, ac præviis protestationibus ab iis factis solutionem Taxarum, aliaque onera involuntarie subierint, & propterea non solum contenta in Præcepto non servarunt, immo illis expresse contravenerunt, incurrendo pœnas mihi comminatas tam contra d. D. Principem Cisternæ quam etiam contra d. D. Principem Montaphiæ, & d. d. Vassallos, ne sub gravioribus pœnis auderent assentiri impositionibus, novisque gravaminibus forsan per d. Serenissimum Ducem Sabaudiæ, illiusque Ministros imponen., prout latius constat ex eisdem Præceptis a Nobis sub diebus 24. Julii & 7. Augusti 1711. per acta d. quondam Astulphi Galloppi expeditis, ad quæ etc.

§. 3. Expositum quoque tertio loco per prædictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Gasparem Turchum post hæc ad ejus notitiam devenisse, etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Castri Curtanzoni in Comitatu Astensi existen. sub eodem alto, & supremo Dominio Sanctæ Sedis fuisse de mandato ejusdem Serenissimi Ducis Sabaudiæ, illiusque Ministrorum, eandem Communitatem, Homines, & Vassallos variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem taxarum, Hospitationem militum, mensurationes eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium Jurisdictionis, & supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis & propterea renovationem ejusdem Præcepti etiam contra prædictas Communitates, Homines & Habitatores Castri Curtanzonii a Nobis petiisse illamque jure sic suadente obtinuisse, prout ex hujusmodi renovatione expedita per eadem acta Golloppi, sub die 17. Octobris 1711. ad quæ etc.

§. 4. Novissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi D. Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Cisternæ sub eodem alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores non solum variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem Taxæ nuncupatæ del Tasso del Sale per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejusque Ministros, & Officiales annuatim prætensæ in scutis centum duobus auri, demandando sub prætextu solutionis annuæ recognitionis, per dictam Communitatem Cisternæ usque & sub die 9. Octobris 1681. in dupplis viginti octo monetæ Hispaniarum, ex causa libertatis commercii, & transitus victualium in vim Instrumenti concordiæ cum Civitate Taurinen. sive ejus Advocato Patrimoniali Fiscali generali, carcerationem Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò habitatorum Cisternæ sequutam in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 16. & 20. Martii proxime præteriti, pro quorum excarceratione coactam fuisse d. Communitatem Cisternæ persolvere in manibus Domini Aymi Ferrerii Consiliarii, & Thesaurarii Generalis d. Serenissimi Domini Ducis Sabaudiæ libras bismille, & quingentas argenti, quæ licet per eamdem Communitatem solutæ fuerint, ex causa libertatis commercii ejus Graticiarum, & in vim enunciati Instrumenti Concordiæ, ut supra stipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus prædictus D. Aymus Ferrerius, Thesaurarius Generalis quietantiam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso facere voluit, reluctantibus licet, & dissentientibus prædicta Communitate, & Hominibus: verum etiam Deputatis, & Officialibus ejusdem Communitatis Cisternæ fuisse per dictum Thesaurarium Generalem, aliosque Ministros d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ injunctum Præceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos supplicem libellum pro obedientia compositione a d. Serenissimo Duce super solutione annua d. Datii del Tasso exhibere debeant. Et licet Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Cisternæ in eorum publico Concilio ad hoc specialiter celebrato sub die 8. Aprilis proxime præteriti protestati fuerint, de nullitate gestorum per dd. Ministros d. Serenis. D. Ducis Sabaudiæ tam circa carcerationem dd. Michaelis Angeli Barochi, & Philippi Mò, quam circa prætensam solutionem coacte factam, & per dictum Thesaurarium Generalem receptam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso, & non in causam d. transactionis, & concordiæ, ut supra, inita, cum Communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio Principe molestari possint, minusque taxas, pedagia & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. protestationibus ut supra emissis & per dictum Illustrissimum Dominum Comissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis, ad quæ etc. nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi d. Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti etiam contra prædictos Communitatem Homines, & Habitatores Cisternæ concedere ac renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a d. Illustrissimo D. Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per præsentes.

Digitized by Google

Die 17. Maji 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata, & publicata fuit contra præfatos Citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nucupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi & in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes, et singuli, contra quos præfata sententia lata fuit.

CXXXV.

Renovatio præcepti injuncti Communitati & hominibus Cisternæ, ne Serenissimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis recognoscere audeant in supremum Dominum dicti castri, nec illi ullum subjectionis actum præstare, vel aliquam contributionem persolvere, in præjudicium alti, directi & supremi dominii super eodem castro ad sedem apostolicam & summum Romanum Pontificem pertinentis, d. d. 23. Maii, An. 1716.

Joannes Baptista Spinula Presbyter Cardinalis S. Cæsarei, S. R. E. Camerarius.

UNiversis, & singulis Illustrissimis, & Reverendissimis D. D. Archiepiscopis, Episcopis, illorumque D. D. Vicariis nec non R. R. D. D. Abbatibus Præpositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis aliis Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique vel illis, ac cui seu quibus præsentes nostræ ostensæ seu alias quomodolibet præsentatæ fuerint, salutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infrascripta die fuisse coram nobis, & in Tribunali nostro pro parte, & ad instantiam Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi, Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis personaliter comparitum, & expositum primo loco alias, & sub die 8. Augusti 1702. seu etc. Illustrissimum & Reverendissimum D. Sylvium de Cavaleriis tunc, R. C. A. prædictæ Commissarium Generalem, nobis narrasse, & exposuisse, quod licet Principatus Cisternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzè, & Cortanzerii, illorumque D. D. Vassalli, & Habitatores, ac omnia bona in Castris, & Territoriis d. d. feudorum posita & existen. spectarent ad Sanctam Sedem Apostolicam, & super illis, nisi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & supremum dominium unice haberent, & ob id D. D. dictorum Castrorum Feudatarii & illorum Subditi & Habitatores, & respective bona, ut supra, situata, & existen. a nullo alio Principe molestari possint, cum totaliter Jurisdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum subjacerent, attamen usque tunc ad notitiam ejusdem Cameræ Apostolicæ deveniisse Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celsitudinis Locumtenentes, Ministros, & Officiales, quovis nomine nuncupatos, prætendisse, & prætendere D. Henrichettam de Trousa, Principissam, & possessitricem d. Principatus Cisternæ ac D. Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Thomam Roverium, Marchionem Cortanzæ & Cortanzerii, Feudatarios Sanctæ Sedis, ac dd. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexasse, perturbasse, & ad contribuendum taxas coegisse, & bona in eisdem Feudis posita & existentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & personalium gravasse, & generaliter ita egisse, ut dicti Feudatarii Sanctæ Sedis, & dictorum Feudorum Habitatores, & Incolæ sese erga dictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tanquam Celsitudinis suæ Subditi, & Vassalli sese gererent, ut omnibus oneribus, & contributionibus, quibus d. Serenissimi Ducis subditi subjacent, ipsi D. D. Sanctæ Sedis Feudatarii subjaceant, & ista de causa, dictum Illustrissimum, & Reverendissimum D. de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commissarium Generalem ad effectum juribus Sanctæ Sedis consulendi, & conservandi libera, & immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipsius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum, & Vassallor. bona, cum hoc esset præjudiciale supremo, & alto dominio d. Sanctæ Sedis, apud nos petiisse & institisse, ut aliquod Præceptum a Nobis concederetur contra eosdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vassallos, subditos, & dictorum Castrorum Habitatores, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore juris, usibus Feudorum ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis auderent, seu præsumerent prædictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, & contribuere, seu alia onera ipsis imponen. persolvere ac bona omnia inibi existen. immunia, & exempta pro Sanctæ Sede conservare, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Ministros super dd. Feudis, Habitatoribus & bonis quomodolibet inferen. appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis Inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus Præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, concedere & relaxare prout a nobis sub dicta die 8. Augusti 1702. per acta quondam Astulphi Gallopi, tunc ejusdem Cameræ Apostolicæ Secretarii petitum præceptum modo, quo supra, concessum fuit.

§. 2. Secundarie etiam narratum extitisse, quod licet post præsentationem prænarrati Præcepti a Nobis, ut supra, relaxati, non solum D. Princeps Montaphiæ, ac ejusdem loci & Principatus Communi-

Digitized by Google

munitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipsis injuncta & demandata servare debebant, verum etiam Magistratus Locumtenentes, Collectores, & Exactores taxarum, & alii officiales quocunque nomine nuncupati d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a molestiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum Subditorum & Vassallorum inferendis pariter sese abstinere debuissent, & deberent, attamen non solum a die qua dictum nostrum Præceptum præsentatum fuit, verum etiam a die 17. mensis Maij 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apostolicæ Sanctissimi D. Nostri Domini Clementis Papæ XI. super declaratione nullitatis decretorum, ordinationum, & aliorum gestorum in ditione d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra quam citra montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in eisdem literis, §. Præterea cum ad retundendas graves etc. nec non etiam post earundem literarum Apostolicarum publicationem, quamvis per violentiam, ac præviis protestationibus ab iis factis solutionem Taxarum, aliaque onera involuntarie subierint, & propterea non solum contenta in Præcepto non servarunt, immo illis expresse contravenerunt, incurrendo pœnas mihi comminatas tam contra d. D. Principem Cisternæ quam etiam contra d. D. Principem Montaphiæ, & d. d. Vassallos, ne sub gravioribus pœnis auderent assentiri impositionibus, novisque gravaminibus forsan per d. Serenissimum Ducem Sabaudiæ, illiusque Ministros imponen., prout latius constat ex eisdem Præceptis a Nobis sub diebus 24. Julii & 7. Augusti 1711. per acta d. quondam Astulphi Galloppi expeditis, ad quæ etc.

§. 3. Expositum quoque tertio loco per prædictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Gasparem Turchium post hæc ad ejus notitiam devenisse, etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Castri Curtanzoni in Comitatu Astensi existen. sub eodem alto, & supremo Dominio Sanctæ Sedis fuisse de mandato ejusdem Serenissimi Ducis Sabaudiæ, illiusque Ministrorum, eandem Communitatem, Homines, & Vassallos variis modis gravatos, & coactos fuisse ad Solutionem taxarum, Hospitationem militum, mensurationes eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium Jurisdictionis, & supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis & propterea renovationem ejusdem Præcepti etiam contra prædictas Communitates, Homines & Habitatores Castri Curtanzonii a Nobis petiisse illamque jure sic suadente obtinuisse, prout ex hujusmodi renovatione expedita per eadem acta Golloppi, sub die 17. Octobris 1711. ad quæ etc.

§. 4. Novissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi D. Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Cisternæ sub eodem alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores non solum variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem Taxæ nuncupatæ del Tasso del Sale per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejusque Ministros, & Officiales annuatim prætensæ in scutis centum duobus auri, demandando sub prætextu solutionis annuæ recognitionis, per dictam Communitatem Cisternæ usque & sub die 9. Octobris 1681. in dupplis viginti octo monetæ Hispaniarum, ex causa libertatis commercii, & transitus victualium in vim Instrumenti concordiæ cum Civitate Taurinen. sive ejus Advocato Patrimoniali Fiscali generali, carcerationem Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò habitatorum Cisternæ sequutam in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 16. & 20. Martii proxime præteriti, pro quorum excarceratione coactam fuisse d. Communitatem Cisternæ persolvere in manibus Domini Aymi Ferrerii Consiliarii, & Thesaurarii Generalis d. Serenissimi Domini Ducis Sabaudiæ libras bismille, & quingentas argenti, quæ licet per eamdem Communitatem solutæ fuerint, ex causa libertatis commercii ejus Grasciarum, & in vim enunciati Instrumenti Concordiæ, ut supra stipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus prædictus D. Aymus Ferrerius, Thesaurarius Generalis quietantiam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso facere voluit, reluctantibus licet, & dissentientibus prædicta Communitate, & Hominibus: verum etiam Deputatis, & Officialibus ejusdem Communitatis Cisternæ fuisse per dictum Thesaurarium Generalem, aliosque Ministros d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ injunctum Præceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos supplicem libellum pro obedientia compositione a d. Serenissimo Duce super solutione annua d. Datii del Tasso exhibere debeant. Et licet Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Cisternæ in eorum publico Concilio ad hoc specialiter celebrato sub die 8. Aprilis proxime præterjti protestati fuerint, de nullitate gestorum per dd. Ministros d. Serenis. D. Ducis Sabaudiæ tam circa carcerationem dd. Michaelis Angeli Barochi, & Philippi Mò, quam circa prætensam solutionem coacte factam, & per dictum Thesaurarium Generalem receptam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso, & non in causam d. transactionis, & concordiæ, ut supra, inite, cum Communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio Principe molestari possint, minusque taxas, pedagia & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. protestationibus ut supra emissis & per dictum Illustrissimum Dominum Comissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis, ad quæ etc. nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi d. Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti etiam contra prædictos Communitatem Homines, & Habitatores Cisternæ concedere ac renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a d. Illustrissimo D. Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per præsentes.

Digitized by Google

num directum, & Supremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponenda perſolvere, ſeu perſolvi facere, ac bona omnia inibi exiſtentia immunia, libera, & exempta pro Sancta Sede conſervare, & conſervari facere, & a gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem, illiusque Dominos Miniſtros, ſuper dictis Feudis habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eidem & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, concedere & relaxare, prout a nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta infra ſcripti Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Secretarii petitum Præceptum modo, quo ſupra conceſſum fuit.

§. 2. Secundo vero etiam narratum extitiſſe, quod, licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti, a Nobis, ut ſupra, relaxati non ſolum Dominus Princeps Montaphiæ, ac ejusdem Loci, & Principatus Communitus, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipſis injuncta, & demendata ſervare deberent verum etiam Magiſtratus, Locumtenentes, Collectores & Exactores taxarum, & alii officiales quocumque nomine nuncupati dicti ſereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a moleſtiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium Jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum, ſubditorum & Vaſſallorum, inferendis abſtinere pariter debuiſſent, & deberent attamen non ſolum a die qua dictum noſtrum Præceptum præſentatum fuit, verum etiam a die 17. menſis Maji 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apoſtolicæ Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Clementis Papæ XI. ſuper declaratione nullitatis Decretorum, ordinationum, & aliorum geſtorum in Ditione Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra, quam citra Montes, Libertati, Immunitati, & Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, atque Auctoritati Apoſtolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in d d. litteris §. Præterea cum ad retundendas graves &c. Nec non etiam poſt earundem literarum Apoſtolicarum publicationem, quamvis per violentiam, & præviis proteſtationibus ab ipſis factis ſolutionem taxarum, aliaque onera involuntarie, & metu ſubierint non ſolum contenta in Præcepto non ſervarunt, imo illis expreſſe contravenerunt, incurrendo pœnas inibi comminatas, ideoque novum Præceptum a nobis expeditum fuit tam contra d. D. Principem Ciſternæ, quam etiam contra dictum Principem Montaphiæ, dictosque Principum Vaſſallos, ne ſub gravioribus pœnis auderent aſſentiri impoſitionibus, novisque gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, illiusque Miniſtros imponendis, prout latius conſtat exiisdem Præceptis a nobis ſub diebus 24. Julii & Septimæ Auguſti currentis anni per Acta infra ſcripti Secretarii Cameræ ad quæ &c.

§. 3. Noviſſime vero pariter ad notitiam Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Commiſſarii Cameræ deveniſſe etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni in Comitatu Aſtenſi exiſten. ſub eodem alto, & Supremo Dominio Sanctæ Sedis fuiſſe de mandato ejusdem Sereniſſimi Domini Ducis Sabaudiæ illiusque miniſtrorum, eamdem Communitatem, Homines, & Vaſſallos variis modis gravatos, & coactos fuiſſe ad ſolutionem taxarum Hoſpitationis militum, menſurationis eorum Territorii, aliorumque gravaminum, in præjudicium Jurisdictionis, & Supremi Domini ejusdem Sanctæ Sedis, & propterea fuimus ex parte Illuſtriſſimi Domini Commiſſarii Cameræ requiſiti, quatenus renovationem ante dicti Præcepti, etiam contra prædictos Communitatem, Homines, & Habitatores Caſtri Curtanſoni renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illuſtriſſimo Domino Commiſſario Generali Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ factam ad effectum prædictum eſſe juſtam, & omni rationi conſonam, renovationem prædicti Præcepti faciendam, & ut infra, concedendam duximus, prout de præſenti concedimus, renovamus, & omnino ſervari mandamus per præſentes. Quo circa de mandato Sanctiſ. Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis deſuper facto, & auctoritate noſtri Camerariatus Officii inhærentes etiam ſupranarratis literis Apoſtolicis Sanctitatis Suæ ſuper d d. nullitate actorum, ac cenſuris dicta die 17. May. 1707. publicatis, tenore præſentium, & in virtute Sanctæ Obedientiæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, ac cui, ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ, ſeu præſentatæ fuerint, committimus, & ſtricte præcipiendo mandamus, ut ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam præſentium Vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, ſeu verius Apoſtolica auctoritate ſub excommunicationis & Interdicti; & aliis arbitrio Sanctitatis ſuæ pœnis ipſo facto, & jure incurrendis, debeant, & ipſorum quilibet debeat, prædictos Communitatem, Homines, & Incolas, & Habitatores dicti Caſtri Curtanſoni ac ejus &c. Communitatis publi-

Digitized by Google

publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum litterarum, ad valvas majoris Ecclesiæ dicti Castri denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & præcepisse, prout nos etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ & de Sanctitatis suæ ordine, & mandato, Communitatem prædictam, ejusque Ministros, ac dicti Castri Incolas, & alios in executione præsentium nominandos & cognominandos præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti Castri, ac illius membrorum, jurium, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & usibus Feudorum & Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Sereniſſimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in præfati Castri Dominum directum & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, ac contributiones seu alia onera ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, imo eandem Communitatem ejusque Ministros aliosque in executione præsentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum Castrum illiusque Incolas, & Habitatores & bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Sereniſſimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, & notificare, ac denique de nullitate & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria forent, gerere, & executioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum &c. sed et omni &c. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 17. Octobris 1711.

Jo. B. Card. Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius R. C. A. Secr. & Cancellarius.

CXXXI.

Monitorium expeditum contra plures alios officiales, administros & executores Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, ob jurisdictionales actus violenter exercitos in loca, incolas & bona subjecta vacanti Abbatiæ S. Benigni, ac occupationem proventuum ejusdem Abbatiæ, cum violatione immunitatis Ecclesiasticæ, contemptu censurarum, & usurpatione supremi dominii super dictis locis, personis & bonis ad summum Pontificem & S. Sedem Apostolicam pertinentis, d. d. 20. Jun. An. 1713.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis & singulis R. R. D. D. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur salutem in Domino.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Gasparis Turchi Sanctissimi D. N. Papæ, & Reverendæ Cam. Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis & prævis probationibus assumptis expositum & deductum, quod quamvis sub die 17. Februarii anni præteriti deventum fuisset ad Sententiam declaratoriam Censurarum etiam publicis Cedulonibus publicatam, & a consortio fidelium segregati & sejuncti fuissent, & fuerint nonnulli, qui occasione vacationis Abbatiæ, seu Commendæ Sancti Benigni Fructuariensis Nullius Diœcesis a die prima Augusti 1710. per obitum bon. me. Joannis Francisci de Carron ex Marchionibus Sancti Thomæ, dum vixit, Abbatis dictæ Abbatiæ auctoritate publica Laicali suffulti, licet perperam & nulliter usurpando jus, & facultatem super administratione, & fructuum perceptione cum deputatione Oeconomi, Edictorum publicatione, Judicis, aliorumque Ministrorum electione & exercitiis respective tam pro administranda Justitia, quam pro recollectione, & perceptione nonnullorum fructuum ejusdem Abbatiæ, prout vere armata manu, violentiis, & carcerationibus adhibitis Jurisdictio administrata fuit, fructusque nonnulli recollecti, quando attenta dictæ Abbatiæ vacatione & cessatione nemo quicumque esset & sit, quomodocumque manus apponere debuisset, & potuisset præter Rev. Cameram Apostolicam ejus Collectores, Subcollectores & Ministros in maximum dictæ Rev. Cameræ præjudicium, & directam læsionem Jurisdictionis, & supremi Dominii Sanctæ Sedis Apostolicæ, cui immediate Terræ, loca, bona, & Incolæ, seu Vassalli ejusdem Abbatiæ subsunt. Nil profuit medela ad resipiscentiam, immo ad majora attentata & pejora scandala deventum fuit, quoniam inter cæ-

Digitized by Google

tera contra dictas Ecclesiasticas censuras eadem insurrexit Potestas Laica, & publicis ac impressis Edictis ausa fuit easdem censuras nullas, injustas & invalitas declarare, illasque sub pœnis injunctis observari vetuit, & quod etiam admiratione dignum est, contra pauperes & inermes locorum dictæ Abbatiæ & Sanctæ Sedis subditos, qui Ministris Sedis Apostolicæ paruissent, militaris adhibita fuit vis.

Et ad nova specialia attentata & scandala procedendo, sub die 9. Januarii 1712. prodiit Edictum sub nomine Serenissimi Ducis Sabaudiæ ad instantiam & relationem Cameræ computorum subscriptum: Nicola: & per collationem cum originali factam subscriptum: Umberto Secretario: cujus Edicti dispositio continebat, quod vacante officio Judicis in temporalibus in Terris, e Castris Sancti Benigni, Montanarii, Lombardorii, & Feletti subjectis dictæ Abbatiæ redactis, ut asserebatur, ad manus ejusdem Celsitudinis, constituit, & elegit de consilio dictæ Cameræ computorum in Judicem, ut supra, Advocatum, Collegiatum Joannem Paulum Blanchiardi Vicarium Civasii cum omnibus honoribus, auctoritatibus, utilibus, juribus, emolumentis, ac omnibus aliis ad dictum munus spectantibus, & cum salario sibi ad partes assignato etc. imponendo omnibus & præsertim Sindicis, Consiliariis, & Particularibus dictorum locorum, ut pro tali illum recognoscerent, ac obedientiam præstarent.

Eodem mense Januarii, & sub die 12. non minus attentate Capitaneus Laurentius Caffo, tanquam prætensus Agens Affictuariorum bonorum dictæ Abbatiæ, tunc a dicto Abbate Joanne Francisco de Carron possessæ, unus de excommunicatis recensitis comparuit coram dicto Blanchiardi Judice prætenso, & nomine, quo supra, se Creditorem exposuit Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanaria, Michaelis Sandini, & Jacobi Berdini de Lombardore in summa librarum Ducalium 750. pro affictu omnium bonorum dictæ Abbatiæ existentium in finibus dicti loci Lombardore, comprehenso Prato nuncupata della Stella, sita in confinibus loci S. Benigni pro annis 1709., 1710. 1711. ad rationem librarum 250. annuarum; Et ulterius eodem titulo esse Creditorem ejusdem Joannis Baptistæ Vaccæ de Montanario, Georgei Bertini, Michaelis Sandini, Petri Ferrarii de Lombardore in alia summa librarum 2600. pro responsione cum prædictis Affictuariis conventa ad rationem librarum 1300. quolibet anno pro fruitione reddituum Molendini Loci Lombardori vigesimis Tritici, ac aliorum frumentariorum, & segetum ad dictam Abbatiam spectantium, & de mandato ejusdem prætensi Judicis Blanchiardi contra prædictos commissa fuit citatio & injunctio, qua iis præfigebatur terminus decem dierum ad solvendum sub pœna scutorum viginti quinque auri Fisco Abbatiali solvendorum, & executionis realis & personalis cum subscriptione Umberto. Eadem die similem citationem relaxavit ad instantiam ejusdem eodem, quo supra, nomine cum simili præfixione termini, & pœna contra Communitatem, Syndicos, & Consiliarios Sancti Benigni iis comminando pariter executionem realem & personalem pro libris 1203. & solidis 10. cum subscriptione ejusdem Umberto Secretario.

Ulterius eodem prætenso Agente instante sequenti die 13. Januarii aliam citationem & injunctionem cum præfixione termini, & comminatione pœnæ, ac executionis realis & personalis relaxavit contra Molitores & Massarios respective Locorum Montanarii & Sancti Benigni, & præsertim contra Alexandrum, & fratres de Anselmis Massarios Prædii nuncupati Ayralis Montanarii pro consignatione Panici albi vulgo Melga bianca pro prætensa portione dominicali, & in defectum ad solutionem valoris una cum expensis, subscriptum pariter loco dicti Judicis: Umberto.

Similem injunctionem & citationem sub eademmet die, & ad ejusdem instantiam dictus prætensus Judex relaxavit cum iisdem comminationibus contra Dominicum Furnum, Affictuarium Molendini nuncupati: Pista della Canepe Montanarii, injuncta etiam consignatione duorum suum ponderis ruborum duodecim pro quolibet, & quadraginta ruborum Canapis, & nonnullorum Capponum, addita comminatione solutionis pecuniarum pro valore hujusmodi specierum, quatenus species hujusmodi non reperirentur, nec consignari potuissent.

Item aliam exequi curavit citationem cum præfixione termini, & similibus comminationibus ad instantiam dictorum prætensorum Affictuariorum contra Molitores, & Massarios tam Loci Montanarii, quam Prædii, ut dicitur, delle Mura, & Molendini Sancti Benigni pro nonnullis prætensis obligationibus, & præsertim contra Bartholomæum, & fratres de Boggio pro consignatione & traditione eminarum quinquaginta Panici, ut dicitur Melga bianca pro residuo portionis dominicalis anni 1711. vel illius valoris cum solita subscriptione: Umberto loco Judicis. In declinatione ejusdem mensis Januarii Carolus Philippus Boggio prætensus Oeconomus Josephi Mariæ Galimberti, & Georgii Boggio prætensorum Conductorum reddituum dictæ Abbatiæ eodem Abbate de Carron tunc vivente cum assistentia quatuor armatorum Militum Justitiæ Senatus Taurini, quorum duo denominantur Joannes Rapeto, & Frescia, se contulit ad Molendinum Montanarii, & violenter arripere fecit eminas tres Tritici, sexdecim Panici albi, & duas Secalis de molituris, quæ ad Rev. Cameram Apostolicam spectabant, quas transportare fecit ad Castrum dicti Montanarii.

Post hujusmodi executiones processum fuit contra Syndicos & Particulares Terræ Sanctæ Benigni pro summa librarum 1203. cum dimidia pro prætensis Canonibus, ut prætendebatur, debitis pro ultimo semestri Anno 1711. Die etenim 15. Februarii elapsi Anni 1712. idem Advocatus Blanchiardi prætensus Judex Ducalis, Franciscus Joseph Umberto Notarius de Civassio assertus Locumtenens, seu Secretarius, Joseph Antonius Rogerinus pariter de Ciassio, qui se jactabat dictæ Abbatiæ Oeconomum pro Serenissimo Duce, Carolus Philippus Boggio de Sancto Georgeo, ut asserebatur, subrogatus in locum Joannis Dominici Battuelli unius ex prætensis Affictuariis, Capitaneus Laurentius Caffo una cum armatis Justitiæ Militibus Antonio Barchetto, Bernardo

Vali-

Digitized by Google

Valino, Bartholomæo Martello & Dominico Umberto se contulerunt ad plures Domos, & Stabula Syndicorum & Incolarum Terræ Sancti Benigni, & in eorum præjudicium ab iis extraxerunt duos ferratos Currus quatuor Rotarum, decem Boves, sex Juvencos, & quatuor Vaccas, quæ omnia sub hasta vendiderunt, tanquam majori oblatori, cuidam ex forensibus oblatoribus pretio librarum 1355. qui eas res secum asportavit, & extra Territorium traduxit.

Post prædictos actus tam violentos usurpatæ Jurisdictionis supervenerunt spretus Censurarum in Sententia, de qua supra, & violentiæ contra spiritualia remedia; Etenim die 9. Martii subsequentis affixum fuit in Abbatiæ Terris Edictum impressum ad instantiam Cameræ Computorum tenoris infrascripti-----ALTEZZA REALE ---- Sendosi vociferato, alcuni mesi sono, che dal Tesoriere Generale de Spogli Monsignor Patrizio Arcivescovo di Seleucia, tanto in qualita sudetta, che di supposto Delegato di Sua Santità fossero per lasciarsi qualche citazione in odio d'alcuni di quelli Officiali, Ministri, Operarii, e Famegli, che doppo la vacanza dell' Abbazia di San Benigno eransi di Speciali commissione e commando adoperati in diversi affari, & atti tutti tendenti alla ristorazione delle Fabriche, & Beni, racolta, e conservazione de frutti, sostentamento, & essercizio della Giurisdizione temporale d'essa Abbazia, come ridotta, durante la vacanza, sotto la special protezione di vostra Altezza Reale, dal di cui Regio Patronaco dipende; Si compiacque Vostra Altezza Reale con publico Manifesto, o sia Editto delli 13. del scorso Novembre à relazione della sua Camera con esso proibire, e strettamente à tutti gli Offiziali, Ministri, Operarii sudetti, e chiunque alto, che potessero venire espressamente, ò genericamente citati, ò molestati par tali fatti, ò dipendenti da essi, di mai comparire personalmente, meno in qualunque maniera avanti detto Monsignor Patrizio, nè altro qualunque preteso Giudice d'aliena Giurisdizione, per rispondere de fatti sudetti, ò consimili sotto gravissime pene corporali, e meglio, come dal sudetto Editto appare: Ciò tutto non ostante hà nuovamente perinteso il Patrimoniale Generale di Vostra Altezza Reale, che da Monsignore sudetto siasi preteso, e si pretenda passar tant' oltre di proferire, e publicare asserta Sentenza di Scommunica maggiore contro diversi de Particolari sudetti, & etiamdio contro due de Patrimoniali Generali di Vostra Altezza Reale sotto pretesto sono li medesimi, e ciascheduno di essi incorsi nelle Censure solite fulminarsi contro gli Usurpatori de beni, e redditi della Chiesa nella Bolla, qual si publica in ogn'anno in die Cœnæ Domini. E perche quando ciò siasi fatto, ò venisse farsi, verrebbero ad essere evidentemente pregiudicate le prerogative di un' Aabazia, ch'è di Regio Patronato di V. A. R., e nell' istesso tempo violati li dritti, che alla medesima competiscono sì per la Regia Protezione, che per altri titoli, e ragioni, e che di più verrebbero ad essere ingiustamente, e con notorio evidente gravame censurate, e scommunicate Persone, quali non solamente non sono state legitimamente citate, ma che etiamdio furono notoriamente impedite, anzi espressamente proibite sotto gravissime pene di comparire avanti del Citante, e che per nissuna maniera possino mai dirsi comprese nelle Censure fulminato contro degl' Usurpatori de beni della Chiesa, mentre con la da essi procurata, e fatta raccolta, & esazzione de frutti, non hanno già mai preteso applicarli à se, ma di conservarli, ò convertirli in solo utilità della Chiesa stessa, alla quale appartengono, rendendosi tanto più chiaramente nulla, & ingiusta tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica, quando possasse tant'oltre a comprendere quei stessi Officiali, e Persone, che per indispensabil obligo del loro Offizio non v'hanno avuta altra parte, che d'ubbidire à Magistrati, e sostenere le ragioni, e dritti del loro Sovrano. Che perciò ad efferto d'oviare à tanti, e così rilevanti pregiudizii di V. A. R. e suoi Sudditi ricorre à piedi della medesima.

Umilmente supplicandola, che attesa l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simile Sentenza, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio de sudetti, si compiacia V. A. R. commandare a chi che sia, e specialmente all'Abitanti nelle Terre di detta Abbazia di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun' ordine, Manifesto, Stampa, o Scritti continente tal pretesa Sentenza, e publicazione di Scommunica in odio di chi che sia degli Uffiziali sudetti, Agenti, e Particolari sudetti, e per cause sopra espresse, e quand' anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante si proibisca à chiunque si sia, nessuno accettuato, d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati, meno mottegiare li medemi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, o verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, ò fatti dependenti dà quanto sopra, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò si ardisse di fare di tal pretesa Scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta; Il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali, con dichiarar la publicazione di queste da farsi ne Luoghi soliti in qualunque delle Terre d'essa Abbazia valere, e che alla copia stampata dal Stampatore Valetta debba prestarsi la stessa fede, che all'originale.

Il patrimoniale Generale di V. A. R.

Vittorio Amadeo II. per grazia de Dio Duca di Savoia, Prencipe di Piemonte, Rè di Cipro.

Veduta per la Camera nostra de Conti l'alligagata Supplica sottoscritta dal Patrimoniale nostro Generale suo tenore considerato; Per le presenti col parere à partecipazione della predetta Camera nostra (attesa l'evidente nullità, ingiustizia, e surrezione, a cui non potrebbe, se non chiaramente soggiacere qualunque simil Sentenza narrata, che si fosse proferta, ò fosse per proferirsi, e publicarsi in odio delli nominati in detta supplica) abbiamo commandato, e commandiamo à chi che sia, e specialmente all' Abitanti delle Terre dell' Abbazia supplicata di non permettere la publicazione, disseminazione, & etiamdio la lettura d'alcun Ordine, Manifesto, stampa, ò Scritti continente dal pretesa Sentenza, ò publicazione di scommunica in odio di chi che sia dell'Uffiziali, Sudditi, Agenti,

Digitized by Google

e Particolari, de'quali si tratta, e per le cause narrate, e quando anche fosse seguita qualche publicazione, quella non ostante proibiamo à chiunque si sia nessuno eccettuato d'evitare il commercio, ò consortio d'alcuno di essi, sotto pretesto, che siano censurati meno motteggiare li medesimi, come tali, nè inferire loro alcuna reale, ò verbale molestia, ingiuria, ò danno di qualsivoglia sorte per causa, o fatti dependenti da quanto si supplica, non ostante qualunque publicazione, che fosse già fatta, ò s'ardisse di fare di tal pretesa scommunica, come evidentemente nulla & ingiusta, il tutto sotto gravi, e gravissime pene corporali; Dichiarando la publicazione di quelle da farsi ne' luoghi soliti in qualunque delle Terre di essa Abbazia valere, & alla copia stampata dal Stampatore nostro Valletta doversi prestare l'istessa fede, come all'originale, che tale è nostra mente. Dat. in Torino li 9. Marzo 1712.

Per Sua Altezza Reale à relatione di detta Camera. Castiglione.

In Torino per Gio. Battista Valletta Stampatore di Sua Altezza Reale 1712.

Undequaque Ministri Laici Jurisdictionem usurpabant in præjudicium Sanctæ Sedis, & damnum Reverendæ Cameræ Apostolicæ; Quippe sub die 22. Martii 1712. Comes Foschieri, ut asserebatur, Gubernator, seu Commandante Civitatis Taurini, scripsit epistolam Antonino Costæ Terræ Lombardori Syndico tenoris, ut sequitur: Signor mio: Alla ricivuta di questa non mancherà far penetrare à Valentino Fioritto, Antonio Cosia, & Bertolotto Segretario essermente di S. A. R. che tutti trè unitamente à lei si debbino per tutto dimani ritrovare in questa Città, ove giunti subito si portino dame per ricever gli ordini, che per parte di detta Altezza Reale li devo communicare, avvertendogli à non differire l'ubbidire per non essere severamente castigati alla forma, e mente dell'ordine di detta Altezza Reale, e qui persuadendomi eseguiranno pontualmente il comando fattoli mi rassegno. Torino, li 22. Marzo 1712. Di V. S. Affettionatissimo & obligatissimo per servirla-----Conte Foschieri Commandante della presente Città:

Al Signor Antonio Costa, Sindico del Luogo di Lombardore.

Rationabili minarum metu Antoninus Costa Syndicus, Jacobus Antonius Bertolottus, Communitatis Secretarius & Antoninus Costa prædicti se contulerunt ad civitatem Taurini, & ad dictum Comitem, à quo fuerunt moniti, prout ipsi occasione, qua de metu protestati sunt, retulerunt per hæc verba: Che teneva ordine, nempe dictus Comes Foscherius, da S. A. R. di farli sapere, qualmente ove in avvenire venisse à seguire, ò à farsi qualche insulto, ò al Signor Avvocato Blanchiardi Giudice Ducale, ò alli Soldatti di Giustizia, ò altri Deputati dell'Eccellentissima Camera di Torino, mentre si fossero fatti atti di giurisdizione nel Luogo di Lombardore, si sarebbe messo il Luogo tutto à fuoco, e sangue, e che voleva portarsi lui Signor Conte Foschieri in persona, soggiungendo, che non voleva che due, ò trè Paesani glie la facessero stravedere, e che il sudetto Signor Blanchiardi si sarebbe portato à publicare cert'ordine il Sabbato allora prossimo, e che si pigliassero (guarda) li venisse fatto alcun insulto: Illisque respondentibus hoc non esse in eorum posse, dictus Comes respondit: Che lasciassero la disputa trà S. A. R. & il Papa, e che loro facessero li loro affari.

Idem Comes Foscherius novas dedit literas sub die 18. Maji. Syndicis ejusdem Loci Lombardorio, quas sub eadem die dictus Advocatus Blanchiardi prætensus Judex (prout dictus Comes in præcedenti epistola prædixerat) præsentavit Joanni Ludovico Chiara Syndico tunc Domi ægrotanti, & recusanti, quibus sic præcipiebatur: Magnifici Signori Gio. Battista Vacca, Giorgio Bertine, Pietro Ferreo, Michel Sandino, e Giacomo Bertino, come meglio resta espresso qui sotto tutti Affittuali de' Redditi di coresto Luogo, hanno trascurato, e trascurano il pagamento di quanto devono all' Abbazia di San Benigno, restando ancor Reliquatori delle somme infranotate, e volendo, che sodisfaccino à quanto devono, mi hà ordinato di farli penetrare esser mente sua, che faccino chiamare avanti loro li sudetti Signori Vacca, Bertino &c. a' quali intimeranno per parte di detta Reale Altezza di dover pagare frà giorni dièci prossimi le somme infrascritte in mani del Signor Carlo Filippo Boggio, ò chi farà per esso, de' quali vanno in debito sotto pena dell'esecutione militare, alla quale si procederà detto termine spirato, e pagamento non fatto senz'altra dilazione, & avendo cause giuste in contrario, quelle verranno ad allegare avanti me in questa Città personalmente frà detto termine. Questo è quanto m'occorre suggerire à loro Signori in esecuzione de' Reali commandi, e persuadendomi eseguiranno quanto sopra, attendendo risposta del loro operata, mi confermo. Torino li 18. Maggio 1712.

Gio: Battista Vacca.
Giorgio Bertino.
Pietro Ferrara.
Michele Sandino.
} Di Lombardore Affittavoli di rendite di Lombardore.

Per il Fitto annuo di lire 1306. devono di reliquato.

Cioe dell' Anno 1710.	- -	lire 428.
Nell' Anno 1711.	- -	lire 1300.
	- -	lire 1728.

Gio: Battista Vacca.
Michel Sandino.
Giacomo Bertino.
} Affittavoli dell' Abbadia in Lombardore.

Devono à ragione di lire 250. l'Anno di Fitto somma di lire 500.

Affettionatissimo per servirli Conte Foschieri.

Foris: A. Signori Sindici di Lombardore.

Sub eadem die 18. Mensis Maji dictus assertus Judex Blanchiardi consignavit Petro Philippo Avenato Syndico Communitatis Fletti aliam epistolam sub eadem Data ab eodem Comite scriptam Syndicis dicti Loci directam, qua eidem Communitati injungit solutionem lib. 551. 8. 6. sub comminatione militaris executionis. Advocatus Blanchiardi prædictus sub hac die aliam similem

Digitized by Google

milem epistolam consignare tentavit Joanni Francisco Francono, Communitatis Montanarii Syndico, at hic notitiam habens de alia præcedenti consignata Syndico Communitatis Fletti, abhorrens quamcumque aliam prætensam jurisdictionem præter illam Sanctæ sedis, ejusque Ministrorum, renuit, & aufugit, & consignare tentantem delusit. Itidem die 21. Maji uniformem Epistolam dimisit ad pedes renuentis Eleonoræ Conjugis Domnici Furni, Subconductoris Molendini Loci Montanarii, qua epistola præcipiebatur Syndicis Communitatis, quod eundem Dominicum admonerent, ut frumentarias responsiones sub executionis militaris pœna traderet in manibus assertorum Affictuariorum; At Molitor nolens alios præter Ministros Sedis Apostolicæ & Reverendæ Cameræ recognoscere, executionem militarem fuit passus. Quamobrem sub die 26. dicti mensis Maji, ad Locum Montanarii se contulerunt duæ Legiones, ut dicitur Regimenti Equitum Suæ Celsitudinis: Altera nuncupata Dragoni: Altera Cavallaria di Savoia, sub directione Domini Marchionis de Garezzo, Ductoris Generalis, & adveniente die 11. sequentis mensis Junii Advocatus Blanchiardi duos ex dictis Militibus unum ex Legione Genue militari nomine Vinnuovo ex Centuria Philippi, & alium nuncupatum Raymundum ex Centuria Trotti ex Legione Equestri nominata di Savoia illos misit ad propriam domum dicti Furni, ut ab illo victum eorum arbitratu exigerent, protestantes ab illa non posse discedere, nisi de ordine dicti Blanchiardi, ad quem, (renuente eodem Furno) recurrere, steterunt usque ad diem 14. & ultra, & cibariis consumptis, unus ex dictis Militibus Vinnuovo nuncupatus discedens secum asportavit quatuor lintea nova, & duos saccos pariter novos valoris librarum viginti circiter, & continuante altero Milite Raymundo nuncupato successit alter nuncupatus Beller de Summariva de Cohorte Principe, & in eadem domo dicti Furni steterunt, & victualia usurparunt usque ad diem vigesimam dicti mensis, & discedentes secum detulerunt aliud linteum cum Rubo di Coccheti valoris in totum librarum viginti unius circiter.

Supervenerunt, postmodum majora excidia in prædictis locis Abbatialibus, quandoquidem exaustis, & consumptis fere omnibus facultatibus Incolarum dictæ Abbatiæ ob frequentes & continuatos transitus & stationes Militum Imperialium, & dicti Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tandem sub die 12. Maji, dicti anni 1712. duæ Militum Legiones dicti Serenissimi Ducis Castra posuerunt in dicto loco Abbatiali Montanarii, & deinde auctis novis copiis suppletitiis, die 29. ejusdem mensis Milites prædicti per domos & habitacula Incolarum distributi fuerunt, Ductore Domino Marchione de Garezzo, Locumtenente Generali pro eadem Celsitudine, & in dicto loco Montanarii permanserunt usque ad diem 14. Junii, & deinde se contulerunt ad aliam Locum Abbatialem Fletti, ubi pariter castrametati sunt.

Verumtamen ad desolationem Terræ, & Loci Montanarii non defuit aliarum Turmarum copia: etenim sub die 18. ejusdem mensis Junii pervenere decem Agmina peditum sub Generali Duce Vallis ducta per quemdam Commissarium Carera, & perstiterunt in eodem Loco usque ad diem vigesimam & inde recedentes locarunt Castra in Loco S. Benigni. Quæ militum Turmæ Territoria, agrosque jam satos, & pascua devastarunt, & recedentes plus quam viginti juga Bovum cum curribus & plaustris secum pro eorum usu traduxerunt, aliaque notabilia præjudicia dictis incolis intulerunt. Nec defuere alia damna & incommoda; nam sub die 17. prædicti mensis Junii coacti fuerunt subditi prædicti Sanctæ Sedis construere pontem, ut facile apparatus militaris Suæ Celsitudinis expedire transiret, & sub die 19. ejusdem coacti fuerunt transmittere octo currus cum bestiis pro transportandis militaribus impedimentis.

Jam Castra tenebant in Loco, & Territorio Fletti à die 12. Junii aliæ Militum copiæ, & dum Populus congregatus erat in Ecclesia ad horas vespertinas, Officialis nuncupatus Parello alias excommunicatus cum manipulo viginti quatuor equitum post occupatam publicam ejus Loci plateam se contulit domum Petri Philippi Avennati Syndici, & deinde alii Commilitones plures alias domos Consiliariorum dicti Loci Sedi Apostolicæ Subjectorum invaserunt, & in illis steterunt, & deinde Hospitium verterunt in rapinam, subripientes Dominis domorum victualia, animalia mactantes, pluraque alia damna inferentes, ita ut dictæ duæ Legiones, quæ prius castrametatæ fuerant in Terra Montanarii, & deinde a die 14. Junii, usque ad diem 18. ejusdem mensis invaserunt ejusdem Loci Fletti Territorium, dum ab illo recedebant vastarunt, vites & arbores, ac subreperunt etiam octo currus, cum jugatis Bovibus dictorum incolarum, ut apparatum rei militaris traducerent ad locum Borgarii, quos quidem currus, & boves sic traductos ad Civitatem Civassi dicto prætenso Judici Blanchiardi tradiderunt, & iste sub die 20. mensis illos vendidit pretio librarum 1006. pro prætensis vigesimis ac laudemiis a dicta Communitate Loci Fletti debitis. Antequam prædictus N. Garello alias excommunicatus edicto loco una cum aliis discederet, se ad Ecclesiam Parochialem contulit, in cujus valvis affixi erant Cedolones Censurarum per ipsum, & alios incursarum, & gestatoria arundine ipsius nomen in Cedulonibus impressum laceravit, & postea illos defixos ausu temerario in Terram projecit. Nec prætermittendum, quod hiscemet diebus & præsertim sub die 13. Junii ab Officiali nuncupat. Rivetti Militibus stipato de ordine, & præsente dicto Blanchiardi in Loco S. Benigni arrestatus fuit Carolus Gamarra, & adductus ad carceres Taurini.

Hac eadem die, dum Sacerdos Joannes Victorius Aliberti ejusdem Loci S. Benigni intra ejusdem Terræ ambitum morabatur in Loco nuncupat. Contrada Grossa per Tormenti æmei Præfectum vulgo Briegadiere Legionis Genue Matthæum Brunum nuncupatum, & militari nomine Laffuer fuit apprehensus per transversum carceratione sibi nunciata per hæc verba braccio forte d' ordine di Sua Altezza Reale, ad quæ verba qua-

Digitized by Google

quatuor milites ejusdem Legionis Archibusiis brevioribus, & Acinacibus armati eidem Officiali auxilium præbuerunt, eumdem Sacerdotem in brachiis apprehensum manu dextera armata eum sic detentum adduxerunt ad custodias, quas in domo Communitatis Prussianæ Militiæ tenebant, eumque Sacerdotem collocarunt in quadam mansione a tribus eorundem Militum custoditum. Undecima die dicti mensis Junii se contulit ad Terram Lombardorii Decuria undecim-Militum equestrium una cum Præfecto Tormenti æneï, qui hos milites ducebat, nuncupato Cacciatore, qui eosdem milites locavit in domibus Jacobi Bertini hæredis Georgii Michaelis Sandini, & Petri Ferrera, quos itidem coëgit militibus submini strare victualia usque ad diem 18, ejusdem mensis.

Interea & antequam prædicti Milites discederent, & signanter sub die 16. ejusdem Junii Turma Equitum centum quadraginta circiter, cujus Ductores erant Eques Casilinardus Legionis vulgo dictæ Drago Major, & Eques Sancti Martini Centurio alterius Legionis jussu Marchionis de Govezzo occupavit prædictam Terram Lombardorii & manu militari subripuit incolis viginti sex Boves aratorios, vaccas quadraginta sex, sex juvencos, totidemque vitulos, jumenta tria, duosque mulos, quæ quidem animalia traducta ad Civitatem Civassi, pariter dictus Blanchiardus prætensus Judex palam vendidit, preciumque illorum recepit.

Diebus autem 7. & 22. mensis Julii per Justitiæ Militem Senatus Taurini fuerunt exequutæ in odium Communitatis S. Benigni quædam assertæ copiæ intimationum, seu injunctionum in personam Mariæ Uxoris Antonii Farnenghi Syndici dictæ Communitatis subscriptarum, Umberto, quibus de ordine dicti prætensi Judicis in prima præcipiebatur solutio librarum 1203. in manibus Caroli Philippi Boggi prætensorum Affictuariorum Agentis intra terminum decem dierum sub pœna executionis realis & personalis, & in secunda injungebatur solutio in manibus Joannis Mariæ Roccha prætensi Oeconomi Ducalis infra terminum quinque dierum sub eadem pœna. Quarum injunctionum vigore sub die 13. Augusti per duos ejusdem Legionis Milites, alterum vocatum Joannem Baptistam Abbate, & alterum Castione violenter fuerunt extracti, & subtracti de stabulis Sindicorum & Consiliariorum sexdecim boves præsentibus & auctorizantibus dictis Blanchiardo prætenso Judice, Francisco Josepho Umberto, ejusque Officiali & Notario, & Joanne Maria Roccha, ut supra, prætenso Oeconomo, quæ animalia fuerunt vendita in eodem loco cuidam Advenæ tamquam majori Oblatori pretio librarum 1344. 15. 10.

Dum alii vexabantur, aliis Incolis ejusdem Abbatiæ non dabatur requies, etenim publicatum, & respective intimatum fuit quoddam præceptum de mandato dicti prætensi Judicis sub Dat. 19. Julii cum assueta subscriptione Umberto Secretario, qua notificabatur omnibus Syndicis Agentibus debitoribus Massariis, Molitoribus, & quibuscumque aliis Abbatiæ debitoribus eisdem præcipiebatur, ut in Abbatiæ Oeconomum recognoscerent tamquam à Sua Celsitudine deputatum ad relationem Cameræ Computorum D. Joannnem Mariam Roccha de Taurino, & in ejus manibus quæcumque fieri debuisset solutio omni alio excluso Exactore sub pœnis indignationis suæ Celsitudinis, reiteratæ solutionis & exequutionis militaris.

Incœpta jam post messem triturationè frumenti per Franciscum Tessurum Colonum, & Massarium Prædii nuncupati Casina delle mura ne Ministri Reverendæ Cameræ partem Dominicalem exigerent, ad custodiam fuit transmissus Bartholomæus Guglielmettus de Sancto Georgio, & sub die 20. Julii dictum Prædium adivit Joannes Maria Rocha prætensus Ducalis Oeconomus associatus duobus Armatis Militibus cum sagulis viridis coloris Ducali stemmate discriminatis, & injuncta divisione frumenti (licet Colono reluctante, & protestante ad Reverendam Cameram spectare) abstulit eminas 110. frumenti, quæ asportare curavit super curribus dicti Coloni, & ad Castrum dicti Loci Montanarii, & ad Terram S. Benigni.

Præmissa sub eadem die 20. Julii executione alterius consimilis intimationis super deputatione prædicti Oeconomi, illiusque recognitione facienda contra Bernardinum Boggium, & Alexandrum Anselmum Colonos & Massarios Prædii nuncupat. l' Airale dicti Loci Montanarii sub die 3. Augusti dictus assertus Oeconomus Roccha ad dictum Prædium duobus similibus Militibus associatus se contulit, & interpellatis iisdem Colonis pro divisione frumenti, illisque renuentibus, & declarantibus portionem Dominicalem debitam esse Ministris Reverendæ Cameræ Apostolicæ tamquam pendente vacatione maturatam, quam unice recognoscebant. Idem Oeconomus violentias jactans, & Colonorum carcerationem incutiens subripuit eminas 160. tritici, quæ cum curribus & bobus dictorum Colonorum per vim cogentibus & associantibus dictis militibus traducta & asportata fuerunt ad castrum prædictum. Rediit sub die prima Septembris, ipse Ducalis Oeconomus ad idem Prædium unico associatus milite, & non obstante simili contradictione Colonorum, qui unice Rev. Cameræ Apostolicæ Ministros recognoscere protestati fuerant, violenter abstulit eminas 78. secalis, 24. fabarum, & 9. cicerum. Die vero quinta Novembris idem Roccha, associantibus Bernardino & Stephano fratribus Bianna de Castronovo, se transtulit ad Molendinum Montanarii, & in illo repertis Josepho, & Jacobo Molitoribus, qui nomine Reverendæ Cameræ Apostolicæ dictum Molendinum retinebant, eidemque certam portionem frumenti tradere tenebantur, prout protestati fuerunt, quibus non obstantibus timore carcerationis eisdem incusso ad ministerium dicti Molendini pro Camera Ducali supradictos Fratres intrusit.

Fuerat jam de ordine dicti Blanchiardi prætensi Judicis sub datum 6. Augusti cum subscriptione Umberto exequuta quædam copia Intimationis, seu injunctionis in odium Communitatis Lombardorii de mandato Gubernatoris Taurini, & ad instantiam dicti prætensi Ducalis Oeconomi

Digitized by Google

nomi Roccha, ſuper ſolutione librarum 485. pro reſiduali ſumma debita pro Annis 1710. & 1711. non obſtante exequutione facta ſuper belluis, ex quarum venditione non potuit conſequi integra ſatisfactio. Item ſuper ſolutione librarum 1550. pro debito anni tunc decurrentis 1712. ſub pœna dictæ exequutionis militaris. In cujus comminationis exequutionem die 2. Novembris ingreſſi fuerunt, & tenuerunt Locum prædictum centum quinquaginta circiter Ducales Milites equeſtres ſclopis, & acinacibus armati, partim Legionis ut dicitur Regimento Birago, partim Cavaglia. Quibus omnibus præerat comes de Permon, cum quo alii Officiales, nempe Comes Benzo, equeſtris turmæ Ductor, Monſieur de S. Georgeo turmæ ductoris Legatus, ſeu Locumtenens, Monſieur de Vanſi pariter Locumtenens, Monſieur Ceruto, & Eques della Villa, Equites Vexillarii omnes de Legione Cavaglia, Comes della Manta, Equeſtris Turmæ Ductor, Monſieur Muſſetto ſimilis Ductoris Locumtenens, Monſieur Longaray, & Eques Burgheſius Signiferi Equeſtres omnes de Legione Birago. Qui Milites de ordine ſupra dictorum Officialium reſpective prius pedeſter diſpoſiti ad obſidionem ſtabulorum, ab illis extraxerunt, & comprehenderunt Boves aratorios triginta ſex, juvencos, & vaccas decem, & octo, quas belluas eodem die adduxerunt ad Civitatem Civaſſi, & conſignarunt Advocato Blanchiardi prætenſo Judici, de cujus ordien fuerunt venditæ pretio librarum 2235.

Pro effectu alterius ſimilis intimationis & injunctionis ſub eadem, die 6. Auguſti, in odium Communitatis Loci Montanarii relaxatæ, & pro eo, quod Miniſtri Ducales ab illa exigere prætendebant die 26. Octobris ejusdem Anni 1712. ſe contulerunt ad dictum locum Montanarii duæ Legiones equeſtres Suæ Celſitudinis, altera nuncupat. Birago, altera Piemonte Reale, ſeu Cavaglia, ſub ductu Marchionis de Birago, Magiſtri Equitum Legionis ſui nominis, qui inibi Caſtra tenuit per totam diem praedictam Novembris, cum maxima Loci, Territorii & Incolarum damnificatione ob conſumptionem præſertim fœni, aliorumque ſtraminum, lignorum & victualium; Praeparati tamen ad diſceſſum ante lucem ſubſequentis diei 2. Novembris juxta Officialium ordinationes a dictis Militibus occupata fuit Platea & Loci annexi, acieſque diſpoſita, transmiſſi fuerunt Excubitores ad proprias domos & ſtabula Incolarum dicti Caſtri, diſtributis aliis militibus per vicos, & demum orta luce de ordine dicti Marchionis, juncta aſſiſtentia dicti Advocati Blanchiardi, impetum fecerunt in ſtabula & domos dictorum incolarum. De ſtabulis fuerunt ſubtracta duocenta circiter capita Belluarum de Bovinis, equinis & ſuinis, quæ eadem die fuerunt adductæ ad Civitatem Civaſſi & proſequendo executiones ex ædibus Joannis Dominici Caffari abſtulerunt eminas 120. tritici, 24. ſecalis, 6. ordei, 18. avenae, & 18. panicii albi: Ex ædibus Joannis Baptiſtae Clara eminas 50. tritici, 24. ſecalis, 24. panicii albi; De domo Sindici Joannis Franciſci Franconi eminas 69. tritici, 22. ſecalis, 6. fabarum: de Domo Phiſici Nicolai Franciſci Fiola eminas 50. tritici, 16. ſecalis, 10. faſolorum, 9. fabarum, 40. panicii albi 4. cicerum, & 14. avenae: De domo Sindici Joannis Malani Petitti eminas 33. pannici albi: de domo Petri Pauli Rimaudo eminas 276. tritici, 35. ſecalis: De domo Notarii Franciſci Antonii Petitti eminas 50. panicii albi. De Molendino ejusdem Loci Montanarii de victualibus dictorum incolarum ſaccos 52. ex variis frumenti ſpeciebus, quae omnia fuerunt aſportata & conſignata prædicto Rocchae praetenſo Oeconomo.

Quae omnes recenſitae violentiae & attentata facta & executa fuerunt, legitime contradicentibus & impugnantibus Communitatibus dictae Abbatiae, illarumque Particularibus, qui licet oppreſſi, & ſaepe ſaepius in Eccleſias & Loca immunia ob timorem carcerationis recepti, nunquam tamen conſenſum praeſtarunt, & ſemper proteſtati fuerunt, de vi injuſta illis illata, declarando ſemper, & in quolibet actu repetendo eos eſſe unice ſubjectos ſub dominio Sanctae Sedis & Abbatiae fructus conſignandos & perſolvendos eſſe Miniſtris & Officialibus dictae Sanctae Sedis & Reverendae Camerae Apoſtolicae, nec velle, nec poſſe alios recognoſcere, vacatione durante, quam eosdem Miniſtros Reverendæ Camerae Apoſtolicae.

Rebusque aliis, prout in Proceſſu, & Proceſſibus deſuper conſtructis praedicta omnia memorati.

Monſieur di S. Giorgio.
Monſieur di Vanſi.
Monſieur Ceruto.
Eques della Villa.
Comes della Manta.
Monſieur Moſetto.
Monſieur Longarais.
Eques Borgheſe.
Eques Caſalinardo.
Eques S. Martino.
Matthaeus Bruni nuncupat. la Fluer.
N. Cacciatore.
N. Garello.
N. Nomine militari Vin nuovo.
Raimundo.
N. Beller.
Patrimonialis Generalis.
N. Caſtilione.
Joannes Baptiſta Valetta.
Nicola.
Joannes Paulus Blanchiardi.
Franciſcus Joſeph Umberto.
Laurentius Caffo.
Carolus Philippus Boggio.
Joſeph Antonius Rugerino.
Joannes Maria Rocca.
Bartholomaeus Guglielmetti.
Bernandinus } Fratres de Bianna.
Stephanus }

Juſtitiæ Milites.

Joannes Andreas Repeto.
N. Freſcia, & duo alii N. N.
Antonius Barchetto.
Bernardus Valino.
Bartholomaeus Martello.

Digitized by Google

Dominicus Umberto.
Joannes Baptista Abbate.
N. Castlone.

Commiserunt & perpetrarunt instando, mandando, committendo, Jus dicendo, actus scribendo, exequendo, adhaerendo, assistendo, auxilium praestando, instantias fieri committendo, vel permittendo, administrando, jurisdictionem exercendo, fructus exigendo, alienando, Immunitatem Ecclesiasticam violando, aliaque attentata committendo, & semper jurisdictionem, supremumque Dominium sanctae Sedis Apostolicae, & Jura Reverendae Camerae laedendo, usurpando, tam conjunctim, quam separatim, & divisim, & alias omni &c. singula singulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra, non solum &c. sed & omni &c. super quibus &c. poenas propterea ac censuras in Sacris Canonibus & Constitutionibus Apostolicis & praesertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi solita damnabiliter incurrendo. Fuimus propterea pro parte supradicti Illustrissimi Domini Gaspari Turchi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis instanter & debite requisiti, quatenus sibi in praemissis de opportuno Juris remedio providere, Monitoriumque ad partes ad personaliter vel legitime comparendum sibi decernere & concedere dignaremur.

Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam iustæ annuentes Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum tenore praesentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ stricte praecipiendo mandamus, quatenus statim visis & receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum requisitus fuerit, ex parte nostra imo verius Apostolica authorita. antedictos.

Monsieur di S. Georgio.
Monsieur di Vansi.
Monsieur Ceruto.
Equitem della Villa.
Comitem della Manta.
Monsieur Mosetto.
Monsieur Longarais.
Equitem Borgheſe.
Equitem Casalinardo.
Equitem S. Martino.
Matthæum Bruni nuncupat. la Fluer.
N. Cacciatore.
N. Rivetti.
N. Garello.
N. nomine militari Vin nuovo.
Raymundum N.
N. Beller.
Patrimonialem Generalem.
N. Castilione.
Joannem Baptistam Valetta.
N. Nicola.
Joannem Paulum Blanchiardi.
Franciscum Joseph Umberto.
Laurentium Caffo.
Carolum Philippum Boggio.
Josephum Antonium Rugerino.
Joannem Mariam Rocca.
Bartholomæum Guglielmetti.
Bernardinum & Stephanum } Fratres de Bianna.

Justitiæ Milites.

Joannem Andream Rapeto.
N. Frescia, & duos alios N. N.
Antonium Barchetto.
Bernardum Valino.
Bartholomæum Martello.
Dominicum Umberto.
Joannem Baptistam Abbate.
N. Castlone.

Moneatis, citetis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, eisdemque & cuilibet ipsorum praecipiatis & mandetis, prout Nos eosdem harum serie citamus, monemus, & requirimus eisdemque & cuilibet eorum praecipimus & mandamus per praesentes primo, secundo, & tertio & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum spatium ab exequutione praesentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo, & alios quindecim pro tertio ultimo & peremtorio termino, ac trina canonica monitione assignamus, & Vos assignetis debeant, & quilibet, ipsorum prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeant ipsi & eorum quilibet in omnes & singulas censuras & poenas in Sacris Canonibus Conciliis & Constitutionibus Apostolicis, & praesertim in Bulla in Coena Domini quotannis legi & publicari solita contentas, inflictas, impositas & comminatas incidisse & & incurrisse declarari, & contra eos & illorum quemlibet literas declaratorias quascunque desuper necessarias & opportunas decerni & relaxari, & respective ipsi non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super praemissis cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis, cum quibus opus fuerit, Juri stetisse, deque eorum innocentia, si quæ sit legitime docuisse, praesentique nostro Monitorio omnino paruisse.

Certificantes eosdem sic monitos, requisitos, citatos, & eorum quemlibet, quodsi in praedicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, seu comparitionem distulerint, vel distulerit, Nos nihilominus ad ulteriora juris & facti remedia, & ad declarationem incursus poenarum praedictarum usque ad Sententiam, illiusque executionem inclusive, prout juris fuerit, per contradictas per edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus: Et cum excessus praedicti patrati fuerint in jurisdictione & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apostol. nihilominus ad supererogationem ex pluribus etiam Testium depositionibus haec omnia comprobata remaneant; Cumque pro praesenti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & authoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supra

Digitized by Google

pra nominatas exequi mediante affixione & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Ecclesiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo sic exequuto, & in actis infrascripti Nostri Secretarii legitime reproducto ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare & astringere perinde valeat ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo tertio, Indictione sexta; die vero 20. Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ Undecimi Anno decimo tertio.

Jo. Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Thesaurarius Gener. & specialiter Delegatus.

Jo. Antonius Tartaglia Rev. Cam. Apostol. Secretarius.

Die 26. Septemb. 1713. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata & publicata fuit contra omnes Citatos Contumaces Sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa, & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nuncupata, qua universis Christifidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes, & singuli, contra quos prædicta sententia lata fuit.

CXXXII.

Clementis P. P. XI. Declaratio, nullitatis, damnatio, abolitio & reprobatio cujusdam edicti a laicali potestate editi super censuris Ecclesiasticis a R. P. D. Petro II. Episcopo Casalensi adversus Comitem Jacobum Nemours promulgatis, cum variis ordinationibus pro exacta censurarum hujusmodi observantia, donec vel ab habente legitimam ad id facultatem absolutio ab eis concessa fuerit, vel illæ nullae, aut injustae a competenti judice Ecclesiastico fuerint declaratae, ac in super cum decreto, quod ii, qui alias, videlicet ratione praefati Edicti easdem ecclesiasticas censuras quovis modo incurrerunt, post debitam Ecclesiae praestitam satisfactionem, non nisi a sede Apostolica absolutionis beneficium obtinere valeant, d.d. 28. Jul. 1713.

Clemens Papa XI.
Ad futuram rei memoriam.

NOn sine ingenti animi nostri moerore novissime accepimus, quod cum nuper, nempe mense Junio proxime elapso, Venerabilis Frater Petrus secundus Episcopus Casalensis Divini honoris Zelo ductus palam excommunicaverit, seu in majorem excommunicationem incidisse adeoque ab omnibus vitandum esse declaraverit Comitem Jacobum Nemours, eo quia ipse, dum solemnis Supplicatio, seu Processio sanctissimi corporis Christi in civitate Casalen. habebatur, non tam loci ac temporis, quam reverentiæ Episcopali Dignitati debitæ immemor, & quod longe deterius est, ipsi quoque Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento debitæ veneration is oblitus, excitatis inanibus, & importunis contentionibus, ejusdem supplicationis progressum abrumpere ausus fuerat.

§. 1. Et quamvis a præfato Petro Secundo Episcopo idem sanctissimum Sacramentum deferente piis, paternisque vocibus admonitus, atque etiam rogatus, ut a proposito desisteret, obortamque in populo, qui frequentissimus ad illam sacram functionem confluxerat, gravem offensionem, publicumque scandalum submoveret, ejusdem Præsulis authoritatem in oculis omnium temere opugnare, & quam illi præstare tenebatur, obedientiam pertinaciter detrectare non erubuerat: Saecularis potestatis illarum partium Officiales, seu Administri, cæco abrepti consilio, ac eorum, quæ memoratus Antistes, ut divinum honorem, simulque Episcopalem dignitatem tueretur, egerat, odio incitati, profanas manus ad arcam Domini extendere, & sanctissima Ecclesiæ instituta, præscriptamque a Canonicis Sanctionibus disciplinam penitus subvertere, ac convellere minime veriti fuerunt. Licet enim satis prospectum omnibus sit Ecclesiasticis censuris innodatos, veluti aqua, & igne interdictos, ac tanquam putrida membra canonicæ severitatis gladio abscissa, ne totum corpus inficiant, pro veteri Ecclesiæ more, ab universis Christi fidelibus, sub poenis in sacris Canonibus & Apostolicis Constitutionibus diserte præfinitis, vitandos esse; nihilominus præfati Saecularis potestatis officiales, seu Administri, instante potissimum, ac urgente cognominato Rivalta ejusdem Sæcularis potestatis asserto Procuratore Fiscali, eo temeritatis & audaciae devenerunt, ut nomine, & authoritate dilecti filii Nobilis viri, Victorii Amedei, Sabaudiae Ducis, & Pedemontii Principis abutentes, Edicto typis edito, publiceque promulgato, non modo quibuscumque personis cujusvis status, gradus, & conditionis inhibuerint, ne dicti Jacobi Comitis, sicut praemittitur, excommunicati, ac palam denunciati consuetudinem, atque commercium, ejusmodi excommunicationis ratione, vitare auderent, gravissimis, etiam mortis cuilibet, qui secus fecerit, indictis poenis; (qua plane horrenda comminatione Christi fideles earumdem partium in manifestum discrimen conjecti fuerunt, vel capitis pœnam subeundi, ubi ejusmodi Edicto morem gerere detrecterent, vel sane æternæ salutis jacturam faciendi quatenus eidem

Digitized by Google

eidem Edicto obtemperando debitam ecclesiae mandatis obedientiam praestare renuerent:) Verum etiam scandala scandalis adjicientes, eumdem Petrum secundum Episcopum sub poena occupationis, seu reductionis bonorum temporalium, tam scilicet illius patrimonialium, quam suæ mensæ Episcopalis monuerint, ut ab inferenda ipsi Jacobo Comiti quacumque ulteriori molestia omnino abstineret, ac interim præjudicium illi per dictam excommunicationem, quam nullam, injustam, ac præcipitanter promulgatam nuncuparunt, irrogatum opportune sarciret, perinde ac si, ubi ipsa excommunicatio nulla, vel injusta foret, competentia Tribunalia ecclesiastica non extarent, quæ de illius prætensa nullitate, vel injustitia recte ac ordine cognoscere, legitimumque de ea judicium ferre possent, & alias, prout uberius continetur in præfato Edicto quod non alio quidem animo, quam ut clarius & apertius dignosci ab omnibus possit, quam inusitati exempli, quantique horroris & scandali illud sit, præsentibus inferendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Vittorio Amedeo II. per Grazia di Dio Duca di Savoja e Monferratto, Principe di Piemonte, Rè di Cipro &c. Ad ogn'uno sia manifesto, che vista la supplica sportaci per parte del Procuratore Fiscale Generale nostro Rivalta, ed il tenor di quella ben considerato; Per lo presenti, attesa l'evidente nullita, ingiustizia e precipitazione della Scommunica proferta dal Vescovo di Casale in odio del Conte Giacomo Nemours. Habbiamo inhibito, ed inhibiamo, a qualsivoglia Persona di qualunque stato, grado, e condizione, tanto, Sudditi, che Forastieri, habitanti in essa Città di Casale, che qualcunque altro luogo de stati nostri di evitare il commercio, e consorzio di detto Conte Nemours, sotto pretesto di tal scommunica, meno per tal causa molestarlo, nè mottegiarlo in qualungue maniera sotto pene gravi, e gravissime, eziandio della morte: Ed in oltre habbiamo monito, e moniamo detto Vescovo, ed Ufficiali della sua Curia di non solo astenersi du ogni, e qualunque ulterior molestia, ed aggravio verso detto Conte, ma ancora di dover indilatamente, ed in ogni miglior modo riparare l'ingiusta violenza, e trascorso di esso con la fulminata nulla, ingiusta, e precipitata scommunica, sotto pena della reduzzione de beni temporali del Vescovato, e suoi. Mandando le presenti registrarsi, dichiarando l'esecuzione di queste da farsi in persona di alcuno di detti Ufficiali di detta sua Curia, ò di alcuno de suoi Domestici, quanto al detto Vescovo, ed all' Albo Pretorio, e Luoghi soliti di detta Città, quanto ad ogni altro, valer, ed alla copia stampata dal Sampatore nostro Prielli doversi prestar tanta fede, come al proprio originale, che tal è nostra mente. Dato in Casale ù 7. Lugiio 1713. Per. S. A. R. à relatione del Senato: Perronus: in Casale, per Pietro Maria Prielli Stampator Ducale: Con privilegio.

§. 2. Cum autem notorii juris sit nulli Laicali potestati fas esse decernere, seu edicere, quod Censuræ ab Episcopis promulgatæ, seu declaratae, sub obtentu, quod nullæ, vel injustæ sint, attendi non debeant, ac in his, quae ad Ecclesiasticam Jurisdictionem pertinent, Saeculi Magistratus obsequendi maneat necessitas, non authoritas imperandi, adeoque præmissa in gravissimum Christi fidelium scandalum tendant, animasque pretioso Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi sanguine redemtas in maxima pericula adducere, & deplorandis malis involvere possint; Hinc est, quod Nos, qui jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris à domino constituti sumus, ac proinde tam graves Sæcularis potestatis abusus dissimulare non possumus, libertatem, immunitatem & jurisdictionem Ecclesiasticam à perniciosis ejusmodi conatibus illæsam tueri, & conservare, nec non animarum periculis, quantum Nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, omniumque & singulorum, quæ in præmissis, seu eorum occasione quovismodo acta, & gesta fuerunt, seriem, causas, & circumstantias, etiam aggravantes, nec non tam præfatorum, quam alterius cujuscumque Senatus, Magistratus, Judicis, Ministri, Officialis, Notarii, Scribæ, & aliarum quarumvis personarum in eisdem præmissis quomodolibet, culpabilium qualitatis, dignitates, nomina & cognomina, aliave quæcumque etiam specificam, ac individuam mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & exacte specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Edictum præinsertum, ac quæcumque in eo contenta cum omnibus, & singulis inde secutis, & forsan quandocunque secuturis, nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, & à non habentibus potestatem temere, & damnabiliter attentata, ac de facto præsumta, nulliusque roboris & momenti vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec illa à quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque neque ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si nunquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præsentium declaramus.

§. 3. Et nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia & singula, prout etiam quæcumque alia præmissorum occasione in præjudicium libertatis, immunitatis & jurisdictionis Ecclesiasticæ quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis, & quandocumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque & effectu penitus & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis & abolitis, viribusque & effectu penitus, ac omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 4. Præterea, tametsi perspecta Cleri, populique Casalensis pietas, & religio spem Nobis certam

Digitized by Google

certam ingerat, fore ut memorati Edicti nullam hactenus, ut par erat, rationem habuerint, eoque non attento à qualibet consuetudine, & commercio cum præfato Jacobo Comite, tanquam vere excommunicato, ac omnino vitando, penitus ultro abstinuerint, & abstineant; nihilominus motu, scientia, deliberatione ac potestatis plenitudine paribus, eumdem Jacobum Comitem, tanquam verum excommunicatum, vitandum ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus habendum esse, donec & quousque absolutionis beneficium Christiana humilitate petierit, illudque ab habente legitimam ad id facultatem impetraverit, vel quatènus censuræ adversus eum promulgatæ nullæ, aut injustæ prætendantur, eas uti tales à competenti Judice Ecclesiastico declarari obtinuerit, cum ante ejusmodi declarationem pro validis ac justis ab omnibus haberi debeant, earumdem tenore præsentium decernimus, & similiter declaramus.

§. 5. Quo circa universis Presbyteris & Clericis tam sæcularibus cujuscunque gradus, præeminentiæ, & dignitatis fuerint, quam cujusvis Ordinis Congregationis Instituti & societatis etiam Jesu, regularibus in Divinis ministrantibus harum serie districte præcipimus, & mandamus, ut quatenus prædictus Jacobus Comes ad eorum ecclesias, seu Oratoria accedere, ibique divinis officiis, aliisve sacris functionibus interesse præsumeret, cum eo ita se gerant, quemadmodum ex Sacrorum Canonum præscripto cum Excommunicatis publice denunciatis agendum esse probe norunt, sub pœnis ab ipsis sacris Canonibus in eos, qui secus fecerint constitutis.

§. 6. Cæterum cum exploratum sit tam præfatum cognominatum Rivalta, qui præmissa ab eodem sæculari potestate edici & ordinari petiit ac instetit, ut præferetur quam cognominatum Perronum, qui præinserto Edicto subscripsit, nec non Petrum Mariam Prielli Typographum, qui illud suis typis impressit, aliosve omnes, & singulos cujuscumque pariter status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis, quantumvis sublimis fuerint, qui eadem præmissa mandarunt, ac ordinarunt, seu illis consilium auxilium, favorem, vel quamvis aliam damnabilem operam præstiterunt, aut in eorum sequelam, & executionem gesta approbarunt, & rata habuerunt, seu alias in eis quomodolibet, culpabiles fuerunt, censuras omnes, & poenas Ecclesiasticas à Sacris Canonibus, Generalium Conciliorum Decretis & Apostolicis Constitutionibus, ac præsertim literis die Coenæ Domini singulis annis legi & promulgari consuetis inflictas eo ipso incurrisse: Noverint idcirco illi omnes, etiam specialissima mentione digni, à censuris, & poenis hujusmodi post debitam ac condignam ecclesiæ realiter & cum effectu præstitam satisfactionem, non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente (præterquam in mortis articulo constituti, nec etiam tunc, nisi de standō ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, atque cum reincidentia eo ipso, quo convaluerint) absolvi, & liberari posse, prout earumdem tenore præsentium pariter decernimus.

§. 7. Facultatem insuper quandocumque procedendi ad alia seviora remedia quatenus prædicti Ecclesiasticæ libertatis Violatores in sua contumacia perfistentes censuras, & poenas hujusmodi animo, quod absit, sustinuerint, indurato, Nobis, & eidem Apostolicæ Sedi expresse reservantes. Ac decernentes pariter easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi causæque, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali ac inexcogitabili individuamque expressionem requirente, defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari.

§. 8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ sanctæ romanæ ecclesiæ cardinales, etiam de latere Legatos & præfatæ sedis Nuncios aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, nec non quorumcunque Ordinum, congregationum, Institutorum, & societatum, etiam JESU, ac quorumvis Monasteriorum, Conventuum, ecclesiarum, locorum piorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus

Digitized by Google

ac præſcriptionibus quantumcumque longiſſimis, & immemorabilibus: Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Ordinibus, congregationibus, inſtitutis & ſocietatibus etiam JESU ac Monaſteriis, Conventibus, Eccleſiis, & locis piis prædictis, illorumque reſpective Superioribus aliisve quibuslibet perſonis, etiam quantumvis ſublimibus, & ſpecialiſſima mentione dignis à Sede prædicta ex quacumque cauſa, etiam per viam contractus, & remunerationis ſub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficatioribus, efficaciſſimis & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, ſcientia & poteſtatis plenitudine paribus, ſeu ad quarumcunque perſonarum, etiam imperiali, regali, aliave qualibet mundana, vel eccleſiaſtica Dignitate fulgentium inſtantiam, aut earum contemplatione, ſeu alias quomodolibet, in contrarium præmiſſorum concesſis, editis, factis, ac pluries iteratis, ac quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis etiam continentibus, quod excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de privilegiis & indultis hujusmodi mentionem. Quibus omnibus & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoris ſpecialis ſpecifica expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expresſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Ut autem eædem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas ſeu earum exempla ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum nec non Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæque generalis in monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de urbe ut moris eſt, affigi, & publicari, ſicque publicatas & affixas omnes & ſingulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac ſi unicuique eorum nominatim, & perſonaliter intimatæ fuiſſent. Utque ipſarum literarum transumtis, ſeu exemplis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Julii MDCC XIII. Pontificatus Noſtri Anno XIII.

F. Oliverius.

Anno à nativitate D. N. JESU Chriſti milleſimo Septingenteſimo decimo tertio, Indictione ſexta die vero decima quarta Auguſti, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ XI. anno decimo tertio ſupradictæ literæ apoſtolicæ affixæ, & publicatae fuerunt ad valvas eccleſiae Lateranen. & Baſilicae principis Apoſtolorum, Cancellariae Apoſtolicae, Curiae generalis in monte Citatorio, in acie campi Florae ac aliis locis ſolitis, & conſuetis urbis per me Jacobum Vaſellum Apoſtolicum Curſorem.

Antonius Placentius, Magiſter Curſorum.

CXXXIII.

Monitorium expeditum contra Canonicum Joannem Blanciardum, Sacerdotem Joſephum Blanciardum & ſacerdotem Ludovicum Romano, ob ſacrilegam communicationem cum Advocato Joanne Paulo Blanciardo, prætenſo judice Cameræ computorum Taurini excommunicato palam declarato, & alia ab ipſis geſta in contemptum cenſurarum & Apoſtolicæ auctoritatis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiſcopus Seleuciæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ & ejus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & ſpecialiter a Sanctiſſimo Domino Noſtro Delegatus.

Univerſis & ſingulis R R. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque illique vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint ſeu quomodolibet præſentabuntur ſalutem in Domino &c.

Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi D. Gaſparis Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus aſſumptis expoſitum & deductum inde & ſuper eo, quod ſuſpicantibus, vel timentibus R R. Canonicis Ven. Eccleſiæ Abbatialis S. Benigni Fructuarienſis Nullius Diœceſis, eadem Abbatia vacante, appoſitionem Interdicti Eccleſiaſtici, ex eo, quod in dicta Eccleſia Divina fuerant celebrata preſente & aſſiſtente Advocato Joanne Paulo Blanciardo prætenſo Judice Cameræ Computorum Taurini in locis ejusdem Abbatiæ

Digitized by Google

tiæ vacantis nulliter intruſo, ac publico excommunicato, & per nos per Cedulonum affixionem declarato, ob hunc timorem ſic conſulti nonnulli ex dictis Canonicis coram Nobis recurrere, & humilibus precibus ſupplicare decreverunt, ut ab hac Eccleſiaſtica cenſura illos eximere dignaremur, exponendo non doloſe vel temere id fuiſſe ſequutum. Quo audito in Collegiali Congreſſu per Canonicum Joannem Blanciardum ſupradicti excommunicati Patruum, iſte obloquendo contra Canonicum Petrum Antonium Paſſaro, qui propoſitionem fecerat in Capitulo & referendo ad ejusdem, & aliorum machinationes honeſtos hos ad ſuperioris recurſus, eum ſimul, ac alios verbalibus injuriis affecit, eisdem præſertim exprobando, quod ipſi Excommunicati extiterant, & non Advocatus ejus Nepos, quem pro tali nunquam reputaverat, nec reputabat, quam declarationem non minus temere confirmaverunt, ac eidem pariter adhæſerunt Sacerdos Joſeph Blanciardus prædicti Advocati frater, & Sacerdos Ludovicus Romano, in eodem loco Ludi Magiſter, quarum cenſurarum præfato modo contemptum, non ſolum eo tunc verbis expreſſerunt, verum etiam præcedenter & ſubſequenter factis comprobarunt; privatim enim, ac publice eorum ſinguli cum dicto Excommunicato publice per nos declarato tractarunt, & familiariter verſati ſunt, imo cohabitarunt, & convixerunt, Ludovicus vero non ſolum in Civilibus cum prædicto Excommunicato, verum etiam in Divinis communicavit, Sacrum in Eccleſia celebrando præſente & aſſiſtente Excommunicato prædicto, & prout latius in Proceſſibus deſuper cónſtructis, prædicta omnia memorati Canonicus Joannes Blanciardus, Sacerdos Joſeph Blanciardus, & Sacerdos Ludovicus Romano commiſerunt & perpetrarunt in gravem cenſurarum contemtum, & vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, ac alias omni &c. ſingula ſingulis congrue referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra &c. non ſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea ac cenſuras in Sac. Canonibus contentas daminabiliter incurrendo, fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi Domini Gaſpari Turchi, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter & debite requiſiti, quatenus ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitoriumque ad partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, & concedere dignaremur.

Nos itaque petitioni hujusmodi, tanquam juſtæ, annuentes vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, quatenus ſtatim, ac requiſiti, ſeu aliquis veſtrum requiſitus fuerit, ex parte noſtra imo verius Apoſtolica authoritate antedictos Canonic. Joan. Blanciard. Sacerdotem Joſeph. Blanciardum, Sacerd. Ludovic. Romano, moneatis, citetis & requiratis ac moneri & requiri faciatis, prout nos eosdem, & eorum quemlibet harum ſerie citamus, monemus & requirimus, primo, ſecundo, tertio & peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium computan. quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina monitione canonica aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum & allegandum cauſam quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in omnes & ſingulas cenſuras & pœnas in Sac. Canonibus contentas & comminatas incidiſſe & incurriſſe declarari, & contra eos, & quemlibet literas declaratorias quaſcumque deſuper neceſſarias & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non camparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, vel diſtulerit: Nos nihilominus ad ulteriora juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum usque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, ſeu abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum exceſſus prædicti patrati fuerint in jurisdictione Abbatiali Sancti Benigni & valde notoria ſit violenta occupatio jurisdictionis Sanctæ Sedis, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, propterea volumus & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas aliquarum Eccleſiarum, Terrarum, ſeu Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic

exequu-

Digitized by Google

exequutoria eosdem monitos, & eorum singulos arctare & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ, ex Magna Curia Innocentiana, hac die tertia Augusti. 1714.

Joannes Archiepiscopus Seleuciæ, Thesaurarius Gen. & specialiter Delegatus.
Joannes Antonius Tartaglia, Reverendæ Cameræ Apost. Secretarius.

Die 3. Septembris 1714. supradictum Monitorium affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in nova Curia Montis Citatorii per me Sebastianum Vasellum Domini Nostri Papæ Cursorem.

Die 17. Maji. 1715. Elapsis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque servatis de stylo Curiæ servari solitis, lata & publicata fuit contra omnes Citatos Contumaces sententia declaratoria incursus in omnes & singulas Censuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impressa & consuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nuncupata, qua universis Christi fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi, ac in eventum mortis privati Ecclesiastica sepultura illi omnes & singuli, contra quos prædicta sententia lata fuit.

CXXXIV.

Monitorium expeditum contra Dominicum & N. nuncupatum il Zoppo, satellites, & Dominicum Gamarra Brunettum, Procuratorem fiscalem localem Cameræ Computorum Serenissimi Ducis Sabaudiæ, ob violatam jurisdictionem & immunitatem ecclesiasticam, & gravia vulnera respective inflicta Rev. Petro Francisco Dalmatio, Præposito terræ Abbatialis S. Benigni Fructuarien. nullius diœcesis, d. d. 3. Aug. An. 1714.

JOannes Patritius Archiepiscopus Seleuciæ Sanctissimi Domini nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & quorumcunque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter à sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino, &c.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Casparis Turchi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod cum Felicianus Saudinus, Fiscalis pro Reverenda Camera Apostolica in Terra Abbatiali Sancti Benigni Fructuarien. Nullius Diœcesis, eadem Abbatia vacante, extaret in confugio Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Crucis ejusdem Terræ ob timorem violentiarum, quas inferre soliti erant Ministri Potestatis Laicæ & Cameræ computorum Taurini, licet nulla penitus authoritate suffulti, & præcise sub die 27. Aprilis proxime præteriti cum circa horam decimam septimam egressus fuisset de dicta Ecclesia, & prope, ac ante illam in Plateola alloqueretur cum Rev. Præposito Petro Francisco Dalmatio, qui pariter de Domo Parochiali contigua eo tunc exierat & cum aliis ejusdem Loci Incolis, idem Saudinus cum ex improviso sibi proximum vidisset Dominicum Rufina Satellitem, illico versus dictam Ecclesiam convolavit, fuit tamen prope ejusdem scholas apprehensus, & ad invicem colluctando, idem Felicianus prævaluit secum trahendo dictum Dominicum Birruarium ad scholas Ecclesiæ, dumque primum earumdem gradum præfatus Saudinus teneret, & de manibus dicti Dominici penitus tentaret se eximere, supervenit alter Birruarius nuncupat. il Zoppo in adjutorium Socii, & aggrediendo, ac insimul amplectendo eumdem Felicianum de loco immuni, & primo Ecclesiæ gradu, in quo insistebat, abduxerunt. Dum hæ patrarentur in præjudicium Immunitatis Ecclesiasticæ, & Rev. Dalmatius prædictus admoneret adstantes, ut essent ad testificandum parati super violenta extractione prædicta, Dominicus Gamarra Brunettus, prætensus Fiscalis Localis pro præfata Camera computorum, qui prædictæ carcerationi præsidebat, & Satellitibus adstabat, ægre ferens dictum Reverendum Præpositum Testes advocavisse pro Ecclesiæ Immunitate, in eumdem irruit, dicens: Retirati Prevostæ: quibus verbis prolatis, impugnato stylo ferreo, seu alio cultro, quem præ manibus gerebat, tria in dictum Præpositum injecit vulnera, unum superficiale super mandibula superiori cum membranarum læsione, alterum super mandibula inferiori penetrans, usque ad

os

Digitized by Google

os ex parte ſiniſtra cum magna ſanguinis effuſione, & alterum in digito medio manus ſiniſtræ cum parva læſione; Quibus patratis ſceleribus dictus Reverendus Præpoſitus ſic vulneratus, & ſanguinem effundens domum translatus fuit, & dictus Felicianus ad carceres adductus in grave eorumdem Reverendi Præpoſiti Petri Franciſci Dalmatii, & Feliciani Saudini damnum, & præjudicium, ac Immunitatis Eccleſiaſticæ vilipendium tam conjunctim, quam diviſim, & alias omni &c. ſingula ſingulis congruè referendo, ita ut utile per inutile non vitietur, nec e contra, nonſolum &c. ſed & omni &c. ſuper quibus &c. pœnas propterea, ac Cenſuras in Sacris Canonibus contentas damnabiliter incurrendo, et quamvis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum tanquam adverſus notorium Clerici percuſſorem a Reveren. Domino Canonico Carolo Antonio Gamarra Vicario Abbatiali pro Sede, et Camera Apoſtolica in dicta Abbatia deputato relaxatæ fuerint Cenſuræ, et affixi Cedulones: Nihilominus, cum præter vulnerationem dicti Reverendi Præpoſiti Dalmatii perturbaverit una cum dictis duobus Birruariis Jurisdictionem Sedis, et Cameræ Apoſtolicæ in dicta Abbatia; Fuimus propterea pro parte ſupradicti Illuſtriſſimi D. Gaſparí Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, et Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter, et debite requiſiti, quatenus firmis remanentibus Cenſuris, ut ſupra, a prædicto Rev. Vicario Abbatiali fulminatis adverſus dictum Dominicum Gamarram Brunettum, ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, Monitorium ad Partes ad perſonaliter, vel legitime comparendum ſibi decernere, et concedere dignaremur; Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam juſte annuentes Vobis omnibus et ſingulis ſupradictis, ac Veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, et in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, et receptis præſentibus, et poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter Veſtrum requiſitus fuerit ex parte noſtra, imo verius Apoſtolica authoritate ſupra nominatos Satellites Dominicum Rufina et N. nuncupatum il Zoppo, et Dominicum Gamarra Brunettum, prætenſum Fiſcalem localem Cameræ computorum moneatis, citetis, et requiratis, ac moneri, et requiri faciatis, eisdemque, et cuilibet ipſorum præcipiatis, et mandetis, primo, ſecundo, et tertio, et peremptorie, prout Nos eosdem harum ſerie monemus, citamus, & requirimus, eisdemque & eorum cuilibet præcipimus, & mandamus per præſentes quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ perſonaliter, vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam, quare non debeant ipſi, & eorum quilibet in cenſuras, & pœnas in Sacris Conſtitutionibus Apoſtolicis contentas incidiſſe & incuriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascunque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari, & reſpective non debeant condemnari ad damna, expenſas, & intereſſe, & ſuper præmiſſis cum D. Illuſtriſſimo D. Commiſſario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit Juri ſtetiſſe, deque eorum innocentia, ſi quæ ſit, legitime docuiſſe, præſentique noſtro Monitorio omnino paruiſſe.

Certificantes eosdem ſic monitos, requiſitos, & citatos, & eorum quemlibet, quod ſi in prædicti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, ſeu comparitionem diſtulerint, Nos nihilominus ad ulteriora Juris & facti remedia, & ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum uſque ad ſententiam, illiusque executionem incluſive, prout Juris fuerit, per contradictas, per Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum delicta prædicta patrata fuerint in Jurisdictione & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria ſit violenta occupatio Jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, & propterea pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus, volumus, & authoritate noſtra decernimus idem noſtrum Monitorium contra omnes ſupra nominatos exequi mediante affixione, & dimiſſione ejusdem Copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Eccleſiarum, Terrarum, & Locorum Abbatialium Sancti Benigni, quo ſic exequuto & in actis infra ſcripti noſtri Secretarii legitime reproducto, ita eosdem monitos, & eorum ſingulos arctare, & adſtringere perinde valeat, ac ſi perſonaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obſtantibus. In quorum fidem, &c. Datum Romæ in Magna Curia Innocentiana hac die tertia Auguſti 1714.

Joannes Archiepiſcopus Seleuciæ Theſaurarius Gen. & ſpecialiter Delegatus.

Joannes Antonius Tartaglia Reverendæ Cameræ Apoſt. Secretarius.

Digitized by Google

Die 17. Maji 1715. Elapſis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque ſervatis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, lata, & publicata fuit contra præfatos Citatos Contumaces Sententia declaratoria incurſus in omnes & ſingulas Cenſuras, ac pœnas in eodem Monitorio contenras, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata, typis impreſſa, & conſuetis locis urbis palam affixa fuit publica Schedula - Ceduloni - nucupata, qua univerſis Chriſti fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi & in eventum mortis privati Eccleſiaſtica ſepultura illi omnes, et ſinguli, contra quos præfata ſententia lata fuit.

CXXXV.

Renovatio præcepti injuncti Communitati & hominibus Ciſternæ, ne Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis recognoſcere audeant in ſupremum Dominum dicti caſtri, nec illi ullum ſubjectionis actum præſtare, vel aliquam contributionem perſolvere, in præjudicium alti, directi & ſupremi dominii ſuper eodem caſtro ad ſedem apoſtolicam & ſummum Romanum Pontificem pertinentis, d. d. 23. Maii, An. 1716.

Joannes Baptiſta Spinula Presbyter Cardinalis S. Cæſarei, S. R. E. Camerarius.

UNiverſis, & ſingulis Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis D. D. Archiepiſcopis, Epiſcopis, illorumque D. D. Vicariis nec non R. R. D. D. Abbatibus Præpoſitis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac quibusvis aliis Curiarum Eccleſiaſticarum Officialibus, Miniſtris, & Executoribus, illique vel illis, ac cui ſeu quibus præſentes noſtræ oſtenſæ ſeu alias quomodolibet præſentate fuerint, ſalutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infraſcripta die fuiſſe coram nobis, & in Tribunali noſtro pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Gaſparis Turchi, Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis perſonaliter comparitum, & expoſitum primo loco alias, & ſub die 8. Auguſti 1702. ſeu etc. Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum D. Sylvium de Cavaleriis tunc, R. C. A. prædictæ Commiſſarium Generalem, nobis narraſſe, & expoſuiſſe, quod licet Principatus Ciſternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatus Cortanzæ, & Cortanzerii, illorumque D. D. Vaſſalli, & Habitatores, ac omnia bona in Caſtris, & Territoriis d. d. feudorum poſita & exiſten. ſpectarent ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & ſuper illis, niſi Sancta Sedes, & Summi Pontifices directum, altum, & ſupremum dominium unice haberent, & ob id D. D. dictorum Caſtrorum Feudatarii & illorum Subditi & Habitatores, & reſpective bona, ut ſupra, ſituata, & exiſten. a nullo alio Principe moleſtari poſſint, cum totaliter Jurisdictioni Sanctæ Sedis, & Summorum Pontificum ſubjacerent, attamen usque tunc ad notitiam ejusdem Cameræ Apoſtolicæ deveniſſe Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac illius Celſitudinis Locumtenentes, Miniſtros, & Officiales, quovis nomine nuncupatos, prætendiſſe, & prætendere D. Henrichettam de Trouſa, Principiſſam, & poſſeditricem d. Principatus Ciſternæ ac D. Carolum de Simiana Principem Montaphiæ, ac D. Thomam Roverium, Marchionem Cortanzæ & Cortanzerii, Feudatarios Sanctæ Sedis, ac dd. Feudorum habitatores, & Incolas contra omne Juris debitum, & in Sanctæ Sedis præjudicium vexaſſe, perturbaſſe, & ad contribuendum taxas coegiſſe, & bona in eisdem Feudis poſita & exiſtentia gravamine contributionum, & taxarum realium, & perſonalium gravaſſe, & generaliter ita egiſſe, ut dicti Feudatarii Sanctæ Sedis, & dictorum Feudorum Habitatores, & Incolæ ſeſe erga dictum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, tanquam Celſitudinis ſuæ Subditi, & Vaſſalli ſeſe gererent, ut omnibus oneribus, & contributionibus, quibus d. Sereniſſimi Ducis ſubditi ſubjacent, ipſi D. D. Sanctæ Sedis Feudatarii ſubjaceant, & iſta de cauſa, dictum Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. de Cavaleriis tunc dictæ Cameræ Commiſſarium Generalem ad effectum juribus Sanctæ Sedis conſulendi, & conſervandi libera, & immunia, & exempta ab omni onere, & gravamine ipſius Sanctæ Sedis, ac propriorum Feudatariorum, & Vaſſallor. bona, cum hoc eſſet præjudiciale ſupremo, & alto dominio d. Sanctæ Sedis, apud nos petiiſſe & inſtitiſſe, ut aliquod Præceptum a Nobis concederetur contra eosdem Dominos Feudatarios, ac illorum Vaſſallos, ſubditos, & dictorum Caſtrorum Habitatores, ne ſub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis in corpore juris, uſibus Feudorum ac Conſtitutionibus Apoſtolicis contentis, & comminatis auderent, ſeu præſumerent prædictum Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & ſupremum recognoſcere, nec ullum actum recognitionis, & ſubjectionis agere, & contribuere, ſeu alia onera ipſis imponen. perſolvere ac bona omnia inibi exiſten. immunia, & exempta pro Sanctæ Sede conſervare, & a gravaminibus forſan per dictum Sereniſſimum Ducem, illiusque Miniſtros ſuper dd. Feudis, Habitatoribus & bonis quomodolibet inferen. appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, cenſuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis Inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus Præjudiciis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ proteſtari, & ſuper præmiſſis omnia, quæ neceſſaria forent, gerere, concedere & relaxare prout a nobis ſub dicta die 8. Auguſti 1702. per acta quondam Aſtulphi Gallopi, tunc ejusdem Cameræ Apoſtolicæ Secretarii petitum præceptum modo, quo ſupra, conceſſum fuit.

§. 2. Secundarie etiam narratum extitiſſe, quod licet poſt præſentationem prænarrati Præcepti a Nobis, ut ſupra, relaxati, non ſolum D. Princeps Montaphiæ, ac ejusdem loci & Principatus Communi-

Digitized by Google

munitas, Habitatores, & Incolæ omnia in eodem prænarrato Præcepto ipsis injuncta & demandata servare debebant, verum etiam Magistratus Locumtenentes, Collectores, & Exactores taxarum, & alii officiales quocunque nomine nuncupati d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis a molestiis, vexationibus, perturbationibus, & aliis in præjudicium jurisdictionis Sanctæ Sedis, ac illius Feudatariorum Subditorum & Vassallorum inferendis pariter sese abstinere debuissent, & deberent, attamen non solum a die qua dictum nostrum Præceptum præsentatum fuit, verum etiam a die 17. mensis Maij 1707. in qua publicatæ fuerunt literæ Apostolicæ Sanctissimi D. Nostri Domini Clementis Papæ XI. super declaratione nullitatis decretorum, ordinationum, & aliorum gestorum in ditione d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra quam citra montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, & ut melius narratum fuit in eisdem literis, §. Præterea cum ad retundendas graves etc. nec non etiam post earundem literarum Apostolicarum publicationem, quamvis per violentiam, ac præviis protestationibus ab iis factis solutionem Taxarum, aliaque onera involuntarie subierint, & propterea non solum contenta in Præcepto non servarunt, immo illis expresse contravenerunt, incurrendo pœnas mihi comminatas tam contra d. D. Principem Cisternæ quam etiam contra d. D. Principem Montaphiæ, & d. d. Vassallos, ne sub gravioribus pœnis audeant assentiri impositionibus, novisque gravaminibus forsan per d. Serenissimum Ducem Sabaudiæ, illiusque Ministros imponen., prout latius constat ex eisdem Præceptis a Nobis sub diebus 24. Julii & 7. Augusti 1711. per acta d. quondam Astulphi Galloppi expeditis, ad quæ etc.

§. 3. Expositum quoque tertio loco per prædictum Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Gasparem Turchum post hæc ad ejus notitiam devenisse, etiam Communitatem, Homines, & Habitatores Castri Curtanzoni in Comitatu Astensi existen. sub eodem alto, & supremo Dominio Sanctæ Sedis fuisse de mandato ejusdem Serenissimi Ducis Sabaudiæ, illiusque Ministrorum, eandem Communitatem, Homines, & Vassallos variis modis gravatos, & coactos fuisse ad Solutionem taxarum, Hospitationem militum, mensurationes eorum Territorii, aliorumque gravaminum in præjudicium Jurisdictionis, & supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis & propterea renovationem ejusdem Præcepti etiam contra prædictas Communitates, Homines & Habitatores Castri Curtanzonii a Nobis petiisse illamque jure sic suadente obtinuisse, prout ex hujusmodi renovatione expedita per eadem acta Golloppi, sub die 17. Octobris 1711. ad quæ etc.

§. 4. Novissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi D. Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Cisternæ sub eodem alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores non solum variis modis gravatos, & coactos fuisse ad solutionem Taxæ nuncupatæ del Tasso del Sale per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejusque Ministros, & Officiales annuatim prætensæ in scutis centum duobus auri, demandando sub prætextu solutionis annuæ recognitionis, per dictam Communitatem Cisternæ usque & sub die 9. Octobris 1681. in dupplis viginti octo monetæ Hispaniarum, ex causa libertatis commercii, & transitus victualium in vim Instrumenti concordiæ cum Civitate Taurinen. sive ejus Advocato Patrimoniali Fiscali generali, carcerationem Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Mò habitatorum Cisternæ sequutam in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 16. & 20. Martii proxime præteriti, pro quorum excarceratione coactam fuisse d. Communitatem Cisternæ persolvere in manibus Domini Aymi Ferrerii Consiliarii, & Thesaurarii Generalis d. Serenissimi Domini Ducis Sabaudiæ libras bismille, & quingentas argenti, quæ licet per eamdem Communitatem solutæ fuerint, ex causa libertatis commercii ejus Grasciarum, & in vim enunciati Instrumenti Concordiæ, ut supra stipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus prædictus D. Aymus Ferrerius, Thesaurarius Generalis quietantiam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso facere voluit, reluctantibus licet, & dissentientibus prædicta Communitate, & Hominibus: verum etiam Deputatis, & Officialibus ejusdem Communitatis Cisternæ fuisse per dictum Thesaurarium Generalem, aliosque Ministros d. Serenissimi Ducis Sabaudiæ injunctum Præceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos supplicem libellum pro obedientia compositione a d. Serenissimo Duce super solutione annua d. Datii del Tasso exhibere debeant, Et licet Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Cisternæ in eorum publico Concilio ad hoc specialiter celebrato sub die 8. Aprilis proxime prætriti protestati fuerint, de nullitate gestorum per dd. Ministros d. Serenis. D. Ducis Sabaudiæ tam circa carcerationem dd. Michaelis Angeli Barochi, & Philippi Mò, quam circa prætensam solutionem coacte factam, & per dictum Thesaurarium Generalem receptam in computum supradicti prætensi Datii del Tasso, & non in causam d. transactionis, & concordiæ, ut supra, inita, cum Communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo dominio Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio Principe molestari possint, minusque taxas, pedagia & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. protestationibus ut supra emissis & per dictum Illustrissimum Dominum Comissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis, ad quæ etc. nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi d. Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem anredicti Præcepti etiam contra prædictos Communitatem Homines, & Habitatores Cisternæ concedere ac renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a d. Illustrissimo D. Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per præsentes.

Digitized by Google

§. 5. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Divina providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, & authoritate nostri Camerariatus Officii inhærentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suæ super dd. nullitate actorum, & censuris d. die 17. Maii 1707. publicatis, tenore præsentium, & in virtute Sanctæ Obedientiæ Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, ac cui, seu quibus præsentes nostræ ostensæ, seu præsentate fuerint, committimus, & stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immo verius Apostolica authoritate, sub excommunicationis, & interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipso facto & ipso jure incurren. debeatis, & quilibet vestrum debeat prædictos Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores d. loci Cisternæ, ac ejusdem Communitatis publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci, denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & præceptasse, prout nos etiam in virtute Sanctæ obedientiæ, & de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato Communitatem prædictam, ejusque ministros d. loci Cisternæ Incolas, & alios in exequutione præsentium nominam. & cognominan. præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub d. loci illiusque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore juris, & usibus Feudorum ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat seu præsumat prædictum Serenissimum D. Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis illiusque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, minusque contributiones, ac alia onera, & signanter supradictum datium del Tasso ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, minusque compositionem aliquam super solutione d. datii del Tasso a d. Serenissimo D. Duce, ejusque Officialibus, & Ministris petere, seu impetrare, aut petri seu impetrari facere, immo eamdem Communitatem ejusque Ministros, aliosque in exequutione præsentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dd. pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum locum Cisternæ illiusque Incolas, habitatores, ac bona omnia inibi existen. immunes, & immunia, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum D. Ducem illiusque DD. Ministros super de Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, & reclamare, & eisdem & quibus opus fuerit censuras contra turbantes dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, ac notificare, ac denique de nullitate, ac de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria fuerint, gerere, & exequutioni demandare ut jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum etc. sed & omni etc. In quorum fidem, etc. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 23. Maii 1716.

Jo. Baptista Card. Camerarius.

Dominicus Antonius Gallosius, etc.

CXXXVI.

Renovatio consimilis præcepti, alias injuncti Communitati & hominibus Cortanzæ & declaratio nullitatis cujusdam memorialis sub nomine dictæ Communitatis præsentati Serenissimo Domino Duci Sabaudiæ, d.d. 23. Maji An. 1716.

Joannes Baptista, &c.

Omittitur narrativa, quæ eadem est ac relata in proxime enunciato Præcepto.

§. 1.

NOvissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi Domini Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem, Cortanzæ Astens. Diœcesis sub eodem alto Dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines, & Habitatores iterum variis modis gravari, & cogi ad solutionem taxæ nuncupatæ del tasso del sale per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, ejusque Ministros, & Officiales annuatim pretensi, demandandi dicta de causa carcerationem Josephi Vayni de dicto loco Cortanzæ sequutam in dicta Civitate Taurien. sub die ultima mensis Martii proxime præteriti. Et licet Communitas, Homines, & Habitatores dicti loci Cortanzæ in eorum publico Consilio ad hoc specialiter celebrato sub die 6. Aprilis proxime præteriti protestati fuerint de nullitate tam carcerationis, dicti Josephi Vayni, nulliter & in spretum alti, & supremi Dominii Sedis Apostolicæ sequutæ, quam etiam omnium gestorum per Ministros dicti Serenissimi Domini Principis Sabaudiæ, ac prætensionis circa dictam solutionem prædicti datii del Tasso: cum communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo Dominio dictæ Sanctæ Sedis Apostolicæ & propterea a nullo alio Principe molestari possint, prout ex dictis protestationibus, ut supra, emissis, & per dictum Illustrissimum Dominum Commissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis; & quæ &c. Nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchii, dictæ Rev. Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti, etiam contra dictam Communitatem, Homines & Habitatores Cortanzæ concedere, ac renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem, a dicto Illustr. Domino Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis esse justam, omni, rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien. & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus & omnino servari mandamus per præsentes.

§. 2. Qui

Digitized by Google

§. 2. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri D. Clementis Divina providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus Officii inhærentes, ut supra narratis litteris Apostolicis Sanctitatis Suæ superdictis nullitate actorum, & censuris d. die 17. Maji 1707. publicatis, tenore præsentium, & in virtute Sanctæ obedientiæ vobis omnibus, & singulis supra dictis, & vestrum cuilibet, in solidum, ac cui, seu quibus præsentes nostræ ostensæ, seu præsentatæ fuerint, committimus, & stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, imo verius Apostolica auctoritate, sub excommunicationis, & interdicti, ac aliis arbitrio sanctitatis suæ pœnis ipso facto, & ipso Jure incurren. debeatis & quilibet vestrum debeat prædictos communitatem, Homines, Incolas & Habitatores d. loci Cortanzæ, ac ejusdem communitatis publicos Repræsentantes. Ministros & officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci denuo, & prout etiam alias factum fuit monuisse & præceptasse prout nos etiam in virtute Sanctæ obedientiæ, & de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato prædictam ejusque Ministros d. loci Cortanzæ, Incolas & alios in executione præsentium nominan. & cognominan. præceptamus, monemus & interpellamus, ac præceptari, moneri & interpellari mandamus ne sub d. loci illiusque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, ac aliis pœnis, in corpore Juris & usibus Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Serenissimum D. Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis & subjectionis agere, minusque contributiones, & alia onera, & signanter supradictam taxam del Tasso ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, immo eandem Communitatem, ejusque Ministros aliosque in executione præsentium nominandos, monemus, ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum locum Cortanzæ, illiusque Incolas, Habitatores, ac bona omnia inibi existen. immunes, & immunia, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, ac exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum D. Ducem illiusque DD. Ministros superdicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, & reclamare ac eisdem & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, & notificare, ac denique de nullitate, ac de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria fuerint, gerere & exequutioni demandare ut Jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta & immunia penitus, & omnino remaneant, non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camera Apostolica die 23. Maji 1716.

Jo. Baptista Spinula Card. Camer.
Dominus Antonius Gallosius &c.

CXXXVII.

Renovatio confirmatis præcepti alias injuncti Communitati & hominibus Montaphiæ &c. d.d. 23. Maji An. 1716.

Jo. Baptista &c.

Omittitur narrativa, quæ eadem est, ac illa relata in supra enunciato Præcepto.

Novissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi Domini Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Montaphiæ sub eodem alto Domino Sanctæ Sedis ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores iterum variis modis per dictum Serenissimum D. Ducem, ejusque Ministros, & officiales gravari, & cogi ad solutionem taxæ nuncupat. del tasso sussidio, e dritto d'ordini in summa librarum sex millium centum triginta duarum ad annum 1715. prætensæ, & ulterius, ut dicitur, di sacchi quarantaquattro coppi quattro, e nove cuchiari frumenti, pariter pro d. tempore prætensorum demandando dicta de causa carcerationes Joannis Antonii Cartesi, Chirurgi ejusdem loci, & Bartholomei Franciscì Miglini, dicti loci Notarii sequutus in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 27. Martii & 9. Aprilis proxime præteritorum; Ac etiam similiter ad ejus notitiam devenisse annis retro elapsis coacte, & in præjudicium alti & supremi Dominii d. Sanctæ Sedis fuisse per dictam Communitatem Montaphiæ præsentatum quoddam memoriale, seu supplicem libellum eidem Serenissimo Domino Duci Sabaudiæ super compositione ex causa prædictæ taxæ del tasso, aliorumque onerum nulliter, & indebite, ac in præjudicium dicti alti, & supremi Dominii Sanctæ Sedis, ut supra prætensorum. Et licet Communitas, Homines & Habitatores, d. loci Montaphiæ in eorum publico Consilio ad hoc specialiter celebrato sub die 14. Aprilis proxime præteriti protestati fuerint, de nullitate tam carcerationum dd. Joannis Antonii Cartesii, & Bartholomei Franciscì Miglini, nulliter, & in spretum d. alti & supremi Dominii Sanctæ Sedis sequutam, quam etiam omnium gestorum per Ministros d. Serenissimi D. Principis Sabaudiæ ac prætensionis circa dictam solutionem prædictor. Datiorum, cum Communitas prædicta, ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo Dominio ejusdem Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio principe molestari possint, prout ex dictis protestationibus, ut supra emissis, & per dictum Illustrissimum D. Commissarium Cameræ in actis infrascripti Secretarii sub inscripta die productis, ad quæ &c. Nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi & Reverendissimi D. Commissarii Generalis requisiti, quatenus non solum renovationem antedicti Præcepti etiam contra dictam Communitatem, Homines, & Habitatores

Montaphiæ concedere, ac renovare, verum etiam dictum memoriale, seu supplicem libellum, ut prætenditur dicto Serenissimo Domino Duci Sabaudiæ, super compositione ex causa prædictæ prætensæ taxæ del Tasso, aliorumque onerum, licet coacte, ac nulliter, & indebite per dictam Communitatem Montaphiæ, ejusque Officiales, & Ministros præsentatum, annullare, ac nullum, & invalidum, ac nullos, & invalidos, nulliusque roboris, & momenti, tanquam in præjudicium dicti alti, & supremi Dominii Sanctæ Sedis præsentat. declarare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illustrissimo Domino Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi Jurisdictionem, & supremum Dominium Sanctæ Sedis esse justam, & omni rationi consonam, non solum renovationem prædicti Præcepti facien. & uti infra, concedendam fore, & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus; Verum etiam memoriale, seu supplicem libellum prædictum, ut prætenditur d. Serenissimo Duci præsentatum annullandum fore, & esse similiter duximus.

§. 2. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis. Divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus Officii inhærentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suæ super dd. nullitate actorum, & censuris d. die 17. Maji 1707. publicatis, ac nullum, & invalidum, ac nullos, & invalidos, nulliusque roboris, & momenti, per præsentes declarantes Memoriale, seu supplicem libellum prædictum ut prætenditur, dicto Serenissimo D. Duci Sabaudiæ per dictam Communitatem, & Officiales Montaphiæ super dicta compositione causæ prædictæ prætensæ taxæ del tasso, aliorumque onerum, licet coacte ac nulliter, & indebite, ac in præjudicium alti & Supremi Dominii d. Sanctæ Sedis Apostolicæ præsentatum, ita ut actus hujusmodi præsentationis, minusque illius admissio, quatenus adsit, minime Communitatem prædictam ejusque Homines particulares, & Habitatores afficiat & afficere possit, & non alias tenore præsentium, & in virtute Sanctæ obedientiæ, vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, ac cui, seu quibus præsentes nostræ ostensæ seu præsentate fuerint, committimus, & stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra immo verius Apostolica auctoritate, sub excommunicationis, & interdicti, & aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipso facto, & ipso jure incurren. debeatis, & quilibet vestrum debeat prædictam Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores Montaphiæ ac ejusdem Communitatis publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum litterarum ad valvas majoris Ecclesiæ d. loci denuo, & prout etiam alias factum fuit, monuisse, & præceptasse, prout nos etiam in virtute sanctæ obedientiæ, ac de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato Communitatem prædictam, ejusque Ministros d. loci Montaphiæ Incolas, & alios in exequutione præsentium nominan. & cognominan. præceptamus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti loci, illiusque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis in corpore Juris, & usibus, Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis, audeat, seu præsumat prædictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis illiusque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, minusque contributiones & alia onera, ac signanter supra expressa ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, immo eamdem Communitatem ejusque Ministros, aliosque in exequutione præsentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus, ut dictum locum Montaphiæ, illiusque Incolas, Habitatores, ac bona omnia inibi existen. immunes, & immunia, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare & reclamare, ac eisdem & quibus opus fuerit censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate ac de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia, quæ necessaria fuerint, gerere, & exequutioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illæsa, intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 23. Maji 1716.

Jo. Baptista Spinula Card. Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius &c.

CXXXIIX.

Renovatio præcepti, alias injuncti Communitati & hominibus Cortanzoni Astens. Diœcesis, d. d. 23. Maji An. 1716.

Joannes Baptista, &c.

Omittitur narrativa; quæ consimilis est alteri de de qua supra.

NOvissime vero ad notitiam ejusdem Illustrissimi Domini Commissarii Cameræ devenisse etiam prædictam Communitatem Cortanzoni Astensis Diœcesis sub eodem alto Dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines & Habitatores variis modis gravari, & cogi ad solutionem taxarum, aliorumque Gravaminum medi-

Digitized by Google

mediante assignatione Bellvarum coacte obtenta per dictum Serenissimum D. Ducem Sabaudiæ, mediantibus ejus officialibus, & Ministris in præjudicium Jurisdictionis, & supremi Dominii ejusdem Sanctæ Sedis. Et licet Communitas, Homines, & Habitatores dicti loci Cortanzoni in eorum publico Consilio ad hoc specialiter celebrato protestati fuerint de nullitate omnium gestorum, & agendorum per Ministros, & Officiales dicti Serenissimi D. Ducis Sabaudiæ, cum Communitas prædicta ejusque Habitatores, & Incolæ existant sub alto, & supremo Dominio dictæ Sedis Apostolicæ, & propterea a nullo alio principe molestari possint; Nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi & Reverendissimi Domini Gasparis Turchii dictæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus Renovationem antedicti Præcepti etiam contra dd. Communitatem, Homines & Habitatores, Cortanzoni concedere, & renovare velle dignaremur. Nos itaque attendentes petitionem a dicto Illustrissimo Domino Commissario Cameræ factam, ad effectum tuendi Jurisdictionem, & Supremum Dominium Sanctæ Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem prædicti Præcepti facien., & ut infra concedendam fore & esse duximus, prout de præsenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per præsentes.

§. 2. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis divina Providentia Papæ XI. vivæ vocis oraculo Nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus officii inhærentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suæ super dd. nullitate actorum & censuris dicta die 17. Maji 1707. publicatis, tenore præsentium, & in virtute sanctæ obedientiæ vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, ac cui seu quibus præsentes nostræ ostensæ, seu præsentatæ fuerint, committimus, & stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immo verius Apostolica Auctoritate, sub excommunicationis, & interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suæ pœnis ipso facto & ipso Jure incurren., debeatis, & quilibet vestrum debeat prædictam Communitatem, Homines, Incolas & Habitatores dicti loci Cortanzoni, ac ejusdem Communitatis publicos Repræsentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum Personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem præsentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci denuo, & prout etiam alias factum fuit monuisse & præceptasse, prout Vos etiam in virtute sanctæ obedientiæ & de Sanctitatis Suæ ordine, & mandato Communitatem prædictam, ejusque Ministros dicti loci Cortanzoni Incolas, & alios in exequutione præsentium nominan. & cognominan. præceptamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub dicti loci, illiusque membrorum, & pertinentiarum quarumque devolutionis, ac aliis pœnis in corpore Juris, & usibus Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, minusque contributiones & alia onera ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, immo eamdem Communitatem, ejusque Ministros, aliosque in exequutione præsentium nominandos monemus ac eisdem sub jam dictis pœnis modo prædicto præcipimus, & mandamus ut dictum locum Cortanzoni, illiusque Incolas, Habitatores ac bona omnia inibi existen. immunes & immunia, liberos, & libera ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem, illiusque Dominos Ministros, super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contraturbantes dominia Sanctæ Sedis inflictas intimare, ac notificare, & denique de nullitate, & de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super præmissis omnia quæ necessaria fuerint, gerere, & exequutioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illæsa intacta, & immunia penitus, & omnino remaneant non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camera Apostolica hac die 23. Maji 1716.

Jo Baptista Spinula Card. Camerarius.

Dominicus Antonius Gallosius, R. C. A. Secretarius & Cancellarius.

CXXXIX.

Monitorium expeditum contra Petrum Chio, seu Ghilio, & Quiricum Antonium Testam propterea, quod a laicali potestate Taurinensi conducere ausi fuerint Terras atque proventus Abbatiæ S. Benigni Fructuarienſ. ab ipsamet laicali potestate temere usurpatos, in grave praejudicium & maximum contemptum Jurium & jurisdictionis S. Sedis Apostolicae, d. d. 22. Jun. An. 1716.

JOannes Tituli Sanctorum quatuor Coronatorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Patritius, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apostolicæ Pro-Thesaurarius Generalis, & quorumcunque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Pro-Collector Generalis, & specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Delegatus.

Universis, & singulis R. R. Dominis Abbatibus

bus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Dom.

Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi Domini Casparis Turchi, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis, expositum, & deductum, quod usurpata a Laicali Potestate Taurinensi temporali Jurisdictione ac administratione Bonorum Ecclesiasticorum vacantis Abbatiæ Sancti Benigni, eorumque fructuum atque proventuum exactione, pluribusque enormibus attentatis ab ejusdem Laicalis Potestatis Ministris inique patratis in grave præjudicium, & maximum contemptum Jurium, ac Jurisdictionis Apostolicæ Sedis, ut late aliis nostris monitoriis Literis editis die 6. Octobris anni 1711. seu &c. commemoratum fuit, ad quas &c. illorum partes quoque sequuti fuerunt Petrus Chio seu Ghilio, & Quiricus Antonius Testa, qui falso putantes utile sibi esse alterius incommodo eorum commodum augere, Terras ejusdem Abbatiæ Sancti Benigni a prædicta Laicali Potestate conduxerunt, illarumque proventus ex avidæ mentis impetu sibi usurparunt, & ad huc pari iniquitate sibi usurpant, non formidata excommunicationis sententia contra hujusmodi Usurpatores per Sacros Canones, atque Apostolicas Constitutiones lata, prædicta omnia & singula temere, & dolose committentes, rebusque aliis, prout ex processu, & actis causæ ad quæ &c. pœnas propterea, ac censuras in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Cœnæ domini quotannis legi, & publicari solita damnabiliter incurrendo. Quocirca fuimus pro parte, & ad instantiam supradicti Illustrissimi Domini Casparis Turchi Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis instanter, & debite requisiti, quatenus sibi in præmissis de opportuno juris remedio providere Monitoriumque ad Partes ad personaliter, vel legitime comparendum sibi decernere, & concedere dignaremur. Nos itaque petitioni hujusmodi, tanquam justæ, annuentes, Vobis omnibus, & singulis supradictis, & Vestrum cuilibet in solidum tenore, præsentium committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, & receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum requisitus fuerit ex Parte nostra, imo vero Apostolica auctoritate supradictos Petrum Ghio seu Ghilio & Quiricum Antonium Testa, momoneatis, citetis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, eisdemque, & cuilibet ipsorum præcipiatis, & mandetis, prout Nos eosdem harum serie citamus, monemus, & requirimus, eisdemque, & cuilibet eorum præcipimus, & mandamus per præsentes primo secundo, & tertio peremptorio termino, quatenus, infra quadraginta quinque dierum spatium ab exequutione præsentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro secundo & alios quindecim pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trina Canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipsorum, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere, ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeant ipsi, & eorum quilibet in omnes, & singulas censuras & poenas in Sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Coenæ Domini quotannis legi, et publicari solita contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse, & incurrisse declarari, & contra eos, & illorum quemlibet Literas declaratorias quascunque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, & respective ipsi non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super præmissis cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis, cum quibus opus fuerit, Juri stetisse deque eorum Innocentia, si quæ sit, legitime docuisse præsentique nostro Monitorio omnino paruisse. Certificantes eosdem Petrum Ghio, seu Ghilio, & Quiricum Antonium Testa sic monitos, requisitos, citatos, & eorum quemlibet, quod si in præsenti Monitorii termino non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, seu comparitionem distulerint, vel distulerit, Nos nihilominus ad ulteriora Juris, & facti remedia, & ad declarationem incursus poenarum prædictarum usque ad sententiam, illiusque exequutionem inclusive, prout Juris fuerit per contradictas, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, & aliis quibuscumque non obstantibus; Et cum excessus prædicti patrati fuerint in Jurisdictione, & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria sit violenta occupatio Jurisdictionis Sedis & Cameræ Apostolicæ, nihilominus ad supererogationem ex pluribus etiam Testium depositionibus omnia comprobata remaneant. Cumque pro præsenti nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & auctoritate nostra decernimus idem nostrum Monitorium contra omnes supranominatos exequi mediante affixione, ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Ecclesiarum Terratum, & Locorum Abbatialium sancti Benigni, quo fic exequuto, & in actis infrascripti nostri Secretarii legitime reproducto, ita eosdem monitos, & eorum, singulos arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana, Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo sexto, Indictione 9. die

vero

Digitized by Google

vero 22. menſis Junii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri, Domini Clementis, divina Providentia Papæ XI. Anno decimoſexto.

Joannes Cardinalis Patritius, Pro-Theſaurarius, & ſpecialiter Delegatus.

Joannes Antonius Tartaglia, Cameræ Apoſtolicæ Secretarius.

Die 22. Septembris 1716. elapſis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque ſervatis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis lata, & publicata fuit contra præfatos citatos contumaces Sententia declaratoria incurſus in omnes, & ſingulas Cenſuras, ac poenas in eodem Monitorio contentas & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata typis impreſſa, & conſuetis locis Urbis palam affixa fuit publica Schedula-Cedoloni-nuncupata, qua univerſis Chriſti fidelibus denunciati fuerunt excommunicati vitandi ac in eventum mortis privati Eccleſiaſtica Sepultura iidem, contra quos præfata Sententia lata fuit.

CXL.

Monitorium expeditum, quo prævia declaratione nullitatis omnium geſtorum & gerendorum a Doctore Victore Amadeo Trona, Taurinenſi aſſerto Judice a laicali poteſtate perperam deputato ad temporalem Jurisdictionem vacantis Abbatiæ S. Benigni, ipſe Trona citatur ad comparendum & allegandum cauſam, quare declarari non debeat excommunicatus, d. d. 29. Sept. An. 1716.

JOannes Tituli Sanctorum Quatuor Martyrum Coronatorum S. R. E. Presbyter Cardinalis Patritius, Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Pro-Theſaurarius Generalis, & quorumcunque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Eccleſiaſticorum vacantium in tota Italia Pro-Collector Generalis, & ſpecialiter ab eodem Sanctiſſimo Domino noſtro Delegatus.

Univerſis, & ſingulis R R. D D. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis Archidiaconis, Sholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Vice-plebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ Literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino. Noveritis fuiſſe nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad inſtantiam Illuſtriſſimi Domini Caſparis Turchi Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis omni meliori modo Principalis, & prævias probationibus aſſumptis expoſitum & deductum quod nondum a ratione perverſa deſiſtens Laicalis Taurinenſis Poteſtas ad huc uſurpationem Jurisdictionis vacantis Abbatiæ Sancti Benigni, quantumvis per præteritas noſtras monitoriales Literas improbatam, perſequitur, nec intermittit. Iſthæc incepta proinde continuando ſacrilega attentata, ipſis etiam Seculi Legibus execrata, quotidie, quæ in Locis, & Terris præfatæ Abbatiæ ad Apoſtolicæ Sedis jura pertinent, violenter invadit. Hinc Judicis officio dimiſſo ab Advocato Jo. Paulo Blanchiardo olim ſimilibus noſtris Literis monito elegit in ſucceſſorem Doctorem Victorium Amedeum Trona Taurienſem, qui præfatis facultatibus ſibi aulliter, & a non habente poteſtatem collatis utens, temporalem in prædictæ Abbatiæ Locis, & Terris Jurisdictionem ad Apoſtolicam Sedem pertinentem exerceat, ejusque Jura circa præmiſſa ſacrilege, & in contemptum uſurpat, rebusque aliis, prout ex Proceſſu, & actis Cauſæ, ad quæ &c. poenas propterea, ac Cenſuras in Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bulla die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolita contentas damnabiliter incurrendo. Fuimus proinde pro parte, & ad inſtantiam ſupra dicti Illuſtriſſimi Domini Caſparis Turchi Sanctiſſimi Noſtri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarii Generalis inſtanter, & debite requiſiti, quatenus ſibi in præmiſſis de opportuno Juris remedio providere, ad ſententiam ſcilicet declaratoriam nullitatis omnium, & ſingulorum a præfato aſſerto Judice Victorio Amedeo Trona hactenus geſtorum, ac in futurum ab ipſo, ſive aliis quibuscunque ſimilibus Uſurpatoribus inique gerendorum devenire, Literasque Monitorias contra eumdem Victorium Amedeum ad perſonaliter vel legitime comparendum decernere, & concedere dignaremur. Nos itaque petitioni hujusmodi tanquam juſtæ, & rationi conſonæ annuentes, vigore præſentium, nulla, irrita, inania, nulliusque roboris, & momenti juxta Sacrorum Canonum, Conciliorum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum ſtatuta declaramus, ac publice denunciamus omnia & ſingula per dictum aſſertum Judicem uſque nunc de facto, ut præmittitur, geſta, ac in futurum, etiam ab aliis gerenda, Literasque monitorias contra eumdem, ut petitur, decernimus, & relaxamus. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam præſentium vigore fueritis requiſiti, ſeu alter

Digitized by Google

veſtrum requiſitus fuerit, ex parte noſtra immo verius Apoſtolica authoritate ſupradictum Victorium Amedeum Trona moneatis, citetis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis, eidemque præcipiatis, & mandetis, prout nos eumdem harum ſerie citamus, monemus, & requirimus, eique præcipimus & mandamus per præſentes primo, ſecundo, & tertio, peremptorio termino, quatenus infra quadraginta quinque dierum ſpatium ab executione præſentium computandorum, quorum quindecim pro primo, alios quindecim pro ſecundo, & alios quindecim pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac trina Canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeat Romæ coram Nobis perſonaliter vel legitime comparuiſſe, & comparere ad deducendum, & allegandum cauſam quare non debeat in omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas in ſacris Canonibus, Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi & publicari ſolita contentas, inflictas, impoſitas, & comminatas incidiſſe, & incurriſſe declarari, & contra eum literas declaratorias quaſcunque deſuper neceſſarias, & opportunas decerni, & relaxari. Certificantes eumdem Victorium Amedeum Trona ſic monitum, requiſitum, & citatum, quod ſi in præſentis Monitorii termino non comparuerit, ſeu comparere neglexerit, vel diſtulerit, nos nihilominus ad declaratoriam ſententiam incurſus in cenſuras & pœnas prædictas, illiusque executionem incluſive prout Juris fuerit, per Contradictos, vel Edictum publicum procedemus, ejus contumacia vel abſentia, & aliis quibuscumque non obſtantibus. Et cum exceſſus prædicti patrati fuerint, & ſint in Jurisdictione, & Territorio Abbatiali Sancti Benigni, & valde notoria ſit violenta occupatio Jurisdictionis Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, quæ nihilominus ad ſupererogationem comprobata remanet, cumque pro præſenti noſtro Monitorio exequendo tutus non pateat acceſſus ad perſonalem executionem faciendam; propterea volumus, & authoritate noſtra decernimus hoc idem monitorium contra prænominatum Victorium Amedeum Trona per affixionem, & dimiſſionem ejus copiarum ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Sancti Petri in Vaticano, & magnæ Cutiæ Innocentianæ, nec non ad valvas Eccleſiarum Terrarum & Locorum Abbatialium Sancti Benigni exequi. & publicari, quo ſic executo publicato, & in actis infraſcripti noſtri Secretarii legitime reproducto, ita eumdem monitum arctare, & adſtringere perinde valeat, ac ſi perſonaliter, & magis legitime executum foret, contrariis quibuscumque non obſtantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ, ex magna Curia Innocentiana hac die 29. Septembris 1716.

Jo. Cardinalis Patritius Pro-Theſaurarius Generalis, & ſpecialiter Delegatus.

Jo. Antonius Targlia R. C. A. Secr.

Die 10. Aprilis 1717. Elapſis terminis in antedicto Monitorio præfixis, aliisque ſervatis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, lata, & publicata fuit contra præfatum Victorium Amedeum Trona contumacem Sententia declaratoria incurſus in omnes, & ſingulas cenſuras, ac pœnas in eodem Monitorio contentas, & comminatas.

Eademque die decreta, relaxata typis impreſſa, & conſvetis locis Urbis affixa fuit publica Schedula-Cedoloni-nuncupata, qua idem Victorius Amedeus Trona univerſis Chriſtifidelibus denunciatus fuit excommunicatus vitandus, ac in eventum privatus Eccleſiaſtica ſepultura.

CXLI.

Clementis P. P. XI. Declaratio nullitatis cujusdam edicti nomine ſecularis poteſtatis in Ducatu Sabaudiæ & Pedemontii Principatu, ad ſupplicationem patrimonialis generalis dictæ ſecularis poteſtatis editi in præjudicium ſupremi Dominii ad ſedem apoſtolicam in quibusdam locis menſæ Epiſcopalis Aſtenſis privative ſpectantis, cum ipſius Edicti nec non inde ſecutorum & quandocunque ſecuturorum damnatione, revocatione & abolitione, d. d. 20. Octobr. An 1717.

Clemens Papa XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALias ad retundendas graves, & frequentes moleſtias, quas Miniſtri Sæcularis Poteſtatis in Ducatu Sabaudiæ, & principatu Pedemontii Subditis, & Feudatariis hujus Sanctæ Sedis locorum Montafiæ, Ciſternæ, & Cortanſæ, Aſten. Diœceſis, non ſine manifeſto directi & Supremi Dominii ad nos, & eamdem Sedem in prædictis locis unice, & privative ſpectantis præjudicio, jampridem intulerant, novaſque, quas illis inferre minabantur, inſtante tunc exiſtente Commiſſario Generali Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, per Dilectum Filium noſtrum Joannem Baptiſtam S. R. E. Cardinalem Spinulam nuncupatum, ejusdem S. R. E. Camerarium, die VIII. Auguſti MDCCII. expeditum, atque tranſmiſſum, & eorumdem Feudorum Syndicis præſentatum, nec non Feudatariis eo, quo licuit, modo intimatum

Digitized by Google

timatum fuit Monitorium, quo districte prohibebatur, ne alium supremum Dominum praeter Sedem Apostolicam, & Romanam Ecclesiam recognoscere auderent.

Cumque subinde ad Patrimonialis generalis nuncupati dictæ Sæcularis Potestatis requisitionem, mense Septembri ejusdem anni per Cameram, quam vocant, Computorum Ducatus, ac Principatus prædictorum publicatum, & respective intimatum fuisset quoddam Edictum, seu Decretum, quo prævia declaratione nullitatis, & invaliditatis prædicti Monitorii, tam ipsis Feudatariis, qui eatenus Sedem præfatam tanquam Dominum directum, ejusque supremam auctoritatem constanter recognoverant, ipsa etiam Sæculari Potestate id approbante, quam Syndicis Universitatum, atque Vassallis sub gravissimis pœnis præcipiebatur, quod de cætero supremam tantum ejusdem Sæcularis Potestatis, auctoritatem recognoscerent, & ad hujus Edicti publicationem, præfatarum Universitatum Syndicos vi, metuque præfati Ministri compellere tentassent, omnibusque renuentibus, nonnulli in Civitate Astensi deprehensi carceribus mancipati, alii vero, qui ad illam accedere recusaverant, militaribus copiis a dictis Feudis violenter extracti similiter detenti fuissent, morte etiam sclopo illata alteri ex ipsis, qui fuga sibi consulere studuerat; Nos prædictos, aliosque multiplices, ac detestabiles ejusdem Sæcularis Potestatis abusus diutius dissimulare non valentes, præfatum, aliaque plurima Edicta, seu Decreta, Ordinationes, & Mandata, & alia quælibet a Senatibus Magistratibus, Judicibus, Officialibus, aliisve Ministris dictæ Sæcularis Potestatis in præjudicium libertatis, immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, atque auctoritatis Apostolicæ respective quovis modo emanata, & gesta cum omnibus, & singulis inde secutis, & quandocumque secuturis per quasdam nostras in simili forma Brevis literas die XVII. Maii MDCCVII. desuper expeditas, nulla, irrita, invalida, damnata, & reprobata esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore declaravimus, & quatenus opus esset, ea omnia, & singula damnavimus, reprobavimus, revocavimus, annullavimus, abolevimus, & alias, prout in nostris literis supradictis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Ceterùm cùm post earundem nostrarum literarum publicationem adhuc præfati Ministri a vexandis subditis, & Feudatariis, memoratorum locorum minime destitissent, quinimmo prioribus molestiis novas, majoresque in dies adjicientes, non solum prædictos, sed etiam Subditos, & Feudatarios loci de Cortanzerio eidem Sedi pariter subjectos variis etiam contributionibus, aliisque oneribus, non minus injuste, quam temere gravare præsumpsissent, ad hujusmodi intolerabiles ausus reprimendos plura alia successive Monitoria ad tunc pariter existentis Commissarii Generalis dictæ Cameræ Apostolicæ, instantiam ab eodem Joanne Baptista Cardinale, & Camerario die XXIV. Julii, VII. Augusti, & XVII. Octobris M. DCC. XI. ac postremo die XXIII. Maii. M. DCC. XVI. etiam de speciali mandato nostro edita, ac respective intimata fuerunt, quibus innovata Feudatariis, & Subditis præfatorum locorum memorata prohibitione de non recognoscendo alium in supremum Dominum, quam Sedem præfatam, ipsis sub gravium pœnarum comminatione inter alia injungebatur, ne contributiones, aliave onera sibi a dicta Sæculari Potestate imposita, vel imponenda persolvere, seu persolvi facere auderent, aut quoquo modo præsumerent, & alias prout in præfatis Monitoriis, quorum tenores præsentibus pro plene itidem, & sufficienter expressis haberi volumus, plenius continetur.

Cuin autem sicut nuper non sine ingenti animi nostri molestia accepimus, ad ejusdem Patrimonialis generalis supplicationem, sub nomine prædictæ Sæcularis Potestatis prodierit quoddam Præceptum, sive Edictum typis impressum, quod una cum supplicatione hujusmodi non alio quidem, quam illud penitus, & omnino damnandi, & reprobandi animo præsentibus inserendum duximus, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Sacra Real Maestà Rappresenta il Consiglio-re, e Patrimoniale generale di V. M. essersi nel mese scorso pretesi publicare asserti Monitorii sotto nome del Signor Cardinale Spinola nelli Luoghi d' indubitato dominio di V. M. esistenti nel Contado d' Asti Cisterna, Cortanze, Montafia, e Cortozone tendenti, limedemi à rimovere li Sudditi, & habitanti, come pure li Vassalli d' esse Terre dall' obligo che à medemi corre di non riconoscere altri in loro Signore, e Sovrano che V. M. e suoi Reali Successori in data li predetti Monitorii delli XXIII. Maggio scaduto, sotto pretesto che siano sotto l' immediato dominio della Sancta Sede, e ciò in conformità d' altri Monitorii già pretesi di publicare negl' anni MDCCII. MDCCVII. e MDCCXI. e quantunque l'Esponente sia Persvaso essersi già da V. M. sufficientemente provisto in difesa delle indubitate ragioni, che le competono in detti Lugghi, e Feudi tanto in dipendenza di detto Contado, che d' altri titoli irrefragabili oltre l'antico, & indubitato possesso comprovato

da continuati, e ſucceſſive atti poſſeſſorii, come reſta notorio con haver laſſato li Reſcritti Camerali ſotto li 11. Settembre MDCCII. e IX. Maggio MDCCXI. prohibitivi tanto alli Vaſſalli, che Sudditi, & habitanti in eſſi Luoghi d'ubbidire alli detti Monitorii con ſpecifico Precetto à medemi di non dover riconoſcere, ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che ad eſſa V. M. e ſuoi Reali Succeſſori ſotto le pene in eſſi Reſcritti cominate, e come meglio dal contenuto in eſſi ſi vede: Tuttavia, acciò che ſotto preteſte de ſudetti aſſerti nuovi Monitorii quantunque evidentemente invalidi, nulli, abuſivi, orrepiti, e ſurrepiti niſſuno de ſudetti Vaſſalli, Sudditi, & habitanti habbia l'ardire di declinare dall'obligo loro Vaſſallitio, e ſuddital verſo V. M. e far coſa pregiudiciale al Servitio della medema, ha penſato per ogni maggior precautione haver raccorſo da Voſtrà Sacra Real Maeſtà ſupplicandola humilimente degnarſi di dichiarare, come ne' precedenti Reſtitti ſovra riferitti del MDCCII. e MDCCXI. non haver potuto, ne potere li ſuddetti aſſerti Monitorii, e qualunque altra proviſione di conſimil natura, come nulli, ſurrepiti, & orrepiti, invalidi, inſuſſiſtenti, & evidentemente abuſivi recar verun pregiudicio alle ſuddette ragioni, & eſercitio, dell'alto Dominio, e Sovranità di V. M. meno indurre alcun obligo di non dover riconoſcere in eſſi Feudi, e loro Territorio, ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore che V. M. e ſuoi Succeſſori ſotto gravi, e graviſſime pene etiandio corporali da incorrerſi irremiſſibilmente da Tranſgreſſori; Dichiarando l'eſecutione da farſi in perſona de reſpettivi Vaſſalli, ò Domeſtici loro e per publicatione, & aſſiſſione di copia alli Albi Pretorii della Città d'Aſti, e di detti Luoghi valere, e che alla copia ſtampata dal Stampatore di V. M. ſi debba preſtar tanta fede, come al proprio originale, il che &c. Il Patrimoniale generale di V. M. Vittorio Amedeo per grazia di Dio Rè di Sicilia, Geruſaleme, e di Cipro &c. Duca di Savoja, e Monferrato &c. Principe di Piemonte &c. Veduta nella Camera noſtra de Conti l'alligata ſupplica ſottoſcritta dal Patrimoniale noſtro generale con li precedenti Reſtitti ivi riferiti, & deſignati; Et il tenor de tutto ben conſiderato: Per le preſenti col parer, & participazione d'eſſa Camera dichiariamo, come in detti precedenti Reſcritti del MDCCII. e MDCCXI. non haver potuto, ne potere li aſſerti Monitorii, di cui ſi trata, e qvalunque altra proviſione di conſimil natura, come nulli, ſurrepiti, orrepiti, invalidi, inſuſſiſtenti, & evidentemente abuſivi recar verun pregiudicio alle ragioni, & eſercizio dall'alto Dominio: e Sovranità noſtri, meno indurre alcun obligo alli Vaſſalli, Sudditi de Luoghi narrati d'ubbidire alli, precetti portati da ſudetti Monitorii; Anzi facciamo poſitivo precetto à medeſimi di non dover riconoſcere in qvei Feudi, e loro Territorio, ne ubbidire ad altri in qualità di Sovrano Signore, che à Noi, e noſtri Reali Succeſſori ſotto gravi, e graviſſime pene etiandio corporali da incorrerſi irremiſſibilmente da Tranſgreſſori: Dichiarando l'eſecuzione di qveſte da farſi al modo ſupplicato valere, & che alla copia ſtampata dal Stampator noſtro ſi debba preſtar tanta fede, come al proprio originale. Che tal è noſtra mente. Dato in Torino li trent'uno Agoſto mille ſettecento ſedici: Per Sua Maſtà à relatione di detta Camera: Il Secretario della medema Camera: In Torino, ſtampato dal Stampatore di S. M. MDCCXVI.

Memorata vero, & plura alia loca variis temporibus a tunc exiſtentibus Epiſcopis Aſten. in feudum conceſſa diverſis perſonis ad eosdem Epiſcopos, Aſten. eorumque Menſam Epiſcopalem ex libera, & irrevocabili donatione Imperatorum, Regum, ac Piorum fidelium, aliisque legitimis titulis, non autem ad alium quemcumque ſpectaſſe, & ſpectare dignoſcantur, ac proinde ambigui, aut inficiari nequeat, quin illa ſub alto, & ſupremo Dominio, ac Superioritate noſtris, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, non autem dictæ Sæcularis Poteſtatis, aut alterius cujuscumque fuerint, ac ſint, & cenſeri debeant; Nec non Feudatarii, Vaſſalli, & Homines eorumdem Locorum nullius alterius, præterquam noſtræ, & dictæ Sedis Superioritati fuerint, ac ſint vere ſubjecti, & quemadmodum ipſi nullum alium in ſupremum Dominum recognoſcere tenentur, vel debent, ita nemini, niſi Nobis, & eidem Sedi licuerit, vel liceat Jura Superioritatis, & Supremi Dominii in loca, Vaſſallos, & Homines hujusmodi exercere. Nec minus compertum ſit Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros dictæ Eccleſiæ Aſten. juribus, ac Sedis præfatæ Superioritati, & Dominio hujusmodi tuendis, & conſervandis jugiter intentos, non omiſiſſe ea a quorumcumque auſibus, & attentatis, ſi quandoque impeti, aut violari contigit, peculiari ſtudio, ac ſolicitudine aſſerere, & vindicare.

Satis namque perſpectum eſſe novimus, quod dudum ſel. rec. Pius Papa Quintus Prædeceſſor Noſter bon. mem. Emanuelem Philibertum, dum vixit, Sabaudiæ Ducem, ac Pedemontii Principem, qui quædam onera tunc exiſtentibus Feudatariis, & Subditis eorumdem locorum nulliter, & de facto indixerat, poſt prætenſorum Jurium, ac rationum, ſub quorum obtentu idem Emanuel Philibertus Dux ad ejusmodi onerum impoſitio-

Digitized by Google

tionem deveniſſe dicebatur, coram Commiſſario ſpecialiter a prædicto Pio Prædeceſſore ad id deputato, pro parte ipſius Philiberti Ducis deductorum, maturam diſcuſſionem, ac demum, comperta eorum inſubſiſtentia, rejectionem a cœptis Apoſtolici muneris miniſterio deſiſtere compulerit.

Prout etiam notum eſt, quod rec. mem. Paulus P. P. V. etiam Prædeceſſor noſter expetitum ſuum, ac Sedis præfatæ beneplacitum ſuper quadam conceſſione nonnullorum ex præfatis, aliisque locis dictæ Menſæ Epiſcopalis per bon. mem. Stephanum, dum vixit, Epiſcopum Aſten. bo. etiam mem. Carolo Emanueli dum pariter vixit, ejusdem Sabaudiæ Duci, & Pedemontii Principi titulo permutationis ſub Beneplaciti Apoſtolici hujusmodi reſervatione facta, tamquam Eccleſiæ, ac Menſæ Epiſcopali Aſten. damnoſa, & præjudiciali, ac ſuperioritatis Sedi præfatæ in illis Locis competenti læſiva, non modo non conceſſerit, ſed expreſſe, & ſolemniter denegaverit, ipſamque conceſſionem, ac inſtrumentum deſuper confectum, & in eo contenta quæcumque reprobaverit, annullaverit, & caſſaverit. Ac denique ſimilis mem. Alexander P. P. VII. itidem Prædeceſſor noſter quoddam Præceptum, ſeu Edictum nomine ejusdem Caroli Emanuelis Ducis die 2. Junii MDCLVIII. evulgatum, in quo ipſe Carolus Emanuel Dux Supremus Dominus aliqvot præfatorum Locorum perperam enunciabatur, nullum, & invalidum cum ejusmodi enunciativis, & aſſertionibus declaraverit, quemadmodum in eorumdem Pii, Pauli, & Alexandri Prædeceſſorum literis; prioribus quidem die VIII Maji MDLXVIII. & die XIX. Aprilis MDLXIX.; alteris die X. Februarii MDCXII. noviſſimis vero die XX. Auguſti MDCLVIII. in ſimili forma Brevis deſuper expeditis, quarum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, uberius continetur.

Hinc eſt quod Nos, qui in ſupremo juſtitiæ ſolio a Domino conſtituti univerſarum Orbis Eccleſiarum gerimus curam, quique tam illarum, quam Sedis Apoſtolicæ Jurium aſſertores ſumus, ne in tam aperta eorum, & Apoſtolicæ auctoritatis oppugnatione, Paſtorali officio noſtro quoquo modo deeſſe videamur, memoratorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, in primis vero prænarrata Monitoria cum omnibus, & ſingulis in eis contentis approbantes, ac confirmantes, & quatenus opus ſit innovantes; Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Edictum, ſeu præceptum præinſertum, & in eo enunciata, & contenta quæcumque cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & forſan quandoque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, erronea, damnata, reprobata, inania, & a non habentibus poteſtatem damnabiliter attentata, ac de facto præſumpta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciæ fuiſſe, & eſſe, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum obſervantiam teneri, imo nec a qvoquam obſervari potuiſſe, vel debuiſſe neque per illa ullum, vel minimum præjudicium juribus noſtris, & dictæ Sedis, ac Eccleſiæ Aſten. ejusque Epiſcopis, ac Romanis Pontificibus illatum fuiſſe, vel eſſe, aut inferri potuiſſe, nec ullo unquam tempore poſſe eorumdem tenore præſentium decernimus, & declaramus. Et nihilominus pro majori, & abundantiori eorumdem Sedis, & Eccleſiæ Aſten. cautela, & qvatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis perpetuo haberi volumus, & mandamus, ita ut illis minime obſtantibus jura noſtra, & Apoſtolicæ Sedis, dictæque Eccleſiæ Aſten. ſemper, & omni tempore remaneant, ſint, & ſerventur, ac conſeri debeant ſarta, tecta, integra, illæſa, & illibata in omnibus, & per omnia quemadmodum erant ante editionem præfati Edicti, ſeu præcepti, cæterorumque præmiſſorum, & perinde ac ſi illa nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, neque unquam fierent, ſeu evenirent.

Decernentes ſic, & non aliter in præfatis omnibus, & ſingulis conſeri, ac per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac noſtram Cameram prædictam, ejusque Officiales quomodocumque nuncupatos, & ejusdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate judicari, & definiri debere, & irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis etiam Conciliaribus, nec non legibus Imperialibus, & Municipalibus, & quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, ac piæ mem. Pii PP. IV. etiam Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione de gratiis qualecumque intereſſe Cameræ Apoſtolicæ

Digitized by Google

concernentibus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, ita ut præsentes literæ, etiamsi in eadem Camera nullo unquam tempore præsententur, & registrentur, nihilominus valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant; nec non dictæ Ecclesiæ Asten. etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ecclesiæ, illiusque Præsuli, Capitulo, & quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriorum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in sua robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cum autem eædem præsentes literæ in locis ditioni prædictæ Sæcularis potestatis subjectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & Nobis notorie constat, volumus illas seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die XX. Octobris, MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno XVII.

Cardinalis F. Oliverus.

Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo septimo, die 23. mensis Octobris Indictione decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo septimo, supradictæ Literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ, aliisque locis solitis, & consvetis Urbis per me Josephum Batiale Apostolicum Cursorem.

Sebastianus Vaselli, Mag. Curs.

CXLII.

Declaratio nullitatis, reprobatio & damnatio omnium gestorum & attentatorum ab Officialibus Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ & Principis Pedemontis contra communitates & homines Cisternæ, Montaphiæ, Cortanzæ & Cortanzonii in præjudicium supremi Dominii eorundem locorum ad sedem Apostolicam & summum Romanum Pontificem pertinentis, nec non citatio & monitorium contra prædictos laicæ Potestatis officiales ad comparendum & allegandum causam, quare declarari non debeant incidisse in censuras & poenas, ob ejusmodi attentata & perturbatam sedis Apostolicæ atque Romanæ Ecclesiæ Jurisdictionem & auctoritatem, d. d. 11. Decembr. An. 1717.

JOannes Baptista Spinula Presbyter Cardinalis Sancti Cæsarei, Sanctæ Romanae Ecclesiæ Camerarius.

Universis, & singulis Illustrissimis, & Reverendisſimis Dominis Archiepiscopis, Episcopis illorumque Dominis Vicariis, necnon R. R. Dominis Abbatibus, Præpositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis Scholasticis, Cantoribus, aliisque in Dignitate Ecclesiastica constitutis, ac quibusvis aliis Curiarum Ecclesiasticarum Officialibus, Ministris, & Executoribus, illique, vel illis, accui, seu quibus præsentes nostræ Literæ ostensæ, seu alias quomodolibet præsentatæ fuerint, salutem in Domino Sempiternam.

§. 1. Noveritis nuper, & infrascripta die fuisse coram Nobis, & in Tribunali nostro pro parte & ad instantiam Illustrisſimi, & Reverendisſimi Domini Joannis Caroli Piancastelli Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis comparitum, & expositum jamdudum Laicalem Potestatem Taurinensem excogitasse omnique connatu sategisse, Jurisdictionem, & Jura Sedis Apostolicae usurpare, præsertim vero id contigisse narravit in Principatu Cisternæ & Montaphiæ, ac Marchionatu Cortanzæ, & Cortanzoni, in Diœcesi & Comitatu Asten. existentium, & ab eadem Ecclesiè Episcopali Astensi Taurini, & Papiæ respective, dependentium, supremoque, alto, & directo dominio & Jurisdictioni dictae Sanctae Sedis totaliter subjectorum.

§. 2. Si quidem pluribus ab hinc annis praefatam Laicalem Potestatem contra eadem Loca, eorumque Habitatores, & Apostolicæ Sedis Vassallos plura attentasse, illos scilicet contra omne Juris debitum, ac in Apostolicæ Sedis præjudicium vexasse & ad contribuendum Taxas coegil-

Digitized by Google

coegisse, ac Bona in eisdem Feudis posita & existentia onere Contributionum & Taxarum realium, & personalium respective gravasse, aliaque hujusmodi ita violenter gessisse, & attentasse, ut Feudatarii dictorum Locorum, illorumque Habitatores, & Vassalli Sanctæ Sedis tales se se agnoscerent, & exhiberent erga Serenissimum Sabaudiae Ducem, & Principem Pedemontis, ac si fuissent, & essent ejus Subditi, & Vassallitia ut omnibus oneribus, & contributionibus de facto subjacerent, quibus dicti Serenissimi Ducis Subditi de jure subjacent.

§. 3. Ad hæc autem avertenda mala (ut idem Illustrissimus *Dominus* Comparens prosequendo exposuit) quæ Jurisdictioni, ac Supremo Dominio Sedis Apostolicæ per vim, ut praemittitur, inferebantur, provida sollicitudine Commissarii Generalis tunc temporis Reverendae Camerae Apostolicae die octava Augusti 1702. fuerunt coram Nobis expeditæ literæ inhibitoriales, quibus, justitia svadente, injunctum fuit Feudatariis dictorum Locorum, illorumque Vassallis, Subditis, & Habitatoribus, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque poenis censurarum in corpore juris, Constitutionibus Apostolicis, & Usibus Feudorum contentis & comminatis, auderent, seu praesumerent, praedictum Serenissimum *Ducem* Sabaudiae, ac Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in praedictorum Feudorum Dominum directum, & Supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis agere, & exercere, seu alia onera ipsis imponenda persolvere, sed Bona omnia inibi existentia immunia, & exempta pro Sancta Sede conservare, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Administros super dictis Feudis, Habitatoribus, & Bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare, de nullitate dicere, aliaque protuenda Sanctæ Sedis Jurisdictione agere deberent, prout latius in eisdem literis continetur, ad quas &c. Ast in incœpta usurpatione Jurium Apostolicæ Sedis perseverans Laicalis Potestas Taurinensis ad alia hujusmodi, & similia graviora contra Vassallos & Bona praedicta processit.

§. 4. Quamobrem, ut Apostolicæ Sedis Jura defensa, & illaesa remanerent, aliæ similes literæ inhibitoriales coram Nobis expeditæ fuerunt die 23. Maii anni 1716. quibus pariter omnibus, & singulis Superius nominatis injunctum fuit, ne sub dictorum Locorum, illorumque membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis poenis superius expressis, auderent seu praesumerent, aut eorum aliquis auderet, vel praesumeret praedictum Serenissimum *Dominum Ducem* Sabaudiæ, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in praedictorum Locorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & Subjectionis erga eum agere, minusque contributiones, & alia onera ipsis forsan imponenda persolvere, seu persolvi facere; Immo easdem Communitates ejusque Ministros, & alios quoscumque praedictis nostris literis sub dictis poenis serio monuimus, ipsisque praecipimus, ut Loca Montaphiae, Cisternae, Cortanzae, & Cortanzoni illorumque Incolas, Habitatores, ac Bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare & conservari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem illusque Ministros Super dictis Feudis, Habitatoribus, & Bonis quomodolibet imponendis iterum appellare & reclamare de nullitate dicere, & omnia quæ necessaria fuerint super praemissis agere, & gerere omnino deberent, & prout latius in eisdem literis continetur: ad quas &c.

§. 5. Hujusmodi itaque literis ad valvas Ecclesiarum dictorum Locorum publice affixis, & executis, quamvis illorum Habitatores, & Vassalli pro eorum obedientiae, & fidelitatis debito erga Apostolicam Sedem stategissent se se immunes, & liberos tueri, & bona omnia inibi existentia penitus exempta conservare, a personalibus, & realibus impositionibus quibus Administri dicti Serenissimi Ducis Sabaudiae & Principis Pedemontis, eos gravare conabantur, Nihilominus violentiis Laicalis Potestatis Taurinensis oppressi, coacti fuerunt. facto tamen non animo, illis cedere, & se se mandatis ejusdem Potestatis, licet inviti, submittere. Haec profecto noviter evenerunt praesenti, ac proximo elapso anno 1716. quibus praesertim dictæ Potestatis Taurinensis Administri plura in dictis locis contra Jurisdictionem, supremumque Dominium Sanctæ Sedis Apostolicæ per vim, et jam armatam, attentarunt.

§. 6. Siquidem ut expositum quoque Nobis fuit, Carolus Maria Soleri, Commissarius Ducalis de mense Septembris dicti anni 1716. personaliter se contulit ad eadem Loca Cisternæ, Montaphiae; & Cortanzæ, redditisque officialibus Universitatum literis à Comite Pelletta de Casambrato, Syndico, & Praefecto vulgo Comandante Civitatis Astensis expeditis, quibus Vassallorum, & Habitantium notulam requirebat, illique consignari, sub poenarum commination praecipiebat, eam proinde sibi tradi praefatus Commissarius instanter requisivit, & mandavit, comminata contravenientibus poena militaris executionis: Verum quia Fideles Populi detrectarunt dictæ Potestatis Imperio parere, quinimo Syndici & Consiliarii Loci Montaphiæ non perterriti, petitam notulam exhibere, & consignare tunc recusarunt, ut Apostolicæ Sedis mandatis debite obsequerentur, gravissima damna, & incommoda ab eadem Laicali Potestate experti fuerunt. Etenim dicto mense Septembris triginta Equestres & Septuaginta pedestres milites sub regimine Equitis Casanova, Civitatis Vercellensis Praefecti, & Capitanei Piopis se contulerunt ad dictum Montaphiæ locum, ibique diu stationem fecerunt illius Communitatis sumptibus, & expensis, quousque Habitatores, & Vassallos coegerunt, ad actum Subjectionis erga Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis emittendum, petitamque Hominum, & Incolarum notulam tradendam,

Digitized by Google

dam. Qua de re Habitatores, & Vassalli cæterorum Locorum perterriti hujusmodi notulam coacti tradiderunt, ne parem comminatæ militaris executionis pœnam substinerent, omnesque demum Cisternæ, Montaphiæ, & Cortanzæ Habitatores, & Vassalli, ut graviora damna, & incomoda, quæ comminabantur, evaderent realia, & personalia onera per vim, ut præmittitur, a dicta Potestate imposita proxime præterito, & currenti anno respective exsolverunt; ita mandante Advocato Carolo Antonio Gaudia, altero ex Administris dictæ Laicalis Potestatis, dictumque Serenissimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis, tanquam prætensum directum Dominum vi coacti recognoverunt. Præ cæteris autem graviora apparent, quæ laici Administri, prædictæ Potestatis contra nostras postremas literas decernere præsumpserunt; quippe ad instantiam Consiliarii, & Patrimonialis Generalis a Secretario Cameræ, quam Computorum vocant, expeditum fuit Edictum, seu Rescriptum typis impressum, & in iisdem locis affixum, quo prævia declaratione nullitatis, & invaliditatis dictarum nostrarum literarum, Subditis, & Vassallis dictorum Locorum, qui Apostolicam Sedem, tanquam Dominam directam, ejusque Supremam auctoritatem recognoverant, sub gravissimis pœnis præcipiebatur, quod de cætero Supremam tantum dicti Serenissimi Ducis, ejusque Successorum authoritatem recognoscerent, prout latius apparet ex dicta Ordinatione, seu Rescripto sub Datum Taurini die 31. Augusti 1716. ad quod impugnative tantum relatio habeatur.

§. 7. Ad huc tamen Administri Laici a vexandis Subditis ex Feudatariis memoratorum Locorum minime destiterunt, quinimo prænarratis molestiis novas, gravioresque in dies adjicientes, ad militares Executiones devenerunt de mense Junii proxime præteriti contra Habitatores loci Cortanzæ, seu Cortanzerii. Antedictus quippe Commissarius Soleri à magna militum copia associatus ad eumdem Locum die 14. dicti mensis Junii se contulit, ibique illorum Sumptibus in pœnam assertæ inobedientiæ mandatis Laicæ Potestatis hospitati fuerunt, donec Communitas, & Particulares compartum tritici, aliasque petitas contributiones una cum expensis à Militibus eorumque Officialibus prætensis persolvere coacti fuerint.

§. 8. Quæ omnia, & singula, aliaque hujusmodi prænominatos Laicos Administros de facto, & per vim nulliter, & attentate perpetrasse in manifestum ac detestabile contemptum Apostolicæ Sedis, ejusque Jurisdictionis, Jurium & Authoritatis præjudicium commemoravit hodie Nobis legitimisque juribus comprobavit dictus Illustrissimus Dominus Commissarius Generalis Reverendæ Cameræ Apostolicæ rebusque aliis ex Processu Causæ resultantibus, ad quem etc. singula singulis etc. super quibus etc. Quamobrem ad instantiam, & pro parte ejusdem fuimus instanter, & debite requisiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, ad sententiam scilicet declaratoriam nullitatis omnium, & singulorum per vim, & metum gestorum ab Officialibus Universitatum dictorum Locorum illorumque Habitatoribus, & Vassallis erga Serenissimum D. Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontis in præjudicium alti, & supremi Dominii Apostolicæ Sedis, nec non Singulorum pariter circa hujusmodi gestorum ab Administris ejusdem Potestatis devenire, litterasque monitorias extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparendum decernere, & concedere dignaremur.

§. 9. Nos igitur Joannes Baptista Spinula Cardinalis Camerarius sedulo Spectantes damnatam detestabilemque usurpationem jurisdictionis Jurium, & dominii Sanctæ Sedis Apostolicæ a Laicali Taurinensi Potestate, ut præmittitur, commissam; easque violentias ab ejus Subditis, & Vassallis Locorum Cisternæ, Montaphiæ; & Cortanzæ, seu Cortanzerii injuste passas, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi Nobis factam fore, & esse justam, ac rationi consonam cumque justa petenti non sit denegandus assensus ad petitam declaratoriam Sententiam, seu Decretum, nullitatis procedendum prædictasque literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentes mandamus.

§. 10. Quo circa inhærentes nos etiam Apostolicis literis Sanctissimi Domini Papæ editis die 17. Maji anni 1707. super declaratione nullitatis quamplurium decretorum, ordinationum, mandatorum, aliorumque gestorum in ditione Serenissimi Ducis Sabaudiæ, tam ultra, quam citra montes libertati, immunitati, & jurisdictioni Ecclesiasticæ, atque authoritati Apostolicæ præjudicialium, aliisque similibus literis pariter editis die 20. Octobris proxime præteriti super hujusmodi declaratione nullitatis præfati Edicti ad Supplicationem Patrimonialis generalis Secularis Potestatis in Ducatu Sabaudiæ, & Pedemontis Principatu emanati, omnia, & singula a præfatis Administris causa, & occasione præmissorum acta, gesta, & perpetrata contra altum, directum, & supremum Dominum Sedis Apostolicæ, nec non ab Habitatoribus, & Vassallis eorundem Locorum per vim, & metum nequiter extorta cum omnibus & singulis inde secutis, & quandocumque secuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem ac à deficientibus respective a debito obedientiæ erga Sanctam Sedem Apostolicam, damnabiliter gesta & attentata, de facto præsumpta, ac per vim extorta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum observantiam teneri, imo nec ea à quopiam observari posse, vel potuisse, nec ex illis cuiquam aliquod jus vel actionem, aut titulum etiam coloratum possidendi, vel præscribendi causam acquisitam, vel acquisitum fuisse, vel esse, aut quandocumque acquiri, vel competere posse, neque illa ullum statum facere, vel fecisse, ita ut illis minime obstantibus Apostolicæ Sedis, & Assensis Ecclesiæ jura quæcumque semper & omni tempore remaneant, sint, & serventur, ac censeri debeant sarta, tecta, integra, illæsa, & illibata,

Digitized by Google

illibata, perinde ac si præmissa tam à Laicali Potestate Taurinensi, quam a Subditis & Vassallis Apostolicæ Sedis, dictorumque Locorum Habitatoribus per vim, ut præmittitur, gestorum, nunquam emanassent nec facta fuissent, ac pro non extantibus, & non factis perpetuo iidem haberi debere tenore præsentium declaramus, & publice denunciamus; & nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, illa omnia, & singula damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque & effectu penitus & omnino vacuamus, & pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus, & mandamus.

§. 11. Quibus per Nos ita decretis, & declaratis semper, & perpetuo in suo robore manentibus committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus vobis omnibus & singulis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium, quatenus visis iisdem præsentibus etc. Supradictos Carolum Mariam Soleri, assertum Commissarium Ducalem, Comitem Palletta de Casambrato, Syndicum, & Præfectum vulgo Commandante Civitatis Astensis, Equitem Casanova Civitatis Vercellen. Præfectum, pariter Commandante nuncupat. Capitaneum Piopis, Advocatum Carolum Antonium Cauda, N. N. Consiliarium & Patrimonialem generalem N. N. à secretis Cameræ Computorum nuncupat. N. N. Locumtenentem Columnelli Rambuflum, & Comitem sive Equitem Catanneum Cumiana citetis, moneatis, & requiratis, ac moneri, & requiri faciatis prout Nos eosdem, & eorum quemlibet harum serie citamus, monemus, & requirimus primo, secundo, tertio, & peremptorie, quatenus infra sex agintadierum spatium ab executione præsentium comput. quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac trina Canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes & singulas censuras, & pœnas contra prædicta, & similia committentes in Sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, inflictas, impositas, & communitas incidisse declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascunque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari & respective non debeant condemnari ad damna, expensas, & interesse, & super præmissis cum dicto Illustrissimo Domino Commissario Generali, & aliis cum quibus opus fuerit, juri stetisse, deque eorum innocentia, si qua sit, legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse: Certificantes eosdem Carolum Mariam Soleri, aliosque prædictos sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus ad ulteriora juris, & facti remedia, & ad declarationem incursus pœnarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque Executionem inclusive prout juris fuerit, per contradictas, vel Edictum publicum proceedemus, eorum contumacia, vel absentia, aliisque quibuscunque non obstantibus.

§. 12. Et cum excessus prædicti patrati fuerint in jurisdictionem Prædictorum Principatus Cisternæ & Montaphiæ; ac Marchionatus Cortanzæ, & Cortanzoni, & valde notoria sit violenta occupatio jurisdictionis Sanctæ Sedis & Reverendæ Cameræ Apostolicæ, & pro præsentis nostro Monitorio exequendo tutus non pateat accessus, propterea volumus, & auctoritate nostra decernimus, idem nostrum Monitorium contra omnes supra nominatos exequi mediante affixione, & dimissione ejusdem cupiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, Magnæ Curiæ Innocentianæ, & acies campi Floræ nec non ad valvas Major. Ecclesiarum Messerani, & Teliolarum, quo sic exequuto ita eosdem monitos, & eorum singulos arctare, & adstringere perinde valeat, ac si personaliter, & magis legitime exequutum foret. In quorum fidem etc. Datum Romæ ex Ædibus nostris hac die 11. Decembris 1717.

Jo. Baptista Cardinalis Spinula,
Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius Rev.
Cam. Apost. Secret. & Cancell.

CXLIII.

Sententia Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Camerarii, qua irritantur, cassantur & annullantur omnia gesta & attentata, tam ab officialibus & administris Serenissimi Ducis Sabaudiæ & Principis Pedemontis contra Communitates & homines Cisternæ, Montaphiæ, Cortanzæ & Cortanzoni, quam ab eisdem Communitatibus & hominibus, in præjudicium alti & supremi Dominii ad sanctam sedem & cameram apostolicam, super omnibus præfatis locis pertinentis, nec non omnes antedicti officiales & administri, propter præmissa, sigillatim excommunicati declarantur, d. d. 13. Aug. An. 1718.

CHristi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum, præ oculis habentes, per hanc nostram Declaratoriam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio ferimus in his scriptis in Causa, & Causis, quæ primo, & in prima, seu alia quavis veriori coram Nobis versæ sunt, & nunc vertuntur Instantia inter Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Joannem Carolum Piancastelli Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarium Generalem Principalem Actorem, Promotorem ex una, nec non Carolum Mariam Soleri, assertum Commissa-

missarium Ducalem, Comitem Paletta de Casambrato, Syndicum, & Præfectum vulgo Commandante Civitatis Astensis, Equitem Casanova, Civitatis Vercellen. Præfectum, pariter Commandante nuncupat. Capitaneum Piopis, Advocatum Carolum Antonium Cauda, N. N. à Secretis Consiliarium & Patrimonialem Generalem N. N. à Secretis Cameræ Computorum nuncupat. N.N. Locumtenentem Columnelli Rambusium, & Comitem, sive Equitem Capitaneum Cumiana; Ex adverso Principales reos conventos, inquisitos processatos, ad legitime comparendum monitos, & contumaces in, & Super infrascriptis per eosdem commissis, & patratis delictis, & signanter de, & super eo, quod cum Laicalis Potestas Taurinensis excogitaverit, omnique conatu fategerit jurisdictionem & Jura Sedis Apostolicæ usurpare, præsertim vero id contigerit in Principatu Cisternæ, & Montaphiæ, ac Marchionatu Cortanzæ, & Cortanzoni in Diœcesi, & Comitatu Asten. existentium, & ab eadem Ecclesia Episcopali Astensi, Taurini, & Papiæ respective dependentium, supremoque, alto & directo Dominio & Jurisdictioni dictæ Sanctæ Sedis totaliter subjectorum; siquidem plusibus ab hinc annis præfata laicalis Potestas contra eadem loca eorumque habitatores, & Apostolicæ Sedis Vassallos plura attentaverit, illos scilicet contra omne Juris debitum, ac in Apostolicæ Sedis præjudicium vexaverit, & ad contribuendum taxas coegerit, ac bona in eisdem Feudis posita & existentia onere contributionum, & taxarum realium, & personalium respective gravaverit, aliaque hujusmodi ita violenter gesserit, & attentaverit, ut Feudatarii dictorum Locorum, illorumque Habitatores & Vassalli Sanctæ Sedis tales sese agnoscerent, & exhiberent, erga Serenissimum Sabaudiæ Ducem, & Principem Pedemontis, ac si fuissent, & essent ejus Subditi, & Vassalli, ita ut omnibus oneribus, & contributionibus de facto subjacerent quibus dicti Serenissimi Ducis Subditi de jure subjacent.

§. 1. Ad hæc autem avertenda mala, quæ Jurisdictioni, ac Supremo Dominio Sedis Apostolicæ per vim inferebantur provida sollicitudine Commissarii Generalis tunc temporis Reverendæ Cameræ Apostolicæ expeditis coram Nobis die 8. Augusti 1702. Literis inhibitorialibus, quibus justitia suadente injustum fuit Feudatariis dictorum locorum, illorumque Vassallis, Subditis, & Habitatoribus, ne sub dictorum Feudorum, ac illorum jurium, & pertinentiarum devolutionis, aliisque pœnis, & Censurarum in corpore Juris, Constitutionibus Apostolicis, & usibus Feudorum contentis, & comminatis auderent, seu præsumerent prædictum Serenissimum Ducem Sabaudiæ, ac Principem Pedemontis illiusque Cameram Ducalem in prædictorum Feudorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis agere, & exercere, seu alia onera ipsis imponenda persolvere sed bona omnia inibi existentia immunia, & exempta pro Sancta Sede conservare, & gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Ducem, illiusque Administros super dictis Feudis, Habitatoribus, & bonis quomodolibet inferendis appellare, & reclamare ac de nullitate dicere, aliaque pro tuenda Sanctæ Sedis jurisdictione agere deberent, prout latius in eisdem litteris continetur, ad quas etc. Aft in incœpta usurpatione Jurium Apostolicæ Sedis perseverans Laicalis Potestas Taurinensis, ad alia hujusmodi & similia graviora contra Vassallos & bona prædicta processit.

§. 2. Quamobrem, ut Apostolicæ Sedis Jura defensa, & illæsa remanerent, expeditis aliis similibus literis inhibitorialibus pariter coram Nobis sub die 23. Maii anni 1716. quibus pariter omnibus, & singulis superius nominatis injunctum fuit ne sub dictorum locorum, illorumque Membrorum, & pertinentiarum quarumcumque devolutionis, & aliis pœnis superius expressis auderent seu præsumerent, aut eorum aliquis auderet, vel præsumeret prædictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudiæ & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem, in prædictorum locorum Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis erga eum agere: minusque contributiones, & alia onera ipsis forsan imponenda persolvere, seu persolvi facere, imo Communitatibus prædictorum locorum, eorumque Ministris & aliis quibuscumque præfatis nostris literis sub dictis pœnis serio monitis, ac præceptatis, ut loca Montaphiæ, Cisternæ, Cortanzæ & Cortanzoni, illorumque Incolas, Habitatores, ac bona omnia inibi existentia immunes, & immunia, liberos, & libera, ac in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare & confervari facere, & a gravaminibus forsan per dictum Serenissimum Dominum Ducem illiusque Ministros super dictis Feudis, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponendis iterum appellare & reclamare, de nullitate dicere, & omnia quæ necessaria fuerint, super præmissis agere, & gerere omnino deberent, & prout latius in eisdem literis continetur, ad quas etc. Hujusmodi itaque literis ad valvas Ecclesiarum dictorum Locorum publice affixis, & executis, quamvis illorum Habitatores, & Vassalli pro eorum obedientiæ, & fidelitatis debito erga Apostolicam Sedem fategissent sese immunes, & liberos tueri, & bona omnia inibi existentia, penitus exempta conservare a personalibus, & realibus impositionibus, quibus Administri dicti Serenissimi Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontis eos gravare conabantur; Nihilominus violentiis Laicalis Potestatis Taurinensis oppressi coacti fuerunt, facto tamen non animo illi cedere, & sese mandatis ejusdem Potestatis licet invii submittere.

§. 3. Hæc profecto noviter evenerunt tam de anno 1716. quam 1717. quibus præsertim dictæ Potestatis Taurinensis Administri plura in dictis locis contra Jurisdictionem, supremumque Dominium Sanctæ Sedis Apostolicæ per vim etiam armatam attentarunt; Siquidem Carolus Maria Soleri Commissarius Ducalis de mense Septembris dicti anni 1716. personaliter se contulit ad eadem loca Cisternæ, Montaphiæ, & Cortanzæ, redditisque Officialibus Universitatum literis a Comite Palletta de Casambrato Syndico, & Præfecto vulgo Commandante Civitatis Astensis expeditis,

Digitized by Google

ditis, quibus Vaſſallorum, & Habitantium notulam requirebat, illique conſignari ſub pœnarum commination præcipiebat, eam proinde ſibi tradi præfatus Commiſſarius inſtanter requiſivit, & mandavit comminata Contravenientibus, pœna militaris executionis: Verum quia fideles Populi detrectarunt dictæ Poteſtatis Imperio parere; quinimo Syndici, & Conciliarii loci Montaphiæ non perterriti petitam notulam exhibere, & conſignare recuſarunt, ut Apoſtolicæ Sedis mandatis debite obſequerentur, graviſſima damna & incommoda ab eadem Laicali Poteſtate experti fuerunt; Etenim dicto menſe Septembris triginta equeſtres, & ſeptuaginta pedeſtres milites ſub regimine Equitis Caſanova Civitatis Vercellenſis Præfecti, & Capitanei Piopis ſe contulerunt, ad dictum Montaphiæ locum, ibique diu ſtationem fecerunt illius Communitatis Sumptibus, & expenſis, quousque Habitatores & Vaſſallos coegerunt, ad actum ſubjectionis erga Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis, emittendum, petitamque Hominum & Incolarum notulam tradendam; Quâ de re Habitatores & Vaſſalli cæterorum locorum perterriti hujusmodi notulam coacti tradiderunt, ne parem comminatæ militaris executionis pœnam ſubſtinerent; Omnesque demum Ciſternæ, Montaphiæ & Cortanzæ Habitatores, & Vaſſalli, ut graviora damna & incommoda, quæ comminabantur, evaderent realia & perſonalia onera per vim, ut præmittitur a dicta Poteſtate impoſita prædictis annis 1716. & 1717. exſolverunt, ita mandante Advocato Carolo Antonio Caudæ, altero ex Adminiſtris dictæ Laicalis Poteſtatis, dictumque Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem & Principem Pedemontis, tanquam prætenſum directum Dominum vi coacti recognoverunt.

§. 4. Præ cæteris autem graviora apparent, quæ Laici Adminiſtri prædictæ Poteſtatis contra noſtras poſtremas literas decernere præſumpſerunt; Quippe ad inſtantiam Conſiliarii & Patrimonialis generalis a Secretario Cameræ, quam computorum vocant, expeditum fuit Edictum ſeu Reſcriptum typis impreſſum & in eisdem locis affixum, quo previa declaratione nullitatis & invaliditatis dictarum noſtrarum literarum Subditis, & Vaſſallis dictorum locorum, qui Apoſtolicam Sedem, tanquam Dominam directam, ejusque ſupremam auctoritatem recognoverant, ſub graviſſimis pœnis præcipiebatur, quod de cætero ſupremam tantum dicti Sereniſſimi Ducis ejusque Succeſſorum auctoritatem recognoſcerent, prout latius apparet ex dicta Ordinatione, ſeu Reſcripto ſub Datum Taurini die 31. Auguſti 1716., ad quod impugnative tantum relatio habeatur. Adhuc tamen Adminiſtri Laici a vexandis Subditis, & Feudatariis memoratorum locorum minime deſtiterunt; quinimo prænarratis moleſtiis novas, graviorēsque in dies adjicientes ad militares executiones devenerunt de menſe Junii 1717. contra Habitatores loci Cortanzæ, ſeu Cortanzerii; Antedictus quippe Commiſſarius Soleri a magna Militum copia aſſociatus ad eumdem locum die 14. ejusdem menſis Junii ſe contulit, ibique illorum ſumptibus in pœnam aſſertæ inobedientiæ mandatis Laicæ Poteſtatis hoſpitati fuerunt, donec Communitas, & Particulares compartum tritici, aliasque petitas contributiones una cum expenſis a Militibus eorumque Officialibus prætenſis perſolvere coacti fuerunt.

§. 5. Quæ omnia, & ſingula, aliaque hujusmodi prænominati Laici Adminiſtri de facto, & per vim nulliter, & attentate perpetrarunt, in manifeſtum ac deteſtabilem contemptum Apoſtolicæ Sedis, ejusque Jurisdictionis, jurium, & auctoritatis præjudicium, rebusque aliis ex Proceſſu Cauſæ reſultantibus, ad quem etc., ſingula ſingulis etc., ſuper quibus etc. ex altera Partibus prævia declaratione nullitatis præfati Edicti ad Supplicationem Patrimonialis generalis Secularis Poteſtatis in Ducatu Sabaudiæ, & Pedemontis Principatu emanati, omniaque, & ſingula a præfatis Adminiſtris cauſa, & occaſione præmiſſorum acta, geſta, & perpetrata contra altum, directum, & ſupremum Dominium Sedis Apoſtolicæ, nec non ab Habitatoribus, & Vaſſallis, eorumque locorum per vim, & metum nequiter extorta cum omnibus, & ſingulis inde ſecutis, & quandocunque ſecuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injuſta, damnata, reprobata, inania, temeraria, & a non habentibus poteſtatem ac a deficientibus reſpective a debito obedientiæ erga S. Sedem Apoſtolicam damnabiliter geſta, & attentata, de facto præſumpta, ac per vim extorta, nulliusque roboris, & momenti, vel efficaciæ eſſe, & ab initio fuiſſe, & perpetuo fore, néminemque ad illorum obſervantiam teneri, imo nec ea a quopiam obſervari poſſe, vel potuiſſe, nec ex illis quisquam aliquod Jus, vel Actionem, aut titulum etiam coloratum poſſidendi, vel præſcribendi Cauſam acquiſitam, vel acquiſitum fuiſſe, vel eſſe, aut quomodocumque acquiri, vel competere poſſe, neque illa ullum ſtatum facere, vel feciſſe, ita ut illis minime obſtantibus Apoſtolicæ Sedis, & Aſtenſis Eccleſiæ Jura quæcumque ſemper, & omni tempore remaneant, ſint, & ſerventur, ac cenſeri debeant ſarta, tecta, integra, illæſa, & illibata perinde ac ſi permiſſa a Laicali Poteſtate Taurinenſi, quam a Subditis, & Vaſſallis Apoſtolicæ Sedis dictorumque locorum Habitatoribus per vim, ut præmittitur, compulſis, nunquam emanaſſent, nec facta fuiſſent, ac pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere tenore præſentium declaramus, & publice denunciamus, & nihilominus ad majorem, & abundantiorem cautelam, & quatenus opus ſit, illa omnia, & ſingula damnamus, reprobamus, revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, & abolemus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, & pro damnatis, repróbatis, revocatis, caſſatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis ſemper haberi volumus & mandamus.

§. 6. Quibus per Nos ita decretis & declaratis ſemper & perpetuo in ſuo robore manentibus, dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, & ſententiamus ſupradictos Carolum Mariam Soleri, aſſertum Commiſſarium Ducalem, Comitem Palletta de Caſambrato Syndicum, & Præfectum vulgo Commandante Civitatis Aſtenſis, Equitem Caſanova Civitatis Vercellen. Præfectum pariter Commandante nuncupatum: Capitaneum Piopis, Advocatum Carolum Antonium Cauda, N.N. Conſiliarium, & Patrimonialem generalem N.N.

Digitized by Google

a secretis Cameræ Computorum nuncupatum, N. N. Locumtenentem Columnelli Rambusium, & Comitem, seu Equitem Capitaneum Cumiana contumaces, tanquam in præmissis culpabiles, & de Jure punibiles, in pœnas convictorum, & confessatorum reatuum, de quibus, ut supra, imputantur, nempe omnium & singularum, censurarum, & pœnarum in sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari solita contentas, indictas, impositas, & comminatas; de quibus in Monitorio contra ipsos, & eorum quemlibet emanato legitime executo, & in actis, ac in Processu judicialiter reproducto, damnabiliter incidisse, & incurrisse declarandum, prout eosdem, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & pœnas in prædictis Canonibus dispositas, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini contentas incurrisse declaramus, & propterea a Fidelium consortio disjungimus, segregamus, & separamus, ac pro disjunctis, segregatis & separatis haberi volumus, ipsosque ab omnibus Christi fidelibus evitandos, prout evitari præcipimus, & mandamus, a quibus quidem censuris, & excommunicationibus non nisi a Sanctissimo Domino Nostro, & a Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & tunc cum reincidentia eo ipso, postquam convaluerint, absolvi possint, Cedulonesque, & literas declaratorias quascunque contra eosdem in forma, solita & consueta decemen. & relaxan. prout, decernimus, & relaxamus, ac exequi affigi & publicari respective mandamus, & ita dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, & sententiamus non solum etc. sed & omni etc. die 13. Augusti 1718.

Ita pronunciavi Joannes Baptista Cardinalis Spinula, Camerarius.
Dominicus Antonius Gallosius R.C.A. Secretarius & Cancellarius.

CXLIV.

Publica declaratio excommunicationis officialium & administrorum Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ & Principis Pedemontis, ob delicta in antea inserta sententia enumerata, d. d. 13. Aug. Anno 1718.

Hic authoritate nostra ordinaria Carolus Maria Soleri, assertus Commissarius Ducalis, Comes Palletta de Casambrato, Syndicus, & Præfectus vulgo Commandante nuncupat. Capitaneus Piopis, Advocatus Carolus Antonius Cauda, N.N. Consiliarius, & Patrimonialis Generalis N. N. a Secretis Cameræ Computorum nuncupat. N. N. Locumtenens Columnelli Rambusius, & Comes, sive Eques Capitaneus Cumiana declarantur, excommunicati & innodati omnibus, & singulis censuris, & pœnis in sacris Canonibus, Conciliis, & Constitutionibus Apostolicis, & præsertim in Bulla in die Cœnæ Domini, quotannis legi & publicari solita contentis, & a Fidelium consortio disjuncti, segregati, & separati, a quibus non nisi a Sanctissimo Domino Nostro, & Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, & tunc cum reincidentia eo ipso, postquam convaluerint, absolvi possint, ex quo temere & dolose agendo in executionem mandatorum laicalis potestatis Taurinensis ausi fuerunt, in apertum contemptum & præjudicium alti, & supremi Dominii S. Sedis Apostolicæ, quod habet super Principatu Cisternæ, Montaphiæ, ac Marchionatu Cortanzæ, & Cortanzoni in Diœcesi, & Comitatu Astensi existentium jurisdictionem, authoritatem, & jura d. Sanctæ Sedis usurpare, atque ideo in eadem loca, eorumque Habitatores, & Subditos S. Sedi Apostolicæ totaliter subjectos dictam usurpatam authoritatem, & jurisdictionem exercere, taxas imponere, nec non quam plurima violenter agere, & præsertim vi, metuque militaris executionis, aliisque mediis violentis a prædictorum locorum Habitatoribus, & Subditis S. Sedis extorquere recognitionem Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis, & Principis Pedemontis in supremum eorundem locorum Dominum, & alias latius, prout ex literis monitoriis per nos relatis & expeditis die 11. Decembris 1717. & Declaratoria Sententia per Nos hodierna die desuper legitime lata ad quas &c. Instante Illustrissimo Domino Joanne Carolo Piancastello Commissario Generali Reverendæ Cameræ Apostolicæ Romæ hac die 13. Augusti 1718.

Jo. Baptista Card. Spinula, Camerarius.

Amoventes, lacerantes, aut aliquo modo deturpantes sint ipso facto eisdem Censuris innodati & excommunicati ut supra.

Joannes Baptista Card. Camerarius.
Dominus Antonius Gallosius, R.C.A. Secretarius & Cancellarius.

CLXV.

Monitorium expeditum contra Advocatum Victorem Amadeum Trona, assertum judicem temporalis jurisdictionis Abbatiæ S. Benigni, Notarium Vincentium Ferretum, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Andream Fresia Birruarios, N. Fratrem D. Advocati Trona. N. Officialem militum, Notarium Franciscum Antonium Josephum Umberto, & assertum fiscalem Antonium Buontempo, ob læsam ecclesiasticam immunitatem & turbatam Jurisdictionem locorum ejusdem Abbatiæ ad S. Sedem Apostolicam summumque Romanum Pontificem pertinentem, d. d. 17. May An. 1719.

Carolus Collicola Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Pro-Thesaurarius Generalis, quorumcumque Spoliorum, & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis, & specialiter a Sanctissimo D. N. Papa Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus,

Digitized by Google

ribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino &c. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrisimi D. Joannis Caroli Piancastelli, Sanctisimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod exul a Ditione Serenisimi Sabaudiæ Ducis, & Principis Pedemontis morabatur in loco Felecti jurisdictionis Temporalis Abbatiæ Sancti Benigni ad Apostolicam Sedem pertinen. D. Comes Joannes Baptista Valperga de loco Corguati, Taurinensis Diœcesis, qui, etsi tutus, ut juste putabat, moram ibidem traheret extra jurisdictionem, & Territorium sui originarii Principis, contrarium nihilominus expertus fuit, quia laicalis Potestas Taurinensis in usurpatione jurisdictionis, & Jurium Sanctæ Sedis in locis d. Abbatiæ Sancti Benigni per alias monitorias literas exposita perseverans, misit Ministros, & Officiales Curiæ, militesque armatos ad præfatum locum Felecti, ut dictum Comitem Valperga, ac si in vetito loco velut exul versaretur, illico mancipassent, & in carcerem conjecissent. Id promptæ executioni dare satagerunt laici Administri, sed quod gravius est, ac dolentius exposuit d. D. Commissarius Generalis, eo devenerunt, ut in ipsam Dei Domum, Ecclesiam scilicet Parochialem Felecti armata manu Hostium more irrumpentes vim pluribus intulerint, pluresque jurisdictionales actus Ecclesiasticæ Immunitatis læsivos inibi exercuerint. Etenim die decima, mensis Septembris Anni proxime præteriti ad eum præmissum finem se contulit ad locum Felecti Advocatus Victorius Amedeus Trona intrusus Judex Temporalis dictæ Abbatiæ, qui nondum a sua perversa ratione desistens, nec ab hujusmodi attentatis deflectens, propter quæ publice denunciatus excommunicationis Sententiam, in quam incidisse declaravimus, adhuc indurato corde substinet, hæc sacrilege cum prænominatis in crimine Sociis attentavit contra Ecclesiasticam Immunitatem. Confugerat enim dictus Comes Valperga in præfatam Ecclesiam Parochialem, & armatis Hominibus in eum irruentibus, se receperat in Sacrarium, cujus ostium claudere curaverat. Vim autem armata manu inferentibus Notario Vincentio Ferreto, Dominico Ruffina, & Andrea Fresia Birruariis, eodemque Advocato Trona ejusque fratre, ac Officiali Militum non potuit dictus Comes illorum impetum substinere. Sic itaque per vim ostio Sacrarii aperto, d. Trona ingressum in illud habuit, & illico extra immunem locum violenter expulit Æmilianum Guglianettum, qui inibi adstabat, & præventive d. Comitem monuerat de adventu prædictorum Officialium. Succesive mandavit Notario Francisco Josepho Umberto, ut ipsi Comiti Præceptum injungeret de discedendo intra triduum a loco Felecti, prout idem Notarius iniquum mandatum eo in Immuni loco exequendo hujusmodi Præceptum d. Comiti intimavit. His omnibus peractis in contemptum Ecclesiasticæ Immunitatis discessum illinc habuerunt. Iterum vero die 16. mensis Octobris subsequentis armati Homines ad eumdem præmissum finem reditum fecerunt ad locum Felecti. Ast subito de his monitus d. D. Comes in eamdem Parochialem Ecclesiam aufugit, in quam proinde ingressum habuerunt d. Notarius Ferreto parvum sclopum præ manibus gestans, Georgius filius d. Dominici Ruffina ensem evaginatum manutenens, qui, assistentibus etiam dictis Dominico Ruffina, & Andrea Fresia Birruariis, nec non Antonio Buontempo asserto Fiscali Curiæ Abbatialis, minitati fuerunt d. Comiti violentam ejus extractionem a loco Immuni, etsi inde fortiter pro Domo Dei se opponente illius Parochialis Ecclesiæ R. D. Præposito, executi non fuerint: Adveniente tamen d. Advocato Trona, de ejus mandato, eodem Notario Ferreto in Immuni loco scribente, & Jurisdictionem exercente, renovatum fuit Comiti Valperga antedictum Præceptum de discendendo e loco Felecti, rebusque aliis, prout in Processu desuper constructo ad quem etc. singula singulis &c. super quibus &c. Quamobrem ad Instantiam, & pro parte d. Illustrisimi D. Joannis Caroli Piancastelli Commissarii Generalis fuimus instanter, & debite requisiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, & monitorias literas extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparendum decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Carolus Collicola Pro-Thesaurarius, & Judex delegatus sedulo spectantes damnatam, detestabilemque usurpationem Jurisdictionis, & Jurium Sanctæ Sedis, ac violationem Ecclesiasticæ Immunitatis, ut præmittitur commissam, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi nobis factam fore, & esse justam, ac rationi consonam, cumque justa petenti non sit denegandus assensus prædictas literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentes mandamus. Quo circa committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ stricte præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuilibet insolidum tenore præsentium, quatenus visis iisdem præsentibus &c. supradictos Advocatum Victorium Amadeum Trona, Notarium Vincentium Ferreto, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Andream Fresia Birruarios, N. fratrem d. Advocati Trona, N. Officialem Militum, Notarium Franciscum Josephum Umberto, ac assertum Fiscalem Antonium Bontempo citetis, moneatis, & requiratis, ac moneri ac requiri faciatis prout nos eosdem & eorum quemlibet harum serie citamus, monemus, & requirimus, quatenus infra sexaginta dierum spatium ab executione præsentium computan. quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac trina canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeamus ipsos,

Digitized by Google

& eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras, & pœnas contra prædicta, & similia committentes in Sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse declarare, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias, & opportunas, decerni, & relaxari, deque eorum Innocentia si quæ sit, legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse. Certificantes eosdem Advocatum Victorium Amadeum Trona, aliosque prædictos sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerit, Nos nihilominus, ad ulteriora, ad declarationem scilicet, incursus pœnarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque executionem inclusive, prout juris fuerit per Contradictas, vel edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, aliisque quibuscumque non obstantibus. Et cum, ut notorium est, non sit tutus accessus ad effectum personaliter citandi omnes, & singulos in præsenti Monitorio nominatos: Proinde volumus, quod præsens nostrum Monitorium contra omnes in eo expressos expeditum, ac executum mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum Sancti Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas supradictæ Parochialis Ecclesiæ loci Felecti, ita eosdem monitos, & eorum singulos arctet & adstringat perinde, ac si personaliter, & magis legitime executum foret. Contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo non, Indictione duodecima die vero decima septima mensis Maji, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo nono.

Carolus Collicola, Pro-Thesaurarius, Collector Generalis, & Judex Delegatus.

Antonius Cajetanus Frosius R. A. C. Secretarius.

Die mense, & anno, quibus supra, supradictæ literæ Monitoriales affixæ, & publicatæ fuerunt, ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ, Curiae Innocentianae, ac aliis locis consuetis Urbis per me Franciscum Baldum, Apostolicum Cursorem.

Joannes Triphellius, Magister Curs.

CXLVI.

Monitorium expeditum contra Antonium Bontempo, assertum fiscalem curiæ abbatialis S. Benigni, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Ignatium Bontempo, Justitiæ Executores, ob læsam immunitatem ecclesiasticam, ac violatam jurisdictionem S. Sedis Apostolicæ, d. d. 17. Maji, An. 1719.

CArolus Collicola Prothonotarius Apostolicus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & ejus Reverendæ Cameræ Apostolicæ Pro-Thesaurarius Generalis, & quorumcumque Spoliorum & Jurium Abbatiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum vacantium in tota Italia Collector Generalis & specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Papa Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Parochialium, quam Collegiatarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis cæterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique vel illis, ad quem, vel ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino etc. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Illustrissimi D. Joannis Caroli Piancastelli, Sanctissimi Domini Nostri Papæ, & Reverendæ Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis, omni meliori modo Principalis, & præviis probationibus assumptis expositum, & deductum, quod præter ea, quæ Administri Laicæ Potestatis Taurinensis contra Immunitatem Ecclesiasticam attentarunt, & in aliis nostris Monitoriis literis contemporanee expeditis expressa leguntur, alia quoque ab eisdem, cæterisque nominandis perpetrata fuerunt. Accessit enim die 2. Junii anni 1718. ad locum Felecti jurisdictionis vacantis Abbatiæ S. Benigni Antonius Bontempo assertus Fiscalis Curiæ Abbatialis, qui utens usurpata authoritate improbe sibi collata per Taurinensem Potestatem pluribus armatis Hominibus eum comitantibus, nempe Dominico Ruffina, Georgio ejus filio, & Ignatio Bontempo, Justitiæ Executoribus, nonnullisque Militibus insecutus fuit Joannem Avenatum prætensum delinquentem, in quem eo tunc fugientem fidem Birruarii, & Milites plures archibusiatas exploderunt, ipsumque lethalibus vulneribus sauciarunt, qui tamen sic vulneratus ad Ecclesiam Parochialem confugit. Verum præfatus assertus Fiscalis Antonius Bontempo dedit in mandatis eisdem Justitiæ Executoribus, ac Militibus nondum notis, ut januas dictæ Ecclesiæ obsiderent, prout illico Homines præfati januas illius Ecclesiæ, ne cuiquam in eam ingressus, vel egressus ab ea pateret, sub cauta custodia tenuerunt usque ad sequentem diem tertiam dicti mensis Junii, qua dictus Joannes Avenatus omni humano auxilio destitutus causa receptorum vulnerum ex hac vita in eodem immuni loco decessit: Eamdemque custodiam usque ad aliam sequentem diem continuarunt in maximam injuriam, & contemptum Ecclesiasticæ Immunitatis, rebusque aliis; prout ex Processu desuper constructo, ad quem etc. singula, singulis etc. super quibus etc. Quamobrem ad instantiam, & pro parte dicti Illustrissimi Domini Joannis Caroli Piancastelli Commissarii Generalis fuimus instanter, & debite requisiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, & monitoriales literas extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparendum decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur Carolus Collicola, Pro-Thesaurarius, & Judex Delegatus sedulo spectantes

Digitized by Google

tes eam execrabilem lationem Ecclesiasticæ Immunitatis, per excubias militares ante fores Ecclesiæ, ut præmittitur, commissam, proindeque attendentes requisitionem hujusmodi Nobis factam fore, & esse justam ac rationi consonam, cumque justa petenti non sit denegandus assensus, prædictas literas monitorias contra delinquentes concedendas fore, & esse duximus, & per præsentes mandamus. Quocirca committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ stricte præcipiendo mandamus vobis omnibus, & singulis, ac vestrum cuilibet in solidum tenore præsentium, quatenus visis iisdem præsentibus etc. supradictos Antonium Bontempo, assertum Fiscalem Curiæ Abbatialis, Dominicum Ruffina, Georgium ejus filium, & Ignatium Bontempo Justitiæ Executores, citetis, moneatis, & requiratis, ac moneri, citari, & requiri faciatis, prout Nos eosdem, & eorum quemlibet harum serie citamus, monemus, & requirimus, quatenus infra sexaginta dierum spatium ab executione præsentium computandum, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, & alios viginti pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac trina canonica monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & ipsorum quilibet, prout eos tangit, debeat Romæ coram Nobis personaliter, vel legitime comparuisse, & comparere ad deducendum, & allegandum causam, quare non debeamus ipsos, & eorum quemlibet in omnes, & singulas censuras & pœnas contra prædicta, & similia comminantes in Sacris Canonibus, Conciliis, & Apostolicis Constitutionibus contentas, inflictas, impositas, & comminatas incidisse declarare, & contra eos, & illorum quemlibet literas declaratorias quascumque desuper necessarias, & opportunas decerni, & relaxari, deque eorum innocentia, si quæ sit, legitime docuisse, præsentique nostro Monitorio omnino paruisse. Certificantes eosdem Antonium Bontempo, aliosque prædictos sic citatos, & monitos, quod si in dicto termino ipsis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis ipsorum non comparuerit, Nos nihilominus ad ulteriora ad declarationem scilicet incursus pœnarum prædictarum usque ad Sententiam, illiusque executionem inclusive, prout Juris fuerit, per Contradictas, vel Edictum publicum procedemus, eorum contumacia, vel absentia, aliisque quibuscumque non obstantibus. Et cum, ut notorium est, non sit tutus accessus ad effectum personaliter citandi omnes, & singulos in præsenti Monitorio nominatos: Proinde volumus, quod præsens Monitorium contra omnes expressos expeditum, ac executum mediante affixione, & dimissione ejusdem copiarum ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri in Vaticano, & Magnæ Curiæ Innocentianæ, nec non ad valvas supradictæ Parochialis Ecclesiæ loci Felecti, ita eosdem monitos, & eorum singulos arctet, & adstringat perinde, ac si personaliter & magis legitime executum foret. Contrariis quibuscumque non obstantibus: In quorum fidem etc. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo nono, Indictione duodecima, die vero decima septima mensis Maji, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ Undecimi anno decimo nono.

Carolus Collicola, Pro-Thesaurarius, Collector Generalis, & Judex Delegatus.
Antonius Cajetanus Frosius R. C. A. Secretarius.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradicta literæ Monitoriales affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curiæ Innocentianæ, ac aliis locis consuetis Urbis per me Franciscum Baldum Apostolicum Curs.

Jo. Triphellius, Magist. Curs.

CXLVII.

Clementis P. P. XI. Declaratio nullitatis cujusdam Edicti sub nomine Senatus in Civitate Taurinensi residentis in præjudicium ecclesiasticæ libertatis & Pontificiæ auctoritatis nuper promulgati, cum illius damnatione, revocatione, cassatione & abolitione, d. d. 18. Aug. An. 1719.

Clemens P. P. XI.
ad futuram rei memoriam.

AD Apostolatus nostri notitiam, non sine ingenti animi Nostri mœrore, pervenit sub nomine Senatus in Civitate Taurinen. residentis, ultra tot, tantasque alias Ecclesiæ, ac Sedi Apostolicæ in illis partibus à Sæculari potestate illatas injurias, novissime prodiisse quoddam Edictum Typis impressum, ac nomine Secretarii Ordinarii ejusdem Senatus subscriptum tenoris, qui sequitur videlicet:

Il Senato di S. M. in Torino sedente. Il desiderio, che hà sempre avuto S. M. di mantenere la tranquillità ne' suoi Stati, e di prevenire tutto ciò, che potesse turbarla, vien' ad eccitar nouvamente la nostra particolare attenzione, perche in vista d'un fine sì salutare, & in conformità anche delli usi già practicati non si lasci eseguire alcuna provisione procedente da fuori Stato, sia Bolla, Breve, ò altrò, senza che prima ci sii presentata, per accertarsi, se ci si contenga cosa alcuna contraria, ò pregiudiciale agl' Indulti, Prerogative, e Dritti, di suoi, che della Corona, e de' Sudditi, ad effetto, che quelle di dette provisioni, che non saranno ritrovate contrarie, ò pregiudiziali, come sopra, abbino le loro pronta, e spedita essecutione: E per le altre all' oppasto si possa provedere à quanto si conviene, e particolarmente per le procedenti da Roma avvisarne la M. S. per rappresentare à Sua Santità, & quanto all' altre adoperare i mezzi opportuni; A qual fine per suo Regio viglietto delli 13. Giugno corrente, ci hà espressamente incaricati di far publicare il nostro Manifesto, acciò sappia ogn' uno l' obbligo suo, com' anco di servirci de' mezzi della Podestà Economica, e Politica in odio de' Contraventori secondo l' esigenza de' casi. In essecuzione di che si notifica ad ogni persona di qualsivoglia grado, e condizione, niuna esclusa, nè riserva-

ta,

ta, che chiunque averà ottenuto, ò verrà ad ottenere Bolle, Brevi, Rescritti, ò altre provisioni procedenti da fuori stato, non possa, nè debba farle asseguire, senza che prima siino state presentate per le cause sovra espresse à questo Senato, & dichiaratosi dal medemo non aver cosa in contrario; Il che si farà dal Senato con ogni prontezza per tutte quelle di dette provisioni, che non saranno contrarie agl' Indulti, Prerogative, e Dritti della Corona, e de' Sudditi, ò che non si ritroveranno essere state surrettiziamente ottenute, e che in caso contrario ne darà immediamente aviso alla M. S. affine di rappresentare come sopra à Sua Santità per le provisioni di Roma, & adoperare quanto alle altre, i rimedii opportuni. Ammoniamo à tal' effetto, & esortiamo tutti, e ciascheduno degl' Ecclesiastici, ed espressamente inibiamo a' Secolari, Prefetti, Giudici, Podestà, Nodari, Segretarii, Sindici, e Consiglieri de' Luoghi, e Communità ed à chi sia altro di non dare, nè permettere l'esequzione di dette provisioni, meno esseguirle, autenticarle, ò altrimente prevalerjene, salvo che vedino la dichiarazione sudetta di questo Senato, quale s'accorderà senza difficoltà, ritardo, nè spesa alcuna sù la presentazione, che sarà fatta di dette provisioni, da chi le averà impetrate, ò per parte d'esso; Dichiarando, che in caso contrario si procederà in odio di tutti, e ciascheduni i Contraventori con li mezzi della Podestà Economica, e Politica, ò altrimente, sì, e come li casi esiggeranno, e che farà spediente per la tranquillità publica, e per l'essata osservanza degl'usi predetti. Mandiamo perciò, ed espressamente commandiamo à detti Giudici, Podestà, Sindici, Consiglieri e Segretarii delle Communità di dar' avviso di dette contravenzioni, cioè quanto alla Provincia di Torino al Segretario Ordinario di questo Magistrato, & quanto alle altre à respettivi Prefetti, quali Prefetti incarrichiamo d' esseguire gl' ordini Nostri sotto pena della privazione de' loro impieghi, incapacità d' averne altri, & di scudi cento d' oro al Fisco di S. M. applicandi, quali pene in correrano anche li Giudici, Podestà, Segretarii, e Notari, e rispetto a' Sindici, e Consiglieri, quella di scudi cinquanta d' oro, e del carcere per mesi trè, ed eziamdio altra maggiore arbitraria secondo i casi rispetto à tutti. Dichiarando la publicazione, ed affissione di questo da farsi all' Albo Pretorio di caduna Città, Terre, e Luoghi valer, come se fosse à caduano personalmente eseguita, & che alla copia stampata dallo Stampatore Regio se gli debba prestare tanta fede, come al proprio Originale. Dat. in Torino li venti Giugno mille settecento diecinove: Per detto Eccellentissimo Reale Senato: Il Segretario Ordinario del medemo: In Torino, stampato nella Stamparia Regia 1719.

Cum autem nimium evidens sit, nec quisquam inficiari valeat ex præfato Edicto, & in eo contentis gravissimum Ecclesiasticæ libertati, ac Pontificiæ nostræ auctoritati vulnus infligi: adeoque illa a Nobis æquo animo ferri, aut dissimulari minime posse; Hinc est, quod Nos ex commissi nobis divinitus Pastoralis muneris debito, Ecclesiæ, atque hujus Sanctæ Sedis jura ab ejusmodi scandalosis ausibus, quantam Nobis ex alto conceditur, sarta, tectaque, atque illibata tueri & conservare, cupientes, omniumque & singulorum, quæ ejusdem Edicti, quod non alio, quam illud penitus & omnino damnandi, & reprobandi animo præsentibus inferendum duximus, seu in eo contentorum occasione quovis modo acta & gesta fuerunt, seriem, causas & circumstantias, etiam aggravantes, aliave quæcumque, etiam specificam & individuam mentionem, ac expressionem requirentia, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & singillatim specificatis habentes: Motu proprio, ac ex certa scientia & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Edictum præinsertum, ac quæcumque in eo contenta, cum omnibus & singulis inde secutis, & forsan quandocumque secuturis penitus, & omnino nulla, irrita, invalida, injusta, reprobata, damnata, inania, temeraria, & a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, ac de facto præsumpta, nulliusque omnino roboris & momenti vel efficaciæ esse, & ab initio fuisse, ac perpetuo fore, neque illa a quoquam observari posse, vel potuisse, adeoque nec ullum statum facere, vel fecisse, sed perinde, ac si numquam emanassent, nec facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo itidem haberi debere, tenore præsentium declaramus; & nihilominus ad majorem & abundantiorem cautelam & quatenus opus sit, illa omnia & singula, prout etiam quæcumque alia præmissorum occasione in præjudicium libertatis & immunitatis, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, seu Apostolicæ auctoritatis quovis modo emanata, edita, acta, gesta, & perpetrata, cum omnibus pariter inde secutis, & quandocumque secuturis, harum serie damnamus, reprobamus, revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, abolemus, viribusque & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac pro damnatis, reprobatis, revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis & abolitis, viribusque & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus & mandamus.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere, quomodolibet prætendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ & dignitatis existant, seu alias specifica, & individua mentione & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati & auditi, causæque, propter quas præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu

Digitized by Google

ctu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; Sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & præfatæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia & potestate fungentes & functuros, sublata eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstan. præmissis, ac Apostolicis, & in universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus, & quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo; Legibus quoque etiam Imperialibus & Municipalibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis præfatis, & aliis quibusvis personis etiam speciali mentione dignis, sub quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis ac pluries iteratis, ac quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis & innovatis.

Quibus omnibus & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur & insererentur, præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, & derogatum esse volumus cæterisque contrariis quibuscumque.

Cum autem eædem præsentes litteræ in supradicta Civitate Taurinen. aliisque locis Sæculari Potestati earundem partium subjectis nequeant tute publicari, ut hactenus experientia compertum est, & Nobis notorie constat, prout harum serie declaramus; volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est affigi & publicari; Sicque publicatas & affixas omnes & singulos, quos illæ concernunt perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim & personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XVIII. Augusti MDCCXIX. Pontificatus Nostri Anno decimo nono.

F. Card. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo nono, Indictione duodecima, die vero XXI. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno ejus XIX. supradictæ literæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis & consuetis urbis per me Petrum Romolatium, Apostolicum Cursorem.

Franciscus Bartolotius, Curs. Magister.

Digitized by Google

CAPUT III.

De Magno Etruriæ Ducatu.

I.

Donatio de terra, quæ dicitur campus Regis, ab Imperatore Lamberto Ecclesiæ B. Joannis & Episcopatui Florentino facta, d. d. 12. Kal. Jun. An. 898.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

LAmbertus divina favente clementia Imperator Augustus &c. Noverit omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ; nostrorumque præsentium videlicet, & futurorum industria, quod interventu, ac petitione Do. Genitricis nostræ Agiltrudæ Seren. Imperatricis concessimus, & condonavimus Ecclesiæ B. Johannis Episcopatui Florentino, cui Grasulphus Venerabilis Episcopus, auctore Deo, præesse videtur, id est, terram ad modios duodecim, quæ dicitur campus Regis prope ipsam Ecclesiam pertinentem hactenus de Curte Regis, ita terminatam de duabus partibus, terram ipsius Ecclesiæ de tertia parte qua præcurrit fluvius Munione, de quarta parte terram Magiberti Presbyteri, & Mauriberti, & Floriperti & de Consortibus eorum. Item medio loco petium terræ unum pertinentem de curte Beneventana ad modios sex prope Ecclesiam S. Minati, ubi requiescunt sanctorum corpora novem, quatenus in perpetuum in jure & potestate ipsius Ecclesiæ prædictam terram cum suis dominationibus jure proprietario possideat, sicut usque modo a parte publica possessa fuisse dignoscitur, habeatque idem Præsul Grasulphus, & qui pro tempore ibidem Pontifex fuerit, ex nostra Imperiali auctoritate ad honorem ejusdem Florentini Episcopatus, potestatem jam dictam terram tenere, possidere mancipare donare, & quicquid voluerit facere, ut laus, & decus Ecclesiæ semper Christo miserante accrescat. Si autem quod minime credimus aliquis Minister publicus, aut quælibet persona, parva vel magna, hoc nostræ pietatis, & concessionis, præceptum in aliquo violare tentaverit, sciat se compositurum auri optimi libras triginta medietatem Palatio nostro, & medietatem parti ejusdem Ecclesiæ. Et ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, manu propria subsignavimus nostroque annulo jussimus insigniri.

Signum Domini Lamberti Serenissimi Imperatoris Augusti.

Andreas Notarius ad vicem Armolonis Archi-Cancellarii recognovi & consubscripsi.

Data anno carnationis Domini 898. Domini quoque Lamberti piissimi Imperatoris 7. decimo secundo Kal. Junii Indictione prima. Actum Ravennæ in Dei nomine felicilter. Amen.

II.

Donatio Regis Berengarii, sive confirmatio Donationis antea insertæ de terra, quæ dicitur campus Regis, Ecclesiæ Sanctorum Johannis & Miniati, quæ caput est Florentini Episcopatus, facta, d. d. 24. April. An. 899.

In honorem Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

BErengarius divina favente clementia Rex. Si venerabilium locorum divino cultui mancipatis Episcopatibus munus quodlibet nostræ dapsilitatis concedimus præmia sine fine mansura Domino largiente percipere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet & futurorum noverit industria quoniam interventu, ac petitione Zenobii venerabilis Episcopi, & dilecti Consiliarii nostri concessimus & condonavimus Ecclesiæ Sanctorum Joannis & Miniati, quæ caput est Florentini Episcopatus, cui Auctore Deo Grasulphus Episcopus præesse videbitur; Terram videlicet ad modios duodecim quæ dicitur Campus Regis prope ipsam Ecclesiam S. Goannis positam, hactenus pertinentem de curte Regis sita Florentiæ & ita determinatur, de duabus partibus terram ipsius Ecclesiæ, ex tertia parte præcurrit Fluvius Munione, de quarta vero parte terra qua Magiberti, & Mauriperti, & Floriperti, eorumque consortium aliam quoque Petiam terræ, ad modios sex hactenus pertinentem de curte Beneventana, positam prope Ecclesiam S. Miniati, & est ipsa terra circumdata de omni parte terra beati Miniati, in cujus Ecclesia Sanctorum corpora octo quiescunt, de nostro jure & potestate prædictam terram, sicut superius legitur, etiam suis terminationibus in jus, & potestatem ipsius Ecclesiæ modis omnibus transfundimus, & perdonamus, ut Præsul illius Ecclesiæ habeat, teneat, atque possideat, potestatemque habeat ad honorem jam dicti Episcopatus, donandi, vendendi, commutandi seu mancipandi remota to ius potestatis inquietudine exempla. Si quis igitur, quod minime credimus, contra hoc nostræ concessionis præceptum insurgere tentaverit, sciat se compositurum auri optimi libras triginta, medietatem Palatio nostro, & medietatem parti ipsius Ecclesiæ. Ut autem verius credatur & diligentius ab omnibus observetur, manu propria roboratum, annulo nostro subter jussimus sigillari exempla.

(L.S.)

Signum Domini Berengarii glorioſissimi Regis.

Martinus &c. ad vicem Petri Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Data

Digitized by Google

Data 7. Cal. Maji anno Incarnationis Domini 899. Domini autem Berengarii gloriosissimi Regis 12. Indictione 2. Actum Papiæ in Dei honorem feliciter.

III.

Diploma Ugonis, Marchionis & Principis Florentini, quo terras quasdam de Comitatu & territorio Pisano, Conrado Witto, juxta legem Salicam vendidit atque tradidit, d. d. 6. Id. Sept. Anno 995.

IN Dei nomine, & Individuæ Trinitatis. Otho Gloriosissimus Imperator Augu. filio bo. m. item Othonis Anno Imperii ejus — VI. Idus Septemb. Indictione XL. Manifestus sum ego Ugo Marchio, secundum Legem viventem Salicam, filio bo. m. Uberti, quod item vivebat secundum Legem Salicam; Atramento, Penna, & Pergamena manibus meis detenta elevavi, & Reuprandi Notarius, & Judex Dni Imperatoris ad scribendum investivi per Fusto nodato, seu Ramo Arboris Arcipressiolo, & Quantenerio Aldilarne, & super hanc Cartulam juxta Legem Salicam, vendo, dono, trado, cedo, atque transfundo, & mitto in potestatem tuam Chunerado, & qui Uvitto vocatur, filio b. m. item Chuneradi qui Uvitto vocabatur de Comitatu, & territorio Pisæ, id est Casis, Mansis, Domnicatis, Curtis, seu Castellis, Rocchis, sive Castris, atque Capellis, seu rebus meis, illis, tam Domnicatis, Castris, quam Mansis cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel universis Fabricis suis, Terris, Hortalis, Hortis, Vineis, Olivetis, Castagnetis, Quercetis, Silvis, Virgultis, Pratis, Pascuis, cultis rebus, vel incultis, sive de mobile, vel immobile, seu quasi moventibus, tam Servos, quam Ancillas, sive nutriminibus meis majoris, vel minoris, quascunque res, ubicunque in quolibet loco, vel vocabulis habere, & possidere visus sum, & mihi per quocunque ordine debito & pertinente, eoque pertinere debeant, tam ex jura parentum meorum, quam per quæsito meo; quam modo habeo, vel quod in antea a Deo juvante acquisiero, una cum omnes monimineas meas, cartule, & breve, seu judicatas, atque commutationis, sive præceptum Regale, & Imperiale ad notitiam judicati, vel quacunque scriptura cartas pulicetas, quantas & quales in me missa sunt, data, vel pertinentes, sicut ut fuerint, & vos exinde habere, & ostendere potueritis, ut dictum est; in integrum tibi ea vendo, dono, trado, atque transfundo, & emitto in jure dominationis tuæ, & pro suprascripta venditio mea, donatio & traditio, quas tali ordine mandavi, recepi, & pretium Argentum libras centum in præfinito, & deliberato, & de venditione præmanibus accepisse, tum meque supra Ugo Marchio, & suprascripta, rebus cum movilios, & familios cum omnibus majoris, vel minoris, quos tibi venundavi, forisque, vel intus positum; feci tibi in tuam proprietatem ad habendam reliqui, ut habeas, & teneas, atque possideas, & facias exinde ad præsentem, tantum quam, & rebus tuis cum movilios, & familios, nutriminibus, majoris vel minoris, quas tibi venundavi, dederitis, vel habere decreveritis, vel quod volueritis, sine omni mea hæredum, ac prohæredum meorum contradictione, vel reprobatione; & si quis vero, facturum esse minima credimus. Si ego ipse, quod supra Ugo Marchio, quod absit, aut ullus de hæredibus, & prohæredibus meis contra hanc cartulam, venditione, traditione, dare, vendere attemptaverit, aut eam pro quovis ingenio infringere, vel disrumpere præsumserit, per nosmet ipsos, aut per submissa persona hominum, cum nos eas dedisemus, aut dederimus, per quoliber ingenio, & eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus, ut vobis eas non defensaverimus, tunc inferamus vobis multa, quod est pœna Auri optimi libras DC. Argenti pondera mille, & infrascripta mea venditio, & traditio in duplum infero quidem loco sub æstimatione, quales tunc fuerint annexi valeamus, atque possimus disrumpere nec infrangere hanc cartulam venditionis, & traditionis meæ diuturnis temporibus firma, & stabile in pristinum perpetualiter inconcussa cum stipulatione super missa, sic tamen, si nos exinde Auctores, nec Defensores quærere, nec dare volueritis, licentiam habeatis absque nostra persona, scientia, & voluntas, exinde causas agendi, responsum reddendi, finem ponendi, modis omnibus vobis eas defensandi cum cartula ista venditionis, & traditionis nostræ, vel quomodo, qualiter juxta Legem melius potueritis, quam in tali ordine hanc cartulam venditionis meæ te Reuprandus Notarius, & Judex Domini Imperatoris ad scribendum tradidi, & scribere rogavi, & Testibus obtuli roborare in loco, qui dicitur Campogundi prope Fontana Amsaleari.

Signum Ugo Marchio.

Signum manus Ralnaldi & Rodolfi, seu Vualfredi Lege vivente Salica, pretio dante, & vidente.

Sig. manus Vualteri, & Ughi, seu Ubaldi similiter Lege vivente Salica Testes, pretio dante, & vidente.

Sig. Gherardus Judex Domini Imperatoris.

Sig. Reuprandus Notarius, & Judex Domini Imp. post traditam complevi & dedi.

Sig. Adalbertus Notarius Domini Imp. Authentico illo fideliter vidi & exemplavi.

Sig. Sigifredus Judex Domini Imperatoris.

IV.

Conradi II. Rom. Imperatoris Donatio seu confirmatio Donationum Ecclesiæ Episcopali Florentinæ factarum, d. d. 6. Id. Jul. An. 1029.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

COnradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si Sanctarum DEi Ecclesiarum curam gerere studuerimus Statum Imperii nostri stabilius permanere, & æternæ remunerationis nos acceptu-

Digitized by Google

ros præmium minime dubitamus. Proinde omnium Sanctæ DEi Ecclesiæ nostrorum fidelium præsentium, & futurorum comperiat solertia interventu, ac petitione Gisiæ Imperatricis nostræ dilectæ Conjugis, & Bonifacii nostri fidelissimi Marchionis Canonicos Sanctæ Florentinæ Ecclesiæ nostram adiisse clementiam, deprecantes ut, pro DEi amore, nostrique Imperii Salute, Sancti Johannis Ecclesiæ, eorumque necessitatibus subveniremus. Horum dignis petitionibus annuentes, prout juste, & legaliter possumus, concedimus, & per hanc nostræ auctoritatis paginam confirmamus eisdem Canonicis terram ejusdem Canonicæ cum omni sua integritate, nominative duas plebes unam de Celsino Sanctæ Hierusalem in curte sua alteram Sancti Laurentii sitam Exinea cum curte sua & infra eandem plebem prædictam cum capella, quæ Teuxo filius Lepti dedit Sancto Joanni, & eidem Canonicæ pro salute animæ suæ. Curtem etiam de Lacu, quam dedit Sichelmus Episcopus cum omnibus pertinentiis suis, quæ est infra plebem Sancti Petri in Valca, & Sancti Severi. Curtem vero de Centaurea, quam speciosus ejusdem Ecclesiæ Episcopus prælibatæ Canonicæ contulit, eodem modo sicut disposuit, habend. cum omnibus pertinentiis suis, Campum Regis, pratum Regis, mansas duas in Caminario: Medietatem fortis, quæ est in Vezzano, mansam unam de terra, Sanctam Mariam Novellam. Insuper confirmamus, in eadem canonica quæcunque temporibus retroactis sive ab ejusdem Ecclesiæ Pontificibus, sive fidelibus Christianis Regibus, vel Ducibus, sive etiam privatis & militantibus concessa sunt. Præterea ea omnia ad utilitatem fratrum ejusdem canonicæ corroborando donamus, quæcunque Atho Venerab. Episcopus ejusdem Ecclesiæ per decreti paginam eidem canonicæ contulit, eo videlicet ordine ut tam præsentes, quam futuri sacerdotes, Levitæ, Subdiaconi, seu Clerici ibidem DEo, Sanctoque Johanni canonice deservientes, jam dictas terras, aliaque omnia superius dicta per hujus nostri præcepti auctoritatem habeant, teneant, firmiterque possideant, omnium hominum contradictione remota. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes, nullaque nostri regni magna, vel parva persona ejusdem Ecclesiæ Canonicos de prædictis rebus disvestire, inquietare, molestare præsumat sine legali judicio, sed liceat eos quiete & pacifice sub nostra defensione vivere, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hujus nostri Præcepti paginam infringere temptaverit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem prædictis Canonicis. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria confirmantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

(L.S.)

Signum D. Conradi Invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Kaddotus Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum 6. Idus Julij Indictione quinta anno Dominicæ Incarnationis 1037.

Anno D. Conradi Regni decimo tertio, Imperii undecimo.

Actum Veronæ feliciter. Amen.

V.

Conradi Salici, Roman. Imperatoris Privilegium, quo bona civibus Florentinis, qui ipsius placita contempserant, adempta, Abbatiæ Florentinæ in honorem S. Mariæ constructæ dono dedit, d. d. 16. Kal. Aug. An. 1038.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

COnradus divina favente Clementia, Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesiasticæ Rei curam habere studuerimus, & eam ad utilitatem, & proficuum Ecclesiæ ordinando, & gubernando, sive defendendo reperimus divinæ retributionis præmium promereri, & Romani Imperii salutem corroborari minime ambigimus. Quocirca omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque fidelium præsentium scilicet, & futurorum noverit universitas, qualiter Nos pro Dei amore, animæque nostræ remedio, & pro orationibus THEVZONIS ceterorumque Fratrum ibi commorantium adipiscendi, sive ob interventum GISLAE nostræ Contectalis dilectissimæ, & HEINRICI, nostri Karissimi filii tradimus, donamus & concedimus Abbatiæ Florentinæ, in honorem S. Mariæ constructæ omnes terras, quæ FVERVNT Bonini Cantoris, & Massariæ, sive Rustichelli illorumque Filii, nec non Donati filii Johannis Feudi, quemadmodum per BANNVM vel POTESTATEM legaliter devenerunt propter NOSTRVM PLACITVM quod contumaciter cum multis Civibus contemserunt. Nominative unam mansionem prope Mercatum FLORENTINAE CIVITATIS, aliam ex parte Civitatis, ubi habitat Martius Sichi filius, aliam superius prope ipsam Casam, quam

tenet

Digitized by Google

tenet Martius Comes; unam quam tenet Olivus faber, aliam vero, quam tenet Florentius Rufus, aliam quam Johannes Faber, unam item, quam tenet Bonicius fraterque ejus quæ ſunt prope portam S. Mariæ; Item prope pontem unam quam tenet Fuſculus Clericus, aliam quam Gauzo, cum fratre ſuo unam quam Majorandus Faber etiam Johannes Vitalis, aliam Barontius Caſtabelio, aliam Martinus Faber, aliam ubi habitat Albiza vidua, aliam Fruſculus, aliam quam tenet Adalardus, aliam quam Baruneulus, aliam Raginerius, aliam Senucius, aliam Valterius, aliam Gerardus, & aliam quam tenet Florentius filius Boſi & quæcunque Donatus habuit, vel tenuit in Ponticello, & in Paterno, & in Pedemontibus, & in Campo Caſtagneto, in Monticello, in Campo Anticorni, & in quæcunque in Ponte Petrineo, in Ripula in Vrballa, & quicquid habuit juxta Flumen, quod vocatur Jana, in Runeo cum omnibus ſuis pertinentiis, ſive domnicatis, ſive ab aliis detentis, & quicquid Ruſtichellus filius Bonini Cantoris tenuit & habuit loco Signaria in S. Quiricio & in dictis locis, ſcilicet prope Pontem Florentinum ſimul cum una Turri infra jam dicta civitate, & quicquid prædicti homines habuerunt infra Comitatum Florentinum & Feſulanum. Ea videlicet ratione, ut prædicta Eccleſia, ſuique Abbates habeant, teneantque firmiterque poſſideant omnium hominum contradictione remota. Præcipientes itaque Jubemus ut nullus Dux, Archiepiſcopus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vice Comes, Sculdacius, Caſtalidio, nullique noſtri Regni magna, parvaque Perſona audeat prædictam Eccleſiam, ſuosque Abbates, de jam dictis rebus moleſtare, inquietare, lacerare, vel ſine legali judicio diſueſtire. Si quis autem hujus noſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum Auri Optimi liberas C. medietatem CAMERAE noſtræ, & medietatem prædictæ Eccleſiæ Abbati, ſuique Succeſſoribus. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus obſervetur, hanc paginam ſigillo noſtro juſſimus inferius inſigniri manu propria roborantes.

Sign. Domini Chuonradi Auguſti invictiſſimi Romanorum Imperatoris ----

Epiſcopus & Cancellarius, vice Herimanni Archicancellarii recognovit.

Datum X. Kal. Auguſti Indict. VI. An. Dominicæ Incar. MXXXVIII. An Domini Chuonradi Regni XIV. Imperii XIII. Actum Vidulianæ feliciter Amen.

VI.

Urbani P. P. II. Bulla erectionis Epiſcopatus Piſani in Archiepiſcopatum, d. d. 11. Kal. Maii An. 1092.

URBANUS EPISCOPUS &c.

Servus Servorum Dei. Dilecto in Chriſto Fratri Daiberto Piſanorum Epiſcopo, ejusque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

CUm univerſis Sanctæ Eccleſiæ filiis ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate, ac benevolentia, debitores exiſtemus, illis tamen locis, atque perſonis quæ ſpecialius, ac familiarius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæque ampliorem ejus gratiam obedientia gratiori officiisque frequentioribus & auxiliis amplioribus promerentur, propenſiori nos convenit, caritatis ſtudio immineré. Ipſe enim per Prophetam Dominus ait: Honorificantes me honorificabo. Diſcipulis quoque ſuis anguſtiarum quæ pro eo pertulerant, retributionem promittens dixit: Vos eſtis, qui permanſiſtis in tentationibus meis & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus Regnum. Quia igitur in tanta tamque diuturna Schismaticorum tempeſtate Piſanorum glorioſa Civitas multis jamdudum laboribus, & obſequiis Sanctam Romanam Eccleſiam Apoſtolicam ſibi fecit obnoxiam, tua quoque fraternitas Divino caritatis ardore ſuccenſa, ob ejusdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ libertatem, non ſolum impendit ſed & ipſa ſuper impendi parata eſt, & noſtris laboribus cooperata, multisque modis tribulationum particeps effecta, cooperante Domino beneficiorum meritis reſpondere curamus, ut ſicut nos præteritorum memores ſumus, ita, & ipſi tantæ gratiæ favore donati futuris temporibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fideliores ac devotiores exiſtant, & benigniori matri ſemper auxiliando, adjuvando, obſequendo reſpondeant. Divinæ ſiquidem Majeſtatis diſpoſitio Piſanæ urbis Gloriam noſtris temporibus, & Saracenorum triumphis illuſtrare, & ſecularium rerum provectibus promovere, & præ Comprovincialibus exaltare dignata eſt. Ea propter, & nos Divinæ pietatis proſecutores, & cooperatores eam in Spiritualibus quoque glorificare decrevimus, ſicut prædeceſſores noſtros multis Civitatibus olim feciſſe Scriptorum Eccleſiaſticorum teſtimoniis comprobatur; Conſilio itaque fratrum noſtrorum Epiſcoporum, Presbiterorum, ac Diaconorum Cardinalium, aliorumque noſtrorum fidelium aſſenſu immo precibus incitati, Cariſſimæ quoque Beati Petri filiæ Matildis Comitiſſæ, quæ ſe extremis quibusque pro cauſa Apoſtolicæ Sedis expoſuit; Obnixis poſtulationibus inclinati ad honorem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis Mariæ Sanctorumque Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, Corſicanæ Inſulæ Epiſcopatus regendos ac diſponendos Sanctæ Piſanæ Eccleſiæ, cui auctore Deo cariſſime frater Daiberte præſides, præſentis decreti auctoritate com-

committimus, atque subjicimus, teque frater venerabilis in Archiepiscopum ejusdem Insulæ promovemus, idem juris, & idem honoris tuis quoque successoribus perpetuo indulgentes; qui Cleri ac Populi electione legitima per Romani Pontificis manus intraverint, quemadmodum Landulphum, Gerardum, & teipsum ordinatos esse cognoscitur, Corsicana etenim Insula tam prolixitate Spatiorum, quam negligentia Pastorum, tam insolentia Dominorum, quam nostrorum desuetudine Legatorum, multis intervenientibus impedimentis ab Apostolicæ Sedis obedientia, ac devotione, deferbuit, & dissolutioni, ac dissipationi dedita Ecclesiastici ordinis pene deseruit disciplinam, quam profecto tua, tuorumque successorum vigilantia, quia es illis vicinior, & Sedis Apostolicæ familiarior es in Justitiæ regulam, & christianitatis vigorem, annuente Domino, reformari optamus atque præcipimus. Unde frater in Christo Carissime vestræ Jurisdictioni, dispositioni, procurationique committimus Ecclesiarum illarum bona secundum Deum regenda, defendenda, & quæ male distracta, & illicite usurpata reperietis, in usus Ecclesiasticos restituenda, ut auctore Deo illic Ecclesiasticæ disciplina Religionis referveat. Pallium igitur Fraternitati tuæ, plenitudinem videlicet Pontificalis officii ex Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus, quo intra Ecclesiam tantum ad Missarum celebranda solemnia tibi, ac successoribus tuis uti licebit, iis tantum qui subscripti sunt, diebus solemnibus, id est Nativitate Domini Epiphania, Ypopanton, Cenæ Domini, Paschæ, Ascensione, Pentecoste, tribus solemnitatibus Sanctæ Dei Genetricis, ac Virginis Mariæ, Natalitiis S. Jo. Baptistæ, & Sanctorum Apostolorum, commemoratione omnium Sanctorum, Consecratione Basilicarum & Suffraganeorum Episcoporum, ac Clericorum, & annuo natalitio tui die, in solemnitate Beati Martiris Sixti Pontificis, cujus indumenti honor efficaci actuum vivacitate servandus est, ejus ergo te volumus per omnia genium vendicare hujus enim indumenti honor humilitas, atque Justitia est: Tota igitur mente fraternitas tua se exhibere festinet, in prosperis humilem, & in adversis (si quando eveniunt) cum justitia erectum, amicum bonis, perversis contrarium, nullius unquam faciem contra veritatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, misericordiæ operibus juxta virtutem substantiae insistens, & tamen insistere etiam supra virtutem cupiens. Infirmis compatiens benevalentibus congaudiens, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans, in corrigendis vitiis sæviens, in facundis virtutibus auditorum animum demulcens, in iracundia animum fine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis justæ censuram non deserens; Hæc est Frater Carissime, Pallii accepti dignitas quam si sollicite servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Locus † Sigilli & Signaturæ,

BENE VALETE.

Datum Anagniæ per manum Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis XI. Kal. May Indict. VI. Anno Dominicæ Incarnationis MXCII. Pontificatus vero D. Urbani Papæ II. Anno V.

Hoc exemplum litterarum Urbani II. est fideliter descriptum ex autentico in carta pergamena, Archivii Apostolici Castri S. Angeli die 4. Juny 1618. Scipio Cardin. S. Susannæ Sanctæ Rom. Eccles. Bibliothecarius.

Locus † Sigilli.

Bartholom. Cæsarius Secretarius.

VII.

Honorii P. P. II. Bulla qua Ecclesiæ Pisanæ jus metropoliticum in Episcopos Insulae Corsicae denuo adjudicavit d. d. 12. Kal. Aug. An. 1126.

HONORIUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri Rogerio Pis. Archiepisc. ejusque Successoribus canonice instituendis in perpetuum.

AD hoc in Sancta Matre Catolica, & Universali Romana Ecclesia, quæ justitiæ Sedes est, nos auctore omnium bonorum, Deo, cognoscimus constitutos, ut suam Ecclesiis tibi justitiam conservemus, & si quid perperam gestum esse noverimus, rationis consilio ad rectitudinis tramitem reducamus, quatenus, & quæ corrigenda sunt, ordine judiciario corrigantur, & quæ recte statuta noscuntur in sui vigoris robore perseverent. Prædecessor equidem noster Sanctæ mem. Urbanus Papa instituit, & charitatis intuitu, consilio Episcoporum, & Cardinalium, & aliorum fidelium assensu Pisanae Ecclesiæ, & Daiberto, qui ei præfidebat, ejusque successoribus canonice intrantibus Corsicanæ Insulæ Episcopatus regendos, & disponendos commisit atque subjecit, eumdemque Daibertum, in Archiepiscopum Insulæ Corsicanæ promovit, & Corsicanis Episcopis, ut ei tamquam Metropolitano suo obedirent per obedientiam præcipit. In magna namque & diuturna scismaticorum tempestate quam Romana tunc temporis patiebatur Ecclesia, Pisanorum Civitas multis laboribus fecit obnoxium, Corsicana vero tam prolixitate spatiorum, quam negligentia Pastorum, Dominorum insolentia, & desvetudine Legationis Sedis Apostolicæ deferbuerat, & dissolutioni, ac dispositioni dedita Ecclesiastici ordinis pene desueverat disciplinam. Proinde idem prædecessor tot a Pisanis collatorum beneficiorum meritis digne respondit, & Corsicanæ Ecclesiæ, quæ Pisanis propior est, debita Charitate providit. Post modum vero Papa Gelasius ejusdem Charitatis respectu idem juris, & dignitatis, quod a D. Urbano P. P. Ecclesiæ Pisanæ collatum fuerat, auctoritate sui privilegii confirmavit. Quo de hac luce assumpto, prædecessor noster Calistus ejusdem rationis consideratione, quod ab antecessoribus

ejus

ejus Urbano, & Gelasio datum, & confirmatum Pisanæ Ecclesiæ fuerat, privilegii sui munimine roboravit. Januenses autem honori Pisani populi invidentes, & eorum Incrementum æquo animo non ferentes, hujus rei sumpta occasione guerram contra Pisanos moverunt, unde cædes, incendia, & multe Christianorum captivitates, peccatis exigentibus, contigerunt, & de baccando in Christianos Saracenis multa crevit audacia. Propterea Januenses ad Urbem venientes Romanum Olerum, & populum sollicitare attentius statuerunt, suadentes eis magnum esse Romanæ Ecclesiæ detrimentum, nisi concessa dignitas Pisanæ auferetur Ecclesiæ. Asserebant enim Romanam Ecclesiam hujus guerræ causam ac fomentum existere. Et si Corsicanorum Episcoporum consecratio ad proprium Dominum Romanæ revocaretur Ecclesiæ, indubitanter inter se, & Pisanos pacem & concordiam pervenire. His igitur causis Dom. P.P. Calistus pacis amator inductus, donationem illam Pisanæ Ecclesiæ a suis antecessoribus factam, & a se ipso firmatam, pacis intuitu recessavit, & scripti sui pagina irritavit, ceterum neque suis neque nostris temporibus, inter Pisanos, & Januenses, est ad hæc concordia consequuta Post commissum vero nobis a Deo Romanae Ecclesiae regimen, tu Frater Rogeri Pisanæ Ecclesiæ Archiepiscopus, & Consules ad nos mittentes, ut de Corsicanorum Episcoporum, quæ Pisanæ Ecclesiæ a prædecessoribus nostris Urbano, Gelasio & Calisto collata fuerat, & sine praecedente ipsorum Pisanorum culpa, & absque judicio ablata, Justitiam faceremus suppliciter rogavistis; Præsentibus etiam Pisanis Januenses, ad nostram postea præsentiam venientes, ut eisdem sacra ablatio a Papa Calisto facta per nos firmaretur, nihilominus postulaverunt. Nos autem utrosque diligenter ad Pacem faciendam monuimus, sed pacem ab eis prece, vel monitis impetrare nequivimus. Januenses enim, qui ad nos venerant, se ad hoc non esse a populo suo missos, neque ejus mandata posse transgredi asserebant. Habito igitur fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium Consilio, quod utrosque populos ad pacem cogi ratione debere convenimus. Legatum ergo nostrum Comitem tunc Diaconum Cardinalem, cum scriptis nostris Januam, & Pisis misimus, præcipientes, ut in manu ejus, juramento firmarent, se de sacra Corsicæ, & Gueua, resque ad tunc proximum Sancti Michaelis festum nostris jussionibus obedire. Transacto itaque termino utraque pars ad nostram venit præsentiam. Nos autem diligenti studio ad pacem inter eos statuendam quamvis non profecerimus, laboravimus. Demum cum ab eis quæreremus, ut juramento firmarent, se nostris obedire mandatis, Januenses se adimplere non posse dixerunt, & quod sui Consulatus terminus esset expletus. Tunc communis deliberatione Consilii Pisanorum super hac causa juramentum recepimus, & ne Januenses aliquam rationabilem contra nos occasione prætenderent, secundum eis, & tertium per nostros Nuncios & litteras terminum dedimus. Qui profecto neque tenuerunt neque pro se excusationem canonicam dixerunt. Cum ergo inter Romanam Ecclesiam & Pisanam quæstio remaneret, & Pisani ad requirendam Ecclesiæ suæ justitiam non desisterent, fratres nostros Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, qui causam & commodum rei gestæ a prædecessore nostro Papa Calisto plenarie noverant, convocavimus. Quibus in Sacro Lateranensi Palatio in nomine Domini congregatis regesta prædecessorum nostrorum Urbani, Gelasii, & Calisti tradidimus, & quid inde a nobis, postquam Apostolicæ Sedis onus assumpsimus factum fuerat, & quantum pro pace inter eos componenda laboraverimus, ostendimus, rogantes in ea charitate, qua venerant, ut juxta quod eis Sancti Spiritus gratia revelaret, nobis consulerent. Postmodum vero adjurat in fidem, quam Beato Petr, & Romanae debeant Ecclesiæ, responderunt se nulla alia causa, nisi Divina charitate, ad id, quod dabant, Consilium fuisse adstrictos, quod nimirum Consilium præscriptum propriis roboratum manibus ediderunt. Cujus videlicet Scripti verba hæc sunt.

Spiritus Sancti dictante gratia. Dominus Honorius Sacratissimæ, & Apostolicæ Sedis Episcopus, diversarum Provinciarum Archiepiscopis, & Episcopis, Abbatibus quid de negotio Pisanæ Ecclesiæ juste & canonice faciendum foret, petiit consilium, quibus rationabiliter visum est, quatenus & be: mem. Urbani, Gelasii, & Calisti privilegia & deucta inconcussa permaneant, & Pisanam Ecclesiam debere restitui Corsicanis Episcopatibus, absque judiciario proprio ordine spoliata, & scripto huic subscripserunt, Archiepiscopi. Guallerius Ravenat. Romoaldus Salernitanus, Otto Capuanus, Rofridus Beneventanus; & Episcopi, Vuillelmus Urbevetanus, Guido Aretinus, Gregorius Terracinensis, Pandulphus Franensis, Clarissimus Assisiensis, Robertus Aversanus, Riccardus Caietanus, Trasmundus Signinus, Joannes Calenas, Gualfredus Senensis, Gaufridus Suessanus, Ranulphus Caserranus, Jacobus Faventinus, Etho Sutrinus, Petrus Castellanæ Civitatis, Benedictus Nepesinus, Ilditho Soanensis, Gherardus Amelianensis, Benno Cæsenatens. & Petrus Tuscanensis; & Abbas Sancti Laurentii Aversani, Matreus, & Joannes Sanctæ Sophiæ, atque Joannes Camaldulensis, Prior. Interfuerunt etiam Episcopi, Benedictus Lucanus, Andreas Lunensis, Bernardus Marsorum, Petrus Clusinus & Otho Tudestinus; absentes quoque, Eldegario A. Tarracone, Gualterius Magalone, & Gottfridus Florentinus Episcopi assentientes, & consilium suum per proprias licteras præbuerunt. Propterea Collaterales fratres nostri Episcopi, & Cardinales in unum convenientes, de hoc inter se consulentes post multas disceptationes & subtilitates ..... ab omnibus, qui in unum convenerant, hoc judicatum est; Quod Papæ Urbano, ex auctoritate Romanæ Ecclesiæ, etiam contra voluntatem ipsius Insulæ Episcoporum, licitum fuerit Pisanum Episcopum Provisorem, & Metropolitanum Corsicanæ Ecclesiæ constituere,

Digitized by Google

tuere, succeſſoribus autem ipſius D. Gelaſio, & D. Caliſto id ipſum itidem licuiſſe ſuis privilegiis confirmare: Et quia Piſanæ Eccleſiæ a tot Romanis Pontificibus collata, & confirmata dignitas ſine manifeſta culpa, & judicio auferri non debuit, nunc judicatum eſt, eam dictam eidem dignitatem debere reſtitui, & facta de donatione illius Romanorum Pontificum privilegia inconcuſſa ſervari. In hoc etiam honoratorum Virorum, Petri Præfecti, Conſulum, & aliorum Romanæ Urbis Sapientum, atque nobilium convenit aſſenſus. Hoc ergo, quod ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus collaudatum, a Cardinalibus judicatum, & a Baronibus approbatum fuerat, juſtum eſſe noſcentes in conſpectu omnium, te Cariſſime in Chriſto frater Rogeri, Piſ. Archiepiſcopus de conſecratione Epiſcoporum Corſicanæ Inſulæ per pacu. lum inveſtimus. Nunc itaque ſecundum Conſilium, & collautationem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum & Nobilium Romanorum aſſenſum, prædeceſſorum noſtrorum Urbani, Gelaſii, & Caliſti privilegia Eccleſiæ Piſanæ facta, inconcuſſa permanere ſtatuimus, & per præſentis privilegii paginam conſecrationem Epiſcoporum Corſicæ tibi, & per te Piſanæ Eccleſiæ reſtituimus. Item ſecundum jam dictorum privilegiorum tenorem, tamquam proprius ejusdem Inſulæ Metropolitanus, Epiſcopatus, & Epiſcopos ipſos, regendi ordinandi, & conſecrandi, atque ad Synodum tam in Metropolitana Piſana Eccleſia, quam in ipſa Inſula convocandi, ad honorem *Dei*, & ejusdem Piſanæ Eccleſiæ habens poteſtatem. Pallii quoque uſum, qui prædeceſſoribus tuis pro ipſius Inſulæ Prælatione, a noſtris Anteceſſoribus eſt conceſſum, nos tam tibi, quam tuis prædeceſſoribus confirmamus, his videlicet diebus, qui ſubſcripti ſunt, id eſt, Nativitate Domini, Epiphania Ipopanthon, Cœna Domini, Paſca, Aſcenſione, Pentecoſte, Tribus ſolemnitatibus Beatæ Dei Genitricis Mariæ, Natalibus Sancti Joannis Baptiſtæ, & S. S. Apoſtolorum, Commemoratione omnium Sanctorum, Conſecratione Baſilicarum, Suffraganeorum Epiſcoporum & Clericorum, Anno Natalitii tui die, In feſtivitate Sancti Sixti, In Inventione, & Exaltatione S. Crucis, In Anniverſario Conſecrationis Piſanæ Eccleſiæ. In feſtivitatibus Sanctorum Martirum Stephani, Laurentii, & Epheſi, cujus corpus in eadem Eccleſia requieſcit, & in ſolemnitate Beatæ Agatæ Virginis, & Martiris; Sane pro Piſanam Parochiam; & Inſulam Corſicanam, Crucem ante te, & tuos Succeſſores deferri concedimus. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe Divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine *Dei*, & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricta ultioni ſubjaceat. Cunctis autem ei dictæ Eccleſiæ juxta ſervantibus ſit Pax *Domini* Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus, & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Loco † Sigilli. Et { BENE VALETE. } Signi.

Ego HONORIUS Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcr.
† Ego Creſcentinus Sabinienſis Epiſcopus ſubſcr.
† Ego Guglielmus Præneſtinus Epiſcopus ſubſcr.
† Ego Guido Tiburtinus Epiſc. ſubſcr.
† Ego Bonifacius Card. Presb. tit. S. Marci ſubſcr.
† Ego Gregorius Card. Presb. tit. S. Apoſtolor. ſubſcr.
† Ego Benedictus Presb. Card. tit. Eudoxie ſubſcr.
† Ego Corradus Presb. Card. tit. Paſtoris interfui ſubſcr.
† Ego Deusdedit Presb. Card. tit. Damaſi ſubſcr.
† Ego Saxo Presb. Card. tit. S. Stephani ſubſcr.
† Ego Petrus Presb. Card. S. Suſannae ſubſcr.
† Ego Joannes Presb. Card. tit. S. Griſogomi ſubſcr.
† Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Calixti ſubſcr.
† Ego Petrus Presb. Card. S. Marcelli ſubſcr.
† Ego Sigitha Presb. Card. tit. S. S. Marcellini & Petri conſenſi, ſubſcr.
† Ego Gregorius Presb. Card. tit. S. Sabinae ſubſcr.
† Ego Gherardus Presb. Card. tit. S. S. Aquilæ & Priscillæ ſubſcr.
† Ego Ubertus Presb. Card. tit. S. Clementis ſubſcr.
† Ego Gregorius tit. S. Angeli Card. Diaconus ſubſcr.
† Ego Romanus Diaconus Card. S. Mariæ in porticu ſubſcr.
† Ego Ugo Diaconus Card. S. Teodori ſubſcr.
† Ego Stephanus Diaconus Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcr.
† Ego Joannes Diaconus Card. S. Nicolai ſubſcr.
† Ego Angelus Diaconus Card. S. Mariæ in Dominica ſubſcr.
† Ego Jacintus Prior Subdiaconorum Baſilicæ ſubſcr.
† Ego Humannus Sacræ Baſilicæ Subdiaconus ſubſr.
† Ego Nicolaus S. Baſilicæ Subdiaconus ſubſcr.
† Ego Silvius Prior Subdiaconorum de Cruce ſubſcr.
† Ego Joannes Subdiaconus de Cruce ſubſcr.
† Ego Petrus Subdiaconus ſubſcr.
† Ego Caleph. Subdiaconus ſubſcr.
† Ego Matteus Sacrae Baſilicæ Subdiaconus ſubſcr.

† Ego

Digitized by Google

† Ego Joannes qualiscumque Subdiaconus subsc.
† Ego Bobus Subdiaconus S. Palatii subscr.
† Ego Girardus Subdiac. subscr.
† Ego Stephanus Sacri Palatii Subdiaconus subscr.
† Ego Bonifatius Clericus subscr.

Datum Laterani per manum Aimerici S. Romanae Ecclesiae Cardinalis, & Cancellarii XII. Kal. Augusti Indict. IV. Incarnationis Dominicæ An. M. C. XXVI. Pontificatus autem Dom. Honorii Papæ II. Anno secundo.

Originale asservatur in Archiv. Reformat. Florentiæ.

VIII.

Diploma Almerici, Comitis Ascalonis, quo Pisanis in Civitate Jobe varias immunitates, unam plateam, & locum quendam ad fabricandum in illo ecclesiam, dono dedit, d. d. 4. Non. Jun. An. 1157.

In Nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

NOtum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ego Almericus per Dei gratiam Comes Ascalonis per voluntatem, atque laudamentum Domini, atque fratris mei Balduini, Regis Hierusalem dono, atque confirmo tibi Dom. Villano, Pisarum Venerabili Archiepiscopo, unaque Consulibus earundem, Communitatisque omnibus Pisanis dimidium ejus Juris, quod ad me pertinet, & cum intraverint, & cum exierint, & cum emerint, & cum vendiderint Pisani in Jobe, tam per terram, quam per mare. Dono etiam Pisanis Plateam unam in Jobe, ut in ea componat sibi domos, & faciant ibidem forum sibi. Concedo eisdem locum unum ad fabricandum sibi in eo Ecclesiam, sit tamen Dominus, ac Magister Christianitatis Patriarcha hoc ipsi concesserit, ut igitur hoc meum donum, hæc mea concessio atque confirmatio rata, firma, & illibata in perpetuum permaneat, & nullius fraudulentia aut violentia circumveniri possint, vel turbari, cartam præsentem sigillo meo corroboro Testibusque subscriptis communio. Factum est hoc Anno Incarnat. Dominicæ MCL. VII. Indict. V. Hujus quidem rei testes sunt Fer. Episc. Achon, De fratribus templi, Gottifredus Fulcheri de fratribus Hospitalis, Will. Grollhed, de hominibus vero meis Simon de Hosdem, Rainaldus de Jope, Itechlinus de Samulach, Albertus Will. de Ciro Will de Tiberiade, Guido de Mirabello Bartholom. Suassionensem Cerbertus, Lambertus, Girardus de Raminni, Lambertus de Jope, Will Rufus; Datum in Ascolone per manum Rudolphi Cancellarii IIII. nonas Junii.

IX.

Almerici, Hierosolymæ Regis concessio cujusdam terræ & domus in civitate Tyri, consentiente Archiepiscopo Pisano, ad quem domus ista pertinebat, facta universis mundi hominibus, d. d. Id. Martii An. 1165.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

NOtum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ego Amalricus per Dei gratiam in Sancta Civitate Hierusalem Latinorum Rex V. universis Mundi hominibus cujuscunque sint linguæ, seu nationis tam modernis, quam modernorum successoribus, concedo, & confirmo spatium illud terræ, quod est super spatium Tyri inter Civitatis domos, & aquam portus, quatenus ipsorum commoditati in sempiternum expeditum pateat. Ita quoque ne aliquis ibidem aliquam mansionis stabilitatem facere præsumat.

Propter hanc liberationem Pisani Petro Siniscalco Archiepiscopo quadringentos Bisancios dederunt. Quatenus domum suum quam in eadem terra ædificatum habuit, auferet, & terram in qua domus fuerat liberam communi omnium hominum usui, sicut supra determinatum est, in sempiternum relinqueret, ut autem hæc mea concessio firma, & inviolata permaneat, testibus subscriptis & sigilli mei impressione corroborari feci. Factum est hoc anno Incarnationis Dom. M. C. LXV. Indict. XIII. sunt autem hi testes. Fridericus Archiepiscopus Tyri, Henricus Constabularius, Gherardus de Sydonia, Philippus de Monte Regali, Heinricus Butilus, Hugo Cæsariensis, Grimundus de Tribiade, Guillelmus Marescalcus, Otta de Riberg, Arnoldus, de Ardast, Guido de Meirere, Arnoldus Vicecomes Tyri, Petrus Hugonis Vicecomes Accon; Joannes de Moneta de Accon, Joannes de Guido. Datum apud Accon per manum Radulphi Episcopi Bethlem, Regisque Cancellarii, idibus Martii.

Ego Benicasa quond. Leonardi Cascinens. filius Dom. Friderici invictiss. Romanorum Imperatoris Judex, & Notarius Authenticum hujus vidi, legi, & obsculta vi Accon in Ecclesia S. Petri. Pis. præsentibus Gontulino de Ponte, Roberto Tormuli, Vgulino Not. quon. Bandini, & aliis testibus ad hæc rogatis Dom. Incarn. ann. secund. curs. Pis. 1249. Indict. sexta pridie Kal. Aprilis. Ideoque prout in originali munito Sigillo plumbeo pendenti, in quo ab uno latere erat impressa quædam Civitas circumdata his literis † *Regis Regum omnium*, & ab alia quædam imago ejusdem Regis coronati sedentis in Regali Sede, & tenentis in manu dextra quandam Crucem, & in sinistra quandam pallam rotundam cum parva Cruce circumdata his literis: Amalricus Dei gratia Rex Jerusalem, non vitiato neque cancellato, non abolito, neque in aliqua sua parte raso, ita per ordinem de verbo ad verbum nihil addens neque minuens de mandato nobilis viri Dom. Guidonis de Sancto Cassiano quond. Galli Consulis Communi Pisanorum Accon; & totius Siriæ transumpsi, & in publicam formam redegi.

Digitized by Google

X.

Diploma Almerici, Regis Hierosolymitani, concedentis nonnulla privilegia atque bona Communi Pisano, d. d. 15. Kal. Octobr. An. 1169.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

NOtum sit omnibus tam præsentibus, quam futuris, quod ego Amalricus per Dei gratiam in sancta civitate Hierusalem Latinorum Rex V. dono, concedo, & confirmo communi Pisanorum libertatem de omni jure negotiationis per totam terram, quam Deus mihi dederit in Aegypto, & curiam in Babilonia, & Ecclesiam, domum fornum, molendinum, & balnea juxta fundum mercatorum, similiter apud Chariam in platea Belbecant. concedo ei curiam, Ecclesiam, domum, furnum, molendinum & balnea similiter apud Rassit. hæc omnia ei concedo. Concedo præterea ei mille Bisancios in funda mea, sive in Babilonia, sive in Charia singulis annis sine Servitio, quousque de omni modo jure negotiationis ipsum commune acquietavero, in Alexandria, in Damiata, & Jamnis. Ut igitur hæc mea donatio communi Pisarum in sempiternum stabilis permaneat, chartam præsentem testibus subscriptis & sigillo meo corroboro.

Factum est hoc anno ab incarnatione Domini 1169. indictione secunda. Hujus rei testes sunt Bernardus Liddensis, Guillelmus Acconensis Episcopi Philippus Militiæ templi Magister Gilebertus, Magister Hospitalis, Galterius Princeps Galileæ, Hemfridus Constabularius, Milo Dapifer, Guillelmus Marescalus, Gaufriedus Tortus.

Datum Accon per manum Rodulphi Episc. Bethele, Regisque Cancellarii, 15 Kalend. Oct.

Nota.

Hujus privilegii exemplar authenticum asservatur Florentiæ in archivio reformationum cum infrascriptis subscriptionibus notariorum Imperialium.

Ego Albertus Domini Frederici Rom. Imperatoris judex ordinarius, & not. authenticum hujus vidi, & legi, & fideliter exemplavi.

Ego Ughicio nepos Gallici judex & notarius Domini Imperatoris authenticum hujus vidi, legi & hic subscripsi.

Ego Albagnanus judex D. Frederici Romanorum Imperatoris, & Pisanæ civitatis cancellarius authent. hujus vidi, legi, & subscripsi.

Ego Ildebrandus D. Frederici Rom. Imperat. Rom. judex ordinarius, & not. authent. hujus vidi, & legi, & hic subscripsi.

XI.

Donatio campi cujusdam Laodiceæ siti, a Boëmundo, Principe Antiocheno facta Pisanis de Anno 1170.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

NOtum sit omnibus hominibus tam præsentibus quam futuris, quod ego Bœmundus Raimundi principis filius, Dei gratia, princeps Antiochenus assensu, & voluntate Dominæ Urgollosæ, uxoris meæ charissimæ principissæ, dono & concedo, & jure perenni confirmo Ecclesiæ S. Mariæ, & Archiepiscopo Pisanæ civitatis, consulibus & senatoribus, & communi populo, tam in Pisana provincia, quam in nostra manent, quamdam terram ad construendam domum in portu civitatis Laodiceæ, quæ terra extenditur subtus Eccl. S. Heliæ, scilicet ante domum templi, & domum magistri, Hugonis usque ad mare, quod contra est & extenditur per littus maris usque ad quamdam Caneriam & murum antiquum, & in superiori parte usque ad fossatum. Sciendum est autem, quod si prædicti Pisani judicio curiæ terram illam recipere possent quam in prædicto portu Ugo Embriacus filius Villelmi possidet terra, quam superius dedi in meis propriis usibus redibit. Insuper dono illis firmo, & concedo domum quamdam in civitate Antiochiæ, quæ domus fuit D. Odone de Tiro. Hæc quidem omnia superius assignata dono ego illis, & concedo jure hæreditario habenda in pace, & sine calumnia aliqua libere, & quiete, saluo tamen hominum meorum jure, in perpetuum possidenda. Præterea si in terra mea naufragium passi fuerint, illos & res eorum saluabo, & protegam, & si quispiam eorum in terra mea obierit, res ejus parentibus suis reservari faciam, nisi intestatus obierit. Insuper eisdem dono & dimitto per totam terram meam de quibuscunque partibus venerint medietatem totius juris, quod per consuetudinem intrando, vel exeundo, eundo vel redeundo, emendo, vel vendendo dare soliti sunt, & eos in mari & in terra mea, ex omni posse meo protegam, & defendam, & si inter se querelam habuerint in curia sua, juxta statuta eorum tractetur & emendetur, si vero querela talis fuerit, quæ ab iisdem definiri non possit vel de probato facto, vel proditione, vel homicidio, vel de suis & meis hominibus fuerit in mea curia audiatur, & diffinietur. Hæc quidem omnia superius assignata dono eis, & concedo jure hæreditario in perpetuum. Ut autem hoc donum firmum fiat, stabileque consistat literarum inscriptione, & mei principalis sigilli impressione munio, & confirmo. Hujus rei testes sunt Guiscardus de insula vice Conestabulus, Rogerius de Surda valle, Villelmus de Lotiis, Gaufridus de Dordan, Joannes de Salpa, Guiscardus de Nazaret, Henricus de Coges.

Datum est autem privilegium istud per manum Bernardi Cancellari anno principatus mei 7. & ab incarnatione Domini 1170.

XII. Breve

Digitized by Google

XII.

Breve Alexandri P. P. III. quo lis inter Senensem & Florentinum Præsules de ecclesia in monte Bonizi constructa, sopita fuit, d. d. 10. Kal. Jul. An. 1176.

Alexander Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Gunterano Senen. electo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

COmmuni & speciali debito, tuis cogimur petitionibus consecendere, & effectum congruum indulgere, ut qui tenemur universos in suis justis postulationibus exaudire, tanto tibi amplius videamur esse propitii, quanto te, & Ecclesiam tibi commissam, abundantiori diligimus charitate. Ea propter dilecte in Domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu Ecclesiam in monte Bonizi ab. m. Raynerio prædecessore tuo in fundo videlicet, quem b. m. q. comes Guido concessit beato Petro & piæ recordationis prædecessori nostro Adriano Papæ, de ipsis prædecessoris nostri auctoritate, & concessione constructam de communi consilio fratrum nostrorum tibi, & tuis successoribus concedimus, & confirmamus dantes vobis liberam facultatem, sicut idem præcessor dedisse dignoscitur, eandem Ecclesiam, sine contradictione qualibet consecrandi, & in ea clericos juxta nostræ voluntatis arbitrium ponendi, & libere ordinandi non obstante retractatione, quam præcessor noster super hoc levi, & vano errore ductus, ea consideratione fecisse dignoscitur, quod locus in Episcopatu Florentino consistit, cum in privilegio ipsius prædecessoris nostri contineatur fundum ipsum a memorato comite supra fuisse concessum, & ab eodem prædecessore nostro ad Ecclesiam ibi construendam sub annuo censu unius bizantii tuo prædecessori collatum. Statuimus autem sicut præfatus præcessor noster noscitur statuisse, ut quicumque de tua diœcesi ad locum illum transierit, in omnibus spiritualibus tibi tantum, & successoribus tuis debeant respondere, & vos eandem, quam prius, habeatis in eis omnino potestatem. Cæterum ad hujus nostræ concessionis, & confirmationis indicium unum Bizantium nobis, nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostræ concessionis & confirmationis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi præsumtionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax D. nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia alternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander Chatholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Ubaldus Ostiensis Episcopus subsc.

† Ego Bernhardus Portuensis & S. Rufinæ Episcopus subscrip.

† Ego Johannes presbyter card. SS. Johannis & Pauli tit. Pammachii subscrip.

† Ego Willelmus presb. card. tit. S. Petri ad vincula subscr.

† Ego Boso presb. card. S. Pudentianæ tit. Pastoris subsc.

† Ego Johannes presb. card. S. Marci subsc.

† Ego Theodosius presb. card. S Vitalis Vestinæ subscrip.

† Ego Manfredus presb. card. tit. S. Cæciliæ subscr.

† Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannæ subscrip.

† Ego Jacinthus Diac. card. S. Mariæ in Cosmedin subscr.

† Ego Cyntius Diac. card. S. Adriani subsc.

† Ego Hugus Diac. card. S. Eustachii juxta templum Agrippæ subscr.

† Ego Laborans Diac. card. S. Mariæ in Porticu subscr.

Datum Anagni per manum Gratiani S. R. E. Subdiaconi & notarii 10. Kal. Julii Ind. 9. Incarnationis Dominicæ anno 1176. Pontificatus vero Dom. Alexandri Papæ III. ao 17.

XIII.

Literæ, quibus Fridericus I. Roman. Imperator, Ubaldum, Pisanæ Ecclesiæ Archiepiscopum de bonis in ipsis literis nominatis infeudavit, d. d. 7. Id. Mart. An. 1178.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.

Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus.

SI venerabilium petitiones personarum circa augendas Ecclesiarum commoditates clementer admittamus, credimus nobis apud Regem Regum ad æterni regni meritum, & temporalis Imperii prosperiorem decursum proficere, & eos quos effectibus suarum honoramus petitionum non dubitamus nobis, &

Digitized by Google

Imperio fideliores, de cætero, ac magis devotos existere. Ea propter omnibus Christi, & Imperii nostri fidelibus tam futuris, quam præsentibus notum esse volumus, qualiter, nos, ob animæ nostræ salutem, & propter dilecti & fidelis nostri Ubaldi, Pisanæ Ecclesiæ venerabilis Archiepiscopi petitionem ipsi jam dicto Archiepiscopo, suisque successoribus in perpetuum Imperiali nostra munificentia dedimus, & in feudo, & beneficio concessimus, & pragmatica sanctione eis confirmamus, & inconvulsa stabilitate eis permanere decernimus omnia bona illa, & possessiones & jura, quæ dilectus patruus, & prædecessor noster piæ memoriæ Rex Conradus ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo Balduino, ac ipsius successoribus dignoscitur tradidisse, concessisse & confirmasse. Hæc enim credimus Imperio diminutionem inferre, cum imperii Ecclesias donis nostris augere studemus, & exaltare. Ex his autem quædam propriis suis exprimere vocabulis dignum duximus, scilicet curtem de Avane cum bonario & in morlo, & omnibus suis pertinentiis terras in palude Pisana juxta Burras positas, item unam petiam de terra, pratum in præfata palude prope campum de Arsule positam, quæ cohæret ab uno capite terræ monasterii sancti Viti ab altero fluvio Auseris: latus unum extenditur in paludem, alterum latus in ducaria quæ dicitur Cula, sicut ipsa ducaria defluit versus præfatum fluvium Auseris, curtem de Blentina, cum omnibus terris, & rebus ad curtem ipsam pertinentibus, placitum, & fodrum de Buiti, placitum, & fodrum, de vico Ausurissole placitum, & fodrum de sylua longa, Gunfun vetus, & novum, placitum, & fodrum, & albergariam de Pugnana, & Valtriana, placitum & fodrum de Vada, & Rassinnano & omnes res, & terras in supradictis curiis Marchia pertinentes, paludem totam de Martajolo, & tertiam in stagno positam feudum spectatorium qui morantur in burgo Sancti Pauli in Chintica, presas Cassiaulensium, & illorum de Ripule in campo Lepojano positas. Prædictas igitur curtes cum omnibus suis pertinentiis, & omnibus terris, Vineis, montibus, & planis cultis & incultis, sylvis & buscariis, stirpetis, pratis, paludibus, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscariis factis & faciendis salinis, molendinis, in jam dictis curtibus, & prænominatis locis, & eorum finibus regio, seu imperatorio juri pertinentibus, præfato dilecto, ac fideli nostro Ubaldo Pisanæ sedis venerabili Archiepisco, & suis in perpetuum successoribus concessimus, tradidimus, & confirmavimus. Confirmamus etiam nostra auctoritate contractum habitum inter Pisanum Archiepiscopum Ubertum, & Abbatem de Marrona scilicet de Marrona, & Uviario & eorum pertinentiis. Præterea irritum decernimus feudum de Livurna concessum irrationabiliter marchionibus. Decernimus etiam ut de his omnibus nulli personæ Ecclesiasticæ vel seculari feudi nomine vel alio aliquo titulo, liceat aliquid ab Ecclesia alienare. Quod si factum fuerit irritum habeatur. Præterea donamus & concedimus præfato Archiepiscopo Vbaldo suisque successoribus in perpetuum tributum, quod ripaticum vocatur, & ab omni parte Pisanæ civitatis debetur atque statuimus, ut a quibuscumque petitur, & exigitur ab eo, suisque successoribus, ad partem Pisanæ Ecclesiæ petatur & exigatur. Concedimus etiam & confirmamus eidem Archiepiscopo & suis successoribus donationem quam fecit Berta Batrionis salua in omnibus prætaxatis Imperiali justitia. Si quis igitur Archiepiscopus, Episcopus, dux, marchio, comes, consul, commune, vel aliqua persona Ecclesiastica, vel secularis contra hanc nostræ constitutionis & donationis paginam, aliquatenus venire præsumserit, centum libras auri purissimi, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem Archiepiscopo Pisano, qui ibidem pro tempore fuerit, componat. Ut autem hæc nostris & futuris temporibus rata semper, & inconvulsa Pisanæ Ecclesiæ Archiepiscopis permaneant præsentis privilegii paginam facimus inde scribi, & aurea nostræ Majestatis bulla insigniri. Aliquos etiam de testibus, qui aderant, jussimus ad notari, qui sunt Lanfrancus Episcopus de Bruniano Rudolphus notarius, Magister Metellus, Willelmus marchio Montis Ferrati, Henricus Wertio, marchio Wasto, Munruellus, Marchio Malaspina, VVilhelmus Marchio de Paloth, comes Macharsus de S Miniate & filius ejus Francho, comes Fredericus de Amberch, Burchardus junior præfectus de Megeburch Fredericus de Anuort, Wido de sancto Nazario, Petrus Episcopus Papiensis & alii quam plures.

(L. S.)

Sign. D. Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Gotefriedus Sacri Imperii cancellarius vice Domini Philippi Colonensis Archiepiscopi, & Italici regni Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo septuagesimo octavo, indict. undecimo, & regnante D. Friderico Romanorum Imperatore Augusto, anno regni ejus vigesimo septimo, Imperii vero vigesimo quarto.

Datum apud Papiam 7. id. Martii feliciter in Christi nomine, Amen.

XIV.

Digitized by Google

XIV.

Conventio inter Piſanos Albenginenſesque facta, in qua hi Piſanis offenſas, Piſani, vero Albenginenſibus Datiam in Piſis dari ſolitam remittunt, d. d. 13. Novembr. An. 1178.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt Pax, Amen.

EGo Gageranus Conſul Civitatis Piſanæ una cum conſilio Civium Piſanorum, ſcilicet Rainerii Gajetani, & Benedicti Vernacii, pro bono pacis, & emendatione totius mali, & totius offenſionis, quam Piſani fecerunt ſuper Albingaunen. Convenio atque promitto pro communi Piſæ vobis Arnoldo Lanfredi, & Arnoldo Guarmondi Conſulibus Albenginæ, & nobilibus Civibus veſtris, qui nobiscum ſunt, videlicet Romando Caroli, & Guiliermo Salamonis pro vobis & pro communi Albenginæ dare, ſolvere libras ſeptingentas Lucenſis vel Piſanæ monetæ ab hodie usque ad proximum Paſcha Reſurrectionis Domini futurum. Præterea vobis facio finem pro communi Piſæ de Dacita, quam Albinginenſes ſoliti erant dare in Piſis, ita quod nulla perſona Civitatis Albenginæ, vel ejus diſtrictus a præſente die in antea teneatur, vel cogatur prædictum datium dare, usque in ſempiternum, nec alium penitus datium vel uſagium, ſive ripam: decretum quoque de cætero non faciemus ſuper Albinginenſes, nec ſuper homines totius diſtrictus Albinginæ, niſi talem, qualem faciemus ſuper Cives urbis Piſanæ. Hæc omnia ſupra ſcripta do, atque convenio vobis, qui ſupra Albinginenſium Conſulibus, & ſociis veſtris pro vobis, & pro communi Albinginæ propter dictæ offenſionis emendationem & pro bono pacis obſervandæ ſicut ſuperius legitur. Præterea ego qui ſupra Gageranus Conſul Piſanorum, & nos Rainerius Gajetanus, & Benedictus Vernacii Cives Piſani, per nos & per omnes Conſules urbis Piſanæ, & pro toto ejus communi, atque populo convenimus, atque permittimus vobis, qui ſupra Arnaldo Lanfredi, & Arnaldo Guermondi Conſulibus Albenginæ, & pro nobilibus Civibus veſtris Ramondo Caroli, atque Guiliermo Salamonis pro vobis, & pro omni communi Albenginæ & pro omnibus hominibus veſtri diſtrictus, quod a præſenti die, & hora in antea firmam & veram pacem tenebimus tam in perſonis, quam in rebus, in terra, in aqua, & non offendemus, nec offendere faciemus, nec offenſionem fieri conſentiemus alicui Civi Albengin. vel alicui perſonæ diſtrictus Albengin. in perſonis vel in rebus, in terra ſeu in aqua & eos ſalvabimus atque eorum res in terra, & in aqua per totum noſtrum diſtrictum & per totam noſtram fortiam. Si vero, quod abſit, aliquis Piſanus Civis vel aliqua perſona diſtrictus Civitatis Piſanæ offenderit alicui Albenginenſi Civi vel alicui perſonæ totius diſtrictus Civitatis Albenginæ in perſona, vel in rebus, nos Piſani Conſules infra dies quadraginta poſt factam querimoniam ante Piſanum Conſulatum, per Nuntium, vel Nuntios Albengin. vel literas ſigillatas Sigillo communis Albengin. illud de quo fuerit querimonia, aut reddemus, vel reddere faciemus, aut juſtitiam exinde faciemus, vel fieri faciemus aut conventionem ad voluntatem partium, & ſententiam datam, vel conventionem factam, firmam & ratam habebimus, & tenebimus, & tenere faciemus, & hæc omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt, facturos poſt nos Conſules ſe obſervaturos jurare faciemus, & quod illi alios poſt ſe futuros Conſules & alii alios, & ſic per ordinem omni anno ſequentes Conſules hoc idem usque in perpetuum jurare faciant, & unum hominem ad vocem ſuper animam populi, quod omnia prædicta firma tenebit jurare faciemus. Inſuper ducentos Cives Piſanos quod omnia prædicta obſervabunt jurare faciemus, illos videlicet, quos Conſules vel Conſul Albengin. aut eorum Notarius nobis manifeſtabitur, aut per ſcriptum, aut viva voce, aut conveniens Cambium ſi forte aliquis eorum jurare non poterit. Hæc omnia ſumpta bona fide ſine fraude, & malo ingenio & ſub oſculo pacis, quod vobis damus, firmiter obſervare promittimus, quod ſi ita non obſervaverimus vobis ſtipulantibus mille marchas argenti pro pœna dare promittimus, qua compoſita pœna, conventionem prædictam & pacem non ideo minus firmam tenere promittimus.

Actum in Saona Civitate in Eccleſia S. Petri anno Dominicæ incarnationis 1178. tertio decimo die Novembr. convocatis & rogatis teſtibus de Saona Guiliermo Græco Guiliermo Teſco, Baramondo Frinchere, Joanne de Nicia, Bonoiranne Vicio Coracoppa, Petro Aurici, Baldo Africæ, Falceto Grugnicello Piſanorum ſcriba Monticollo Piſano, &c.

Ego Arnaldus Cumanus Sacri Palatii Notarius, & Saonæ ſcriba rogatus interfui & hujus conventionis, & pacis duas Chartas ſcripſi diviſas per A. B. C.

XV.

Inſtrumentum Pacis inter Alfachi Ebubraim, Majoricæ aliarumque inſularum circumjacentium Regem atque Commune Piſanorum initæ, d. d. Kal. Jun. An. 1185.

IN Nomine Dei, qui eſt pius & miſericors, & miſerator. Hæc eſt carta firmamenti, & ligamenti pacis quam per gratiam & adjutorium Dei, Alfachi Ebubraim Iſaac filius Macumete filii Ali, quem Deus manuteneat, firmavit cum Sigerio quond. Vguccionelli quond. Gualandi legato Archiepiſcopi Piſanorum, & Conſulum & Senatorum, & univerſi Populi Piſani, qui vice eorum habet Poteſtatem ſibi ab eis datam ligandi, atque ſolvendi. Dictus namque Alfachi Ebubraim Iſaac filius Macumete filii Ali pro ſe, & Sigerius q. Vguccionelli Gualandi pro Piſanorum Archiepiſcopo, & Conſulibus, & Piſano Populo firmaverunt pacem, & amicitiam inter ſe, cum fide, & veritate, & convenit dicto Alfachi Ebubraim cum prædicto Sigerio, quod nulla Galea, neque aliquod Navigium, neque aliquis homo de Majorica vel Minorca & Eviſa, & Formentaria faciet aliquod malum, vel contrarium hominibus Piſanæ Civitatis, & ejus diſtrictus,

Digitized by Google

ſtrictus, & eorum Inſularum videlicet Sardiniæ, Corſicæ, & Ilbæ, & Planuſiæ, & Montis Chriſti, & Gorgonæ, & Cilij, & Capraiæ, in terra, vel in aqua, in perſona, vel havere, cum Galea, vel alio Navigio, vel alio quolibet modo, & hominibus Lucanæ Civitatis, & ejus diſtrictus; Et dictus Sigerius pro Piſanorum Archiepiſcopo, & Piſana Civitate, & Lucana Civitate num memorato Alfachi, quod nulla Galea, vel aliquod navigium, nec aliquis homo de Piſana Civitate, vel Lucana Civitate, neque de præfatis Inſulis Piſanæ Civitatis faciet aliquod malum, vel contrarium prædicto Alfachi, vel ejus hominibus prædictarum quatuor ſuarum Inſularum in terra vel aqua, in perſonis, vel havere, per ſe, vel aliquas alias ſubmiſſas perſonas, neque cum aliqua poteſtate, ſeu hominibus ſe ponent, aut contra venient pro aliquo malo, vel contrario faciendo, & ſic ad invicem inter ſe promiſerunt, & convenerunt ut dictum eſt. Si quis tam Piſanis, vel Lucenſis fuerit inventis in navi inimicorum prædicti Alfalchi navigare pro inimico capiatur, & ſi aliqua navis Piſanorum, vel Lucenſium naufragium paſſa fuerit in aliqua prædictarum Inſularum dicti Alfachi dabit auxilium & conſilium pro rebus ipſis naufragis recuperandis, & recuperatis ſalutabit, & ſi voluerit alienas perſonas pretio acqirere in aliqua prædictarum Inſularum pro eorum rebus recuperandis dabit eas eis, & hæc pax firma eſt inter eos in termino decem annorum & menſium ſex in curſu Lunæ, & fuit hæc carta ſcriptis nonodecimo die menſis Saphar, anno prædicat. Maumedi DLXXXI. Anno vero Domin. Incarn. MCLXXXV. Ind. II. Kal. Junii, & ſic Deum in teſtem, & mediatorem vocaverunt, quod prædicta omnia facient per bonam fidem ſine fraude & malo ingenio usque ad prædictum terminum & obſervabunt.

Aſſervatur originale in Archiv. Reform. Florent.

XVI.

Breve Clementis P. P. III. ad Piſanos adhortatorium, ut Legatis Sedis Apoſtolicæ Piſas, pacis inter Piſanos atque Januenſes concludendæ cauſa miſſis, in omnibus obtemperent, d. d. 14. Kal. Jun. Anno 1188.

CLEMENS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Conſulibus, & Populo Piſano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

PRo ſedandis injuriis, & contentibus ſopiendis, quæ inter vos, & Januenſes inſtigante humani generis inimico, a longis retro temporibus, occaſione Sardiniæ, pullularunt. Dilectos filios noſtros P. Eccleſiæ S. Ceciliæ Presbyterum & S. Sancti Marci in via lata Diaconum Cardinalem viros utique providos, & diſcretos de conſilio, & aſſenſu fratrum noſtrorum ad partes illas duximus deſtinandos; Ut igitur cujuslibet diſſenſionis ſcrupulus in hac parte de cetero ſopiatur, & nulla poſſit auctore Domino, materia ſcandali ſuboriri. Univerſitati veſtræ ſub debito Juramenti quod nobis ſuper hac præſtitiſtis mandamus, atque præcipimus: quatenus mandata quæ prædicti Cardinales ſuper omnibus, & ſingulis capitulis ex parte noſtra vobis indixerint ſicut ex ore noſtro prolata ſuſcipiatis & inviolabiliter ſine contradictione qualibet obſervetis. Scientes quod Januenſibus ſub ſimili diſtrictione hoc idem dedimus in mandatis.

Dat. Laterani XIV. K. Junii Pontif. noſtri anno primo.

XVII.

Bulla Clementis P. P. III. qua pacem per legatos Sedis Apoſtolicæ inter Piſanos atque Januenſes, Sardiniæ cauſa, concluſam confirmavit, d. d. Jd. Decemb. An. 1188.

CLEMENS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Conſulibus, & Populo Piſanæ Diœceſis in perpetuum.

INutiliter inter diſcordantes compoſitiones ſiccæ ſententiæ proferuntur, ſi ad memoriam poſterorum non redigerentur in ſcriptum, & ad recidivæ contentionis ſcrupulum evitandum eis omnis diſceptandi aditus clauderetur. Ea propter, dilecti in Domino filii, paci veſtræ, & tranquillitati in poſterum providere volentes, compoſitionem, quæ inter vos, & dilectos filios noſtros Conſules, & Populum Januenſem, & Civitates veſtras per dilectos filios Petrum tit. S. Ceciliæ Presbiterum, & Sofredum S. Mariæ in via lata Diaconum Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legatos, eſt provide confirmata, ſicut in eorum authentico continetur, & ipſa eſt a partibus ſine pravitate recepta, & juramento firmata, devotioni veſtræ duximus confirmandam. Auctoritate Apoſtolica ſtatuentes & futuris temporibus inviolabiliter obſervetur. Quam etiam juxta prædictorum Cardinalium ſcriptum authenticum præſenti paginæ duximus inſerendam de verbo ad verbum cujus tenor talis eſt, videlicet: Petrus Dei gratia tit. S. Ceciliæ Presbiter, & Sofredus Sanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinales Apoſtolicæ Sedis Legati, Univerſis Dei fidelibus in pace & dilectione colen. pacis, & dilectionis Amorem. Inter cetera, qua Summo Pontifici, utpote Patri, & Paſtori univerſalis Eccleſiæ, imminent ex officio paſtoralis ſollicitudinis exequenda, curam ad hoc tenetur gerere ſpecialem, ut materia ſeditionis, & ſcandali prorſus tollatur de medio, & tranquillitas inter Dei fideles per Chriſti gratiam & ejus ſollicitudinem conformetur. Hac igitur conſideratione inducti & ſpecialiter habentes ad ſubventionem Terræ Sanctæ reſpectum fel. record. P. P. Gregorius primo, & ſubſequenter eidem ſubſtitutus Ven. P Univerſalis Eccleſiæ Clemens per ſe, & ſibi ſubditos inſtantiſſime laborarunt, ut inter Piſanos & Januenſes, quos iniqua, & periculoſa guerrarum ſeditio diutius non absque ſuo, & aliorum diſcrimine fatigaverat, per bonum pacis ad plenum poſſent, auxiliante Domino, reformari. Inſtanter proinde commoniti Conſules Piſanorum juraverunt, prout prædicto Domino P. P. Clementi pla-

Digitized by Google

ti placuit, ſuper omnibus controverſiis quæ inter Januenſes, & Piſanos vertebant, ſtare mandatis ejus, quæcumque per ſe ipſum, vel per certos Nuntios, aut literas ſuas eis imponeret. Et Nobiles, prudentesque viri Niccolonus, & Bicchius, Nuncii Januenſium Conſulum, continuo hoc idem in animam ipſorum Conſulum juraverunt. Quo facto gratanter pacis oſculum ad invicem ſibi dederunt, Dominus P. P. autem de communi conſilio ſuorum fratrum incontinenti præcepit ipſis Januenſibus, ut mille de Civibus ſuis quos Piſani eligerent, ut unum hominem in animam totius populi eodem modo facerent pacem juramento firmare. Similiter etiam præcepti ipſis Piſanis, ut mille de Civibus ſuis, quos Januenſes eligerent, ut unum hominem in animam totius Populi eodem modo facerent juramento firmare, quod per Dei gratiam feliciter adimpletum eſt. Super hoc ergo ſolitam, & paternam gerens ſollicitudinem Sum. Pont. ad imponendum finem ſupradictis litibus, & controverſiis. Nos, licet in ſufficientes, & immeritos, de communi fratrum conſilio ſpecialiter deſtinavit, certam in nonnullis articulis formam diffiniendi præfigens. De ſpeciali itaque Apoſtolicæ Sedis mandato, mercandi immo fœnerandi deteſtabile genus, quod donnicalia conſuevistis nomine palliare, in Sardinia penitus irritamus, vobis & Januenſibus præcipientes ſub debito juramenti, ne præteritis hujusmodi contractibus aliquid addatis, vel ulterius de novo tales præſumatis inire. Licentiam, tamen habeatis ea absque omni dolo, & fraude colligere, quæ vobis e tali mercatione debentur. Præcipimus etiam vobis Piſanis, ne quovis ingenio aliquod impedimentum præſtetis, quo minus Januenſes univerſa pignora, & Poſſeſſiones, quas in Sardinia habent, vel habere debent & præcipue pignora Bariolum quondam Regis Arboreæ quiete, & pacifice teneant, quo usque ipſius de ſorte plenaria fuerit ſatisfactum. Hoc ipſum vobis Januenſibus de pignoribus, & Poſſeſſionibus Piſanorum ſub deſtrictu ſimili præcipimus obſervandum. Vobis quoque Piſanis diſtricte, ſub debito juramenti præcipimus, ne aliquod per vos vel per alios præſtetis impedimentum quominus univerſi Judices Sardiniæ, & decem de Magnatibus, & potentioribus in unoquoque Judicatu & interpoſito juramento, promittant omnimodam ſecuritatem Januenſibus, & univerſis de eorum diſtrictu in terra, & aqua, & ubicunque habent poſſe, & facultatem, & ut de ſuis hominibus, quoties Januenſes contra ipſos quærimoniam depoſuerint, faciant eis juſtitiæ plenitudinem exhiberi, nec impedimento ſitis, quominus prædicta juramenta ſecuritatis in terra & in mari firma & illibata ſerventur. Vobis etiam tam Januenſibus, quam Piſanis in comune præcipimus ſub debito juramenti, ut liberam vobis ad invicem promittatis habere facultatem, atque licentiam per Pelagus quocunque volueritis navigandi, & ad portum quemcunque volueritis applicandi & exinde mercimonia transvehendi. Præterea vobis Piſanis ſub debito juramenti praecipimus, ne Januenſes prohibeatis ad Civitatem & alia loca de diſtrictu, & fortia veſtra libere accedere, & apud vos, ſicut amicos negociari. Hoc idem vobis Januenſibus ſub ſimili diſtricto erga Piſanos praecipimus obſervandum. Salvis decretis ab utraque Civitate absque malitia factis. De cœteris autem capitulis id ſtatuentes praecipimus obſervandum, ut ſi qua partium ſe in aliquo ſenſerit praegravatam, & volu erit juſtitiam poſtulare, illa pars contra quam fuerit quaerela depoſita, de plano, ſine omni dolo, & absque ulla malitioſa dilatione, & quolibet maligno ſubterfugio, coram Judicibus ſive Arbitris ab utraque parte electis ei parti, quae conquaeſta fuerit, exhibeat Juſtitiae complimentum. Sententias quoque, quas praedicti Judices, ſive Arbitri, duxerint promulgandas, praecipimus utrique parti, ut Conſules ſuos faciant intra quadraginta dies a tempore latae ſententiae numerandos fideliter, & ſine fraude executioni mandare. Et ut hoc quod ſtatuimus, debitum ſortiatur effectum, praecipimus, ut Januenſes de Civitate Piſana, & Piſani de Civitate Januenſe ab hodie intra menſes duos, vel plures ſi voluerint Judices, ſive Arbitros eligant, qui interpoſito juramento promittant, ſe quod praediximus de juſtitia facienda fideliter adimplere. Ut autem quod in fine ponitur; melius memoriae commendetur, & tam hoc, quam ſupradicta omnia firmius obſervenţur ſub debito juramenti vobis Januenſibus, & Piſanis diſtricte praecipimus, ut firmam, & perpetuam inter vos de caetero pacem teneatis, & ubique tam in terra, quam in mari inconcuſſe ſervetis, & in nullo in perſonis, vel rebus ſtudioſe vos praeſumatis offendere. Haec autem juramenta pacis per majores Conſules Civitatis ſingulis annis, & per trecentos idoneos Viros, quos Piſani de Civitate Januenſi, & alios trecentos, quos Januenſes de Civitate Piſana duxerint eligendos, qui tamen pacem iſtam ſpecialiter non viratim habuerint, & per unum publicum hominem in animam totius Populi praeſente, & acclamante populo de ſexto in ſextum annum praecipimus innovari. Statuimus quoque, ut Conſules, ſive Rectores, qui pro tempore fuerint in alterutra Civitate praedicta innovationis juramenta exigant, recipiant, & faciant ſine dolo, & fraude praeſtari. Si vero, quod Deus avertat contra pacem ſupra firmatam pro Comune alterius Civitatis contra alteram offendendo fuerit foris factum, pace in ſuo robore permanente, per Archiepiſcopos utriusque Civitatis, & duos Viros Jurisperitos quos ipſi Archiepiſcopi elegerint, ſine dolo, & fraude, & malitioſa dilatione in integrum emendetur offenſa. Illi autem Jurisperiti, quos Archi-Epiſcopi ſecum elegerint, ſtatuimus, ut jurent, quod bona fide cum ipſis Archiepiſcopis ad reformationem pacis laborabunt, & ſtatuimus, atque praecipimus, ut Conſules Civitatum, juxta quod Archiepiſcopi ordinaverint, fideliter, & bona fide ſtudeant obſervare, adimplere, & executioni mandare. Statuimus etiam, ut Conſules illorum Mercatorum, qui ad diverſas provincias, deſtinantur jurent, quod de quaerimoniis, quae ad eos deferentur, bona fide juſtitiam facient,

& exe-

Digitized by Google

& executioni mandabunt, & ad Pacem inviolabiliter obſervandam absque omni fraude ſtudium adhibebunt, & operam efficacem. Haec omnia ſupradicta ex parte Domini Papae, & auctoritate, qua de mandato ejus fungimur, in hac parte vobis Conſulibus Piſanis, & Januenſibus, & per vos univerſitati Civitatum veſtrarum, quarum vicem de mandato ipſarum geritis, in hac parte mandamus, atque praecipimus, ut ad bonum & purum intellectum perpetuo & inviolabiliter obſervetis. Ut autem haec deffinitio & ſtatutum noſtrum perpetuam firmitatem, & irrevocabile robur obtineat, praeſenti ſcripto, & ſigillorum noſtrorum munimine vobis tradimus inſignitum. Data & recitata eſt haec ſententia in Lucana Civitate, in Curia Domini Epiſcopi Lucenſis, praeſentibus eodem Dom. Guilielmo Epiſcopo Lucenſe, & Alcherico Vecchii Lucenſe Poteſtate, & Donato de Ricottis, & Locterio Bernardi ejus Conſiliariis & Bonfilio ejusdem Lucanae Civitatis publico Cancellario, & Fortequerra, & Rolando Guarmiguani, & Jacobo de Ceruaſiis Jurisperitis, & Salamoncello, & Ildeprandino Filio Malpilii, & Borcaino Alteminello de Alteminellis, Batroſo, Guidone Uberti ac Fralino, & Ildeprando de Cotellis Egregiis Lucenſibus Conſulibus, & Gargoſſo de Alica & aliis pluribus Lucanae Civitatis Concivibus, & multis aliis Lucani Populi & praeſentibus Piſanis Conſulibus videlicet Ugone Alde Vicecomite, Ildeprando Bambone, & Vitale Cattahianca, & Lambertio olim Rainerii Pandulphi, & Philippi olim Vernagalli, & Pipino olim Henrici Friderici, & praeſentibus viris ſapientibus Civitatis Piſanae ſcilicet Bulgherino Vicecomite olim Ugonis, & Uguccione olim Lamberti Bononis, & Gaetano Burgundi, & Bulſo olim Petri Albitonis, & Guilielmo filio Gerardi Seretti, & Ugone olim Bernardi Marignani Judice, & Notario; Præſentibus quoque Nicola Ebriaco Januenſe Conſule, & Nuccelone Viro utique ſapiente, & Guglielmo Calicopalli publico Januenſe Cancellario. Anno autem Incarnationis Dominicæ Milleſimo centeſimo octuageſimo octavo Indictione ſexta non. Julii. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, & prædictorum Fratrum noſtrorum ſententiæ paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire præſumpſerit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, ac Domini Redemptoris Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine Divinæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem prædictam compoſitionem & pacem ſervantibus ſit Pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Episcopus.

† Loco Sigilli.

In rotunditate Sigilli impreſſum eſt.

† Domine doce me facere voluntatem tuam.

Et in Medio (Sanctus Petrus) (Sanctus Paulus)

(Clemens P. P. III.)

† Ego Joannes tit. S. Marci Presbiter Cardinalis ſubſcripſi.

† Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Transtiberim tit. S. Calliſti ſubſcr.

† Ego Pandulphus Presb. Card. Baſilicæ XII. Apoſtolor. ſubſcr.

† Ego Albinus, tit. S. Crucis in Hieruſalem Presb. Card. ſubſcr.

† Ego Alexander Presb. Card. tit. S. Suſannæ ſubſcr.

† Ego Jacintus Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Gratianus S. S. Coſmæ & Damiani Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Octavianus Sanctorum Sergi & Bacchi Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Gregorius Sanctæ Mariæ in porticu Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Joannes Felix, S. Euſtachii Diac. Card. juxta templum Agrippæ ſubſcr.

† Ego Joannes S. Teodori Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Bernardus Sanctæ Mariæ novæ Diaconus Card. ſubſcr.

† Ego Gregorius S. Mariæ in Aquiro Diaconus Card. ſubſcr.

Datum Laterani per manum Moyſi S. Romæ Eccleſiæ Subdiaconi vicem agentis Cancellarii ſecundo Idus Decembr. An. M. C. LXXXVIII. Pontificatus vero Clementis Papæ III. Anno primo.

Originale aſſervatur Florentiæ in Archivio Reform.

XIIX.

Bulla Cœleſtini P. P. III. confirmantis Piſanis Donationem & immunitates a Godofredo aliisque Hieroſol. Regibus Piſanis conceſſas, d. d. 6. Id. April. An. 1192.

Cœleſtinus Epiſcopus Servus Servorum DEI.

Dilectis filiis Piſanis civibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sedis Apoſtolicæ circumſpectio circa eos benigniori cura verſatur, & ipſorum commodis propenſius intendere conſuevit, quorum fidem, & devotionem certiori experimento cognovit, & ſtudium etiam plurium noſcit utilitatibus inſervire. Hac igitur conſideratione inducti nihilominus precibus inclinati, libertates, & immunitates, ac cætera, quæ vobis dilectus filius noſter nobilis vir G. quondam Hieroſolymitanus Rex cum Sybilla, uxore ſua, per regnum ipſum veſtro conſiderato multiplici ſtudio, ac labore indulſit, & ſcripti ſui munimine confirmavit.

Digitized by Google

mavit. Quæ in ſuper chariſſimus in Chriſto filius noſter Ricc. illuſtris Anglorum Rex & bonæ memoriæ C. quondam Marchio Montiſferati, rata habuerunt, & firma, ſicut ab eis conſulte ac provide facta, & in ſcriptis exinde confectis plenarie continentur, auctoritate duximus Apoſtolica roboranda, & præſentis ſcripti patrocinio munienda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ paginam communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani 6. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri anno II.

XIX.

Breve Innocentii P. P. III. confirmantis Ubaldo, Archiepiſcopo Piſano primatum Sardiniæ, de An. 1198.

INNOCENTIUS

Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Ubaldo, Piſano Archiepiſcopo ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum.

SI ſua cuique jura illibata ſervamus, & eos qui in Eccleſia Dei, pro injuncto ſibi officio & devotione ſincera plus aliis elaborant, digna retributionis viciſſitudine, diligentius, ac ſpecialius honoramus, quod noſtrum eſt juxta commune debitum ſicut debemus exequimur, & Apoſtolicæ ſedis honorem integre cuſtodimus. Proinde cum felicis memoriæ prædeceſſor noſter Innocentius Papa de diſcordia & guerra, quæ inter Piſanum & Januenſem civitates extitit, multas hominum clades, & Chriſtianorum captivitates innumeras proveniſſe conſiderans, utriusque parti ſaluti, tam ſpecialiter quam temporaliter paterna ſollicitudine ſtuduerit providere, atque pro bono pacis & recompenſatione Epiſcopatuum, quos utique à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſiae Piſanæ in inſula Corſicæ à prædeceſſore tuo bonæ memoriæ Archiepiscopo Huberto accepit in Gallurienſi judicatu duos Epiſcopatus, Galtellienen. videlicet, & Civitaten. & Populonien. Episcopal. ſibi & ſuis ſucceſſoribus, & per eis Eccleſiæ Piſanæ conceſſit, & Metropolitano jure ſubjecit, nos qui in ſedis Apoſtolicæ, adminiſtrationem diſponente Domino ſibi ſucceſſimus, eamdem conceſſionem noſtrorum bonæ memoriæ Adriani, Alexandri, Clementis, & Cælestini P. P. veſtigiis inhærentes auctoritate Apoſtolica confirmamus, & ratam manere cenſemus. Prædeceſſorum quoque noſtrorum veſtigiis inhærentes, vobis primatus honorem Turritanæ Provinciæ confirmamus. Ad majorem etiam honoris cumulum Piſanæ civitatis, ut Piſana Eccleſia cum univerſo ejusdem civitatis populo in fidelitate, atque devotione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ jugiter perſeveret, & in ipſa quotidie augmentetur. Pro devotione quoque & honeſtate tua frater Hubalde, Piſane Archiepiſcope perſonam tuam & per te Piſanam Eccleſiam ampliori munere volumus decorare. Tibi ergo tuisque ſucceſſoribus primatum ſuper Calaritanam & Albarenſem provincias datum concedimus, & auctoritate ſedis Apoſtolicae confirmamus, ita quidem, ut eos ad concilium vocandi, exceſſus eorum corrigendi, & in doctrina Apoſtolica confirmandi, atque caetera omnia, quae ad jus primatus pertinent in eos exercendi habeant liberam facultatem. Verumtamen ſupra dictarum duarum provinciarum Archiepiſcopos concilium non vocabis Piſas ſine ſcientia Romani Pontificis, ſuper Turritanam vero provinciam dignitatem primatus, ſicut à praedeceſſoribus noſtris Eccleſiæ Piſanæ conceſſum eſt, habeatis. Legationem quoque Sardiniæ à prædeceſſore noſtro Papa Urbano prædeceſſoribus tuis conceſſam, & fel. memoriæ Innocentii & ſanctæ recordationis Eugenii, Anaſtaſii & Cælestini Romanorum Pontificum privilegiis in perpetuum roboratam tibi, tuisque ſucceſſoribus præſentis ſcripti pagina confirmamus, & confirmationem ipſam ratam & inconvulſam perpetuis temporibus decernimus permanere, denique ut Piſana civitas, quæ favore cœleſtis luminis de inimicis Chriſtiani nominis victoriam frequenter obtinuit, & eorum urbes plurimas ſubjugavit, amplius honoretur, equo albo cum navo albo in proceſſionibus utendi, & crucem vexillum ſcilicet Dominicum, per ſubjectas vobis provincias portandi, & per ſpatium illud Volaterranenſis Epiſcopatus, quo de Piſano Archiepiscopatu ad Populonienſem tranſitur, tibi & tuis ſucceſſoribus licentiam damus. Pallii quoque uſum fraternitati tuæ concedimus, ut videlicet ſecundum conſuetudinem Piſanæ Eccleſiæ perfruaris, & in conſecratione trium Epiſcoporum in Corſica, Alerienſis videlicet, Adiacenſis ac Sagonenſis, ac prædictorum duorum in Sardinia, & Populonienſis Epiſcopi, quorum Metropolitanus exiſtis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisve ſui dignitate careat, reamque ſe divino judico exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, etc. atque in extremo examine, etc. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax, etc. quatenus & hic, &c. & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen.

Ego Innocentius, Cathol. Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.

Ego Octavianus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus ſſ.

Ego Jordanus presbyter card. tit. paſtoris ſſ.

Ego Joannes tit. S. Clementis card. Viterbienſis & Tuſcanenſis Epiſcopus ſubſcr.

Ego Guido presbyt. card. tit. S. Mariæ Transtyb. tit. Calliſti ſſ.

Ego Ugo presbyt. card. tit. Equitii S. Mariae ſſ.

Ego Joannes tit. Stephani in Caelio monte ſſ.

Digitized by Google

Ego Seffretus S. Praxedis presbyt. card. ſſ.
Ego Gratianus Ss. Coſmæ & Damiani diac. card. ſſ.
Datum Laterani per manum Rainaldi D. papae notarii cacellarii vicem agentis Indict. prima Incarnationis Dominicae ao. 1198. pontif. noſtri anno I.

XX.

Inſtructio, quam Piſani Legatis ſuis ad Alexinum, Imperatorem Conſtantinopolitanum miſſis dederunt, d. d. Kal. Aug. An. 1199.

In Nomine Domini Jeſu Chriſti, Amen.
Hæc eſt impreſſio miſſatitiæ ituræ Coſtantinopolim, Deo dante a Piſana Civitate.

VAdant miſſatici Vguccio Lamberti Bononis, & Petrus Modanus cum benedictione Dei ad Dominum Alexium, Imperatorem Conſtantinopolitanum, & ei ſe præſentent pro tota Civitate & pro Comite Tedicio, olim comitis Vgulini Poteſtate Piſanorum a Piſano Populo majoribus, & minoribus commemorantes & fidem devotionem & dilectionem, & ſervitium, quæ Piſana Civitas, & Piſanus populus exhibuit Sacro Imperio Conſtantinopolitano, & quod magnum honorem & beneficium, & benevolentiam, & gratiam ab anteceſſoribus ſuis Imperatoribus noſtra Civitas & Cives ſunt conſecuti, & dicentes, quod cordi eſt, & propoſito Piſanorum Poteſtati, & toti Populo puram fidem, & devotionem, atque ſincerum Servitium impendere Majeſtati ſuæ, & feliciſſimo ejus imperio, & quia placuit Sanctitati ejus per Nuntios ſuos mittere Sacros Apices Piſanæ Civitati, ſignificantes, ut Piſana Civitas ſuos ad veſtram Majeſtatem dirigeret Miſſaticos. Licet Piſana Civitas tunc temporibus foret multum gravata pro maximis negotiis, quibus erat implicita, ſuos non miſiſſet Legatos, tamen, Divina diſponente gratia, nunc ad veſtram Sanctitatem a prædicto Piſanorum Poteſtate ſumus transmiſſi Legati ad audienda, & obedienda præcepta veſtra, & ad promittendum ſervitium, & fidem, & reverentiam, quæ Piſana Civitas habet erga ſanctitatem veſtram, & ad honorandum & exaltandum, & augmentandum honorem Imperii veſtri, ita ut gratiam veſtram, & bonam voluntatem, ſuper nos oſtendatis, & honorem nobis creſcere debeatis. Et in hunc modum ſtudeant Miſſatici, ut dictus Imperator prius ſuam ejs dicat voluntatem, quam ipſi aliud ei oſtendant, & hoc faciant ea occaſione, quia ipſe per ſuos apices ſignificavit Civitati Piſanæ, ut Miſſaticos ei dirigeret. Et dicant, quod Civitas deſiderat habere gratiam ſuam, & honorem pro eo accipere in toto ſuo Imperio magnifice, & honorifice, ſicut ipſe magnificentiſſimus, & altiſſimus eſt; Et his dictis ſapienter, & ornate ingerere ea, quæ inferius ſcripta ſunt de impoſitione atque ſuo loco, & tempore, & prout viderint expedire, petant & acquirere ſtudeant. Petant Miſſatici ab Imperatore, ut Piſani nullum commercium præſtent in ſua terra, & ſi hoc non poſſent, componant, ut detur commercium de centum quatuor, & minus ſi poterunt, & nominatim Naves Piſanorum, quæ venerint a Romania non dent, niſi ſicut aliæ Naves, quæ a Piſis venerint. Et petant ab eo, ut confirmet Civitati Piſanæ omnes honores quas Piſana Civitas habet in Conſtantinopoli, & in ſuo Imperio ex conceſſione D. Jyſacchii Imperatoris, videlicet Scalas, & Eccleſias, & Embulum, & Caſas, & penſas & mercos, & ſtateram, & ceteros alios honores. Et petant ab eo Eccleſiam & poſſeſſiones ejus, & alios honores, quos Piſani habuerunt in Almiro, & ut faciat reædificare Eccleſias, & caſas, & embulum, & hoſpitale & petant penſiones ipſarum domorum, & petant ſolempne de annis decurſis, & decurſuris, & dent, & dari faciant operario, vel cui juſſerit ſine ulla diminutione aliquo modo facienda, & non tollant, nec tollere faciant, neque conſentiant, ſalva obligatione Gerardi Arcoſſi, & de ſolempni, & de ceteris, quæ pertinebunt ad factum, & utilitatem operæ bona fide ſine fraude operarium, & ejus nuncios adjuvet, & ut formet nobis novum criſopolum, & ſecundum quod Yſachius dedit Eccleſiæ Piſanæ, & ejus operario, & Archiepiſcopo, ita tribuat, & plus addere faciant, ſi poſſint, & petant, ut Piſano Communi det, quantum poterunt, & plura, ſi poſſint acquirant, & petant ſcalam cum ſua pertinentia, quæ eſt inter alias jam Civitati conceſſas, & petant terram cum domibus, quæ eſt juxta confinia in Griſopolo data, ſupra quam fuit Monaſterium mulierum. Et balneum, quod ibi prope eſt, & petant domos cum fundaco, in quibus Piſani ſe cum rebus ſuis recipere conſueverunt in Salonici, & ut ibi habeant Vicecomitem ſine aliquo onere, & donatione. Item, ut Piſani & omnes, qui pro Piſanis habentur, pro nullo malefacto ab aliis facto, vel faciendo in terræ Imperii a nullo impediantur, cum ſuis rebus ſint ſecuri, & ab Imperio defendantur. Præterea ſtudeant legati quod omnia pro Piſana Civitate data ſint libera, nec aliquo modo ſupponantur, vel ſubjaceant Eparco, & Veſtario, neque parato Laſito, vel eorum Miniſtris, nec etiam alicui Bailio Imperii vel ejus miniſtris. Item Naves Piſanorum, & omnes, qui pro Piſanis habentur, volentes redire Piſas, vel in aliam partem ire, non diſtringantur, nec decretum eis faciat, neque ob hoc aliquid ab eis, neque ab aliquo eorum exigatur, neque tollatur. Item ubi dicitur in Griſopolo non ejiciemus eum, ſed recipiemus ejus reclamationem, addatur teſtis, & alias probationes eis dabimus. Item quod ſi Navis Piſanorum vel eorum, qui pro Piſanis habentur Conſtantinopolim, vel in aliquam partem Imperii merces quis adduxerit, vel aliquas de ipſa navi non vendiderit, commercium de ipſis mercibus dare non teneatur, ſed quo navigare voluerit, liberam habeat Poteſtatem, & Miſſatici ab unoquoque Piſano, quem invenerint in Coſtantinopoli, ſi poterunt, tollant quartam partem unius Bizantii per centenarium bizanti, & æni, atque perſolvant Gerardo Arcoſſi, & Nunciis Operarii, e Sigerio Cinnami pro eorum debitis expediendi, ſi aliunde non habuerint, unde debitum prædictum expediatur. Si Dom. Imperator vobis Legatis objecerit, quod Conſules ex Legatione Jacobi miſſi ab Yſacchio olim Imperatore juraſſent

Digitized by Google

ſent ei de facto Curſalium, ut Vicecomitis noſtri, & Conſules, & cives Sacramento tenerentur, & Curſales de Romania ejurent & ad eos ejiciendum impugnarent; Excuſent ſe, & Civitatem noſtram per Simohoniam, & Griſopolum, quæ Civitas ab imperatoribus anteceſſoribus ejus habet, per quam ipſi Imperatores libertatem Piſanis tribuerunt, quam ſemper firmam, & immutabilem permanere ſtatuerunt, ſicut per eorum prædictum Griſopolum cognoſcere poteſt, nec etiam Curſales, qui dicebantur, tunc in Imperio etiam offendentes Imperium modo ubi ſunt, ſed ſervitiales Imperii qui ad captivandum Cayphorum, & alios Imperii inimicos ſurrexerunt, & excuſent Civitatem, quod ſi Conſules promiſerunt, aut ſecuraverunt Jacobo, illud remanſit penitus, quia adimplere non potuerunt, eo quod Conſilio Civitatis non fecerunt. Item petant humiliter havere Simonis Çimicoſi, & filii q. Tediſchi Pithucafegati, & filiæ q. Gerardi Antonii, & ipſum ſtudeant retrahere. Item ſi Nuncii Ducis Venetiæ, aut Conſules ſeu Vicecomites eorum, aut Capitanei vobiscum concordaverint de pace facienda firmari ab hominibus utriusque Civitatis placet, ut faciatis. Et ſi omnia non potueritis exponere, & tractare coram Imperatore, poſitis exponere, & tractare coram perſona, ſeu perſonis cui & quibus comiſerit, & petant a Gerardo Mazucci Vicecomite rationem de toto introitu, & exitu ſuæ adminiſtrationis, & de omni eo, quod recepit ipſe, vel alius pro eo occaſione Vicecomitatus, vel alio modo, & inveniant veritatem pro ut melius poſſunt quantum ab uno quoque de penſionalibus damnorum, & terrarum vacuarum & bonorum mortuorum ab inteſtato deſcendentium, quæ ſunt in Campo Piſanorum de Coſtantinopoli, & ſcalarum & bancorum. Idem faciant, ſi de fundaco de Salonici, vel aliunde aliquid habuit præfatus Gerardus, & recepit, & ſi per has rationes hujus introitu inveniant, quantum recepit de ſolutione yppotecorum, quæ Civitas ei debebat. Et a Frederico q. Grancii ſimiliter rationem petant. Et faciant Miſſatici ſecuritatem Imperatori Coſtantinopolitano, ſicut facta fuit Dom. Yſacchio Imperatori a Rainerio Gaetani, & Sigerio Judice, & recipiant ab eo, quæ ſupra dicta ſunt. Item quicquid vobis imponetur a Comite Tedicio Piſanorum Poteſtate per ſuas literas Communi Piſanæ Civitatis ſigillo ſigillatas, ſicut imponetur, facietis, & obſervabitis: Item ſi aliud vobis impoſuero conſilio ſenatorum, ſecundum quod impoſuero ita tenemini de diminuto. Omnes Senatores concordant, ut Miſſatici ſupradicta omnia firment, ſi poſſunt, & ſi non firment partem prout melius poterunt ſin autem firment omnia prout in Griſopolo reducto a Rainerio Gaetani, & Sigerio Judice continetur. Fuit facta hæc impoſitio, & data ſupradictis Vguccioni Lamberto, & Petro Modano Miſſaticis a Tedicio Piſanorum Poteſtate Piſis in Eccleſia Sancti Petri in Palude, in conſilio coram Senatoribus, videlicet Bulgarino Vicecomite, Gaedano Burgundii, Calciſano Pegulotto, Rainerio Benedicti, Roberto de Parlaſcio Guidone Quintavalle, Rodolfino Lambardi, Petro Piccia, Henrico Malpilii, Pulta Gaetani, Accurſo Caballi, atque Rainerio Caconis M.C.LXXXXVIII. Indict. XV. VIII. Idus Septemb. Et inveniant ſi Gerardus Arcoſi, vel filius, ſive alia perſona pro eo corredis Miſſaticorum, vel ſervitutum, uſus fuerit, vel aliquod de rebus communis, vel pro communi habuerunt, quod faciant, ut computetur in ſuo debito. Fuit facta hæc additio in dicta Eccleſia Sancti Petri in Palude a Comite Tedicio Piſanorum Poteſtate in Senatu, Conſilio Eldithi Vicecomitis, Amithi. Vic. Bandini Burgenſis Alcherii Rainerii Gaetani, Pegulotti, Ferrantis Orſelli Rainerii Ghrini, Boni Accurſii, Bonaccurſi Rocionis, Opithonis Berlingerii, atque Philippi Donzelli, Senatorum. Anno Dom. M.CXCVIIII. Ind. XV. Kal. Auguſti.

Originale hujus inſtructionis aſſervatur in Archivio Capituli Piſani ame donatum.

XXI.

Confirmatio conceſſionis Eccleſiæ S. Salvatoris Conſtantinopol. Piſanis factæ, per Cardinales & legatos Sedis Apoſtolicæ in ipſis diplomatibus nominatos, de An. 1205. & 1206.

Riuelo Dei gratia, Suesſionenſ. G. Trecenſis, P. Bethleemitanus Epiſc. omnibus, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino.

NOverint univerſi, quod cum urbs Conſtantinopolitana capta Dei virtute a Francis fuiſſet, Piſani, qui captioni urbis interfuerant, propter incendium Eccleſiis & Eccleſiaſticis indigentes ſacramentis a nobis Eccleſiam S. Saluatoris Apologotheto ſitam prope campum eorum cum omnibus pertinentiis ejus circa ſepoſitis humiliter poſtularunt, in qua eis competenter divina poſſint officia miniſtrari. Quorum petitionibus intuitu probitatis eorum, & devotionis quam ergo ſacroſanctam Romanam Eccleſiam habere noſcunt benigniter annuentes dictam Eccleſiam cum omnibus ejus pertinentiis circa illam poſitam, pro jam dictis Piſanis priori eorum ſacerdoti ſcilicet Benenato & olero, qui Romano Pontifici in dicta urbe tunc temporis erat obediens, conceſſimus, ita quod ipſis & eisdem in præfata Eccleſia ſubſtituendi, & dictis Piſanis, & eorum ſucceſſoribus ſacramenta debeant Eccleſiaſtica miniſtrare, ſalua in omnibus ſummi Pontificis & omni auctoritate majori; quod ut notum omnibus habeatur & ratum, præſentem paginam noſtrorum ſigillorum teſtimonio communimus.

Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto. Ind. 8. menſis Sept.

Petrus divina permiſsione tituli ſancti Marcelli presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus. Dilecto in Chriſto filio Benenato, priori Eccleſiæ Piſanorum ſalutem in Domino ſempiternam.

Sacroſancta Romana Eccleſia humiles, ac devotos filios propenſius diligere, & ipſorum utilitatibus providere ex ſolito pietatis officio conſuevit. Ea propter dilecte in Chriſto fili attendentes devotionem tuam, quam ad Romanam Eccle-

Ecclesiam habere dignoscaris, ut ex devotione gratum fructum tibi semper gaudeas proveniſſe, postquam recepimus litteras Domini Papæ per venerabilem patrem I. Consae patriarcham, in quibus idem dominus Papa imposuit nobis legationem in Imperio Romaniæ Ecclesiam S. Saluatoris, quæ dicitur Apologotheto prope campum Pisanorum sitam cum omnibus pertinentiis suis tibi auctoritate legationis, qua fungimur, duximus canonice concedendam, ipsamque tibi eadem legationis auctoritate confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & confirmationis infringere, vel ei temere contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursurum. Datum Constantinopoli anno *Dominicæ* incarnationis milleſimo ducenteſimo quinto, menſe Septembris.

Benedictus, dignatione divina tituli sanctæ Susannæ presbyter cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, dilecto in Christo filio Benenato priori Pisanorum salutem in Domino sempiternam.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere assensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter dilecte in Domino fili prior tuis justis postulationibus benigno concurrentes assensu, confiderantes devotionem, quam ad Romanam Ecclesiam te fideliter habere cognoscimus, attendentes quoque obedientiam & fidem, quam tu inter spinas Græcorum positus eidem Romanæ Ecclesiæ omni tempore obſervaſti, Ecclesiam S. Salvatoris Apologotheto sitam prope campum Pisanorum cum omnibus pertinentiis suis, quam venerabilis in Christo frater noſter Petrus tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus tibi conceſſit, nos auctoritate legationis qua fungimur in Imperio Romaniæ tibi, & successoribus tuis perpetuo possidendam concedimus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, salua tamen canonica justitia de ipsa Ecclesia patriarchæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ confirmationis paginam refringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hæc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & B. B. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Constantinopoli XII. Kal. Martii an. *Dominicæ* Incarnationis milleſimo ducenteſimo sexto. indict. 10.

Johannes permiſſione *Divina*, tituli Sanctæ Braxedis presb. Card. Apostolicæ sedis legatus dilecto filio — priori Ecclesiæ campi Pisanorum Constantinopolit. salutem in Domino.

Cum a nobis petitur, quod justum est, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit orationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, ea propter dilecte in Domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu Ecclesiam sancti salvatoris Apologotheto, sitam prope campum Pisanum cum clauſtro & omnibus pertinentiis suis, quas habere debet exinitæ pacis forma, quam bonæ memoriæ B. Portuensis Episcopus tituli sanctæ Susannæ presbyter cardinalis Apostolicæ sedis legatus Ecclesiæ tuæ conceſſit, ſicut in ejus litteris inſpeximus contineri, tibi & per te tuæ Ecclesiæ auctoritate legationis, qua fungimur confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit indignationem omnipotentis Dei, & B. B. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Constantinopoli XV. Kalendas Maji, Pontificatus D. Honorii Papæ III. anno V.

Johannes permiſſione divina, tituli Sanctæ Praxedis presb. Card. Apostolicæ sedis legatus, dilecto filio — priori Ecclesiæ Pisanorum Constantinopolit. salutem in Domino.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos, & humiles filios ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater suæ protectionis munimine confovere. Ea propter *Dilecte* in Domino fili tuis justis postulationibus, grato concurrentes assensu, paternitatem tuam, & Ecclesiam ipsam, in qua Divino es obsequio mancipatus, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possides, ac in futurum justis modis præstante Domino poteris adipisci, auctoritate legationis qua fungimur, sub B. Petri & Apostolicæ sedis protectione susciſimus, specialiter autem possessiones terras, vineas, præsentia monasteria & alia bona, quæ ipsa Ecclesia juste possidet, & quiete tibi & per te ipsi Ecclesiæ auctoritate confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, & B. B. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Constantinopoli, X. Kalendas Maji, Pontificatus *Domini* Honorii Papæ III. anno quinto.

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei.

Dilectis filiis priori Ecclesiæ Pisanorum salutem & Apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia, devotos & humiles filios, ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater suæ protectionis munimine confovere. Ea propter *Dilecte* in Domino fili tuis justis postulationibus grato concurrentes assensu, paternitatem, tuam, & Ecclesiam cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, ac in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri, & noſtra protectione susciſimus, specialiter autem redditus & possessiones eidem Ecclesiæ a dilecto filio noſtro I. tituli sanctæ Praxedis presbytero Cardinali tunc sedis Apostolicæ legato, pia, & provida liberalitate

Digitized by Google

litate collatas, prout in ipſius litteris dicitur plenius contineri, ſicut ea omnia juſte, canonice ac pacifice poſſides, tibi & per te ipſi Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei, B. B, Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit in curſurum.

Datum Signiæ Idibus Julii, Pontif. noſtri an. VI.

Johannes permiſſione divina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſt. ſedis legatus, dilecto filio priori Eccleſiæ S. Petri Piſanorum Conſtantinopol. ſalutem in Domino.

Cupientes monaſteria, & metochia relevari deſtructa & relevata illæſa ſervari, monaſterium Sancti Angeli Jachirelimi, & Metochium jurectores Chalcedonien. diæceſis, quod Metochium quondam ad Monaſterium Maſſuchi pertinuit cum ſuis juribus & proprietatibus, quæ habere debet ex initæ pacis forma Eccleſiæ ſuæ in ſuarum poſſeſſionum recompenſationem, ut per ipſam Eccleſiam valeant fideliter conſervari, auctoritate legationis qua fungimur ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate conferimus jure perpetuo poſſidenda, ſic tamen, ut ab ipſo monaſterio Monachi nullatenus expellantur in Apoſtolicæ ſedis devotione ac diæceſani obedientia perſiſtentes. Et cum monaſterium & metochium memorata nuper cum nimia difficultate ſint exſtructa de manibus laicorum ſub anathemate prohibemus, ne ipſa amodo cuiquam laico committantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & prohibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei, & B. B. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli XIX. Kalendas Januarii Pontif. Dom. Honorii III. ao. V.

Johannes, permiſſione Divina, tituli ſanctæ Praxedis presb. Card. Apoſtolicæ ſedis legatus dilecto filio --- Eccleſiæ Piſanorum Conſtantinopol. Salutem in Domino.

Cum ſicut per nos intelleximus, Metochium ſancti Heliæ --- Giuro Nicomedienſis diæceſis Eccleſiæ tuæ ſancti ſalvatoris Apologotheto fuerit exantiqua, nos metochium ipſum ereptum de manibus laicorum cum ſuis juribus & proprietatibus, quæ habere debet ex forma pacis initæ, auctoritate legationis qua fungimur, tuæ reſtituimus Eccleſiæ memoratæ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſtitutionis refringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit indignationem omnipotentis Dei, & B. B. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Conſtantinopoli decimo Kalendas Maji Pontificatus Domini Honorii Papæ III. anno V.

Ego Balduinus Bardæ ſacroſanctæ Apoſtolicæ ſedis auctoritate notarius ſingula horum omnium authentica vidi, & legi ſæpius diligenter, & caute munita ſingula ſigillis veris ſingulorum ſupra ſcriptorum venerabilium patrum, & ideo ea omnia fideliter, ſicuti reperi in eis nihil addens vel minuens trasſcribendo exemplavi, meoque ſigno roboravi.

XXII.

Bullla Alexandri P. P. IV. qua fratri Manſueto de ordine minorum, Piſanos ab omnibus Interdictorum & excommunicationum ſententiis adverſus eos pronunciatis, nomine Sedis Apoſtolicæ abſolvendi poteſtatem dedit, d. d. Kal. April. An. 1257.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto filio Pœnitentiario noſtro Fratri Manſueto de Ordine Minorum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

CLemens ſemper, & mitis in ſuis actibus Mater Eccleſia illum benignitatis circa ſuos filios tenet modum, ut tanquam vehementer in operibus pietatis exultans, quaſi amoenas ſibi delicias exiſtimans miſereri, eligit magis ſervare manſuetudinem, quam rigorem & ignoſcere potius, quam ſævire. Unde ſi culpam in quocunque reperiat, vel offenſam, quia delectabile ac jucundum eſt ſibi dimittere delinquentem, & poenæ dimiſſione, vel moderatione iocundum, libentius parcit, quam feriat, & plus ſe illi propitiam exhibet, quam ſeveram. Nam et agnoſcit, quod revera tunc de aliquo egregie vindicta ſumitur, cum ei magnanimiter indulgetur, id eſt in ſuis præcipuæ querit, & optat Eccleſia, quod in ſuo benigno collecti gremio amore, ac devotione proficiant, & in ſuorum dulcedine uberum continuo delectentur. Sane accedentes ad preſentiam noſtram Ambasciatores & Sindici Communis Piſani, ex parte ipſius Communis nobis ſupplicarent, ut dictum commune paratum mandata noſtra ſuſcipere, ac ſervare, per omnia reverenter in noſtram & Apoſtolicæ Sedis gratiam, admittere curaremus, offerentes nobis, quod dictum Commune, dictam Eccleſiam, Legatos, & Nuncios ejus ad familias eorumdem in perſonis, & rebus nunquam offendent, nec ullo tempore in aliquo contra Eccleſiam erit, eamdem, nec adverſus ipſam inimicis ejus, vel adverſariis adhærebit aut contra eam præſtabit auxilium, vel favorem, ſed Eccleſiæ Legatos, & Nuncios humiliter, & devote ſuſcipiet, & eos congrua reverentia, & honorificentia pertractabit, dictumquoque Commune in Civitate Piſana, & diſtrictu ipſius res, & bona, quæ fuerunt Prælatorum, & familiarium ſuorum, & illorum omnium, qui dudum in Galeis capti fuerunt diligenter, & ſine fraude inquirere, & ea, de quibus inveniri poterit quod ad illos de Civitate, & diſtrictu prædictis præſentes, & abſentes etiam pervenerint, per eos, aut hæredes, vel ſucceſſores eorum, ſi forte deceſſerint reſtitui fa-

Digitized by Google

cere teneantur. Ad hæc prædictum Pisar. Commune in Civitate ipsa vel circa eam in loco apto, quem ad hoc duxerit designandum, quoddam Hospitale construi facient, in quo tam pro aedificiis quam pro dotatione ipsius usque ad quinquennium decem millia librarum Pisan, parvarum, videlicet duo millia quolibet anno expendet. Hujusmodi autem hospitale veræ gubernationi, dispensationi, & defensioni nullo modo subjacebit, ab omni jure & jurisdictione Diœcesani Episcopi, & cujusque alterius prorsum exemptum. Nos itaque more pii patris, qui offendentes filios odisse non potest, te, de cujus circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinemus ad partes illas propter hoc duximus destinari, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus; quatenus, postquam prædictum Commune de prædictis omnibus faciendis & plenariæ adimplendis, ac observandis, cautiones, & securitates idoneas, & sufficientes curaverit exhibere, & de stando præcisè mandatis nostris super omnibus injuriis, & offensis Ecclesiæ Legatis, & Nunciis prædictis, & familiis eorundem ac etiam quibuscumque aliis occasione ipsorum, & discordiæ ortæ dudum inter Ecclesiam, & quondam Fridericum olim Romanorum Imperatorem, illatis, corporale præstiterit juramentum, ac nihilominus de non offendendis Ecclesiæ Legatis, ac Nunciis prædictis, & eorum familiis, & de suscipiendo eos humiliter, & devote, ac ipsis reverenter, & honorificè pertractandis, & quod ullo tempore contra Ecclesiam ipsam erit, neque adversus eam ipsius inimicis, & adversariis adhærebit, aut contra ipsam præstabit auxilium, vel favorem, prout superius est expressum. Statutum fecerit post capitulum de fide Catolica in suis capitularibus adnotandum, quod statutum Potestates Civitatis ipsius, qui pro tempore fuerint in eadem in principio sui regiminis, ac universi, & singuli Civitatis prædictæ observare jurabunt, & de quo fideliter observando, quilibet Potestas Pisanæ civitatis successorem suum præstare faciet in perpetuum juramentum, & de hoc etiam cautionem & securitatem idoneam, & sufficientem, ipsum Commune exhibuerit. Præfatum Commune, ac omnes Clericos, & Laicos, viros & mulieres Civitatis & districtus prædictorum, absentes, & quoslibet, qui nomine Pisano censentur ab omnibus Interdictorum, & excommunicationum sententiis, quas incurrerunt, & quæ in ipsos fuere prolatæ occasione captionis & spoliationis Prælatorum, & familiarium suorum, & aliorum, qui dudum in Galeis cum Prælatis capti fuerunt eisdem, ac etiam servitii, seu obsequii præstiti ab ipsis quond. Friderico olim Romanorum Imperatori & ejus Filiis, seu Nuncii, vel officialibus, seu fautoribus, vel coadjutoribus, sive complicibus eorundem, & pro quibuscunque injuriis, vel offensis illatis, vel factis ab eis eidem Sedi seu Legatis, vel Nunciis ipsius, sive alii pro eadem Sede quacunque occasione, vel causa, & pro eo quod inobedientes, eidem Sedi, vel Legatis ipsius, sive Nuntiis extiterunt. A pœnis quoque quibuslibet eis pro præmissis, vel aliquo præmissorum debitis, vel quibus sunt obnoxii occasione Ecclesiæ Legatorum, & Nunciorum prædictorum, & familiarum eorundem, & personarum Ecclesiasticarum, juxta formam Ecclesiæ absolvas auctoritate nostra, Interdicto in Civitate, & in districtu prædictis propter præmissa posita relaxato. Ingens nihilominus eidem Communi pœnitentiam publicam, ad quam devote accipiendam se obtulit, & humiliter peragendam. Ad hæc omnia privilegia prædicto Communi a prædecessoribus nostris Roman. Pontificibus, aut ab eodem Federico, antequam in eum esset depositionis sententia promulgata, sive quibuscunque Imperatoribus Romanis concessa etiamsi eorum aliquibus per Ecclesiam eadem occasione præmissorum privati fuerint sibi auctoritate nostra confirmes sine juris præjudicio alieni. Contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles monitione præmissa per Censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescas.

Dat. Laterani Kal. Aprilis Pontif. nostri Anno III.

XXIII.

Literæ Alexandri P. P. IV. ad Pisanos exhortatoriæ, ut pacem cum Venetis & Januensibus in Palæstina colant, d. d. 2. Non. Jul. An. 1258.

POtestati, Capitaneo, Consilio, & Populo Pisano. Sicut olim accepimus, & referimus cum dolore, pacis invidus, & seminator discordiæ tantum inter vos, & dilectos filios cives Januenses odium seminavit, quod invalescente guerra gravissima inter partes, alter alterius destructionem in personis desideravit hactenus, & in rebus. Ex quo inter alia miserabile regnum Hierosolymitanum multis attritum, & concussum angustiis & pressuris, ad extremam poterat desolationem perduci in derogationem & contemtum fidei Christianæ: propter quod nos, licet immeriti, juxta verbum prophetæ constituti super gentes & regna universæ terræ, in quibus Dominus invocatur, volentes animarum & personarum periculis obviare, ad vos tamquam ad devotos Ecclesiæ filios venerabilem fratrem nostrum Messanensem Archiepiscopum duximus destinandum. Vos vero, qui hactenus Ecclesiæ Romanæ paruistis reverenter monitis & mandatis, zelantes pacem & concordiam, & bonum statum regni prædicti, ac augmentum fidei orthodoxæ, ad nos super iis solemnes ambasciatores, & nuntios destinastis, qui plenum & sufficiens a nobis mandatum habentes super omnibus ex quibus dissensionis & guerræ inter vos & eosdem Januenses exorta fuerat materia præcise compromiserunt vestro nomine, arbitrio, laudo, dispositioni, & ordinationi nostræ sub certa pœna stare prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur. Nos itaque qui cunctis Christi fidelibus pacem, & concordiam procurare tenemur ex officio pastorali, volentes vobis, & ipsis, quos sincera in Domino charitate complectimur, salubri super hoc remedio providere universitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur, attente præsentium vobis tenore tam Apostoli-

Digitized by Google

ſtolica quam arbitraria, ſeu compromiſſaria poteſtate diſtricte præcipiendo mandantes ad præſens, ſalvis aliis mandatis vobis ſemel, & pluries a nobis in poſterum faciendis quatenus dictis Januenſibus, & eorum jurisdictioni ſubjectis pacem firmam de cætero, & inviolabilem ubique ſervetis, ab omni moleſtia, & offenſione Januenſium, & eorum ditioni ſubjectorum tam in terra quam in mari ubique per vos & veſtræ ditioni ſubjectos deſiſtentes omnino, eos ſecure ad civitatem & diſtrictum, veſtra, & loca vobis ſubjecta venire, & per ipſa ire, & in ipſis morari, & redire ſine aliqua læſione vel impedimento perſonarum, & rerum libere permittendo, & ut inter partes ex nunc omnis ceſſet materia diſſenſionis & guerræ, vos in civitate veſtra triduum a receptione præſentium faciatis voce præconia publice proclamari, ut omnes concives veſtri omnesque, quos ditio veſtra regit, Januenſibus & ſubjectis eisdem concordiam, & pacem obſervent; ipſosque in aliqvo non offendant, ſed ſecure in ſocietatibus, mercimoniis, & aliis utantur ubilibet cum eisdem mandantes nihilominus in proximo menſis Auguſti, vel ante, ſi fieri poterit, per nuntium & literas ſpeciales conſulibus, admiratis, ſeu capitaneis Piſanorum, & aliis Piſanis in ultramarinis partibus exiſtentibus, & alibi ubicunque fuerint, qualiter in hujusmodi negotio, ſuper quo in nobis compromiſſum eſt, exiſtat proceſſum, & quod legatus, ſeu nuntius Apoſtolicæ ſedis ad partes ultramarinas celeriter transmittetur ad pacem, & concordiam peragendam ac ſolidandam ſuper omnibus, ſuper quibus orta eſt diſcordia inter partes: & quod iidem pacem & concordiam teneant, & obſervent Januenſibus, & ſubjectis eisdem, & ceſſent omnino ab offenſionibus eorundem.

Volumus inſuper, & mandamus, ut eo tempore, quo legatus, ſeu nuntius Apoſtolicæ ſedis propter hoc ad partes ultramarinas acceſſerit, ſeu applicaverit, nuntii, ſeu procuratores veſtri, habentes a vobis ſuper omnibus negotium contingentibus mandatum ſufficiens ſuper quo compromiſſum eſt in nobis, & reformationem pacis & ad omnia, quæ neceſſaria ſunt ad eam, in civitate Acconenſi compareant coram eo, ita quos eos non oporteat ex aliqua cauſa occaſione dicti negotii ad vos iterum habere recurſum. Ad hæc præcipimus, & mandamus, quod in nullum ſtolium, armamentum, ſeu navalem exercitum, galearum, navium, ſeu quorumcumque lignorum, ultra mare mittatis, literas quoque noſtras, quas Januenſibus, Piſanis, & Venetis commorantibus in ultramarinis partibus deſtinamus, una cum veſtris literis prædictam continentibus celeriter deſtinetis eisdem, mandatum noſtrum ſuperius taliter impleturi, quod hujusmodi diſcordia Deo prævio reformata, vobis & dictis Januenſibus exinde divinæ retributionis præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Dat. Viterbii, II. non. Julii Anno IV.

XXIV.

Manfredi, Siciliæ Regis Diploma, quo Senenſibus, caſtrum Montiſpulciani, cum ejusdem pertinentiis ac omnimoda & pleniſſima jurisdictione dono dedit, d. d. 20. Novembr. An. 1260.

MAnfredus Dei gratia Rex Siciliæ, Cedit ad titulos Principis, & ſpectat ad excellentiam præſidentis ſervitiorum magnitudinem, & devotorum conſtantiam, condignis beneficiis compenſare, ut dum remunerata laborum ſuorum ſervitia, devotorum accenditur ſinceritas ad continuanda devotionis obſequia, cujus fructum guſtavit & meritum, fortius & ſtudioſius accendatur, ea propter per præſens privilegium notum fieri volumus univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod nos puritatem fidei, & devotionis conſtantiam attendentes, quam Commune, & homines Civitatis Senenſis fideles noſtri ad divæ memoriæ dominum Patrem, & omnes Progenitores noſtros, continua ſemper ſucceſſione habuerunt, conſiderantes quoque præclara ſatis, & grata ſervitia quæ dictis progenitoribus noſtris, & nobis poſt eos jugiter præſtiterunt, indefeſſoque ſtudio præſtant aſſidue, ut præſtare melius poſſint in futurum, Caſtrum Montiſpulciani Vallis clanæ, cum tota ſua curte & diſtrictu hominibus feudatis, & non feudatis, terris cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, nemoribus, aquis, & aquarum decurſibus, domibus, tenutis, poſſeſſionibus, affictis, ſervitutibus, cenſibus, redditibus, uſibus, & omnimodam ac pleniſſimam jurisdictionem, nec non cum omnibus nobis competentibus, & in poſterum competituris, & quæ ad Imperium pertinent, & pertinere videntur, & omnibus juribus, & actionibus, quocunque modo quæſitis, in omnibus ſupra dictis eidem Communi Senenſi in devotione noſtri nominis exiſtenti, in perpetuum de ſpeciali gratia, & ex certa ſcientia duximus concedendum dantes eidem Communi liberam & plenam poteſtatem apprehendendi propria auctoritate corporalem poſſeſſionem, & quaſi, dicti Caſtri, & omnium prædictorum, ad hujus autem gratiæ, & conceſſionis noſtræ memoriam, ac robur perpetuo valiturum, præſens Privilegium per Magiſtrum Joannem de Brundiſio Notarium, & fidelem noſtrum ſcribi, & Sigilli Majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum Foggiæ per manus Gualterii de Ocra Regni Siciliæ Cancellarii, Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo, Menſis Novembris vigeſima, ejusdem quartæ Indictionis, Regnante Domino noſtro Manfredo Dei gratia Sereniſſimo Rege Siciliæ Regni ejus Anno tertio feliciter. Amen.

XXV.

Digitized by Google

XXV.

Conradi II. Hierusalem & Siciliæ Regis atque Ducis Sueviæ Privilegia Senensibus data, d. d. 7. Jul. An. 1268.

COnradus Secundus Dei gratia Hierusalem, & Siciliæ Rex, Dux Sueviæ, Regiæ fortunæ fastigiis, & principalis cujuslibet solio dignitatis inter cetera vehementius expedire cognoscitur, & ad glorioſum virtutum genus adscribitur devotos, benemeritos, & fideles sic gratis benevolentiæ oculis intueri, & eis suæ gratiæ januam taliter aperire, quod ipsi in suis petitionibus, præsertim quas meritorum suffragia commutantur non repulsam recipiant, sed favorem; Per hoc enim Regale sceptrum extollitur, per hoc roboratur, & augetur fides, & numerus devotorum, & Regius Tronus se competit devotis & fidelibus communitum. Cum igitur commune & homines Civitatis Senensis inter cœteros devotos, & fideles nostros Italiæ purioris dilectionis brachiis amplectamur, & habeamus merito cariores. Qui præter grata, & alta servitia, quæ Divis Augustis celebris memoriæ progenitoribus nostris, in quorum fide nunquam aliquibus temporibus tepuerunt, extitisse noscuntur, existentibus dudum nobis in Theutonia in teneritate pueritiæ constitutis, & hæreditario Regno, ac aliis juribus nostris per Carolum Provinciæ Comitem nequiter occupatis, ac nomine nostro in Italia sub indicto silentio quasi ex toto sepulto, fidei nostræ prædicatores inceſſabiles extiterunt, & nominis nostri gesserunt inconcussa Vivacitate vexillum, ac mittentes ad nos crebros nuncios suos ad recuperationem Regni prædicti, & aliorum jurium nostrorum, nos fideli instantia induxerunt pro felici adventu nostro in Italiam se, & sua totaliter exponentes, adeo quod ipsi, si verum attenditur, ipsius adventus nostri fuerunt occasio principalis: Nos eorum tam laudabilem fidem, & servitiorum gratitudinem tam acceptam inremuneratam transire nolentes, & etiam sine læsione conscientiæ non valentes, ut in exaltatione nostra, ad quam causam dederunt potissimam, ipsi etiam exaltentur volumus, & præsentium auctoritate decernimus, ut cum ad Imperialis dignitatis culmen, ad quod progenitorum nostrorum imitantes vestigia, non immerito aspiramus, scandere nos Deo auctore contigerit, ipsum Commune, & ipsi homines in Civitate, & Comitatu, & jurisdictione Senensi, omnia pedagia, quæ ad Imperii jus, & nostrum spectare noscuntur, omnem jurisdictionem, merum & mixtum Imperium, ac gladii potestatem, quo in facinorosos animadvertere valeant, & eos debitæ pœnæ supplicio coercere: Quæ omnia ex nunc eisdem concedimus, & in perpetuum confirmamus. Amplius cum iidem ad liberandum de impii manu Tyranni Caroli Hostis nostri hæreditarium Regnum nostrum Siciliæ, & ipsum in devotionem nostri nominis reducendum, exposuerint liberaliter & fideliter se, & sua, eisdem de gratia speciali, & ex certa conscientia nostra concedimus & volumus, ut Cives omnes & districtuales Civitatis Senensis ubilibet per nostram fortiam, & virtutem, & specialiter in Regnis nostris Hierusalem & Siciliæ, Apuliæ, Terræ laboris, Principatus, & in Accon prorsus sint liberi & immunes, & omnes mercadantias per omnes suprascriptas regiones, & loca, eis libere ducere, & abinde extrahere liceat, sine aliquo jure, vel pedagio persolvendo: Ita tamen, quod apud Cathenam Accon tam in introitu, quam exitu de singulis centum unum nostræ curiæ solvere teneantur, in Riveriis, vel alibi præterquam ad Cathenam prædictam, nihil penitus exsolvendo, & si forte (quod absit) aliqui ex dictis Mercatoribus naufragium paterentur, res eorum nulli penitus acquirantur, sed eis salvæ & inviolatæ permaneant, consuetudine aliqua non obstante, quam quo ad dictos Senenses penitus abolemus. Nulli ergo hominum liceat præsentem paginam nostram infringere, vel ei ausu temerario contraire, personæ, ac rerum dispendium inremediabiliter incursurum, qui contra hæc præsumpserit attentandum indignationem nostræ perpetuam Majestatis. Ad quorum omnium futuram memoriam, & dictorum Senensium cauthelam, ac robur perpetuo valiturum præsens privilegium inde sibi fieri, & Sigillo Majestatis nostræ jussimus communiri. Actum, & datum Senis per manus Magistri Federici, Magnæ Curiæ nostræ Protonotarii, Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Ducenteſimo Sexageſimo Octavo, Die Sabbathi, Septimo Julii undecimæ Indictionis.

XXVI.

Transactio inter Commune Pisanum & nobiles de domibus Opelingorum & Cadulingorum super discordiis inter eos gliscentibus stabilita, d. d. 13. Kal. Mart. An. 1285.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

CUm inter Comune Pisanum, & Nobiles de domo, sive de Domibus Opetingorum, & Cadulingorum hucusque discordiæ, & dissensiones quam plurimæ fuerint causa, & occasione infrascriptarum jurisdictionum Terrarum, & Lo-

Digitized by Google

& Locorum, & Jurium, & propter hoc prædicti Nobiles videantur discessisse, & demansisse a fide, & amore servitutis, & devotionis, & propter præsentes conditiones, & statum Pisani Communis occurrentem prædictæ discordiæ videantur sint, & esse possint multum damnosæ, & præjudiciales Comuni Pisano, ejusque districtualibus. Ideo nos Ugulinus Comes de Donoratico, Dominus sextæ partis Regni Calaritani, Pisanorum Dei gratia Potestas, Potestario nomine, & Homita Argentarius Judex Antianorum, Villanus Follarius, Bartolomeus Parassonis, Leo Tabernarius, Paulus Bonamici, Ciolus Guam, Sigerius Cionetti Judex, Gerardus Dandi, Gerardus Ormentinus, Heinricus Lagius, Lencius Casinus & Lantus Vinarius, Antiani Populi Pisani Antianatus nomine pro bono, & pacifico statu, & pro utilitate & salute Pisani Communis, & populi ejusque districtus. Volentes præsentes Nobiles ad devotionem, & amorem, atque servitia perpetua Pisani Communis & Populi reducere, & revocare, & prædictas discordias, & omnem aliam materiam quæstionis, & scandali, quæ est, vel esse posset inter Comune Pisanum & præfatos Nobiles sedare, & radicitus extirpare, ex talia, & Potestate, & auctoritate nobis data, credita, & concessa à Consilio Senatorum credentiæ, & ad eorum ordinem Pisani Communis celebrato Dominicæ Incarnationis anno 1285. Indict. 13. Kal. Mart. Ipsorum consiliorum, & cujuscumque eorum sequentes pro Comune, & Populo Pisano, & vice, & nomine Pisani Communis & Populi, ex certa scientia, & non per errorem damus, tradimus, concedimus, mandamus, atque restituimus vobis Dom. Ciano Burdonensi, & Cerio quond. Dom. Ruberti de Calcinaria Nobilibus de dicta domo Opetingorum & Cadulingorum agentibus, & recipientibus pro vobis ipsis, & pro omnibus, & singulis aliis Nobilibus prædictæ domus Opetingorum, & Cadulingorum, & vestris & eorum, & cujuscunque eorum, & castrorum hæredibus, & prohæredibus in perpetuum omnia jura, omnesque actiones, rationes, & nomina, tam utiles, quam directas, reales, personales, & mixtas, nobis pro Comuni Pisano & Populo Pisano, & ipsi Comuni, & Populo competentia, atque competitura quocunque modo, vel jure, in infrascriptis terris, & locis, quæ terræ, & loca sunt hæc V. Curtis de Marticum Cappella, & Castello Sancti Martini, quæ curtis est in loco, quæ dicitur Scalzavacca, usque ad locum qui dicitur Trebrium, sicut rivus Cerreti trahit, & a dicto Trebrio usque ad vallem ramistæ, & usque ad fontem Citernæ, & à dicto fonte usque ad Arnum, & sicut Arnus currit usque ad fontem Pertecchii, & per dictum locum Scalzavacca, ut habetis, & tenetis vos & dicti Nobiles, & vestri, & eorum antecessores habuerunt, & tenuerunt, a loco, qui dicitur Memiato, usque ad Vallianum, & usque ad pedem Monticelli, & sicut vallis de Gello trahit usque ad Campatorium, usque ad Arnum, & sicut Arnus currit a dict. Campatorio usque ad fontem rivi Rinonichi, & sicut ipse rivus currit usque ad locum, ubi olim posita Crux Gallensis, & à prædicto loco Crucis usque ad nemoretum. Hi autem sunt fines ex una parte Arni infra hos Confines extant Volea, Appianum, Petriolum, Pinocchium, aliud Pinochium, Ripava, Rixanum, Silve, Gellu, Schittouli, Castellare, Mallianum, Burgonialum, Longorum, Cisanum cum curte sua, & cum omnibus Ecclesiis, & pertinentiis ad prænominata pertinentibus, & quicque habetis, & tenetis vos, & dicti Nobiles vestri, eorumque antecessores habuerunt, sive in terris, sive in aquis, seu in hominibus, sive ullo alio Jure, & Villa de Calcinaria, & inter ipsos confines istarum terrarum, & locorum omnium superius nominatorum omnia pedagia & ripas ubicumque habetis, & habuistis vos, & dicti Nobiles, & vestri & eorum antecessores, dum tamen Castrum Calcinariæ cum ejus pertinentiis, & confinibus, & homines ipsius Castri intelligantur in prædictis. Et ex alia parte Arni Castrum Cintoriæ & Ecclesia S. Stephani S. Laurentii, & S. Martini cum tota Curte sua, quæ est in loco, qui dicitur petra lata, sicut via publica tendit usque usque ad viam quæ est sub Ecclesia S. Cassiani, & sicut ipsa via tendit usque ad locum, in quo fuit Salix Benciæ, & a dicto loco usque ad foveam Maltraversi, & sicut ipsa fovea currit usque ad Glassum de domo Domiani, & sicut ipsa sua, quæ est ultra foveam Lectari recta linea a domo Domiani, sicut illa via tendit, usque ad callem foveæ Uguccionis, & usque in Cilechium vetus, & sicut Cilechium currit in foveam Archiepiscopi, & sicut illa fovea currit usque ad locum de calli, & a dicto loco usque ad portum de Cilio, & sicut via publica juxta paludem tendit usque ad callem Opetingorum, & Cadulingorum, in quo est cadria usque ad Silvam de Pesuli, & sicut illa via tendit, usque ad rivum de Salis, & sicut ille rivus usque ad fagum computentur, & Serram quæ est inter rivum, & dictas Salas quæ tendit usque ad locum, qui dicitur Cannetum, & usque in Rigonibulo, & usque ad rivum Bientinæ, & sicut Rigombulo currit, ex parte Arni, quæ est ex latere Vici, & Cintoriæ, omnia pedagia, & ripas, quæ, & quas vos, & alii Nobiles habuistis & vestri, & eorum antecessores habuerunt, & Thoram cum tota curte sua, & Arnum mortuum inter Calcinariam, & Cisanum, usque ad Cafagium quod est in curte Cintoriæ, & in hominibus, & personis statarum, terrarum, & locorum, & in Jurisdictione, & de Jurisdict. prædictorum hominum ex forma contractus rogato ab Heinrico Notario de Vico Cancellario tunc Pisani Communis una cum Burgundio Notario tunc Scriba publico Cancellarium Pisani Comunis, & scripti in actis dictæ Cancellariæ ab ipso Burgundio sub anno Dom. 1184. Indict. 12. 6. Kal. Martii prima die bisestili, & alterius contractus subsequentis in ipsis actis a dicto Burgundio Notaro rogati anno, indict. & die, & alterius Contractus scripti in dictis actis a S. Heinrico Notario & Cancellario anno 1284. Indict. 12. pridie Kal. Aprilis, & alterius contractus in dictis actis, eodem anno, & Indict. 6. Id. Junii, & alterius Contractus scripti in dict. actis Cancellariæ, eodem anno & Indict. 5. Kal. Julii, in quibus contractibus

tractibus continetur, qualiter d. Gualterius & Castellanus Gemini quond. D. Periccioli de Calcinaia, & alii nobiles de dicta domo Opetingorum, & Caduling. in præsentia Antianorum Populi Pisani tunc temporis recipientium, & stipulantium pro Com. Pis. & vice, & nomine Pis. Comunis & populi eorum spontanea voluntate ex certa scientia, & non per errorem dixerunt, & confessi fuerunt, quam supradictæ terræ, & loca, & homines, & persona ipsarum terrarum, & locorum erant, & fuerant de jurisdictione & potestate, & Comitatu Pisani Comunis, & omnia jura, nomina, & actiones, & rationes eisdem Nobilibus competentes, & competentia prædicti Antiani stipulantibus & recipientibus pro Comune Pisano, & vice, & nomine Pisani Comunis dederunt, & concesserunt, & insuper ipsis Antianis recipientibus pro com. Pis. fecerunt finem & refutationem, et generalem transactionem & remissionem in totum de omni jurisdict. & potestate, & imperio mero, & mixto dd. Nobilibus competenti, & competituro in prædictis, & de prædictis, eam, & occasione prædictorum, & omnem jurisdictionem, & potestatem, & omne imperium merum, & mixtum, quod inde dictis Nobilibus competebat in dictos Antianos pro Com. Pis. transtulerint & cetera in d. d. contractibus comprehensa confiten. & affirmando Ugulinus Comes Pis. Potestas, & Antiani pro Com. & Populo Pisano ex certa scientia: & non per errorem, quod prædicta confessio jurium, & nominum cessio, finis & refutatio, & Jurisdict. translatio & cetera compræhensa in prædictis contractibus, quia facta fuerunt a. d. d. Nobilibus prædictis Antianis pro Com. & Populo Pisano facta fuerunt contra jus & justitiam, & sine causa, sive indebite, & non justa causa, ut hiis omnibus, & singulis prædicti Dom. Cianus, & Cerius pro vobis, & aliis praedict. de domo Opeting. & Caduling. & juri, & eorum haeredes, & ipsi utiliter, & directe agere, experiri, & excipere possitis, & valeatis, & possint, & valeant con. Com. Pis. & contra omnem personam, & locum, insuper praecipimus, & scientiam & potestatem damus, & concedimus vobis dd. Ciano, & Cerio agen. & recipien. praed. M. ut dictum est finem habere, & refutationem, & generalem transactionem, & remissionem in totum, & pactum de non petendo, & non imbrigando, vel molestando, sive inquietando, agendo, vel defendendo, vel aliquo modo de caetero, de omni, & toto eo, & iis omnibus, & singulis q. de praedictis, vel pro praedictis nominibus, & juribus cessis, datis, & concessis a dd. Nobilibus St. Antianis Pis. Populi recipient. pro Com. & Pop. Pis. quod in Contractibus rogatis & scriptis a d. d. Heinrico, & Burgundio Notariis continentur petere, vel exigere, contra vos, & alios Nobiles praedictos, aut vestros, & eorum haeredes, & bona usque hodie poteramus, & in antea possemus aut Com. Pis. poterat. aut posset, & per solemnem stipulat. Not. suprad. Pis. Potestas, & Antiani Populi Pis. convenimus, & promittimus vobis ipsis dd. Ciano, & Cerio recipientibus pro omnibus stat. ut dictum est, qu. d istam dationem, cessionem finem, & refutationem, remissionem, & pactum, & omnia & singula supradicta, & quodlibet supradictor. & singulor. omnium semper, & omni tempore, habebimus, & tenebimus, & Com. & Populus Pis. habebit, & tenebit firma, & rata, & contra ea vel aliquod eorum non faciemus, vel veniemus, nec Com. aut Pop. Pis. veniet, vel faciet ullo modo, vel jure seu aliqua occasione, vel causa nullo unquam tempore, & quando de praedictis nominibus, & Jurib. seu causa & occasione statutor. nos, vel Com. aut Pop. Pis. per se, vel per alium, nullo modo, vel ingenio de cetero in perpetuum non imbrigabimus, vel molestabimus neque per placidum, vel alio modo fatigabimus de Jure, vel de facto vos antedict. Nobiles, vel aliquem vestrum, seu eorum, aut vestros haeredes, seu bona, nec quaestionem, vel querelam aliquam Juris, vel facti movebimus, vel faciemus, aut moveri vel fieri faciemus sive permittemus contra vos, & eos, vel aliquem vestrum, & eorum sed auctores, & defensores erimus, pro Com. & Populo Pis. vobis, & eis ab omni imbrigante persona, & loco de rato, & facto Pis. Com. tamen, & quod praedictam dationem, cessionem, & remissionem, vel aliquod praedictorum, sive hunc contractum de jure, vel de facto, vel ex quacunque alia causa, quae excogitari posset per vos Com. & Pop. Pisanum, sive per alium non revocabimus, vel retractabimus, nec revocari, aut rescindi patiemur, vel faciemus, seu permittemus, nec aliquam restitutionem in integrum contra prædicta, vel aliquod prædictor. postulabimus, vel impetrabimus ullo modo, alioquin pœnam Mavarum mille optimi auri, & pœnam dupli totius ejus de quo ageretur, & contra fieret, & damnum & dispendium totum, quod postea haberetur, & fieret vobis ipsis dd. Ciano, & Cerio recipientibus pro vobis & aliis supradictis Nobilib. ut dictum est, per solemnem stipulationem per Com. & Popul. Pis. componere, & dare convenimus, & permittimus, quæ pœna totiens pro singulis capitulis non servatis, & præteritis quoties commissa fuerint, & semel & pluries commissa, & præterita, nihilominus hæc omnia, & capitula, & hic contractus in suo robore, & firmitate, perfistant, obligando se pro nomine Com. & Pop. Pis. & omnes nostros successores, Com. & Popul. Pisanor. & ejus bona vobis supradict. d. Ciano, & Cerio recipientibus pro vobis, & aliis stat. vestris, & eorum hæredibus renunciando omni Juri nobis pro Com. & Pop. Pis. & ipsi Com. & Populo competenti, & competituro, cum prædicta. Præterea prædictos Contractus rogatos & scriptos a prædictis Burgundio, & Heinrico Notariis in hiis omnibus, & singulis, quæ sunt contra vos, & Nobiles prædictos, & vestros & hæredes eorum cassamus, & irritamus, & cassa & irrita, & nullius valoris, & momenti vocamus, & esse dicimus, & volumus, & cassari, & irritari præcipimus, salvo & intellectio in prædictis ex pacto inter nos contrahentes supradicto modo, ut dictum est, specialiter habito, & appositio, quod vos & dicti Nobiles per vos & alium ullo unquam tempore, quoquo modo, vel jure non positis, vel debeatis petere vel exigere adversus, & contra Com. Pisanum, vel aliquam aliam personam pro Com.

Pis.

Digitized by Google

Pis. aliquid permittendo, seu damnum, vel inte esse, aut injuriis, vel quacunque alia causa, quæ dici vel excogitari possit pro eo quod dict. Com. Pis. per se, vel per alium hucusque tenuit, & possedit aliquid de prædictis, vel jurisdictionem civilem, aut Criminalem per se aut per alium ibi exercuit, seu pro eo quod per se, vel per alium, in antea habuit & percepit, seu exegit aut habere, & percipere, seu exigere potuit, vel debuit, & salvis & firmis, & ratis manentibus omnibus pactis, habitis, & factis hucusque a Com. Pis. cum quibuscunque personis & locis, & omnibus immunitatibus, & frangichiis a Com. Pis. concessis quibuscunque personis, & locis & omnibus etiam venditionibus factis usque hodie a Com. Pis. quibuscumque Personis, & locis de introitibus, dirictibus & redditibus dohanæ Salis, & aliis & de Dohana ferri de Ilba, & Gabellarum Pisani Com. & modii & Passagii pecudum. & salvis etiam omnibus pertinentiis in prædictis, & de prædictis, & quolibet prædictorum contra prædictos, & aliquem prædictorum cassandi, & irritandi, cassari, & irritari faciendi, & cassas, & irritas, & nullius momenti vocandi, sicut & eo modo nobis, ut dictum est videbitur. Ita quod totum, & quicquid, ea omnia, & singula, quæ in prædictis, & de prædictis, & circa prædicta, & quodlibet prædictorum, & eorum occasione, & causa, facta, provisa, statuta, & ordinata fuerint, valeant, & teneantur, firma, & rata sint, & executioni mandentur, & mandari debeant, auctoritate vestri Consilii, vestra parabola, & Consilia, vel quid inde vobis placet, & sit faciendum consulite, salvo, & intellecto in prædictis, quod per hoc Consilium de Castro, & hominibus Pontis heræ vel pertinentils & juribus, & jurisdictionib. dicti Castri & ad ipsum Castrum, & Com. Pis. pro ipso Castro pertinentibus, nullum pactum, aut promissio, vel obligatio, concessio, vel datio aliqua fieri possit vel debeat ullo modo.

Summa istius Consilii celebrati Pisis in Palatio Pisani Com. ubi fuit consilia partito inde facto ab ipso D. Potestate, & sedendum, & levandum, ut moris est, & super toto dicto titulo, ut in ipso titulo per omnia, & singula continentur, Dominicæ Incarnationis Anno M. CC. LXXXV. Indict. XIII. XIII. Kal. Martii.

C. Ego Thadeus quond. Gerardi Notarii de Ponte serchii Imper. auctorit. Notarius prædicta omnia, ut in actis Antianorum Populi Pisani inveni, ita scripsi & in publicam formam redegi.

C. Ego Guido filius Ugulini Gherbasi Imperat. Aulæ Notar. nunc scriba publicus Antianorum Pisani Populi prædicto consilio interfui, ipsumque in actis prædictorum Antianorum scripsi, & redegi, & ad omnem evidentiam & certitudinem hic subscripsi, & meum signum apposui.

Exemplar apud DD. de Upezzinghis asservatur.

XXVII.

Literæ Communitatis Florentinæ ad Commune Bononiense exhortatoriæ, ut pacem cum Marchionibus Estensibus initam colant, d. d. 5. Jan. An. 1299.

MAgnificis, & nobilibus viris Dominis - - - Potestati - - - Capitaneo, Antianis, Consilio, & Communi Civitatis Bononiæ fratribus, & amicis suis charissime diligendis. Monflorutus de Coderta Prætor, Rainerius de la Torre Defensores, & Capitaneus, Priores Artium, & - - - Vexillifer Justitiæ, Consilium, Populus, & Commune Civitatis Florentiæ, honoris & exaltationis incrementa felicia, cum salute. Quum secundum formam Arbitrii, & sententiæ promulgatæ per nos Priores Artium & Vexilliferum Justitiæ, vices, & voces Populi, & Communis Florentiæ tunc gerentes, ex potestate, & bailia nobis Prioribus, & Vexillifero attributis per opportuna consilia populi, & Communis Florentiæ, pax, concordia, finis, & remissio solenniter facta fuerit, & celebrata inter vestrum Sindicum, ex parte una, & Procuratorem Magnificorum virorum Dominorum Azzonis, & Francisci Marchionum Esten. ex altera parte, secundum quod in forma laudi super ipsa pace lata, & in ipsa pace plenius continetur, ut alias vobis scripsisse recolimus, ipsamque pacem, finem, concordiam, & remissionem, cupiamus & velimus inviolabiliter observari ab utraque partium prædictarum, ac etiam suum cupitum sortiri effectum, & ea, quæ contra pacem facere possent, tollere providimus amicitiæ vestræ has nostras preces & literas destinare, vosque tota mentis affectione requirere, ac præcari, quod ipsam pacem, finem, concordiam & remissionem, velitis, & placeat vobis inviolabiliter observare, & nullam per vos, vel alios guerram, vel novitatem facere ipsis Dominis Marchionibus, eorumque subjectis, vel terris, aut Civitatibus quas tenent ipsi, vel alter eorum, & etiam per vestram terram & fortiam prædicta nunciari, & banniri facere, sicut convenire videbitis, ut ad notitiam deveniant singulorum, & quod si quod damnum, a die factæ pacis prædictæ citra ipsis Marchionibus, vel aliorum subjectis quomodolibet forsitan intulistis, placeat vobis ipsum curialiter emendare. Insuper cum ad electionem Castellanorum, & peditum nostrorum, pro custodiendis castris, quæ in potestate nostra poni debent continue intendamus, placet nobis, & volumus, & vos requirimus, & rogamus, quatenus quingentos florenos auri pro solvendis stipendiis pro parte vestra Castellanorum, & peditum prædictorum, sine aliqua dilatione Florentiam destinetis, & prædicta omnia sic solicite, sicque curialiter faciatis, quod nos, & ceteri amici, & fratres vestri, quos dictæ pacis lætificavit initium, possimus ejus cupito effectu, & consolidatione ampliori lætitia gaudere, super quibus ad Dominos Marchiones præfatos nostras mittimus literas, similiter continentes, responsionem quoque vestram per latorem præsentium, quam cupimus, expectamus. Data Florentiæ, die quinto Januarii.

Digitized by Google

XXVIII.

Responsoriæ communitatis Bononiensis ad antea insertas Florentini Communis literas, d. d. 8. Jan. An. 1299.

NObilibus, & Sapientibus viris Dominis - - - Potestati - - - Defensori seu Capitaneo, Prioribus Artium, Vexillifero Justitiæ, Consilio, Populo, & Communi Civitatis Florentiæ Amicis charissimis; Ottolinus Potestas, Jacobus Capitaneus, Antiani, & Consules, Consilium & Commune Bonon. etc. salutis & felicitatis concursum. Ad nobilitatis vestræ litteras a vobis cum omni affectione receptas, sic duximus breviter respondendum. Quod avidi pacem per vos nuper latam inviolabiliter totis conatibus observare confestim, ante, & post ipsarum literarum, ibidem per civitatem nostram, & Burgis, & locis consuetis publice fecimus proclamari, quod ceteri tam cives, quam forenses ab omnibus incursibus, & damnis, eques, aut pedes de cetero faciendis super territoriis Civitatum Mutinæ, Regii Ferrariæ, & Argentæ, necnon singulorum locorum, castrorum, & terrarum, quæ per dictos Dominos Marchiones hodie possidentur in totum abstinere curarent, pœnas æris, & personarum contra facientibus imponentes. Continuet etiam ultra hæc dicta crida, seu proclamatio nostra, quod omnes & singuli dictarum Civitatum & locorum ipsis Dominis - - - Marchionibus subditi possint venire libere, & expedite ad Civitatem, & Comitatum nostrum plenam illis in personis & rebus fidantiam concedentes. Demum quingentos florenos auri quos vestræ nobilitati pro paga Castellanorum, & peditum, placuit postulare illos per Bindum Acti de Florentia, de quo plene confidimus absque tarditate Florentiam duximus destinandos. Data Bonon. octavo Januarii.

XXIX.

Literæ Communitatis Florentinæ ad Communitatem Bononiensem exhortatoriæ, ut castrum Plumatii debite muniri atque victualibus provideri curent, d. d. 4. Febr. An. 1299.

MAgnificis, & nobilibus Viris Dominis - - - Potestati - - - Capitaneo, Antianis, Consilio & Communi Civitatis Bononiæ amicis suis charissimis. Monflorutus de Coderta Potestas, Rainerius de la Torre Defensores, & Capitaneus, Priores Artium, & Vexillifer Justitiæ, Consilium, Populus, & Commune Civitatis Florentiæ salutem ad vota felicem. Nobilium virorum Tegliæ de Castagnolo, & Lotti de Guidalottis Castellanorum Castri Plumatii, descriptione didicimus, quod vos ipsum Castrum curialiter assignastis eisdem de quo plurimum gaudemus. Et quod ipsum Castrum non est munitum Victualibus, armis & armensibus opportunis. Qua propter cum cupiamus ad ea, quæ ad consolidationem jam factæ pacis expediunt, procedatur secundum formam laudi promulgati; Magnificentiam vestram affectuose requirimus, & præcamur, quatenus dictum Castrum muniatis victualibus, balistis, sagittamentis, pavensibus, lumeriis, & pannellis. Et quod ad aperiendum stratas, & apertas tenendas & ad captivos liberandos, & relaxandos secundum formam dicti laudi procedatis nostris precibus, gratia & amore. Insuper vos rogamus, quod Ambasciatores vestros occasione dictæ pacis ituros ad curiam, ad Civitatem Florentiæ, sine ulteriori dilatione temporis destinetis, & nos velitis certos facere de die, qua ipsi Ambasciatores vestri esse debeant in Civitate Florentiæ, ut de nostris providere possimus, & ut quæ cœpta sunt perfectione laudabili concludantur. Data Florentiæ die 4. Februarii: Et noveritis, quod Domino Azzoni Marchioni Esten. similis tenoris literas per latorem præsentium destinamus, & de prædictis per eundem latorem præsentem, vestram responsionem quam cupimus, expectamus.

XXX.

Pactum amicitiæ per tres annos duraturæ inter Commune Populumque Bononiensem atque Communitatem Florentiæ conclusum, d. d. 3. Aug. An. 1300.

AD honorem, & reverentiam Dei Omnipotentis, & Beatæ Mariæ Matris ejus, & omnium sanctorum, & sanctarum Dei, & sanctissimi Domini Domini nostri Bonifacii Summi Pontificis, & totius cœtus Dominorum Cardinalium, & Ecclesiæ Romanæ, & Serenissimi Domini Nostri Regis Caroli, & Communium Civitatis Bononiæ & Civitatis Florentiæ, & omnium amicorum Hieremensium, & Guelforum, & totius partis Ecclesiæ. Infrascripta est Societas, inita, facta, & habita inter infrascriptos Sindicos, tam Communis, & Populi Civitatis Bononiæ ex parte una, & Communis, & Populi Civitatis Florentiæ ex parte alia, cum pactis, conventionibus, compositionibus, promissionibus, & obligationibus infrascriptis. Ad bonum, & pacificum, atque tranquillum statum, utriusque dictarum Civitatum, & populorum, & omnium eorundem, usque ad triennium, in nomine felicissimo annuente Domino duratura. In primis namque nobilis Sapiens, & discretus vir Dominus Joannes, de Rombodevinis Sindicus Communis, & populi Civitatis Bononiæ, prout constat in publico Sindicatu instrumento scripto manu Henrigipti quondam Vgolini de Querzis Not. publici sub annis MCCC. Indictione tertia decima vigesimo quinto exeunte Augusto a me Leonardo Notario infrascripto, viso, lecto, & coram infrascriptis testibus recitato, Sindicario nomine, pro Communi, & Populo, & Civitate Bonon. ex parte una, & viri discreti, & prudentes Domini Guidottus Corbizzi, Jurisperitus, & Rogerius Vgonis Albici Sindici Communis, populi, & Civitatis Florentiæ, prout constat in publico sindicatu instrumento scripto manu Bonsignoris olim Quezi Notarii publici sub annis Domini MCCC. Indictione tertia decima, die tertio mensis Augusti a me Leonardo de Magnanis Notario infrascripto Florentiæ ex parte altera; Volentes ex certa scientia & non per errorem

Digitized by Google

rem ad infrascripta omnia, & singula teneri, & efficaciter obligari pro manutenendo, conservando, & defendendo in pace, & tranquillitate statum utriusque Civitatum dictarum, & Comitatuum, & Districtuum earundem, omnes invicem inierunt, insimul fecerunt, & contraxerunt, & firmaverunt interesse invicem, & vicissim, societatem, unionem, & compagniam duraturam, scilicet usque ad triennium proxime secutorum completum, convenientes, & promittentes quilibet dictorum Sindicorum, Sindicario nomine quo supra, solemni, ut legitima stipulatione utriusque interveniente manutenere, conservare, ac defendere pro posse, usque ad dictum terminum triennii, & totum ipsum tempore pacificum, & tranquillum statum, Communium, & populorum Civitatis Bononiæ, & Florentiæ prædictorum, & ipsas ambas Civitates Bononiæ & Florentiæ, & homines totum Comitatuum, & Districtuum earum, & etiam Comitatum, & Districtum dictarum Civitatum, & utriusque earum. Qui Comitatus, & Districtus hodie tenentur, & possidentur per ipsos populos, & Communia Civitatis Bononiæ, & Florentiæ, vel alteri earundem, & convenerunt etiam, & promiserunt dicti Sindici Sindicario nomine --- sibi invicem, & vicissim utriusque legitima stipulatione interveniente, ipsos populos, & Communia Civitatis Bononiæ, & Civitatis Florentiæ, & ipsas ambas Civitates, earumque districtus, & Comitatus, qui hodie tenentur, & possidentur, tam per populum, & Commune Civitatis Bononiæ, quam per populum, & Commune Civitatis Florentiæ, manutenere, & defendere conservare, & adjuvare pro posse ab omnibus, & singulis, qui statum pacificum, & tranquillum populorum, & Communium civitatum dictorum, vel alterius eorum, vel earum, sive alterius earum Districtuum, & Comitatuum prædictorum, qui hodie tenentur, & possidentur per dicta eorum Communia, & Civitates, vel aliqua earum turbarent, molestarent, impedirent quocunque, vel qualitercunque, usque ad completum terminum triennii prædicti. Quam quidem societatem, & omnia, & singula supradicta in singulis Capitulis, & articulis supradictis dicti Sindici Sindicario nomine quo supra sacramento ab eis præstito corporaliter tacto libro firmaverunt, & vallarunt, & uterque alteri sunt se invicem, & vicissim convenerunt, & promiserunt legitima, & solemni stipulatione interveniente observare facere, & adimplere plenarie, prout superius continetur usque dictum triennium completum, & per totum tempus triennii memorati, & contra ea, vel aliquod eorum non facere, nec venire, sub pœna mille marcharum argenti committenda, & exigenda totiens, quotiens contrafactum, vel ventum fuerit per aliquod prædictorum communium, ratis semper, & firmis manentibus omnibus & singulis in præsenti Instrumento contentis. Et sub refectione interesse damnorum, & expensarum, pro quibus omnibus firmiter attendendis, & observandis dicti Sindici, & quilibet eorum pro suo Communi obligaverunt adinvicem omnia bona dictorum Communium Florentiæ & Bononiæ.

XXXI.

Bulla Benedicti P. P. XI. in qua de perverso tunc temporis apud Florentinos statu agens, Communia Florentinum atque Lucanum nonnullasque personas particulares, ut coram sede Apostolica compareant, citavit, d. d. 11. Kal. Jun. An. 1304.

Ad perpetuam rei memoriam.

REx pacificus, qui pacis cogitationes cogitat, non afflictionis, pro mundi pace venit in mundum in ultimis, dum transiturus esset ad Patrem, pacem nobis quasi proprio testamento relinquens. Id velut præcipuum etiam in veteri testamento promittit, cum per Prophetam dicit: Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna: & Israel habitabit confidenter. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis & non erit qui exterreat. In pace namque dies videntur boni, pacemque jubemur inquirere & persequi eam; unde scriptum est: Disfidentes fratres, sive clericos, seu laicos, episcopi hortentur ad pacem, & quocunque odio aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diuturna obstinatione nequiverint, a sacerdotibus civitatis primitus arguantur: quod si inimicitias deponere pernitiosas noluerint, de ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur. Mandant quoque seculares principes, providendum ut nulli populi seditiones faciant, & omnem pacem habeant civitates. Ad id constringit ratio: ad id exempla nos admonent; quia subditorum sanguis de prælatorum exigitur manibus, & agri cultor bonus agrum suum solicite colit, & tribulis ac herbis nocivis diligenter expurgat. Odia autem, semen iniqui hominis, cum ex corde exeant, coinquinant animas: & ideo si ex illorum ad quos eorum cura pertinet negligentia non purgentur, hoc ab ipsis, qui hujusmodi curam habent procul dubio requiretur.

Nuper si quidem, dum Florentina civitas, olim florida, quam dies verni rosarum flores & lilia circumdabant convallium, deformis facta, odiis repleta mutuis, in se vertisset crudeliter gladium suorum civium, lamentaretur exilia, fleret cædes & carceres, de divite pauper, de felice misera deploraret; compatientes spiritualiter ei aliisque Tusciæ civitatibus, peste laborantibus simili, pie cogitavimus, & ex debito pastoralis officii supradictis coacti necessario proposuimus tollere in eis, Domino favente, odia; inserere pacem, & quietis dulcedinem ipsis salubriter præparare: sicque de consilio fratrum nostrorum ad hæc procuranda venerabilem fratrem nostrum Nicolaum Ostiensem & Velletrensem Episcopum, in quo circumspectionem prudentiæ, puritatem fidei & constantiæ firmitatem longa experientia noscebamus, & noscimus, ad illas partes transmisimus confidenter.

Nec desiderio nostro fuissemus fraudati, nisi multorum perversorum iniquitas, qui se de meritis suis beneficio pacis reddiderunt indignos, nostris obviasset propositis; & mali, desiderantes ut Saul bonos semper opprimere, & oppressos ad David fugientes repellere, eisque refugii locum denegare propriam civitatem; pro sano consilium

Digitized by Google

pravum, nequiter assumpsissent. Cumenim legatus ipse pacis negotium cœptum feliciter, & jam fere in consumationem deductum vellet perficere, nonnulli Florentini cives, ac certi Pratenses, æmuli pacis, turbatores quietis, & justitiæ inimici (quibus pax malorum suorum, quæ ut non egeant exercere cupiunt, finis, & bellum initium fore noscuntur) Lucanis conscii, prout per litteras memorati legati accepimus, Prati, dum ibi idem legatus non reveriti faciem ejus, nec Romanam respicientes ecclesiam, cujus inanibus verbis honorantes labiis, sed corde longinqui, se jactant esse devotos, ad impedimentum præfatæ pacis seditionem cum impiis acclamationibus, & tumultum non sine præcedenti conjuratione fecerunt, Pratum ipsum nihilominus occupantes. Propter quod sæpefactus de se suaque familia, in quorum machinabantur vitam, merito timens; & ne idem dicta Florentina civitas pateretur, redire Florentiam est compulsus: dictique Lucani, seditiosis hujusmodi præbituri subsidium, in equitum & peditum multitudine gravi accessere Ficechium. Sed cum prætactus legatus ab incœpto pacis negotio propterea non cessaret, immo duodecim advocasset Florentinos extrinsecos, & totidem intrinsecos elegisset, de modo pacis tractaturus cum eis, finemque laudabilem negotio præbiturus; intestina bella Lucanis eisdem, Ficechii morantibus, per adversarios pacis, quibus iidem favebant Lucani, sunt mota: propter quæ sedanda dicti duodecim extrinseci Florentini de voluntate legati Florentia exiverunt.

Sed proh dolor! non ex hoc sedata sunt, quinimo incaluerunt magis, & quasi statim Rosselinus de Lacosa, Pazzinus de Pazzis, Tegghia de Erescobaldis milites, Synibaldus de Donatis, Buondelmontes, Tonaquinci, Rubei, Vicedomini Cavicaulii, Gaudagni, Ferrutii, Rondoni, Accaioli, & Medici cum suis complicibus, Florentini cives, civitatem currentes, caedes fecerunt & vulnera, & ex tota est commota civitas, & sub armis miserabiliter constituta; bella in locis diversis plurima commissa sunt, immissi ignes, & homicidia perpetrata. Interea autem Lucanis & Ficechio cum exfortio maximo Florentiam propinquantibus, idem legatus, qui cum nocentibus innocens, cum dolosis rectus, cum duplicibus simplex, fidelis cum proditoribus, cum iniquis aequs, & cum injustis justus extiterat; vitæ suae, quam extinguere Lucani sitiebant, consulens exiit civitatem; quæ post paucis interjectis horis, completa bellis, suorum civium foedata sanguine, plena Lucanis effecta est, violata prædis & incendiis deformata: nobiles & populares viri, amatores pacis & legati fautores, ejecti sunt, & relicta civitas in manibus ipsorum: ficque Lucani propriorum fine causa, nisi temeritatis & superbiæ, occisores civium, Lucanae & Lunensis destructores ecclesiæ, Tusciae incendium; qui paulo ante prope Pistorium, dum ibi esset legatus, multos Pistorienses occiderant, nec prædictum fratrem nostrum pati potuerunt nominare legatum; quique hactenus versantes cuncta, omniaque tentantes, paci prædicta una cum Florentinis praefatis præbuerant propter conscientiam criminum suorum obstacula; sunt, nescimus, quo Dei judicio, suum scelestum propositum executi; post idem impletum propositum ad palatium, in quo Florentiæ dictus degebat legatus, turmatim accedere, minas blasphemiasque proferre nihilominus præsumentes.

In iis ultra parricidium, & fere cuncta facinora, gravissimum scelus patriæ propriae proditionem agnoscimus. In iis non solum contra legatum nostrum, sed verius contra nos ac Romanam, cui praesidemus, ecclesiam in persona legati ejusdem intolerabile facinus, & offensa commissa notamus: in iis homicidii, vulnerum, caedis, violentiae, rapinae, incendii & tot alia, quod ex hoc secuta sunt & sequuntur crimina, perpetrata videmus. Non perfidior Catilinae conjuratio, vix superior Syllana crudelitas, & Mariana ferocitas parum minor. Sunt haec, quaesumus fidelium opera? Sunt devotorum ecclesiæ actiones? Quis infidelis, quis indevotus, aut quis sceleratus haec faceret, nisi qui in pace more solito grassari non posset, vel de suis timeret sceleribus ultionem? Haec sunt desperatorum flagitia, & in profundum scelera demersorum. An ergo qui egerunt talia sunt ecclesiæ filii, an fideles, sive devoti? Certe istos indevotos, reliquos vero, qui passi sunt & ejecti, cum in bono pacis sequerentur legatum, appellamus fideles.

Mirabile dictu! volunt ii etiam dum contra ecclesiam agunt, filii reputari. Numquid ista poterimus tolerare, quin in eos, quos Dei timor a malo non revocat, exurgamus; quin ipsorum in Dei, cui adversantur, virtute, maxillas in fraeno constringamus & camo? Numquid, ut mali quiescant, bonos vexari patiemur? Numquid inter improbos innocentiam permittemus perire? Absit a nobis, absit a Romano Pontifice, absit à Christianorum omnium Episcopo & pastore. Nam puniuntur mali ut boni quiete vivant: ac putrescunt palpata vulnera, & impunitas audaciam deteriora committendi ministrat. O miserabilis Florentina civitas, quam triste de te praebuisti, præbesque Spectaculum! quia jam in te languerat justitiæ vigor, tepuerat animi fortitudo, & tibi libertatis gustus modico tempore nauseam generaverat. Sub paucorum, qui te devoraverunt, & devorant sicut escam panis, servitutis jugo redacta es, eorum fis victoriae praemium atque praeda. Tibi terrori facti sunt a quibus consuevisti timeri. Facies tua quam non sol decoloravit sed ignis, mutata est. Facta es rabida, data in sibilum, & posita in derisum Cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. Urbs frequens, & exultans civitas, in moerorem versa cognosceris, omnis lapis pretiosus quondam operimentum tuum: nunc autem paracilicium, induere sacco, & aspergere cinere caput tuum, quia perdidisti filios, & privigni quibus sua eo quod modica displicent, aliena placent, dominantur tibi. Narrent filii tui posteris suis, quæ passa es, & a quibus, ut oblivioni quousque ulta fueris, non tradantur. Compatimur, condolemus, urget nos pastorale officium, angit honor Ecclesiae, scle-

Digitized by Google

scleratorum, qui te fere strangulatam detinent, habenda correctio, cogit ut pro te filia nostra capiamus consilium, morbo tuo apponamus remedium & ecclesiæ injuriam vindicemus.

Citamus ergo de eorundem fratrum nostrorum consilio, præsente hac multitudine copiosa, civitatum Florentiæ & Luccæ communia, ut per procuratores idoneos; superius vero expressos, nec non & Rossum de la Tosa Cursum de Donatis, utrumque Nerium de Buondelmontibus, Gerardum de Tonaquincis, Jacobum de Rubeis, Gerium Spinam, milites, Burgerium de eadem domo de Tonaquincis, Paganum Bordonum Florentinos; Orlandum Salamoncellum Heinricum de Bernarducis, Orlandum dictum Malapresa, Parentem de Porcara milites, & Nicolaum Maconis Lucanos personaliter: infra octavas festivitatis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, proxime venturas, peremptorie compareant coram nobis, super præmissis & aliis mandatis & jussionibus nostris humiliter parituri. Alioquin, eorum non obstante absentia, ad gravissimas poenas, tanquam super notorio contra eos, auctore Domino, spiritualiter & temporaliter procedemus. Prohibemus in super omnibus & singulis, cujuscunque, status, dignitatis, aut conditionis existant, civitatibus, universitatibus, et locis quibuslibet, ne prædictis communibus, aut illa regentibus, sive parti intrinsecæ civitatum dictarum dent auxilium, consilium, vel favorem: alias contrafacientes similes poenas poterunt merito formidare. Hanc autem citationem & prohibitionem nostram, quam non sine causa ex certa scientia facimus, ipsos omnes arctare volumus, sicut si eorum quemlibet apprehendisset; non intendentes nec volentes per haec in aliquo derogare potestati dicti legati quin possit eā uti, sicut si ista per nos minime processissent Ut autem hujusmodi noster processus &c. Actum Perusii, XI. Kal. Junii. pontificatus nostri anno I.

XXXII.

Instrumentum armistitii inter Pisanos & Volteranenses per duos annos duraturi, d. d. 2. Maii An. 1316.

GUido Macigni Sindico di Pisa, e Buonafede del q. Dolcetto del Fedemodico, Sindico del Commune di Volterra nella guerra fra i Pisani, e Volterani stipulorno l' infrascritta Tregua, da durare due anni congl' infrascritti patti &c.

I. Che si desista da ogni hostilità fra detti Communi, e particolarmente verso Monte Seudaio, & altri luoghi, & circonvicini, ne si possa domandare la preda fatta da la Masnada di S. Stephano, nè si faccia danno ad alcuna terra acquistata, o da acquistarsi per il Commune di Pisa. Che la Terra della Sassetta, a tutte l' altre Terre dell Arcivescovado di Pisa resteranno di far guerra alla Citta di Volterra, e suo distretto, e territorio, e particolarmente alla Terre del Vescovado di Volterra. E similmente il Comune di Volterra promette d' operare, che le Terre del Vescovado di Volterra non faranno danno, ne guerra alla Citta di Pisa, e suo distretto sicome promettero, che non la farebbe il Commune di Volterra ne luoghi à loro sotto posti.

II. Che vicino ai confini in qualsivoglia Castello sia posto vn Capitano con dieci soldati per far prigioni il malfattori, e contrafaciendi ai presenti capitoli. Che quelli del Territorio di Pisa possino perseguitare quelli, che facessero scorrerie per quel territorio, e presi ridurgli in suo potere, e non gli potendo far prigioni, per esser fuggiti in altere giurisditioni, all hora il Commune di Valtera sia tenuto pagare il danno.

III. Che movendo altro Commune guerra alla Città di Pisa, e passando quell' esercito per il territorio di Volterra, il Commune di Volterra non sia tenuto a danno alcuno, ancorche non gl' habbia impedito il passo mentre però non gle l' habia voluntariamente acconsentito, nè gl' habbia dato ricetto in terre murate, mà sia lecito al Commune di Pisa perseguitare detto esercito per il territorio di Volterra, purche non entri in Castelli, ò terre murate, e che il Commune di Volterra deva auvisari ai Pisani, quanto più presto potrà, la venuta di detta gente; & esercito, e ircendevolmente i Pisani osseruino il medesimo patto, &c.

IV. Che se alcun Cittadino Volterrano, ò forasterio, farà ingiuria, ò danno ad alcun Pisano nel distretto di Volterra, sia castigato dal Commune di Volterra, ò nel medesimo modo, che se hauesse offeso un' altro Cittadino Volterrano.

V. Non si possa bandire alcuna persona di detti Communi, se prima non sarà citato al suo domicilio.

VI. Non si possa dare aiuto secreto, ò palese da le persone d'un Commune a gl inimici dell' altro.

VII. S' assicuri la strada da Pisa à Volterra, e si restituisca la communicazione, e commercio fra una Citta, e l' altra non ostante qualsivoglia cosa fin' hora fatta. Non s'intendino però habilitati gl originarii Pisani banditi di Pisa, di poter praticare nel distreto Pisano, e viceversa i Ribelli, e banditi de' Volterrani nel Volterrano, con che durante la presente tregua, non siano impediti nè le loro entrate, e per loro Procuratori possino comparire, & esperimentare le loro ragioni.

VIII. S'intendino sospese tutte le rappresaglie, e bandi concessi hinc inde durante detta tregua &c.

IX. Si restituischino tutti i prigioni frà quindici giorni senza alcun pagamento di taglia, ò ricatto, ecettuati però quei Volterani presi questo presente anno del mese d' Agosto à Montecatino, di Val di nievole nella Vittoria de' Pisani contro i Guelfi di Toscana.

X. Che il Commune di Voltera deva demolire tutte le Fortificationi fatte nel tempo della tregua passata, & in specie al Castello di Miemo

Digitized by Google

mo e di Gabbreto, e ridurre il tutto in priſtinum fra 30. giorni.

XI. Che il Comune di Volterra deva pagare al Commune di Piſtoia a mezzo Giugno proſſimo, per hauer totto la tregua paſſata, quella pena, e quantità di denari, che dichiarera il Conte Gherarde da Donoratico.

XII. Che i danni dal giorno che fù ſtipulata la preſente Tregua, ſi ſtia alla diſpoſitione di ragione, e di quelli, che poteſſero eſſer fati per l' auvenire, s' attenda ſolo alla præſente capitulazione, e l' Attore ſeguiti il foro del Reo, e di tutto giorno l' oſſervanza alla pena di cinquecento marche d' Argento. Fù rogata in Piſa nel Palazzo degl' Anziani per Ser. Tancredi di Giovachino da Volterra. Teſtimoni Bernardo di Guitto Bindo Agliata, Ser. Jacopo Galli da Calci, e Bardo di Meſſer Giovanello Picchianti da Volterra, e Gio: di Giovannino Giovanini di detta Città. Moggio 1316. Il originale ſi conſerva nell' Archivio ſecreto della Communita di Volterra.

XXXIII.

Breve Johannis P.P. XXII. quo Florentinos ad priſtinam conſtantiam exhortatus eſt, d. d. Kal. April. An. 1324.

Poteſtati, capitaneo, vexillifero juſtitiæ, prioribus artium, antianis, conſilio & communi Florentinis.

IN diſcrimine turbationis Italicæ moderatam olim fortitudinis veſtræ conſtantiam valde notavimus quæ inter dexteram & ſiniſtram, inter contingentia ſcilicet proſpera & adverſa varios fortunæ caſus experiens, nec adverſis deprimitur, neque proſperis relevatur: immo illud præclarius ſemper attribuimus veſtræ laudi, quod eo validior veſtra probitas comprobata reviguit, quo durius pios veſtræ devotionis affectus dudum hoſtilis adverſitas impugnavit. Sane audiviſtis, ut credimus, ſiniſtræ fatalitatis eventum in offenſam noſtri exercitus, cum quo erat militia veſtræ gentis armigeræ, in comitatu Mediolanenſi diebus proximis contingentem: de quo licet forſan noſtri & ſanctæ Rom. Eccleſiæ atque veſtri & aliorum devotorum hoſtes in externi nium ſuæ, ptoh dolor! malignitatis exultent; nos vero etſi ex veſtris huc usque geſtis veriſimiliter ſupponamus certitudinem veſtræ conſtantiæ in aliquo non commotam; ex patris tamen affectione tenerrima, qua domeſtice vos tractavimus, quæſumus, filii benedictionis & gratiæ, ut inde vultus veſtere nullatenus concidat, ne in æmulorum oculis ſerenam mutaſſe videamini faciem, & in aliquo minuiſſe teſtemini virilis animi probitatem: quin immo univerſitatem & ſinceritatem veſtram rogamus & hortamur attente, quatenus, cum etiam poſt naufragium tentanda ſint maria, aſſumatis altius cum ſolita promptitudine vires veſtras; & hujuſmodi gentem veſtram nedum in deficienti de priſtino peditorum equitum & peditum numero, verum (ſi poſſetis) etiam in majori armigerorum ſubſidio concite reſtauretis, cum ad habendam de ipſis hoſtibus, Domino favente, victoriam vos procul dubio moveat libertas inæſtimabilis patriæ, & cupiditas inſitet tam cœleſtis gloriæ, quam terrenæ: ſperamus enim in virtute Altiſſimi, quod tale apponet in hac parte remedium, quod vos, & præfatos devotos alios proſperabit. Datum Avin. Kal. Aprilis, Anno VIII.

XXXIV.

Breve Benedicti P.P. XII. quo Florentinis partam de Scaligero, Veronæ Domino, victoriam gratulatur. d. d. 13. Kal. Octobr. An. 1336.

Dilectis filiis prioribus artium, vexillifero juſtitiæ, populo, & communi civitatis Florentinæ.

LIcet hoſtiles abhorreamus incurſus, in eis ſtrages hominum, & animarum pericula formidantes, præſentatæ tamen nobis devotionis veſtræ literæ veſtrorum felicitatem ſucceſſum in obtenta præſertim iis diebus de hoſtibus, qui ad veſtrum excidium diris conatibus aſpirabant, victoria nuntiantes, advenerunt nobis in exultationis augmentum, veriſimiliter arbitrari dexteram juſti judicis feciſſe virtutem, dum vos devotos matris Eccleſiæ filios, qui ejus beneplacitis ſinceris affectibus adhæretis, non permiſit ab eisdem hoſtibus deprimi; ſed ipſos potius, eorum hunniliata, ſicut prædictarum literarum veſtrarum deſcribit ſeries, in manibus veſtris ſeu veſtrorum concluſit. Sane, filii, quia bellorum eventus non ex Strenuitate humana, ſed ex potentia divina dependet, & in illius, qui docet manus ad prælium, & digitos ad bellum, diſpoſitione conſiſtit; veſtræ prudentiæ ſuademus, ut hujuſmodi conceſſam vobis victoriam divinæ dumtaxat virtutis potentiæ cum humilibus gratiarum actionibus aſcribatis, de nobis fiduciam habituri, quod vos, velut devotos & prædilectos filios gratioſis favoribus, prout ſecundum Deum poterimus, proſequamur. Dat. Avin. III. Kal. Octobris Anno II.

XXXV.

Digitized by Google

XXXV.

Bulla Clementis P. P. VI. qua Pisanis generale in Civitate Pisana studium erigendi potestatem concessit, d. d. 3. Non. Sept. An. 1343.

CLEMENS Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In supremæ dignitatis specula superni dispositione Consilii constituti ad universas fidelium regiones nostræ vigilantiæ, creditur, tamquam Pastor universalis Gregis Dominici, aciem Apostolicæ considerationis extendimus, ad eorum profectum, quantum nobis ex alto permittitur, intendentes, sed ad id præcipue nostra versatur intentio, & affectus aspirat ut ubicunque terrarum ipsorum fidelium scientiarum fructus continuum auctore Domino suscipiat incrementum. Igitur considerantes fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam Civitas Pisana ad nos, & Apostolicam Sedem gerere noscitur, & quod illas ad Sacrosantam Romanam Ecclesiam Matrem cunctorum fidelium, & Magistram eo amplius debeat augumentare, quo, & Sedem ipsam se prospexerit gratiis Apostolicis specialius honorari. Pensantes quoque quietem, & pacem, victualium abundantiam & Hospitiorum insignem fertilitatem, & alias commoditates plurimas, quas Civitas ipsa, tam per mare, quam per terram studentibus opportunos habere dignoscitur; Ferventi non immerito desiderio ducimur, quod ipsa Civitas, quam Divina bonitas tot gratiarum dotibus insignivit scientiarum etiam fiat fœcunda muneribus, ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum redimitos, ornatibus, ac diversarum facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi fons scientiarum irriguus, de cujus plenitudine haurirent universi liberaliter cupientes imbui documentis. Ad hunc itaque universalem profectum, non solum incolarum Civitatis ipsius, & circumpositæ regionis, sed etiam aliorum, qui præter hoc de diversis Mundi partibus convivent, ad eandem Studio paternæ solicitudinis athelantes, & dilectorum filiorum Communis, ac Populi dictæ Civitatis devotis in hac parte supplicationibus inclinati; Auctoritate Apostolica præsentium tenore statuimus, ac etiam ordinamus, ut in Civitate ipsa de cetero sit Studium Generale, illudque perpetuis futurisque temporibus in ea vigeat. In Sacra pagina, Jure Canonico, & Civili, & in Medicina, et qualibet alia licita facultate, Ac docentes, & studentes ibidem omnibus privilegiis, libertatibus, immunitatibus, concessis Doctoribus legentibus, & Scolaribus in Studiis generalibus commorantibus gaudeant & utantur. Volumus autem, quod ad docendum, & legendum in ipso Studio Doctores qui in Bononiensi, vel Parisiensi, aut aliis famosis Generalibus Studiis honorem Doctoratus, vel Magistratus receperint, & alias experti, & idonei in novitate hujusmodi studii assumantur. Ita quod civitas ipsa tanto insignita honore dotibus fulgeat honori correspondentibus memorato. Insuper Civitatem & Studium præfata ob profectus publicos, quos exinde provenire speramus, amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eodem, ut qui Processu temporis in eodem studio, quique scientiæ, & facultatis, in qua studuerit, bravium assecuti, sibi docendi licentia, ut alios erudire valeant, petierint ut impertiri possit, examinati diligenter ibidem, & in eisdem facultatibus titulo Doctoratus, seu Magistratus decorati. Auctoritate Apostolica statuimus, ut, quoties aliqui in aliqua, vel aliquibus facultatum ipsarum, in eodem Studio fuerint Doctorandi, prætendatur Archiepiscopo Pisano, qui pro tempore fuerit, vel ei sufficienti tamen, & idoneo, quem ad hoc idem duxerit deputandum, vel Ecclesia Pisana Pastore carente, Vicario dilectorum filiorum Capituli ipsius Ecclesiæ, qui erit pro tempore, qui omnibus Doctoribus, seu Magistris facultatis, seu facultatum, in qua vel quibus examinatio fuerit facienda, in Studio ipso actu regentibus, præsentibus, convocatis eos gratis pure, & libere, ac omni fraude, dolo, & difficultate cessantibus de scientia, facundia, modo legendi, & aliis quæ in promovendis ad Doctoratus, seu Magistratus honorem, & officium requiruntur, examinare studeant diligenter, & illos quos idoneos repererint, partito secreto, pure & bona fide, eorundem Doctorum & Magistrorum Consilio, quod utique Consilium in ipsorum consulentium dispendium, vel jacturam sub debito juramenti super hoc prestandi, tam ab Archiepiscopo, & deputando ab eo, ac Vicario & singulis Doctoribus & Magistris hujusmodi relevari quomodolibet, districtius prohibentur, approbet, & admittat, eisque petitam scientiam largiantur, alios minus idoneos, postpositis gratia, odio, vel favore, nullatenus admittendo, super quibus Archiepiscopi, & deputandi ab eo, ut præmittitur, ac Vicarii prædictorum conscientias oneramus. Volentes ut illi, qui in præfato Studio Doctorati, seu Magistrati fuerint, in eo, & aliis generalibus Studiis legendi, & docenti absque approbatione alia liberam habeant facultatem, nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, voluntatis, & prohibitionis infringere,

Digitized by Google

vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud Villam Novam Aivinionens. III. non Septembr. Pontif. Nost. An. secund.

XXXVI.

Literæ Clementis P. P. VI. ad Commune Pisanum exhortatoriæ, ut ad fœdus inter ecclesiam Romanam, Hugonem, Cypri Regem, Magistrum atque fratres Ordinis S. Johannis Hierosolymitani, Ducemque ac Commune Venetorum contra Turcas initum, accedant, d. d. 15. Kal. Mart. Anno 1345.

CLemens Episcopus servus servorem Dei. Dilectis filiis Communi Pisarum salutem & Apostolicam benedictionem. Ad memoriam, & aliorum partium illorum fidelium per diversas nostras Literas, & notitiam meminimus deduxisse, qualiter nos dudum, non sine magna mentis amaritudine, vehementique Cordis dolore, audito, quod illi hostes profani blasfemiæ, & persecutores Fidei Christianæ, Turchæ videlicet, redemptorem aspersione Crucis Domini Jesu Christi Sanguinem sitientes, & aspirantes ad confusionem, & exterminium nominis Christiani fideles in Romania, & aliis circum adjacentibus transmarinis partibus commorantes adeo crudeliter afflixerunt, & affligebant etiam incessanter, quod nisi subveniretur eisdem attenta ferocitatis potentia hostium prædictorum de subversione ac perditione illius patriæ, in qua cultus ejusdem viget fidei timebatur, nam Turcæ prædicti per terram, & per mare putes illas, & fideles degentes in eis, crudeliter, & hostiliter personas, & bona ipsorum capiendo, & rapiendo, ac per vastitates hostiles, & ignis incendia depopulando, & consumando partes eisdem, vulnerando personas ipsas, & quam plures in ore gladii hostiliter trucidando, non parcentes sexui, vel ætati, nonnullosque captivos ducendo, & cogendo aliquos, proh dolor in Nostri Redemptoris opprobrium Fidem Catholicam abnegare, aliisque modis variis, omni humanitate postposita, cruciando, paternæ pietatis viscera super tantis fidelium ipsorum afflictionibus, & fidei ejusdem periculis, claudere non volentes, certi navalis subsidii stolium, tam per vos, & Ecclesiam Romanam, quam carissimum filium nostrum Hugonem Regem Cypri illustrem, ac dilectos filios Magistrum, & Fratres Hospitalis S. Jo. Hyerosolimitani, & Ducem, & Commune Venetorum, aliosque nonnullos fideles exhibendum pro defensione prædictorum fidelium, & repressione hostium crudelium, eorundem dilatationeque Fidei Orthodoxæ illuc destinandum ordinavimus, & sufficienter tenendum usque ad certi temporis spatium in partibus ante dictis. Postmodum vero ad nostri Apostolatus auditum rumoribus gaudiosis perlatis, quod hujusmodi subsidium depressa non parvum præsumptuosa superbia hostium prædictorum fuerit, & fideles prædicti consolationes & ... auxilium fuerant consecuti. Nos probabiliter existimantes, quod ex hoc hostes ipsi vires suas exercere adversus fideles, si possent fortius, & ferocius præparent & propter hoc Dei negotium hujusmodi majori, & ampliori auxilio diu digebat. Vos per nostras literas rogandos duximus, & hortandos, ut quod & quanta merita vobis apud Deum, & laudis apud homines præconia poteratis acquirere, si moti pietatis instinctu inter tot sumptuum onera, quæ nos subire oportet, vos efficeretis ejusdem negotii liberaliter auditores, intra vestræ prædordia revolventes ad hoc, prout decet, statum vestrum & famæ vestræ celebritas exigit curaretis disponere cum effectu. Sane quia nunc adesse videtur tempus acceptabile ut tam per potentiam dilecti filii Nobilis Viri Humberti Delphini Veneti exercitus fidelium contra Turcos eosdem Capitanei Generalis, quo tam armatorum comitiva strenua zelo accintus fidei ad partes prædictas transmarinas magnanimiter est profectus, quam aliorum fidelium paganiatis reprimatur infidelitas, & augeatur in ipsis partibus, ad honorem Divini nominis, & consolationem fidelium, & salutem animarum cooperante Divinæ virtutis potentia, cultus ejusdem Fidei Orthodoxæ, Universitatem vestram tanto affectuosius, quanto sæpius rogamus a Domino, & hortamur, quatenus pia, & provida mediatione pensantes, quod honori vestro congruit, & vestrarum saluti expedit animarum præsertim attentis hiis, quæ præmisimus, ac largis lucris, & remissionibus per nos fideliter juvantibus negociis negocium supradictum concessis tanti, tanquam meritorii operis occurrendis, & incumbendis hiis temporibus vos esse præcipuos participes, & consortes ad hoc sic magnanimiter & strenue vos cum effectu, sicut alias vos rogavimus, & Delphinus præfactus de vobis, prout suis nobis scripsit literis, confidit specialiter, disponere studeatis, quod inde apud illum, cujus res principaliter agitur, in hac parte meritorum crescatis cumulum, famaque vestri honoris & nominis salubris, & felicia in Populis suscipiat incrementa.

Datum Avenione XV. Kal. Martii Pontificatus Nostri Anno quarto.

XXXVII.

Pacta conventionis inter Johannem, Vice-Comitem Mediolanensemque Archiepiscopum atque ejus adhærentes ex parte una; Communia vero Florentiæ, Perusii, Senarum, Aretii, Pistorii & Civitatis Castelli, eorumque sequaces ex altera parte sanciræ, quibus damna sibi invicem illata remittunt, parsque altera alteri proscriptos suos in gratiam & civitatem recipere atque ab omnibus bannis relaxare & ablata restituere promittit, d. d. 10. Jan. An. 1353.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis.

SUb cujus reverentia & recognitione dignum est ad actus quoslibet Humani generis progredi & fine cujus minimo fervore nullum rite fundatur

tur Exordium nec est possibile finem laudabilem promereri. Quoniam discordiæ plurimæ, & scandala de præsenti vigebant, & majora discrimina sperabantur necessario eventura inter Reverendissimum in Christo Patrem, & excelsum DD. Joannem Vicecomitem, Dei gratia Mediolanensem Archiepiscopum, ac Civitatum Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Parmæ, Bergami, Cremonæ, Cumarum, Vercellarum, Asti, Novaræ, Abæ, Laudæ, Tortonæ, Alexandriæ &c. Dominum Generalem, nec non Civitatis Bononiæ, & Districtus pro S. Romana Ecclesia Vicarium Generalem, & ejus complices, sequaces, & adhærentes, ex parte una, & Communia Florentiæ, Perusii, Senarum, Aretii, Pistorii, & Civitatis Castelli, & eorum sequaces, Complices & adhærentes ex parte altera, quæ considerantes præfatæ partes, & cognoscentes non solum parva, sed etiam maxima guerrarum asperitate in ruinam committi & Pacis vinculo minima magnificari in statum & majora suis meritis, & laboribus gaudere, & in statum alias volubilem fundari, ac etiam existimantes quod suadente charitatis virtute, ut carnem redimeret carnis Creator, carnem assumsit, & legé solutus, sub legè carnis sepositi, & homo factus condidit Testamentum, in quo amatores Pacis sui Regni hæredes instituit exhæredando, ut male meritos, qui scandala & schismata seminabunt, ut inimici humani generis, secutores doctrinam & vestigia ejusdem Domini nostri Jesu Christi amplectentes ad pacem, & concordiam cum cunctis modis, pactis & conventionibus devenerunt, honorabili viro Francisco de Gambacurtis, quondam Coscii de Gambacurte de Pisis Mediatore & communi amico, dictarum Partium existente ad laudem & statum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & in honorem & exaltationem invictissimi, & semper Augusti Imperii Romanorum.

Egregii Milites Domini Guglielmus Marchio Pallavicinus, & Protasius de Caynis, Syndici, & Actores, Factores, & Procuratores, & Nuntii spirituales suprascripti Domini Archiepiscopi Mediolani ab ipso Archiepiscopo legitime constituti & ordinati ad cuncta, & alia faciendi, ut de Syndicatu & Procuratoriatu, constat publicum Instrumentum, rogatum per Gabrielem de Ottobellis de Placentia Notarium publicum, & ipsius Domini Archiepiscopi Cancellarium sub Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1353. Indictione VI. die Jovis X. mensis Januarii actum Mediolan. Cujus quidem Instrum. Procur. series inferius pro expedienti cautela adnotatur Procur. ac Syndic. nomine pro ipso Domino Archiepiscopo ac etiam gestorio nomine pro omnibus & singulis aliis de nomine pro omnibus & singulis aliis de domo, & progenie sua, omnibus & singulis infradictis ejusdem Domini Archiepiscopi cohærentibus, sequacibus vel subditis.

Magnifico D. D. ---Idebrandino Dei gratia Marchione Estensi, & fratribus suis.

Rev. in Christo, Patre Domino Buoso Dei gratia Episcopo Aret. & omnibus de Domo Ubertinorum, & sequacibus eorum.

Bartholomæo de Casalibus Domino Cortonæ, fratribus & sequacibus ejus & Communi Cortonæ.

Noffo Comite Montisferetri, fratribus & sequacibus suis.

Domino Petro Saccone de Petramala, & aliis de domo & progenie sua, & sequacibus ejus.

Nerio de Fagivola & sequacibus suis.

Comitibus Ricciardo & Galeotto de Mutiliana, & omnibus de domo eorum & sequacibus.

Domino Manfredo de Pazzis Vallisarni & omnibus de domo sua, & sequacibus eorum.

Ghino Marchione de Petriolo, filio & sequacibus suis.

Guidaccio Domino Brandalliæ de Antio, & omnibus de domo sua & sequ. suis.

Communi & hominibus Burgi S. Sepulchri, & ejus districtu.

Conductio de Zunciolis de Perusio, & sequacibus suis.

Domino Nicolao, Domino Bartoli alios dicto Dominæ Matteldæ de Perusio.

Communi Eugubii, & Joanne Cantrucii cum eorum sequacibus.

Omnibus Clarevallensibus de Tudetto, & eorum sequacibus.

Omnibus extrinsecis Castillionis Aretini.

Spina & Simone } Comitibus de Romena.

Dominis Federico, & Azzone Marchionibus Malespinæ de Villa---franca cum fratribus & sequacibus eorum.

Communi Fabriani Domino Albergnetto de Chiavellis de Fabriano.

Gentile de Maliano, & filiis suis.

Domino Lomo de Sancta Maria.

Lapo de Ricasolis, fratribus & sequ. suis.

Omnibus illis de Ubaldinis generaliter, & fidelibus, & sequacibus suis.

Domino Francisco Castracane Comite Coreliæ.

Jacobo Laini de Pulcis de Florentia.

Comite Tano de Montecarello, & omnibus consortibus & fidelibus, & sequacibus suis.

Comite Joanne de Brusculo, & ejus consortibus & sequacibus.

Comite Neapoleone, & fratribus de Castilione de Sattis cum Consortibus, fidelibus & sequacibus.

Jacobo de Guazzalottis de Prato consortibus & sequacibus suis.

Domino Carlino de Tediciis de Pistorio & sequacibus & Amicis suis.

D. Francisco de Vergellensibus de Pistorio, & sequacibus, & amicis suis.

Domino Luchino del Verme Milite, Cive Veronen.

Gabriele sive Gabriotto de octobellis de Placentia.

Aldobrando, & Fratribus suis de Goli, Consortibus & sequacibus suis.

Jacobo Pagani, Joanne Tottini, Jacobo Totti. PerottoSimonis, & Motellino, } de Gualfreducciis de Pistorio & sequacibus suis.

Pantaleone Ruffini de Pistorio.

Jacobo & Joanne } Cambis de Pistorio.

Joanne Junetæ & Joanne Brieci } de Pistorio.

Francisco, } Franchi de Panciatichis de
Albizzino } Pistorio.
Piccenello della Moscalia, & aliis de domo sua.
Omnibus illis de S. Boveglio.
Nicola Spagliæ de Podio Manentis de Perusio.
Nicoluccio ejus filio.
Baldino eorum famulo.

Et eorum, & quolibet eorum, & cujuscunque ipsorum adhærentibus, subditis & sequ. promiserunt & convenerunt infradictis Carolo D. Betto Legerio, & Bectolo Syndicis infradictis, ac etiam nobis Notariis publicis infradictis, & cuilibet nostrum in solidum recipientibus, & stipulantibus pro Communibus Florentiæ, Perusii, Senarum, & Aretii, Pistorii & Civitatis Castelli, & quolibet eorum, & cujuscunque ipsorum adhærentibus, subditis, & sequacibus de rato, & ratihabitione, & se facturum, & curaturum ita & taliter omni & qualibet exceptione Juris & facti remota, quod prædicti sequaces, adhærentes, & subditi dicti Domini Archiepiscopi ipsi & quilibet eorum tangunt, vel tangere possunt, ratificabunt, & approbabunt per publicum Instrumentum, seu Instrumenta Vallata, omnibus & singulis substantialitatibus, & cautelis, & omnibus aliis quibuscunque tam de jure, quam de facto, usque ad tres menses proxime venturos, & si dicti adhærentes, sequaces & subditi dictam ratificationem infra dictum tempus non facerent, intelligantur exclusi in præsenti Pace, & agentes pro eis ad nihilum teneantur modis & nominibus, quibus sup. ex parte una.

Et providus vir Carolus Strozzæ de Strozziis Civis Hon. Florentinus Syndicus & Procurator Communis & Populi Florentini, ut de ejus Syndicatu & Procurarotiatu constat publicum Instrumentum rogatum, & publicatum per quondam F. Andreæ. Civem & Notar. Flor. sub anno 1353. Indictione 6. 20. Febr. & prudentes, & discreti viri.

D. Bectus Andreuccii Nini Jurisperitus
Logerius Nicoluccii Andreotti &
Bectolus Peri de Pelacanibus.

Cives hon. Perusii, & Procur. Perusii, ut de eorum Syndic. & Procur. constat Instrumentum rogatum per F. Martinum Ciccoli Civem Perusii de anno 1352. Indiction 5. 29. Mensis Decembris & gestorio nomine Terrarum & Locorum, quas tenent & possident dicta Communia, ac pro eorum adhærentibus, & sequacibus, dictus Carolus pro Communi & Civitate Florentiæ, & pro Terris, & Locis, quæ tenet & possidet dictum Commune Florentiæ, & pro

Castro S. Geminiani.
Castro Miniatis al Tedesco.
Castro Collis Valliselsæ.
Castro Bargæ.
Castro Verniæ.
Castro, sive Comitatu Putei.
Civitate Pistorii.
Castro Prati.
Civitate Aretii.
Civitate Vulterræ.
Castris Vallis Nebulæ & Vallis Adrianæ.

Comitibus Guidone, Roberto, & Piero Comitibus de prato veteri cum omnibus eorum, & cujuscunque eorum Communitatibus, districtu, pertinentiis, & hominibus & omnibus adherentibus & sequacibus Communis Florentiæ.

Et dicti Dominus Legerius Bectus, & Bectulus pro Civitate, & Communi Perusii, & pro Terris, & Locis, quæ tenet & possidet dictum Commune Perusii & pro

Civitate Spoleti.
Civitate Fulginei.
Civitate Assisii.
Civitate Nucerii.
Terra Gualdi Nucerii.
Terra Camariæ.
Terra Sassiferrati, &
D. Ungaro, &
D. Alovigio, & eorum consortibus de dicta Terra.
Terra Spelli.
Terra Trevi.
Terra Montisfalconis.
Terra Menavii.
Districtualibus Bictonli.
Terra Cerreti.
Civitate Castelli.
D. Episcopo Tudertino, & Civitate, & Communi Tuderti.
Civitate Elusii.
Terra Castri plebis S. Gervasii.
Bainerio Comite de Sarteano, & Terra Sarteani.
Castro Porcariæ.
Terra Rocchæ Contractæ.
Terra Foivini.
Terra Lucignani.
Terra Montis S. Savini.
Terra Castilionis olim Aretini.
Castro Monticuli Vespionum.

Marchionibus de Monte S. Mariæ cum suis Terris.

Comite Ildebrandino, & Fratribus, & Filiis quondam Comitis Guidonis de Joanna de Filiis Ursi, & eorum Terris.

Castro Durantis.
Castro S. Angeli in Vado.
Castro Sassi Corbai, &
Castro Turris Abbate.
Terra S. Gemini.

Et cujuslibet dictarum Terrarum, & Locorum & dictorum Dominorum supra nominatorum Comitatus, & Districtus, & pro omnibus, & aliis singulis Terris, quæ Commune Perusii habet sub sua protectione, & in Provincia massæ Trebariæ, & in Comitatu olim Orbini, & pro omnibus, & singulis infra in Capitulis præsentis Pacis nominatis & expresfis, Dominis Guelfis de Marchia Anconitana, & eorum Civitate, & Terris, & omnibus adhærentibus, & sequacibus Communis Perusii pro quibus omnibus promiserunt prædictis D. D. Gulielmo & Protasio, & uniculque eorum, & nobis Notariis recipiendo, & stipulando pro dicto Archiepiscopo, & omnibus de ejus domo, & progenie de rato, & ratihabitione, & quod intra tres menses ratificabunt & approbabunt præsentem Pacem, alias sint exclusi, & non comprehensi, & agentes pro eis in nihilo teneantur.

Et

Et pro Communi Senatum, quod ipsam Pacem ratificabit, alias agentes pro eo ad nihil teneantur nec obligentur.

Insuper dicti Procuratores & Syndici nominibus quibus supra invicem, & vicissim inter se remiserunt, omnia damna, incendia, rapinas, Robetias, Cavallatas, devastationes, deprædationes, Castrametationes, tractatus, injurias facta, & illata ab aliquibus unius Partis, alteri Parti, seu alicui vel aliquibus alterius Partis, & e contrario tempore guerræ, ita quod nullus Rector vel Officialis possit, vel debeat occasione alicujus Tractatus, etc.

Occasione, aut prætextu præsentis Guerræ ab initio inceptæ Guerræ citra cognoscere, procedere, aut punire, & nullam habeat vel habere possit jurisdictionem, aut cognitionem de prædictis, & sint ipso jure nulla, & non teneant in qua Pace apposuerunt Capitula infra dicta.

In primis quod omnes de domo Ubaldinorum de Alpibus eximantur, & cancellentur ab omnibus bannis, & condemnationibus, & processibus criminalibus illatis, seu factis alicui eorum in Civitate Florentiæ, Perusii, Senarum, Aretii, Pistorii, Civitate Castelli, & in aliis Locis sequacibus, & adhærentibus sine aliqua solutione, & idem intelligatur de aliis, qui cum dictis Ubaldinis condemnati essent, & in eadem condemnatione, & processibus comprehensi essent, & etiam eorum adhærentes & sequaces eximantur, & liberentur ab omnibus condemnationibus, & processibus factis, & latis in dictis Civitatibus, & Locis, sine aliqua solutione vel onere.

Item quod omnes, & singuli de Ubaldinis, qui beneficio præsentis Pacis uti possunt, restituantur ad omnia bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis, vel quando contra eos processum est, quæ bona eorum Commune Florentiæ per se, vel alium possidet. Quæ bona per Commune Florentiæ alienata, vel in alium translata, vel ab aliquo eorum Officiali ab anno Domini 1340. retro restitutio præsentis non vendicet sibi locum, si vero ab anno 1340. citra tunc restitutio locum habeat & plenum obtineat effectum.

Item quod Gentilis, & Ugolinus Fratres, & Filius Simonis de Soldaneriis de Florentia & Ricoverus de Circulis de Florentia, uti possint beneficio præsentis Pacis tanquam adhærentes & sequaces prædictorum de Ubaldinis, & quantum ad exemptionem bannorum & restitutionem bonorum fiat, sicut de aliis adhærentibus Ubaldinorum supra dictum est.

Item quod Andreas, et Guido quondam Octaviani de Ubaldinis, detenti in Carceribus Communis Florentiæ libere sine aliqua solutione pecuniæ ab ipsis Carceribus relaxentur, et eximantur.

Item quod omnia ordinamenta, et provisiones facta per dicta Communia specialiter et nominatim contra prædictos de Ubaldinis, vel aliquem eorum seu contra eorum sequaces de capiendo, vel occidendo cum pecunia, vel sine, sint cassa et annullata, et nullius valoris, efficaciæ vel momenti.

Item quod repræsaliæ concessæ alicui, vel aliquibus per dicta Communia contra prædictos de Ubaldinis, sive contra subditos et Fideles sint nullæ et cassæ, et nullius valoris, salvo jure crediti, et idem fiat, si a dictis de Ubaldinis concessæ fuissent contra dicta Communia.

Item quod Castrum Lozzoli positum in Partibus Alpium libere relaxetur per Commune Florentiæ dictis de Ubaldinis.

Item quod in prædictis et infra dictis Privilegia tam Imperialia, quam Papalia non veniant et de ipsis nihil fit approbatum vel reprobatum.

Item quod Ermellinæ fil. q. Joannazzii de Scholaribus, uxori Azzonis, Vannis, de Susinana, et Joanne matri dictæ D. Ermellinæ Uxori q. dicti Joannazzii fiat Jus Summarium, et de Plano sine figura et strepitu judicii. Item quod Maghinardo Joannis de Ubaldinis fiat jus Summarium, et de plano sine figura judicii in omni jure quod prætenderet vigore Dotium Dominæ Bartholomeæ uxoris dicti Maghinardi.

Item quod omnes condemnationes, banna, processus, facta contra infradictos sint cassa et nullius valoris, nomina vero de quibus fit mentio, et quæ cancellari debent sunt hæc.

Dominus Luchinus de Verme, Civis et Miles Veronensis.

Aldobrandinus, Lanfrancus, Ser Curradus, Nicolaus et Agnolus } Fratres et fil. q. Bartoldi de Soli.

Jacobus, Bartholomæus et Petrus } Fratres et fil. Franc. de Cignano.

Joannes q. Duccii, qui dicitur Capo.

Presbyter Laurentius Joannis Crucii de Scarperia.

Daniellus Ruggerii de Soli.

Zucherinus Urli, sive Bancbellus.

Bartholomæus q. Bonaventuræ, sive Turrini.

Item quod omnia statuta, Ordinamenta seu Provisiones contra supradictos facta de capiendo seu occidendo cum pecunia, vel sine, sint cassa et annullata et nullius valoris et efficaciæ.

Item quod dictus Aldobrandinus, et alii supra nominati restituantur ad omnia bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis et rebellionis, quæ bona Commune Florentiæ tenet, vel possidet, si alienata, vel aliis assignata non essent, per dictum Commune, vel ejus officiales ante annum 1340. sine aliquo onere vel præsentia pecuniarum; si vero ante ann. 1340. alienata fuissent, præsens restitutio non vendicet sibi locum; si vero ab anno 1340. citra, tunc ipsa restitutio locum habeat, et plenum obtineat effectum. Si vero possiderentur per aliquam singularem personam non prætendentem causam a dicto Communi Florentiæ, fiat restitutio contra detentores et possessores dictorum bonorum jus summarium, et de plano et sine strepitu et figura Judicii.

Item quod supradicti Aldobrandinus, et alii supra nominati possint libere stare, et habitare in Civitate Florentiæ, Comitatu, et Districtu sicut alii Cives.

Digitized by Google

Item quod Hæredes Rolandi de Florentia condemnati ad mortem per D. Andream de Paſano Poteſtatem Florentiæ cancellentur à bannis & condemnatio & proceſſus, & ſententiæ latæ contra eos ſint nullæ & caſſæ.

Item quod ſupradicti reſtituantur ad omnia eorum bona quæ fuerunt olim Orlandi, & poſſidebant tempore eorum expulſionis, vel rebellionis, ſi tamen ea bona per Commune poſſeſſa, vel in alium translata fuerint ante annum 1340. reſtitutio non habeat locum; ſi vero dicta bona fuerint translata anno Domini 1340. citra reſtitutio habeat locum, & ſuum ſortiatur effectum, & ſi teneantur à non habentibus cauſam à Communi Florentiæ, fiat eis reſtitutio & jus ſummarium contra detentores ſine ſtrepitu & figura judicii.

Item idem fiat in bannis, condemnationibus & aliis proceſſibus, criminalibus factis contra Philippum de Ammanatis de Piſtorio ut ſupra de dicto Orlando.

Item quod Plebanus Gherardus de Agolantibus filius quondam Ugonis, & omnes & ſinguli de dicta domo, & progenie rebanniantur à die initii Guerræ exiſtentis inter dictum Archiepiſcopum & ejus adhærentes & ſequaces ex parte una, & Commune Florentiæ, & alia Communia ex parte altera quod initium Guerræ debet intelligi eſſe in anno 1350.

Item quod dicto Plebano Gherardo per Commune ſeu ejus Official. fiat jus ſummarium ſecundum Ordinamenta, & Statuta dicti Communis, & quod poſſit morari in Diœceſi Civitatis Florentiæ pacifice, & ſine ulla contradictione & moleſtia, & bona, & res ipſius plebis habere & recipere.

Item quod dictus Gherardus, & omnes de domo de Agolantibus reſtituantur ad omnia, & ſingula eorum bona, quæ ab eis poſſidebantur in anno 1350. & abinde citra.

Item quod D. Carlinus Miles de domo Tediciorum & D. Franciſcus Miles de Vergellenſibus de Piſtorio, & omnes Conſortes eorum examinantur ab omnibus, & ſingulis bannis, condemnation. & proceſſibus Criminalibus contra eos factis, quocumque tempore vel cauſa in Civitate Florentiæ, Perufii, Aretii, Senarum, Piſtorii, Civitatis Caſtelli abſque alia ſolutione pecuniæ, vel onere.

Item quod dicta banna, condemnat. & proceſſus intelligantur eſſe caſſa, & cancellata, dummodo non ſint per cauſam alicujus enormis delicti, ſed beneficio hujus præſentis Pacis intelligantur ea, quæ data ſunt cauſa partialitatis, & non poſſint accedere, & intrare in Civitatem Piſtorii, quod ſi aliter fecerint, procedatur ſecundum diſpoſitionem Statutorum Civitatis Piſtorii.

Item quod dictus Carlinus, & Franciſcus reſtituantur ad omnia eorum bona modis, & formis, ut de aliis ſupradictum eſt, ſalvo quod de bonis dicti Carlini fiat & procedatur ſecundum diſpoſitionem Franciſci de Gambacurtis de Piſis.

Item quod dicti Tanus Joannes Antonius & Albertus Napoleone, Ludovicus Guidarellus, Bernardinus Comit. & quilibet eorum intelligantur liberati ab omnibus bannis, condemnationibus & proceſſibus datis & latis per Commune Florentiæ, & alia Communia quocumque tempore, & quacumque de cauſa in Civitate Florentiæ, & Perufii &c.

Item quod omnes & ſinguli fideles eorum, & ſequaces abſolvantur ab omnibus bannis, condemnat. & proceſſibus latis contra eos occaſione præſentis Guerræ, & cuicumque eorum fiat jus ſummarium de plano ſine ſtrepitu & figura judicii.

Item quod prædicti Comites Guillelmus, & Tancredi de S. Bonello ſint liberi, & cancellati ab omnibus bannis, & condemnationibus incurſis quocumque tempore, et quacumque de cauſa in Civitate Florentiæ etc. ſine aliqua ſolutione et onere.

Item quod reſtituantur ad omnia eorum bona, eis occupata poſt inceptam Guerram, quæ fuit de Anno 1350.

Item quod Pizzinellus della Moscuja, et ejus conſortes intelligantur cancellati ab omnibus bannis etc. ut ſupra.

Item quod dictus Pizzinellus reſtituantur ad omnia bona quæ ab eo poſſidebantur tempore expulſionis, et rebellionis ut ſupra de aliis dictum eſt et quod dictus Pizzinellus non poſſit intrare Civitatem Piſtorii, Caſtrum Seravallis, quod ſi aliter fecerit, procedatur, ut de Carlino dictum eſt.

Item quod prædicti Comites Galeottus et eorum conſortes et fideles rebanniantur et ſint liberi ab omnibus bannis, condemnationibus, et proceſſibus, quocumque tempore, et quacumque de cauſa per Civitatem Florentiæ, et alia Communia, et quod repræſaliæ contra eos conceſſæ ſint nullæ et caſſæ, exceptis quibusdam concesſis de Spinis viginti annis retro, et è contrario; de quibus fiat eis jus ſummarium, et ſine ſtrepitu, et figura judicii.

Item quod dictus Comes Galeottus reſtituatur ad omnia bona poſita in partibus Caſtri S. Nic. Caſtri de Guardatoriæ, Caſtri S. Angeli, Caſtri de Carlino, Caſtri de Ozzoni, ſalvis et exceptis quod non extendantur, nec vendicent ſibi locum in quantum ad Caſtra Fortalitias, et jurisdictiones, et Vaſallos et Fideles, et hoc ei ſervetur ſi ratificaverint præſentem Pacem, qua non ratificata, intelligatur ei omne jus ſublatum in prædictis, et non poſſit uti beneficio Praeſentis Pacis.

Item hoc etiam excepto quod dictus Comes Galeottus, filii et aliquis eorum non poſſit ingredi Civitatem Florentiæ, et ad dicta Loca, et ſi contra fecerit, procedatur, ut de aliis ſupra dictum eſt.

Item quod Comiti Galeotto, et Ricciardo fiat jus ſummarium coram jud. competente de omni eo, quod ei ab aliquo deberetur.

Item quod Ser Jacobus Pagni de Piſtorio intelligatur eſſe, et ſit in eo ſtatu, in quo erat ante præſentem Guerram, et ſit liberatus ab omnibus bannis etc. factis tempore præſentis Guerræ quacumque cauſa.

Item quod Simoni, et Spinæ Fratribus et Filiis quondam egregii Viri D. Bandini Comitis Comitatus

Digitized by Google

tatus Romenæ et Hæredibus et fil. q. D. Aghinolfi Comitis Romenæ fiat jus Summarium, sine strepitu et figura judicii super eo, quod dicunt de quarta Parte totius Putei vel Pozzi Comitis Romenæ cum omni Dominio, proprietate talia spectant ad dictam quartam partem Putei, vel Pozzei spectantem pleno jure ad dictum D. Aghinolfum.

Item quod Lapus, Ugo et Nicolaus Bindus et Arrigus Fratres, et filii olim Arrighi Ricasolis D. Bindi de Ricasolis district. Florentiæ et infradicti sequaces, et amici eorum intelligantur liberi et exempti ab omnibus bannis, et condemnation. beneficio præsentis Pacis factis contra supradictos ab Anno 1350. quacumque de causa, et quocumque tempore, et quod intelligantur restituti ad omnia eorum bona, quæ tenebantur ab eis tempore expulsionis, et rebellionis, et prædic. non vendicent sibi locum in Castris, Fortaliciis et Jurisdictionibus.

Nomina vero sequacium & Complicum dictorum Lapi, Ughi, Nicolai, Bindi & Arrighi sunt hæc

Bernardus Ser Chelli, Fede Simonis, Joannes Nerii } de populo S. Justi in Salice.
Michele Benucii, Martinacius Pierii } de Trebbio.
Carolus Perucii, Peruccius Cioli } de Monte Gonzi.
Baghinus Gozzii, Ramaccius Bencivennus } de Ricasolis.
Orfellus & Ser Arrigus } de Radda.
Briccius Cenni voc. Zachi de Castellina.
Guccius Minuccius voc. Ser do Monte Varchi.
Feus Salii vocatus Zacchea, Ciolus Cenni } de Brolio.
Tinus Vannis vocatus Pecchia de Ginari.
Matthæus & Panza Tribaldi, Ser Bartolus Presbyter, Ser Stephanus ejus frater, Martinus Lucii } de Vertine.
Vinuccius Cioli, Philippus ejus fil } de Moncione.
Agnolus de Castagnolo.
Minuccius Perulli de Stiella.
Jacobus Guidonis de S. Petro Avanano.
Gratia de Portignano.
Minuccius Damiani, Joannes voc. Scopone } de S. Cosme.
Mazzonchinus de Campo solice.
Nuccius de Monte Castelli.

Item quod omnia banna, condemnationes, & processus facti prædictis Jacobo Tocti, Pierozzo Simonis, Gualterio vocatus Morello quondam Ghinuccii de domo Gualfreducciorum de Pistorio, Francisco & Albizo fratribus, & filii quondam Franchi de Pistorio, sint cancellata & cassa, & nullius valoris sine aliqua solutione pecuniæ & onere.

Item quod sequaces, & cohærentes eorum sint liberi ab omnibus bannis etc. quacumque de causa & quocumque tempore dummodo non sint contra eos, vel aliquos eorum existentes ad obedientiam eorum occasione alicujus singularis, & enormis delicti.

Item quod prædicti de Gualfreducciis, & de Panciatichis intelligantur restituti ad omnia eorum bona.

Item ad honores secundum statuta dictæ Civitatis Pistorii, salvo, & excepto quod dictus Gualterius vocatus Morellinus, & Jacobus Tocti non ingrediantur Civitatem & Comit. Pistorii, & si acciderit, observetur ut supra de aliis.

Item quod Civitas Aretina eisdem modis & Officialibus gubernetur, & regatur, quibus ab præsens, & quod Ghibellini dictæ Civitatis Aretii adhærentes, & sequaces dictorum de Ubertinis possint libere, licite, & impune ad dictam Civitatem redire: & in ea secure stare & habitare, & eorum bonis gaudere, sicut & alii Cives Aretii. Exceptis infradictis, quia non possint intrare in ipsam Civitatem, nec prope ipsam venire ad duo millia.

Omnes de domo Ubertinorum.
Omnes de domo illorum de Pazzis.
Omnes descendentes D. Brandullinæ.
Nobiles de Tallia.
Nobiles de Monte aguto de Barbolanis.
Comites de Palazzuolo.
Nerius de Fagivola, & omnes de domo sua.
Item d. Bartholomæus Dominus Cortonensis & Sac. Frater & infradicti sequaces eorum.
Lippus D. Rainerii de Cortonio.
Ser Gregorius, Donectus, & Nicolaus } D. Angeli Corbizi de Aretio.
Ser Joannes, Bandinus, Federigus } de dicto loco.
Franciscus Benuccii alias voc. Malacarne de Cortonico.
Franciscus Benastri de Aretio.
Ser Joannes de plebe quarti dicti loci.
Angelus Docti dicti Loci.
Angelus Azzolini.
Ser Joannes Serzagliæ &
Angelus ejus frater.
Donatinus D. Segnæ.
Nutus Accursii de Camajanis.
Cicchus Manni.
Meus della mano.
Ceccharellus Angeli.
Chilippus Monis de Sambucco.
Angelus Vannis Giobbis.
Ciuccius dictus Bructaglia.
Isacchi Ser Sini.
Lazzarus de Vicione piceolo.
Nerius Dinuccii de Prato antico.
Nicolaus Nelli de Monte alcino.
Michael Naldi de Galognano.
Piccius de Prato antico.
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Franciscus Pallaivolus.
Joannes del frate Magister lignaminum.
Rosadus Ser Artini.
Brodacca, Franciscus & Accursiccius } de Bevagna.
Arrigus & Jacobus } Ser Sichi de Paganellis.

Item quod prædicti restituantur ad omnia eorum bona, quæ per eos tenebantur tempore eorum

Digitized by Google

rum expulsionis & rebellionis, quæ tenebantur per Commune Florentiæ vel Aretii ante 1340. sine aliquo onere, vel solutione pecuniæ.

Item quod Castra, & Terræ quælibet Rev. D. Buosi de Ubertinis Episcopi Aretini & suorum consortium sint exemptæ, & liberæ, & eam exemptionem, & immunitatem habeant, in Communi Florentiæ, & Aretii, quæ eidem Episcopo & consortibus permissa fuit tempore Pacis contractæ inter Commune Florentiæ & ipsos Ubertinos.

Item quod omnia Castra, & Loca dicti Episcopatus de præsenti detenta & possessa per ipsum D. Episcopum absoluta, & libera, & exempta remaneant ab omni Persona, Collegio & Universitate, & quod omnis Jurisdictio civilis & criminalis ad ipsum Episcopum seu Episcopatum spectan. & quæ ab ipso non teneantur ad præsens, & maxime in Castris Civitellæ, Cenninæ, Sanleonini, & Cacciani, positis in Valle Ambræ, & in Castris Giogatorii, & Ortignani positis in Partibus Cæsentini, & in Castro Rassinæ omnes utilitates, & proventus recipiant. a Communi Florent. id est in illis Locis, quæ per Commune tenentur, & per Commune Aretii, quæ tenentur ad ipsum perveniunt.

Item quod Nicolao quondam Guidonis de Ubertinis, & ejus Uxore vendere volentibus Castrum Civitellæ ficcæ Commune Florentiæ vel alius voluntate emere teneantur cum omnibus suis juribus, & pertinentiis, justo pretio inter Partes convento, & si esset discordia de pretio arbitrio Francisci Gambecurtæ stetur, alias si non stetur, per Partes eligantur Amici duo, qui si non conveniant, adjiciatur supradictus Franciscus de Gambacurta, qui quod cum altero amico dixerit & statuerit, stetur, & hæc venditio intelligatur cum idonea satisdatione, & pactis, & clausulis in talibus consuetis.

Item quod prædicti de Ubertinis restituantur ad omnia & singula eorum bona, quæ ab eis tenebantur, tempore expulsionis & rebellionis ante annum 1340.

Item quod Blaxius Comes de Palazzuolo possit quiete, & pacifice tenere & possidere Castrum de Palazzuolo, & Locum Rapallis, & omnes jurisdictiones & pedagia quæ tenebat tempore motæ Guerræ, vel ante, ex quibus expoliatus esset, & quod omnia banna, & condemnationes, contra dictum Comitem cancellentur & aboleantur in dicta Civitate Aretii, Florentiæ &c. & quod sit liber ab omnibus impositis retroactis.

Item quod præfatus Comes de Palazzuolo, & alii omnes fratres, & Filii & prædicti de Obertinis cancellentur de omnibus bannis, Condemnationibus &c. contra eos quacumque ratione vel causa factis per Commune Aretii, Florentiæ &c. idem intelligatur de sequacibus &c. partialitatis causa, & ratione alicujus enormis & singularis delicti, & restituantur ad omnia bona per eos possessa, ante prædictam condemnationem & sint exempti a certis impositis ipsis Comitibus factis, usque ad præsentem diem.

Item quod dicti Comites de Palazzuolo, & eorum sequaces possint quascumque Terras quas tenent libere, & sine aliqua contradictione & metu tenere, & possidere.

Item quod Castrum, Moenia, muri & turres & cæteræ fortalitiæ Castri Tigli, quod possidetur, & est in virtute D. Francisci Castracanis debeat destrui per dictum D. Franciscum, & teneatur relaxare dictum Castrum Communi Florentiæ, & ipsum Castrum aliquo unquam tempore non possit fortificari per dictum Commune, vel D. Franciscum, & quod ipse D. Franciscus non se intromittat per se vel per alium in dicto Castro.

Item quod Loca Castrorum Seggii, Mologni & Pedone remaneant Communi Florentiæ cum omnibus viribus suis, & quod dictum Commune non possit ullo tempore molestari.

Item quod Commune, & Castrum & homines Terræ de Sovrano exbanniti, & condemnati, rebanniantur & cancellentur ab omni condemnatione & sint liberi ab oneribus, & impositionibus realibus & personalibus absque aliqua solutione vel pretio.

Item quod dictum Castrum Sovrani, quod jam sunt octo menses fuit obtentum per Ser Franciscum Ser Michaelis de dicto Castro sub banderia, & subsidio dicti D. Archiepiscopi Mediolan. remaneant ad dictum Ser. Franciscum, & alios terrigenas, libere & pacifice cum mero & mixto imperio sine aliqua contradictione, & a dicto Communi Florentiæ sint liberi & exempti cum hoc quod terrigenæ non possint subjicere, & submittere dictum castrum dominio & imperio dicti D. Archiep. nec suis sequacibus & ipse Archiep. & ejus sequaces non possint recipere, & e contrario.

Item quod dic. D. Franc. & Hæredes cum Castro & Terra Corelliæ cum omnibus Terris, Castris, & Villis veniant, & esse intelligantur comprehensi in præsenti Pace.

Item quod suprascripta, & infradicta non intelligantur disposita in favorem exitiorum, & Ghibellinorum de Piscia, Vallis Nebulæ, & Seravallæ.

Item quod dictus D. Manfredus Paffiere de Pazzis, & omnes de domo de Pazzis Vallisarni rebanniantur & esse intelligantur liberi & exempti ab omnibus bannis, & condemnationibus & processibus contra eos latis per Commune Florent. Aretii &c. & beneficio præsentis Pacis cancellentur absque aliquo onere, vel solutione pecuniæ.

Item quod prædicti de Pazzis restituantur ad bona, quæ possidebant tempore eorum expulsionis et rebellionis, quæ Communia Florentiæ et Aretii tenent ante 1340. ut de aliis supra.

Item quod dictus Manfredus, et Consortes pro tutela et defensione suorum bonorum possint ædificare castra, et ædificia sicut eis placuerit sine aliqua contrad.

Item quod Guido de Talia et Bertus Filii et consortes ipsorum sint cancellati ab omnibus damnis et condemnationibus et processibus factis quacumque causa et ratione, sine expensis et solutione pecuniæ, et similiter illi de Castro Taliæ, de Bagnona, et Castro de Campovecchio, et Castro de Biciano rebanniantur si in præsenti Guerra fuerint sequaces, et adhærentes dictorum Guidonis et Berti.

Item quod Jacobus de Guazzalotris de Prato, et ejus Consortes rebanniantur, et liberentur ab omnibus condemnationibus et processibus factis per Commue Flor. etc.

Item quod omnia banna, condemnationes et Pro-

Digitized by Google

Proceſſus, facta contra Ser Franciſcum Beccucci, Nicolaum Albizi, et Ser Nicolaum D. Angeli a duobus annis citra intelligantur caſſa et cancellata absque aliqua ſolutione et onere.

Item quod omnia banna et condemnationes contra ſequaces dicti Jacobi a duobus annis citra ſint caſſa, vigore præſentis Pacis, et ejus beneficio.

Item quod omnes et ſinguli de Guazzalotris et omnes adhærentes, qui beneficio præſentis Pacis uti poſſunt, et filii, et hæredes Ser Franciſci Leucii, Nicolai Albizzi et Ser Nicolaum D. Angeli reſtituantur, ad omnia bona, quæ poſſidebant tempore rebellionis.

Item quod dictus Jacobus de Guazzalotris et omnes alii ejus Conſortes reſtituantur per omnia in eorum priſtinum ſtatum, quoad perſonas, bona, dignitates et honores qui beneficio præſentis Pacis uti poſſunt excepto quod et reſervatur quod dictus Jacobus dictam terram Patri non poſſit ingredi, nec aliquod officium participare et idem intelligatur de aliis condemnationibus cum eo.

Item quod dictus Jacobus nec aliquis de ejus conſortibus, qui de præſenti non eſt admandata Communis Florentiæ, non poſſit intrare Civitatem Florentiæ, Piſcatorii, nec terram prati, per milliaria decem et ipſis in aliquo transgredientibus poſſint ſic transgredientes offendi in habere, et in perſona ſi caperentur et in fortia ducerentur et banna et condemnationes executioni mandari ac ſi beneficio præſentis Pacis cancellati non eſſent, inſuper liceat eis bona ſua ubique exiſtentia vendere, obligare, donare, tenere, et poſſidere, et eis uti, et frui quolibet modo.

Item quod omnia ſtatuta, proviſiones, capitula facta contra dictum Jacobum, et conſortes, et de domo de Guazzalottis ſint caſſæ, et nullius valoris, et efficaciæ.

Item quod D. Petrus Sacionis, et conſortes legitimi, et non legitimi non poſſint reverti ad Civitatem Aretii, nec venire ad ipſam prope ad tria milliaria, bene tamen ad Petram malam ſibi poſſunt ſtare, et venire indiſtincte, et ſi accedant, obſervetur, ut ſupra de aliis, et ſint liberi ab omnibus bannis, etc. quocunque tempore et cauſa, ſine aliquo onere et ſolutione.

Item quod ſequaces et adhærentes ipſius dicti Petri, et conſortium Aretini, qui ſunt foras pro eis reſtituantur, et cancellentur ab omnibus bannis, etc. in Civitate Florentiæ, Perufii, etc. ſine aliqua ſolutione pecuniæ, etc. et e contrario intelligatur de Terris, dicti Domini Petri, et bona eis reſtituantur modis ut ſupra.

Item quod dictus Petrus, et ſequaces Caſtra et Terræ habeant eandem exemptionem, quam habebant antequam intrarent brigam dicti Domini Archiepiſcopi per ſpatium decem annorum ſicut antequam intrarent brigam.

Item quod Nicolaus de Monte acuto, de Barbolanis, et homines de Monte acuto gaudeant exemptione usque ad tres annos proxime venturos, ut prius gaudebant, quo tempore facta fuit Pax Florentiæ cum illis de Petra mala, et quæ vigebat ante 1340. ante initium præſentis Guerræ, et ipſi Nicolao et Guidoni de Monte acuto reſtituant bona mobilia et immobilia.

Item quod omnes Terræ acquiſitæ per dictum D. Petrum et ſuos Conſortes in præſenti Guerra ipſi remaneant ad tempus decem annorum, excepto Loco, et Fortalitia Suorivallis, Dicchio diſtrictus Caſtiglionis Aretini, cujus cuſtodia remaneat iis, qui ante præſentem Guerram tenebant, et quod Pax fiat inter Conſortes dicti Loci, et Commune Caſtiglionis infra unum menſem.

Item quod dictus Dominus Petrus ſolvat Communi Perufii & Florentiæ 4000. ſecundum illum modum declarare per dictum Franciſcum Gambacurta, quos Petrus ſupradictus recepit a Communi Perufii pro parte Vallis de Capreſe, & Turris, ſeu Fortalitiæ Teratiani & ſi non ſolverit, ut ſupra relaxat dictam Terram Teraciani Communi Perufii.

Item quod Commune Eugubii, & Joannes Contuccii de dicta Civitate tanquam adhærentes dicti D. Archiepiſcopi comprehendantur in præſenti Pace cum ipſo Communi Perufii cum illis capitulis, & modis Pacis contractæ de menſe Aug. proximo præterito die XX. inter ipſum Commune Eugubii & Joannem prædictum ex una, & Commune Perufii ex alia, & hoc locum habeat quantum ad Commune Perufii, & Commune Eugubii, & ipſum Joannnem Contuccii.

Item quod omnia bona immobilia quæ ablata fuiſſent Communi Eugubii a tempore dictæ Pacis contractæ citra ipſi Communi reſtituantur.

Item quod omnes de Gabriellibus de Eugubio qui occaſione præſentis Guerræ ſunt carcerati, & detenti debeant libere relaxari;

Item vigore præſentis Pacis convenerunt quod inter D. Epiſcopum Tudertinum, & Commune Tuderti & intrinſecos Tudertinos ex una parte, & Claravallenſes, & exitios Tudertinos ex altera debeat fieri ſecura, & bona Pax in hunc modum, videlicet quod dictus D. Epiſcopus & alii ex una, & præfati Claravallenſes, & alii ex alia ſe debeant compromittere in Commune Perufii tanquam in arbitros & arbitratores de eorum ſecura & bona Pace tractanda ut ipſi Communi, & Prioribus Perufii videbitur intra quatuor menſes, quod poſſit per Partes prorogari ſemel & pluries.

Item quod ſi aliqua ex dictis Partibus recuſaret dictum compromiſſum facere in Commune Perufii, tunc ipſum Commune teneatur auxilium ferre contra Partem nolentem, & recuſantem ſaltem de L. equitibus combarbutis, & nullus poſſit ſe intromittere in ſupra narratis, & infra narrandis.

Item firmatæ Pacis Commune Perufii ſit Fidejuſſor, & ut poſſit dictam Civitatem in ſecura pace, & concordia ſervare habeat dominium ſupradictæ Civitatis Comitatus, & diſtrictus, merum & mixtum Imperium, & jurisdictionem & cuſtodiam, & nullus alius præter Captaneos, & Conſervatores per Commune Perufii deſtinandos, qui ſint Cives Perufiani, poſſit regere, & gubernare dictam Civitatem.

Item quod dicti Claravallenſes, & eorum ſequaces rebanniantur, & cancellentur de omnib. bannis & condemnation. factis a Communi Perufii ab anno 1350. citra ſine aliquo onere, & ſolutione pecuniæ, non obſtante &c.

Item quod Nerius de Faggivola, ſequaces, & adhæ-

adhærentes & tunctæ Terræ ſi & in quantum ab ipſo infradictæ Terræ poſſidentur, comprehendantur in præſenti pace, Terræ aut Loca ſunt iſta; videlicet:

Caſtrum de Fagivola.
Caſtrum Ilicis.
Caſtrum de Sernatello Caſtrum Pratei.
Caſtrum Schicuci. Caſtrum de Fraſſinete.
Caſtrum de S. Sofia.
Caſtrum de Monte rotondo.
Caſtrum Fragheti.
Caſtrum de Monte Juſti.
Caſtrum de Cometo. Caſtrum Petrellæ.
Caſtrum Paggivoli.
Caſtrum & Rocca Maivoli.
Caſtrum Salamellæ, Caſtrum S. Agathæ.
Caſtrum Pertel. Rocca de Prateſi.
Mons benedictus. Caſtrum de Libiano.
Caſtrum Nivium Mariæ.
Caſtrum Montis Fortini.
Caſtrum Montis Labitunchi.
Caſtrum Noncilii.
Caſtrum S. Donati de Maſſa.
Caſtrum Luccimborghi.
Caſtrum Valenziani. Terra Mercatelli.
Caſtrum Mœtale. Caſtrum de Banco.
Caſtrum Carponeti. Caſtrum Caſalecchii.
Caſtrum Torricellæ. Caſtrum Sartiano.
Caſtrum Perticariæ. Caſtrum Majani.
Caſtrum S. Donati. Caſtrum Dugagni.
Rocca Prioris, Caſtrum Cinoctoli.
Caſtrum S. Angeli, Mons Cornarius.
Caſtrum Civitellæ.
Caſtrum Vallis Vignonis.
Caſtrum Calanaciæ. Caſtrum Bulciani.
Caſtrum Bulcianellæ. Caſtrum Sciatiali.
Caſtrum Sciantacappæ.
Caſtrum Cocciolalti.
Caſtrum Montis Brectolini.
Caſtrum Reſtellæ. Caſtrum Sempiani.
Caſtrum de Moltis. Caſtrum Guinzæ.
Caſtrum Fabrorum. Caſtrum Praticulæ.
Mons Deleciis. Caſtrum Belfortis.
Caſtrum Velliani. Caſtrum Triolæ.
Mons Ramolus. Caſtrum Modii alti.
Caſtrum Depodio. Caſtrum Carbanæ.
Civitas Sarſinæ. Caſtrum Finocchii.
Caſtri Muſellæ. Caſtrum Tezii.
Caſtrum Corſogogli. S. Pignani.

Item quod præfatus Nerius, Filii, & conſortes rebanniantur & cancellentur ab omnibus bannis & condemnationibus factis de aliquo eorum in Civitate Florentiæ Peruſii &c. quocumque tempore, & quacumque cauſa ſine aliquo onere &c. exceptione ſi datæ eſſent in illis locis exiſtentibus in pace, & ſtatu pacifico.

Item quod Commune Peruſii teneatur pro poſſe quod D. Brancaleone de Caſtro Durantis reſtituet, & libere relaxabit ipſi Nerio Caſtrum Sancti Martini, quæ Caſtra dicit Nerius fore ſibi arrepta & occupata, quod ſi dictus Brancaleo recuſaret, non veniat in præſenti Pace, nec intelligatur pro adhærente Communi Peruſii.

Item quod infradictæ Terræ, Abbatiæ de Trebio videlicet, Fratellæ, Civitella, Valſamignone, Calancia, Bolciano, & Balcianello.

Item Terræ de Sintigliano, de Schiantacappa, & figulæ poſitæ in Comitatu Aretii cum omnibus hominibus, & habitatoribus ſunt exemptæ, & liberæ ab omni onere reali & perſonali, & mixto eis impoſito, vel imponendo per Commune Aretii per duos annos.

Item quod Paulettus Dacobuccii de Spoleto eximatur, & cancelletur de libris Communis Peruſii & de omnibus bannis, condemnationibus & proceſſibus latis & datis per Commune Peruſii contra dictum Paulettum occaſione occupationis Caſtri Buttonii ſine ſolutione pecuniæ & quod D. D. Priores Artium Peruſii præcipiant cuicumque Poteſtati ipſius Civitatis Spoleti nullam executionem faciat contra dictum Paulettum occaſione condemnationis, nec debeat intrare dictam Civitatem Spoleti ſub bannis ut ſupra.

Item quod D. Bartholomæus q. Ruinerii de Caſalibus veniat in præſenti Pace cum omnibus adhærentibus, & ſeq. cum omnibus Capitulis, & Pactis Pacis contractæ inter Commune Cortonii ex una, & Commune Peruſii ex altera parte, quæ in præſenti Pace D. Archiepiſcopi intelligantur repetita, & ſi ipſa Pax non appareret facta debeat fieri & tractari per Ambaſciatores cum ſufficeret merito in eo loco ubi ſtatuerit D. Franciſcus de Gambacurtis.

Item quod Ser Joannes, & Ser Angelus, Ser Zagliæ D. Orlandini de Laterena cancellentur ex omnibus bannis, pœnis, & condemnationibus & proceſſibus factis in Civitatibus Florentiæ, Aretii, Peruſii &c. niſi eſſent occaſione alicujus enormis delicti & eſſe intelligantur, quantum ad proceſſus civiles in eo ſtatu, in quo erant anno 1350. vigore præſentis Pacis, & liberentur ab impoſitis factis, & poſitis a dicto anno 1350. citra & reſtituantur ad omnia bona.

Item quod omnia banna, & proceſſus criminales lati, & facti contra D. Joannem Contis de Medicis Thadæum de Antilla, Uguccionem Pieri de Sacchettis de Florentia & Matthæum de Ozzole, & Tirli, & Ghinum, & Joannem de Bonæ, Vannæ Duccii de Paragazzi, et Juiduccium Vannis de Stagna, et contra omnes Florentinos, Peruſinos, Senenſes, Aretinos, Piſtorienſes de Civitate Caſtelli Caporales, et qui fuiſſent in præſenti Guerra Poteſtates, Capitanei, Comeſtabiles, vel aliquod officium exercuiſſent in præſenti Guerra, ſint caſſa, et nullius, valoris, et ſine aliquo onere vel ſolutione pecuniæ, et reſtituantur ad omnia eorum bona.

Item quod omnia banna, et condemnationes, proceſſus criminales facti, et lati contra Florentinos, Peruſinos etc. ſequaces, et adhærentes D. Archiepiſcopi ſint nulla, et caſſa, et e contra omnia banna lata, et facta contra Subditos D. Archiepiſcopi ſequaces, et adhærentes Communi Florentiæ, Peruſii etc. intelligantur caſſa, et nulla, et reſtituantur ad omnia bona ſine aliquo gravamine, occaſione præſentis Guerræ.

Item quod Contuccius Sighi de Venciolis de Peruſio teneatur vendere legitime, et ſolemniter omnia bona immobilia, quæ habeat ante tempus et in tempore ſuæ condemnationis Communi

Digitized by Google

ni Perusii scilicet, quæ habet in Civitate, Comitatu et Districtu Perusii pro condecenti pretio, cujus æstimatio fiat per duos ab ipsis electis infra unum mensem, cum dimidio publicatæ Pacis, et si non convenirent, D. Franciscus de Gambacurtis statuat pretium.

Item quod Commune Perusii restituet Filiis et hæredibus q. Cecchini, et Ludovici D. Vincioli, et Philippi Filii D. Cecchini omnia bona, quæ dictum Commune tenet, et possidet, quæ non essent alienata pro satisfacientibus Creditoribus dicti Cecchini et Ludovici, vel æstimationem ipsorum per duos bonos Viros declarantes salvis juribus creditorum super ipsis bonis.

Item Sindicus et Procurator Communis Florentiæ promisit quod dictus Comunius rebanniatur in Civitate Perusii et processus, et banna cancellentur infra sex menses, et si non rebanniatur, promisit dare illam quantitatem pecuniæ quam dicet D. Franciscus Gambacurtà, et si rebanniatur non possit accedere ad Civitatem et Comitatum Perusii sub pœnis, ut de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod Civitas Castelli regatur et gubernetur sicut nunc præsentialiter.

Item quod omnes Ubaldini de Castello et de domo dictorum Ubaldinorum, et Ghinus Marchio de Civitella, et omnes adhærentes, et sequaces banniti, condemnati et expulsi de dicta Civitate cancellentur ab omnibus bannis ab anno 1351. inclusive sine aliquo gravamine.

Item quod omnes supradicti de Ubaldinis, et Ghinis, et qui beneficio præsentis Pacis uti possunt restituantur ad omnia bona immobilia in eo statu, quo nunc sunt.

Item quod omnes sententiæ, et processus contra eos lati, qui beneficio præsentis Pacis uti possunt per Commune Castelli, et ejus officiales sint cassæ, nullæ, et nullius valoris.

Item quod omnes, qui beneficio præsentis Pacis uti possunt, sint liberi ab omnibus datiis, præstantiis et collectis, et aliis quibuscunque oneribus, realibus et personalibus impositis usque hodie per dictum Commune Castelli.

Item quod omnes, et singuli qui præsentis Pacis beneficio uti possunt, possint reintrare, dictam Terram Castelli, et restitui ad honores, et officia, quæ habere poterant in dicta Civitate Castelli ante tempus eorum expulsionis, exceptis dictis Ubaldinis, et de domo Ubaldinorum, Ghino Marchione, et filiis qui prope ipsam Civitatem stare et venire possint ad tria milliaria, et in terris morari nec prope ipsas ad unum milliare.

Nomina vero aliorum, qui reintroduci debent sunt infradicta, videlicet;

Caccia Dini D. Cacciæ.
Franciscus Lucæ Guidorelli.
Ludovicus ejus Frater.
Nerius Ser Petri Barefuzzii.
Franciscus Naldi de Silice.
Gerius Cionis.
Guido Domini Lucæ Mati.
Orlandus D. Muciatti.
Nicolaus Ser Lucæ Magistri Gualteronis.
Laurentius Poltronis de Valla Brasezza.
Fucciarellus Bettiradæ.
Joannes Magistri Vitalis.
Ragno Ser Vannis.
Jacobus Mundi D. Joannis.

Quod si accederet ad dicta loca prohibita, observetur in eis ut supra de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod Dominæ Lippæ q. Bernardini de Marsiano et ipsius Hæredi uxori Tanucrii de Ubaldinis restituantur per Commune Perusii, omnia bona, quæ sunt in Comitatu Perusii, quæ restitutio fiat, de plano, et sine strepitu, et figura judicii.

Item quod Joannes Filius q. Comitis Bernardini de Marsiano, et Matthæus Vannis Nerii de Burgo S. Sepulchri cancellentur ab omnibus bannis, condemnationibus et processibus criminalibus Civitatis Castelli, Perusii, et Aretii hoc excepto, quod Joannes non possit morari in Castro Marsiani, et si accedat, observetur, quod de Jacobo Zarini de Guazzalotris.

Item quod omnia pacta, temporibus anteactis inita inter Commune Perusii, et ipsos, de Ubaldinis rata, et firma perdurent.

Item quod Castrum Citernæ remaneat custodiendum hominibus originarijs dicti Castri usque ad annos decem proxime venturos, incipiendi hoc præsenti die, quibus transactis subesse debeat Civitati Castelli.

Item quod omnes Fortalitiæ, & Castra, Terræ, Villæ, quæ Occasione præsentis Guerræ occupatæ sunt per Ubaldinos in Comitatu Civitatis Castelli remaneant sub protectione illorum de Ubaldinis, & sint liberæ ab omnibus expensis, & oneribus, realibus & personalibus impositis, per dictum Commune Castelli.

Item quod dictus Ghinus Marchio de Civitellis, sive de Petrivolo veniant in præsenti Pace tam quam adhærentes, & sequaces dicti Archiepiscopi, & pacta contracta inter Commune Perusii, & Aretii ex una, & D. Ghinum Marchionem ex altera sint rata et firma.

Item quod prædictus Ghinus Marchio Uguccio, ejus filius cum omnibus sequacibus, et adhærentibus eximantur, et cancellentur ab omnibus pœnis, bannis, condemnationibus, et processibus criminalibus factis in Civitate Florentiæ, Perusii, Aretii, Senarum, Pistorii etc. nisi sint processus ratione alicujus enormis et singularis maleficii.

Nomina vero familiarium dicti Ghini sunt hæc videlicet:

Muccione Lucii de Auximo.
Joannes Magistri Vitalis de Castello.
Ceccus Maldare de Aretio.
Andreas ejus filius.
Maffeus Nerii
Marcus et
Benincasa
Petrus } de Bossano.
Nicolaus Soffani della Costa.
Blasius Bazi.
Piccius Guidonis della Costa.
Lucas Muzzii de Pino.
Orlandus D. Mucciati de Tristina.
Gualterius Ormanni.
Bartolus Puccivoli de Sogna.

Ventura et Bartolus } Cecchi de Cortona.
Chellus Chriſtophani della Coſta.
Adhærentes dicti Ghini ſunt infradicti videlicet.
Omnes homines Caſtri, et Curiæ Caſtri Civitellæ Marchioni.
Omnes homines Caſtri, et Curiæ Cuſpignani.
Omnes homines de Caſtro Curiæ Collis Marchioni.
Omnes homines de Varnia Comitatu Caſtelli.
Omnes homines de Caſtro, et Curia Petrivoli.
Omnes homines de Monte Albano Comitatu Caſtelli.

Item omnis proceſſus, Sententia, condemnatio criminalis facta in Civitate Florentiæ, Perusii etc. contra Dominos Alberghettum Joannem et Creſcentium fil. D. Thomæ de Clarævallis de Fabriano, Gentilem de Mogliano, D. Lotinum S. Mariæ de Exio, D. Bertum ejus fratrem, Curradum, et Guidonem de Terra Mattelicæ, et etiam alium aliquem de eorum domibus, et deſcendentes cancellentur, et caſſentur ſine aliquo onere, vel ſolutione pecuniæ:

Item quod omnis proceſſus, ſententia et Condemnatio facta in dictis Civitatibus Florentiæ, Perusii etc. contra aliquem de Civitate Firmana, de Fabriano, de Terra S. Quirici, de Mattelica tollantur, et cancellentur, dummodo illi proceſſus non ſint facti tempore pacifico, ſed intelligantur de factis tempore et occaſione præſentis Guerræ.

Item quod omnes repreſaliæ conceſſæ alicui de Florentia Perusii contra aliquos de Fabriano, de Firmo de Terra Mattelicæ, ſeu de Terra S. Quirici, ac omnes repreſaliæ conceſſæ alicui de dictis Terris Fabriani, Firmi, Terræ Mattelicæ, ſeu de Terra S. Quirici, contra Florentinos, ſeu Peruſinos ſint caſſæ & nullæ, & nullius valoris.

Item quod locus Nidaſtoris in præſenti Pace intelligatur, & veniat ut de locis adhærentibus dicto Archiepiſcopo.

Item quod ſi quis Florentinus, vel Peruſinus eſſet obligatus quacumque de cauſa dictis Comitibus, vel alicui eorum, vel de eorum familia fiat eis jus ſummarium, & e converſo ſi quis de familia dictorum Comitum, vel ipſi Comites eſſent obligati alicui Florentino vel Peruſino.

Item quod Civitas Calliæ, S.S. Angeli Papalis det quolibet anno Communi Perusii pallium in ea forma, & eo tempore quo ſolita erat.

Item quod omnes exitii Civitatis Calliæ exbanniti partialitatis cauſa, rebanniantur & abſolvantur a quibuscunque pœnis, & proceſſibus criminalibus, & reſtituantur ad bona, quæ poſſidebant tempore eorum expulſionis, & poſſint venire, & ſtare in dicta Civitate exceptis illis, qui pro ſuſpectis dabuntur.

Item quod D. Archiepiſcopus reſtituat omnes exitios Burgi S. Sepulchri ad eorum ſtatum, & honores, & bona, & caſſet omnes pœnas, proceſſus & condemnationes ſine aliqua ſolutione, & onere, & introduci faciat in dicta Terra, exceptis illis, qui prohibiti eſſent ſtare in illa Terra per legem & ſtatutum antequam D. Archiepiſcopus Dominium illius loci habuiſſet, & ante novitatem factam in dicta Terra de anno 1351. & reſtituantur ad omnia eorum bona.

Item, quod dictus D. Archiepiſcopus renuntiet omni juri, quod habet in dicta Terra Burgi, & in homines, & de ea revocabit omnes ejus Officiales, & Gentes, & ipſam Terram, & homines relinquet in propria libertate & ſtatu, & hæc omnia erunt adimplenda intra tempus trium menſium prox. vent. incipien. a die celebrati Contractus præſentis Pacis.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus, ſequaces & adhærentes non ſe intromittant de Dominio, & jurisdictione dictæ Terræ, & idem obſervabit, & faciet Commune Perusii, hoc ſalvo, quod dictus D. Archiepiſcopus poſſit ſe intromittere de Dominio & jurisdictione & licentia Communis Perusii, & Commune Perusii de expreſſa licentia dicti D. Archiepiſcopi poſſit ſe intromittere.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus curabit, quod Commune, & homines Terræ Burgi per ſuum legitimum Syndicum promittet quod non receptabit ſuſpectos, & inimicam gentem dicti D. Archiepiſcopi & Communis Perusii.

Item quod Caſtrum Anglare libere & abſolute remaneat ſub poteſtate, & omnimoda jurisdictione D. Maſii de Petramala, quondam D. Uberti, & homines, & habitatores, dicti loci debeant reſpondere in omnibus d. Maſio, & ſint liberi ab omni obedientia & Jurisdictione, & veniant & comprehendantur in præſenti Pace, ut adhærentes præfati D. Archiepiſcopi, niſi dictus D. Maſius ſponte, & libere ſe ſubjiceret & ſupponeret Communi Perusii.

Item quod dictus D. Archiepiſcopus reſtituat libere Communi Piſtorii Caſtrum Pitecci, & Caſtrum Turris, & Valli Treppi, Foſſati, Monticelli, & Montis Metezzani, ſitque Comitatu Piſtorii.

Item quod Caſtrum Sambucæ & Sambuconis, poſitum in comitatu Piſtorii ponatur per dictum D. Archiepiſcopum ad evitantia ſcandala, & diſcordias de conſenſu Epiſcopi Piſtorien. ſub bona fide, cuſtodia, & Poteſtate Communis Piſarum hinc ad duos menſes ſalvo omni jure Epiſcopi Piſtoriæ ſub bona fide & cuſtodia pro ipſo Archiepiſcopo.

Item quod Comes Nolfus de Orbino Comes Montisfeltri debeat relaxare & relaxari facere libere & in priſtinum ſtatum Cionem Falconis Civem Floren. in partibus Calli, ſeu alibi per eos captum ſtatum & detentum ſine aliqua ſolutione.

Item quod Fortalitia, muri turres, & omnia alia munimenta exiſtentia in Caſtro Montis Gemmoli per Commune Florentiæ & ejus Offic. deſtruantur, ita quod nulla fortalitia remaneant, & de cætero per nullam dictarum Partium poſſit ibi reædificari, & poni aliquod Caſtrum, vel Fortalitia, & dictus locus Montis Gemmoli remaneat libere, & devolvatur illis de Ubaldinis, ad quos de Jure ſpectat.

Item quod Palatium delle Gualchiere, & Palatium de Fabiana, & Palatium de Caſale poſita in Comitatu Aretii per illos de Petramala reſtituatur, & relaxetur, primum Canonicæ Aretinæ, ſecundum Joanni Dolfi de Aretio,

rtium Marchetto Monaldo de Aretio & ipſa Palatia libere intrare poſſint.

Item quod omnes, & ſinguli homines de Civitate Bononiæ, vel de aliqua alia Terra, vel Loco, qui ut adhærentes dicti D. Archiepiſcopi in præſenti Pace veniunt detenti, vel capti ratione partialitatis pro facien. ipſos redimi in Civitate Florentiæ, Perufii &c. & e converſo relaxentur, & relaxari debeant.

Item quod prohibitio facta in aliquibus locis, ſeu terris ſuppoſitis Archiepiſcopo de non conducendis pannis Florentinis, & permutan. & venden. in dictis Terris & Civit. ſit caſſa & nulla, & e contrario prohibitio facta in Civitate Florentiæ pro pannis terrarum ſuppoſitarum dicto D. Archiepiſcopo ſit caſſa, ſalvis juribus in datiis & gabellis &c.

Item quod ſequaces D. Bartholomæi de Caſalibus de Cortonio Domini Generalis dictæ Terræ banniti, & condemnati per Commune Florentiæ, Perufii &c. cancellentur ab ipſis bannis, condemnationibus & proceſſibus ſine aliqua ſolutione, & onere, & hoc tamen intelligatur de bannis occaſione præſentis Guerræ, & non occaſione alicujus enormis delicti.

Item quod prædicti omnes qui beneficio præſentis Pacis uti poſſunt, de quibus in ſupradicto Capitulo, reſtituantur ad omnia bona, ſalvis illis, qui expreſſe prohibentur intrare dictas Civitates.

Item quod omnes, & ſinguli, tam Cortonenſes, quam Aretini exbanniti, & condemnati occaſione itineris, vel acceſſus facti per dictum D. Cortonenſem ad Civitatem Aretii de Menſe Octobris currentis anni 1351. & abinde citra, quacunque ratione vel cauſa rebanniantur & reſtituantur ad omnia bona, & condemnationes ſint nullæ & caſſæ, & quod omnes impoſitiones, reales, vel perſonales in Civitate Aretii usque in hodiernum diem poſitæ tollantur & cancellentur.

Nomina vero dictorum exbannitorum & condemnatorum ſunt infradicta videlicet:

Bartholomæus & Jacobus } D. Rainerii de Cortonio.
Lippus D. Rainerii de Cortonio.
Guerruccius, Guidaccius & Martinus } D. Branzalliæ.
Sylveſter, Brandallia, Boffus & Jacobus } Guidaccii D. Branzalliæ
Joannes Guerruccii D. Branzalliæ
Angelus, Torinus, Veſtuna, Teghiarius } Cecchi de Branzalliæ.
Ser Gregorius, Donatus & Nicolaus } D. Angeli
Ser Joannes, Vandinus & Federigus } D. Gerii.
Franciſchinus Benuccii, alias dictus Malacarne.
Ser Lippus Baldacchini de Cortona.
Franciſcus Bonaſti.
Ser Joannes de Plebe quarti.
Ser Joannes & Angelus } Sezagliæ.
Vannuccius Gori D. Federighi.
Angelus Pocci.
Angelus Azzolini.
Donatinus D. Segnæ.
Nicolaus Cantis de Mavaurria.
Ser Joannes Vannis de Graſſis.
Nuccius Accurſii de Camajanis.
Ceccus Manni.
Meus della mano.
Ceccherellus Angeli.
Nannes Piſtorii.
Philippus Munis.
Juncta Cecchi Ser junctæ.
Angelus Vannis Giobbi.
Feus Gori Cimator.
Brigante.
Civetta.
Ciuccius dictus Bruſigallia
Petrus dictus Bugina.
Landinus Bichi.
Mone Petri Petrinari.
Forzone de colle.
Caſſa Carta
Cennuccius de Monteguardi.
Fachi Ser Gini.
Dominicus Agutarius.
Lazzarus de Vicione Piccolo.
Nerius Dinuncii de Prato antico.
Sancti de Sancto Polo.
Fredi de Mercatello
Joannes Guelfi
Nerius dictus Manzena, & filii
Pierus de Prato antico.
Cecchus Ghitæ
Ser Braccius Gargiani
Andreas famulus Joannis Bartolini.
Joannes del frate Magiſter lignaminum.
Dinus Ugolini farſettarii.
Blaſius de Senis.
Bertinus Ricepti D. Branzalliæ
Pierus Blondus.
Simon, Agabitus, Philippus & Matthæus } Cecchi D. Brandalliæ.
Nicolaus Nelli de Mont'Alcino.
Dinuccius Ser Ghezzi de Bucino.
Michael Naldi de Gologuano.
Juſtus Verdis
Joannes dictus Speſia de S. Paolo.
Franciſcus Pollajuolus
Roſaldus Ser Artini
D. Gregorius Pifara
Gregorius, & Stephanus } Segnæ D. Branzalliæ
Cremonenſe.

Item quod Guidaccius Fratres, & nepotes D. Brandalliæ vigore præſentis pacis habeant communitatem de omnibus bonis patrimonialibus, quousque reintroducentur, & reintegrabuntur ad eorum ſtatum & honorem Civitatis Aretii pro duobus annis proxime futuris tantum, quibus transactis debeant reſpondere dicto Communi Aretii.

Item quod Castrum Castilionis Aretini regatur, & gubernetur, prout nunc regitur, & gubernatur.

Item quod omnes rebelles, exbanniti de dicto Castro Castilionis occasione præsentis Guerræ cancellentur ab omnibus bannis &c. dicti Castri, & Civitatis Aretii, Perusii & Civitatis Castelli, cum omnibus sequacibus, & adhærentibus, restituantur ad omnia bona sine aliqua solutione & onere, quæ tenebantur ante initium præsentis Guerræ, nomina quorum exbannitorum sunt hæc, videlicet:

Vichus Broccardini. Andruccius Ubertini.
Nicolaus Ser Marchi Ser Miniatus.
Ser Petri, Simon Magistri Philippi.
Ser Paulus, Ser Gori. Pierus Giuliani
Nicolaus Cicchi Justoli.
Corbellus Valentini.
Manettus Guiducci.
Giulius Vannis.

Item quod omnia bona existentia in dicto Castro Pertinentia ad Dominos de Petramala sequaces, et adhærentes dicti Domini Archiepiscopi tenta per eos tempore præsentis Guerræ restituantur eis, & eis uti, et gaudere possint, salvo si aliqua de dictis bonis inclusa essent in dicto Castro dicti Castri, quæ solvi debent per tenentes ea justo pretio, et hoc sine aliquo onere et solutione.

Item quod omnia banna, etc. facta a duobus annis citra contra d. Nicolaum, D. Bartoli, alias contra Nicolaum Dominæ Mateldæ Conte de Colcello, et Antonium Tivoli de Perusio cassentur, et restituantur ad omnia eorum bona salvo quod non possint ingredi Civitatem Perusii, vel ejus Comitatum, quod si ingrederentur, possint libere, & impune offendi, capi et detineri, quod si bona dicti Antonii essent alienata per Commune Perusii dare tantum æstimatur dictorum declarantur per duos homines, quod si infra mensem non essent concordes eligatur tertius cujus arbitrio stetur.

Item promisit Carolus Syndicus Communis Florentiæ, quod dictum Commune hinc ad octo menses curabit, quod Commune Perusii concedet licentiam dictis DD. Nicolao, et Antonio quod possint morari et stare prope dictam Civitatem pro 10. milliaria, et dictus Comes in territorio Clusii quod si Commune Florentiæ non procurabit, tunc possit sibi providere de sufficienti Provisione declaranda per Dominum Franciscum Gambacurtam.

Item quod dictus D. Archiepiscopus non se intromittet quoquomodo, auxiliando, vel favorem præstando, in acquirendo jurisdictione in Tuscia, in Ducatu Spoleti, excepto Patrimonio B. Petri posito in Tuscia requisiti a Pontifice Romano, quod debent per scripturam constare, et excepto, quod beneficia Ecclesiastica in dictis locis, et Partibus possint dictus Archiepiscopus, et alii acceptare, et si contra fiat, intelligatur Pax rupta.

Item quod dictus D. Archiepiscopus, et alii non se intromittent auxiliando, et favorem præstando, ita ut acquirant aliquam jurisdictionem in Civitatibus, Terris, Fortaliriis, quæ tenentur per Commune Florentiæ, Perusii, Senarum, etc. alias Pax intelligatur rupta et in Tuscia intelligantur esse, et in Comitatu, et Districtu dictarum Civitatum.

Item quod Communia Tusciæ non se intromittent in Civitate Bononiæ, Comitatu et Districtu, nec in Provincia Lombardiæ, et aliis Locis dicti Archiepisc. alias Pax intelligatur rupta, et in Tuscia intelligantur esse etiam in Comitatu, Districtu dictarum Civitatum.

Item quod Communia Tusciæ non se intromittent in Civitate Bononiæ, Comitatu et Districtu, nec in Provincia Lombardiæ, et aliis Locis dicti Archiepiscopi, alias pax intelligatur rupta.

Item si dictus D. Archiepiscopus, seu aliquis de domo sua offenderet Commune Pisarum, vel Lucæ, intelligatur pax præsens rupta inter dictum Archiepiscopum, et Communia Florentiæ, Perusii et Senarum, et ipsis Communibus liceat auxiliari Communibus Pisarum, et Lucæ contra dictum Archiepiscopum et sequaces, sit licitum ei auxilium præstare.

Item si communia Pisarum & Luccæ offenderentur, à Communibus Florentiæ, Perusii &c. possit dictus Archiepiscopus in hoc auxilium præstare.

Item si Communia Pisarum, & Lucæ offenderent adhærentes, & sequ. D. Archiepisc. liceat ipsi coram offendere, & adhærentes adjuvare contra dicta Communia.

Item si contingeret dicta Communia Pisarum & Lucæ offendi à Communibus Florentiæ, & Pisarum & Perusii, &c. liceat dicto D. Archiepiscopo eos juvare.

Modi quibus Commune Pisarum & Lucæ intelligi debent offendere dictum Archiepiscopum intelligantur, si dicta Communia Pisarum & Lucæ occuparent Locum, Castra, vel Fortalitias, dicti Archiepiscopi & si equitarent cum gente grossa, & hostili in dictis territoriis & Locis, et ejus sequacibus adhærentibus & subjectis damnum inferrent.

Modi quibus dictus Archiepiscopus intelligitur offendere Communia Pisarum & Lucæ sunt, si dictus D. Archiepiscopus offenderet ut supra in sudra dicto modo.

Item si quod aliud Commune non inclusum in præsenti Pace offenderet dictum D. Archiepiscopum liceat ipsi Archiepiscopo tale Commune offendere, & è contrario, si aliquis de Lombardia non inclusus in præsenti Pace, &c. & hoc non extendatur ad Commune Pisarum & Lucæ.

Item quod præsens Pax intelligatur rupta quando unus occuparet Loca alterius, id est D. Archiepiscopus Loca Civitatis Florentiæ, Perusii, &c. & Communia dicta Loca dicti D. Archiepiscopi.

Item quod omnes Terræ, Loca, Castra & Fortalitiæ, quæ tenentur per suprad. Communia apud eos remaneant pacifice, præsenti Pace durante, qua rupta, liceat unicuique uti jure suo, idem fiat per dictum D. Archiepiscopum.

Item quod omnes & singulæ represaliæ concessæ aliquibus de Locis dicti Domini Archiepiscopi seu sequacibus, & adhærentibus contra Commune Florentiæ, Perusii &c. represaliæ concessæ per Commune Florentiæ & contra dictum Archiepiscopum & sequaces & adhærentes sint nullæ & nullius Valoris.

Item

Digitized by Google

Item quod omnes exitii de Fabriano Civitate Firmanæ & Terræ Mattelicæ, qua tenentur per Dominum Alberghettum, & Fratres Gentilem, & Guidonem, & Corradum cancellentur, ab omnibus bannis & condemnationibus, & restituantur ad omnia eorum bona per eos possessa tempore eorum expulsionis & rebellionis, & reintroducantur in dictis Terris & Castris & Civitatibus exceptis suspectis nomini per ipsum D. Alberghettum vel ejus Fratres. Gentilem de Magliano, Conradum, & Guidonem de Mattelica, qui stare debent extra dictas Civitates, & eorum Districtus, & Comitatus & idem intelligatur, & sit de bannis, & condemnationibus omnium, & singulorum exitiorum Civitatum & Terrarum & Locorum infradictorum, videlicet:

Civitatis Camerini.
Terræ S. Genesii.
Terræ Tolentini.
Terræ Montis Milonis.
Terræ Monticuli.
Terræ Stafali.
Civitatis Macerætæ.
Terræ Montis Sancti.
Terræ Sancti Severini.
Terræ S. Anatoliæ.
Terræ Serræ Comitatus.
Terræ Curinalti.
Terræ Montis Novi.
Terræ Rocchæ Contratæ.

Et omnium aliarum Terrarum, Civitatum Castrorum Terrarum, Civitatum Castrorum, & aliorum Locorum quæ tenentur per infrascriptos videlicet:

D. Gentilem de Camerini.
D. Rudolphum, & alios ejus nepotes.
Guidaccium de S. Severino.
Filios. & consortes ejus.
Frede de Macerata, & ejus consortes.
Puccium de Monte S.
D. Bartholomæum. D. Pagnoni de Cinguio & ejus Consortes.
Filippuccium Tani de Exio, & ejus Consortes.
Filios D. Raimldi de Staffulo.

Omnes & singuli exitii Civitatis Firmanæ Terræ Fabriani, & Terræ Mattelicæ.

Adhærentes, Sequaces, & Complices Marchiæ Anconitanæ pro parte excelsi D. D.
Archiepiscopi, & D. Mediolani.
D. Alberghettus.
Joannes & Crescentius.
de Clavellis de Fabriano, & eorum descendentes & consortes Castri & Villæ, quæ per eos possidentur vel detinentur præsentialiter, homines eorumdem.

Gentilis de Magliano, & ejus descendentes & consortes Civitatis Terræ, Castra, & Villæ quæ per eum possidentur vel detinentur præsentialiter & singulares homines earundem.
D. Lomo S. Mariæ de Exio.
D. Borre ejus frater.

Cum eorum Filiis filiorum & Terræ, & Castra & Villæ quæ præsentialiter tenentur, possident & detinent singulares homines earumdem.

Omnes & singuli exitii & exbanniti infradictarum Civitatum, Terrarum & Castrorum & Villarum & Locorum, & omnium aliorum quæ possidentur per supradictos adhærentes pro Parte Communis Perusii.

Civitas Camerini.
Terra S. Genesii.
Terræ Tollentino.
Terræ Montis Milonis.
Terræ Monticuli.
Terræ Staffuli,
Civitas Maceratæ,
Terræ S. Anatoliæ.
Terræ Serræ Comitatus.
Terræ Currinaldi,
Terræ Montis novi.
Terræ Rocha Contratæ.
Terræ Montis S.
Terræ S. Severini.

Item quod omnes & singulæ cancellationes & abolitiones bannorum, condemnationum & & processuum criminalium, quæ fieri debent, vigore præsentis, quandocunque occurrerint faciendæ in Civitate Florentiæ fiant per Ser. Franciscum, Ser. Rossi de Florentia not.

In Civitate Perusii per Ser. Martinum Ceccoli de Perusio.

In Civitate Pistorii per Ser. Philippum D. Marchi de Tebaldis.

In Civitate Aretii per Ser. Naldum Naldi de Castro Focognano de Aretio.

In Civitate Castelli per Ser. Colam de Gottatis de Civitate Castelli.

Qui omnes vigore praesentis Pacis sint Notarii ad faciendas cancellationes in Civitate, in qua dictæ cancellationes fieri de quibuscunque libris, in quibus reperirentur scriptæ absque eorum vel alicujus eorum gravamine & onere, & quod quilibet, ad cujus custodiam essent libri, ubi scriptae sunt dictae condemnationes, & banna teneatur ostendere, & videre, & pati dictas cancellationes fieri.

Item quod omnes, & singuli exitii, & exbanniti dictarum Civitatum, Terrarum & Locorum, cantellentur & eximantur, & restituantur ad eorum bona vigore praesentis pacis.

Item quod omnibus Perusinis fiat restitutio bonorum positorum, & existentium in locis illorum, de Petramala, & aliorum adhærentium dicti Domini Archiepiscopi, & uti & frui possint, ante tempus praesentis Guerræ, & è contrario fiat adhaerentibus dicti D. Archiepiscopi.

Item quod cum Angelus filius Legerii Andrecii de Perusio ante invasionem, & occupationem Terrae Burgi S. Sepulchri in Civitate Perusii legitime & juridice extractus fuerit, de sacculo in potestatem dictae Terrae, & ad dictam Terram accedere intendens se praeparasset, & pro famulis & periculis omnes expensas fetisset, & ipsa Terra se dedisset Archiepiscopo, & ejus genti dictus Angelus ad dictam accedere non potuit, & per eum non stetit, & propterea dicatur dictum Angelum habuisse in Civitate Perusii represalias pro suo salario, quae In praesenti Pace sublatæ sunt, quod per Commune Burgi ex una, & dictum Angelum ex altera parte

te fiat compromissum in nobilem Virum D. Bartholomæum de Casalibus Dominum Cortonensem de jure & facto de dicto salario dicti Angeli, & dicta Terra Burgi relaxatur per dictum D. Archiepiscopum & quod Commune Burgi secundum Laudum solvat dicto Angelo, quod laudatum fuerit, quibus Burgensibus non solventur, liceat ei in Civitate Perusii, & aliis Terris sibi colligatis Burgenses, & eorum Bona prendere, & restare sine licentia alicujus officialis impune usque ad integram satisfactionem.

Item quod in praesentibus restitutionibus faciendis non veniant emendae aliorum damnorum hinc retro datorum occasione praesentis Guerrae, nec peti possint coram aliquo Officiali immobilia restituantur, mobilia vero ipsis ad quos spectant restituantur.

Item quod omnia onera realia & personalia imposita occasione praesentis Guerrae adhaerentibus dicti D. Archiepiscopi sint cassa, & quibus tallia imposita fuisset intelligantur absoluti, & è contrario in omnibus & per omnia in hominibus dictorum Communium.

Item ne aliqua possit dubitatio, qui sint adhaerentes & sequaces dictarum Partium stetur de eis dicto D. Francisci de Gambacurta, & caporales, & adhaerentes nominare infra quatuor menses à die publicationis praesentis Pacis.

Item declararunt criminaliter processus ubi venit poena applicandi Fisco in totum vel Partem.

Item declaraverunt criminaliter processus, ubi venit poena applicandi Fisco in totum vel Partem.

Item declaraverunt, quod infra unum mensem à die quo Terra Fortalitiæ Sambucæ & Sambuconis traditæ fuerint in manu dicti Communis amici debeant dirui Castra Montis Gemmolis, & Tigli per eos de quibus est in capitulis dispositum.

Item si forte de cætero dubitaretur, quibus actibus praesens Pax rupta intelligatur declaverunt his modis, & actibus ruptam intelligi.

Primo si dictus Dominus Archiepiscopus, vel ejus sequaces invaserint vel obsederint Civitatem, vel Locum Civitatis Florentiae, Perusii &c. & è Contrario si aliqua dictarum Civitatum occupaverit aliquem Locum, quem de praesenti teneat dictus Dominus Archiepiscopus.

Item si dictus Archiepiscopus tractaret sublevare, subvertere & movere statum, dictorum Communium, quem praesentialiter tenent, & e converso.

Item si dictus Archiepiscopus cum aliqua Civitatis Provincia, Principe vel Barone praeberet auxilia vel subsidia, quibus verisimiliter posset turbari praesens status dictorum Communium & è contrario.

Item si aliquis ex adhaerentibus dicti Archiepiscopi vel dictorum Communium aliquid committeret, per quod diceretur feciſſe contra formam praesentis Pacis.

Item quia non est conveniens pro quolibet minimo contento, seu intellecto in Instrumento praesentis Pacis non servato, possit dici Pacem esse ruptam, & ut tollatur omnis materia discordiæ, & querelæ, si quando per aliquem dictarum Partium diceretur Pacem esse ruptam stetur declarationi, & decisioni loci vel per dictum Locum.

Item declaraverunt enorme maleficium intelligi debere secundum formam status loci commissi delicti, ubi ponitur poena mortis, vel abscissionis membri & poena & publicatio bonorum & omne aliud de quo dictus Franciscus declaraverit infra unum mensem proxime futurum.

Item quod Martinus quondam Battaglieri della Spina Comit. Florentiae vel de Mugello plebis S. Laurentii parochiæ S. Martini de Planzano restituatur ad omnia bona vigore praesentis Pacis, quæ fuerunt dicti Battaglieri, non obstante aliqua condemnatione, sive aliquo gravamine, vel solutione, excepto, quod si mutatum fuisset à Communi Florentiæ, quia tunc dictus Martinus teneatur solvere ipsam quantitatem vel illi, qui super eis mutuavit.

Item quod Jacobus Laini de Pulcis tanquam adhaerens dicti D. Archiepiscopi vigore praesentis Pacis rebanniatur ab omnibus, & singulis poenis, condemnationibus &c. & restituatur ad omnia bona, quae tenebat, & possidebat tempore suae rebellionis & expulsionis.

Item quod idem modus & forma servetur in Civitate Bonon. in exactione Gabellarum, & datiorum de rebus & mercantiis Civium, & Comitatinorum Civitatis Florentiæ quae solita erat servari in anno 1348. & e contrario servetur in Civitate Florentiae de mercantiis Civium Civitatis Bononiae.

Item si in praedictis oriretur aliqua dubitatio circa contenta in praesenti instrumento corrigantur, & emendentur per duos eligendos a Partibus, unum ex parte D. Archiepiscopi & alium pro parte suprad. Communium, quibus non concordantibus stetur decisioni Francisci de Gambacurtis.

Item quod in Terra Castillionis Aretini per potestatem cancellentur Instrument. pub. promiss. factae per Ser. Monceptum Ser. Campi de dicta Terra florenorum centum penes quoscumque terrigenas dictae terrae factae de Anno 1351. de mense Octobris, & quoddam Instrumentum conservationis indemnitatis factae eidem Ser. Moncepto per Petrum Junctae de Cortonio, cum dicta Instrumenta sint simulata & facta pro relevatione & captura de dicto Petro tempore accessionis Domini Cortonen. ad Civitatem Aretii, & de eis non fiat aliqua executio, & si fuerit facta, cancelletur.

Item quod quidam nobiles de Spoleto, & Marchia Anconitana dati per dictum D. Archiepiscopum pro adhaerentibus, ut honor Sacrosanctae Romanae Ecclesiae servetur protestantur supradicti Syndici esse adhaerentes in quantum non redundet in praejudicium & Contemptum SSctae Romanae Ecclesiae.

Item quod infradicti adhaerentes Contuccii Filii de Venciolis condemnati, & banniti vigore praesentis Pacis rebanniantur, & cancellentur

Digitized by Google

tur absque aliqua solutione, & onere, quorum nomina sunt hæc;

Vannes Bonus de Coppolis.
Petrinus Felicionis.
Ser. Antonius.
Joannes Ceccoli.
Vannes dictus Margagliane
Joannes grassus
Megliolus
Dominicus &
Santuccius

Item quod dictus D. Archiepiscopus teneatur hinc ad tres menses ratificare præsentem Pacem per publicum Instrumentum, quæ facta censeatur esse facta per quaslibet Civitates, Communia & Loca, de quibus super fit mentio & idem fiat per supradicta Communia & hujusmodi ratificationes debeat dictus D. Archiepiscopus, & teneatur infra tres menses transmittere Florentiæ & præsentare eorum Dominis Prioribus & aliarum Civitatum. Hoc tamen pacto, quod si supradictæ partes infra terminum supradictum non ratificabunt præsentem Pacem, & adhærentes & Sequaces eorum non includantur inclusi præsenti Pace.

Quam Pacem & omnia singula in ea contenta predicti Syndici promiserunt rata habere & observare & adimplere sub poena 100. florenorum auri solven. Parti non contra facienti.

Item juraverunt in forma 1353. die 6. Aprilis hæc fuit instrumenta ratificata Paris factæ inter Commune Florentiæ ex una parte & Archiepiscopum Mediolani ex parte altera.

Comes Robertus quondam D. Comitis Simonis de Battifolle DEi gratia Comes Palatinus in Tuscia, & vice, & nomine Caroli & Francisci Fratrum ratificavit Pacem factam inter Rev. D. Archiepiscopum Mediolan. ex una, & Commune Florentiæ, Perusii &c. ex alia. Actum in Castro Prati veteris.

1353. Die 12. Aprilis Comes Guido quondam Comitis Ugonis de Battifolle ratificavit dictam Pacem ut supra &c. Actum in Castro Prati veteris.

1353. Die 26. Maii, Commune Vernii ratificavit dictam Pacem. Actum in Castro Vernii ubi recensentur homines dicti Communis.

1353. Die 12. Junii Commune S. Miniatis ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 6. Mai. Commune Pistorii ratificavit dictam Pacem tempore D. Massarii de Raffacanibus Civis Florentinus Communis, & populi Civitatis Pistorii hon. Capitanei.

1353. Die 15. Junii. Actum Florentiæ in populo S. Luciæ de Magnolis. Andreas quondam Philippozzi. Et Pindus quondam Andreæ q. D. Gualterotti de Bardis vice, & nomine Totti quondam dicti Philippozzi ratificaverunt dictam Pacem.

1353. Die 6. Junii. Commune S. Seminiani tempore Nobilis Viri Guidonis de Macchiavellis de Florentia hon. Capitani populi & custodiæ dictæ Terræ ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 20. Junii. Commune Vulterrarum ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 18. Junii. Actum Florentiæ in Palatio Populi & Communis Florentiæ.

Ven. Vir Dominus Melottus q. Giraldi de Casi Plebanus S. Petri de Vezano Comit. Bonon. ratificavit & approbavit dictam Pacem.

1353. Die 17. Junii. Actum in Castro Sagnæ in Ecclesia dicti loci. D. Bandinus q. Nerii D. Bargii Præpositus Civitatis Aretii. D. Biordus q. Franceschini, Bustaccius q. Biordi, Nicolaus & Bosus Fratres & filii quondam Guidonis Bargii, Nicolaus & Ubertinus Fratres, & fil. q. Nerii, D. Bargii, D. Ubertinus Philippus, & Guido Fratres, & Filii q. Francisci Guidonis omnes de domo Ubertinorum de Sogna Comitatus Aretii, Pierus Guglielmi, Georgius Gualterii & Gregorius Bandini suo nomine, & ut Procurator Joannis quondam Bettini Grossi ratificaverunt dictam Pacem.

1353. Die 28. Junii. Actum in Castro Asciani Dioc. Aret. Comit. Senen. Bosus de Ubertinis Episc. Aretinus ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 23. Maii Actum in Civitate Urbini.

D. Nolfus, Henricus & Feltranus Comites Montisferreti ratificaverunt dictam Pacem.

1353. Die 8. Aprilis Reverendissimus Dominus Joannes Archiepiscopus Mediolanen. & dictæ Civitatis Dominus generalis ratificavit dictam Pacem.

1353. Actum in Civitate Eugubii.

Nobiles Viri Chiarâvelle Piulelli & Ninus Guerresti de Claravallens. de Tuderto suo & sequacium & adhærentium nomine ratificant dictam Pacem.

1353. Die 18. Maji. Actum in Castro Burgi S. Sepulchri Miniatus Notarius olim Ser Petri gratiæ de Castellione Aretino ratificat dictam Pacem.

1353. Die 16. Maii. Nobiles viri Guglielmus & Rigozzus Fratres & fil. D. Rodolfi de Petra malâ ratificant dictam Pacem.

1353. Die 15. Maii. Actum in Civitate Cortonii. Andreuccius q. Ubertini, Vicus quondam Broccardini, Nicolaus Ser Marchi, Monettus Guidoccii Corbellus Valentini, Gilius Vannis, Angelus Ciacchii, Jacobus Ciacii, Fantinus Brocardini Joannes Naldi, & Valentinus Jannis Omnes de Castellione Aretino nomine suo, Sequacium & adhærentium ratificant dictam Pacem.

1353. Die 7. Maii. Nobilis Vir Ghinus q. Mutii D. Rigonis de Civitella, sive de Petriolo, & Uguccione ejus filius de consensu, & voluntate dicti sui patris ratificant dictam Pacem. Actum in Castro Civitellæ. Nobilis & honorabilis Vir Franciscus de Gambacurtis mediator & amicus inter Reverendiss. D. Archiepiscopum Mediolanen & suos sequaces & adhærentes ex una & Communia Florentiæ, Perusii, Senarum etc. ex alia ob Guerras, quæ retroactis temporibus inter dictas

Digitized by Google

dictas Partes viguerunt, in Pace celebrata apud Serzanam, in qua inter alia continetur dictum capitulum, quod sic incipit.

Item quod dictus Carlinus, & dictus Franciscus & uterque eorum & utriusque eorum consortes & cujuslibet eorum consortes, & cujuslibet eorum adhærentes & sequaces, de quibus supra in proximo præcedenti capitulo fit mentio, restituantur, & restituti sint, & esse intelligantur ad omnia, & singula eorum bona, etc. & sic finit Salvo quod de bonis dicti D. Carlini remaneat in dispositione discreti Viri Francisci de Gambacurtis de Pisis, & secundum ipsius Francisci dispositionem, & procedatur in restitutione bonorum ipsius D. Carlini volens suum observare, ut quæ in dicta Pace vicissim promissa fierent per ejus observantiam concupitum sortiantur effectum declaravit omnia bona dicti Carlini, & quæ ad ipsum pertinebant tempore expulsionis ipsius citra aliquo tempore, vigore dictæ, & pactorum in ea comprehensorum libere ipsi restituantur. Actum Pisis in Domo ipsius D. Francisci infrascripta sunt instrumenta ratificationis Pacis factæ inter Commune Florentiæ & ejus amicos, complices, & sequaces ex una & D. Archiepiscopum Mediolanens. ejus Amicos, sequaces, & adhærentes ex alia.

1353. Die 8. Maii. Actum in Burgo Balnei. Mag. & potentes viri D. Comites, Galeottus, & Riccardus Fratres, fil. quondam D. Guillelmi de Mutiliana Comites Palatini in Tuscia ratificant dictam Pacem.

1353. Die 14. Maii. Actum Florentiæ in Populo S. Jacobi Ultrarni D. Filippa. f. q. Lamberti de Frescobaldis, & Uxor olim Lippi Ammanati de Pistorio ut tutrix Antonii pupilli filii sui approbavit, & ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 26. Maii. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.

Daniellus Ruggerii de Soli ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 3. Junii. Actum in Mucello in populo S. Savini ad Cornocelicum, Bartholomæus olim Turrini populi S. Gavini ad Cornacchium ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 28. Maii. Actum in Civitate Imolæ.

Laurentius olim Joannis Zucii della Scarperia Comit. Florent. ratificavit dictam Pacem.

1353. Die 22. Maii. Actum Bononiæ.

Aldovandrus Lanfrancus Agnolus Fratres & fil. q. Bartoli Rugerii de Soli Cives Florentini ratificant dictam Pacem.

1353. Die 23. Junii. Actum Cortonæ. Guidaccius q.d. Brandagliæ de Civitate Arecii pro se & vice, & nomine Guernuccii & Martini fratrum suorum & aliorum ratificat dictam Pacem.

1353. Die 21. Junii. Actum Cortonii Magnificus & egregius D. Bartholomæus q. Rainerii de Casalibus Generalis Dominus Cortonen. pro se ipso, & vice, & nomine Communis Cortonii ratificat dictam Pacem.

1353. Die 17. Junii. Actum Cortonii Magnificus & egregius D. Bartholomæus q.D. Rainerii de Casalibus Dominus generalis pro se ipso & jure sibi competenti, & vice, & nomine Communis Civitatis Cortonii Jacobus q. Rainerii de Casalibus suo, & nomine Communis Cortonii ratificat dictam Pacem.

1353. Die 18. Junii. Actum in Comitatu infradictorum Comitum in Villa Castellionis Comites Neapoleone, Ludovicus, Odidirellus & Bernardinus Fratres, & fil. q. Comitis Alberti de Comitibus, Albertorum ratificant dictam Pacem.

1353. Die 10. Junii. Actum in Castro Castri Bruscoli.

Comes Joannes de Bruscolo de Comitibus Albertorum de Mangona Antonius de Albertis ejusd. ratificant dictam Pacem.

1353. Die 17. Junii. Actum Pisis. Jacobus Tutei & Guakerius vocatus Morellus, sive Morellinus de Guaferduccis de Pistorio ratificant dictam Pacem.

1353. Die 14. Junii. Actum in Montecarello.

Guillelmus q. Comitis Tancredi de S. Bonello Comes de Mutiliana adhærens Reverendissimi Archiepiscopi confirmat & ratificat dictam Pacem.

1353. Die 14. Junii. Actum in Montecarello.

Tanus q. Comitis Azzolini de Montecarello Comes de Mangona adhærens, & sequax Reverendissimi D. Archiepiscopi ratificat dictam Pacem.

1353. Die 13. Maii. Actum Bononiæ Gerardus q. Ugonis de Agolantibus de Florentia ratificat dictam Pacem.

1353. Die 11. Maii. Actum in populo plebis de Septimo Jacobus q. Gaini de Pulcis populi S. Petri Scheradii de Florentia ratificat dictam Pacem.

1353. Die 13. Maii. Actum in Platea Communis Bon.

Jacobus q. Zarinii Franciscus q. Maghinardi, Andreas q. Maghinardi, Matthæus dicti Francisci, Simon q. Leuccii omnes de Ghazzalotris de Prato ut sequaces Archiepiscopi ratificant dictam Pacem.

1353. Die 25 Junii. Actum Florentiæ in Ecclesia S. Mariæ Novellæ. Joannes q. Locchii de Foghino Comitatu Florentiæ ratificat dictam Pacem.

1353. Die 27. Junii. Actum in Turre Fraslini. Gojetta q. Cinigii de Ubaldinis pro se, & vice & nomine Antonii pro quo de rato. Drudettus Ludovicus vocatus Lancia, Nicolaus & Jacobus Fratres & fil. q. Nini de Ubaldinis ratificant dictam Pacem.

1353. Die 11. Aprilis. Actum Senis. Bindus q. Arrighi de Ricasolis ratificat dictam Pacem.

1353. Die 12. Aprilis. Actum in Castro Montis Castelli.

Nobiles viri Lapus, Ugo, Nicolaccius, & Arrigus Fratres, & fil. q. Arrighi de Ricasolis ratificant dictam Pacem.

1353. Die

1353. Die 29. Junii. Actum in Civitate Aretii. Ser Arrigus, Ser Lapi de Prato, tanquam adhærens Jacobi Zanini de Guazzalotris de Prato ratificat dictam Pacem.

1353. Die 29. Junii. Actum Florentiæ in Palatio Dominorum Priorum, & Vexilliferi Joannes q. Philippi de Guazzalotris de Prato ratificat dictam Pacem.

1353. Die 30. Junii. Actum in populo Sancti Donati de Montecchio.

Nobilis vir Franciscus Zucchiæ, & Franciscus Joannis Ghini de Ubaldinis ratificat dictam Pacem.

1353. Die 30. Maii. Actum Florentiæ in palatio populi Florentinorum. Gregorius q. D. Angeli de Prato ratificat dictam Pacem.

1353. Die 27. Maji. Actum Florentiæ in populo S. Stephani. D. Lapa q. Lapi de Sacchettis de Florentia & Uxor q. Leucii de Guazzalotris de Prato Tutrix, & mater Gemmæ & Andreæ Fratrum & filiorum dicti Leucii confirmat dimam Pacem.

1353. Die 28. Junii. Actum Florentiæ in populo S. Stephani. D. Lapa q. Lapi de Sacchettis de Florentia & uxor q. Leucii de Guazzalotris de Prato tutrix, & Mater Gemmæ, & Andreæ fratrum, & fil. dicti Leucii Andreæ de Guazzalotris de Prato, & hæres Francisci, & Bartholomæi Buosi de Guazzalotris confirmat dictam Pacem.

1353. Die 18. Junii. Actum in Burgo Viggiani.

Nobilis Vir Vannes de Susinana fil. q. Tani de Castello fil. q. Azzonis de Ubaldinis suo proprio nomine Scarpettæ Domini Petri Azzonis, Guasparæ & Thadæi suorum filiorum pro quo de rato & nomine egregiorum virorum, Gerii, Ghiselli, & Maghinardi fil. q. Ugolini Tani prædicti de Ubaldinis ratificant dictam Pacem.

1353. Die 20. Junii. Actum in Castro Susinanæ.

Scarpetta D. Pierus Azzo, Guasparre, & Thadæus fil. supradicti Vannis ratificans dictam Pacem.

1353. Die 25. Junii. Actum Pisis. Jacobus Cambini de Pistorio adhærens & sequ. Rev. D. Archiepiscopi Mediolani ratificat dictam Pacem.

1353. Die 21. Junii. Actum Mediolani in Curia D. Archiepiscopi.

Nobilis Caccernellus q. Ubaldini, & Andreas q. Ottaviani de Ubaldinis vice & nomine aliorum de Ubaldinis ratificant dictam Pacem.

1353. Die 18. Junii. Actum in Terra Vixani.

Gentile & Ugolinus de Goldaneriis de Florentia Fratres & fil. olim Simonis ratificant dictam Pacem. Nobilis Vir Plalla, fil. Francisci D. Ugolini de Ubaldinis, ratificat dictam Pacem.

1353. Die 19. Junii. Actum Florentiæ in populo S. Laurentii.

Daniellus fil. Roggerii q. Curradi de Soli ratificat dictam Pacem.

Sindicatus sive Procura Dominorum Guillelmi, & Protasii.

1353. Die Jovis Mensis Januarii. Mediolani.

Rev. D. Archiepiscopus Mediolani constituit, & ordinavit suos Sindicos, Actores & Factores egregios Milites D. Guillelmum Marchionem Pallavicinum, & Protasium de Caynis ad faciendam Pacem perpetuo duraturam cum Communi Florentiæ etc.

1353. Die 20. Febr. Actum Florentiæ in palatio populi Communis Florentiæ.

In Consilio Domini Potestatis de mandato nobilis, & potentis Militis D. Pauli de Bajanis de Urbe Civitatis, & Communis Florentiæ honorabilis Potestas constituitur Syndicus & Procurator providus Vir Carolus Strozzæ de Strozzis ad tractandam nomine ipsius populi Pacem cum D. Archiepiscopo Mediolan.

1353. Die 29. Decembris. Actum Perusii in Palatio Communis.

In Consilio majori constituitur Sindicus & Procurator dicti Communis Perusii ad firmandam Pacem cum D. Archiepiscopo Mediolani D. Bectus Andreucii Ninii Juris peritus, Legerium Nicoluccii Andreocti. & Bectolum Pori de Pelacanibus.

Actum Serezanæ Lucensis Diœcesis in Ecclesia majori S. Mariæ dictæ Terræ Anno Domini 1353. die 31. Martii secundum morem Civitatis Florentiæ.

Digitized by Google

XXXIIX.

Caroli IV. Roman. Imperat. Privilegium concessum Pisanis, ut bona in civitate vel districtu Pisano, propter crimen læsæ Majestatis jam confiscata, aut imposterum confiscanda, Communi Pisano cedant, d. d. 4. Id. Jun. An. 1355.

CAROLVS IV. Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bœmiæ Rex. Notum facimus tenore præsentium Universis, quod fidelium nobis dilectorum Antianorum, Consilii & Communitatis Civitatis nostræ Pisarum fidei, constantiam, gratiaque, & accepta plurium sinceræ fidelitatis obsequia, quibus ab ipsa ad partes Italiæ Nostræ Majestatis Ingressu eidem Majestatis gratos se multifarie reddiderunt, & inter varia, quæ in eadem Civitate emersere pericula, fideles & immobiles præstiterunt gratiosæ devotionis intuitum diligentius advertentes; Ipsisque proinde de benignitate solita gratiam volentes facere specialem. Universa, & singula bona illorum, qui nuper in necem nostram, & nostrorum tam nefarie, & tam perfide conspirarunt, ex condemnatione eorum ob hujusmodi crimen lesæ Majestatis sententialiter in dicta Civitate Pisana facta, Imperiali fisco nostro confiscata, & legitime applicata, nec non, & bona illorum omnium, qui detecti sunt, vel fuerint, in favorem perditorum ipsorum nephandis ausis contra Majestatem Nostram arma sumpsisse seu alio quomodolibet tantæ proditioni auxilio, vel consilio consensisse; quæ quidem bona per condemnationes contra tales, lege svadente fiendas prædicto fisco confiscari, & in posterum applicari contigerit, & quascunque condemnationes de prædictis, vel aliquo illorum fiendis, præfato Communi Pisarum damus, conferimus liberaliter, & donamus, plenam ipsi Communi, & liberam dantes tenore præsentium ex certa scientia potestatem bona prædicta omnia mobilia, & immobilia, confiscata usque & confiscanda, in quibuscunque locis comperta fuerint, & in quibuscunque rebus consistent, & condemnationes prædictas exigendi recipiendi, apprehendi, auctoritate propria, immo nostra, quam eis ad hoc concedimus in his scriptis, ac de ipsis commodum & utilitatem suam, & Civitatis Pisarum, suæque voluntatis beneplacitum libere disponendi præsentium sub Imperialis Majestatis Nostræ Sigillo testimonio literarum.

Datum Petræ Sanctæ Anno D. millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, Indictione VIII. quarto idus Junii Regnorum nostrorum IX. Imperii vero primo.

XXXIX.

Breve Gregorii P. P. XI. ad Commune Florentinum, quo ipsi amicitiam suam commendavit, d. d. Id. April. An. 1375.

Gregorius &c. dilectis filiis prioribus artium & vexillifero justitiæ, populo ac communi civitatis Florentinæ.

DUas literas vestras excusatorias de quibusdam siniſtris quæ nobis fuerant de vestra discretione relata solita benignitate recepimus, & sicut Pater optans audire innocentiam filiorum ipsarum literarum tenores sano suscepimus intellectu. Verum ne turbationem nostram sine causa aut subitam existimetis ad memoriam vestram reducimus per præsentes, quod jam longum est tempus elapsum (videlicet postquam vos de auxilio aut vigore colligationis, quam habebatis cum Romana Ecclesia, aut gratuito aut mutuo impendendo eidem Ecclesiæ contra suos & vestros hostes, qui statum vestrum & Tusciæ interdum Tractatibus, & interdum manifestis aggressibus, contra pacta vobiscum & cum aliis Tuscis inita, infidelibus moribus perturbarunt, tam per literas, quam per nuntios nostros sæpius, ut colligatos & filios, requisivimus confidenter; etiam (cum iidem hostes in nostro Bononiensi territorio, cædibus, rapinis & incendiis hostiliter insistebant) nonulli ex vobis, ut sæpius & a pluribus fuit assertum, fictas suspiciones, omnimoda veritate carentes, asseruerunt habere: dictamque Ecclesiam matrem vestram reliquistis in gravi bellorum discrimine inadjutam & per hoc indirecte aliorum Tuscorum auxilium subtraxistis. Non tamen sic egit erga vos dicta Ecclesia, quæ non obstantibus suis guerris, quas pro magna parte reliquit, vobis contra hostes eosdem vestris appropinquantes confinibus, quantum potuit, magnificum gentium armigerarum auxilium destinavit, vosque cum charissimo in Christo nostro filio Carolo Romanorum imperatore semper Augusto cum multa affectione & solicitudine concordavit, & pro vestris bono statu & libertate fecisset & faceret quicquid honeste valeret. Nuper vero de Tusciæ ac Lombardiæ, etiam Mediolani & aliis partibus nostro Apostolatui est a diversis fidelibus reseratum, quod vos, seu (ut agatur occultius) aliquæ singulares personæ vestrum, tractatum habebatis cum hosti-

Digitized by Google

hostibus prælibatis quod tamen vix credere poturimus, cum tam execrabilis excessus denigraret indelebiliter famam vestram, & vos a vestra devotione antiqua sine justa causa degeneralse probaret, ac effectos esse filios alienos.

Nos enim credimus, prout sæpe audivimus, quod populus vestræ civitatis sit devotus & purus erga ecclesiam prælibatam: & propterea iniquius agunt quidam, qui devotionem illius depravare perversis suggestionibus moliuntur. Dicitur enim quod quidam ex vobis palam & sæpius, sed temere & minus vere, protulerunt in populo, quod dicta ecclesia volebat terras Tusciæ occupare: cum hoc veritate careat, & tales ex his liquide reprobentur, videlicet, quod præfatus Imperator civitatem Lucanam & ejus districtum, dum eos possidebat, dedisset dictæ Ecclesiæ, si eos ipsa Ecclesia recipere voluisset: & illis quibus castrum Burgi sancti sepulchri ac Citonii & Cisternæ donaverat, concesserit, quod ea Ecclesiæ Romanæ possent vendere, si illa dicta Ecclesia emere vellet; sed eadem Ecclesia de his se intromittere noluit quomodo, nec castra imperii, quæ Perusini tenebant, voluit retinere: cum enim quis ab amore antiquo sejungitur, facile labitur in activa & passiva simultates & odia, ex quibus sæpissime mala gravissima subsequuntur.

Cæterum cum necdum Communitates civitatum Italiæ, sed potentes ac remoti Principes Christiani amorem & favorem dictæ sedis desiderent, & ex eis spiritualia & temporalia commoda subsequantur, vos ex devotione antiqua vestra, & quia viciniores estis terris dictæ Ecclesiæ, illos debetis, si judicio recto ducamini, ardentius effectare, & inde vos non elongare, quo appropinquare debetis: quia si perspicaciter advertatis, nullius dilectio vobis potest esse fidelior, nec potentia tutior, aut juvamen efficacius quam Ecclesiæ memoratæ, quæ nedum factis & sumptibus sed solis verbis & favoribus potest per divinam gratiam vos ab adversis multiplicibus præservare, & vestra commoda promovere. Datum Avin. id. Aprilis Anno V.

XL.

Breve Gregorii P. P. XI. invectivum contra Florentinos S. Roman. Ecclesiæ inobedientes, d. d. 15. Kal. Jun. An. 1376.

GREGORIUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei, dilecto filio &c.
Salutem & Apostolicam Benedictionem.

EXcessus gravissimos, quos iniquitatis Alumni, Cives & Populus Civitatis Florentinæ, tanquam in reprobum sensum dati a septem mensibus citra, contra Deum, & Romanam, & nonnullas alias Ecclesias, & libertatem Ecclesiasticam commiserunt prout non desiterunt committere diebus præteritis, pro certa parte, cum eos omnes nimis longum ac tædiosum foret scribere & audire, Nobilitati tuæ, ut de illis præfatæ compateretur Ecclesiæ, ac præstaret auxilium & favorem, per alias nostras literas duximus reserandos. Postmodum autem cum ipsos excessus requiremus, absque debiti appositione Remedii præterire, certos, graves processus, exigente justitia, contra eosdem Cives & Populum, eisque quomodolibet dantes auxilium Consilium, vel favorem, fecimus, licet eorum promerente malitia, digne potuissemus facere graviores quos in Romana Curia communi omnium Patria, & in diversis Regnis & Terris Fidelium publicari mandavimus, prout assidue publicantur. Cumque Processus ipsos ad Regnum Angliæ, in quo quamplures, ex eisdem Civibus immorari dicuntur, pro hujusmodi publicatione, ibidem facienda mittamus ad præsens, eamdem Nobilitatem rogamus obnixe, quatenus, ob reverentiam Dei, & dictæ Ecclesiæ, & nostram, in publicatione & executione dictorum processuum, tuum favorem velis efficaciter impertire.

Datum Avinioni, decimo quinto Calendas Junii, Pontificatus nostri anno sexto.

XLI.

Literæ Communitatis Florentinæ ad Carolum VI. Franciæ Regem de Britonum in Italia barbarie atque Cæsenæ direptione perpetrata scriptæ, d. d. An. 1377.

SEreniſſime atque Invictiſſime Princeps. Oportet nos sæpius pulsare vestræ Majestatis auditum & benignitatem ejusdem, maximis in tantum curis & ponderis occupatum negociis (tot quotidie inaudita pullulant) frequentioribus literis infestare. Sed apud quos calamitatis ruentis Italiæ conqueremur, nisi sublimitatem vestram, quæ posset unico verbo præbere tot vulneribus medicinam? Consuevimus, Humaniſſime Princeps, de cunctis occurrentibus apud Sedem Apostolicam lamentari; videbaturque nobis ad omnium

aures Principum deduxisse quicquid apud illam in vestro devotionis ardore verbo vel literis promebamus. Sed heu! Tantum valuit malignantium apud Sedem Apostolicam factio, tantumque præsidium Ecclesiæ obtinere potuit per Italiam iniqua perversitas, dum favoribus, ferro, fame, & proditionibus nostram quærunt opprimere libertatem, quod nos pro nostra defensione nonnisi in extremo periculo in ferrum surgere, compulerunt; sublatumque est nostræ devotioni antiquum illud refugium, in quo solo purissima nostrarum mentium intentio quiescat. Speramus tamen a Sanctissimo Patre nostro, Domino Summo Pontifice, ut fecit, applicante in suæ benignitatis gratia statum lacrymabilem istarum partium restaurari. Quod ut fieret, solemnes Oratores nostros in Romanam Curiam destinavimus & habemus, cum omni humilitate pro nobis & omnibus colligatis nostris pacem instantissime petituros. Sed heu in quanta rerum caligine versatur humana conditio! Dum tranquillitatem speramus, ecce turbatio: dum pacem quærimus, ecce subeunt bella ardentissima. Nec jam rerum humanarum vices, aut belli vastitatem seu sævitiam lamentamur; quotidie siquidem crescit colligatorum numerus; quotidie, respiciente benignitate Divina justitiam nostram, felicibus victoriis vires augentur & sacræ Ligæ conciliatione gloria cumulatur. Dolemus tamen, & lachrymabili mente conquerimur (omittamus, quanta Italiæ pars bellis ingruentibus annihiletur & ruat) quæ videmus adhuc sub Ecclesiæ devotione regi, immanitate præsidentium desolari. Ut cognoscat vestra sublimitas quali sumus in hoc nostræ defensionis bello moderatione versati, nunquam contra Terras Ecclesiæ movimus arma, numquam Dominationem nedum Civitatum & Provinciarum quæ nobis quotidie se offerunt, sed nec etiam unius minimi Castri, quod pertineret ad Ecclesiam, voluimus. Recipimus tamen in protectionem & societatem cunctos, qui se curaverunt in statum liberum vindicare. Ex quo adhuc nonnulli Populi, utpote nunquam bello tentati, quos facile poteramus armis subjicere, in obedientia Sanctæ Matris Ecclesiæ perstiterunt. Quibus quid prosit fides, quid constantia, quid continuata devotio, Vestra Celsitudo respiciat. Duplici quidem latronum manu statum suum temporale in Italia defendit Ecclesia. Hinc Anglica Societas, inde Britonum immanis & funesta congeries. Illis anno præterito pollentissima Civitas Faventiæ, nunc omnium circumstantium miseranda, sicut & Fanum (ut nostris literis Vestram Celsitudinem credimus accepisse) cessit in prædam. Isti autem nuper Civitatem Auximanam, & plura Oppida circumsistentia in partibus Marchiæ, a quibus amicabiliter accepti fuerunt, plusquam hostiliter occupaverunt, rapientes miserorum Populorum substantias, artiumque præsidia sub debitorum stipendiorum prætextu, & in sua privata custodia remanentes. Ex quo vacuantur Urbes Civibus, fiuntque apud nos & colligatos nostros profugi, qui sub Ecclesiæ dominatu præsumuntur esse devoti. Et quamvis Provinciarum Præsides hoc sibi displicere fingant, & præter eorum voluntatem simulent accidisse, nullum tamen remedium adhibetur. Sed quid levia & pœne toleranda recolimus? Asperiora restant, benignissime Princeps, & quæ nulla unquam barbaries attentavit. Est siquidem in misera Romandiola insignis Civitas nomine Cæsena, quæ cunctis opulentissima rebus, nobilem Portum habet in mari, & per terram tum potentia tum loci opportunitate latissime dominatur. Hunc populum & Civitatem non moverunt ultra debitum & supra possibilitatem extorta tributa, non præsidentium iniquitas, in quorum manibus justitia & sanguis omnium vendebatur, quorum avaritia, quicquid pretiosum erat apud subditos, ambiebat, & quorum crudelitas atque superbia debuit in desperationem nedum in rebellationem, omnem devotionem quantumcumque maximam contulisse: non circumstantiam populorum exempla, qui in dulcissimam libertatem quasi ab inferis emergebant; non veterum Dominorum persvasiones & amor moverunt equidem, quin vellet in devotione Sanctæ Matris Ecclesiæ permanere. Hæc sola Urbis in partibus Romandiolæ Reverendum Patrem Dominum Cardinalem Gebennensem, Apostolicæ Sedis Legatum cum omni exercitu Britonum reverenter accepit, benigne fovit, & lætissimis animis acceptavit. Hic Populus quum jam diu gens illa iniquissime immanis & exlex rapinam Urbis manifestissime moliretur, perstitisse contentus in puræ ac veræ obedientiæ terminis semper mansit. Nuper autem prima die instantis mensis principibus Britonum conquerentibus ante præfatum Dominum Cardinalem, quod carior vendebatur annona (forte etiam pro pecunia non poterant ad sufficientiam invenire) idem Dominus Cardinalis tot beneficiorum immemor licentiam præbuit, ut etiam gratis, undecumque possent, necessaria procurarent. Quibus verbis, quasi diripiendæ Urbis edicto, mox ad prædam Britones accinguntur. Quid faceret miser Populus? Quod ultimum erat, arma sumsit, & pro focis, familiis, Domibus, & fortunis suis potentis-

Digitized by Google

tentissime dimicat. Biduo continuo illi spe prædæ accensi, hi vero suorum defendendorum studio fortiter pugnant. Quumque Britonum manus parum proficeret, nec tam atroci incepto aliquis occurrere conaretur, vocantur ad consumptionem flagitii misera Faventia, & Anglica cohors. Quibus cum Britonibus congregatis, per opportunum locum ab eodem Domino Gebennensi præbito accessu, devotior an miserior Populus die demum tertia superatur, passimque per totam Civitatem pecorum more trucidantur, dumque fortiores in ultima despectione atrocissime conserunt, occidunt & occiduntur.

Horremus referre numerum mortuorum, quoniam non parcitur ætati, nec sexui, dum victores occisorum ulciscuntur injurias, dum quærunt, ne prædæ defensor remaneat. Tota Civitas cadaveribus & sanguine deturpatur. O pietas, o dolor, o semper defenda calamitas! O cunctis temporibus lachrymanda tam miserandæ cladis historia! Quis possit enumerare tantæ Civitatis & tanti Populi ruentis miserias? Scimus, (quod non sine horrore recolimus) maritos ab uxorum pectoribus tractos ad victimam, & uxores piis lacrymis super virorum corpora suum effundendo sanguinem moribundas occubuisse, nec non in maxima crudelitate pueros lactantes de parentum miserarum sinu cum furore detractos, aut gladio, aut membrorum laceratione, aut allisione ad parietes vel lapides, fractos genitorum in oculis occidisse. Quis crederet per prægnantium mulierum viscera plurimos immanitate barbarica ferrum crudeliter impegisse? Nec defuerunt, qui in tanta strage etiam suarum libidinum recordarentur. Nam plurimæ Matronæ & intactæ puellæ, quarum decor in tantis ærumnis non latuit, ab armatis victoribus raptæ, furorem venereum & cruentorum nutum satiaverunt. Inter quas, ut fama est, plurimæ sibi manum injicientes, tristi morte tantum dedecus vitaverunt. Nec credatur parva quantitas occisorum. Nam in pugna perit fortissimus quisque, & in fuga debiliores, & quibus velox agilitas non opitulabatur, miserabiliter occiderunt. Sed o ter quaterque beati, qui morte cruenta in hostia vitæ miserias effugerunt! Reliqui, qui inventis noctis beneficiis & sylvarum proximarum latebris evaserunt (fuit etenim in Solis occasu tantum facinus perpetratum) nudi, inopes, & etiam vulneribus aggravati, omnibus spoliati substantiis, a circumstantibus eleemosynas mendicabant. Viderunt inter spineta & vepres & dumos, mulieres gravidas tanto dolore perpetrato puerperio abortus miseros peperisse, sicuti si quis suo tempore ventris onere contingit exgravari; viderunt frigoris violentia & lectorum asperitate partus editos, & parturientes ipsas obriguisse, & post paucos exspirasse vagitus. Proh Deus optime! Cur non aperitur terra in suæ voraginis barathro, auctores tanti sceleris absorpturæ? Numquid hanc pœnam sibi datam Cesennenses eorum familiis meruerunt? Sed quid ista referimus? Volitat miser Populus per circumstantia loca in numero quasi ultra sexdecim millium in nuditate, luctu atque miseria, suæ devotionis & obedientiæ sero pœnitens, invidens ultra quinque millibus occisorum. Nec omittere volumus, quod secunda die tam infelicis & tam infesti certaminis, miseri Cæsennates eidem Domino Cardinali humiliter supplicaverunt, quod ad concordandum Populum cum Britonibus intendere dignaretur. Ipse etiam benignum præbens auditum, quinquaginta obsides pro pacis firmitate postulavit. Quibus confestim exhibitis, idem Dominus Cardinalis obsides restituit, sibi pure futuram esse pacem affirmans. Hos infeliciffimos Cives verbis optimis fuit hortatus. Qua spe delusi, mox die sequenti in tam horrendum excidium incauti, & nil tale verentes, miserabiliter inciderunt. Hic est Populorum obedientium Ecclesiæ infelix exitus. Hic est deflendus Italiæ status, quam dominandi vitio in rabiem verso, hi pro Ecclesia præsidentes destruunt & deformant. Scimus autem ab illis sub rebellionis velo, quam Populum illum feciſſe fingunt, hæc omnia palliari, quod nedum non verum, sed nec verisimile fore cognoscunt, qui de patriæ conditionibus sunt instructi. Quomodo enim potuissent hi miseri ad rebellionem cogitare, quum viderent Urbi suæ duo inexpugnabilium Arcium præsidia cum multis Britonis & aliarum gentium militibus imminere? Sed fingant illi quod volunt. Veritatis autem merita non mutabunt. Nec humanitatem Summi Pontificis accusamus, quum hæc & alia plurima, quæ tacemus, sibi cordialiter credimus displicere. Sed immense dolemus, adhuc tot & tam horribilibus nullum prorsus remedium ordinari. Nos autem, ut cœpimus, quæ sunt pacis cum justitia prosequemur. Et quoniam scimus Clementiæ vestræ hanc ruinam Italiæ displicere, Celsitudini vestræ humili cum reverentia & reverenti humilitate cotis affectibus supplicamus, quatenus dignetur vestra Majestas circa hunc pacis & reconciliationis actum operas favorabiles indulgere. Magna siquidem Principibus fovendæ pacis est juncta necessitas, quorum proprium est tanto plurium utilitati consulere, quanto majo-

majori contingit ipsos hominum numero præsidere. Nam sicuti privati creduntur ad privatorum commoda seniti, sic sunt Reges & Principes ad publicam utilitatem instituti. Datum Florentiæ XXI. mensis ---- MCCC LXXVII. sedente Gregorio Undecimo.

XLII.

Instrumentum Transactionis, quam nobiles de domibus Gaitanorum et Gualandorum etc. cum Communi Pisano, Pontis novi in Civitate Pisana aliarumque rerum huic a præfatis nobilibus donatarum causa stabiliverunt, d. d. 5. Kal. Mart. An. 1382.

IN Æterni DEI Nomine, Amen. Ex iis publicis Instrumentis sit omnibus manifestum, quod Nobiles, & discreti Viri D. Rainerius Miles quondam D. Petri Bugliæ Militis de Gualandis & Philippi quondam Puccii Sciarræ de Gaitanis de Pisis patroni una cum ceteris aliis Pontis novi Pisani pro se ipsis dicti patronatus nomine, & ipsi iidem dictus Raynorius & Philippus Sindici & procuratores legitimi aliorum patronorum ipsius pontis ad hæc ab eis specialiter constituti per cartas inde rogatas a me Bindo Clari Notario infrascripto Anno præsenti Indictione IV. sub infrascriptis datalibus & diebus videlicet septimo Kal. Junii, IX. Kal. Augusti Sindicatus, & procuratorio nomine pro dictis patronis, dicti Patronatus nomine, & omni alia via, jure, & modo, quibus melius poterunt pro evidenti utilitate, & commodo, salute, & bono statu dicti pontis novi, & ad hoc, & ut ipse pons pro honore Pisani Communis, & ipsorum patronorum, in suo debito, & toto statu manuteneri, & de cetero conservari valeat, & ne possit aliquid periculum generari, sed omnino cesset omnis ruinæ sinister, & periculosus eventus, per hanc cartam pure, simpliciter, & irrevocabiliter inter vivos, ita quod nulla causa ingratitudinis, vel aliqua alia presens donatio revocari possit, permissis tamen pactis, tenoribus & conditionibus infrascriptis & ipsis in præsenti donatione semper, & expresse salvis, & reservatis, donaverunt, & titulo donationis dederunt, cesserunt, & concesserunt, atque mandaverunt Magnif. & Potenti Milite D. Petro de Gambacurtis, Capitaneo Masnadarum Pisanæ Communis, & defensori Populi Civitatis Pisanæ atque comitatus fortiæ, & districtus, & prudentibus & discretis viris D. Guglielmo Sardo, & Filippacio Joannis Agliatæ, duobus ex quatuor Prioribus D. D. Anzianorum Pisani Populi a Præfato Dom. Petro Capitaneo ad hæc electis, & nominatis, habente ipso D. Petro Capitaneo de iis, & infrascriptis omnibus plenam, & liberam baliam, & omnimodam potestatem, & ipsi Dom. Petro Capitaneo, una cum duobus ex Prioribus D. D. Ancianorum Pisani Populi, qui pro tempore essent ad officium Antianatus, & ab eo ad hæc eligendis, & nominandis, datam, concessam, & attributam, a Communi Pisano ex forma Consilii, Senatus, & Credentiæ & aliorum ordinum Pisanæ Civitatis celebrati in Sala Palatii Pisani Populi Dominica Incarnationis Anno MCCCLXXXI. Indict. III. sexto Kal. Novembris, & ratificati per consilium Pisani Populi eadem die, & ipsa talia in iis utenti, & mihi Bindo Clari Notario infrascripto tanquam publicæ Personæ agenti, stipulanti, & recipienti pro Commune Pisanorum, & vice & nomine dictæ Communis & ipsi Communi Pisano, pontem novum sumptum, & petitum, unum terræ cum domo solariata uno solario, & solariolis cum claustro puteo, arancis, horto, pergula, & fructibus super se positam Pisis in Capella SS. Cosmæ, & Damiani, & tenet unum caput in carraria publica pontis novi, aliud caput in terra cum domo, & horto, hæredum Bertuli Burfarii, latus unum in via publica, aliud latus in terra cum domo, & horto hospitalis Misericordiæ, vel si qui alii seu aliter sint ejus confines, & apothecas, domos, possessiones, prædia Jura, & nomina actionum, & rationes, & bona quælibet mobilia, & stabilia, & semoventia dicti pontis & ad ipsum pontem spectantes, ei pertinentes & spectantia, & pertinentia cum omni jure, actione, ratione, proprietate, pertinentiis, & adjacentiis suis ipsius pontis, & bonorum ejus, exceptuatis, exclusis, & prædetractis de presenti donatione, & de bonis dicti pontis, quæ donantur loggis duabus, & territorio dicti pontis novi, super quo dictæ loggiæ sitæ, & constructæ, factæ, & ædificatæ sunt, una videlicet per supradictos nobiles de domo Gaitanorum, quæ est posita in Capella S. Donati in capite dicti pontis novi, & in capite dicti quarterii pontis versus levantem secus arnum super gitto fluminis arni, tenens caput unum in via publica secus arnum coram domo ipsorum nobilium Gaitanorum vocata Verga d'oro, aliud caput in flumine arni, latus unum in supradicto ponte, aliud latus in logia dicti pontis sita coram domo ipsorum nobilium Gaitanorum vocata la Lanfreduccia, puteo mediante, & altera per supradictos nobiles de domo Gualandorum, quæ est posita in Capella SS. Cosmæ, & Damiani, ex latere quarterii Kinf. versus Orientem tenens caput unum in via publica secus Arnum coram Domo dicti D. Rainerii, quondam Joannis Germanorum militum quond. D. Petri Bugliæ & de domo hæredum dicti Jacobi Rossi de Gualandis, aliud caput in flumine arni partim, & partim in apotheca dicti pontis novi sita super dicto ponte quam conducit Antonius Mihanii spatarius, latus unum super dicto ponte, aliud latus juxta scalas, per quas descenditur in flumen arni, vel si qui alii, seu aliter sint eorum vel alicujus earum confines. Quæ logiæ & territorium, super quæ sitæ, & ædificatæ sunt in presenti donatione esse, vel venire minime intelligantur, sed ipsis nobilibus de domo Gaitanorum, & Gualandorum, & apud eos, ut prædicitur & eorum hæredes & prohæredes ex eis in perpetuum legitime descendentes remaneant, & remanere intelligantur, & debeant, & eas, & id pro se & eorum hæredibus, & prohæredibus ex eis in perpetuum legitime descendentibus reservaverunt, expresse & etiam exceptuatis, & exclusis, & prædetractis in presenti donatione petio uno terræ cum domo, seu logia, & banco super se positum in Capella S. Nicolai in capite pontis novi cooperta embricib. quod conducit Joan. Jacobi Falconis, in quo morabatur Benedictus quond. Vannis Falconis, quod tenet unum caput in via publica, sive platea aliud caput

caput in Apotheca dicti pontis, quam conducit Julianus quond. Puccii corregiarius latus unum in via publica, per quam itur ſupra dicto ponte, & aliud latus in infraſcripta proximo petio terræ, & petio uno terræ cum domo, ſive logia poſitum in ſupradicta Capella S. Nicolai juxta ſupradictum proximum petium terræ, & tenet unum caput in ſupradicta via ſeu platea publica, aliud Caput in Arno, latus unum in ſupradicto proprio petio terræ cum banco, aliud latus in petio terræ cum domo ſeu logia dicti pontis, quod conducit nella pizzicaria, cum omnibus juribus eorum, in quibus Philippus de Gaytanis quond. Jacobi voc. Puccii Sciarræ meruit notitiam aſſignationibus, & adjudicationis jure dominii ad intus con hora: ſumptum Pontonarium, & patronatus ipſius pontis, per ſententiam latam in Curia Arbitrorum Piſanæ Civitatis ad DD. Rainerio Zampante, & Stephano Brudonenſe publicis Judicibus & Arbitris dictam Curiam rogatam, & ſcriptam in actis dictæ Curiæ a Bartolomeo Notario filio Martini Spezzalaſte, tunc Notario & ſcriba publico dictæ Curiæ Dom. In carnat. Anno MCCCLXXIII. Ind. XI. tert. Id. Januar. quæ duo petia terræ cum domibus ſeu logiis in præſente donatione eſſe, vel venire minime intelligantur, ſed ea, & omnia jura ſibi Philippo competentia, & ſpectantia ex forma dictæ cartæ, notitiæ, ſententiæ, in ſupradictis petiis terræ tamen Idem Philippus pro ſe, & ſuis hæredibus retinuit, & reſervavit expreſſe inſuper D. D. Rainerius, & Philippus Patoni prædicti pro ſe ipſis, & ipſi iidem DD. Rainerius, & Philippus Sindici & procuratores prædicti ſindicatus, & procuratorio nomine pro aliis patronis dicti Pontis, præmiſſis ſemper, & ſalvis pactis, & conditionibus infraſcriptis, donaverunt, tradiderunt, dederunt, ceſſerunt, conceſſerunt, atque mandaverunt D. Petro Capitaneo noſtro, & D. Guglielmo Sardo & Philippo Joanne Agliatæ, Prioribus ſupraſcriptis, & mihi Bindo Notario infraſcripto, ut ſ. agendo, & ſtipulando, & recipiendo pro Communi Piſano & vice & nomine Piſani Communis, & ipſi Communi Piſarum omnia jura, & nomina, omnesque actiones, & rationes tam utiles quam directas, reales, perſonales, & mixtas, & quaslibet alias ipſas D. Raynerio, & Philippo patronis prædictis, & aliis patronis dicti pontis novi dicti Patronatus nomine, & cuique eorum in dictis rebus donatis, & traditis, & omnia earum pertinentia & Jura in ipſis rebus competentes, & competentia quocunque modo vel jure. Et - - - D. Petro Capitaneo ſupradicto & D. Giridoni Sardo, & Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis, & mihi Bindo Notario infraſcripto ut ſ. agendo, & recipiendo pro Communi Piſano, & vice & nomine Piſani Communis eorum, & Communis Piſani auctoritate per prim. ingredi poſſint, & tenere dictarum rerum donatarum, & quæ eas deinceps Communi Piſano ſuo nomine, jure proprio poſſideat, & ſe nominatis ſupradictis, & ſupraſcriptos patronos pro ipſo Communi Piſano de cetero ipſas res Jura, & nomina, actiones & rationes poſſidere conſtituerunt, ut iis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis D. Petrus Capitaneus & D. Gulielmus Sardus, & Philippus Agliatæ Priores ſupradicti pro Communi Piſano & vice & nomine Piſani Communis & ipſum Commune Piſanum & cui & quibus dictum Commune Piſanum dederit, vel habere devenerit, de cætero eorum decreto, & utili nomine agere, & excipere, & experiri & ſe ad dictas res donatas tueri & conſequi valeat, & poſſit contra omnem perſonam, & locum faciendo dictorum nomine eos vice et nomine Piſani Communis et ipſum Commune Piſanum per - - - in iis ut in rem ſuam propriam. Patronum eos dicto nomine et Communi Piſani in locum ſuum et per ſtipulationem ſolemnem ſupraſcriptus D. Raynerius et Philippus patroni ſupraſcripti pro ſe ipſius et iis iidem D. Raynerius et Philippus Sindici, et Priores præſenti ſindicatus, et procuratorio nomine pro aliis perſonis ſupradictis convenerunt D. Petro Capitaneo ſupraſcripto et D. Guidone Sardo, et Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis et M. Bindo Notario, tanquam publicæ perſonæ agendo ſtipulando et recipiendo, pro Communi Piſano et vice et nomine Piſani Communis et ipſi Communi Piſano ſupradictam donationem, et omnia et ſingula ſupraſcripta perpetuo firmam, ratam et firma, et rata habere tenere inviolabiliter obſervare, et haberi, et teneri facere, et contra non facere, vel venire per ſe vel per alium, nullo unquam tempore aliquo modo, vel jure ad pœnam dupli ejus, de quo contra ageretur, vel fuerit ſtipulatio præmiſſa obligando ſe, et eorum hæredes, et bona, et dicti Sindicatus et procuratorio nomine, patronos D. dicti pontis novi et eorum hæredes. et bona ipſi D. Petro Capitaneo, et D. Guidoni Sardo et Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis et M. Bindo Notario infraſcripto ſtipulanti, et recipienti pro Communi Piſano, et vice, et nomine Piſani Communis et ipſi Communi Piſano, et renunciaverunt omni Juri eis dictis nominibus, et aliis patronis dicti pontis competentis, et competituro communi prædicta, et quodlibet prædictorum. Hæc - - - pacta in principio, medio atque fine hujus contractus, et ante ipſum et in toto ipſo contractu expreſſe habita, et appoſita ſunt, et inter præfatum D. Petrum Capitaneum, et D. Guidonem Sardum et Philippum Agliatæ, Prioris Communis Piſani et vice et nomine Piſani Communis et ipſum Commune Piſanum ex una parte et ſupraſcriptos D. D. Rainerium et Philippium patronos ſupraſcriptos pro ſe ipſis, et ipſos eosdem D. Rainerium, et Philippum Sindicos et priores ſupraſcriptos, Syndicatus et priori nomine pro aliis patronis dicti pontis novi ex altera parte, pacta inita, contracta, compoſita, et ordinata videlicet quod patroni ſupraſcripti pontis novi Viri Nobiles de domo Gaytanorum, et de domo Gualandorum, et homines de domo Lanfreducciorum, et de domo Bocciorum et Ninus Tigli de Vpezzing. et ex eis in perpetuum legitime deſcendentes maſculini ſexus tam illi Viri qui per formam capitulorum ſtatutorum, et ordinamentorum dicti Pontis conſueverunt eſſe, et eſſe poſſunt, patroni dicti pontis novi, intelligantur eſſe, et ſint ſimiliter de cætero patroni dicti pontis novi et quod Jus nomen, auctoritas, et dignitas dicti patronatus ad eos ſemper ſpectet, et pertineat, expectare, ac pertinere intelligatur, et debeat pleno jure in omnibus et per omnia, ac ſi præſcripta donatio facta non foret, et quod Pontonarii dicti pontis novi, quoties electio de eo fieri contigerit, eligatur, et

Digitized by Google

bere rogaverunt. Actum Pisis in via publica ante loggiam dictorum Gualandorum positam in Capella S. Cosmæ præsentibus Francisco Borromei Fabro, Raynerio D. Jacobi Rossi de Gualandis, & Taddeo Puccii ferrovecchio de cappella S. Laurentii Kinf. testibus ad hæc rogatis supradictis Anno, Indict, & die.

In Dei N. Amen D. Nicolaus quond. Franc, Miles de supradicto domo Nobilium Gualandorum patronus supradicti pontis novi visa per eum, & diligenter considerata supradicta electione per suprascriptos nobiles consortes suos de Ser. Enrico Malacalsta suprascripto in Pontonarium supradicti pontis novi & de Bindo Clari Notario supras. in Notarium & scribam publicum suprascripti pontis, & pontonarii s. in ipsam electionem, & omnia & singula supradicta, dicti patronatus nomine, & omni via, Jure modo, & forma, quibus melius fieri potest confirmat, ratificat, & approbat, & suum consensum, assensum, & voluntatem præstitit, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc in cartam scribere rogavit. Actum Pisis in domo suprascript. Nicolai positam in stam Capellam SS. Cosmæ, & Damiani præsentibus Raynerio D. Jac. de Rossi suprascrip. & Pennello Brunetti de dicta Capella S.S. Cosmæ & Domiani, testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict. & die.

In D. N. Amen. Bondus quond: Lepide de domo Lanfreducciorum de Pisis patronus cum consortibus suis de domo præfat & cum cæteris aliis patronis supradicti pontis novi Pisanæ Civitatis, dicti patronatus nomine, & omni alia via Jure & modo quibus melius fieri potest eamdem & similem Electionem fecit de Ser. Enrico Malacalsa Sto. in Pontonarium supradicti pontis novi & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium, & scribam publicum Sti Pontonarii, & pontis novi suprascr. in omni & per omnia ut in suprascripta proxima electione per omnia, & singula continetur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc inde chartam conscribere rogavit. Actum Pisis in via publica ante Ecclesiam S. Salvatoris portæ auræ, præsentibus Jac. D. Gani Chiccus de Lanfranchis, & Nino D. Jacobi Buzzacherini de sismundis testibus ad hæc rogatis subscriptis Anno Indict. & die.

In N.D. Amen. D. Nicolaus Jurisperitus quond. Lapi de Lanfreduccii de supradicta Domo Lanfreducciorum patronus dicti pontis novi dictorum patronatus nomine, & omni alia via Jure & modo, quibus melius fieri potest, eamdem & similem Electionem fecit de Ser. Enrico Malacalsa in pontonarium suprascripti pontis novi, & de Bindo Clari Notario supradicto in notarium, & scribam publicum dicti pontis & pontonarii supradicti in omnibus, & per omnia ut in suprascripta electione continetur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit. Actum Pisis in via publica ante domum habitationis dicti D. Niccolai positam in Cappella S. Blasii de Catenis præsentibus Bernardo Nuti, & Franc. Paganelli aitanis ambobus de suprascripta Capella testibus ad hæc rogatis Anno Ind. & die.

In Dei Nomine Amen. Gaspar. q. Ser. Joan. Zoppi & Antonius quond. Oddonis Zoppi de supradicta Domo Lanfreducciorum patroni dicti pontis novi, dicti patronatus nomine, & omnia alia via, Jure, modo, & forma, quibus melius fieri potest, eamdem & similem electionem fecerunt de Ser Henrico supradicto in Pontonarium suprascripti pontis novi, & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium & scribam publicum præscripti Pontonariatus & pontis prædicti in omnibus & per omnia ut in supradictam proximam electionem per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum rogaverunt, ut publicum conficeret instrumentum. Actum Pisis, in suprascripto loco presentibus Benedicto Polmerii Balistrario de cappella S. Nicolai & Joanne Jacobi Falconis de supra dicta cappella, testibus ad hæc rogatis, supradictis Anno, Indict. & die.

In N. D. Amen. Joannes & Nicolaus Germani quond. S. Bartolomei Zoppi de supradicta domo Lanfreducciot, patroni suprascripti pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure modo, & forma quibus melius fieri potest, eamdem, & similem electionem fecerunt de Ser Henrico præscripto in pontonarium præscripti pontis, & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum dicti Pontonariatus, & pontis novi suprascripti in omnibus prout in suprascripta electione per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc in cartam scribere rogaverunt. Actum Pisis in banco suprascriptorum Germanorum positam in Cappella S. Sebastiani Kinf. præsentibus Andrea D. Laurentii Mattajonis de Gætanis, & Banagiunta Jo. de Septimo de Cappella S. Nicolai, testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict. & die.

In Dei Nom. Amen. Marianus quond. Oddonis Zoppi de suprascripta Domo Lanfreducciorum patronatus suprascripti pontis novi, dicti patronatus nomine, & omni alia via, jure & modo quibus melius fieri potest similem & eamdem electionem fecit de dicto Henrico suprascripto in pontonarium suprascripti pontis & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum suprascripti pontonarii, & pontis, in omnibus & per omnia prout in suprascripta electione plenius continetur, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit, Actum Pisis in via publica ante domum suæ habitationis positam in Cappella S. Blasii de catenis præsentibus Paganello quond. Dati Aitanis de suprascripta Capella & Bernardo Bindi Astarii dictæ cappellæ S. Martini de petra testibus ad hæc rogatis suprascriptis anno, Indict. & die.

In Dei Nomine Amen. Ninus quond. Tigli de Domo Nobilium Uppezzingorum de Pisano Patronatus dicti pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure, modo & forma quibus melius fieri potest, eamdem & similem electionem de S. Heinrico suprascripto in Pontonarium suprascripti pontis, & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium & scribam publicum dicti pontis & suprascripti pontonarii in

omni-

Digitized by Google

omnibus & per omnia ut est per ordinem denotatum, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit. Actum Pisis ad bancum Philippi Sciarræ positum in cappella S. Donati sub Domo Nobilium Gaitanorum vocata Vergardoro præsentibus Jacobo D. Joannis Cucini de Capella S. Luciæ de ricucho, & Rainerio D. Jacobi de Peccioli de Cappella S. Laurentii in pelliparia testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict, & die.

In Dei Nomine. Amen. Alexander quond. Gaddi Bocchii de domo Bocciorum de Pisanis una cum aliis de Domo sua, & consortibus suis patronus supradicti Pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure & modo, quibus melius fieri potest, eandem & similem electionem fecit de Ser Henrico Malacalsa suprascripto in pontonarium suprascripti pontis novi & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum ipsius pontonarii & pontis prædicti, in omnibus & per omnia ut in supradictis, electione per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc enim cartam scribere rogavit. Actum Pisis in Apotheca de cantone Turris de Gaddubi positam in Cappella S. Donati præsentibus Raynerio Jacobi Astaij de Cappella S. Simonis portæ maris & Presbiterio Raynerio Nini Rectore Ecclesiæ S. Viti testibus ad hæc rogatis, Anno, Indict. & die dicto.

In æterni Dei Nomine. Amen. Nos Bartolottus de Vico, Pierus de Albizi de Vico Juris professor, Bartolomeus Pucisnele, Benenatus Cechi Cinquini Cinus Ser Joannis de Vecchiano, Petrus Nerij Petri, Bartolomeus Bindachi, Tomasius Pecchia, Cholus Notarius de Campo Puccinus Speronarius, & Anton. Cechi de Marti Vinariùs, Antiani Pisani Populi omni jure auctoritate, balia, via & modo quibus melius possumus, & valemus pro Communi & Populo Pisano & vice & Nomine Pisani Communis, & Populi, Christi & gloriosæ Mariæ Virginis Matris ejus nominibus invocatis, volentes adimplere, & observare pacta nuper inita, composita, & declarata inter Commune Pisanum ex una parte, & Nobiles de domo Gaitanorum Gvalandorum, Bocciorum Lanfreducciorum, & Ninum Tigli de Vppezzingis Patronos Pontis Pisanæ Civitatis ex alia parte in, & super electione Pontonarij Pontis supradicti, & aliis omnibus & singulis comprehensis, in donatione facta Communi Pisano, de dicto ponte novo a subscriptis patronis de qua donatione & pactis plene constat per cartam rogatam & scriptam in actis cancellariæ majoris Pisani Communis a Simone Notario & scriba publico Instanti anno, & Indict. præsentibus, quinto Kal. Martij et visa a nobis electione Pontonarij Pontis novi per suprascriptos patronos, ad quos Jus eligendi Pontonarium dicti pontis pleno jure noscitur pertinere, facta de Henrico Vanni Malacalsa Cive Pisano, nuper electo pontonario dicti pontis novi in termino incipiendi a Kal. Martij præsentis, et duraturo ad beneplacitum suprascriptorum Patronorum ad salarium et cum salario librarum centum denariorum Pisanorum per annum solvendo sibi de bonis et introitibus dicti pontis, seu de Camera Pisani Communis, et cum officio, et aliis consvetis, ut de dicta electione constat cartis publicis manu ipsius Gvelfi Notarij olim Ser. Niccolai Clari Civis Pisani scriptis anno, et indict. præsentibus quarto Kal. Martij ipsum Henricum pontonarium suprascriptum electum ut supra in suprascripto termino cum suprascripto salario confirmamus in omnibus, et per omnia ut in ejus electione satius continetur. Actum Pisis in Palatio residen. DD. Antianorum Pisani Populi V. ad . . . . . ubi prædicti DD. Antiani audientiam tenent præsentibus S. Jacobo Notario olim Ser. Vannis de Appiano Cancellario DD. Antianorum Pisani Populi et Ser Joanne Notario olim D. Jacobi de Peccioli Cancellarij majoris Pis. Communis testibus ad hæc rogatis suprascriptis, anno, et Indict. nonis martij.

Qui Heinricus Pontonarius nuper electus e suprascriptis patronis et confirmatus a suprascriptis DD. Anzianis pro Communi Pisano Juravit etc. dictum ejus officium etc. et pro quo satisdedit in Cancellaria majori anno Indict. et die prædictis.

In Æterni Dei Nomine. Amen. Nos Antiani prædicti, omni jure auctoritate, et balia, via, et modo quibus melius possumus, et valemus pro Communi et populo Pisano, et Vice et nomine Pisani Communis, Christi & Gloriosæ Mariæ Virginis matris ejus Nominibus invocatis visa electione facta, per suprascriptos Patronos de Ser Bindo Clari Notario quond. Ser. Niccolai Clari Civis Pisano electo Notario, & Scriba publico Pontonarij suprascripti & suprascripti pontis novi in termino suprascripto cum suprascripto salario librarum duodecim denariorum Pisanæ monetæ, per annum solvendi sibi ut supra cum officio & aliis consvetis ut de dicta electione constat in Instrumentis rogatis, & scriptis manu suprascripti Gvelfi Notarij supradicto die ad quos patronos electio, & jus eligendi Notarium dicti Pontis ex forma dictorum pactorum pertinet pleno jure ipsum Ser. Bindum in Notarium & pro Notario dicti Pontonarij in termino supradicto cum supradicto salario confirmamus, in omnibus & per omnia ut in ejus electione continetur. Actum Pisis in suprascripto loco præsentibus suprascriptis testibus ad hæc rogatis suprascriptis anno Indict. & die.

Qui Ser Bindus Notarius nuper electus Notarius supradicti Pontis novi a supradictis patronis & confirmatus a supradictis Anzianis Pro Communi Pisano dictum ejus officium juravit, & pro quo satisdedit in Cancellaria majori Pisani Communis supradictis. Annó Indict. & die.

Ego Bindus Clari quond. Nicolai Clari Notarij Civis Pisani Imperiali auctoritate Notarius prædictæ cartæ donationis suprascriptæ per suprascriptos Patronos de suprascripto Ponte novo & ejus bonis Communi Pisano factæ, & pactorum in ea donatorum, interfui & eam rogatus scribere scripsi, & firmavi & in hanc publicam formam redegi, & suprascriptas cartas electionum suprascriptorum per ipsos patronos de suprascripto pontonario & Notario dicti pontis rogatus

Digitized by Google

gatus a Gvelfo Clari Notario quond. Nicolai Clari Notarij Civis Piſani prout in ejus actis inveni, id a ejus parabola, & mandato ſcripſi, firmavi & in hanc publicam formam redegi, & ſupraſcriptas cartas confirmationum ſupraſcriptarum per præfatos DD. Antianos de ſupradictis Pontonario, & Notario pontis novi ſupraſcripto rogatus & ſcriptus a Simone Notario quond. S. Angeli Notarij de Monteſoſcoli Cive Piſano, Notario & ſcriba publico Cancellariæ majoris Piſani Communis prout in actis dictæ Cancellariæ contineri inveni, ita ſic ſcripſi & firmari & in hanc publicam formam redegi.

XLIII.

Benedicti P. P. XII. literæ ad Commune Senenſe exhortatoriæ, ut unionem atque pacem S. R. E. quovis modo promovere contendant, d. d. Id. Jun. An. 1402.

Dilectis filiis Prioribus Artium, & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum.

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Prioribus Artium & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Propter nonnulla in quibusdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpabilibus nos incantant, conſiderato præſertim, quod cum Angelo dicto Corario qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpe tentatos labores, non ſine perſonarum jactura, aliquem effectum ad bonum finem Eccleſiaſticæ unitatis obtinere nequivimus: de Venerabilium Fratrum noſtrorum conſilio, & frequenti eorum inſtantia pulſati, deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes iſtas, & nos cum noſtro Collegio reponere in ſecuro. Ut igitur ſciatis Eccleſiæ negotia qualiter remanent, pro præſenti elicere poteritis ex tenore libere, quam ſcribimus Angelo ſub hac forma.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei Angelo dicto Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit nominari Gregorium, pacis, & unionis affectum pariter & effectum. Si te veritatem profiteri non pigeat, præſertim cum ſit notorium, celare non poteris ea, quæ nobis tuis literis intimando etiam divulgaſti per orbem, ut ex utriusque ceſſione pax daretur Eccleſiæ, ac quod ſcriptis tuis per nos ad hanc ceſſionis viam offerendo, dato reſponſo, & de conventione in Civitate Saonæ pro executione oblatorum hinc inde ſecuta concordi, convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibusdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias a te datas, poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti caritas & fervor compaſſionis Animarum, bona fide ſimpliciter incedentes, non absque noſtri & noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura, nos per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo detinuiſti, cauteloſa per verba, & quod referimus diſplicenter, denegatis multis etiam nonnullis per te oblatis, quæ ad executionem concordatorum, ad unionem perficiendam erant quam plurimum utilia & opportuna: de ulteriori tecum tractatu ſuper hujusmodi unione proſequenda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, prorogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, a tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem ſilentio libenter tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequens noſtra hæc inſtantia repulſam, propter quædam in nonnullis partibus quibusdam inſtigantibus innovata absque perſonali noſtro & noſtrorum periculo, in his partibus moram trahere non valentes, cum apud te, ut clare cernitur, proficere non poſſemus, nolentes Deum tentare imminente periculo, ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro Collegio valeamus hoc perturbationis tempore reponere in ſecuro: de Fratrum noſtrorum conſilio eorumque inſtantia pulſati, decrevimus declinare. Sed ne videremur, ſicut nec intendimus, quacunque advertitate intercedente hujusmodi proſequutionem unionis dimittere ſic neglectam, de dictorum Fratrum conſilio deliberavimus, nuncios noſtros plena poteſtate ſuffultos, qui, ſi velles ad cor reverti poſſent ad effectum oblatorum procedere efficaciter in agendis, hic dimittere, impedientibus tamen Ambaſciatoribus Filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris in iis partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius obtineri non potuit. Quid autem ulterius ſuper hac re ſimus Deo auxiliante facturi, intendimus breviter univerſis Chriſti fidelibus intimare. Tu vero, o homo, ſi ſcintilla compaſſionis Animarum in te viget, quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, & ad ea ad quæ obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſponas, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra Animum militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus, & contumaciam tuam, ſi bene egeris, in memoriam non tenentes. Deum enim invocamus in Judicem, & geſtorum notorietatem in Teſtem, quod per nos non ſtetit, ſtat aut ſtabit, quin vera unio in Dei Eccleſia celeriter habeatur. Datum apud Portam Veneris

Januen-

Digitized by Google

Januensis Diœcesis Idibus Junii Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

Quamobrem devotionem vestram certam reddentes, quod ubicunque nos manere contigerit, a ferventi prosecutione dictæ unionis desistere non intendimus, sed illam Deo præstante totis conatibus prosequi, vos precibus exhortamur, quatenus consideratis præmissis velitis illa quæ possent pacis Ecclesiæ afferre profectum, ubi proficere posse videritis, effectualiter promovere, & casu occurrente vestris fructuosis auxiliis adjuvare, ut inde, vobis cum laudis humanæ præconio præmium æternæ retributionis accrescat. Datum apud Portum Veneris Januensis Diœcesis Id. Junii. Pontificatus nostri Anno Quarto decimo.

XLIV.

Bulla Gregorii P. P. XII. Senense studium generale confirmantis laureamque conferendi potestatem concedentis, d. d. Non. Maji An. 1407.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ Sedis specula licet immeriti constituti, ad ea libenter intendimus ut quæ per seculares Principes locis, in quibus studia vigere posse concessa sunt, illibata serventur, & ut Studentes in Studiis ipsis consuetudines bonas observent, privilegiis potioribus gaudeant, & provecti cum rigore examinis ad altiora ascendant, partes nostræ sollicitudinis adhibemus. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi Civitatis Senarum, nec non Officialium super generali studio dictæ Civitatis deputatorum petitio continebat: Quod olim clare memoriæ Karolus Quartus Romanorum Imperator Communitati ejusdem Civitatis concessit, quod in dicta civitate vigeret Studium generale in Jure Canonico & Civili, & Medicinis, Philosophia, Logica, Rhetorica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, sola Theologia dumtaxat excepta, prout in authenticis literis ejusdem Imperatoris Sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Priorum, Gubernatorum, Capitanei & Officialium prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut privilegium hujusmodi auctoritate Apostolica confirmare, nec non quod in civitate prædicta in omnibus facultatibus supradictis, ac etiam in eadem Theologia auctoritate Apostolica vigeat, de cetero Studium generale concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad Civitatem eamdem gerentes singularis dilectionis affectum hujusmodi supplicationibus inclinati, ac prædictum privilegium confirmantes prædicta auctoritate concedimus, quod de cetero in eadem Civitate in omnibus facultatibus antedictis, ac etiam in Theologia prædicta vigeat Studium generale. Volentes quod in eodem Studio omnes bonæ consuetudines & rigorosæ examinationes, quæ servantur in Bononiensi & Parisiensi Studiis pariter observentur, quodque illi, qui in eadem Theologia Magesterii, & in aliis facultatibus Doctoratus gradus recipient, singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus & indultis gaudeant seu etiam potiantur. Constituimus insuper & tenore præsentium facimus & etiam deputamus Venerabilem Fratrem nostrum Antonium Episcopum Senensem, ac Successores suos Cancellarium Studii prælibati, prout etiam Imperiali auctoritate constitutus est, seu etiam ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, concessionis, constitutionis, deputationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lucæ Nonis Maji, Pontificatus nostri Anno Secundo.

XLV.

Instrumentum publicum de oblatione & traditione equi curserii, nomine Communitatis Florentinæ, pro Civitate Pisana factis Johanni le Meingre, dicto Boucicault, Locumtenenti Caroli VI. Francorum Regis, in recognitionem devotionis & fidei, d. d. 6. Octobr. An. 1407. una cum plenis mandatis atque epistola Communis Florentiæ ad hoc negotium pertinentibus.

In Nomine Domini Amen.

CUm vigore cujusdam promissionis factæ per Egregios & Nobiles Viros, Dominos Bartholomæum de Populechio Legum Doctorem, Ginum Nerii de Caponibus, & certos alios eorum Collegas, Cives Florentinos, Syndicos & Syndicario nomine Magnifici Communis Florentiæ, Illustri & Magnifico Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicault, Marescallo Franciæ, Locum tenenti Regis, & Januensium Gubernatori, pro Serenissimo Rege Francorum, dictum Commune Florentiæ teneatur dare dicto Serenissimo Domino Regi Francorum sive ejus Locumtenenti, aut Mandatario Januæ existenti, unum pulchrum Equum Curserium sive dextarium, quolibet anno pro Civitate Pisarum, & ejus Territorio, duntaxat in recognitionem devotionis & fidei dicto Serenissimo Regi, sicut in Instrumento super hoc & aliis facto & confecto 1405. die 28. mensis Augusti per Serpetrum Angelicionis Notarium Florentinum & Lazarum de Manesazchis Notarium Januensem seriosius continetur; Vir Nobilis Scander Ligii de Quaratensibus, Civis Florentinus, Syndicus, ut asserit, ad hæc specialiter constitutus, & Syndicario nomine dicti Magnifici Communis Florentiæ, & ejus vice & nomine, de cujus Mandato & Syndicatu apparere asserit, publico Instrumento scripto manu Pauli Ulcebenis Notarii Florentini, hoc præsenti anno, die vigesimo quarto Septembris, traditis prius per eum dicto Illu-

Illustri Domino Locumtenenti Litteris clausis & sigillatis eidem Domino Locumtenenti directis per Magnificos Dominos Priores Artium & Vexilliferum Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ, quarum tenor talis est:

Illustri & Magnifico Domino, Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicault Marescallo Franciæ, Locumtenenti Regio & Januæ Gubernatori, Fratri, Amico nostro charissimo.

Illustris & Magnifice Domine, Frater & Amice charissime, quoniam ab his qui nostræ Reipublicæ Gubernacula tenuerunt, diligentissime semper observatum fuit ut fidem omniaque, quæ publica auctoritate promissa essent, integerrime servarent, nos qui singulari cura hanc servandæ fidei virtutem a Majoribus nostris acceptam sequi studemus, cum recordemus, quod inter fœdera, quæ in concessione Civitatis Pisanæ nobis facto vobiscum percussimus, illud inest: ut quotannis gloriosissimo Francorum Regi aut cuicunque ejus vicem gerenti Januæ, vel alibi equum insignem præstaremus, statuimus illud exequi, ad quod faciendum nos adstrinximus; Quapropter per nostrum Reipublicæ Syndicum equum præstantem forma, ad Magnitudinem vestram, ut ad Regium Locumtenentem, mittimus ut hoc devotionis & fidei, quam pro concessione Pisarum adversus invictissimum Francorum Regem gerere debemus, semperque, dum nobis permittetur, habebimus, testimonium sit manifestissimum.

Datum Florentiæ die vigesimo sexto Septembris 1406. Indictione prima: Priores Artium & Vexillifer Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ dedit pro primo præsenti anno dicto Illustri Domino Domino Joanni, tanquam Locumtenti Regio, in executione dictæ promissionis, unum pulchrum equum curserium pili leardi rotati sicut per dictos Magnificos Dominos Priores Artium & Vexilliferum Justitiæ mandatum eidem Andreæ fuisse asserit per Litteras dicto Illustri Domino Locumtenenti exhibitas & ostensas per ipsum Andream continentiæ subsequentis.

Nobilibus Viris Sandro Ligii de Quaratensibus in Civitate Januæ Civibus nostris, charissimi Priores Artium & Vexillifer Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ dilectissimi nostri.

Per che per la concessione a noi fatta, della citta Pisa del Re di Franza a noi, siamo obligati dar ogni anno al ditto Re, o a suo Commissario overo Luogho tenente uno Corsiero o vero destriero, per tanto habbiamo eletti nostri Syndichi a representare il ditto Cavallo tutti visi en le, & ognuno di noi in tutto, & per tanto vogliamo, & commandiamo che voi representiati il ditto Cavallo cosei in vice & nome del Comune in quello modo & in quella forma che vedera pagolo del volta & quale mandiamo costa proprio per questa facienda. Datum Florentiæ, die vigesimo sexto Septembris 1407. Indictione prima.

Dictus vero Illustris Dominus Regius Locumtenens dicens quod de recipiendo aut refutando, & non recipiendo Equum ipse communicationem non habeat a dicto Serenissimo Rege Francorum, dictum Equum nomine Regio tamen recepit, sub protestatione, quod si dictus Serenissimus Rex Francorum declarabit dictam Equi receptionem non esse sibi gratam vel acceptam, aut ipsam refutabit, tunc & eo casu dicta Equi receptio per Dominum Locumtenentem, nomine Regio, ut præmittitur, facta pro non facta & nulla habeatur, & dicto casu adveniente, promisit Dominus, Dominus Locumtenens, dicto Sandro præsenti, & Syndicario nomine recipienti, dictum Equum restituere dicto Communi Florentiæ, dicens, quod dictum Equum bene gubernari & nutriri faciet, donec super dicto facto voluntatem sciverit ejusdem Serenissimi Domini Regis, cui facturus est notitiam de prædictis, de quibus omnibus dictus Illustris Dominus Locumtenens & Sander rogaverunt & mandaverunt per nos Julianum Panicarium Notarium & Communis Januæ Cancellarium & Paulum Voltebonis, Notarium Florentinum & utrumque nostrum in solidum fieri præsens publicum Instrumentum in testimonium veritatis. Actum Januæ in platea Palatii Communis Januæ residentiæ Domini Locumtenentis Regii anno Dominicæ Nativitatis 1407. Indictione 15. secundum cursum Januæ & anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1407. Indictione prima secundum morem Florentinorum, die sexta Octobris, hora tertiarum, præsentibus Testibus Reverendis in Christo Patribus, Dominis Petro Meldensi, Petro Cameracensi, Guillelmo Embroicensi Episcopis, Legatis & Consiliariis dicti Serenissimi Domini Regis, Dominis Roberto de Milli, & Hugone Choleti, Militibusque Francigenis, Domino Antonio Justiniano Milite Januensi, Domino Hugone de Grimaldis Legum Doctore, Johanne Centurione quondam Roffi & Cosma Tarigo Civibus Januæ ad hæc vocatis & rogatis.

Julianus Panicarius Imperiali auctoritate Notarius, & Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & rogatus una cum dicto Paulo Notario de eis præsens publicum Instrumentum composui quod per alium feci extrahi aliis occupatus.

XLVI.

Apologia Gregorii P. P. XII. ad Commune Florentinum missa, qua Florentinos in suas partes trahere, vel saltem objectum sibi perjurium refellere annisus est, d. d. 4. Id. Mart. An. 1409.

Gregorius, &c. dilectis filiis nobilibus viris prioribus artium, & vexillifero justitiæ populi & communis Florentiæ salutem etc.

OMnis catholicus, & fidei Christianæ zelator quantum teneatur pro fide Christi, & sacra unionis dulcedine laborare, nec debet nec potest, si sanæ mentis existat, nullatenus ignorare, cum, & fidei documenta exhibeant, & ipsa natura unitatis amorem in cunctis animantibus etiam repræsentet, proinde cum nunc de re ipsa literas patentes, dilectissimi filii, habuerimus per

Digitized by Google

per manus unius, qui se vestrum dixit esse cursorem, sub vestri prioratus officii nomine vestrorum prædecessorum tempore datis, licet eorum gesta, & scripta in hac materia potuissent, & debuissent, prout vos ipsos nosse putamus, non ita in honesta transire, attamen placide accepimus, & libenter ac ipsarum contenta perspeximus diligenter, cum nil vere gratius possit nostro præsentari conspectui, quam de re ipsa tractari cum modis & mediis per quæ possit non infici, sed perfici, sicut optavimus semper, & cupimus tota mente. Et ut sic firmiter videatis, nulla recognoscentes erronea à dilectis filiis comunitate vestra catholica, sed a quibusdam civibus minus quam debita commotione deductis, quos in meliorem spiritum reducat Altissimus, & desiderantes ut prædiximus exitum bonum fieri, non tardabimus ultra ea, quæ oratores nostri, quos nunc aqud vos debetis habere, exposuisse amodo debuerunt, etiam præsentibus respondere. Et ut præfaturam literarum continentiæ uberius satisfiat, ad ea quæ tangunt particulariter descendemus. Dicunt siquidem in primordio neminem esse debere, qui non habeat ad Dei ecclesiam, sublato pestifero schismate, uniendam intendere, & quærere ejus pacem, & cum divina bonitate non sitis inferius membrum ipsius, nulla in re debere vos enixe magis, atque diligentiori cura laborare indicatis, quam dare pro viribus operam tantæ rei. Contentamur certe & lætamur, quod nec infimi sitis sed potentes pariter, & fideles noscamini, & juvetis ut compleatur hoc sanctum Dei desiderium, atque nostrum licite tamen & congrue, prout convenit, & aliter quam fuerint prædecessores ipsi vestri, qui ad multa indecentia devenerunt; & si tot legationum cives, quot apud nos, & Petrum de Luna transmisisse dicunt, pro re ista non profuerint, dolemus cordetenus & affligimur: sed noscit Deus & homines viderunt, tam ex vestris, quam aliis, qui adfuerunt, qui volunt veritati hærere, quod per nos nunquam defuit, nec remansit: & si tot sciverunt florenorum millia, quot proveniisse scribunt de vestrorum finium beneficiis ad hæc trahi, benescitis vos, & ipsi, qui sic scribunt, quod multo plura fuere, quæ sub illo nomine pro vestra republica remanserunt. si illa modica voluimus, & quæ habuimus esse conversa pro urbis tuitione, quam non potuimus propterea defensare, neglectis etiam indigentiis propriis quas portavimus pro tractatus unionis prosecutione, quam facimus tam ferventer, omissis omnibus cum prostratione personæ, quam & in æstatis ardore & in hyemis glacie omni submisimus periculo & jacturæ, deferentes propria, & cum evidentia personalis discriminis non semel, sed pluries per aliena viatoris more vagantes, & incassum hujusque malignorum operante versutia, quam novistis.

Nil valuisse dicunt exhortationes & preces, & oblationes factas nobis de Pisana, Florentina, & aliis civitatibus & oppidis vestris, etc. Exhortationes ipsas equidem atque preces admisimus, & habuimus gratas singulariter & benigne, & quantum in nobis fuit, valuere continue, & valerent semper in omnibus possibilibus & honestis: sed quæ de vestrarum civitatum oblationibus tangunt, quomodo fuerint, ut alii intelligant, expedit aperire: cum enim de provincia nostri patrimonii discessimus, & in Tusciam declinavimus, non volentibus jam corruptis nostris, qui tunc erant, Cardinalibus per viam Lombardiæ, ut deliberaveramus, transire & appropinquare Saonam pro re ista sancta perficienda, si potuissemus, ad vos misimus & quæsivimus instantissime Florentiam, vel in alia ex vestris terris, nobis magis grata & facto accommoda receptari, dispositi ex tunc cum Altissimi gratia protectioni communitatis vestræ principalibus inhærere: & responsum fuit, non posse, nec velle, si pars adversa non veniret: & nos ut veniret institimus totis viribus, eaque recusante, non valuimus habere. Perreximus Lucam, & cum gentibus vestris & per terras Vestras fidenter & domestice, quantum scitis; & dum Lucæ essemus vestra semper loca quæsivimus, & ut pars adversa conveniret nobiscum in Pisis fecimus posse nostrum, dumque essemus in strictiori tractatu, adversarii ipsi pararunt insidias contra urbem & contra personam nostram etiam conspirarunt, ut sic aliquos ex ipsis tunc Cardinalibus nostris, contra nos etiam ad invicem conspirantibus, subtraxerint à nobis, qui contra præcepta nostra Pisas perrexerant, ut nostis, per aliquos ex vestris ducti, qui sub unionis colore talibus intendebant, ut tamen credimus, præter & contra mentem communitatis vestræ. Fecerunt autem sic, quod, ubi nos cum nostris minimum locum ex vestris non potuimus habere, ipsi conspiratores & fugientes a nobis Pisas obtinuerunt, & cum parte adversariorum nostrorum in ea postea se junxerunt: quantum igitur ista conformia fuerint oblationibus, quas tam amplas factas inquiunt & sinceras, quantum bonæ charitati convenerint, qualeque præparatorium fuerit unioni, quod à divisione & scandalis inchoassent, prudentia vestra judicet. Sed his missis, quæ vitia non fuere erroris vestræ universitati, ut credimus, per antea tunc non nota.

Veniamus ad alia literæ ipsæ dictant, ubi ajunt scriptum esse, non qui perseveraverit salvum esse & ob id suum habuisse consilium à doctoribus & jurisperitis, & timentibus Deum, synodum spectare ad illos, qui olim Cardinales fuere, & alios à jam diu pro schismaticis & hæreticis condemnatos, & pro illa Pisas concesisse eisdem: Respondeant, qui talia scribunt, & qui tunc in vestris magistratibus præfuerunt, qui fuere doctores, & qui isti fuere periti, & timentes Deum. Fuerunt perditionis filii, illi olim Aquileiensis, & alter, qui appellatur de Tureio, & Balthassar Cossa, qui Antonium de Butrio, & Petrum de Ancharano doctores suo jugo submissos metu præmiserat contra suam conscientiam auctorantes, qui Antonius, quæ dixerat & scripserat, revocavit in mortis articulo, ut fideliter nobis constat. Fuerunt & illi olim Mediolanensis & Ravennas, qui seducti sunt, & secuti Baldassarem præfatum tanquam mali caput. Fueruntne isti consultores, qui contra Christum Domini

Digitized by Google

convenerunt, in unum in civitate vestra Florentiæ, de mense augusti proxime præteriti, dum pro conciliabulo ipso, quod synodum vocant, Pisas obtinuerunt, pro sacro generali concilio per nos indicto die secunda Julii præcedentis ad festum proximum Pentecostes, si potuissent, impediendo non verentes in tempore, ut in aliis, falso uti, fingentes præfatum conciliabolum XV. Maji posuisse celebrandum in Pisis, cum dicti loci concesfionem, ut dictum & manifestum est, circa finem dicti mensis Augusti tantummodo obtinuerint, quam utinam non habuissent; & modo forsan res esset meliori unionis dispositioni propiuqua. Quare cum ab ambasfiatoribus nostris, qui tunc Florentiæ erant, quorum unus adfuit inter alios, vir singularis & doctor eximius dilectus filius noster Petrus Mauroceno tunc notarius noster, & modo suis meritis diaconus Cardinalis, clare ostenderetur eis omni ex jure contrarium, exaudire noluerunt? quare & cives vestri proprii doctores & magistri tam religiosi quam sæculares, in opinione æquisfima cum nostris oratoribus concurrentes, recusati fuere? Quare præclara concilia vestri populi vestrique communis noluerint admittere, dum negarunt præstare assensum, magnum cognoscentes errorem tam de conciliabolo ipso, quam de concesfione civitatis Pisanæ, ut sic illos tunc præsides vestros oportuerit pro sua & præfatorum malignitate fovenda ad vias pergere indirectas, & (prout apud nos notorium esse constat) civitatem ipsam concesserunt eisdem per viam baliæ Pisanæ ad hæc totaliter impertinentis, nisi forsan pertinens facta fuerit, prout fertur, pro observatione & executione promissionum, quæ de subtrahenda obedientia nostra facta fuisse dicuntur, quando cum gubernatore Januæ fuit conventum de habendo dominio civitatis Pisanæ? Multa autem cum præfatis civibus vestris in ipsa concesfione civitatis Pisanæ conciliabuli offerta, minus quam licite interventa, nolumus aperire; quæ tamen communitati vestræ non credimus fore ignota. Non fuit hæc perseveratio bona. Longe præstantior & Deo acceptior extitisset peccati accelerata correctio.

Dicunt post hæc ad nos misisse, ut ad præfatum conciliabulum assentiremus accedere: quod quantum absurdum fuerit atque sit, judicet ipse Deus, & vestrarum conscientiarum maturitas velit justo judicio intueri, postquam ipsi agnoscere noluerunt, cum evidentisfimis rationibus monstraretur omni jure omnique æquitate improbum & detestabile illud esse: sed esse debebat, quod postea tempore suorum in officio successorum, qui viri modestisfimi fuere, ad preces & instantias charisfimi in Christo filii nostri Regis Hungariæ illustris & dilectorum filiorum ducis & communitatis Venetiarum, & subsecutione Caroli de Malatestis annuerimus loca mutari, & in uno loco communi libero, & securo esse cum eis, ut sic ex utraque parte fieret sacrum generale concilium: quod licet in auribus vestræ communitatis, ut fertur, consonum videretur, illi tamen reprobi renuerunt, in sui conciliabuli obstinatione damnabiliter persistentes, quamobrem dicunt ipsi vestro in officio præcedentes, per literas eorum prædictas exhortatos à multis obedientiam nobis tollere, postquam non volebamus nostra juramenta vota, & promissa servare, nec aliquorum partes audire, & ob id convocasse prælatos, magistros & doctores, religiosos & alios sanctos viros degentes in locis suæ ditioni subjectis, & cum eorum consilio obedientiam subtraxisse; prius tamen ad nos misso uno egregio & peritissimo domino Stephano Bonacursi oratore suo, & in nihilo proficiente, & cum conditione subtractionem ipsam fuisse, quod non ante sextum & vigesimum diem præsentis mensis Martii locum habeat; declarasse quoque quod si infra hoc tempus volumus ad præfatum conciliabolum accedere, nosque libere & sponte determinationi illius conciliabuli submittere, atque quod determinationi præfatæ stare nos obligabimus, vel si decreverimus infra præfatum XXVI. diem per nos vel legitimum procuratorem nostrum cum pleno & irrevocabili mandato ad prædicta renuntiare papatui in manibus præfatorum damnatorum Pisis existentium, quos Cardinales appellant, aut alterius cujuscumque speciale mandatum ad prædicta habentis ab eis, tunc in illis casibus subtractio ipsa proinde sit habenda, ac si non facta esset, ad prædicta nos orantes & obsecrantes cum oblatione salvi conductus pro nobis & societate honesta ad dictum conciliabulum accedendi, & hæc est summa ad contextum scriptionis illorum vestrorum in officio præcessorum.

Ah Pater omnipotens, unde tuis creaturis, quas de nihilo facis, præsumtio talis & tanta est, quod in sedem tuam sanctam, quam pro ipsis conservandis, & salvandis constituisti in terris, non timeant insurgere tam proterve? unde est quod calumnias & fallacias faciant ante te, qui omnia præsentia habes? Unde quod non erubescant tuæ majestatis thronum, in sæculo isto tam dulciter institutum, impellere & velle ducere velut monstrum? Parce, parce eis misericorditer, & ignosce, oramus suppliciter, & succurre, ne pereat grex tuus, pro quo tu mortis patibulum toleraſti. Et vos, filii dilectissimi, ab intimis cordis penetralibus exhortamur, ut facies vestras vertatis in cœlum, corda vestra figatis in Domino nec vestrorum prædictorum in officio prædecessorum vestigia imitemini, qui dicunt convocasse concilium ad subtrahendum obedientiam apostolicæ potestatis pro damnatorum obstinatione tuenda, quam debuissent, & deberent reprimere penitus, & opprimere.

Præsupponunt nos nolle juramenta, vota, & promissa nostra servare, falsum totaliter affirmantes, cum & vota, & jurata, & promissa semper voluerimus & velimus, & in futurum continue intendamus integraliter observare, & mortem potius subire vellemus, quam desistere ab eisdem. Laudes Altissimo, qui hanc firmitatis gratiam nobis indulget; & firmum hoc teneatis & tenere possunt, qui verum diligunt, non ut illi, qui ajunt de suo dominio convocasse concilium, & saltem solum de sua ditione vocassent, ut prætendunt. Sed ut alii sciant, qui a longe distant,

cum

Digitized by Google

cum vobis, qui vidistis, dicere non sit opus, quare & de Bononia nobis subjecta, sed occupata tyrannide per principaliorem unionis hostem & pacis Balthassarem præfatum convocarunt generales illos Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum, ac sequaces ipsorum privatos & justo Dei judicio, tam per processus nostros, quam aliorum prædecessorum nostrorum summorum Pontificum condemnatos propter conspirationes & conjurationes, ac sacrilegia contra nos commissa per eos? quare & alios quoscumque & undecumque potuerunt habere nobis infestos & rebelles? quare & illos reprobos Aquileiensem, & de Turcio, & Mediolanensem fecerunt præsides in concilio, & dilectum filium nostrum Lucam civem vestrum ibidem existentem presbyterum Cardinalem, & Apostolicæ sedis legatum noluerunt admittere sicut prius receperant, & honoraverant in suo dominio ut Cardinalem pariter & legatum? quare & si concilium prout decet, liberum esse volebant, vexillifer ille justitiæ prima die surrexit in principio dicens, præmisso aliquali libertatis colore, deliberatum esse per dominium Florentinum nullis bullis domini Papæ Gregorii obediri sub eorum dominio, sive per privationem, sive per decessionem prælatorum essent, & adhuc determinatum nullum denarium domino Papæ Gregorio portari per collectores de jurisdictione ipsorum? quid aliud hoc erat, nisi suadere omnibus obedientiam nobis totaliter subtrahendam? Quare & ad hunc finem die secunda cancellarium supm in introitu concilii fecerunt dicere quæ dixit, & postea dominum Laurentium de Rodulphis in publico etiam allegari? Quare & illi tres viri Dei, qui soli restiterunt; & pro veritate nostra dixerunt etiam uno ex eis pro justitia monstranda usque ad ignis introitum se offerente, si quis ex contrariis voluisset intrare, compulsi fuerunt & minis attriti, ita ut eos tacere oportuerit; immo & alium ex eis, qui tacere noluit, ut asseritur, deserere civitatem? sunt ne ista liberi concilii ostensiva? non certe.

Dicunt præfatum Stephanum oratorem suum præmisisse, & nil profuisse, cum & ipse a nobis non nisi ardentem nostrum ad unionem affectum potuerit reportare, & deferre, per oratores ipsos nostros, quos actualiter nunc habetis, nos debite responsuros. Sed in hoc, prout in aliis, se gesserunt, cum oratorem ipsum suum post dictam eorum congregationem miserunt & trium dierum terminum nobis dari fecerunt ad respondendum eidem, literas Florentiæ datas die qua hinc orator ipse discessit, postea transmiserunt præceptorias & sub gravibus pœnis minatorias subditis suis in nostra curia existentibus, si e vestigio non discederent ambassiatorem ipsum dicunt nil profuisse cum ad huc responsa non habuissent a nobis, quod habiturum tamen erant, ut habuistis minime exspectarunt; sique illud, ut debet, admittitur, proficuum utique valde erit & sancti operis perfectivum: sed ut nullus ex actibus suis ab altero discreparet, fecerunt ipsos in omnibus consimiles & conformes ad obedientiam etiam subtrahendam, cum præceptum fuit ab eis literas apostolicas non servari, & introitus canonicos interdici solum. Supererat atque restat nomen papatus, circa quod principaliter cum promissionibus & pactis abhorrendis illis vestris civibus bene notis omnis eorum astutia malignatur & præfatorum reproborum ambitio tendit non respicientium unionem, nec quidquam, dummodo id sibi valeant quærere quovismodo. O cæca cupiditas! ô cupida rabies! ô insana fragilitas hominum non verentium Dei sedem offendere, ut illam cum damnatione æterna sibi valeant vendicare! Procul vere sunt ipsi a nobis, qui illam graviter assumpsimus, & solum Dei timorem & amorem, cujus nutu percepimus electionem nostram tam concorditer & spontanee factam esse, coepimus onus istud cum intentione & aviditate intentisima unionem & pacem dandi populo Christiano, ad quæ super omnia apud Deum nostrum continue & sincere retinemus intentum, & ob id prædictos nostros ad præsentiam vestram misimus oratores, tria habentes a vobis principaliter procurare. Primum quod nostra veritas, nostraque justitia, immo Dei locum habeat apud vos plusquam malignitas adversantium. Secundum quod inobedientiam velitis evadere, & in catholica fide & debita obedientiæ præstatione persistere, cum non hominibus sed Deo vivo & vero impendatis; nec credatis quod hæc quæramus ob aliud quam ob suam reverentiam & salutem vestram, & aliorum consideratione fidelium, pro quorum etiam interesse tenemur & institimus plusquam nostro, ne principes & magnates, communitates & universitates, & cæteri obedientiæ nostræ taliter videant cum Gallicorum gloria se delusos, & exemplum perpetuum dimittatur in terris taliter & tam graviter excedendi. Tertium & ultimum est, quod non velitis nostrum sanctum propositum perturbare, sed juvare, ut tenemini & debetis, & adversantes illos inducere ad locum tertium, communem, liberum & universale concilium celebrare, & pacem ac perfectam unionem dare, quam cupimus & speramus: neque putetis, quod de loco tertio dicimus, dilatorie interponi: parati sumus, prout ab ipsis oratoribus nostris etiam debuistis habere, nos virum eligere Deum timentem, pacem amantem schisma odientem, & cunctis respectibus unionem sacratisimam procurantem, qui pro parte nostra locum eligat supradictum, si ad idem potestis adversarios pro eorum parte deducere, quod recusare non debent, si pacem & unionem quam ore prædicant, corde gerunt Velit igitur quidquid per vestros actum sit in præteritum devotio vestra, quam per illas strictiores & magis pias, quas possumus atque scimus obsecrationes in Domino requirimus & monemus, his nostris justis desideriis ad tantum bonum perficiendum juxta spem & fidem nostram reddere vos conformes; & si nulla alia causa vos inducat, saltem moveat illa divina, quæ super omnia est, bonitas & majestas. Datum Arimini IV. id. Martii, pontificatus nostri anno tertio.

Digitized by Google

aures Principum deduxisse quicquid apud illam in vestro devotionis ardore verbo vel literis promebamus. Sed heu! Tantum valuit malignantium apud Sedem Apostolicam factio, tantumque præsidium Ecclesiæ obtinere potuit per Italiam iniqua perversitas, dum favoribus, ferro, fame, & proditionibus nostram quærunt opprimere libertatem, quod nos pro nostra defensione nonnisi in extremo periculo in ferrum surgere, compulerunt; sublatumque est nostræ devotioni antiquum illud refugium, in quo solo purissima nostrarum mentium intentio quiescat. Speramus tamen a Sanctissimo Patre nostro, Domino Summo Pontifice, ut fecit, applicante in suæ benignitatis gratia statum lacrymabilem istarum partium restaurari. Quod ut fieret, solemnes Oratores nostros in Romanam Curiam destinavimus & habemus, cum omni humilitate pro nobis & omnibus colligatis nostris pacem instantissime petituros. Sed heu in quanta rerum caligine versatur humana condicio! Dum tranquillitatem speramus, ecce turbatio: dum pacem quærimus, ecce subeunt bella ardentissima. Nec jam rerum humanarum vices, aut belli vastitatem seu sævitiam lamentamur; quotidie siquidem crescit colligatorum numerus; quotidie, respiciente benignitate Divina justitiam nostram, felicibus victoriis vires augentur & sacræ Ligæ conciliatione gloria cumulatur. Dolemus tamen, & lachrymabili mente conquerimur (omittamus, quanta Italiæ pars bellis ingruentibus annihiletur & ruat) quæ videmus adhuc sub Ecclesiæ devotione regi, immanitate præsidentium desolari. Ut cognoscat vestra sublimitas quali sumus in hoc nostræ defensionis bello moderatione versati, nunquam contra Terras Ecclesiæ movimus arma, numquam Dominationem nedum Civitatum & Provinciarum quæ nobis quotidie se offerunt, sed nec etiam unius minimi Castri, quod pertineret ad Ecclesiam, voluimus. Recipimus tamen in protectionem & societatem cunctos, qui se curaverunt in statum liberum vindicare. Ex quo adhuc nonnulli Populi, utpote nunquam bello tentati, quos facile poteramus armis subjicere, in obedientia Sanctæ Matris Ecclesiæ perstiterunt. Quibus quid profit fides, quid constantia, quid continuata devotio, Vestra Celsitudo respiciat. Duplici quidem latronum manu statum suum temporale in Italia defendit Ecclesia. Hinc Anglica Societas, inde Britonum immanis & funesta congeries. Illis anno præterito pollentissima Civitas Faventiæ, nunc omnium circumstantium miseranda, sicut & Fanum (ut nostris literis Vestram Celsitudinem credimus accepisse) cessit in prædam. Isti autem nuper Civitatem Auximanam, & plura Oppida circumsistentia in partibus Marchiæ, a quibus amicabiliter accepti fuerunt, plusquam hostiliter occupaverunt, rapientes miserorum Populorum substantias, artiumque præsidia sub debitorum stipendiorum prætextu, & in sua privata custodia remanentes. Ex quo vacuantur Urbes Civibus, fiuntque apud nos & colligatos nostros profugi, qui sub Ecclesiæ dominatu præsumuntur esse devoti. Et quamvis Provinciarum Præsides hoc sibi displicere fingant, & præter eorum voluntatem simulent accidisse, nullum tamen remedium adhibetur. Sed quid levia & pœne toleranda recolimus? Asperiora restant, benignissime Princeps, & quæ nulla unquam barbaries attentavit. Est siquidem in misera Romandiola insignis Civitas nomine Cæsena, quæ cunctis opulentissima rebus, nobilem Portum habet in mari, & per terram tum potentia tum loci opportunitate latissime dominatur. Hunc populum & Civitatem non moverunt ultra debitum & supra possibilitatem extorta tributa, non præsidentium iniquitas, in quorum manibus justitia & sanguis omnium vendebatur, quorum avaritia, quicquid pretiosum erat apud subditos, ambiebat, & quorum crudelitas atque superbia debuit in desperationem nedum in rebellationem, omnem devotionem quantumcumque maximam contulisse: non circumstantiam populorum exempla, qui in dulcissimam libertatem quasi ab inferis emergebant; non veterum Dominorum persvasiones & amor moverunt equidem, quin vellet in devotione Sanctæ Matris Ecclesiæ permanere. Hæc sola Urbs in partibus Romandiolæ Reverendum Patrem Dominum Cardinalem Gebennensem, Apostolicæ Sedis Legatum cum omni exercitu Britonum reverenter accepit, benigne fovit, & lætissimis animis acceptavit. Hic Populus quum jam diu gens illa iniquissime immanis & exlex rapinam Urbis manifestissime moliretur, perstitisse contentus in puræ ac veræ obedientiæ terminis semper mansit. Nuper autem prima die instantis mensis principibus Britonum conquerentibus ante præfatum Dominum Cardinalem, quod carior vendebatur annona (forte etiam pro pecunia non poterant ad sufficientiam invenire) idem Dominus Cardinalis tot beneficiorum immemor licentiam præbuit, ut etiam gratis, undecumque possent, necessaria procurarent. Quibus verbis, quasi diripiendæ Urbis edicto, mox ad prædam Britones accinguntur. Quid faceret miser Populus? Quod ultimum erat, arma sumsit, & pro focis, familiis, Domibus, & fortunis suis potentis-

Digitized by Google

tentissime dimicat. Biduo continuo illi spe prædæ accensi, hi vero suorum defendendorum studio fortiter pugnant. Quumque Britonum manus parum proficeret; nec tam atroci incœpto aliquis occurrere conaretur, vocantur ad consumptionem flagitii miserâ Faventia, & Anglica cohors. Quibus cum Britonibus congregatis, per opportunum locum ab eodem Domino Gebennensi præbito accessu, devotior an misertor Populus die demum tertia superatur, passimque per totam Civitatem pecorum more trucidantur, dumque fortiores in ultima despectione atrocissime conserunt, occidunt & occiduntur.

Horremus referre numerum mortuorum, quoniam non parcitur ætati, nec sexui; dum victores occisorum ulciscuntur injurias, dum quærunt, ne prædæ defensor remaneat. Tota Civitas cadaveribus & sanguine deturpatur. O pietas, o dolor, o semper deflenda calamitas! O cunctis temporibus lachrymanda tam miserandæ cladis historia! Quis possit enumerare tantæ Civitatis & tanti Populi ruentis miserias? Scimus, (quod non sine horrore recolimus) maritos ab uxorum pectoribus tractos ad victimam, & uxores piis lacrymis super virorum corpora suum effundendo sanguinem moribundas occubuisse, nec non in maxima crudelitate pueros lactantes de parentum miserarum sinu cum furore detractos, aut gladio, aut membrorum laceratione, aut allisione ad parietes vel lapides, fractos genitorum in oculis occidisse. Quis crederet per prægnantium mulierum viscera plurimos immanitate barbarica ferrum crudeliter impegisse? Nec defuerunt, qui in tanta strage etiam suarum libidinum recordarentur. Nam plurimæ Matronæ & intactæ puellæ, quarum decor in tantis ærumnis non latuit, ab armatis victoribus raptæ, furorem venereum & cruentorum nutum satiaverunt. Inter quas, ut fama est, plurimæ sibi manum injicientes, tristi morte tantum dedecus vitaverunt. Nec credatur parva quantitas occisorum. Nam in pugna periit fortissimus quisque, & in fuga debiliores, & quibus velox agilitas non opitulabatur, miserabiliter occiderunt. Sed o ter quaterque beati, qui morte cruenta in hostia vitæ miserias effugerunt! Reliqui, qui inventis noctis beneficiis & sylvarum proximarum latebris evaserunt (fuit etenim in Solis occasu tantum facinus perpetratum) nudi, inopes, & etiam vulneribus aggravati, omnibus spoliati substantiis, a circumstantibus eleemosynas mendicabant. Viderunt inter spineta & vepres & dumos, mulieres gravidas tanto dolore perpetrato puerperio abortus miseros peperisse, sicuti si quis suo tempore ventris onere contingit exgravari; viderunt frigoris violentia & lectorum asperitate partus editos, & parturientes ipsas obriguisse, & post paucos exspirasse vagitus. Proh Deus optime! Cur non aperitur terra in suæ voraginis barathro, auctores tanti sceleris absorptura? Numquid hanc pœnam sibi datam Cesennenses eorum familiis meruerunt? Sed quid ista referimus? Volitat miser Populus per circumstantia loca in numero quasi ultra sexdecim millium in nuditate, luctu atque miseria, suæ devotionis & obedientiæ sero pœnitens, invidens ultra quinque millibus occisorum. Nec omittere volumus, quod secunda die tam infelicis & tam infesti certaminis, miseri Cæsennates eidem Domino Cardinali humiliter supplicaverunt, quod ad concordandum Populum cum Britonibus intendere dignaretur. Ipse etiam benignum præbens auditum, quinquaginta obsides pro pacis firmitate postulavit. Quibus confestim exhibitis, idem Dominus Cardinalis obsides restituit, sibi pure futuram esse pacem affirmans. Hos infelicissimos Cives verbis optimis fuit hortatus. Qua spe delusi, mox die sequenti in tam horrendum excidium incauti, & nil tale verentes, miserabiliter inciderunt. Hic est Populorum obedientium Ecclesiæ infelix exitus. Hic est deflendus Italiæ status, quam dominandi vitio in rabiem verso, hi pro Ecclesia præsidentes destruunt & deformant. Scimus autem ab illis sub rebellionis velo, quam Populum illum feciſſe fingunt, hæc omnia palliari, quod nedum non verum, sed nec verisimile fore cognoscunt, qui de patriæ conditionibus sunt instructi. Quomodo enim potuissent hi miseri ad rebellionem cogitare, quum viderent Urbi suæ duo inexpugnabilium Arcium præsidia cum multis Britonis & aliarum gentium militibus imminere? Sed fingant illi quod volunt. Veritatis autem merita non mutabunt. Nec humanitatem Summi Pontificis accusamus, quum hæc & alia plurima, quæ tacemus, sibi cordialiter credimus displicere. Sed immense dolemus, adhuc tot & tam horribilibus nullum prorsus remedium ordinari. Nos autem, ut cœpimus, quæ sunt pacis cum justitia prosequemur. Et quoniam scimus Clementiæ vestræ hanc ruinam Italiæ displicere, Celsitudini vestræ humili cum reverentia & reverenti humilitate totis affectibus supplicamus, quatenus dignetur vestra Majestas circa hunc pacis & reconciliationis actum operas favorabiles indulgere. Magna siquidem Principibus fovendæ pacis est juncta necessitas, quorum proprium est tanto plurium utilitati consulere, quanto majo-

majori contingit ipsos hominum numero præsidere. Nam sicuti privati creduntur ad privatorum commoda seniti, sic sunt Reges & Principes ad publicam utilitatem instituti. Datum Florentiæ XXI. mensis ---- MCCC LXXVII. sedente Gregorio Undecimo.

XLII.

Instrumentum Transactionis, quam nobiles de domibus Gaitanorum et Gualandorum cum Communi Pisano, Pontis novi in Civitate Pisana aliarumque rerum huic a præfatis nobilibus donatarum causa stabiliverunt, d. d. 5. Kal. Mart. An. 1382.

IN Æterni DEI Nomine, Amen. Ex iis publicis Instrumentis sit omnibus manifestum, quod Nobiles, & discreti Viri D. Rainerius Miles quondam D. Petri Bugliæ Militis de Gualandis & Philippi quondam Puccii Sciarræ de Gaitanis de Pisis patroni una cum ceteris aliis Pontis novi Pisani pro se ipsis dicti patronatus nomine, & ipsi iidem dictus Raynorius & Philippus Sindici & procuratores legitimi aliorum patronorum ipsius pontis ad hæc ab eis specialiter constituti per cartas inde rogatas a me Bindo Clari Notario infrascripto Anno præsenti Indictione IV. sub infrascriptis datalibus & diebus videlicet septimo Kal. Junii, IX. Kal. Augusti Sindicatus, & procuratorio nomine pro dictis patronis, dicti Patronatus nomine, & omni alia via, jure, & modo, quibus melius poterunt pro evidenti utilitate, & commodo, salute, & bono statu dicti pontis novi, & ad hoc, & ut ipse pons pro honore Pisani Communis, & ipsorum patronorum, in suo debito, & toto statu manuteneri, & de cetero conservari valeat, & ne possit aliquid periculum generari, sed omnino cesset omnis ruinæ siniſter, & periculosus eventus, per hanc cartam pure, simpliciter, & irrevocabiliter inter vivos, ita quod nulla causa ingratitudinis, vel aliqua alia presens donatio revocari possit, permissis tamen pactis, tenoribus & conditionibus infrascriptis & ipsis in præsenti donatione semper, & expresse salvis, & reservatis, donaverunt, & titulo donationis dederunt, cesserunt, & concesserunt, atque mandaverunt Magnif. & Potenti Milite D. Petro de Gambacurtis, Capitaneo Masnadarum Pisanæ Communis, & defensori Populi Civitatis Pisanæ atque comitatus fortiæ, & districtus, & prudentibus & discretis viris D. Guglielmo Sardo, & Filippacio Joannis Agliatæ, duobus ex quatuor Prioribus D. D. Anzianorum Pisani Populi a Præfato Dom. Petro Capitaneo ad hæc electis, & nominatis, habente ipso D. Petro Capitaneo de iis, & infrascriptis omnibus plenam, & liberam baliam, & omnimodam potestatem, & ipsi Dom. Petro Capitaneo, una cum duobus ex Prioribus D. D. Ancianorum Pisani Populi, qui pro tempore essent ad officium Antianatus, & ab eo ad hæc eligendis, & nominandis, datam, concessam, & attributam, a Communi Pisano ex forma Consilii, Senatus, & Credentiæ & aliorum ordinum Pisanæ Civitatis celebrati in Sala Palatii Pisani Populi Dominica Incarnationis Anno MCCCLXXXI. Indict. III. sexto Kal. Novembris, & ratificati per consilium Pisani Populi eadem die, & ipsa talia in iis utenti, & mihi Bindo Clari Notario infrascripto tanquam publicæ Personæ agenti, stipulanti, & recipienti pro Commune Pisanorum, & vice & nomine dictæ Communis & ipsi Communi Pisano, pontem novum sumptum, & peritum, unum terræ cum domo solariata uno solario, & solariolis cum claustro puteo, arancis, horto, pergula, & fructibus super se positum Pisis in Capella SS. Cosmæ, & Damiani, & tenet unum caput in carraria publica pontis novi, aliud caput in terra cum domo, & horto, hæredum Bertuli Burfarii, latus unum in via publica, aliud latus in terra cum domo, & horto hospitalis Misericordiæ, vel si quæ alia seu aliter sint ejus confines, & apothecas, domos, possessiones, prædia Jura, & nomina actionum, & rationes, & bona quælibet mobilia, & stabilia, & se moventia dicti pontis & ad ipsum pontem spectantes, ei pertinentes & spectantia, & pertinentia cum omni jure, actione, ratione, proprietate, pertinentiis, & adjacentiis suis ipsius pontis, & bonorum ejus, exceptuatis, exclusis, & prædetractis de presenti donatione, & de bonis dicti pontis, quæ donantur loggis duabus, & territorio dicti pontis novi, super quo dictæ loggiæ sitæ, & constructæ, factæ, & ædificatæ sunt, una videlicet per supradictos nobiles de domo Gaitanorum, quæ est posita in Capella S. Donati in capite dicti pontis novi, & in capite dicti quarterii pontis versus levantem secus arnum super gitto fluminis arni, tenens caput unum in via publica secus arnum coram domo ipsorum nobilium Gaitanorum vocata Verga d'oro, aliud caput in flumine arni, latus unum in supradicto ponte, aliud latus in logia dicti pontis sita coram domo ipsorum nobilium Gaitanorum vocata la Lanfreduccia, puteo mediante, & altera pars supradictos nobiles de domo Gualandorum, quæ est posita in Capella SS. Cosmæ, & Damiani, ex latere quarterii Kinf. versus Orientem tenens caput unum in via publica secus Arnum coram Domo dicti D. Rainerii, quondam Joannis Germanorum militum quond. D. Petri Bugliæ & de domo hæredum dicti Jacobi Rossi de Gualandis, aliud caput in flumine arni partim, & partim in apotheca dicti pontis novi sita super dicto ponte quam conducit Antonius Mihanii spatarius, latus unum super dicto ponte, aliud latus juxta scalas, per quas descenditur in flumen arni, vel si qui alii, seu aliter sint eorum vel alicujus earum confines. Quæ logiæ & territorium, super quæ sitæ, & ædificatæ sunt in presenti donatione esse, vel venire minime intelligantur, sed ipsis nobilibus de domo Gaitanorum, & Gualandorum, & apud eos, ut prædicitur & eorum hæredes & prohæredes ex eis in perpetuum legitime descendentes remaneant, & remanere intelligantur, & debeant, & eas, & id pro se & eorum hæredibus, & prohæredibus ex eis in perpetuum legitime descendentibus reservaverunt, expresse & etiam exceptuatis, & exclusis, & prædetractis in presenti donatione petio uno terræ cum domo, seu logia, & banco super se positum in Capella S. Nicolai in capite pontis novi cooperta embricib. quod conducit Joan. Jacobi Falconis, in quo morabatur Benedictus quond. Vannis Falconis, quod tenet unum caput in via publica, sive platea aliud caput

caput in Apotheca dicti pontis, quam conducit Julianus quond. Puccii corregiarius latus unum in via publica, per quam itur ſupra dicto ponte, & aliud latus in infraſcripta proximo petio terræ, & petio uno terræ cum domo, ſive logia poſitum in ſupradicta Capella S. Nicolai juxta ſupradictum proximum petium terræ, & tenet unum caput in ſupradicta via ſeu platea publica, aliud Caput in Arno, latus unum in ſupradicto proprio petio terræ cum banco, aliud latus in petio terræ cum domo ſeu logia dicti pontis, quod conducit nella pizzicaria, cum omnibus juribus eorum, in quibus Philippus de Gaytanis quond. Jacobi voc. Puccii Sciarræ meruit notitiam aſſignationibus, & adjudicationis jure dominii ad intus con hora: ſumptum Pontonarium, & patronatus ipſius pontis, per ſententiam latam in Curia Arbitrorum Piſanæ Civitatis ad DD. Rainerio Zampante, & Stephano Brudonenſe publicis Judicibus & Arbitris dictam Curiam rogatam, & ſcriptam in actis dictæ Curiæ a Bartolomeo Notario filio Martini Spezzalaſte, tunc Notario & ſcriba publico dictæ Curiæ Dom. In carnat. Anno MCCCLXXIII. Ind. XI. tert. Id. Januar. quæ duo petia terræ cum domibus ſeu logiis in præſente donatione eſſe, vel venire minime intelligantur, ſed ea, & omnia jura ſibi Philippo competentia, & ſpectantia ex forma dictæ cartæ, notitiæ, ſententiæ, in ſupradictis petiis terræ tamen Idem Philippus pro ſe, & ſuis hæredibus retinuit, & reſervavit expreſſe inſuper D. D. Rainerius, & Philippus Patoni prædicti pro ſe ipſis, & ipſi iidem DD. Rainerius, & Philippus Sindici & procuratores prædicti ſindicatus, & procuratorio nomine pro aliis patronis dicti Pontis, præmiſſis ſemper, & ſalvis pactis, & conditionibus infraſcriptis, donaverunt, tradiderunt, dederunt, ceſſerunt, conceſſerunt, atque mandaverunt D. Petro Capitaneo noſtro, & D. Guglielmo Sardo & Philippo Joanne Agliatæ, Prioribus ſupraſcriptis, & mihi Bindo Notario infraſcripto, ut ſ. agendo, & ſtipulando, & recipiendo pro Communi Piſano & vice & nomine Piſani Communis, & ipſi Communi Piſarum omnia jura, & nomina, omnesque actiones, & rationes tam utiles quam directas, reales, perſonales, & mixtas, & quaslibet alias ipſas D. Raynerio, & Philippo patronis prædictis, & aliis patronis dicti pontis novi dicti Patronatus nomine, & cuique eorum in dictis rebus donatis, & traditis, & omnia earum pertinentia & Jura in ipſis rebus competentes, & competentia quocunque modo vel jure. Et - - - D. Petro Capitaneo ſupradicto & D. Giridoni Sardo, & Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis, & mihi Bindo Notario infraſcripto ut ſ. agendo, & recipiendo pro Communi Piſano, & vice & nomine Piſani Communis eorum, & Communis Piſani auctoritate per prim. ingredi poſſint, & tenere dictarum rerum donatarum, & quæ eas deinceps Communi Piſano ſuo nomine, jure proprio poſſideat, & ſe nominatis ſupradictis, & ſupraſcriptos patronos pro ipſo Communi Piſano de cetero ipſas res Jura, & nomina, actiones & rationes poſſidere conſtituerunt, ut iis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis D. Petrus Capitaneus & D. Gulielmus Sardus, & Philippus Agliatæ Priores ſupradicti pro Communi Piſano & vice & nomine Piſani Communis & ipſum Commune Piſanum & cui & quibus dictum Commune Piſanum dederit, vel habere devenerit, de cætero eorum decreto, & utili nomine agere, & excipere, & experiri & ſe ad dictas res donatas tueri & conſequi valeat, & poſſit contra omnem perſonam, & locum faciendo dictorum nomine eos vice et nomine Piſani Communis et ipſum Commune Piſanum per - - - in iis ut in rem ſuam propriam. Patronum eos dicto nomine et Communi Piſani in locum ſuum et per ſtipulationem ſolemnem ſupraſcriptus D. Raynerius et Philippus patroni ſupraſcripti pro ſe ipſius et iis iidem D. Raynerius et Philippus Sindici, et Priores præſenti ſindicatus, et procuratorio nomine pro aliis perſonis ſupradictis convenerunt D. Petro Capitaneo ſupraſcripto et D. Guidone Sardo, et Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis et M. Bindo Notario, tanquam publicæ perſonæ agendo ſtipulando et recipiendo, pro Communi Piſano et vice et nomine Piſani Communis et ipſi Communi Piſano ſupradictam donationem, et omnia et ſingula ſupraſcripta perpetuo firmam, ratam et firma, et rata habere tenere inviolabiliter obſervare, et haberi, et teneri facere, et contra non facere, vel venire per ſe vel per alium, nullo unquam tempore aliquo modo, vel jure ad pœnam dupli ejus, de quo contra ageretur, vel fuerit ſtipulatio præmiſſa obligando ſe, et eorum hæredes, et bona, et dicti Sindicatus et procuratorio nomine, patronos D. dicti pontis novi et eorum hæredes. et bona ipſi D. Petro Capitaneo, et D. Guidoni Sardo et Philippo Agliatæ Prioribus ſupraſcriptis et M. Bindo Notario infraſcripto ſtipulanti, et recipienti pro Communi Piſano, et vice, et nomine Piſani Communis et ipſi Communi Piſano, et renunciaverunt omni Juri eis dictis nominibus, et aliis patronis dicti pontis competentis, et competituro communi prædicta, et quodlibet prædictorum. Hæc - - - pacta in principio, medio atque fine hujus contractus, et ante ipſum et in toto ipſo contractu expreſſe habita, et appoſita ſunt, et inter præfatum D. Petrum Capitaneum, et D. Guidonem Sardum et Philippum Agliatæ, Prioris Communis Piſani et vice et nomine Piſani Communis et ipſum Commune Piſanum ex una parte et ſupraſcriptos D. D. Rainerium et Philippium patronos ſupraſcriptos pro ſe ipſis, et ipſos eosdem D. Rainerium, et Philippum Sindicos et priores ſupraſcriptos, Syndicatus et priori nomine pro aliis patronis dicti pontis novi ex altera parte, pacta inita, contracta, compoſita, et ordinata videlicet quod patroni ſupraſcripti pontis novi Viri Nobiles de domo Gaytanorum, et de domo Gualandorum, et homines de domo Lanfreducciorum, et de domo Bocciorum et Ninus Tigli de Vpezzing. et ex eis in perpetuum legitime deſcendentes maſculini ſexus tam illi Viri qui per formam capitulorum ſtatutorum, et ordinamentorum dicti Pontis conſueverunt eſſe, et eſſe poſſunt, patroni dicti pontis novi, intelligantur eſſe, et ſint ſimiliter de cætero patroni dicti pontis novi et quod Jus nomen, auctoritas, et dignitas dicti patronatus ad eos ſemper ſpectet, et pertineat, expectare, ac pertinere intelligatur, et debeat pleno jure in omnibus et per omnia, ac ſi præſcripta donatio facta non foret, et quod Pontonarii dicti pontis novi, quoties electio de eo fieri contigerit, eligatur, et

Digitized by Google

eligi posſit, et debeat a patronis ſupraſcriptis vel majori parte eorum dum dicti pontonarii per eos, vel majorem partem eorum eligatur idoneus, & aptus ad dicti Pontonariatus officium exercendum. Qui Pontonarius habeat & habere debeat pro ſuo ſalario ſingulo anno de bonis, & introitibus dicti pontis ſive de Cammera Piſani Communis librarum centum denariorum Piſanæ monetæ. Qui Pontonarius ſic electus confirmetur, & confirmari debeat a dictis Anzianis Piſani populi pro Communi Piſano & vice & nomine Piſani Communis in dicto Pontonariatus officio ſi idoneus, & aptus ad dictum officium eis videbitur, & ſimili modo Notarius unus dicti Pontonarii, & pontis per eos eligatur, & eligi poſſit, & debeat a patronis prædictis ad ſalarium & cum ſalario libr. duod. denariorum Piſanæ monetæ pro ſingulo anno ſolvendo ut ſ ---- dictus Notarius per eos, vel majori parte eorum eligatur, idoneus confirmavit a præfatis DD. Anzianis ut ſupra. Qui Notarius teneatur, & debeat ſingulas ſcripturas introitus, & exitus et Pontonarii, & alias ſcripturas facere, & ſcribere prout fuerit oportunum, & quod patroni ſupraſcripti habeant, & habere debeant de bonis & fructibus dicti pontis, ſeu de bonis, & denariis Cameræ Piſani Communis annuatim de Menſe Maii eorum conſuetos honores, videlicet quod Pontonarius dicti pontis, vinculo Juramenti teneatur & debeat annuatim de eodem menſe Maii de bonis dicti pontis, & ejus introitibus, ſeu de denariis Cameræ Piſani Communis ad quas omnes infraſcriptas expenſas Communi Piſano teneatur, quoddam prandium facere ---- ex patronis dicti Pontis qui pro gitam ſingulo anno extrahuntur de taſchis patronorum dicti pontis ſeu morem, & modum de ipſis taſchis hactenus obſervatum in quo, & pro quo prandio, & ejus expenſis expendetur, & expendi poſſit usq; ad libras quinque denariorum piſanæ monetæ, & habeant & habere poſſint, & debeant & de bonis prædictis quilibet ipſorum quatuor patronorum ſic de ipſa taſcha extractorum ſingulo anno in Kal. Januarii pro ſupradictis eorum ſolitis & conſuetis honoribus mediam libram zaffarani, libram unam piperis, & libram unam & dimidiam candelarum de cera, quos honores Portonarius ſupraſcriptus ipſis quatuor patronis annuatim, ut præferetur facere, & dare omnino teneatur vinculo juramenti cum carta publica qualibet vice conficienda per ſupraſcriptum Pontonarium de datione, & exhibitione dictorum honorum m_. Zaffarani, piperis candelarum de cera ſingulo anno quatuor patronis ſupraſcriptis ut ſupra dictum eſt, & etiam teneatur, & debeat Pontonarius ſupraſcriptus de bonis, & introitibus dicti pontis, ſeu de denariis Cameræ Piſani Communis ad q. Commune Piſanum teneatur expreſſe, dare & offerre Eccleſiæ S. S. Cosmæ & Damiani ſingulo anno in die feſtivitatis ipſorum S. S. de menſe Septembris torquem unum ceræ ponderis libras ſex ad honorem, & reverentiam dictorum S. S. prout ab antiquo tempore citato conſuetum eſt dari, & ipſi patroni tenetur dare ſupraſcriptum torquem Eccleſiæ S. Annua dicta die feſtivitatis prædictor. Et ſi, & quandocunque Commune Piſanum prædicta pacta, prout ſuperius den. & declarata ſunt non faceret, attenderet, aut obſervaret patronis ſcriptis incurrat, & teneatur ad poenam dupli ejus, de quo fiendo convenit & promiſit. Et quod in via publica ſeu platea dicti Pontis novi, quæ eſt in capite dicti Pontis ex quo latere quarterii pontis ante iſtam logiam nuper factam & ædificatam per iſtos D. D. de domo Gaitanorum, quantum dicta logia tenet, & eſt longa, & ampla, nulla perſona cujuscunque conditionis exiſtat, poſſit, ibique de cætero liceat habere, vel tenere ad vendendum, vel vendere, ſeu vendi faciendum fructus, caules, & alia quæcunque olera cujuscunque ſpeciei, & quælibet perſona ſic vendens poſſit inde expelli, & removeri, & ac etiam condemnari a D. Piſanorum Poteſtate ejus arbitrio, & quod ſuper logiis duabus, & gettis dicti Pontis novi fitis & poſitis juxta flumen Arni in capite S. Donati quarum una tenet caput unum in via publica ſecus Arnum, aliud caput in flumine Arni latus unum in Scalis S. Donati, per quam itur in Arnum, aliud latus in ſcorticatorio tabernariorum de ponte novo, & altera tenet caput in iſta via publica ſecus arnum, aliud caput in flumine Arni, latus unum in dicto ſcorticatorio, & aliud latus in iſta logia nuper facta & ædificata per ſupraſcriptos Nobiles de domo Gaitanorum, puteo mediante, vel ſi qui alii ſeu aliter ſint earum, vel alicujus earum confines, nulla perſona undecunque ſit, & cujuscunque ætatis, & conditionis exiſtat, de cætero poſſit, nec ſibi liceat, nec ullo modo audeat, vel præſumat ludere ad aliquem ludum taxillorum, vel ad alium ludum in quo denarii vel res perdantur, vel vinct. ad poenam in breve Piſani Communis, dare vel concedere ullo modo alicui per licentiam, vel parabolam, quod poſſit in dictis, vel ſupradictis logiis, & gettis ludere, vel tenere ludum, vel ludi facere ad poenam librarum viginti quinque denariorum Piſanorum pro qualibet, & qualibet vice, & a ſuis modulatoribus auferendis. Quæ quidem pacta omnia ut ſuperius dictum eſt, & declarata ſunt D. Petrus Capitaneus & *D.* Guido Sardus, & Philippus Agliata Priores ſupraſcripti pro Comune Piſana & vice & nomine Piſani Communis ex certa ſcientia per ſtipulationem ſolemnem convenerunt, & promiſerunt D. Rainerio, & Philippo ſupraſcripto agentibus ſtipulantibus, & recipientibus nominibus ſupradictis & pro ſe ipſis & pro patronis omnibus ſti Pontis & ipſis patronis ſciet abſentibus ---- firma, rata & grata habere, & tenere inviolabiliter, obſervare, & haberi, teneri facere, & contra non facere, vel venire per ſe, vel per alium ullo unquam tempore, aliquo modo vel jure ad ſupraſcriptam poenam dupli totius ejus, de quo contra ageretur, vel fieret ſtipi permiſſa cum refectione damnorum, & expenſarum litis, & extra, obligando dictum Commune & ejus bona eis recip. ut ſup. & aliis patronis dicti Pontis, & deſcendentibus ex eis in perpetuum maſculini ſexus, & renunciaverunt omni juri Comuni Piſano

Digitized by Google

lano contra prædicta & quodlibet eorum competenti, & competituro. Actum Pisis in Palatio Residentiæ D. D. Anzianorum Pisani Populi V. ad — ubi D. D. Anziani tenent audientiam in præsentia Ser. Jacobi Ser. Yannis de Appiano, Cancellar. D. D. Anzianorum Pisani Populi, & Ser. Jo. D. D. Jacobi de Peccioli Cancellariae Major. Pisani Communis, & Ser. Simonis Notarii quond. S. Angeli de Monte foscoli Notarii, & Scribæ publici dictæ Cancellariæ majoris Pisani Communis, qui de his similem cartam feci, testium ad hæc vocatorum & rogatorum. Dom. Incarnat. Anno MCCCLXXXII. Ind. V. quinto Kal. Martii.

In. E. D. N. Amen. D. Stephanus Miles quond. D. Guidonis Gadubbi Militis Fhilippus quond. Puccii Sciarræ Bart. quond. D. Benedicti Militis Steph. quond. Guelfi Militis Leus quond Gaddi D. Andreotti Militis Nob. de Domo Nobilium Gaitanorum de Pis. qui sunt una cum eorundem consortibus, de dicta Domo, & certis aliis patronis pontis novi Pisanæ Civitatis, & ad quos Patronos electio, & ejus eligendi Pontonarium dicti pontis ejusque Notariis quoties de ipsis Portonariis & Notario vel altero eorum electio fieri contigerit pleno jure noscitur pertinere, & maxime tenore, & ex forma pactorum, initorum factorum, & vigentium inter patronos dicti pontis ex una parte, & Communi Pisano ex altera parte, comprahensorum, & donatorum evidentius in carta donationis factæ per ipsos patronos Communi Pisano de dicto ponte novo, & bonis suis rogata, & scripta a mè Bindo Clari Notario infrascripto quond. Not. Clari de Anno & Indict. præsentibus V. K. Martii, & a Simone Notario quond. S. Angeli Not. de Monte foscoli Civitatis Pisanæ Notario scriba publico Cancellariæ majoris Pisani Communis quia de prædict. est cartam fecit rogatam & scriptam in actis dicti Cancellarii dicto anno, Indict, & die confiden. de virt. & bonit. S. Enrici quond. Vannis Malacalze Civis Pisani, quem aptum & idoneum ad dictum pontonariatus officium exercendum constituunt, diligenti deliberatione habita, super iis ad honorem Pisani Communis & patronatus nomine pro evidenti utilitate, & commoditate dicti pontis ipsum Ser. Enricum elegit Pontonarium, & in Pontonarium dicti pontis novi in termino incipiente in Kal. Martii proxime venturi, & durat. ad beneplacitum D. D. Patronoram ad salarium, & cum salario librarum 100. denariorum Pisanorum per annum solvendarum, sibi de bonis, & introitibus dicti pontis seu de Cameræ Pisani Communis, & cum officio & aliis consuetis, & eodem modo, via, & forma elegerunt Bindum Clari Notarium quond. Nicolai Clari Notarii Civitatis Pisanæ in Notarium & scribam publicum d. pontonarii & pontis novi scripti in suprascripto termino incipiendum in suprascriptis Kal. Martii, & durat. ad beneplacitum subscriptorum patronorum ad salarium & cum salario librar. duodecim denariorum Pisanorum pro annum solvendorum sibi ut supra, & cum officio & aliis consuetis, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum rogaverunt, ut hæc in publicum redigeret Instrumentum. Actum Pisis in Apotheca Turris D. D. Gaitanorum vocatæ Vergadoro positum in Cappella S. Donati præsentibus Jacobo quond. Jo. Cinini de Cappella S. Luciæ de rieucchis, & Joanne quond. Jacobi Falconis de Capella S. Nicolai testibus ad hæc rogatis suprascriptis. Anno & Indict. quarto. Kal. Martii.

In D. N. Amen Cheeus olim D. Benedicti militis supradicti de supradicto domo nobilium Gaitanorum de Pisanis patronis suprascriptis pontis novi visa per eum, & diligenter considerata supradicta elientatione facta per supradictos compatronos suos dicto, Ser. Henrico Malaci suprascriptum in pontonarium supradicti pontis novi, & de Bindo Clari Notario suprasc. in notarium, & scribam publicum dicti pontis novi, & pontionarii dicti patronati nomine, & omni alia via, jure modo, & forma, quibus melius fieri possunt, ipsam electionem confirmavit, ratificavit, & approbavit, & suum consensum, assensum, & voluntatem dedit, & adhibuit, & taliter Guelfum Notarium hanc inscribere cartam rogavit. Actum Pisis in via publica ante domum habitationis Lanfreducciorum, & Zopporum posita in Capella S. Blasii de catenis secus arnum, presentibus D. Nicolao Lapi Lanfreduccii, & Antonio Oddonis Zoppii amborum de dicta Capella testibus ad hæc rogatis supradictis Anno Indict. & die.

In D. N. Amen. D. Raynerius quond. D. Petri Bugliae Militis, Marianus quond. D. Raynerii Bonifacii Militis Raynerius quond. D. Joannis quond D. Raynerii supradicti Raynerii quond. D. Jac Rossi, & Jacobus quond. Nicolai nobilis de domo nobilium Gualandorum de Pis. patronis una cum consortibus eorum de dicta domo & ceteris aliis patronis supradicti pontis novi, patronatus nomine supradicto, & omni alia via, jure, modo, & forma, quibus melius fieri potest, similem & eam dictam electionem fecerunt de S. dicto Ser. Enrico Malac. in Pontonarium dicti Pontis in omnibus & per omnia in supradicta electione contenta, & taliter Guelfum Notarium rogaverunt, ut hæc in publicam redigeret scripturam. Actum Pisis in via publica ante Ecclesiam S.S. Cosmæ, & Damiani, præsentibus Albertuccio Benedicti Spatario, de suprascripta Cappella & Perduccio Latiplanulario de Cappella S. Eufrasiæ, testibus ad hæc rogatis, suprascriptis Anno Indict. & die.

In D. N. Amen. D. Jacobus Manentis Miles, & Simon D. Jacobi Rossi Judicis Nobiles de dicta domo Gualandorum patroni suprascripti pontis novi visa per eos, & diligenter considerata supradicta electione facta per supradictos compatronos eorum de supradicto Ser. Enrico Malac. in Pontonarium supradicti Pontis novi, & de Bindo Clari Not. suprasc. in Notarium, & scribam publicum dicti Pontonarii & pontis suprascripti, dicti patronatus nomine, & omnia alia via Jure, modo, & forma, quibus melius fieri potest supradictam electionem, & omnia & singula in ea comprahensa ratificaverunt, confirmaverunt, approbaverunt, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc in Cartam scribere

bere rogaverunt. Actum Pisis in via publica ante loggiam dictorum Gualandorum positam in Capella S. Cosmæ præsentibus Francisco Borromei Fabro, Raynerio D. Jacobi Rossi de Gualandis, & Taddeo Puccii ferrovecchio de cappella S. Laurentii Kinf. testibus ad hæc rogatis supradictis Anno, Indict, & die.

In Dei N. Amen D. Nicolaus quond. Franc, Miles de supradicto domo Nobilium Gualandorum patronus supradicti pontis novi visa per eum, & diligenter considerata supradicta electione per suprascriptos nobiles consortes suos de Ser. Enrico Malacalsta suprascripto in Pontonarium supradicti pontis novi & de Bindo Clari Notario supras. in Notarium & scribam publicum suprascripti pontis, & pontonarii s. in ipsam electionem, & omnia & singula supradicta, dicti patronatus nomine, & omni via, Jure modo, & forma, quibus melius fieri potest confirmat, ratificat, & approbat, & suum consensum, assensum, & voluntatem præstitit, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc in cartam scribere rogavit. Actum Pisis in domo suprascript. Nicolai positam in stam Capellam SS. Cosmæ, & Damiani præsentibus Raynerio D. Jac. de Rossi suprascrip. & Pennello Brunetti de dicta Capella S.S. Cosmæ & Domiani, testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict. & die.

In D. N. Amen. Bondus quond: Lepide de domo Lanfreducciorum de Pisis patronus cum consortibus suis de domo præfat & cum cæteris aliis patronis supradicti pontis novi Pisanæ Civitatis, dicti patronatus nomine, & omni alia via Jure & modo quibus melius fieri potest eamdem & similem Electionem fecit de Ser. Enrico Malacalsa Sto. in Pontonarium supradicti pontis novi & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium, & scribam publicum Sti Pontonarii, & pontis novi suprascr. in omni & per omnia ut in suprascripta proxima electione per omnia, & singula continetur, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc inde chartam conscribere rogavit. Actum Pisis in via publica ante Ecclesiam S. Salvatoris portæ auræ, præsentibus Jac. D. Gani Chiccus de Lanfranchis, & Nino D. Jacobi Buzzacherini de sismundis testibus ad hæc rogatis subscriptis Anno Indict. & die.

In N.D. Amen. D. Nicolaus Jurisperitus quond: Lapi de Lanfreduccii de supradicta Domo Lanfreducciorum patronus dicti pontis novi dictorum patronatus nomine, & omni alia via Jure & modo, quibus melius fieri potest, eamdem & similem Electionem fecit de Ser. Enrico Malacalsa in pontonarium suprascripti pontis novi, & de Bindo Clari Notario supradicto in notarium, & scribam publicum dicti pontis & pontonarii supradicti in omnibus, & per omnia ut in suprascripta electione continetur, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit. Actum Pisis in via publica ante domum habitationis dicti D. Niccolai positam in Cappella S. Blasii de Catenis præsentibus Bernardo Nuti, & Franc. Paganelli aitanis ambobus de suprascripta Capella testibus ad hæc rogatis Anno Ind. & die.

In Dei Nomine Amen. Gaspar. q. Ser. Joan. Zoppi & Antonius quond. Oddonis Zoppi de supradicta Domo Lanfreducciorum patroni dicti pontis novi, dicti patronatus nomine, & omnia alia via, Jure, modo, & forma, quibus melius fieri potest, eamdem & similem electionem fecerunt de Ser Henrico supradicto in Pontonarium suprascripti pontis novi, & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium & scribam publicum præscripti Pontonariatus & pontis prædicti in omnibus & per omnia ut in supradictam proximam electionem per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum rogaverunt, ut publicum conficeret instrumentum. Actum Pisis, in suprascripto loco presentibus Benedicto Polmerii Balistrario de cappella S. Nicolai & Joanne Jacobi Falconis de supra dicta cappella, testibus ad hæc rogatis, supradictis Anno, Indict. & die.

In N. D. Amen. Joannes & Nicolaus Germani quond. S. Bartolomei Zoppi de supradicta domo Lanfreducciot, patroni suprascripti pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure modo, & forma quibus melius fieri potest, eamdem, & similem electionem fecerunt de Ser Henrico præscripto in pontonarium præscripti pontis, & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum dicti Pontonariatus, & pontis novi suprascripti in omnibus prout in suprascripta electione per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc in cartam scribere rogaverunt. Actum Pisis in banco suprascriptorum Germanorum positam in Cappella S. Sebastiani Kinf. præsentibus Andrea D. Laurentii Mattajonis de Gætanis, & Banagiunta Jo. de Septimo de Cappella S. Nicolai, testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict. & die.

In Dei Nom. Amen. Marianus quond. Oddonis Zoppi de suprascripta Domo Lanfreducciorum patronatus suprascripti pontis novi, dicti patronatus nomine, & omni alia via, jure & modo quibus melius fieri potest similem & eamdem electionem fecit de dicto Henrico suprascripto in pontonarium suprascripti pontis & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum suprascripti pontonarii, & pontis, in omnibus & per omnia prout in suprascripta electione plenius continetur, & taliter Guelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit, Actum Pisis in via publica ante domum suæ habitationis positam in Cappella S. Blasii de catenis præsentibus Paganello quond. Dati Aitanis de suprascripta Capella & Bernardo Bindi Astarii dictæ cappellæ S. Martini de petra testibus ad hæc rogatis suprascriptis anno, Indict. & die.

In Dei Nomine Amen. Ninus quond. Tigli de Domo Nobilium Uppezzingorum de Pisano Patronatus dicti pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure, modo & forma quibus melius fieri potest, eamdem & similem electionem de S. Heinrico suprascripto in Pontonarium suprascripti pontis, & de Bindo Clari Notario supradicto in Notarium & scribam publicum dicti pontis & suprascripti pontonarii in omni-

Digitized by Google

omnibus & per omnia ut est per ordinem denotatum, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc inde cartam scribere rogavit. Actum Pisis ad bancum Philippi Sciarræ positum in cappella S. Donati sub Domo Nobilium Gaitanorum vocata Vergardoro præsentibus Jacobo D. Joannis Cucini de Capella S. Luciæ de ricucho, & Rainerio D. Jacobi de Peccioli de Cappella S. Laurentii in pelliparia testibus ad hæc rogatis suprascriptis Anno, Indict, & die.

In Dei Nomine. Amen. Alexander quond. Gaddi Bocchii de domo Bocciorum de Pisanis una cum aliis de Domo sua, & consortibus suis patronus supradicti Pontis novi dicti patronatus nomine, & omni alia via, Jure & modo, quibus melius fieri potest, eandem & similem electionem fecit de Ser Henrico Malacalsa suprascripto in pontonarium suprascripti pontis novi & de Bindo Clari Notario suprascripto in Notarium & scribam publicum ipsius pontonarii & pontis prædicti, in omnibus & per omnia ut in supradictis, electione per ordinem denotatur, & taliter Gvelfum Notarium infrascriptum hanc enim cartam scribere rogavit. Actum Pisis in Apotheca de cantone Turris de Gaddubi positam in Cappella S. Donati præsentibus Raynerio Jacobi Astaij de Cappella S. Simonis portæ maris & Presbiterio Raynerio Nini Rectore Ecclesiæ S. Viti testibus ad hæc rogatis, Anno, Indict. & die dicto.

In æterni Dei Nomine. Amen. Nos Bartolottus de Vico, Pierus de Albizi de Vico Juris professor, Bartolomeus Pucisnele, Benenatus Cechi Cinquini Cinus Ser Joannis de Vecchiano, Petrus Nerij Petri, Bartolomeus Bindachi, Tomasius Pecchia, Cholus Notarius de Campo Puccinus Speronarius, & Anton. Cechi de Marti Vinariùs, Antiani Pisani Populi omni jure auctoritate, balia, via & modo quibus melius possumus, & valemus pro Communi & Populo Pisano & vice & Nomine Pisani Communis, & Populi, Christi & gloriosæ Mariæ Virginis Matris ejus nominibus invocatis, volentes adimplere, & observare pacta nuper inita, composita, & declarata inter Commune Pisanum ex una parte, & Nobiles de domo Gaitanorum Gvalandorum, Bocciorum Lanfreducciorum, & Ninum Tigli de Vppezzingis Patronos Pontis Pisanæ Civitatis ex alia parte in, & super electione Pontonarij Pontis supradicti, & aliis omnibus & singulis comprehensis, in donatione facta Communi Pisano, de dicto ponte novo a subscriptis patronis de qua donatione & pactis plene constat per cartam rogatam & scriptam in actis cancellariæ majoris Pisani Communis a Simone Notario & scriba publico Instanti anno, & Indict. præsentibus, quinto Kal. Martij et visa a nobis electione Pontonarij Pontis novi per suprascriptos patronos, ad quos Jus eligendi Pontonarium dicti pontis pleno jure noscitur pertinere, facta de Henrico Vanni Malacalsa Cive Pisano, nuper electo pontonario dicti pontis novi in termino incipiendi a Kal. Martij præsentis, et duraturo ad beneplacitum suprascriptorum Patronorum ad salarium et cum salario librarum centum denariorum Pisanorum per annum solvendo sibi de bonis et introitibus dicti pontis, seu de Camera Pisani Communis, et cum officio, et aliis consvetis, ut de dicta electione constat cartis publicis manu ipsius Gvelfi Notarij olim Ser. Niccolai Clari Civis Pisani scriptis anno, et indict. præsentibus quarto Kal. Martij ipsum Henricum pontonarium suprascriptum electum ut supra in suprascripto termino cum suprascripto salario confirmamus in omnibus, et per omnia ut in ejus electione satius continetur. Actum Pisis in Palatio residen. DD. Antianorum Pisani Populi V. ad . . . . . ubi prædicti DD. Antiani audientiam tenent præsentibus S. Jacobo Notario olim Ser. Vannis de Appiano Cancellario DD. Antianorum Pisani Populi et Ser Joanne Notario olim D. Jacobi de Peccioli Cancellarij majoris Pis. Communis testibus ad hæc rogatis suprascriptis, anno, et Indict. nonis martij.

Qui Heinricus Pontonarius nuper electus e suprascriptis patronis et confirmatus a suprascriptis DD. Anzianis pro Communi Pisano Juravit etc. dictum ejus officium etc. et pro quo satisdedit in Cancellaria majori anno Indict. et die prædictis.

In Æterni Dei Nomine. Amen. Nos Antiani prædicti, omni jure auctoritate, et balia, via, et modo quibus melius possumus, et valemus pro Communi et populo Pisano, et Vice et nomine Pisani Communis, Christi & Gloriosæ Mariæ Virginis matris ejus Nominibus invocatis visa electione facta, per suprascriptos Patronos de Ser Bindo Clari Notario quond. Ser. Niccolai Clari Civis Pisano electo Notario, & Scriba publico Pontonarij suprascripti & suprascripti pontis novi in termino suprascripto cum suprascripto salario librarum duodecim denariorum Pisanæ monetæ, per annum solvendi sibi ut supra cum officio & aliis consvetis ut de dicta electione constat in Instrumentis rogatis, & scriptis manu suprascripti Gvelfi Notarij supradicto die ad quos patronos electio, & jus eligendi Notarium dicti Pontis ex forma dictorum pactorum pertinet pleno jure ipsum Ser. Bindum in Notarium & pro Notario dicti Pontonarij in termino supradicto cum supradicto salario confirmamus, in omnibus & per omnia ut in ejus electione continetur. Actum Pisis in suprascripto loco præsentibus suprascriptis testibus ad hæc rogatis suprascriptis anno Indict. & die.

Qui Ser Bindus Notarius nuper electus Notarius supradicti Pontis novi a supradictis patronis & confirmatus a supradictis Anzianis Pro Communi Pisano dictum ejus officium juravit, & pro quo satisdedit in Cancellaria majori Pisani Communis supradictis. Annò Indict. & die.

Ego Bindus Clari quond. Nicolai Clari Notarij Civis Pisani Imperiali auctoritate Notarius prædictæ cartæ donationis suprascriptæ per suprascriptos Patronos de suprascripto Ponte novo & ejus bonis Communi Pisano factæ, & pactorum in ea donatorum, interfui & eam rogatus scribere scripsi, & firmavi & in hanc publicam formam redegi, & suprascriptas cartas electionum suprascriptorum per ipsos patronos de suprascripto pontonario & Notario dicti pontis rogatus

Digitized by Google

gatus a Gvelfo Clari Notario quond. Nicolai Clari Notarij Civis Piſani prout in ejus actis inveni, id a ejus parabola, & mandato ſcripſi, firmavi & in hanc publicam formam redegi, & ſupraſcriptas cartas confirmationum ſupraſcriptarum per præfatos DD. Antianos de ſupradictis Pontonario, & Notario pontis novi ſupraſcripto rogatus & ſcriptus a Simone Notario quond. S. Angeli Notarij de Monteſoſcoli Cive Piſano, Notario & ſcriba publico Cancellariæ majoris Piſani Communis prout in actis dictæ Cancellariæ contineri inveni, ita ſic ſcripſi & firmari & in hanc publicam formam redegi.

XLIII.

Benedicti P. P. XII. literæ ad Commune Senenſe exhortatoriæ, ut unionem atque pacem S. R. E. quovis modo promovere contendant, d. d. Id. Jun. An. 1402.

Dilectis filiis Prioribus Artium, & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum.

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Prioribus Artium & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Propter nonnulla in quibusdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpabilibus nos incantant, conſiderato præſertim, quod cum Angelo dicto Corario qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpe tentatos labores, non ſine perſonarum jactura, aliquem effectum ad bonum finem Eccleſiaſticæ unitatis obtinere nequivimus: de Venerabilium Fratrum noſtrorum conſilio, & frequenti eorum inſtantia pulſati, deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes iſtas, & nos cum noſtro Collegio reponere in ſecuro. Ut igitur ſciatis Eccleſiæ negotia qualiter remanent, pro præſenti elicere poteritis ex tenore libere, quam ſcribimus Angelo ſub hac forma.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei Angelo dicto Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit nominari Gregorium, pacis, & unionis affectum pariter & effectum. Si te veritatem profiteri non pigeat, præſertim cum ſit notorium, celare non poteris ea, quæ nobis tuis literis intimando etiam divulgaſti per orbem, ut ex utriusque ceſſione pax daretur Eccleſiæ, ac quod ſcriptis tuis per nos ad hanc ceſſionis viam offerendo, dato reſponſo, & de conventione in Civitate Saonæ pro executione oblatorum hinc inde ſecuta concordi, convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibusdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias a te datas, poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti caritas & fervor compaſſionis Animarum, bona fide ſimpliciter incedentes, non absque noſtri & noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura, nos per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo detinuiſti, cauteloſa per verba, & quod referimus diſplicenter, denegatis multis etiam nonnullis per te oblatis, quæ ad executionem concordatorum, ad unionem perficiendam erant quam plurimum utilia & opportuna: de ulteriori tecum tractatu ſuper hujusmodi unione proſequenda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, prorogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, a tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem ſilentio libenter tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequens noſtra hæc inſtantia repulſam, propter quædam in nonnullis partibus quibusdam inſtigantibus innovata absque perſonali noſtro & noſtrorum periculo, in his partibus moram trahere non valentes, cum apud te, ut clare cernitur, proficere non poſſemus, nolentes Deum tentare imminente periculo, ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro Collegio valeamus hoc perturbationis tempore reponere in ſecuro: de Fratrum noſtrorum conſilio eorumque inſtantia pulſati, decrevimus declinare. Sed ne videremur, ſicut nec intendimus, quacunque adverſitate intercedente hujusmodi proſequutionem unionis dimittere ſic neglectam, de dictorum Fratrum conſilio deliberavimus, nuncios noſtros plena poteſtate ſuffultos, qui, ſi velles ad cor reverti poſſent ad effectum oblatorum procedere efficaciter in agendis, hic dimittere, impedientibus tamen Ambaſciatoribus Filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris in iis partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius obtineri non potuit. Quid autem ulterius ſuper hac re ſimus Deo auxiliante facturi, intendimus breviter univerſis Chriſti fidelibus intimare. Tu vero, o homo, ſi ſcintilla compaſſionis Animarum in te viget, quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, & ad ea ad quæ obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſponas, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra Animum militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper promptos reperies, præteritos defectus, & contumaciam tuam, ſi bene egeris, in memoriam non tenentes. Deum enim invocamus in Judicem, & geſtorum notorietatem in Teſtem, quod per nos non ſtetit, ſtat aut ſtabit, quin vera unio in Dei Eccleſia celeriter habeatur. Datum apud Portam Veneris Januen-

Digitized by Google

Januensis Diœcesis Idibus Junii Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

Quamobrem devotionem vestram certam reddentes, quod ubicunque nos manere contigerit, a ferventi prosecutione dictæ unionis desistere non intendimus, sed illam Deo præstante totis conatibus prosequi, vos precibus exhortamur, quatenus consideratis præmissis veliris illa quæ possent pacis Ecclesiæ afferre profectum, ubi proficere posse videritis, effectualiter promovere, & casu occurrente vestris fructuosis auxiliis adjuvare, ut inde, vobis cum laudis humanæ præconio præmium æternæ retributionis accrescat. Datum apud Portum Veneris Januensis Diœcesis Id. Junii. Pontificatus nostri Anno Quarto decimo.

XLIV.

Bulla Gregorii P. P. XII. Senense studium generale confirmantis laureamque conferendi potestatem concedentis, d. d. Non. Maji An. 1407.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ Sedis specula licet immeriti constituti, ad ea libenter intendimus ut quæ per seculares Principes locis, in quibus studia vigere posse concessa sunt, illibata serventur, & ut Studentes in Studiis ipsis consuetudines bonas observent, privilegiis potioribus gaudeant, & provecti cum rigore examinis ad altiora ascendant, partes nostræ sollicitudinis adhibemus. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi Civitatis Senarum, nec non Officialium super generali studio dictæ Civitatis deputatorum petitio continebat: Quod olim clare memoriæ Karolus Quartus Romanorum Imperator Communitati ejusdem Civitatis concessit, quod in dicta civitate vigeret Studium generale in Jure Canonico & Civili, & Medicinis, Philosophia, Logica, Rhetorica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, sola Theologia dumtaxat excepta, prout in authenticis literis ejusdem Imperatoris Sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Priorum, Gubernatorum, Capitanei & Officialium prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut privilegium hujusmodi auctoritate Apostolica confirmare, nec non quod in civitate prædicta in omnibus facultatibus supradictis, ac etiam in eadem Theologia auctoritate Apostolica vigeat, de cetero Studium generale concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad Civitatem eamdem gerentes singularis dilectionis affectum hujusmodi supplicationibus inclinati, ac prædictum privilegium confirmantes prædicta auctoritate concedimus, quod de cetero in eadem Civitate in omnibus facultatibus antedictis, ac etiam in Theologia prædicta vigeat Studium generale. Volentes quod in eodem Studio omnes bonæ consuetudines & rigorosæ examinationes, quæ servantur in Bononiensi & Parisiensi Studiis pariter observentur, quodque illi, qui in eadem Theologia Magesterii, & in aliis facultatibus Doctoratus gradus recipient, singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus & indultis gaudeant seu etiam potiantur. Constituimus insuper & tenore præsentium facimus & etiam deputamus Venerabilem Fratrem nostrum Antonium Episcopum Senensem, ac Successores suos Cancellarium Studii prælibati, prout etiam Imperiali auctoritate constitutus est, seu etiam ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, concessionis, constitutionis, deputationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lucæ Nonis Maji, Pontificatus nostri Anno Secundo.

XLV.

Instrumentum publicum de oblatione & traditione equi curserii, nomine Communitatis Florentinæ, pro Civitate Pisana factis Johanni le Meingre, dicto Boucicault, Locumtenenti Caroli VI. Francorum Regis, in recognitionem devotionis & fidei, d. d. 6. Octobr. An. 1407. una cum plenis mandatis atque epistola Communis Florentiæ ad hoc negotium pertinentibus.

In Nomine Domini Amen.

CUm vigore cujusdam promissionis factæ per Egregios & Nobiles Viros, Dominos Bartholomæum de Populechio Legum Doctorem, Ginum Nerii de Caponibus, & certos alios eorum Collegas, Cives Florentinos, Syndicos & Syndicario nomine Magnifici Communis Florentiæ, Illustri & Magnifico Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicault, Marescallo Franciæ, Locum tenenti Regis, & Januensium Gubernatori, pro Serenissimo Rege Francorum, dictum Commune Florentiæ teneatur dare dicto Serenissimo Domino Regi Francorum sive ejus Locumtenenti, aut Mandatario Januæ existenti, unum pulchrum Equum Curserium sive dextarium, quolibet anno pro Civitate Pisarum, & ejus Territorio, duntaxat in recognitionem devotionis & fidei dicto Serenissimo Regi, sicut in Instrumento super hoc & aliis facto & confecto 1405. die 28. mensis Augusti per Serpetrum Angelicionis Notarium Florentinum & Lazarum de Manesazchis Notarium Januensem seriosius continetur; Vir Nobilis Scander Ligii de Quaratensibus, Civis Florentinus, Syndicus, ut asserit, ad hæc specialiter constitutus, & Syndicario nomine dicti Magnifici Communis Florentiæ, & ejus vice & nomine, de cujus Mandato & Syndicatu apparere asserit, publico Instrumento scripto manu Pauli Ulcebenis Notarii Florentini, hoc præsenti anno, die vigesimo quarto Septembris, traditis prius per eum dicto

Illu-

gatus a Gvelfo Clari Notario quond. Nicolai Clari Notarij Civis Piſani prout in ejus actis inveni, id a ejus parabola, & mandato ſcripſi, firmavi & in hanc publicam formam redegi, & ſupraſcriptas cartas confirmationum ſupraſcriptarum per præfatos DD. Antianos de ſupradictis Pontonario, & Notario pontis novi ſupraſcripto rogatus & ſcriptus a Simone Notario quond. S. Angeli Notarij de Monteſoſcoli Cive Piſano, Notario & ſcriba publico Cancellariæ majoris Piſani Communis prout in actis dictæ Cancellariæ contineri inveni, ita ſic ſcripſi & firmari & in hanc publicam formam redegi.

XLIII.

Benedicti P. P. XII. literæ ad Commune Senenſe exhortatoriæ, ut unionem atque pacem S. R. E. quovis modo promovere contendant, d. d. Id. Jun. An. 1402.

Dilectis filiis Prioribus Artium, & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum.

BEnedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Prioribus Artium & Capitaneo Populi & Communis Civitatis Senarum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Propter nonnulla in quibusdam partibus innovata, quæ ſenſibus quaſi palpabilibus nos incantant, conſiderato præſertim, quod cum Angelo dicto Corario qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit appellari Gregorium, poſt varios & ſæpe tentatos labores, non ſine perſonarum jactura, aliquem effectum ad bonum finem Eccleſiaſticæ unitatis obtinere nequivimus: de Venerabilium Fratrum noſtrorum conſilio, & frequenti eorum inſtantia pulſati, deliberavimus pro præſenti corporali præſentia deſerere partes iſtas, & nos cum noſtro Collegio reponere in ſecuro. Ut igitur ſciatis Eccleſiæ negotia qualiter remanent, pro præſenti elicere poteritis ex tenore libere, quam ſcribimus Angelo ſub hac forma.

Benedictus Epiſcopus Servus Servorum Dei Angelo dicto Corario, qui in hoc pernicioſo ſchiſmate ſe facit nominari Gregorium, pacis, & unionis affectum pariter & effectum. Si te veritatem profiteri non pigeat, præſertim cum ſit notorium, celare non poteris ea, quæ nobis tuis literis intimando etiam divulgaſti per orbem, ut ex utriusque ceſſione pax daretur Eccleſiæ, ac quod ſcriptis tuis per nos ad hanc ceſſionis viam offerendo, dato reſponſo, & de conventione in Civitate Saonæ pro executione oblatorum hinc inde ſecuta concordi, convenire in ſtatutis terminis renuiſti, & quibusdam interpoſitis per te excuſationibus frivolis poſt dilationes varias a te datas, poſt adventum noſtrum ad hunc locum, ad quem nos traxerunt Chriſti caritas & fervor compaſſionis Animarum, bona fide ſimpliciter incedentes, non absque noſtri & noſtrorum fatigatione & gravi perſonarum jactura, nos per plurium menſium intervalla cum Chriſtianorum ſcandalo detinuiſti, cauteloſa per verba, & quod referimus diſplicenter, denegatis multis etiam nonnullis per te oblatis, quæ ad executionem concordatorum, ad unionem perficiendam erant quam plurimum utilia & opportuna: de ulteriori tecum tractatu ſuper hujusmodi unione proſequenda omnem ſpem tollendo, nuncios noſtros, prorogationem ſalvi conductus & audientiam denegando, a tua præſentia vacuos remiſiſti. Hæc autem ſilentio libenter tranſiremus, niſi tua contumacia reciperet ex noſtra taciturnitate fomentum. Poſtquam autem apud te paſſa eſt frequens noſtra hæc inſtantia repulſam, propter quædam in nonnullis partibus quibusdam inſtigantibus innovata absque perſonali noſtro & noſtrorum periculo, in his partibus moram trahere non valentes, cum apud te, ut clare cernitur, proficere non poſſemus, nolentes Deum tentare imminente periculo, ad aliquem locum, ubi nos cum noſtro Collegio valeamus hoc perturbationis tempore reponere in ſecuro: de Fratrum noſtrorum conſilio eorumque inſtantia pulſati, decrevimus declinare. Sed ne videremur, ſicut nec intendimus, quacunque adverſitate intercedente hujusmodi proſequutionem unionis dimittere ſic neglectam, de dictorum Fratrum conſilio deliberavimus, nuncios noſtros plena poteſtate ſuffultos, qui, ſi velles ad cor reverti poſſent ad effectum oblatorum procedere efficaciter in agendis, hic dimittere, impedientibus tamen Ambaſciatoribus Filii noſtri Caroli Regis Francorum illuſtris in iis partibus moram trahentibus, ſalvus conductus dictis nunciis neceſſarius obtineri non potuit. Quid autem ulterius ſuper hac re ſimus Deo auxiliante facturi, intendimus breviter univerſis Chriſti fidelibus intimare. Tu vero, o homo, ſi ſcintilla compaſſionis Animarum in te viget, quæ ſecundum Deum pro bono unionis agenda reſtant, conſidera, & ad ea ad quæ obligaris ex debito, pro Dei miſericordia te diſponas, reſecatis carnalibus deſideriis, quæ contra Animum militare non ceſſant. Nos enim ad oblata per nos ſemper prompros reperies, præteritos defectus, & contumaciam tuam, ſi bene egeris, in memoriam non tenentes. Deum enim invocamus in Judicem, & geſtorum notorietatem in Teſtem, quod per nos non ſtetit, ſtat aut ſtabit, quin vera unio in Dei Eccleſia celeriter habeatur. Datum apud Portam Veneris

Januen-

Digitized by Google

Januensis Diœcesis Idibus Junii Pontificatus nostri Anno Quartodecimo.

Quamobrem devotionem vestram certam reddentes, quod ubicunque nos manere contigerit, a ferventi prosecutione dictæ unionis desistere non intendimus, sed illam Deo præstante totis conatibus prosequi, vos precibus exhortamur, quatenus consideratis præmissis velitis illa quæ possent pacis Ecclesiæ afferre profectum, ubi proficere posse videritis, effectualiter promovere, & casu occurrente vestris fructuosis auxiliis adjuvare, ut inde, vobis cum laudis humanæ præconio præmium æternæ retributionis accrescat. Datum apud Portum Veneris Januensis Diœcesis Id. Junii. Pontificatus nostri Anno Quarto decimo.

XLIV.

Bulla Gregorii P. P. XII. Senense studium generale confirmantis laureamque conferendi potestatem concedentis, d. d. Non. Maji An. 1407.

GRegorius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. In Apostolicæ Sedis specula licet immeriti constituti, ad ea libenter intendimus ut quæ per seculares Principes locis, in quibus studia vigere posse concessa sunt, illibata serventur, & ut Studentes in Studiis ipsis consuetudines bonas observent, privilegiis potioribus gaudeant, & provecti cum rigore examinis ad altiora ascendant, partes nostræ sollicitudinis adhibemus. Sane sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Priorum, Gubernatorum, & Capitanei Populi Civitatis Senarum, nec non Officialium super generali studio dictæ Civitatis deputatorum petitio continebat: Quod olim clare memoriæ Karolus Quartus Romanorum Imperator Communitati ejusdem Civitatis concessit, quod in dicta civitate vigeret Studium generale in Jure Canonico & Civili, & Medicinis, Philosophia, Logica, Rhetorica, Grammatica, & quavis alia licita facultate, sola Theologia dumtaxat excepta, prout in authenticis literis ejusdem Imperatoris Sigillo munitis dicitur plenius contineri. Quare pro parte Priorum, Gubernatorum, Capitanei & Officialium prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut privilegium hujusmodi auctoritate Apostolica confirmare, nec non quod in civitate prædicta in omnibus facultatibus supradictis, ac etiam in eadem Theologia auctoritate Apostolica vigeat, de cetero Studium generale concedere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad Civitatem eamdem gerentes singularis dilectionis affectum hujusmodi supplicationibus inclinati, ac prædictum privilegium confirmantes prædicta auctoritate concedimus, quod de cetero in eadem Civitate in omnibus facultatibus antedictis, ac etiam in Theologia prædicta vigeat Studium generale. Volentes quod in eodem Studio omnes bonæ consuetudines & rigorosæ examinationes, quæ servantur in Bononiensi & Parisiensi Studiis pariter observentur, quodque illi, qui in eadem Theologia Magesterii, & in aliis facultatibus Doctoratus gradus recipient, singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus & indultis gaudeant seu etiam potiantur. Constituimus insuper & tenore præsentium facimus & etiam deputamus Venerabilem Fratrem nostrum Antonium Episcopum Senensem, ac Successores suos Cancellarium Studii prælibati, prout etiam, Imperiali auctoritate constitutus est, seu etiam ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, concessionis, constitutionis, deputationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lucæ Nonis Maji, Pontificatus nostri Anno Secundo.

XLV.

Instrumentum publicum de oblatione & traditione equi curserii, nomine Communitatis Florentinæ, pro Civitate Pisana factis Johanni le Meingre, dicto Boucicault, Locumtenenti Caroli VI. Francorum Regis, in recognitionem devotionis & fidei, d. d. 6. Octobr. An. 1407. una cum plenis mandatis atque epistola Communis Florentiæ ad hoc negotium pertinentibus.

In Nomine Domini Amen.

CUm vigore cujusdam promissionis factæ per Egregios & Nobiles Viros, Dominos Bartholomæum de Populechio Legum Doctorem, Ginum Nerii de Caponibus, & certos alios eorum Collegas, Cives Florentinos, Syndicos & Syndicario nomine Magnifici Communis Florentiæ, Illustri & Magnifico Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicault, Marescallo Franciæ, Locum tenenti Regis, & Januensium Gubernatori, pro Serenissimo Rege Francorum, dictum Commune Florentiæ teneatur dare dicto Serenissimo Domino Regi Francorum sive ejus Locumtenenti, aut Mandatario Januæ existenti, unum pulchrum Equum Curserium sive dextarium, quolibet Janno pro Civitate Pisarum, & ejus Territorio, duntaxat in recognitionem devotionis & fidei dicto Sereniſſimo Regi, sicut in Instrumento super hoc & aliis facto & confecto 1405. die 28. mensis Augusti per Serpetrum Angelicionis Notarium Florentinum & Lazarum de Manesazchis Notarium Januensem serioſius continetur; Vir Nobilis Scander Ligii de Quaratensibus, Civis Florentinus, Syndicus, ut asserit, ad hæc specialiter constitutus, & Syndicario nomine dicti Magnifici Communis Florentiæ, & ejus vice & nomine, de cujus Mandato & Syndicatu apparere asserit, publico Instrumento scripto manu Pauli Ulcebenis Notarii Florentini, hoc præsenti anno, die vigesimo quarto Septembris, traditis prius per eum dicto

Illu-

Illustri Domino Locumtenenti Litteris clausis & sigillatis eidem Domino Locumtenenti directis per Magnificos Dominos Priores Artium & Vexilliferum Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ, quarum tenor talis est:

Illustri & Magnifico Domino, Domino Joanni le Meingre, dicto Boucicault Marescallo Franciæ, Locumtenenti Regio & Januæ Gubernatori, Fratri, Amico nostro charissimo.

Illustris & Magnifice Domine, Frater & Amice charissime, quoniam ab his qui nostræ Reipublicæ Gubernacula tenuerunt, diligentissime semper observatum fuit ut fidem omniaque, quæ publica auctoritate promissa essent, integerrime servarent, nos qui singulari cura hanc servandæ fidei virtutem a Majoribus nostris acceptam sequi studemus, cum recordemus, quod inter fœdera, quæ in concessione Civitatis Pisanæ nobis facto vobiscum percussimus, illud inest: ut quotannis gloriosissimo Francorum Regi aut cuicunque ejus vicem gerenti Januæ, vel alibi equum insignem præstaremus, statuimus illud exequi, ad quod faciendum nos adstrinximus; Quapropter per nostrum Reipublicæ Syndicum equum præstantem forma, ad Magnitudinem vestram, ut ad Regium Locumtenentem, mittimus ut hoc devotionis & fidei, quam pro concessione Pisarum adversus invictissimum Francorum Regem gerere debemus, semperque, dum nobis permittetur, habebimus, testimonium sit manifestissimum.

Datum Florentiæ die vigesimo sexto Septembris 1406. Indictione prima: Priores Artium & Vexillifer Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ dedit pro primo præsenti anno dicto Illustri Domino Domino Joanni, tanquam Locumtenti Regio, in executione dictæ promissionis, unum pulchrum equum curserium pili leardi rotati sicut per dictos Magnificos Dominos Priores Artium & Vexilliferum Justitiæ mandatum eidem Andreæ fuisse asserit per Litteras dicto Illustri Domino Locumtenenti exhibitas & ostensas per ipsum Andream continentiæ subsequentis.

Nobilibus Viris Sandro Ligii de Quaratensibus in Civitate Januæ Civibus nostris, charissimi Priores Artium & Vexillifer Justitiæ, Populi & Communis Florentiæ dilectissimi nostri.

Per che per la concessione a noi fatta. della citta Pisa del Re di Franza a noi, siamo obligati dar ogni anno al ditto Re, o a suo Commissario overo Luogho tenente uno Corsiero o vero destriero, per tanto habbiamo eletti nostri Syndichi a representare il ditto Cavallo tutti visi en le, & ognuno di noi in tutto, & per tanto vogliamo, & commandiamo che voi representiati il ditto Cavallo cosei in vice & nome del Comune in quello modo & in quella forma che vedera pagolo del volta & quale mandiamo costa proprio per questa facienda. Datum Florentiæ, die vigesimo sexto Septembris 1407. Indictione prima.

Dictus vero Illustris Dominus Regius Locumtenens dicens quod de recipiendo aut refutando, & non recipiendo Equum ipse communicationem non habeat a dicto Serenissimo Rege Francorum, dictum Equum nomine Regio tamen recepit, sub protestatione, quod si dictus Serenissimus Rex Francorum declarabit dictam Equi receptionem non esse sibi gratam vel acceptam, aut ipsam refutabit, tunc & eo casu dicta Equi receptio per Dominum Locumtenentem, nomine Regio, ut præmittitur, facta pro non facta & nulla habeatur, & dicto casu adveniente, promisit Dominus, Dominus Locumtenens, dicto Sandro præsenti, & Syndicario nomine recipienti, dictum Equum restituere dicto Communi Florentiæ, dicens, quod dictum Equum bene gubernari & nutriri faciet, donec super dicto facto voluntatem sciverit ejusdem Serenissimi Domini Regis, cui facturus est notitiam de prædictis, de quibus omnibus dictus Illustris Dominus Locumtenens & Sander rogaverunt & mandaverunt per nos Julianum Panicarium Notarium & Communis Januæ Cancellarium & Paulum Voltebonis, Notarium Florentinum & utrumque nostrum in solidum fieri præsens publicum Instrumentum in testimonium veritatis. Actum Januæ in platea Palatii Communis Januæ residentiæ Domini Locumtenentis Regii anno Dominicæ Nativitatis 1407. Indictione 15. secundum cursum Januæ & anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 1407. Indictione prima secundum morem Florentinorum, die sexta Octobris, hora tertiarum, præsentibus Testibus Reverendis in Christo Patribus, Dominis Petro Meldensi, Petro Cameracensi, Guillelmo Embroicensi Episcopis, Legatis & Consiliariis dicti Serenissimi Domini Regis, Dominis Roberto de Milli, & Hugone Choleti, Militibusque Francigenis, Domino Antonio Justiniano Milite Januensi, Domino Hugone de Grimaldis Legum Doctore, Johanne Centurione quondam Roffi & Cosma Tarigo Civibus Januæ ad hæc vocatis & rogatis.

Julianus Panicarius Imperiali auctoritate Notarius, & Communis Januæ Cancellarius prædictis omnibus interfui, & rogatus una cum dicto Paulo Notario de eis præsens publicum Instrumentum composui quod per alium feci extrahi aliis occupatus.

XLVI.

Apologia Gregorii P. P. XII. ad Commune Florentinum missa, qua Florentinos in suas partes trahere, vel saltem objectum sibi perjurium refellere annisus est, d. d. 4. Id. Mart. An. 1409.

Gregorius, &c. dilectis filiis nobilibus viris prioribus artium, & vexillifero justitiæ populi & communis Florentiæ salutem etc.

OMnis catholicus, & fidei Christianæ zelator quantum teneatur pro fide Christi, & sacra unionis dulcedine laborare, nec debet nec potest, si sanæ mentis existat, nullatenus ignorare, cum, & fidei documenta exhibeant, & ipsa natura unitatis amorem in cunctis animantibus etiam repræsentet, proinde cum nunc de re ipsa literas patentes, dilectissimi filii, habuerimus per

Digitized by Google

per manus unius, qui se vestrum dixit esse cursorem, sub vestri prioratus officii nomine vestrorum prædecessorum tempore datis, licet eorum gesta, & scripta in hac materia potuissent, & debuissent, prout vos ipsos nosse putamus, non ita in honesta transire, attamen placide accepimus, & libenter ac ipsarum contenta perspeximus diligenter, cum nil vere gratius possit nostro præsentari conspectui, quam de re ipsa tractari cum modis & mediis per quæ possit non infici, sed perfici, sicut optavimus semper, & cupimus tota mente. Et ut sic firmiter videatis, nulla recognoscentes erronea à dilectis filiis comunitate vestra catholica, sed a quibusdam civibus minus quam debita commotione deductis, quos in meliorem spiritum reducat Altissimus, & desiderantes ut prædiximus exitum bonum fieri, non tardabimus ultra ea, quæ oratores nostri, quos nunc aqud vos debetis habere, exposuisse amodo debuerunt, etiam præsentibus respondere. Et ut præfaturam literarum continentiæ uberius satisfiat, ad ea quæ tangunt particulariter descendemus. Dicunt siquidem in primordio neminem esse debere, qui non habeat ad Dei ecclesiam, sublato pestifero schismate, uniendam intendere, & quærere ejus pacem, & cum divina bonitate non sitis inferius membrum ipsius, nulla in re debere vos enixe magis, atque diligentiori cura laborare indicatis, quam dare pro viribus operam tantæ rei. Contentamur certe & lætamur, quod nec infimi sitis sed potentes pariter, & fideles noscamini, & juvetis ut compleatur hoc sanctum Dei desiderium, atque nostrum licite tamen & congrue, prout convenit, & aliter quam fuerint prædecessores ipsi vestri, qui ad multa indecentia devenerunt; & si tot legationum cives, quot apud nos, & Petrum de Luna transmisisse dicunt, pro re ista non profuerint, dolemus cordetenus & affligimur: sed noscit Deus & homines viderunt, tam ex vestris, quam aliis, qui adfuerunt, qui volunt veritati hærere, quod per nos nunquam defuit, nec remansit: & si tot sciverunt florenorum millia, quot proveniisse scribunt de vestrorum finium beneficiis ad hæc trahi, benescitis vos, & ipsi, qui sic scribunt, quod multo plura fuere, quæ sub illo nomine pro vestra republica remanserunt, si illa modica voluimus, & quæ habuimus esse conversa pro urbis tuitione, quam non potuimus propterea defensare, neglectis etiam indigentiis propriis quas portavimus pro tractatus unionis prosecutione, quam facimus tam ferventer, omissis omnibus cum prostratione personæ, quam & in æstatis ardore & in hyemis glacie omni submissimus periculo & jacturæ, deserentes propria, & cum evidentia personalis discriminis non semel, sed pluries per aliena viatoris more vagantes, & incassum hujusque malignorum operante versutia, quam novistis.

Nil valuisse dicunt exhortationes & preces, & oblationes factas nobis de Pisana, Florentina, & aliis civitatibus & oppidis vestris, etc. Exhortationes ipsas equidem atque preces admisimus, & habuimus gratas singulariter & benigne, & quantum in nobis fuit, valuere continue, & valerent semper in omnibus possibilibus & honestis: sed quæ de vestrarum civitatum oblationibus tangunt, quomodo fuerint, ut alii intelligant, expedit aperire: cum enim de provincia nostri patrimonii discessimus, & in Tusciam declinavimus, non volentibus jam corruptis nostris, qui tunc erant, Cardinalibus per viam Lombardiæ, ut deliberaveramus, transire & appropinquare Saonam pro re ista sancta perficienda, si potuissemus, ad vos misimus & quæsivimus instantissime Florentiam, vel in alia ex vestris terris, nobis magis grata & facto accommoda receptari, dispositi ex tunc cum Altissimi gratia protectioni communitatis vestræ principalibus inhærere: & responsum fuit, non posse, nec velle, si pars adversa non veniret: & nos ut veniret institimus totis viribus, eaque recusante, non valuimus habere. Perreximus Lucam, & cum gentibus vestris & per terras Vestras fidenter & domestice, quantum scitis; & dum Lucæ essemus vestra semper loca quæsivimus, & ut pars adversa conveniret nobiscum in Pisis fecimus posse nostrum, dumque essemus in strictiori tractatu, adversarii ipsi pararunt insidias contra urbem & contra personam nostram etiam conspirarunt, ut sic aliquos ex ipsis tunc Cardinalibus nostris, contra nos etiam ad invicem conspirantibus, subtraxerint à nobis, qui contra præcepta nostra Pisas perrexerant, ut nostis, per aliquos ex vestris ducti, qui sub unionis colore talibus intendebant, ut tamen credimus, præter & contra mentem communitatis vestræ. Fecerunt autem sic, quod, ubi nos cum nostris minimum locum ex vestris non potuimus habere, ipsi conspiratores & fugientes a nobis Pisas obtinuerunt, & cum parte adversariorum nostrorum in ea postea se junxerunt: quantum igitur ista conformia fuerint oblationibus, quas tam amplas factas inquiunt & finceras, quantum bonæ charitati convenerint, qualeque præparatorium fuerit unioni, quod à divisione & scandalis inchoassent, prudentia vestra judicet. Sed his missis, quæ vitia non fuere erroris vestræ universitati, ut credimus, per antea tunc non nota.

Veniamus ad alia literæ ipsæ dictant, ubi ajunt scriptum esse, non qui perseveraverit salvum esse & ob id suum habuisse consilium à doctoribus & jurisperitis, & timentibus Deum, synodum spectare ad illos, qui olim Cardinales fuere, & alios à jam diu pro schismaticis & hæreticis condemnatos, & pro illa Pisas concessisse eisdem: Respondeant, qui talia scribunt, & qui tunc in vestris magistratibus præfuerunt, qui fuere doctores, & qui isti fuere periti, & timentes Deum. Fuerunt perditionis filii, illi olim Aquileiensis, & alter, qui appellatur de Tureio, & Balthassar Cossa, qui Antonium de Butrio, & Petrum de Ancharano doctores suo jugo submissos metu præmiserat contra suam conscientiam auctorantes, qui Antonius, quæ dixerat & scripserat, revocavit in mortis articulo, ut fideliter nobis constat. Fuerunt & illi olim Mediolanensis & Ravennas, qui seducti sunt, & secuti Baldassarem præfatum tanquam mali caput. Fueruntne isti consultores, qui contra Christum Domini

Digitized by Google

convenerunt, in unum in civitate vestra Florentiæ, de mense augusti proxime præteriti, dum pro conciliabulo ipso, quod synodum vocant, Pisas obtinuerunt, pro sacro generali concilio per nos indicto die secunda Julii præcedentis ad festum proximum Pentecostes, si potuissent, impediendo non verentes in tempore, ut in aliis, falso uti, fingentes præfatum conciliabolum XV. Maji posuisse celebrandum in Pisis, cum dicti loci concesionem, ut dictum & manifestum est, circa finem dicti mensis Augusti tantummodo obtinuerint, quam utinam non habuissent; & modo forsan res esset meliori unionis dispositioni propiuqua. Quare cum ab ambasiatoribus nostris, qui tunc Florentiæ erant, quorum unus adfuit inter alios, vir singularis & doctor eximius dilectus filius noster Petrus Mauroceno tunc notarius noster, & modo suis meritis diaconus Cardinalis, clare ostenderetur eis omni ex jure contrarium, exaudire noluerunt? quare & cives vestri proprii doctores & magistri tam religiosi quam sæculares, in opinione æquissima cum nostris oratoribus concurrentes, recusati fuere? Quare præclara concilia vestri populi vestrique communis noluerint admittere, dum negarunt præstare assensum, magnum cognoscentes errorem tam de conciliabolo ipso, quam de concesione civitatis Pisanæ, ut sic illos tunc præsides vestros oportuerit pro sua & præfatorum malignitate fovenda ad vias pergere indirectas, & (prout apud nos notorium esse constat) civitatem ipsam concesserunt eisdem per viam baliæ Pisanæ ad hæc totaliter impertinentis, nisi forsan pertinens facta fuerit, prout fertur, pro observatione & executione promissionum, quæ de subtrahenda obedientia nostra facta fuisse dicuntur, quando cum gubernatore Januæ fuit conventum de habendo dominio civitatis Pisanæ? Multa autem cum præfatis civibus vestris in ipsa concesione civitatis Pisanæ conciliabuli offerta, minus quam licite interventa, nolumus aperire; quæ tamen communitati vestræ non credimus fore ignota. Non fuit hæc perseveratio bona. Longe præstantior & Deo acceptior extitisset peccati accelerata correctio.

Dicunt post hæc ad nos misisse, ut ad præfatum conciliabulum assentiremus accedere: quod quantum absurdum fuerit atque sit, judicet ipse Deus, & vestrarum conscientiarum maturitas velit justo judicio intueri, postquam ipsi agnoscere noluerunt, cum evidentissimis rationibus monstraretur omni jure omnique æquitate improbum & detestabile illud esse: sed esse debebat, quod postea tempore suorum in officio successorum, qui viri modestissimi fuere, ad preces & instantias charissimi in Christo filii nostri Regis Hungariæ illustris & dilectorum filiorum ducis & communitatis Venetiarum, & subsecutione Caroli de Malatestis annuerimus loca mutari, & in uno loco communi libero, & securo esse cum eis, ut sic ex utraque parte fieret sacrum generale concilium: quod licet in auribus vestræ communitatis, ut fertur, consonum videretur, illi tamen reprobi renuerunt, in sui conciliabuli obstinatione damnabiliter persistentes, quamobrem dicunt ipsi vestro in officio præcedentes, per literas eorum prædictas exhortatos à multis obedientiam nobis tollere, postquam non volebamus nostra juramenta vota, & promissa servare, nec aliquorum partes audire, & ob id convocasse prælatos, magistros & doctores, religiosos & alios sanctos viros degentes in locis suæ ditioni subjectis, & cum eorum consilio obedientiam subtraxisse; prius tamen ad nos misso uno egregio & peritissimo domino Stephano Bonacursi oratore suo, & in nihilo proficiente, & cum conditione subtractionem ipsam fuisse, quod non ante sextum & vigesimum diem præsentis mensis Martii locum habeat; declarasse quoque quod si infra hoc tempus volumus ad præfatum conciliabolum accedere, nosque libere & sponte determinationi illius conciliabuli submittere, atque quod determinationi præfatæ stare nos obligabimus, vel si decreverimus infra præfatum XXVI. diem per nos vel legitimum procuratorem nostrum cum pleno & irrevocabili mandato ad prædicta renuntiare papatui in manibus præfatorum damnatorum Pisis existentium, quos Cardinales appellant, aut alterius cujuscumque speciale mandatum ad prædicta habentis ab eis, tunc in illis casibus subtractio ipsa proinde sit habenda, ac si non facta esset, ad prædicta nos orantes & obsecrantes cum oblatione salvi conductus pro nobis & societate honesta ad dictum conciliabulum accedendi, & hæc est summa ad contextum scriptionis illorum vestrorum in officio præcessorum.

Ah Pater omnipotens, unde tuis creaturis, quas de nihilo facis, præsumtio talis & tanta est, quod in sedem tuam sanctam, quam pro ipsis conservandis, & salvandis constituisti in terris, non timeant insurgere tam proterve? unde est quod calumnias & fallacias faciant ante te, qui omnia præsentia habes? Unde quod non erubescant tuæ majestatis thronum, in sæculo isto tam dulciter institutum, impellere & velle ducere velut monstrum? Parce, parce eis misericorditer, & ignosce, oramus suppliciter, & succurre, ne pereat grex tuus, pro quo tu mortis patibulum toleraſti. Et vos, filii dilectissimi, ab intimis cordis penetralibus exhortamur, ut facies vestras vertatis in cœlum, corda vestra figatis in Domino nec vestrorum prædictorum in officio prædecessorum vestigia imitemini, qui dicunt convocasse concilium ad subtrahendum obedientiam apostolicæ potestatis pro damnatorum obstinatione tuenda, quam debuissent, & deberent reprimere penitus, & opprimere.

Præsupponunt nos nolle juramenta, vota, & promissa nostra servare, falsum totaliter affirmantes, cum & vota, & jurata, & promissa semper voluerimus & velimus, & in futurum continue intendamus integraliter observare, & mortem potius subire vellemus, quam desistere ab eisdem. Laudes Altissimo, qui hanc firmitatis gratiam nobis indulget; & firmum hoc teneatis & tenere possunt, qui verum diligunt, non ut illi, qui ajunt de suo dominio convocasse concilium, & saltem solum de sua ditione vocassent, ut prætendunt. Sed ut alii sciant, qui a longe distant,

cum

Digitized by Google

cum vobis, qui vidistis, dicere non sit opus, quare & de Bononia nobis subjecta, sed occupata tyrannide per principaliorem unionis hostem & pacis Balthassarem præfatum convocarunt generales illos Prædicatorum, Minorum, & Carmelitarum, ac sequaces ipsorum privatos & justo Dei judicio, tam per processus nostros, quam aliorum prædecessorum nostrorum summorum Pontificum condemnatos propter conspirationes & conjurationes, ac sacrilegia contra nos commissa per eos? quare & alios quoscumque & undecumque potuerunt habere nobis infestos & rebelles? quare & illos reprobos Aquileiensem, & de Turcio, & Mediolanensem fecerunt præsides in concilio, & dilectum filium nostrum Lucam civem vestrum ibidem existentem presbyterum Cardinalem, & Apostolicæ sedis legatum noluerunt admittere sicut prius receperant, & honoraverant in suo dominio ut Cardinalem pariter & legatum? quare & si concilium prout decet, liberum esse volebant, vexillifer ille justitiæ prima die surrexit in principio dicens, præmisso aliquali libertatis colore, deliberatum esse per dominium Florentinum nullis bullis domini Papæ Gregorii obediri sub eorum dominio, sive per privationem, sive per decessionem prælatorum essent, & adhuc determinatum nullum denarium domino Papæ Gregorio portari per collectores de jurisdictione ipsorum? quid aliud hoc erat, nisi suadere omnibus obedientiam nobis totaliter subtrahendam? Quare & ad hunc finem die secunda cancellarium supm in introitu concilii fecerunt dicere quæ dixit, & postea dominum Laurentium de Rodulphis in publico etiam allegari? Quare & illi tres viri Dei, qui soli restiterunt; & pro veritate nostra dixerunt etiam uno ex eis pro justitia monstranda usque ad ignis introitum se offerente, si quis ex contrariis voluisset intrare, compulsi fuerunt & minis attriti, ita ut eos tacere oportuerit; immo & alium ex eis, qui tacere noluit, ut asseritur, deserere civitatem? sunt ne ista liberi concilii ostensiva? non certe.

Dicunt præfatum Stephanum oratorem suum præmisisse, & nil profuisse, cum & ipse a nobis non nisi ardentem nostrum ad unionem affectum potuerit reportare, & deferre, per oratores ipsos nostros, quos actualiter nunc habetis, nos debite responsuros. Sed in hoc, prout in aliis, se gesserunt, cum oratorem ipsum suum post dictam eorum congregationem miserunt & trium dierum terminum nobis dari fecerunt ad respondendum eidem, literas Florentiæ datas die qua hinc orator ipse discessit, postea transmiserunt præceptorias & sub gravibus pœnis minatorias subditis suis in nostra curia existentibus, si e vestigio non discederent ambassiatorem ipsum dicunt nil profuisse cum ad huc responsa non habuissent a nobis, quod habiturum tamen erant, ut habuistis minime exspectarunt; fiqueillud, ut debet, admittitur, proficuum utique valde erit & sancti operis perfectivum: sed ut nullus ex actibus suis ab altero discreparet, fecerunt ipsos in omnibus consimiles & conformes ad obedientiam etiam subtrahendam, cum præceptum fuit ab eis literas apostolicas non servari, & introitus canonicos interdici solum. Supererat atque restat nomen papatus, circa quod principaliter cum promissionibus & pactis abhorrendis illis vestris civibus bene notis omnis eorum astutia malignatur & præfatorum reproborum ambitio tendit non respicientium unionem, nec quidquam, dummodo id sibi valeant quærere quovis modo. O cæca cupiditas! ô cupida rabies! ô insana fragilitas hominum non verentium Dei sedem offendere, ut illam cum damnatione æterna sibi valeant vendicare! Procul vere sunt ipsi a nobis, qui illam graviter assumpsimus, & solum Dei timorem & amorem, cujus nutu percepimus electionem nostram tam concorditer & spontanee factam esse, coepimus onus istud cum intentione & aviditate intentisima unionem & pacem dandi populo Christiano, ad quæ super omnia apud Deum nostrum continue & sincere retinemus intentum, & ob id prædictos nostros ad præsentiam vestram misimus oratores, tria habentes a vobis principaliter procurare. Primum quod nostra veritas, nostraque justitia, immo Dei locum habeat apud vos plusquam malignitas adversantium. Secundum quod inobedientiam velitis evadere, & in catholica fide & debita obedientiæ præstatione persistere, cum non hominibus sed Deo vivo & vero impendatis; nec credatis quod hæc quæramus ob aliud quam ob suam reverentiam & salutem vestram, & aliorum consideratione fidelium, pro quorum etiam interesse tenemur & institimus plusquam nostro, ne principes & magnates, communitates & universitates, & cæteri obedientiæ nostræ taliter videant cum Gallicorum gloria se delusos, & exemplum perpetuum dimittatur in terris taliter & tam graviter excedendi. Tertium & ultimum est, quod non velitis nostrum sanctum propositum perturbare, sed juvare, ut tenemini & debetis, & adversantes illos inducere ad locum tertium, communem, liberum & universale concilium celebrare, & pacem ac perfectam unionem dare, quam cupimus & speramus: neque putetis, quod de loco tertio dicimus, dilatorie interponi: parati sumus, prout ab ipsis oratoribus nostris etiam debuistis habere, nos virum eligere Deum timentem, pacem amantem schisma odientem, & cunctis respectibus unionem sacratisimam procurantem, qui pro parte nostra locum eligat supradictum, si ad idem potestis adversarios pro eorum parte deducere, quod recusare non debent, si pacem & unionem quam ore prædicant, corde gerunt Velit igitur quidquid per vestros actum sit in præteritum devotio vestra, quam per illas strictiores & magis pias, quas possumus atque scimus obsecrationes in Domino requirimus & monemus, his nostris justis desideriis ad tantum bonum perficiendum juxta spem & fidem nostram reddere vos conformes; & si nulla alia causa vos inducat, saltem moveat illa divina, quæ super omnia est, bonitas & majestas. Datum Arimini IV. id. Martii, pontificatus nostri anno tertio.

Digitized by Google

XLVII.

Eugenii P. P. IV. literæ exprobratoriæ ad Senenſes Florentinis bellum intentantes, d. d. 9. Jun. An. 1431.

Eugenius Papa IV.

Dilecti filii ſalutem, &c. Literæ veſtræ ad nos nuper deſtinatæ querelis nonnullis tantisque objurgationibus refertæ inſcios nos eorum omnium, nec tale quicquam opinantes, vehementer perculerunt: ſiquidem unde gratiarum relationem, ac nonnullorum in nos & Romanam Eccleſiam commiſſorum excuſationem ſperabamus, criminationem & accuſationem invenimus. Nam ut animi noſtri Sententiam & quod vobis, ut aſſeritis, infenſi ſumus, plane teneatis. pridem cum intellectum nobis eſſet, vos adverſus communitatem Florentinam bellum parare, id nos noſtra minime intereſſe, quin potius contra ſalutem & propria commoda laborare aſpicientes, nullaque aut honeſtatis aut neceſſitatis, quæ duo maxime mortales ad bella impingunt, ratione compelli, paterna ut decebat, erga vos benevolentia & charitate affecti, vos ab incauto, nec ſatis tuto propoſito revocare, enixe laboravimus. Oratores quidem veſtros, qui penes nos in Romana curia morabantur non ſolum exhortando & admonendo, verum etiam obſecrando & increpando, quia in re cum nihil admonitum proficere videremur, venerabilem fratrem noſtrum Antonium epiſcopum Oſtienſem ſanctæ ejusdem Eccleſiæ Card. qui vos ab infelice propoſito, totiusque Italicæ quietis perturbatione averteret, de latere ad civitatem usque veſtram delegavimus. Vos vero eidem recenſita a nobis mandata ita accepiſtis, ut eundem vix moenibus appulſum veſtris, quaſi perſuaſi ne vobis ab eodem qualibet ratione perſuaderi poſſet, illico ad nos eundem transmiſiſtis. Quod nos quidem intelligentes, cum publicæ, & univerſalis quietis Italiæ contemplatione, cum veſtræ præſertim civitatis, quam in evidens periculum incidere videbamus, cum nihil quicquam poſſemus propterea experiri, ægerrime id ferentes, vicem veſtram paterna pietate vehementer indoluimus. Hoccine eſt vobis, ut ſcribitis, infenſos eſſe, ſtruere vobis inſidias, machinari dolos, veſtræ denique ſaluti adverſari?

Relatum vobis præterea eſſe ſcribitis, nos dilectum filium nobilem virum Michelettum de Attendolis nonnullarum gentium armorum capitaneum, quem certiſſime ſcire dicitis ad noſtra ſtipendia militare, Florentinis conceſſiſſe. Sed utrumque & dictu, & creditu ineptum eſt. Primum ad hoc vulgi rumores adducitis, quibus nihil eſt a veritate longinquius. Deinde ſuper tam ſtabile fundamentum certitudinem ſcientiæ fabricatis. Si enim certo id tenetis, Michelettum ſtipendiis videlicet noſtris adſcriptum eſſe, neceſſe eſt illud vobis etiam certum ſit eundem nos communitati Florentiæ conceſſiſſe. Ut quid igitur ad hæc vulgi, ſeu cujusvis alterius relationem adducitis? Cæterum hoc quidem refellere facillimum eſt: nam cum Michelettus præfatus diem firmæ ſeu conductionis ſuæ, qua illum felicis recordationis Martinus, noſter prædeceſſor, ſuis obnoxium ſtipendiis fecerat, compleviſſe teneret, aſſereretque ſe a cujuscumque obligationis vinculo liberatum; & Florentina communitas aliunde tunc, cum a vobis, mole belli urgeretur, ſaluti ſuæ conſulere pergens, ad ſua eundem ſtipendia conduxit. Nec factu difficile, uti ſperamus, extitiſſet, ut ſi meliores eidem a vobis allatæ conditiones fuiſſent, prout eſt virorum hujusmodi, ad veſtra militatum ſtipendia deveniſſet. Quod vero dicitis lanceas nos & arma vicinis veſtris, ut vos vexent, alio quæſito colore, dediſſe a nonnullis circumſtrepi arbitrari verum eſſe, ſimilis levitatis & vanitatis eſt. Nam cum in nos, vix in primo apoſtolatus limine conſtitutos, plerique ſacrilegi homines grandem pecuniam per ſummum ſtelus nacti, ut ſacroſanctam Eccleſiam perturbarent, omnes impetus conatusque effuderint, nos relicto periculoſo hoſte, vobiscum nullas in nos publicas inimicitias exercentibus nequaquam bellum gereremus. Et qui pro novitate aſſumptionis noſtræ ad pontificatum præfato gravi urgenti illato nobis bello vix ſatis ſumptus ſuppeditare poſſumus, opes noſtras, immo vero ejusdem Eccleſiæ in perniciem veſtram aſſumeremus, qui nuperrime ſalutem veſtram tantopere procuravimus?

Subjicitis poſtmodum credibilia quidem iſta non eſſe, nec mentem alicujus debere ſubire: & veriſſime quidem; licet tamen parum conſtanter; ſiquidem paulo ſuperius id, quod huic contrarium eſt, certiſſime vos tenere aſſeratis. Enimvero veremur maxime, ne vos nonnullorum conſcientia, quæ in nos & eandem Eccleſiam nonnullis in civitatibus, terris, & locis nobis & eidem eccleſiæ devotis, per vos & nuncios ſeu oratores veſtros tentaſtis perpetrari, in has quippe vos inanes frivolasque ſuſpiciones impegerit. Natura enim rerum compertum eſt, ut quod quisquam inſidiarum aut facinorum in alterum machinatus fuerit, itidem ſemper in eum ſtrui ab alio ſuſpicetur. Omittimus illud, quod ſolet atrociſſimæ aſcribi injuriæ, vos literas ad nos nuper deſtinatas tenere, ac ſæpius reſignatas lectitare auſos eſſe; quo quid poteſt fieri hoſtilius? Miſſum etiam facimus nuperrime colligatos & complices veſtros Januenſes, quo pacto galeram noſtram, quam ad tutandos à prædonibus, & piratis portus atque oras noſtras maritimas paratam habebamus, nonnullasque frumento noſtro onuſtas onerarias naves e mediis Tyberis faucibus per ſummum proditionis nefas arripuiſſe, cum eosdem devotiſſimos noſtros & eccleſiæ filios, veſtri potiſſimum confœderatione, putaremus. Hæ quidem vobis illatæ a nobis injuriæ, hæc damna inflicta, hæ vobis fraudes a nobis innexæ ſunt? etc. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo capitum principum Apoſtolorum die IX. Junii Pontificatus noſtri anno I.

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII.

Tractatus pacis inter Alphonſum V. Aragonum Regem atque Communitatem Florentinam die 21. Jun. An. 1450. concluſæ.

ET primo dictus Sereniſſimus Dominus Rex ex una parte, & prædicti Sindici & Mandatarii parte Sindicario & mandatario nomine prædicto ab alia, fecerunt & ſolemniter contraxerunt inter ſe invicem bonam veram, & perfectam & perpetuam pacem, concordiam & bonam voluntatem perpetuo duraturam, interveniente inter dictas partes videlicet ab una alteri & e converſo oſculo Pacis & tactu manuum, ut moris eſt, & in ipſa pace partes ipſæ nominibus quibus ſupra tam pro ſe ipſis, quam pro eorum Colligatis, Recommendatis, adhærentibus & ſubditis de certa eorum propria ſcientia & ſpontanea voluntate remiſerunt hinc inde, videlicet præfatus Sereniſſimus Dominus Rex pro ſe & ejus Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus, & ſubditis remiſit, relaſſavit, & fecit, veram & perpetuam remiſſionem & relaxationem prædictis Jannotio & Franco Sindicis prædictis recipientibus nominibus quibus ſupra, de omnibus & quibuscumque injuriis, contumeliis, damnis, derobationibus, furtis, rapinis, quomodocumque vel qualitercumque mari, terraque illatis Majeſtati dicti Domini Regis, vel ejus Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus & ſubditis cum remiſſione omnium & quorumcumque jurium & rationum civilium & criminalium realium & perſonalium, tacitorum vel expreſſorum, quæ competerent, & competere poſſent ſuæ Regiæ Majeſtati, aut ejus Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus, & ſubditis quacunque ratione vel cauſa interventa tempore guerræ, quæ fuit inter dictas partes, & verſa vice prædicti Jannotius & Francus Syndici prædicto dictis nominibus & modis remiſerunt, relaxaverunt, & fecerunt veram & perpetuam remiſſionem & relaxationem præfato Sereniſſimo Domino Regi recipienti pro ſe, & ejus Colligatis, Recommendatis, adhærentibus & ſubditis de omnibus & quibuscumque injuriis, contumeliis, damnis, furtis, derobationibus, & rapinis datis Communi Florentiæ, aut ſpetialibus perſonis ipſius Communis, ſeu ejus Colligatis, Recommendatis, adhærentibus, & ſubditis in perſona, vel in bonis quomodocunque & qualitercumque illatis & factis cum vera remiſſione omnium jurium, actionum, Civilium vel Criminalium, tacitorum & expreſſorum, quæ quomodolibet competerent, ſeu competere poſſent dicto Communi Florentiæ, aut ſpetialibus perſonis ipſius Communis, vel ejus Colligatis, Recommendatis, Adhærentibus & ſubditis quacumque ratione vel cauſa interventa tempore guerræ, quæ fuit inter dictas partes. Voluerunt tamen dictæ partes & expreſſe retinuerunt, quod prædicta non intelligantur, nec locum habeant pro illis, vel quo ad illos, qui ante dictam guerram aliquid legitime recipere debuiſſent, ſalvis bonis & debitis per Curiam Regiam exactis, vel diſtributis, & e converſo per Communitatem Florentiæ ſimiliter exactis vel diſtributis. Inſuper etiam promiſit, & ſolemni ſtipulatione convenit præfatus Sereniſſimus Dominus Rex pro ſe & aliis ut ſupra prædictis Jannotio & Franco Sindicis prædictis ut ſupra recipientibus & ſtipulantibus, quod ipſa Regia Majeſtas, nec ejus Colligati, Recommendati, Adhærentes & ſubditi non offendent, nec offendi facient, nec conſentient alicui offendere volenti palam vel clam vel alio quæſito colore, dictum Commune Florentiæ vel ipſius Communis ſingulares perſonas, nec ejus Colligatos, Recommendatos, Adhærentes & ſubditos perſonaliter, vel in bonis, nec præſtabit, aut aliquo tempore dabit aliquod auxilium, receptum, paſſum, vel victualia, nec aliquod aliud genus favoris directe, vel indirecte alicui, ſeu aliquibus inimico, vel inimicis publicis tam præſentibus, quam futuris prædictæ Magnificæ Communitatis Florentiæ nec poſſit ipſa Regia Majeſtas per ſe, nec per aliquam aliam perſonam privatam, ſubditos, confœderatos, recommendatos, vel adhærentes ſuos impedire ipſam Magnificam Communitatem Florentiæ, vel ejus Colligatos, Recommendatos & ſubditos, nec aliquomodo contra ipſam vel ipſos alquid facere vel tentare; & ſi ſecus fieret, habeatur ac ſi pacem rupiſſet, & incurriſſe intelligatur pœnas infraſcriptas; & e converſo prædicta Jannotius, & Francus Sindici prædicti dictis modis & nominibus promiſerunt & ſolemni ſtipulatione convenerunt præfatæ Regiæ Maeſtati ut ſupra recipienti & ſtipulanti, quod dictum Commune Florentiæ, nec aliqua ipſius Communis ſingularis perſona, nec ejus Colligati, Recommendati, Adhærentes, & Subditi non offendent nec offendi facient, nec conſentient alicui offendere volenti publice vel occulte, ſeu ſub alio quæſito colore dictam Regiam Maeſtatem, nec ejus Colligatos, Recommendatos, Adhærentes & ſubditos perſonaliter vel in bonis, nec aliquo unquam tempore dabunt, vel præſtabunt aliquod auxilium, receptum, paſſum, vel victualia, nec aliquod aliud genus favoris directe vel indirecte alicui vel aliquibus inimico, vel inimicis publicis prædictis Regiæ Maeſtatis tam præſentibus, quam futuris, nec poſſit ipſa Magnifica Communitas Florentiæ communiter, vel particulariter, nec per aliquam perſonam privatam, ſubditum, confœderatum, recommendatum, vel adhærentem ſuum impedire dictam Regiam Maeſtatem, vel contra eam, vel ejus Colligatos, Recommendatos, Adhærentes & Subditos aliquid facere vel tentare, & ſi ſecus fieret, habeatur ac ſi pacem rupiſſet & intelligatur incurriſſe pœnas infraſcriptas, hoc tamen excepto & reſervato, quod in caſu quo ipſa Regia Maeſtas per ſe, vel alium coram Domino noſtro Papa ageret contra aliquem ex Colligatis, Recommendatis vel Adhærentibus, infra per ipſam Magnificam Communitatem Florentiæ datis pro eo, quod ab eis, vel aliquo eorum legitime recipere debeat, & ab eodem ſummo Pontifice juſtitia denegaretur, vel infra tempus limitatum, ſeu juridicum non miniſtraretur, tunc hujusmodi pro Colligatis, Recommendatis vel Adhærentibus per ipſam Magnificam Communitatem dati, quos præfata Regia Maeſtas ſic conveniſſet, & pro quibus ſibi denegata vel ut ſupra non miniſtrata fuiſſet Juſtitia, non intelligantur Colligati, Recommendati vel Adhærentes præ-

Digitized by Google

dictæ Magnificæ Communitatis Florentiæ, donec & quousque satisfecerint dictæ Regiæ Maestati de eo, quod sibi legitime deberent; quinimmo eo casu dicta Regia Maestas possit licite agere, & procedere contra illos, nec propterea censeatur pacem violasse, nec pœnas aliquas incurrisse.

Item convenerunt prædictæ partes, quod præsens pax, concordia, atque conventio intelligatur, & sit nominatim firma, & concluſa etiam pro Magnifico Domino Raynaldo de Ursinis Domino Plumbini etc. & pro ejus Terra & Locis, & quod ipse Magnificus Raynaldus cum dictis suis terris & Locis intelligatur etiam & sit in dicta Pace, concordia & conventione pariter & expresse cum ipsa Magnifica Communitate Florentiæ comprehensus & inclusus, cum hac tamen conditione & modo, quod ipse Raynaldus & ejus successores in Dominio Plumbini teneantur, & debeant dare dicto Serenissimo Domino Regi & ejus Successoribus quolibet anno in perpetuum unum vasum, sive urceolum aureum valoris Ducatorum quingentorum auri; dando pro præsenti anno dictum urceolum aureum per totum mensem Augusti proxime futurum. Et subsequenter die secundo Junii cujuslibet anni in perpetuum ut supra dicitur, ubicumque Regia Maestas, & ejus Successores aderint illa die, & in casu, quo predicta non observarent, & non ratificarent præsentem pacem, & omnia in ea contenta, dictus Raynaldus videlicet in ea parte, quæ ad eum pertinet intra duos menses proxime futuros a die præsentis contractus sit a dicta Pace excluſus; hoc etiam addito & expresse appoſito, & declarato, quod ipse Magnificus Raynaldus non intelligatur propterea, nec aliquo modo sit, vel reputetur Vasallus prædicti Domini Regis, sed quod ipse & ejus Successores in dicto Dominio una cum eorum terris, & Locis omnibus intelligantur esse, & sint liberi ab omni Vassallagio, ac etiam remaneant in tutela & protectione & amicitia prædictæ Magnificæ Communitatis Florentiæ eo modo & forma & prout erat ante præsentem contractum, & conventionem.

Item solemniter convenerunt prædictæ Partes, quod amici, Colligati, Adhærentes & Recommendati partium prædictarum intelligantur esse, & sint illi, qui infra in præsenti contractu per ipsas partes nominantur, videlicet illi, qui existentes de partibus extra Italiam infra sex menses, & illi qui sunt de partibus Italicis infra duos menses ratificabunt eorum nominationem, & gaudeant beneficio præsentis Pacis quo ad hoc quod non possit offendi ab altera parte, nisi in casu quo contra aliam partem aliquid facerent, vel contra aliquod, quod continetur in præsenti pace; hoc declarato quod per aliquam dictarum partium non possint dari pro Colligatis, Amicis & Recommendatis vel adhærentibus aliqui qui aliquo tempore fuissent sub jurisdictione, subjectione & gubernatione alterius partis.

Item quod dictæ partes non possint facere aut contrahere aliquam confœderationem, Ligam vel intelligentiam, nec aliquod genus prædictorum, nec aliquem contractum, vel actum manifeste vel occulte, tacite vel expresse, directe, vel indirecte, aliquo modo, forma, ingenio, vel alio quæsito colere cum aliquo Principe, Domino, Dominatione, Communitate, Universitate, vel singulari persona, cujuscumque dignitatis, præeminentiæ vel conditionis existat, per quam vel quod, seu quas vel quæ derogaretur, seu derogari quoquo modo posset præsenti paci, vel alicui parti in ea contentæ, & quod secus fieret non valeat, & ipso jure, & de facto sit irritum & vanum.

Item quod omnes & singuli mercatores, & alii Cives Florentini gaudeant & gaudere possint tam in Regno Siciliæ citra, & ultra Farum, quam in quolibet alio Regno, seu Loco præfatæ Regiæ Maestatis omnibus & quibuscumque privilegiis & immunitatibus quibus, & prout gaudebant, & gaudere poterant ante guerram, quæ fuit inter dictas partes.

Item promiserunt dictæ partes & quælibet ipsarum dictis modis & nominibus non offendere, nec offendi facere aliquo modo Sanctissimum ac Beatissimum in Christo Patrem, & Dominum Dominum Nicolaum præsentem summum Pontificem, neque Sanctam Reverendissimam Ecclesiam, nec aliquam ejus terram vel locum, quin imo convenerunt, & consenserunt invicem, quod liceat utrique dictarum partium posse dictum Dominum Nostrum Papam, Ecclesiam, Terras & Loca defendere, & eis favere, in casu quo alia pars offendere vellet ejus Sanctissimum, vel aliquam ejus Terram, vel Locum, absque eo quod propter ea dicta pax rumpatur, vel incurratur in dictas & inter scriptas pœnas.

Item in casu quo aliqua dictarum partium offenderet Communitatem Senarum, liceat parti non offendenti, si voluerit ipsam tueri & favere, absque eo quod rumpatur dicta pax, vel incurratur in pœnas in dicta pace impoſitas. Hoc excepto, quod in casu quo ex causa & culpa ipsorum Senensium dicta offensio insurgeret, tunc & eo casu dicta pars non offendens non possit dictos Senenses tueri, vel favere, absque eo quod dicta pax rumpatur, vel incurratur in dictas pœnas.

Item attentendo quod in concessione & investitura præfato Serenissimo Domino Regi per Papam Eugenium facta de Regno Siciliæ citra Farum, ipse Dominus Rex juravit se non impedire in, & de partibus Tusciis; contentantur dictæ partes nunc pro tunc, quod in casu quo prædicta Magnifica Communitas Florentiæ non servaret id, quod in præsenti pace promisit, Sanctissimus Dominus noster Papa eo casu & nunc pro tunc det licentiam prædicto Serenissimo Regi, quod non obstante dicto juramento, & absque eo quod incurratur in pœnas in ipsa investitura contentas ipse Dominus Rex possit procedere contra dictam Magnificam Communitatem Florentiæ, & singulares personas illius, & dicto Casu nunc pro tunc eum absolvat a dicto juramento, & illud revocet, & annullet dictas pœnas irrevocabiliter.

Nomine Colligatorum, Recommendatorum & Adhærentium Regiæ Majestatis sunt ista videlicet:

Serenissimus Dominus Rex Navarræ, Frater dicti Domini Regis.

Serenissimus Dominus Rex Portugaliæ.

Serenissimus Dominus Rex Castellæ.

Illustrissimus Dux Burgondiæ.

Illustrissimus Dux Sabaudiæ.

Ex-

Digitized by Google

Excelſum Commune Januæ.
Illuſtris Marchio Ferrariæ.
Illuſtris Dux Bocinæ.
Illuſtris. Marchio Mantuæ.

Magnifica Communitas Senarum datur, ut ſuperius continetur.

Nomina Colligatorum, Recommendatorum & Adhærentium Magnificæ Communitatis Florentiæ datorum per ipſos Syndicos videlicet:

Illuſtris Marchio Ferrarienſis.
Illuſtris Marchio Mantuæ.

Magnifica Communitas Senarum datur prout ſuperius dicitur.

Magnifica Communitas Bononiæ.
Magnifica Communitas Lucæ.
Magnifica Communitas Perutii.
Magnifica Communitas Anconæ.
Magnificus Dominus Sigismundus Pandulfus de Malateſtis.
Magnificus Dominus Malateſta Novellus de Malateſtis.
Magnificus Dominus Federicus Comes Montisferretri.
Magnificus Dominus Raynaldus de Urſinis, Dominus Plumbini &c. datur prout ſuperius dicitur
Magnifici Filii & Fratres Domini Guidatii de Manfredis Faventiæ & Imolæ &c.
Magnifici Filii Antonii de Adelaſiis Forlinii, &c.
Magnifici Domini Marchiones de Malaſpinis de Lunignana.
Magnificus Dominus Petrus Honofrius, Comes Montis Dolii.
Magnificus Cerbonæ, Marchio Montis ad Sanctam Mariam.
Magnificus Gerardus de Gambacurtis.
Filii Domini Orlandi de Malevoltis de Senis.
Filii Joannis de Monte Auguto.
Filii Johannis de Alidoſiis.
Jacobus Raynerii de la Saſſetta.

Item concordaverunt dictæ partes, quod terra & Loca Caſtilionis, Piſcariæ & Gilii remaneant in manibus Regiæ Maeſtatis toto eo tempore quo ejus Maeſtati videbitur, & placebit ea retinere, & quod Caſtrum, Terra, & Locus Gravarani remaneant arbitrio dictæ Regiæ Maeſtatis.

Item prædictæ partes concorditer elegerunt in Conſervatores dictæ pacis Magnificos Viros Petrum de Biſulduno Conſiliarum, & Conſervatorem generalem Patrimonii dicti Regis, & Cosmam Johannis de Medicis Civem Florentinum: hoc modo videlicet; præfatus Dominus Rex pro ejus parte elegit dictum Cosmam, & prædicti Syndici elegerunt pro parte dictæ Magnificæ Communitatis Florentiæ præfatum Magnificum Petrum de Biſulduno, & ambæ partes prædictæ concorditer elegerunt Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Nicolaum præſentem ſummum Pontificem in tertium Conſervatorem dictæ pacis, qui tres Conſervatores, & duo ex eis in concordia, durante vita præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Summi Pontificis, habeant Autoritatem & plenariam poteſtatem, quam eis prædictæ partes conferunt, quod præſens Capitulum occurrente caſu aliquo inter dictas partes declarandi inter eas, & quotiens quomodocumque caſus occurrerit ad inſtantiam partium vel alterius earum utrum aliqua ipſarum partium pacem ruperit vel non; & ſi contigerit hujusmodi Declarationem fieri tunc, & in eo caſu debeat pars in cujus favorem extiterit declaratum denuntiare, & ſeu denunciari facere in forma valida alteri parti dictam Declarationem, & interim non poſſit procedere, vel aliquid temptare contra aliam partem, niſi poſt decurſum duorum menſium a die dictæ denuntiationis connumerandorum. In caſu vero, quo dictus Dominus Pontifex decederet, habeant reliqui duo Conſervatores in concordia auctoritatem eligendi alium, quem voluerint in tertium, qui tertius electus una cum aliis, & duo ex eis in concordia habeant eandem auctoritatem, de qua ſuperius dicitur.

Item ſolemniter convenerunt præfatæ partes nominibus quibus ſupra, quod dicta Magnifica Communitas Florentiæ teneatur & debeat infra quindecim dies proxime futuros ratificare in forma valida præſentem pacem, & omnia in ea contenta.

Item quod omnia & ſingula ſupraſcripta intelligantur ad ſanum, bonum & purum intellectum, & bona fide, & omni exceptione & cavillatione ceſſante, quam quidem Pacem & Convent. ac omnia & ſingula ſupraſcripta & infraſcripta promiſerunt dictæ partes dictis modis & nominibus ſibi ad invicem & vicisſim, ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, videlicet una pars alteri, & altera alteri ſingula ſingulis congrue referendo, firmam & ratam, ac firma & rata habere, & tenere, attendere & obſervare facere, & adimplere effectualiter, & in totum ſimpliciter & bona fide, pure, abſque dolo & fraude, & ſecundum bonum purum & ſanum intellectum & non contrafacere, dicere, apponere, vel venire per ſe vel alium, ſive alios modo aliquo vel negotio, directe vel indirecte, tacite, vel de facto, aut aliquo quæſito colore ad pœnam, & ſub pœna Ducatorum centum millium.

XLIX.

Conventio ſeparata a capitulis Ligæ inter Communitatem Florentiæ Franciſcum Sforziam, Mediolani Ducem, ac Petrum de Campo Fregoſio, Januæ Ducem contractæ, qua illi huic certum ſtipendium menſtruum ſolvere promittunt, d. d. 4. Nov. An. 1451.

In Nomine Domini Amen.

CUm inter partes infraſcriptas hodie contracta, firmata, & concluſa fuerit Liga, Confœderatio, & Intelligentia ad utriusque Partis Status mutuam defenſionem ac manutentionem ſub Capitulis, conditionibus, & formis de quibus in contractu dictæ Ligæ ſcripto, & rogato manu mei Notarii, & Cancellarii infraſcripti continetur Magnificus & ſpectabilis Viri D D. Joannes de Ferrufinis quon-

Digitized by Google

quondam D. Antonii de Alexandria Miles, & Legum Doctor Conſiliarius, & D. Antonius de Evidobonis de Terdona Cavalchini Secretarius, ambo Oratores Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi D. Franchiſchi Sfortiæ de Vicecomitibus Ducis Mediolani &c. Ac ipſius Procuratores & Mandatarii habentes ad hæc infraſcripta faciendum plenum, largum & ſufficiens Mandatum ſcriptum, & rogatum manu ſpectabilis Viri Cichi de Calabria, quondam Antonii Notarii, & ipſius Illuſtriſſimi Principis Secretarii, hoc anno, Indictione 14. ſecundum morem Mediolani, die vero Jovis 16. Septembris viſum, & lectum per me Notarium & Cancellarium infraſcriptum, ac Magnificus D. Guilielmus Tenalia quondam Franciſci Juris utriusque Doctor Civis Florentiæ & Orator, Sindicus, Procurator & Mandatarius Excelſæ & potentis Communitatis Florentiæ habens ad hæc infraſcripta faciendum plenum, largum & ſufficiens mandatum ſcriptum, & rogatum manu Ser. Bertolomæi olim Ser. Guidonis Jacobi Guidi Civis & Notarii Florentini hoc anno, Indictione quinta decima ſecundum morem & Stilum Civitatis Florentiæ, die vero trigeſima menſis Septembris viſum & lectum per me Notarium & Cancellarium infraſcriptum. Conſiderantes quod onera, & ſumptus accidere occaſione præſentis Ligæ poterunt Ill. Principi, & Ex. D. Petro Campo Fregoſio, DEi gratia Januenſium Duci tertio, ipſius Ligæ Socio, ac etiam Magnifico, & præſtanti Militi D. Nicolao, de Campo Fregoſio generali Januenſium Capitaneo, & Ducali Locumtenenti. Advertentes hoc eſſe proprium munus veræ & bonæ ſocietatis, ut communibus periculis ac neceſſitatibus ſuccurratur, in præſentia mei Notarii, & Teſtium infraſcriptorum ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque juris aut Facti errore ducti, ſive circumventi nominibus quibus ſupra promiſerunt, & convenerunt ipſis Ill. D. Petro de Campo Fregoſio Duci, & Magnifico ejus Capitaneo & Locum Tenenti, licet abſentibus, mihi Notario, & Cancellario infraſcripto ſtipulanti & recipienti nomine, & vice eorum Ill. D. Ducis, aut Magnifici D. Capitanei, & omnium, quorum intereſt, intererit, & intereſſe poterit in futurum toto tempore, quo ipſa Liga durabit, & tam tempore Pacis, quam Belli ſingulo menſe ſolvere, & numerare, ac ſolvi & numerari facere cum effectu, ac quod ipſi Illuſtriſſimus Princeps & Excellentiſſimus D. Dux Mediolani & Excelſa Communitas Florentiæ, videlicet quilibet pro eorum dimidia dabunt, ſolvent, & numerabunt ipſis Ill. D. Petro, Duci & præfato Magnifico Domino Capitaneo, ſeu cui commiſerint ſtipendium menſuale peditum centum quinquaginta ad rationem ſtipendii terreſtris januenſis, videlicet duas tertias partes dicti Stipendii ipſi Ill. D. Petro Duci, & tertiam partem ipſi Magnifico D. Capitaneo, de quo ſtipendio menſuali, dictus Illuſtriſſimus Dominus Dux Mediolani pro ſua ipſius Illuſtriſſimi Principis D. Ducis Mediolani dimidia faciet Ill. Do- Domino Petro Duci, & dicto Magnifico D. Capitaneo debitam, & Specialem aſſignationem in ſuis Terris ubi ei videbitur. Ex qua aſſignatione dictus Ill. Dominus Petrus Dux, & Magnificus D. Capitaneus ſolutionem menſualem pro ſua ipſius Ill. D. Ducis Mediolani dimidia dictorum peditum centum quinquaginta conſequatur, & percipiat, & de quo ſtipendio peditum centum quinquaginta ipſe Ill. D. Petrus Dux, & Magnif. D. Capitaneus poſſint pro ſuo libito diſponere & tenere, ac non tenere, ac expendere, & diſtribuere prout ipſi Ill. D. Dux Petrus, & Magnif. D. Capitaneus voluerint ſine contradictione cujuſpiam. Quod ſtipendium centum quinquaginta peditum ut ſupra incipiat & incipere intelligatur a die contractus Ligæ ut ſupra, & duret quam diu ipſa Liga durabit, & tam tempore Pacis quam belli, & quod infra dies quindecim proximos a die Contractus dictæ Ligæ ut ſupra celebrati. Ipſi Ill. D. Dux Mediolani & Excelſa Communitas Florentiæ, dabunt, ſolvent, ac numerabunt, & ſeu dari & ſolvi ac numerari facient, videlicet quilibet eorum pro dimidia ipſis Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D Capitaneo ad ratam ſupra ſcriptam ſtipendium menſium duorum pro dictis peditibus centum quinquaginta, ut dici ſolet pro præſtantia.

Promittentes dictis nominibus ipſi Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D. Capitaneo licet abſentibus, ac ad cautelam mihi Notario, & Cancellario infra ſcripto tanquam perſonæ publicæ ſtipulanti & recipienti nomine, & vice ipſorum Ill. D. Petri Ducis & Magnifici Domini Capetanei & omnium quorum intereſt, intererit, ſive eſſe poterit in futurum. Juranteſque ad Sancta DEi Evangelia manibus tactis Scripturis prædictam ſolutionem, & omnia & ſingula ſupraſcripta perpetuo rata, grata & firma habere, tenere attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, aut alios, aliqua ratione, cauſa vel ingenio, quæ dici vel excogitari poſſet de jure, aut de facto ac ſpecialiter ita facere, & curare cum effectu, quod ipſi Ill. Princeps D. Dux Mediolani & excelſa Communitas Florentiæ infra dies viginti proximos ratificabunt præſentem contractum & omnia in eo contenta cum ſolemnitatibus debitis, conſuetis & opportunis, & dictum Inſtrumentum ratificationis infra dictum tempus mittent

ipſis

Digitized by Google

ipsis Ill. D. Duci & Magnifico D. Capitaneo sub Pœna dupli totius ejus de quo contrafieret in solidum stipulatione præmissa, qua pœna soluta, vel non rata & grata manerent omnia, & singula suprascripta cum eadem pœnæ commissione. Pro quibus omnibus, & singulis firmiter attendendis & observandis prædicti Oratores & Procuratores, ut supra obligaverunt ipsis Ill. D. Petro Duci, & Magnifico D. Capitaneo licet absentibus, & ad Cautelam mihi Notario & Cancellario stipulanti & recipienti ut supra omnia ipsorum dictis nominibus bona præsentia & futura. Renuntiantes exceptioni rei, non sic se, aut aliter habentis, doli mali, metus, in factum conditioni sine causa, & omni alii juris & Legum auxilio. Actum Januæ in Domo Gasparis Maruffi sita in contrata de Maruffis, ubi ad præsens habitant prædicti Oratores Ill. Principis, & Excellentissimi D. Ducis Mediolani. Presentibus spectato Viro Gaspare Salvo quondam Manfredi, & Francisco de Vernatia quondam D. Magistri Petri Medici Cancellario Excelsi Communis Januæ ac etiam Ser. Nicolao Christophori Onofrii de Frerinis, Cive & Notario Florentino, qui una mecum de prædictis rogatus fuit, Testibus ad hæc habitis, vocatis & rogatis 1451. Indictione quarta decima secundum Januæ cursum die Jovis quarta Novembris. Ego Gotardus filius quondam Peroni de Donatis de Serzana publicus Imperiali auctoritate Notarius ac Judex ordinarius, & Excelsi Communis Januæ Cancellarius, prædictis his omnibus interfui, & rogatus una cum Ser. Nicolai Christofori, Onofrii de Frerinis Cive & Notario Florentino, subscripsi signo, & nomine meo apposito, ut convevi, in fidem, & Testimonium omnium præmissorum &c.

L.

Donatio castri Jschiæ ab Episcopo Crasserano facta Communitati Senensi, d. d. 22. April An. 1462.

In nomine Domini nostri JEsu Christi, Amen.

ANno a sua salutifera incarnatione 1462. Indict. X. die vero 22. Aprilis tempore Pontificatus beatissimi in Christo patris, & D. D. Pii & Senis divina providentia Papæ II. Regnanteque Ser. Principe, & D. D. Federico Romanorum Imperatore, & semper Augusto.

Omnibus evidenter appareat, qualiter Rev. Pater D. Johannes de Aghazaria de Senis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Crasseti, habito primo longo, & solemni colloquio cum spectabili Viro Jacobo Guidini Lanista de Senis man. Magnificorum Dominorum Sen. ad ipsum - - Episcopum ante dictum super materia concedenti temporale Dominium Terræ Jschiæ Umbronis Magnifico communi Sen. ut alias prætatus Dominus Johannes Episcopus antedictus sponte obtulit dictis Magnificis Dominis, & nunc de novo affirmat, & dicit se esse contentum dare, tradere, & concedere in omnibus, & per omnia dictum Dominium temporale dictæ terræ Jschiæ Umbronis Communi senarum cum illis pactis, modis, Capitulis, & conditionibus declarandis per Magnificos Dominos Capitaneos populi, Vexillif. Magistros & novem cives super custodia civitatis Senarum, & prout & eo modo, & forma eis visum fuerit, & placebit. In quos magnificos Dominos Capit. Populi, & novem cives antedictos Vex. prætatus Rev. Episcopus, se, & dictum temporale Dominium dictæ Terræ Jschiæ sine aliqua exceptione remisit, & in me Notarium instrumentum tanquam publicam personam pro suprædictis Magnificis D. Capit. Populi Vexill. Magistris, & novem civibus de custodia, & Magnifici Communis Senarum recipientem, & stipulantem, promisitque dictus D. Johannes Episcopus antedictus mihi Notario infra scripto recipienti, & stipulanti nomine quo supra se habere firmum, ratum, atque gratum omne, & totum illud, & quicquid per dictos Magnificos Dominos Capit. Populi, & Vexill. Magnif. & novem antedictos in dicta materia dicti temporalis Dominii factum gestum capitulatum, sive declaratum fuerit, & illud plenissime perpetuo observare sub hypotheca, & obligatione sui & bonorum omnium suorum præsentium & futurorum, renuntians prætatus Rev. Episcopus in & pro prædictis exceptioni non factæ affirmationis, remissionis, obligationisque prædictæ, actioni in factum, condictioni sine causa non sic facti, vel celebrati contractus, doli mali, fori privilegio, & omni alii juris, & Ll. auxilio, beneficio, & favori, & juravit manu ejus pectore tacto prædicta omnia, & singula vera esse, & fuisse prout superius continetur, & ea, & quicquid factum, gestum, capitulatum sive declaratum fuerit, per supra dictos Magnificos D. D. Capit. Populi Vexillif. Magistros, & novem de custodia ante dictos perpetuo sine aliqua exceptione observare. Hoc tamen expresse per ipsum Rev. Episcopum declaratur, quod prædicta omnia fiant de voluntate & cum licentia S. s. D. Nostri Papæ, rogans me Notarium infrascriptum, quatenus de prædictis omnibus publicum conficiam instrumentum.

Actum in civitate Senarum, & in domo Thomæ de Allegrettis de Senis, & ad præsens habit. dicti Rev. Episcopi coram & præsentibus supradicto Jacobo Ghuidini Benuenuto, Thomasii de Peccis, & Georgio de Ghabriellis de Clemona famulo Magnificorum D. D. Sen. Testibus præsentibus adhibitis, vocatis & rogatis.

Ego Thomas filius Nelli de Beringhuccis de Senis publicus Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius, & judex ordinarius prædictis omnibus dum sic agerentur, & fierent, interfui & rogatus scribere, & scripsi, & publicavi, & in fidem omnium præmissorum me subscripsi cum nomine meo & signo consueto.

Loco † Signi.

LI.

Tractatus Commercii inter Henricum VII. Angliæ Regem & Rempublicam Florentinam, die XV. April. An. 1490. conclusus.

HÆc INDENTURA

Facta Anno Domini millesimo quadringentesimo, nonagesimo, mensis Aprilis decimo quinto die.

Testatur quod, propter incrementum & ampliationem Mercaturæ & intercursus Mercatorum in partibus & Dominio Florentiæ, pactum, conventum & contractum est, inter nos Johannem Baldisivell Legum Doctorem Clericum Concelii, & Radulphum Austriche Civem & Aldermannum Civitatis Londoniæ, Procuratores, Deputatos, & Commissarios Excellentissimi & Metuendissimi Domini nostri, Henrici septimi, Dei gratia Regis Angliæ & Franciæ, pro se & subditis suis ex parte una, & spectabiles Viros Thomasium Folchi de Portunatis, Christopherum Joannis, Antonium de Spinis, Cives Florentinos, Procuratores, Sindicos, Actores, & Nuncios speciales Magnificorum & Excelsorum Virorum, Priorum Libertatis, & Vexilliferi Justitiæ, Populi Florentini, pro se & dicto Populo, Communitateque Florentiæ, ex parte altera de & super certis Juribus & Libertatibus, subditis dicti Regni Angliæ, in Dominio dictæ Civitatis Florentiæ, & ejusdem quacunque Parte concessis, habendis, exercendis, utendis, & observandis, eisdem per eosdem, modo & forma infrascriptis.

Inprimis pactum, conventum, & contractum est, inter nos Procuratores & Commissarios supradictos, nominibus quibus supra, quod omnes & singuli, subditi Regis Angliæ præsentes & futuri, Masculi & fœminæ, Clerici & Laici, cujuscunque status, gradus vel Conditionis existunt, ab hac die, decima quinta mensis Aprilis, Anno Domini millesimo, quadringentesimo nonagesimo usque ad diem decimum quintum ejusdem mensis Aprilis, quierit Anno Domini millesimo quadringentesimo, nonagesimo sexto venire poterunt libere, secure & absque omnimoda perturbatione, per modum Repriſaliarum, aut alio modo quocunque, tam ex Anglia & aliis Locis quibuscunque, sub ditione, vel obedientia dicti Regis Angliæ existentibus, quam ex omnibus aliis & singulis Locis, & Mundi partibus, sub ditione vel obedientia dicti Regis minime constitutis, Dominiis, vel Dominio de Florentia, Amicis, vel Inimicis, ad & in Civitatis Florentiæ, & ipsarum Portus, & Alveos Maritimos eorundem, omniaque alia & singula loca sub ditione, districtione, vel obedientia dictorum Dominiorum vel Dominii de Florentia existentia vel futura, munita, vel non munita, in Mari, Terra, vel Aquis dulcibus collocata, per Terram, Mare, vel Aquas dulces, per se vel per alios suo nomine, Pedestres, Equestres, Rigis, quadrigis, Navibus, & aliis Vasibus Marinis, aut Aquaticis quibuscunque, aliterve quomodocunque voluerint, & cum Bonis, rebus, & Mercandisis propriis, vel ad eos, aut eorum aliquem, aliquo jure pertinentibus, sive sint Bona, Res, vel Mercandisæ, nata, producta, inventa, aut Fabricata, in vel ex Anglia, vel alio Loco, existente sub ditione vel obedientia Regis Angliæ, vel & in ex quocunque alio Loco, vel Parte Mundi, sub dicti Regis ditione vel obedientia minime constituto Dominiis vel Dominio de Florentia, amico vel inimico, & cum eisdem Bonis, Rebus & Mercandisis suis, vel ad eos aliquo jure pertinentibus in dictis Civitatibus, & alio quocunque Loco sub dictis Dominiis vel Dominio de Florentia, simili modo morari, stare poterunt, & conversari, & in eisdem, eorumque quolibet, cum omnibus & singulis Florentinis, & aliis cujuscunque Nationis, Contractus emptionis & venditionis, & alios quoscunque Contractus, nominatos & innominatos, bonæ fidei & stricti juris, in scriptis & absque scriptis, de & super omnibus & singulis rebus & Mercandisis, licitis videlicet die præsentium non prohibitis, jure facere, concludere & consummare poterunt indifferenter, quæ tamen sint prohibita extra dictum Dominium empta, vel vendita per eosdem, vel per eorum aliquem, ab eis vel eorum aliquo, per dictum Dominium & quamlibet ejus Partem in & ad quemcunque Mundi locum, vehi & transferri, libere & absque aliqua contradictione poterunt; insuper ab eisdem Locis,

Digitized by Google

cis, & eorum quolibet perque eosdem & eorum quemlibet, ad & in omnia alia & singula regna, Terras, Provincias, Dominia, Villas, Oppida, & Partes quascunque Mundi sub ditione vel Obedientia Dominiorum vel Dominii de Florentia, minime constituta, Florentinis amica, vel inimica, cum dictis Bonis, Rebus, & Mercandisis suis, vel ad eos aliquo Jure pertinentibus, proficisci, recedere & abire, quotiens & quando voluerint, libere & absque impedimento quocunque.

Item, specialiter pactum, conventum, & tractatum est, inter nos Deputatos Commissarios & Procuratores supradictos, nominibus, quibus supra, quod, durante tempore supradicto, dicti Domini, vel Dominium de Florentia, non recipient vel admittent in aliquem Locum, sub eis dictove Dominio existentem, vel futurum, aliquas lanas natas in vel ex aliquo Loco, sub ditione vel obedientia Regis Angliæ existente, vel futuro, nisi tales tantummodo quas dicti Regis Angliæ Subditi, vel sub ejus obedientia constituti in Navibus Anglicis, id est aliquorum, vel alicujus Regis Angliæ Subditorum vel Subditi propriis ad dictum Dominium Florentiæ vel aliquam Partem ejusdem, apportabunt, vel apportari facient, aliove Vase Marino quocunque; Si Naufragio vel aliquo casu probabili in itinere contingente, opportuerint eorundem aliquem ita facere in hac Parte, dictique Subditi Regis Angliæ jurabunt vehere & traducere, vehi, vel traduci facere ad dictam Civitatem Pisarum, omnibus & singulis annis, Lanas sufficientes usui & occupationi dicti Dominii Civitatis Florentiæ aliarumque Partium & Locorum Italiæ, Venetorum Dominio duntaxat excepto; quatenus scilicet antiquitas Lanæ hujusmodi ad dictas Partes Italiæ annis Communibus consueverunt vehi & traduci, nisi in hac Parte fuerint rationabiliter impediti: cujus impedimenti examinatio, discussio atque Reformatio debet ad Regem Angliæ specialiter & solummodo reservari; Quas Lanas & earum quamlibet Partem, dicti Subditi Regis Angliæ, postquam ad aliquam Partem Dominii Florentiæ supradictæ applicuerint cum eisdem, quam primum commode poterint, in Civitate Pisarum reponent, & collocabunt: in qua Civitate, Præcinctu, Portubus & Alveis Maritimis eidem adjacentibus, dicti Subditi Regis Angliæ, & eorum quilibet, morari, habitare, & domicilium habere poterunt, libere, secure, & absque omnimoda inquietatione, simul & separatim, una vel pluribus Domibus propriis, conductis, vel quovis alio titulo perquisitis, aut perquirendis, in quacunque Parte dictæ Civitates voluerint Domus, Domum, vel Prædia hujusmodi perquirere vel habere; & omnes & singulas Res, & Mercandisas Lanarum, & alias, ex quacunque Parte Mundi illuc afferre, & abinde extrahere, & trahsferre poterunt in & ad quemcumque Locum, & quamcunque Partem Mundi voluerint, singulisque Libertatibus, Privilegiis, Favoribus & Gratiis utentur, & gaudebunt, quibus Cives & Incolæ ejusdem Civitatis, vel etiam Civitatis Florentiæ ibidem utuntur & gaudent, utentur vel gavisuri sunt; & si, in una aliqua Domo, omnes vel aliqui Subditorum dicti Regis Angliæ simul morari voluerint, dicti Domini, vel Dominium de Florentia ita simul habitare volentibus solum, liberum, congruum & sufficiens dabunt, & appropriabunt eisdem; in quo, & super quod, sibi, domum & habitationem suam, prout eis placuerint, ædificare poterunt quandocunque.

Item specialiter pactum, conventum & contractum est, inter nos Procuratores & Commissarios supradictos, nominibus quibus supra, quod omnes & singuli Subditi Regis Angliæ supradicti præsentes & futuri, in omnibus & singulis Locis, sub ditione vel Obedientia Dominorum, vel Dominii de Florentia constitutis, vel futuris erunt exonerati, & immunes ab omnibus Personalibus, Præmonialibus, vel mixtis, præstationibus, exactionibus, Tributis, Theoloneis, Gabellis, Vectigalibus, & aliis quibuscunque impositionibus & Contributionibus, præsentibus & futuris, & præsertim ab illis, quæ ratione Mercaturæ suæ exigi vel debere possent, ab eisdem, quæ nec ab eis, nec etiam ab illis, illove, qui cum eis, vel eorum aliquo contrahunt, ubicunque fuerint, exigi vel deberi poterunt, quovismodo, Exsisis, Gabellis, vel Daciis Vini, Frumenti & aliorum Victualium, aliter quam pro usu Navium eorundem emendorum, duntaxat exceptis; quas Exsisas, Gabellas & Dacias dicti Subditi Regis Angliæ in dicta Civitate Pisarum solvent & dabunt, eodem modo, quo Scolares Studentes in eadem Civitate solverunt, & non alio, in aliis vero Locis solvant, qui in eisdem Locis inhabitant, exceptis etiam Theoloneis, Gabellis & Vectigalibus, in ipsa Civitate Florentiæ statutis, & usitatis, de quibus dicti Subditi Regis Angliæ petunt moderationem sibi fieri: Et quia Procuratores Dominorum Florentiæ non habent auctoritatem, ut ajunt, illud concedendi, concordatum est, quod deputabuntur alii Commissarii ex Parte Regis Angliæ supradicti, qui habebunt auctoritatem plenius in hac parte concludendi.

Item, pactum, conventum, & tractatum est, quod licebit dictis subditis Regni Angliæ in dicta Civitate Pisarum, habere & facere unum integrum Corpus, ut sint invicem corporati, habeantque unum vel plures Magistrum vel

Digitized by Google

Magiſtros, Sindictum vel Sindictos, Actorem vel Actores, ciſtam vel ciſtas communes, per modum electionis, vel alterius proviſionis cujuscunque, cum quo vel quibus Magiſtro, vel Magiſtris facere & habere poterunt, Statuta, Ordinationes, Proviſiones, Conſuetudines de & ſuper omnibus & ſingulis cauſis, Controverſiis, & litibus pecuniariis, eos vel eorum aliquem, bona, Res, & Mercandiſas eorum, invicem concernentibus, dictique Domini, vel Dominium Civitatis Florentiæ, ſuis ſumptibus & labore dabunt, tradent, & appropriabunt, vel dari, tradi, vel appropriari facient Locum, fundum & ſuperficiem, ſive domum conſtructam, congruam, honeſtam, ſufficientem, & condecentem, honori, neceſſitati, & uſui dicti corporis ſubditorum Regis Angliæ & Corporatorum eorundem; in quo tam dictus Magiſter, vel Magiſtri, quam corporati prædicti convenient libere, & absque omni contradictione, pro tractandis, audiendis, diſcutiendis, & determinandis cauſis, querelis, negotiis & deliberationibus dictum Corpus, vel aliquem ejusdem pro tempore concernentibus.

Item pactum, conventum, & contractum eſt, quod Subditi &c. in omnibus cauſis & litibus pecuniariis, inter duos dictorum Subditorum, vel plures movendis aut futuris, tam agendo, quam defendendo, ſint & erunt ſub Jurisdictione & poteſtate dictorum Magiſtri vel Magiſtrorum, & ab omni alterius Jurisdictione penitus & indeclinabiliter exempti, in cauſis vero pecuniariis & litibus Civilibus inter unum vel plures dictorum ſubditorum & aliquem vel aliquos non ſubditos Regi Angliæ ſupradicto, Poteſtas Civitatis Piſarum, conjunctim cum dictis Magiſtris, vel Magiſtro, tam agendo quam defendendo, habebunt plenam & omnimodam Jurisdictionem in eos, & eorum quemlibet, ad cognoſcendum, ſententiandum, exequendum, ſuper eis, & eorum ſingulis Bonis & Rebus eorundem, in Criminalibus cauſis pro quibus, aliquis dictorum Subditorum veniet corpore puniendus, omnes & ſinguli dictorum Subditorum Regis Angliæ erunt ſub Jurisdictione & Imperio Poteſtatis Civitatis Piſarum ſupradicti, qui ſimili modo eos & eorum quemlibet pro hujusmodi criminibus coherœbit, ſicut Civem Civitatis Piſarum ſi idem, vel ſimile comiſiſſet cohercere poterit & deberet.

Item pactum, conventum, & tractatum eſt, quod dicti Domini, vel Dominium de Florentia, omnibus modis & mediis, quibus poterunt, curabunt & procurabunt, abſque omni dolo & fraude, quod dicti Subditi Regis Angliæ comprehendantur, & contineantur in omnibus & ſingulis Pactis & conventionibus, ſuper exercitio & intercurſu Mercaturæ inter Florentinos & alios cujuſcunque Nationis Homines factis vel faciendis, contractis vel contrahendis, & ut eisdem gaudeant & utantur pro meliori bono ſuo quotiens & quando voluerint.

Item pactum, conventum, & contractum eſt, quod dicti Domini & Dominium de Florentia, absque omni difficultate, concedent & dabunt dictis Subditis Regis Angliæ ad dictum Dominium confluentibus, omnia alia Privilegia, libertates & Commoda, quæ dicti Subditi petent & deſiderabunt ab eisdem; dictorum Dominiorum & Dominii Juribus, & Honore ſemper Salvis.

Item pactum, conventum, & contractum eſt, quod Majeſtas Regis Angliæ prohibebit omnes & ſingulos ſibi non Subditos, cujuscunque Nationis extiterint, extrahere vel aſportare per ſe vel per alios aliquas Lanas, qualeſcunque fuerint, ex aliquo loco ſubdito Majeſtati ſuæ ad aliquem alium Locum non ſubditum poſt Feſtum Sancti Michaelis proximo futurum; Venetis duntaxat exceptis, quibus licebit in unoquoque Viagio, per eos ad Partes Angliæ facto, cum Galeis ſuis extrahent & aſportare in eisdem Galeis Sexcentos Sacros, & non plures, de Lanis Anglicis, pro uſu & occupatione Civitatis Venetiarum, & Dominii ejusdem, & non alio modo; Proviſo ſemper quod ſi Subditi Regis Angliæ vel non potuerint, ut ſuperius ordinatum eſt, Lanas hujus modi educere & aſportare ad dictas Partes Italiæ, vel etiam quandocumque videbitur Regi Angliæ minime expedire, & per Subditos ſuos, juxta formam præmiſſam educantur, & aſportentur, tunc poterunt dictæ Lanæ per non Subditos, & Subditos dicti Regis Angliæ ad quæcunque Partes & Loca transferri vehi & aſportari, tali modo, quo ante præſentem Contractum per eos traduci & apportari conſueverimus, hac præſenti Conventione in aliquo non obſtante.

Item, quod dictæ Lanæ, quas dicti Subditi Regis Angliæ ad dictum Dominium Florentiæ traducunt & traduci facient, erunt Lanæ minimæ reprobatæ bene & fideliter ſarcinatæ & purgatæ, ſicut in retroactis temporibus, quibus illuc traductæ fuerunt, eſſe conſueverunt, easdemque Lanas dicti Subditi Regis Angliæ bono & rationabili pretio vendent & diſtribuent, juxta annorum & temporis ubertatem.

Quæ omnia & ſingula, ſic ut præfertur, pacta, conventa, & contracta, nos, dicti Procuratores, Commiſſarii & Deputati dictorum Dominorum & Dominii de Florentia, promittimus per dictos Dominos & Dominium de Florentia, teneri & firmiter obſervari, ac

per

Digitized by Google

per eosdem & idem Dominium Litteris ſuis Patentibus confirmari & ratificari circa Feſtum Sancti Michaelis proxime futurum: Quæ Litteræ Confirmatoriæ & ratificatoriæ mittentur & tradentur dicto Regi Angliæ, vel Deputato ſuo citra diem Sancti Michaelis ſupradicti.

In quorum omnium & ſingulorum fidem Nomina noſtra ſubſcripſimus & Sigilla noſtra præſentibus appoſuimus.

Dat. in Manerio de Shene Anno die & menſe ſupradictis.

Acta ſunt hæc omnia & ſingula prout ſupra ſcribuntur & recitantur, ſub Anno Domini Indictione, Pontificatu, die, menſe & Loco ſupradictis.

Præſentibus tunc ibidem,

Diſcretis Viris

Domino Johanne Johanſon Cappellano, &

Johanne Goldeſmyth Eborum & Londoniæ Diœceſium,

Ac aliis quam pluribus Teſtibus ad præmiſſa vocatis & ſpecialiter rogatis.

LII.

Bulla Leonis P. P. X. qua declaravit Julium Medicæum (qui poſtea Clemens P. P. VII.) ex legitimo thoro natum eſſe, ac calumnias quorundam redarguit, qui eum ex illegitimo complexu prognatum aſſerebant, d. d. 12. Kal. Octobr. An. 1513.

Leo Epiſcopus,
Servus ſervorum DEi ad futuram rei memoriam.

AD Romanum Pontificem in primis pertinet, non ſolum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti ſingulas actiones, quæ ad noſtram ſunt inſtructionem, verum etiam ejus verba, quæ non absque profundi ſenſus myſterio protulit, quique dixit: Ego ſum Lux Mundi, quæ pulſis ignorantiæ tenebris, veritate prævia per rectam Juſtitiæ ſemitam cuncta ducit, imitari. Quocirca nos ejusdem Salvatoris noſtri, licet immeriti vices gerentes in Terris ac in ſede Juſtitiæ Divina diſpoſitione locati, ex debito Paſtoralis Officii, ut quarumcunque Perſonarum ſtatus, & conditio, prout decet, æquo libramine penſitentur, & unicuique ſuum tribuatur jus, curare tenemur, & comperta veritate, declarationis oracula clara, & plana facere, ut exinde erronea opinione, & contraria fama ſublatis, omnis dubitationis fomes removeatur. Cum nuper fide dignorum relatione perceperimus, quod dilectus filius Julius electus Florentinus, de quondam Juliano de Medicis, Cive Florentino, ſecundum carnem Patruo noſtro, ac Floreta Antonii, Muliere Florentina, tunc in humanis agentibus, genitus, quem hactenus defectum Natalium pati reputatum, ſecumque tanquam defectum hujusmodi patiente in proviſionibus beneficiorum ſibi factis per Prædeceſſores noſtros, & per nos, cum nuper de perſona ſua Eccleſiæ Florentinæ, tunc certo modo vacanti providiſſemus ipſumque illi præfeciſſemus in Archiepiſcopum, & Paſtorem, ut illi præeſſe poſſet, diſpenſatum fuit, quod in veritate ex legitimo matrimonio inter eosdem Julianum & Floretam per verba legitime de præſenti contracto, & carnali copula conſummato, procreatus erat, ac quod aliqui ex teſtibus, qui tunc, quando Matrimonium hujusmodi inter eos contractum fuit, præſentes fuerant, adhuc vivebant. Nos, ne erronea hujusmodi, & vaga fama veritati noceat, in Conſiſtorio noſtro ſecreto Franciſco Sancti Joannis, & Pauli, & Leonardo S. Suſannæ titt. Presbyteris Cardinalibus, dilectis Filiis noſtris, ut ſuper cauſa, & negotio legitimatis, vel illegitimatis, ac Natalium Julii electi hujusmodi, etiam eo, vel alio pro eo non inſtante, vocatis ſua in præmiſſis intereſſe putantibus, ex officio inquirerent, & cognoſcerent veritatem, ipſis invicem, unum ex eis, aut alium vel alios, prout eis videbitur, ſubdelegandi ad procedendum in præmiſſis, etiam Feriis de Menſe Septembris, per nos indictis non obſtantibus, facultatem tribuendo, ac poſtmodum quicquid ſuper hujusmodi legitimate vel illegitimate inveniretur, in eodem Conſiſtorio referendi vivæ vocis oraculo, ut in ſimilibus fieri conſuevit, commiſimus, ac etiam ſuper hoc Commiſſionem manu noſtra ſignatam, per duos ex noſtris curſoribus præſentari mandavimus, ac fecimus, ipſique Cardinales Commiſſionis hujusmodi vigore, ſe ipſos ad invicem & dilectos filios Joannem Paſchalis, & Gentilem de Carlenis, Clericos eorum auditores ad in hujusmodi inquiſitionis cauſa procedendum, & quicquid per eos in eadem inventum foret, eis referendum, ſubdelegarunt, ac dilectus filius Magiſter Angelus de Cæſis, Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Advocatus, Aſſerens ſe ejusdem Julii electi intimum ac præcipuum Amicum, ac ſua intereſſe, ne quis indebite vel injuſte diffamaretur, tanquam talis ac alias ut unus de populo coram præfatis Cardinalibus comparens, proceſſum in hujusmodi cauſa per Edictum publicum in alma Urbe noſtra, & Valvis Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie Campi Floræ affigendum contra omnes, & ſingulos ſua in præmiſſis communiter vel diviſim intereſſe putantes, ſi qui forent, inſtituendum, & continuandum, ac citationem per edictum contra ipſos ſua intereſſe putantes ad dicendum, & excipiendum quicquid verbo vel in ſcriptis, contra ipſam præfatis Cardinalibus, ut præfertur, factam ac præſentatam Commiſſionem dicere, ſive excipere vellent, ad certum peremtorium tunc expreſſum competentem terminum, decerni obtinuit. Ac poſtmodum in eodem termino coram præfatis Franciſco Cardinali Commiſſario, ac Johanne & Gentile Auditoribus, ut præfertur, Subdelegatis comparens edictum citationis hujusmodi in Valvis, & acie prædictis per unum ex dictis Curſoribus, debite affixum, & ligitime executioni publicæ demandatum judicialiter reproduxit, ac citatorum inibi contentorum non comparentium, nec aliquid contra ipſam Commiſſionem dicere, ſeu excipere curantium contumaciam

am accusavit ipsosque contumaces per ipsos Franciscum Cardinalem, ac Joannem & Gentilem Auditores reputari fecit, ac etiam obtinuit, nec non postmodum coram ipsis nonnullos articulos super Natalibus, & legitimate prædictis obtulit, & aliud Citationis Edictum contra ipsos interesse putantes similiter affigendum, & exequendum ab eisdem Cardinalibus ad dicendum & excipiendum, quicquid similiter contra ipsos articulos dicere sive excipere vellent, ac ad videndum, & audiendum ipsos articulos ad probandum admitti, & testes super illis ac tota causa hujusmodi jurare, & ad jurandum admitti ad certam diem juridicam tunc expressam terminum quidem etiam peremptorium competentem, ac ad dandum interrogatoria, si qua dicti citati pro ipsis testibus interrogandis dare vellent, per totam illam & sequentem dies, more solito decerni fecit, ac eadem die adveniente, edictum posterioris citationis hujusmodi in valvis, & acie prædictis per unum ex dictis cursoribus similiter affixum, & executioni demandatum, in illius termino prædicto, coram ipsis Francisco Card. ac Joanne, & Gentile Auditoribus etiam reproduxit & citatorum prædictorum non comparentium, nec aliquid contra ipsos Cardinales dicere, vel excipere curantium per ipsum Angelum contumacia accusata ipsisque contumacibus reputatis per ipsum Franciscum Cardinalem, ac Joannem & Gentilem audiores dictos Articulos ad probandum admitti petiit, & obtinuit ac coram eis nonnullos testes fide dignos super ipsis Articulis, & tota causa inquisitionis hujusmodi induxit, & per Franciscum Cardinalem tam suo, quam Leonardi Cardinalis & Collegæ nominibus, ac Joannem & gentilem, Auditores præfatos etiam recipi & admitti ad jurandum, prout jurarunt, tactis per eos, & eorum quemlibet ob hoc scripturis Sacrosanctis ad Sancta Dei Evangelia, de dicendo puram, meram & sinceram, quam super his scirent, veritatem, amore, favore, ira & invidia, penitus postpositis. Et successive, ne ab aliquibus tempore procedente, de fide, & legalitate dictorum testium aliquid possit hæsitari, præfatus Angelus certos alios Articulos legalitatis ipsorum testium comprobatorios, coram præfatis Francisco Cardinali ac Joanne & Gentile Auditoribus apud acta causæ inquisitionis hujusmodi exhibuit, & deinde alio simili citationis edicto similiter ad dicendum & excipiendum contra illos, & videndum eos admitti, ac jurare testes, tam super illis, quam tota causa hujusmodi ab ipsis Cardinalibus decreto, & emanato, ac pari modo publice affixo, & debitæ executioni demandato, ac ipsis testibus sic ut præfertur, jam inductis, & juratis & conspectu eorundem Francisci & Leonardi Cardinalium præsentatis, & per eos super dictis articulis, & contentis in eis prius, ac deinde per ipsos Joannem, & Gentilem Auditores, etiam secreto, & sigillatim examinatis, eorumque dictis & depositionibus in scriptis fideliter redactis ipsosque posterioris citationis edicto, coram ipsis Francisco Cardinali ac Joanne, & Gentile Auditoribus in illius termino reproducto, & citatis in eo contentis, per ipsos Franciscum Cardinalem, ac Joannem, & Gentilem Auditores contumacibus reputatis, dictos posteriores Articulos similiter ad probandum admitti, et nonnullos alios testes super ipsis posterioribus articulis et tota causa hujusmodi similiter induxit, et ad jurandum recipi obtinuit, prout similiter jurarunt, et termino ad dandum interrogatoria pro illorum examine competenti prius lapso, examinati fuerunt dictis & depositionibus eorum in scriptis pariter redactis. Et tandem ipsi Franciscus & Leonardus Cardinales, actis super præmissis factis & in eis contentis per eos visis, ac diligenter inspectis, ac omnibus & singulis, quæ in causa ipsa acta, & actitata fuerunt, diligenter & accurate per eos etiam examinatis in Consistorio præfato, præmissa omnia & singula, etiam Testium depositiones coram nobis & aliis Venerabilibus Fratribus nostris S. Rom. Eccl. Card. nobiscum inibi consistorialiter sedentibus, magna cum maturitate retulerunt, exposuerunt, & narrarunt. Nos visa citatione ad audiendum sententiam nostram ad hanc diem facta, ac relatione hujusmodi audita & intellecta, ac illis, & aliis, quæ ex processu, & depositionibus testium hujusmodi resultabant, simili maturitate pensatis, & libratis, ac ex illis clare comperto, quod Julianus & Floreta Parentes dicti Julii electi fuerunt, dum viverent, legitimi conjuges, & matrimonium inter se per verba legitime de præsenti contraxerant, quodque dictus Julius electus, jure dictante eorum filius naturalis & legitimus existit, quodque propterea nullum Natalium defectum passus fuit, nec patitur de dictorum Cardinalium Consilio & unanimi consensu, illorum nemine discrepante, processum in præmissis habitum primitus & ante omnia approbantes. & confirmantes, ac omnes & singulos tam juris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in præmissis, dictique Processus solemnitates forsitan minus recte servatas, aut etiam in totum omissas, Apostolica auctoritate, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine supplentes, in dicto Consistorio pro Tribunali sedentes, talem in negotio, & causa hujusmodi sententiam damus in his scriptis, & proferimus in hunc, qui sequitur, modum:

Supremi æternique Tribunalis Judex, cujus divina disponente Clementia, vices in terris gerimus, Nos verbo & exemplo docuit, in rebus omnibus, præsertim gravibus, neque fama decipi, neque alias gestorum nostrorum defensioni nimium inniti, dicente Domino, Descendam & videbo, utrum clamor, qui ad me pervenit, opere compleverint: & eodem jubente, servum coram se rationem reddere villicationis. Nos igitur gesta nostra corrigere & ad veritatis semitam reducere, juxta Apostoli, Nicolaique Prædecessoris Nostri sententiam, ut par est, volentes quanquam usque in hæc tempora, fama suadente, pro comperto haberemus, Dilectum Filium Julium, electum Florentinum Natalium pati defectum, ideoque cum eo, in promotione ad Ecclesiam Florentinam prædictam, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Card. Consilio dispensaverimus, prout alias super eodem defectu a pluribus Prædecessoribus Nostris dispensatum fuisse comperimus. Quoniam tamen nonnulli antiquiores, etiam sanguine conjuncti, ut in rebus gravibus fieri solet, rem aliter se habere arbitrabantur, & Nobis retulerunt, nos de præmissis certam Notitiam non habentes,

Digitized by Google

bantes, stimulis conscientiæ agitati, veritatem rei seriosius inquirere cupientes, ne illegitimum pro legitimo & legitimum pro illegitimo haberemus, Dilecto Filio Francisco SS. Johannis & Pauli, & Leonardo S. Susannæ tit. Presbyteris Cardinalibus dedimus in Mandatis, ut super præmissis se diligentius informarent: tam quorum interest, citatis, aliquorum, post plurium testium examen per eos diligenter factum, in Consistorio Nostro secreto relationibus, dilectum Filium Julium electum præfatum legitimum esse, atque ex legitimo Matrimonio natum fuisse, reperimus. Veritate itaque manifestata cum juxta Canonicas Sanctiones cedat opinio incerti, Omnipotentis Dei, ejusque individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus S. nomine invocato, per hanc Nostram diffinitivam sententiam, quam ex Nostro officio, ad nullius partis instantiam, & de plenitudine potestatis, quod validitatem processus, & sententiæ hujus, modi præcedentes de eorundem Fratrum Nostrorum Consilio & assensu in his scriptis fecimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus in Causa & de super natalibus Dilecti Filii Julii electi præfati, rebusque aliis in actis causæ hujusmodi latius deductis, præfatum Julium electum legitimum, & ex legitimo matrimonio natum fuisse & esse, eumque pro legitimo, & ex legitimo matrimonio procreatum, in omnibus, & per omnia pleno jure vere & non ficte, prout in literis super hujusmodi Nostra sententia conficiendis plenius exprimetur, haberi & reputari, teneri & tractari debuisse & debere, ac decretum perpetuis futuris temporibus habendum, reputandum tenendum & tractandum fore sanxit, dispensationibusque prædictis cæterisque in contrarium facientibus prout revera non obstantibus quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Approbationis, Confirmationis, Supplementis, Pronuntiationis, Prolationis Declarationis & Decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1519. Duodecimo Kal. Octobris. Pontificatus nostri anno primo.

Ego Leo Decimus, Ecclesiæ Catholicæ Episcopus subscripsi

(L. S.)

Ego R. Ep. Ostien. Card. S. Georgii Camerarius.

Ego B. Ep. Sabin. Card. S. †.

Ego Ja. Episc. Alban. Card. Arboren.

Ego F. Episc. Tiburtin. Card. Vult.

Ego M. Episc. Prænestinus Card. Senogall.

Ego T. Presbyter Card. Strigoniensis, tit. S. Martini in Montibus, manu propria subscripsi

Ego F. tit. SS. Joannis & Pauli Presb. Card. Sirentin. manu propria.

Ego N. tit. S. Priscæ Presb. Card. de Flisco manu propria.

Ego Hadrianus tit. S. Chrysogoni Presb. Card. Bathoniensis manu propria.

Ego R. Presb. Card. tit. S. Anastasiæ Nanneten. sis subscripsi manu propria.

Ego L. Presb. Card. tit. S. Susannæ.

Ego C. Presb. Card. tit. S. Ceciliæ de Finario subscripsi.

Ego Chris. Eboracen. tit. S. Prax. Presb. Card. subscripsi.

Ego A. tit. S. Vitalis Presb. Card.

Ego P. tit. S. Eusebij Presb. Card.

Ego B. tit. S. Sabinæ Presb. Card. de Saulis.

Ego F. Diac. Card. S. Angeli de sancto Severino.

Ego Hipp. Diac. Card. Estensis.

Ego A. S. Eustachii Diac. Card. de Farnesio.

Ego L. S. Mariæ, in Cosmedin Diac. de Aragonia.

Ego M. S. Mariæ in Via Cata Diac. Card. Cornelius.

Ego Al. S. Theodori Diac. Card. Petruccius. P. Bembus.

D. de Comitibus.

Locus † Plumbi.

LIII.

Caroli V. Roman. Imperatoris diploma, quo Antonium, Johannem Franciscum, Cyprianum & Marianum de Casulanis, Senenses, titulo atque privilegiis Palatii, Aulæque Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comitum cohonestavit, d. d. 26. Mart. An. 1521.

Carolus Quintus Favente Divina Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, Rex Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Insularum Canariæ, Indiarum, & Terræ Firmæ Maris Oceani, & Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Athenarum, & Hispatriæ &c. Comes Habspurgii, Flandriæ, Tyrolis, Burgundiæ, Talaimus, Annoniæ, Ferreti, Rosilionis &c. Lant-Gravius Alsatiæ, Princeps Sueviæ, Dominus in Asia & Africa. Honorabilibus nostris, & Imperii Sacri fidelibus dilectis Antonio de Casulanis filio quond. Mariani Ant. & Joa. Francisco, & Cipriano ejus fratribus, ac Mariano Nepoti nobilibus Senensibus Sacri Palatii, Aulæque Nostræ Cæsareæ, & Imperialis Consistorii Comitibus Palatinis gratiam Cæsaream, & omne bonum. Imperatoria Majestas, cum per se se satis superque fulgeat, & terrarum orbem micantissimis radiis suis illustrat, nihil tamen æque tam decorat, quam bene de humano genere promereri eque via plerique Romani Imperatores immortalitatem adepti sunt. Nos vero eorum vestigia sequi summa ope nitentes, quos fide & observantia sua de Nobis, & Sacro Imperio Romano bene mereri curare animadvertimus, eos singularibus

bus gratiis prosequimur. Attendentes itaque generis, & familiæ vestræ de Casulanis antiquitatem quantum vos omnes Nobis, ac Sacro Imperio addicti semper fueritis, ac quantum imposterum præstare poteritis, ac debebitis; volentes propterea vos aliquo ornamenti titulo, & beneficentiæ dono decorare: Motu proprio, animo deliberato, ex certa scientia, & nostræ potestatis plenitudine, sano Principum, Comitum & Procerum nostrorum accedente consilio, vos supranominatos Antonium cum duobus fratribus, & Nepote de Casulanis omnes nostri Palatii Aulæque Cæsareæ & Imperialis concistorii Comites facimus, erigimus & attollimus, ac Comitatus Palatini titulo clementer insignimus, & aliorum Comitum Palatinorum numero, & consortio gratanter aggregamus, & adscribimus, decernentes, & hoc Imperiali statuentes edicto, quo vos omnes & singuli ex nunc in antea omnibus privilegiis, juribus, immunitatibus, honoribus, consuetudinibus, & libertatibus frui debeatis, & gaudere quibus Cæsarei nostri Palatii Cæsarei Comites, ac senatus potiri sunt, seu quomodolibet jure, vel consuetudine potiuntur.

Ut verò in vos omnes præfatos gratiæ nostræ affectus plenius fundatur, & ut vos quoque munificos exhibere possitis, eodem animo, motu, scientia, & potestate damus & concedimus vobis, & quilibet vestrum, ac elargimur amplam auctoritatem, & opportunam potestatem, quod valeatis per totum Romanum Imperium, (extra tamen Germaniam) facere & create Notarios, seu Tabelliones, & Judices ordinarios, & universis personis, quæ fide dignæ, habiles, & idoneæ sunt, Notariatus, seu Tabellionatus, & Judicatus ordinarii officium concedere, & dare, & eos, ac eorum quemlibet auctoritate Imperiali, & prædictis per Pennam & Calamarium investire, prout moris est, dummodo ad praticam & executionem habiles, & idoneos inveneritis, super quo conscientiam vestram oneramus, dummodo tamen ab ipsis Notariis publicis, seu Tabellionibus & Judicibus ordinariis per vos faciendis, & creandis, ut permittitur, & eorum quolibet vice, & nomine Sacri Imperii, & pro ipso Imperio debitum fidelitatis recipiatis, ac corporale & proprium Sacramentum, quae instrumenta tam publica quam privata, ultimas voluntates, quæque Judiciorum acta, & omnia alia & singula, quæ illis, & cuilibet ipsorum debito dictorum officiorum, & cuilibet eorum fienda occurrerint, & scribenda fideliter juste, pure, omni simulatione, machinatione, falsitate & dolo remotis legent, & facient scripturas illas, quas debebunt in publicam formam redigere in membranis, & non in cartis abrasis, neque papireis fideliter conscribendo, secundum terrarum consuetudinem faciant, nec non sententias, & dicta eorsum, & nec publicata fuerint, approbata sub secuto fideliter retinebunt, & omnia & singula recte & juxte facient, quæ ad dicta officia quomodolibet jure, vel consuetudine pertinebunt, quique hujusmodi Notarii publici, seu Tabelliones & Judices ordinarii per vos creandi possint per totum Romanum Imperium, & ubilibet terrarum scribere, & publicare Contractus, Instrumenta, Judicia, dicta Testamenta, & ultimas Voluntates, Decreta, & auctoritates interponere, præcepta guarantigiata, executivaque in quibuscumque contractibus, requirentibus illas, vel illa, ac omnia illa facere publicare, & exercere, quae ad dictum officium publici Notarii, seu Tabellionis, & Judicis Ordinarii, ac Delegati pertinere & spectare noscuntur, decernentes, ut omnibus instrumentis, & scripturis per hujusmodi Tabelliones, & Notarios publicos fiendis plena fides ubilibet terrarum adhibeatur in contrarium facientibus quibuscumque non obstantibus quibus pei praesentes derogamus, ac derogatum esse volumus.

Insuper eodem animo, motu, scientia & potestate a vobis præfato Antonio, Joanni Francisco, Cipriano & Mariano de Casulanis, & cuilibet vestrum concedimus, & elargimur qui possitis & valeatis Naturales, Baffardos, Spurios, Manseres, Notos vulgo conceptos, incestuosos copulative, vel disjunctive, & quoscunque alios etiam, & ex nobilibus ortos, & illicito, & damnato Coitu procreatos masculos et foeminas viventibus, vel mortuis eorum parentibus Furiosis, vel mentecaptis, illustrium tamen Principum, vel Comitum, vel Baronum filiis dumtaxat exceptis, legitimare, & eos ad omnia vera legitima restituere & reducere, omnemque genituræ maculam penitus abolendo primevè naturae eosdem restituere præsentes, seu absentes, ita etiam ut sufficiat Nuncium missum habere ad hoc speciale mandatum, vel ab ipsis legitimantis, vel coram parentibus citatis, vel non citatis præsentibus, vel absentibus illis ad quos hæreditas ex testamento, vel ab intestato spectet vel spectare posset ipsos restituendo & habilitando ad omnia, & singula jura successionum & hæreditatum bonorum paternorum, & maternorum, & emphiteothicorum, & ab intestato cognatorum & agnatorum, & ad honores, feuda, dominia, vassallagia, dignitates, & singulos actus legittimos, ac si essent de legittimo matrimonio procreati, objectione prolis illicite penitus quiescente, & quod ipsorum legitimatio ut suprafacta, pro legitime facta teneat, & habeatur, ac si fieret cum omnibus solemnitatibus juris, quarum defectus specialiter auctoritate Imperiali suppleri volumus & intendimus, dummodo legittimationes ejusmodi per vos faciende non præjudicent filiis legittimis, & hæredibus naturalibus, sint tamen ipsi per vos legittimati de agniatione, Casata & familia parentum suorum, & Arma, & insignia eorum portare possint, & valeant, efficianturque nobiles, si eorum patentes nobiles fuerint, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus, quibus per præsentes nostras derogamus, & derogatum esse volumus. Volumus quoq; & concedimus vobis omnibus qui possitis & valeatis filios adoptare, & arrogare, ac emancipare, servosq; manumittere adoptionibus, arrogationibus, emancipationibus, & manumissionibus, etiam cum vindicta, & infantium licencia præbere, & mitram auctoritatem, & decre-

decretum interponere, veniam ætatis ſupplicantibus concedere, in integrum reſtituere, juris tamen ſemper ordine ſervato. Volentes quoque & ſingula in prædictis ex nunc prout extunc, & tunc prout ex nunc, grata, rata, & firma & perpetua eſſe, & tenere omni exceptione remota. Ex abundantia vero gratiæ noſtræ te præfatum Antonium volentes principaliori favore proſequi, ſicut perſonaliter in ſolemni Coronatione noſtra in Civitate Imperiali Aquisgrani de more habita Diadema, Stolam, ceterosque ornatus geſtantes Divi Caroli Magni prædeceſſoris noſtri, ac ſuper ejus Cathedra ſedentes ictu Enſis illius militem creavimus te, ita motu, animo, ſcientia, & poteſtate, præfatis præſentium tenore te Militem auratæ militiæ pronuntiamus, & de novo creamus, & facimus, ac militari dignitate inſignibus, & Equeſtribus faſcibus inſignimus, & militari cingulo decoramus, & omnia ad hunc ordinem pertinentia ornamenta tibi Antonio conferimus, & largimur, decernentes autoritate noſtra Cæſarea, & firmiſſime ſtatuentes edicto, decreto ubique loco, & terrarum in omnibus & ſingulis exercitiis, artibus, ſtudiis, & officiis te pro tali haberi, nominari, & admitti a quibuscunque, & cujuscunque gradus, dignitatis, vel conditionis exiſtant, nec non & illis honoribus, juribus, conſuetudinibus, officiis, privilegiis, inſignibus, prærogativis & gratiis tam realibus, quam perſonalibus, ſeu inſtrumento gaudere, & frui, ac uti volumus, quibus ceteri Aurati milites a Nobis & Sacro Imperio hujusmodi ornamentis inſigniti gaudent, utuntur, & fruuntur. Ad tollendam autem omnem vetuſtatis & nobilitatis veſtræ familiæ ambiguitatem, vos omnes ſupranominatos Antonium, Joannem Franciſcum, Cipianum, & Marianum nobiles, & nobili Caſulanorum progenie procreatos eſſe dicimus, nominamus, & ſcimus, ac quatenus expediat vos omnes, & quemlibet veſtrum, ac filios veſtros legitimos utriusque ſexus per lineam rectam deſcendentes in infinitum denuo nobiles facimus, & ad nobilium verorum gradum erigimus, & nobilitamus, & ſitus, & nobilitatis faſcibus clementer inſignimus; ſtatuentes, & decernentes hoc noſtro edicto Cæſareo, quod vos omnes in quolibet actu, ubicunque locorum, in omnibus exercitiis, ſtudiis, honoribus, dignitatibus, officiis, libertatibus, inſignibus & privilegiis, uti, frui, gaudere vos filii deſcendentesque in infinitum veſtri poſſitis, ac debeatis quibus ceteri Sacri Romani Imperii veri nobiles gaudent, utuntur & fruuntur, & ut ſtatus veſtræ nobilitatis luculentius clareſcat familiæ, antiqua inſignia ita reformamus, & adaugemus, & largimur, videlicet quod in parte ſuperiore Clypei per transverſum diviſi in duas partes ſit Aquila nigra in Campo Aureo expanſis alis, ac pedibus aduncis Roſtrum; in dexteram Clipei partem vertens; in inferiori autem parte Clypei ſint majorum ex familiæ veſtræ conſueta inſignia, ſcilicet dividatur per longum, itidem illa pars in duas partes, quarum altera a dextris ſit tota Rubea, altera vero a ſiniſtris ſit alba, & in medio transverſam, ſeu faſciam Celeſtis coloris contineat, ſupra Clypeum ſit Galea aptata militaris teniis, & faleris conſuetis redimita: in Cavo ſit Navalis Anchora cum Phoenice in igne ardenti, & Phœnix habeat Coronam in capite, quemadmodum hæc omnia artificis manu hic in medio elaborata cernuntur. Quæ nec myſterio carent, nam velut aurum igne, ita vos in hujusmodi adverſitatibus probati; Anchora illa, id eſt, cuncta tandem ſperando & ferendo reſtituetis rem veſtram adverſa fortuna collapſam, & ſicuti Phœnix ad perpetuam felicitatem renovabimini volumus, itaque & decernimus, quod vos prænominati omnes, ac ſinguli, & filii, & deſcendentes in perpetuum auctoritate noſtra Cæſarea hujusmodi inſignibus ex nunc in antea futuris perpetuis temporibus in omnibus, & ſingulis actibus, picturis, ſculpturis, haſtiludiis, bellis, Duellis, Ædificiis, Annulis ſigniti, Sigillis, & Sepulchris, ac Clenodiis quibuscunque ſerio, vel Joco armigerorum & militantium more ubiq; locorum pro arbitrio veſtro deferre & geſtare valeatis.

Ex uberiori autem noſtræ gratiæ abundantia volumus omnes ſupranominatos poſterosque veſtros in infinitum hac frui prerogativa, videlicet qui in noſtram, & Sacri Romani Imperii protectionem, & ſalvaguardiam vos cum omnibus, & ſingulis bonis mobilibus & immobilibus, poſſeſſionibus, domibus, tam nunc poſſeſſis, quam in futurum acquirendis & poſſidendis Familiaribus, Maſſariis, Colonis, Inquilinis recepti ſub ea ſalvi perpetuo, & liberi eſſe debeatis, præcipue ab onere hoſpitandorum militum & ſtipendiariorum, & id circo mandamus, ſerioſe univerſis, & ſingulis Sacri Imperii Principibus, Vaſſallis, Ducibus, Capitaneis, Stipendiatis, Civitatibus, Communitatibus, & præcipue Urbi Senenſi Communitati, & ejus Officialibus ac quibuscunque aliis, qui Nobis parere tenentur, ut vos omnes prædictos poſterosque veſtros cum bonis ut ſupra in hac noſtra protectione, & ſalvaguardia, ac executione conſervent, & manuteneant, ac conſervari faciant. Hæc autem omnia ut ſupraſcripta fecimus, conſtituimus, & ordinavimus proprio motu, ex certa ſcientia, animo deliberato poteſtatisque noſtræ Cæſarea plenitudine, & perpetuo valitura decernimus, non obſtantibus in prædictis aliqua lege, conſtitutione, decreto, ſtatuto, vel conſuetudine, ac aliis quibuscunque tam præſentibus, quam futuris in contrarium facientibus, quibus omnibus & ſingulis in quantum obſtarent præſenti noſtræ conceſſioni ſcientia autem poteſtate prædictis derogamus, & derogatum eſſe volumus præſentes, ac ſi ſpecialiter & expreſſe in omnibus Capitibus & partibus cuncta fuiſſent, & numerata. Nulli ergo omnino hominum Collegiorum, Civitatum, & locorum liceat has noſtras violare, aut eis quovis temerario auſu contraire in judicio, vel extra, aut contra prædicta, vel contra aliquod quovis modo contrafacere, vel venire; ſi quis autem id attentare præſumpſerit, noſtri & Sacri Imperii indignationem graviſſimam, & poenam quinquaginta marcharum auri puri, totiens, quoties contrafactum fuerit irremiſſibiliter

se noverit incursurum, quarum medietatem Imperialis Fisci nostri reliqua vero dimidiam injuriam passi, seu passorum usibus decernimus applicandam, harum testimonio litterarum Sigilli nostri appensione munitarum. Dat. in Civitate nostra Imperiali Wormatia die XXVI. Martii M D XXI. Regnorum nostrorum Romani secundo, aliorum vero omnium, quinto.

LIV.

Literæ Caroli V. Roman. Imperatoris ad Senenses, quibus ipsis reportatam à Gallis apud Ticinum victoriam, & secutam deinde Gallorum cessionem omnium in Italicas Provincias prætensionum notificavit, d. d. 26. Jan. An. 1526.

Nobilibus spectabilibus nostris & Imperii sacri fidelibus dilectis officialibus baliæ & conservatoribus libertatis civitatisque Senarum. Carolus divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper Augustus.

NObiles, spectabiles, fideles dilecti. Quo studio non solum Italiæ, sed universi Christiani orbis quietem, libertatem, & tranquillitatem pro viribus procuraverimus, actiones ipsæ nostræ perfacile testantur: & licet præter opinionem nostram ipsa Christiana respublica & præsertim Italia, non sine magno animi nostri dolore, tot miserandas calamitates passa sit, visum est tandem Deo optimo maximo pro sua gratuita benignitate ærumnosis his adversitatibus diu optatum finem imponere, tanta tamque insigni victoria apud Ticinum de Christianissimo Gallorum Rege, fratre nostro charissimo, superiori anno cœlitus nobis concessa; unde licet nos ditionem nostram propagare, ac prædecessorum nostrorum dominia per Gallorum Reges occupata armis recuperare, damnaque nobis, fœderatisque nostris illata resartire potuissemus, si Galliam suorum stragem deplorantem, omnique defensione carentem cum florenti atque invicto exercitu nostro aliisque collectis copiis invadere tentassemus; maluimus tamen, pro solito instituto nostro, Christianæ quieti, & tranquillitati consulere, quam nobis quantumcumque magnam gloriam vendicare, iterumque ad arma venire. Quo factum est, ut ipso omnipotenti Deo his conatibus nostris, sua divina benignitate favente pacem & amicitiam, ac veram concordiam cum ipso Christianissimo Gallorum Rege ad Dei omnipotentis gloriam tandem iniverimus, arctissimumque fœdus cum eo percusserimus, in quo præter alia, quæ supervacuum esset hic enarrare, serenitas sua nobis Ducatus nostri Burgundiæ aliarumque rerum restitutionem promisit, juribusque ab eo in regno nostro Neapolitano, statuque Mediolani, & in aliis regnis ac dominiis nostris prætensis cessit, nonnullaque alia, quæ dignitatem & honorem nostrum concernere videbantur, liberaliter nobis concessit: nosque vicissim quo hæc arctioris necessitudinis vinculo stabilirentur, serenissimam Reginam, dominam Eleonoram, sororem nostram charissimam matrimonio copulandam promisimus, nihilomnino prætermittentes horum, quæ ad conservationem hujusmodi amicitiæ, fœderis & affinitatis inter nos, ac universæ reipublicæ Christianæ salutem, & optatam tranquillitatem opportuna censuimus: quod his nostris vobis, de quorum fide & animo erga nos plane confidimus, significare voluimus, ut sciamus quid a nobis pro Christiana quiete, & præsertim pro Italiæ otio, effectum fuerit, utque de nostro erga vos rempublicamque vestram animo & vobis polliceamini, quæ de optimo Cæsare expectanda erunt, etc. Datum in civitate nostræ Toleti die XXVI. Januarii anno Domini M D XXVI. regni nostri Romani VII.

LV.

Contractus matrimonii inter Henricum de Francia, Ducem Aurelianensem, & Catharinam de Medicis, Principissam Florentiæ sancitus, d. d. 27. Octobr. An. 1533.

SAchent tous presens & à venir & leur soit notoire, que par l'aide de la divinité de Dieu tres-bon & tres-grand, l'an de l'incarnation de Nôtre Seigneur Jesus-Christ 1533. le vint-setieme jour d'Octobre, en la Ville de Marseille, furent par nous Thomas, élû de --- Gardenote Saint Pere, & Notaire Apostolique & public; Jean Breton, & Gilberd Bayard Notaires & Secretaires du Roi Tres-Chretien, lûs à haute & intelligible voix certains Articles & Points encommencez, conclus, & accordez, entre le Tres-Saint Pere Clement VII. de ce nom, Souverain Pontife; & tres-excellent & tres-puissant Prince François premier de ce nom, Roi de France Tres-Chretien, sur la solemnité qui se doit faire du Mariage, devant la face de notre Mere sainte Eglise, entre l'Illustre Prince, Henri Duc d'Orleans, second Fils du susdit Roi Tres-Chretien, & l'Illustre Princesse Caterine, Niéce selon la chair d'icelui Souverain Pontifice, Ducheſſe d'Urbin. A ce presens, écoutans, & entendans, les susnommez Souverain Pontife, Roi Tres-Chretien & les Duc & Ducheſſe d'Orleans & d'Urbin, desquels Articles la teneur est telle, qu'il s'ensuit.

Premierement, a été conclu & accordé entre le Souverain Pontife, & le Roi Tres-Cretien, que le Mariage seroit passé & contracté par paroles de present devant la face & en la presence de nôtre Mere sainte Eglise, entre le susdit Duc d'Orleans, & Madame la Ducheſſe d'Urbin, incontinent que l'un sera requis de l'autre. Le Souverain Pontife a promis & promet tant pour la singuliere affection, & l'amour qu'il porte à la susdite Ducheſſe d'Urbin, sa Niéce, que pour l'excellente & riche Maison & Famille, en laquelle elle

Digitized by Google

le elle eſt reçûë & alliée, qui baillera & paiera, pour & au nom de ſon Douaire, cent mille Ecus d'or Soleil, de même poids, prix, & valeur, qu'ils ſont ordinairement en France; leſquels cent mille Ecus lui ſont paiez, outre le Droit Hereditaire Maternel, qui peut competer & apartenir à ladite Ducheſſe; & auſſi outre le Droit Hereditaire de Son Pere & leſquels biens & Heritages Paternels & Maternels lui ſont auſſi conſtituez pour ſon Douaire. Et quant à l'Heritage Paternel, le Souverain Pontife, & le Roi Tres-Chretien avec le conſentement d'iceux Duc d'Orleans, & Ducheſſe d'Urbin, l'on aprecié & fait valoir la Somme de trente mille Ecus d'or Soleil, de même valeur, que deſſus; laquelle Somme de trente mille Ecus d'Or, le Souverain Pontife a promis & promet de paier & bailler pour le poids & valeur de tous & chacuns les biens, qui lui pourroient parvenir de l'Heritage de ſon Pere; & pour cette cauſe ladite Ducheſſe voiant & reconnoiſſant lui avoir été amplement ſatisfait touchant le ſusdit Heritage, avec l'autorité puiſſance, & conſentement des ſusdits Souverain Pontife, Roi Tres-Chretien & auſi du Duc d'Orleans, ſon futur époux, a renoncé & renonce à l'Heritage Paternel, & à tous & chacuns les Biens, Droits & Actions, qui pour cette cauſe lui peuvent & pourroient competer & apartenir pour & au profit d'icelui Souverain Pontife, auquel elle a quité & transporté tous Droits & Actions, tant directs que profitables, & autres, qui lui pourroient de cesdits Heritages apartenir, pourvû que toutefois en cette Renonciation n'y ſoit aucunement, ni n'entend être compris le Droit de ce qu'elle pretend lui competer & qui lui apartient en la Duché d'Urbin. Quant au Roi Tres-Chretien, a donné & aſſigné, donne & aſſigne a l'illuſtre Seigneur Henri, ſon Fils, pour la part & portion des biens, qui lui ſont dûs de Droit Hereditaire à cauſe de feuë d'heureuſe memoire Claude, Reine de France & ceux qui lui peuvent auſſi competer aprés le trepas & decés de ſon Pere le Roi Tres-Chretien, jusques à ce qu'il parvienne à l'Heritage de ſondit Pere, & que cependant il ait de quoi il puiſſe honnêtement nourrir, élever & entretenir ſon menage, Femme, Futurs Enfans, le Domaine & Seigneurie du Duché d'Orleans, duquel provient tous les ans cinquante mille livres Tournois: & ſans cela le Roi Tres-Chretien a promis, que s'il defailloit quelque choſe de ce revenu annuel, qu'il s'obligeoit d'autre part. Et quant à la Somme ci deſſus conſtituée par le Souverain Pontife, pour le Douaire de ſadite Niéce, pourra être diſtribué en cette maniere au Roi Tres-Chretien, pour & au nom de ſondit Fils, le Duc d'Orleans, afin que les cinquante mille Ecus d'Or Soleil ſoient paiez à Marſeille, ou a Lion, au lieu qui ſembleroit le plus commode, & que la partie qui demeureroit, qui fait la moitié, ſeroit nombrée; à ſavoir quarante mille Ecus d'Or Soleil, dedans le terme de ſix mois aprés le premier paiement, & les autres quarante mille Ecus ſeroient paiez audit Sieur Roi dedans ſix autres mois paſſez, tellement que toute la Somme ne fut paiée autrement, ni en autre monnoie, qu'en Ecus d'or, même poids, prix & valeur, que ſont les Ecus au Soleil, qui ſe forgent en la France. Et afin que l'argent, & le paiement ſoit aſſuré & arrêté au Roi Tres-Chretien, le Souverain Pontife chargera, ou fera charger homme ſolvable qui puiſſe répondre, & en être fait pleige en la Ville de Lion: de laquelle dite Somme d'argent le Roi tres-Chretien, pour & au nom de ſondit Fils, donnera & baillera quitance valable & neceſſaire: & promet auſſi ledit Sieur Roi, tant faire qu'elle ſera ratifiée & confirmée par ſondit Fils, incontinent qu'il aura l'âge competent à ce faire. Le Fils aîné, qui Sortira d'icelui futur Mariage, pourvû qu'il ſoit propre à porter les Armes, & non deſtiné a la Prêtriſe, pourra avoir l'Heritage Paternel, & auſſi le Maternel en la forme & maniere cideſſous écrite; à cette condition toutefois, qu'il donne & concede à ſes autres Freres leur part & portion legitime de ſes biens. Et pour le regard de ſes Soeurs, les mariera fort honnêtement, ſelon la coutûme, & leur aſſignera bon & juſte Douaire, tant pour le nombre d'icelles, que pour l'abondance de leur bien domeſtique & le plus proche Frere ſuccedera à l'Heritage de l'Enfant, qui viendra par legitime Mariage de l'aîné, s'il eſt ſans Hoirs males, pourvû que ledit Frere ne ſoit nullement obligé ni contraint à la Sacrificature; ni moins propre à la Geurre; en aprés l'autre prendra & poſſedra les biens & Heritages du defunt, gardant l'ordre tenu ſucceſſivement & au degré de primogeniture: Et s'ils advient que l'Heritage tombe & advienne entre les Filles, ſans qu'il y ait aucun Mâle, les Filles, partiront les biens entre elles également, hormis celle part ou Domaine, qui proviendra de la Couronne & Patrimoine des Rois de France; lequel Domaine retournera au lieu, d'ou il étoit ſorti, ſelon la Loi & Coutûme des François, ce qui à été par ſolennelle interrogation conclu, acordé & confirmé entre leſdits futurs Epoux, & autres par Donation faite entre vifs à jamais irrevocable, & autre meilleur moien, ſi mieux il ſe peut faire, afin que cette choſe ſorte du tout ſon plein & entier effet. Pour le regard de ce qui apartient à l'ornament de la Femme, le Souverain Pontife parera, & apareillera ſadite Illuſtre Niéce, ſelon ſon opinion, de vêtemens honorables, & pierres precieuſes, & leſdites pierres ſeront eſtimées & évaluées, ſelon ce qui ſera acordé par le preſent écrit, afin que ſi d'avanture elle ſurvivoit ſondit Mari, elle les pût recouvrer, ou au moins la valeur d'icelles. Davantage l'Illuſtre Seigneur Duc d'Orleans a dès maintenant conſtitué & conſtituë, pour & au nom de Douaire à l'Illuſtre Femme ſa future Epouſe, dix mille livres de rente annuelle de ſon ſusdit revenu annuel, à lui aſſigné par l'avis & du conſentement du Roi Tres-Chretien, ſon Pere, avec le Palais & Château de la Ville de Gienſcis ſur le bord de la Loire, qui conviendra fort bien pour l'emmenagement de ſon Epouſe, etant garni de bons Meubles; lequel Château ne ſera eſtimé être venu de cette ſorte, c'eſt à dire en Douaire; & desquels biens Dotaux, ladite Ducheſſe d'Urbin

bin jouira aprés la dissolution du Mariage, si d'avanture son Mari meurt le premier, & ce seulement sa vie durant: mais si le Duc d'Orleans survît sadite Femme, sans avoir aucuns Enfans d'elle, alors retiendra & aura pour lui tous & chacuns les Biens meubles, & ceux qui lui seront venus, & qu'il aura aquis durant ce Mariage. Toutefois il sera tenu & obligé de satisfaire & paier les Creanciers, & pour le bien immeuble, qui sera di propre de ladite Dame Ducheſſe d'Urbin, à savoir les trente mille Ecus d'or Soleil paiez à une fois qui est le prix de tous & chacuns les biens estimez pour la Succesſion Paternelle, sera rendu avec la Succesſion de sa Mere, aux Heritiers d'icelle Dame, en la même forme, maniere & qualité qu'il est expliqué au suivant Article; si au contraire elle survit son Mari, n'aiant laiſſé aucuns Enfans de ce Mariage, alors elle pourra recouvrer son Droit esdits biens propres, à savoir les trente mille Ecus d'or Soleil, ensemble ses Biens Maternels, dont elle fera ce qu'il lui plaira; recouvrera pareillement ses Habillemens, Bagues & Joiaux, avec la moitié desdits cent mille Ecus d'or, comme il est ci-dessous exprimé. Si d'avanture il arrive, qu'il vienne des Enfans dudit Mariage, incontinent aprés la Solution & accompliſſement d'icelui, Madame la Ducheſſe d'Urbin recouvrera ſesdits Habillemens, Bagues & Joiaux, ou la valeur d'icelles: recouvrera pareillement les immeubles de la Succesſion de sa Mere, & trente mille Ecus d'or, qui seront paiez pour & au lieu de la Succesſion de son Pere. Quant au reste du Dot, a savoir lesdits cent mille Ecus, le recouvrera dedans l'an de l'accompliſſement du Mariage: à la charge toutefois, qui icelle Dame Ducheſſe d'Urbin, donnera par Donation entre vifs irrevocable, comme aussi dés maintenant comme pour lors, a donné & donne aux Enfans, qui sortiront dudit Mariage, les susdits Biens Immeubles, avec le reste de ses Biens, afin que les Enfans à venir jouïſſent & succedent à iceux, selon le premier ordre & degré gardé à la Primogeniture, tant de mâle que femelle, s'il n'y a aucun mâle, comme il a été dit ci-dessus. Toutefois ladite Dame Ducheſſe d'Urbin a retenu & retient pour soi, tant qu'elle vivra l'usage & usufruit de tous sesdits Biens immeubles, ensemble la jouiſſance & fonction des Meubles. Se reserve toutefois, que si lesdits Enfans mâles & femelles, qui viendroient & sortiroient d'eux legitimement aloient de vie à trépas, & qu'il ne demeurât aucun survivant de cette race, alors ladite Dame Ducheſſe d'Urbin, survivant iceux, recouvrera les susdits biens donnez comme il a été dit ci-dessus: & si elle ne survit & n'y aiant, comme il a été dit, aucune lignée du premier Mariage, les Enfans, qui sortiront du second Mariage, succederont & joüiront de tous lesdits Biens Maternels; ne donnant incluſivement la Donation faite jusques au troiſieme degré, comme-dessus, avec les Conditions, qualitez, & limites ci-dessous, ecrites. A savoir, que si ladite Dame Ducheſſe d'Urbin survivoit ledit Sieur Duc d'Orleans, son futur Epoux, & quelle voulût se remarier en secondes noces, alors pourra donner aux Enfans, qui seront engendrez du second Mariage, si aucuns y en a, la somme de cent mille Ecus d'or Soleil, de son Dot dessus dit, laquelle Somme ladite Dame ne veut aucunement, ni n'entend en aucune maniere être compriſe ni contenir en la Donation par elle faite entre vifs, au cas qu'il sorte quelques Enfans dudit second Mariage. Et au cas qu'il ne demeurat que des Filles dudit premier Mariage, à été accordé, que si ladite Dame Ducheſſe d'Urbin venoit a celebrer les secondes noces, pourroit diſpoſer en Faveur des Enfans, qui sortiroient d'elle en second Mariage, jusques à la valeur & concurrence de la Somme de cinq mille livres Tournois de rente annuelle sur les Biens Maternels, & ce outre la susdite Somme de cent mille Ecus d'or Soleil.

Lesquels Articles lûs, ouis & entendus, nous dits Notaires souscrits, avons été priez, & instamment requis, & à la requête & avec la permiſſion desdits Prince & Princeſſe, d'en paſſer une ou plusieurs copies de ce present Contrat, avec les clauſes en tel cas requiſes & acoutûmées, tant pour la seureté des Parties que afin que la preuve en demeure à la posterité. Nous doncques, ensuivant, & selon le commandement desdits Seigneurs, avons, en la preſence de pluſieurs reverendiſſimes Seigneurs & Cardinaux de Bourbon, Lorraine, & de Medicis, & autres Barons, & Seigneurs Courtiſans de la Cour desdits Princes & Seigneurs, aſſuré, & affirmé les choſes deſſusdites par ces preſentes Lettres, & ce par ledit Souverain Pontife, Roi tres-Chretien, les Duc d'Orleans, & Ducheſſe d'Urbin, aprés la lecture d'iceux, ont confeſſé & reconnu avoir été fait, paſſé, encommencé, conclu, & acordé lesdits Articles entr'eux, ausquels de nouveau & preſentement ils ont conſenti & acordé & ont pour agreables, fermes & ſtables. Promettant chacun endroit soi a savoir le susdit Souverain Pontife Romain, Le Roi Tres-Chretien, en foi & Parole de Roi; & Sa Roiale Majeſté, & les Duc, & Ducheſſe d'Orleans, & d'Urbin, en foi de Princes, de fidellement & lojalement garder, tenir entre eux, entretenir, obſerver toutes & chacunes les choſes contenues & compriſes en iceux Articles, sans en rien excepter de Droit, ou de ce qui avoit été fait, & ce sous l'obligation & hypotheque de tous & chascuns leurs biens generalement quelconques. Lesquels Accords, & Conventions ont été fortifiez & ratifiez par les demandes & reponſes, en tel cas requiſes, & accoutûmées; lesdits Souverain Pontife, & Roi Tres-Chretien; autoriſant en ce, comme ils ont fait & font, lesdits Duc d'Orleans, & Ducheſſe d'Urbin sur le conſentement de toutes les choſes & Articles faites & paſſées entr'eux en cette affaire: promettant auſſi reſpectivement, iceux Souverain Pontife, & Roi Tres-Chretien faire ratifier, & avoir pour agreables, fermes & ſtables, toutes & chacunes les choſes ecrites & contenûes en ce preſent Contrat, par lesdits Duc d'Orleans, & Ducheſſe d'Urbin, ſi-tôt qu'ils en auront aquis l'âge competent & requis pour ce faire, ce que lesdits Sieur Duc & Ducheſſe, ont promis & promettent faire & accomplir chacun endroit soi, & ausquelles de nouveau ils ont conſenti, accordé, conſentent, & accordent en tout ce qu'il en sera de beſoin. Nous Notaires à l'ateſtation

Digitized by Google

ſtation d'iceux, & ſelon l'autorité & commandement que nous exerçons en cette partie, avons ces preſentes Lettres ſignées & ſouscrites de nos Seins manuels: & leſquelles neanmoins pour plus grande Seureté, & aſſurance ont été auſſi ſcellées & ſignées des Sceaux & Seins desdits Seigneurs.

LVI.

Capitulatio, qua Senenſes Caroli V. Romanorum Imperatoris atque Sacri Roman. Imp. protectioni ſe ſubmiſerunt, d. d. 2. April. An. 1555.

PErche chiaramente appariſca a tutto il Mondo, e ſpetialmente à Principi d'Italia, la mente, e volontà di S. M. Ceſarea eſſere ſtata ſempre di conſervare, e quietare la Città e Rep. di Siena, al quale effetto l'Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sign. Duca di Firenze s'è contentato di conceder la commodità di molte ſpeditioni per tutti quei Principi, e per quelle parti che gli Oratori, & agenti di eſſa Rep. hanno domandato non oſſante che ſi ſia ſempre conoſciuto, com'hora maggiormente ſi conoſce per li Capitoli da loro propoſti non eſſere ſtato procacciato per altro, che per dilatare il negotio, & in effetto augumentar la rouina, e diſtruttione publica, e privata di quella Città, però volendo, per beneficio, e ſalute di quella, por fine a tante dilationi pernitioſe, ſapendo coſi eſſere la volontà di ſua Maeſtà per benignità, e clemenza ſua ſolita, condeſcendera alle infraſcripte conditioni, e Capitoli, i quali ſua Eccellenza ha mandati a gli Oratori di detta Repub.

Contenteraſſi la Ceſarea Maeſta d'accettare la Città, e Rep. di Siena ſotto la ſua protettione, e defenſione, e del Sacro Romano Imperio, relaſſando, & in quanto faccia biſogno di nuovo concedendo la libertà alla Città, e Repub. predetta.

Rimetterà, e perdonerà ſua Maeſtà a tutti i Cittadini, & habitatori di quella Città, & a qualunque altra perſona di qualſi voglia ſtato, grado, ò dignità, eccetto i Ribelli di Regni, e ſtati di Sua Maeſtà, e della Maeſtà del Sereniſſimo Re d'Inghilterra, e dell'Eccellenza del Sig. Duca ogni, e qualunque offenſione, e pena ancor di ribellione incorſa fino al di che ſarà fermata la preſente capitulatione, cancellando ogni colpa, e reſtituendo ciaſcuno de' predetti nel priſtino ſtato, con ampia, e generale aſſolutione di quanto ſi pretendeſſe fino al detto giorno, e con la reſtitutione, e condonatione di tutti, e ciaſcuni loro beni ſtabili, e mobili, ragioni & attioni, eccetto le robbe mobili predette fino al di ſopradetto.

Poſſino i particolari Cittadini, e gli habitatori di detta Città partire di quella, andare e ritornare con le loro famiglie, e robbe a lor piacere, a' quali non ſi poſſano domandare danni, e ſpeſe fatte nella guerra preſente, e quanto a quelli che ſono prigioni de' ſoldati ſi farà ogni favore poſſibile ſopra le lor taglie, e ſimilmente a gli altri prigioni del Saneſe.

Debba la Città, e Rep. predetta accettare la guardia conveniente di quella natione, e numero che da ſua Maeſtà ſarà giudicato neceſſario, & opportuna alla conſervatione di detta Città, e Rep. ſecondo le conditioni de' tempi e ſi debbia pagare da Sua Maeſtà per la impotenza di detta Repub.

Contenteraſſi ancora S. M. di non reſtaurare, ò di nuovo fare Caſtello alcuno i detta Città ſenza conſenſo, e volonta di detta Rep. ò ſuo Conſiglio, e ſi guaſteranno i forti ogni volta che ſarà finita la guerra, ò prima, ſe prima ſarà eſpediente.

Havera S. M. per quiete, ſicurtà, e benefitio di quella Città, e Rep. (ſalva la detta libertà) piena, e libera autorità, e poteſtà di riformare & introdurre in detta Città, e Rep. il modo, e forma di governo, che a quella parrà conveniente, ſtante fermo il conpartimento di tutti i loro Monti, i quali debbiano participare de gli Offitii, & ordini di detto Governo, e ſtante fermo il Magiſtrato de Magnifici S. S. e Capitano di Populo, nella quale riformatione ancora S. M. havera conſideratione de' privilegi, & entrate, e Terre, e luoghi di detta Rep. ſecondo che le parrà eſpediente, ſalve ſempre le ragioni del Sacro Rom. Imperio.

Laſcierannoſi uſcire di detta Città gli agenti, Capitani, Offitiali, e Soldati, e qualſivoglia ſervitore del Re Chriſtianiſſimo di qualunque natione ſtato, ò grado ſieno, eccetto i ribelli (come di ſopra) de' Regni, e Stati di loro Maeſtà Ceſarea, e Regia, e di S. Eccel. ſenza alcuno impedimento liberamente con tutte loro inſegne ſpiegate, arme, dannari, e robbe private, e paſſare per lo Saneſe, e per lo Dominio di S. Eccel. per quella via che più piacerà loro ſalvi, e ſicuri.

Finita la capitolatione ſi rinoveranno, le conventioni & articoli della confederatione tra S. Eccel. e detta Rep. in qual modo, e per quei tempi, che ſaranno d'accordo.

Conſegnata la capitulatione ſopraſcritta il ſecondo di d'Aprile 1555. a Magnifici SS. M. Girolamo di M. Ghimo, M. Girolamo Malavolti, M. Aleſſandro Guglielmi, e M. Scipione Chigi, Ambaſciadori della Rep. di Siena per me Bartolomeo Concino, Segretario di ſua Eccellenza in Firenze in caſa, che ſi dice de' Pitti; per teſtimonianza delle quai coſe, e di ſuo commandamento mi ſono ſottoſcritto.

Bartolomeo Concino Segretario.

LVII.

Inſtrumentum publicum ſuper tabulis clientelaribus, quibus Philippus II. Hiſpaniarum Rex, Cosmo I. Florentiæ Duci, Civitatem Senenſem, cum univerſo Senenſi Dominio in feudum ligium conceſſit, conſcriptum, d. d. 3. Jul. An. 1557.

PEr hoc præſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Indictione XV. die vero tertia menſis Julii, in mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Illuſtris Vir Dominus Johannes de Figueroa, Catholici & Potentiſſimi Principis Domini Philippi Hiſpaniarum Regis &c. Conſiliarius

Digitized by Google

ejusque Arcis Milani Præfectus, qui verbo dixit & expressit, quod cum ipse alias sub die decima quinta, aut decima septima mensis Martii Anni præsentis 1557. fuerit per Catholicam Majestatem dicti Potentissimi Hispaniarum Regis Philippi constitutus Procurator & Mandatarius ad infrascripta peragenda, ejus veris patentibus Literis Regia manu sua signatis, & subscriptis ejusque Regii sigilli impressione munitis, & per Gundisalvum Perezium ejus Secretarium, Dat. Caleti dicto ut supra proximo Calendarum die, cujus quidem tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis:

Philippus Dei gratia Hispaniarum, Angliæ, Franciæ, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Hiberniæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Mediolani, Brabantiæ &c. Comes Aspurgii, Flandriæ, Tirolis, &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis, quod cum Cæsarea Majestas Patris nostri clementissimi longa obsidione, magnis sumptibus, vario ancipitique armorum conflicta, Civitatem Senensem, quæ nonnullorum perditorum hominum impulsu ab ejus obedientia desciverat atque a Gallica potestate in nostram redigisset, atque in eo bello Senensis Ager vastatus pleraque depopulata, ipsaque adeo Civitas in nostram potestatem devenit, nil majori nobis curæ fuit, quam ut, quoad ejus fieri posset, mala illa omnia refarcirentur, ad explendumque istud desiderium nostrum ostendendumque amorem quo eam Rempublicam semper prosequuti sumus viam aliquam inveniremus, temporum tamen gravitas, annorum sterilitas, bellorum sumptus & incommoda, in quæ sub ipso Regni nostri initio incidimus, in causa extiterunt ut id quod tamopere optabamus ad hunc diem effici non potuerit, ut eam utique ex his angustiis in quas fuerat elapsa erigeremus.

Verum cum hæc cogitatio nullo nos tempore destituerit, sed animo sepe ac multum volveremus, qua id tandem ratione consequi possemus, nulla certior aut promptior occurrit, quam si eam cum ejus Castro atque universo Dominio in Feudum honorificum & ligium, perquam Illustri Principi Cosmo Medici secundo Florentiæ Duci sub aliquibus conditionibus donaremus. Qui præterquam quod in ejus Urbis ac Dominii expugnatione, magnos labores sustinuerit, & sumptus fecerit ob raras quibus præditus est virtutes, Agriique Florentini vicinitatem & fertilitatem, Justitia eam regere, annona alere, ab hostibus defendere, omnibus modis juvare, cum summa denique Senensium tranquillitate & utilitate bonorum perceptione & fruitione, in pace & libertate tenere poterit. Cupientes igitur hoc negotium, ipsi Senensium Reipublicæ tam necessarium, ad exitum perducere, nequa longior mora huic rei interjiciatur, confisi plurimum de fide & dexteritate Domini Joannis de Figueroi, Consiliarii nostri nostræque Arcis Mediolanensis Castellani eidem hanc Provinciam demandare duximus ac tenore præsentium demandamus, dantes ei plenam facultatem, auctoritatem & potestatem ut nostro nomine & pro nobis possit & valeat cum prædicto perquam Illustri Cosimo Medici Florentiæ Duce, Conventiones super hac re, Pacta & Capitula quæcumque inire, tractare, concludere & firmare, nec non quascumque cautiones, securitates & promissiones ad hanc rem necessarias, cujuscumque qualitatis & existentiæ sint, prout ipsi bene visum fuerit, promittere, acceptare & nostro nomine assecurare, etiam si Mandatum exigant magis speciale, quam præsentibus est expressum, omniaque alia, & singula facere, tractare, firmare, disponere, ordinare, quæ circa prædicta necessaria fuerint, & quomodolibet opportuna, & quæ nos ipsi facere, disponere, ordinareque possemus, si coram præsentes essemus, & illas si opus fuerit juramento firmare, eandem propria auctoritate potestatem eidem Domino Jo. de Figuero damus & concedimus, ut post concluſa Pacta & Capitula prædicta ligii homagii & fidelitatis Juramentum nostro nomine ab ipso perquam Illustri Cosmo Medice Duce Florentiæ, pro Civitate & Dominio Senensi, & ea recipere possit & valeat, in hunc qui sequitur, modum.

Ego Cosmus Medices Florentiæ Dux secundus, promitto & juro ex nunc pro me & meis descendentibus masculis & de legitimo natis Matrimonio, esse fidelem Vasallum & Feudatarium immediatum, & ligium Serenissimi Regis Philippi, ejusque Successorum Hispaniarum Regum in perpetuum, & veram & puram fidelitatem & homagium præstiturum, prout nunc præsto, & me ligium & homagium constituo, quodque eorum res, jura, honores & salutem usque ad ultimum vitæ spiritum omni Jure & sollicitudine & quoad viribus meis uti potero, fideliter custodiam & servabo, & ablata vel injuste amissa recuperabo, & recuperata tenebo, omneque periculum ab eis avertam si potero, aut saltem si non potero, ne id fiat summopere impedire conabor; & ne eorum personæ damnum in corpore vel in aliqua ejus parte detrimentum patiantur, nec aliqua alia contumelia, injuriaque aut læsione afficiantur, pro meis viribus impediam. Et si odio & inimicorum conatui resistere non potero, saltem illico Dominis meis revelabo quod ab aliis tentari & tractari in eorum bonorum, famæ & vitæ præjuditium cognovero, aut præsensero, ipseque contra eorum salutem, bona & honorem nunquam conspirabo aut machinabor per me, vel aliis ad id peragendum adjuvabo, secreta commissa fideliter retinebo, & nemini propalabo sine licentia Domini, nec aliquid faciam aut prætermittam scienter per quod prædicta secreta pandantur, & requisitus, si bella movere vel se defendere Dominus voluerit, omne sicut potero & debebo auxilium præstabo, consultus bonum dabo consilium prout mihi magis expedire videbitur, & demum omnia & singula faciam & observabo in omnibus & per omnia ad quæ ipse ratione dicti Feudi juxta utramque formam antiquæ & novæ fidelitatis teneor. Ita me Deus adjuvet & hæc Sancta Dei Evangelia.

Habita pro nobis reali & vera possessione contentorum, in Tractatu super his firmando, & aliis omnibus, quæ præcedere debent; & quæ subsequi debent cautelis necessariis assecuratis, & non alias, aliter, nec alio modo possit & valeat prædictum perquam Illustrem Cosimum Medicem Florentiæ Ducem in possessionem Civitatis Senensis, ejusque Castri & Dominii, inducere, ponere, atque

Digitized by Google

que integrare, eo modo, quo dictum est, promittentes sub nostra fide, & verbo Regis nos ratum gratumque habituros, & omni dolo & fraude semotis observaturos quicquid per eundem Dominum Joannem de Figueroa, Mandatarium nostrum, actum, gestum, ordinatum, concordatum, promissum atque concluſum fuerit, circa præmissa & quodlibet præmissorum, & nullo unquam tempore revocaturos, neque ulla ex parte contraventuros, sub bonorum nostrorum omnium præsentium & futurorum obligatione, harum testimonio Literarum, manu nostra subscriptarum & Sigilli nostri secreti impressione munitarum.

Datum Caleti die 17. Mensis Martii Anno Domini 1557. Regnorum autem nostrorum, videlicet Hispaniarum & ulterioris Siciliæ, anno secundo; Angliæ vero, Franciæ, citerioris Siciliæ Hierusalem & Hiberniæ Anno 4.

Yo el Rey.

Consalvus Peretius.

Ideo Illustris Dominus Joannes de Figueroa, Mandatarius in præinsertis Regiis Patentibus Litteris nominatus, & constitutus, & ex certa scientia, ac consulto, vice & nomine dictæ Serenissimæ ac Regiæ Majestatis, omnia Jura infrascripta etiam cum plenissima facultate ex---concedendi, volens devenire, juxta & secundum tenorem præinserti Mandati & prout melius de Jure & alias debuit & potuit, potestque & debet, Illustrissimo & Excellentissimo Principi & Domino Cosimo Medici Florentiæ Duci secundo ibidem præsenti & acceptanti, pro se & suis Filiis masculis & descendentibus similiter masculis, legitimis & de legitimo Matrimonio natis in infinitum, salvo semper jure Primogenituræ, dat & concedit in Feudum nobile, ligium & honorificum, cum omnibus præeminentiis, dignitatibus, prærogativis, honoribus, Civitatem videlicet Senarum cum ejus Castro Arce, seu Fortilitio & totum & integrum suum Dominium & Statum, ejusque universum Agrum ad dictam Civitatem olim & hodie pertinentem, tam per dictam Regiam Majestatem, & per Illustrem Ducem prædictum possessum, quam per quoscumque Gallos aut alios quibuscumque nominibus censeatur invasum, occupatum seu usurpatum una cum omni jure ad Cæsaream & Regiam Majestatem pertinente, & prout habet a dicta Cæsarea Majestate, cum hoc quod dictus Illustrissimus Dux Cosmus suique ut supra, descendentes teneantur & obligati sint, ea omnia & singula recognoscere, & tenere in Feudum ligium, nobile & honorificum, secundum leges Feudorum, & secundum solitam & approbatam Feudorum consuetudinem, a dicta Regia Majestate Serenissimi & Potentissimi Regis Philippi Hispaniarum, ac suis descendentibus & Successoribus Regibus Hispaniarum, & illis jurare fidelitatem ligium & homagium, juxta traditam a dicta Majestate Juramenti formam, in dictis ejus præinsertis Patentibus Regiæ Majestatis Literis ac alias in forma solita & consueta declaranda tamen ut infra & ab eis, seu ab uno quoque ipsorum in casibus a Jure expressis, petere Investituram, seu Investituras oportunas, ac omnia alia facere & adimplere, ad quæ ex natura dicti Feudi Vasalli Feudatarii suis veris directis & supremis Dominis tenentur & sunt obnoxii: & si contingat (quod Deus avertat) dictum Illustrissimum Ducem seu, ut supra, descendentes masculos successores in dicto Feudo decedere sine Filiis masculis superius descriptis, legitimis & de legitimo Matrimonio natis, tum & eo casu dicta Civitas Senarum cum omni suo integro Dominio & Statu ejusque universo Agro, prout supra concesso ac cum omnibus & singulis, superius descriptis & concesis, ad dictam Regiam Majestatem ejusque in dicto Regno Hispaniarum Successores redeat, & omnino devolvatur & devolutum sit, & esse omnino censeatur.

In hac tamen Feudi concesione sua Catholica Majestas, & dictus Dominus Joannes de Figueroa Mandatarius prædictus, non intendit comprehendi nec quod ullo modo comprehendantur nec comprehensi videantur sed omnino excluſi, & expresse excludantur Oppida, Castra, & Loca & Terræ dicti Agri Senensis, videlicet Portus Herculis, Orbitellus, Thelamon, Mons Argentarius & Portus Sti. Stephani.

Quæ supra Oppida, Castra Loca & Terras Montes, Portus, & omnia alia & singula Jura & redditus, & bona ad ea, & eorum quemlibet quoquomodo pertinentia dictæ Regiæ Majestati & Successoribus ejus Hispaniarum Regibus pleno jure, plenaque potestate reservat, ac pro reservatis habet & habere vult & intendit, prout sibi ante cesionem Feudi hujusmodi pertinebat & spectabat, ac si concesio dicti Feudi facta minime fuisset, & quoad eam & ejus singula pro non facta censeatur. Hoc tamen expresse declarato, quod prædicta Pascua & bona quæ Marsiliana dicuntur, & quæ sub dicto nomine continentur plenissimo Jure proprietatis & possesionis, ad Illustrissimum Ducem pertineant, etiam reservata suæ Majestati & Successionibus suis jurisdictione supra aliis bonis particularium personarum, existentium in Territorio supradictorum Locorum, aut alicujus eorum sita existant, restituat seu relaxabit dictæ Catholicæ Majestati vel ejus Procuratori Illustrissimus Dux Oppidum & Statum Plumbini, Nuamque cæterasque Insulas cum suis annexis pertinentiis, Metallis, Ferrifodinis & Aluminibus, quæ a Sua Excellentiæ ejus præsidiis tenentur, excepto tamen Oppido Arcibus & Portu Ferrato cum duobus millibus passuum Territorii circumcirca adjacentis, præter Metalla & cujuscumque qualitatis Fodinas & Alumina si quæ ibidem sint vel quandocumque reperiantur, quæ ad Plumbini Dominium pertineant sicut cætera dicti Status bona. Quod Oppidum Arces, Portusque Ferratus, una cum dicto Territorio, eodem Jure Feudi, sicut Civitas & Dominium Senense, Illustrissimo Duci concedere; hoc etiam addito, quod Tornamenta, Pulvis salnitrum, Munitiones, cæteraque bellica Instrmenta quæ in Civitate & Arce Senarum, & in Oppido & Arce Plumbini reperiuntur, suæ Majestati & Illustrissimo Duci æquis æstimationibus invicem concedantur vel compensentur. Hoc insuper expresse declarato, & in quacumque parte hujus concesionis & Capitulationis repetito, quod sub nomine dicti Feudi Ligii contineantur duntaxat bona & Jura Civitatis, & Ditionis Senensis & Oppidi Portus Ferrati, Illustrissimo Duci

elar-

Digitized by Google

elargita. Super aliis vero Statibus & bonis dicti Illustrisſimi Ducis ejusque Succeſſorum, nulla Jurisdictio nullumque Jus aliquomodo Regiæ aut Cæſareæ Majeſtatis quæratur, quæſitumque eſſe intelligatur, ratione dictæ infeudationis.

Remittit Illuſtrisſimus Dux & certa ejus ſcientia & omni meliori modo, quo de jure, alias poteſt & debet, quascumque ſummas & pecuniarum quantitates, ſibi tam ratione Belli Senenſis, quam cauſa mutui, aliisve quibusvis cauſis & rationibus, cogitabilibus, tam per ſuam Regiam Majeſtatem, quam per Cæſaream Invictisſimi Imperatoris Caroli Quinti, vel eorum quemlibet, calculatas vel non calculatas, de quibus realiter & cum effectu ſibi ſatisfactum aut ſolutum non eſt; quas hic pro expreſis & ſpecificatis habet. Quas quidem omnes ſummas prædictas quantascumque & qualescumque ſint, cum omni & quocunque & qualicumque intereſſe, illorum ratione quomodolibet ſubſequuto vel ſubſequendo, cedit & tranſitat, & transfert in easdem Majeſtates prout unicuique ea res ſpectat, eisque remittit, condonat & relaxat, ab earum & cujuslibet eorum ſucceſſores omnino liberat. Ita quod ad ſolutionem eorundem, ſeu alicujus partis earum amplius non teneantur, & de eis & earum ſingulis ſe vere & realiter, & omni fraude & dolo ceſſantibus, ſolutum & ſatisfactum vocat, exceptioni non habitæ & non numeratæ Pecuniæ, erroris Calculi, & aliæ cuicumque exceptioni quæ ſibi de jure & alias quovis modo juvare poſſet, expreſſe & de ſimilibus voluntate & certa ſcientia, renunciando, penitusque extinguendo & annullando omnes & quascumque ſcripturas, Chirographa, & obligationes tam publicas quam privatas, ſuper dictis debitis per quoscumque factas ubicumque & quandocumque reperiantur, quæ pro non factis omnino habeantur, & eodem modo ex ſimili renunciatione cedit & transfert in dictam Regiam Majeſtatem omnes illas quantitates & pecuniarum ſummas, quas facto computo dari & accepti, conſtiterit ſuæ Excellentiæ deberi per Plumbini Dominium, tam ratione Ferri quam alia cauſa & ratione quacumque usque in præſentem diem, ad quarum ſolutionem ſeu partem aliquam earum, minime teneatur dictus Plumbini Dominus, nec ejus Succeſſiones. Quodque dictus Illuſtrisſimus Dux ejusque deſcendentes, ut ſupra dabunt, toties quoties opus fuerit, pro juſto & moderato pretio, commeatus ſeu Annonam atque Operarios neceſſarios ad munitionem prænarratorum Portuum & Oppidorum maritimorum Senarum & Plumbini dictæ Regiæ Majeſtati & Succeſſoribus ſuis & dicto Plumbini Domino, deſuper reſervatorum, quoties opus fuerit.

Atque etiam ſi majoribus præſidiis ea Loca, & quælibet eorum indiguerint, ea concedet, ſumptibus tamen omnibus, & impenſis Sereniſſimi Regis prædicti & Succeſſorum, & caſu quo Oppida & Portus Orbetelli, Thelamonis & Portus Herculis atque alia quæ dictæ Regiæ Majeſtati & Succeſſoribus ſuis in præſenti Conceſſione reſervantur, Terra aut Mari oppugnarentur & obſiderentur, vel invaderentur ab hoſtibus ſuæ Majeſtatis & Succeſſorum ſuorum, dictus Illuſtrisſimus Dux ejusque Succeſſores prædicti, toties quoties requiſiti fuerint per ſuam Regiam Majeſtatem aut Succeſſores prædictos aut ejus Miniſtros teneantur ſubſidium & auxilium ferre & præſtare dictis Locis, ut ſupra, obſeſis, oppugnatis, vel invaſis.

Sumptus autem in dictis auxiliis impendendi, pertineant pro tertia parte dicto Illuſtrisſimo Domino Duci & Succeſſoribus ſuis, & pro aliis duabus tertiis partibus dictæ Regiæ Majeſtati & Succeſſoribus prædictis, dummodo tertia illa pars ſit juxta formam Obligationis & Ligæ, & Confederationis hic contentæ, & illam non excedat.

Concedit idem Sereniſſimus Rex & Succeſſores prædicti, & ad id dictus Illuſtris Dominus Joannes de Figueroa, pro ſua Majeſtate & ejus nomine ſe obligat dare dicto Illuſtrisſimo Duci, pro recuperatione, & pro recuperandis Oppidis & Locis Senenſis Ditionis ab Hoſtibus occupatis, quatuor mille partim Hiſpanorum & partim Germanorum Peditum & quadringentos Equites ſumptibus & expenſis ſuæ Majeſtatis, & pro ſex menſibus, mercede conductos, ſi tanto tempore bellum pro Hoſtibus expellendis, ut ſupra, duraverit.

Sin autem infra dictum tempus bellum ab auxiliaribus Regiis una cum Copiis Illuſtriſſimi Ducis confectum non fuerit, rurſus Regia Majeſtas & Illuſtriſſimus Dux communi conſenſu de ratione & tempore belli proſequendi convenient.

Modus autem belli proſequendi omnis diſpoſitioni dicti Illuſtrisſimi Ducis relinquatur, dum tamen Copiarum Ductores & Officiales a ſua Majeſtate mittendi cum eis quibus miſſi fuerint, Copiis & Officiis remaneant, cum quibus in recenſendis Militibus, & ſtipendiis perſolvendis Miniſtri a ſua Excellentia deputandi, ut omnia recte, & diligenter agantur, intereſſe debeant.

Promittit idem Illuſtriſſimus Dux, quod tam ipſe quam deſcendentes prædicti, dabunt & commodabunt Triremes quas habebant Regiæ Majeſtati, & Succeſſoribus prædictis, toties quoties ab eis ſeu eorum Miniſtris requiſiti fuerint, absque tamen aliquo ſumptu aut impenſa ſuæ Majeſtatis & Succeſſorum. Eadem Regia Majeſtas, & dictus Dominus Joannes pro ea, & ejus Succeſſoribus, ut ſupra, promittit ſe laturam opem, & auxiliaturam dicto Illuſtriſſimo Duci & ejus Succeſſoribus caſu quo Status Florentiæ aut Senarum exercitu belloque petantur, cum decem millibus peditum Hiſpanorum, Germanorum aut Helvetiorum, quotquot tunc mercede ea Majeſtas conducere poterit, reliquis usque in eum numerum Italis atque inſuper cum quadringentis Equitibus cataphractis & ſexcentis lævis Armaturæ, ſumptibus & expenſis ejusdem Majeſtatis quousque prædictæ Ditiones & Status ab illatis bellis & imminentibus periculis liberi fiant.

Quod ſi quando Regnum Neapolitanum Armis terreſtrique Exercitu petitum fuerit, præſtabit Illuſtriſſimus Dux præſtiturumque ſe promittit & deſcendentes predicti pro ejus defenſione quatuor mille Hiſpanorum, Germanorum, aut Helvetiorum, quotquot haberi potuerint, reliquum usque ad eam, quantitatem ex Hetruſcis Peditibus ſupplendo, & quadringenti Equites vel majorem numerum Peditum ad libitum Regis, ejus Illuſtriſſimi Ducis ſumptibus ſtipendio & mercede.

Dabuntque Illuſtriſſimus Dux & deſcendentes prædicti, quandocumque ſuæ Regiæ Majeſtati & Suc-

Digitized by Google

Succeſſoribus ſuis in Lombardia bellum illatum fuerit, a ſummo Pontifice, a Duce Ferrariæ, aut aliis quibuscumque Italiæ Potentatibus pro ſe aut cum alio, vel aliis fœdere junctis, ita tamen ut uno, & eodem tempore dictus Illuſtriſſimus Dux & deſcendentes prædicti non teneantur dicta Auxilia præſtare niſi in altera tantum parte, ad ſuæ Majeſtatis & Succeſſorum ſuorum electionem.

Eritque perpetuum fœdus quod ex nunc præſenti Stipulatione & Capitulatione expreſſe & inviolabili vinculo firmatur, offenſivum & deffenſivum, Illuſtriſſimo Duci ejusque Succeſſoribus cum ſua Majeſtate Catholica & Succeſſoribus ſuis prædictis, & Hiſpaniarum, aliisque omnibus Catholicæ Majeſtatis, & Succeſſorum ſuorum Regnis & Statibus, Ditionibusque ſupra & infraſcriptis. Adeo ut Illuſtriſſimus Dux & deſcendentes ſui prædicti eosdem Hoſtes & Amicos habeant quos Serenisſimus Rex & ejus Succeſſores habebunt. Idemque per Regiam Majeſtatem ejusque Succeſſores, erga dictum Illuſtriſſimum Ducem & Succeſſores prædictos per omnia obſervabitur. Præterea ſi bellum alicui vel aliquibus inferendum cenſebitur ex communi conſenſu Serenisſimus Rex & Illuſtriſſimus Dux & eorum, ut ſupra, Succeſſores convenient tam de ratione Belli, quam de Copiarum & expenſarum numero contributionibus, & etiam acquirendorum participatione; ſupraſcriptis nihilominus in robore permanentibus.

Nullum inſuper Fœdus ac Ligamen tractabit aut inibit Illuſtriſſimus Dux neque ejus in dictis Ditionibus Succeſſores, cum aliquibus Principibus, Potentatibus, aut Dominiis, tam Italis quam exteris, in præjuditium præſentis Ligæ & Confœderationis.

Item e converſo Serenisſimus Rex & ejus Succeſſores erga Illuſtriſſimum Ducem Succeſſoresque illius obſervabunt.

Quibus omnibus & ſingulis etc.

Quæ fuerunt acta Florentiæ in Ducali Palatio, die, menſe, anno & Indictione quibus ſupra, præſentibus ibidem, pro Teſtibus perquam Magnificis Dominis, Don Bernardo de Brolia, Franciſco de Villanova, Alexandro de Vicecomitibus, de Conſilio Regiæ Majeſtatis ac Magnificis Dominis Lelio Daurello, Auditore & pro-Secretario Suæ Excellentiæ Illuſtriſſimæ & Domino Alphonſo Quintellio, Auditore & Fiſcale, ac Bartholomeo Concino, Secretario Suæ Excellentiæ Illuſtriſſimæ.

Ex factis præmiſſis dicta eadem die me Notario Teſtibusque, ſupra & infraſcriptis in eodem loco ad infraſcripta ſpetialiter vocatis, & rogatis præſentibus in executione & confirmatione omnium prædictorum. Idem Illuſtris Dominus Don Joannes de Figueroa dicto nomine, dictum Illuſtriſſimum Dominum Coſimum Medicem, Ducem præſentem recipientemque, inveſtivit & actualiter inveſtit, de dicta Civitate & Dominio Senenſi ac Oppido, & Portu Ferraro, ut ſupra, per Bireti impoſitionem, Baculi traditionem & Annuli immiſſionem, & ulterius in ſignum mutuæ dilectionis & fidei, pacis oſculo prædicta omnia firmaverunt.

Et dictus Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Princeps Coſmus Medices Florentiæ Dux ſecundus, volens juramentum per Suam Excellentiam Illuſtriſſimam pro Conceſſione dicti Feudi requiſitum, præſtare cum declaratione tamen, ut ſupra, in Capitulis præinſerti inſtrumenti facta & expreſſa proteſtatione per infraſcriptum Juramentum, ſub nomine Feudi Ligii contineantur, bona & jura Civitatis Senenſis & oppidi Portus Ferrati, dumtaxat dictum Juramentum efficaciter & reverenter tactis Sacro Sanctis Scripturis, flexis genibus, manibusque ſuis infra manibus dicti Illuſtris Don Joannis de Figueroa Mandatarii prædicti poſitis per Deum ſupra crucem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac ad ejus Sancta quatuor Evangelia juravit dicens: Ego Coſmus Medicis Florentiæ Dux ſecundus, promitto & juro etc.

Extendantur Juramenta, prout ſupra in Mandati Inſtrumento continetur, quia illud taliter ut ſibi cuſum eſt præſtitit, addito in ea parte in qua dicit prædicti Feudi, quod dicat Senenſis & Portus Ferrati.

Ex quibus etc.

Requiſiverunt fieri publicum Inſtrumentum etc.

Feſtes fuere præmiſſi præſentes Reverend. Presbyter Don Bernardinus Epiſcopus Aretinus. Reverend. Ugolinus de Grifonibus, Magiſter Generalis Altipaſſius. Illuſtris Dominus Albertinus Cibo Marchio Maſſæ, Illuſtris Dominus Ludovicus de Soledo, nec non Illuſtris Dominus Chiappinus de Vitellio, ac omnes alii inſuper inſerto Inſtrumento pro teſtibus deſcripti, nominati, vocati atque rogati.

D. Joannes de Figueroa.
Coſmus Medices. Dux Flor.

(Loco Sigilli. D. Joan de Figueroa.)
(Locus Sigilli Illuſtriſſimi Ducis.)

LVIII.

Deciſio S. Rotæ Romanæ, quod equites S. Stephani poſſint emittere militiæ prædictæ profeſſionem intra annum probationis, nec comprehendantur in decreto concilii Tridentini Seſſione 25. Cap. 15. d. d. 10. Decembr. An. 1570.

Tirasonenſis Penſionis.

DOminus Joannes de Luna obtinens Decanatum Eccleſiæ Collegiatæ oppidi de Tudela reſignavit eum in manibus Papæ in favorem Domini Petri Ximienes reſervata ſibi penſione mille ducatorum auri largorum Cum decreto quod ſi prædicto Domino Joanni contingeret ingredi aliquam religionem militarem, ac juxta ipſius Religionis privilegia uxorem ducere, penſionem nihilominus ipſam exigere, & percipere poſſet & valeret, ut in ſupplicatione; juxta cujus formam ſe ſe obligaverunt in forma Cameræ dictus Dominus Petrus, & R. P. D. Ludovicus Torres, interim publicatum fuit ſacrum Concilium Tridentinum, poſt cujus publicationem dictus D. Joannes

annes de Luna habitum militiæ Sancti Stephani suscepit, & incontinenti professionem emisit, & demum uxorem duxit, hinc orta fuit controversia inter prædictas partes super prædicta pensione prætendente D. Petro pensionem extinctam esse, ex eo quod in emittenda professione non fuisset a Domino Joanne servata forma tradita in decreto Concilii Tridentini de regularibus Sess. 25. c. 15. in quo cavetur, ne quis in quacumque religione, tam Virorum, quam mulierum, qui minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur, & ideo dubitatum fuit die Lunæ XI. Decembris 1570.

An dictus Dominus Joannes de Luna miles Sancti Stephani quoad annuam probationem sub hujusmodi decreto comprehenderetur, & ex multis fuit resolutum non comprehendi.

Primo quia intentio finalis hujus decreti fuit occurrere Apostasiæ, in quam facile dilabuntur ii, qui minus consulto, ac de se nullo facto experimento religionem profitentur c. ad Apostolicam de regular. c. non solum eo tit. in 6. quod quidem non potest convenire istis militiis, in quibus institutum non est admodum durum, & multis abundant privilegiis a sancta sede Apostolica concessis.

Secundo quia Concilium videtur de iis religiosis loqui, qui pro Basi, ac fundamento, & perfectione suæ Religionis tria vota profitentur, obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ut videntur innuere ea, quæ in c. primo hujus decreti continentur, quæ quidem non emittuntur a militibus S. Stephani; nec obstat quod postea subdat, & si qua alia sint, alicujus alterius regulæ, & ordinis secularia vota, & præcepta, quia procedit augmentative ultra alia tria vota præstari solita a Regularibus nam etiam in istis votis datur excessus, veluti paupertatis, ut per divum Tho. 2. 2. q. 188. art. 7.

Tertio ad hoc facere visum est, quod tradit Specul. tit. de stat. monac. q. 36. ubi tradit eos, qui propriis non carent, & in domibus cum uxoribus propriis vivunt, non esse proprie professos, & ait ita per Clementem judicatum fuisse, quod etiam tradit Abb. in rubr. de reg. nu. 4. ubi vult quod Hierosolymitani largo modo sint religiosi, cum non possint contrahere matrimonium, & promittant obedientiam, Rectores vero Hospitalium, qui utuntur matrimonio deferentes certum habitum non esse religiosos, nec largo modo, nec stricto, allegat. Joan. de Lignano, & Lauren. in Clemen. 2. de præb. His accedit Ang. in sua summa in verbo Religiosus nu. primo, ubi ait, tales viventes sub aliqua regula veluti Tertii ordinis B. Francisci non esse proprie religiosos, illos autem qui utuntur matrimonio, nec stricto, nec largo modo esse religiosos; his addi potest auctoritas d. Divi Thom. 2. 2. q. 86. art. 4. in fine dicen. quod illi modi vivendi, secundum quos homines matrimonio utuntur, non sunt simpliciter, & absolute loquendo religiones, sed secundum quid, in quantum, scilicet, quod in aliquo participant, quæ ad statum religionis pertinent, & ideo concludit votum perpetuæ continentiæ requiri ad religionis perfectionem; Ac ceditetiam, quod iste terminus professio intelligitur de tribus votis c. ad monasterium ubi Butr. nu. 9. de stat. Monach.

Quarto fuit consideratum, quod Concilium ubi voluit comprehendere milites, eos nominavit ut ead. Sess. 25. c. 22. & Sess. 23. c. 18.

Quinto fuit consideratum in hoc decreto de Regular. multa præcipi, quæ non possunt applicari huic militiæ S. Stephani, & ideo non videntur comprehensa, quale id quod habetur c. 2. ut nihil proprium possideant, & c. 4. ne liceat a conventibus sine licentia recedere, & ad universitatem missi in suis Conventibus habitent, nec c. 6. de electionibus loquens potest istis applicari, nec c. ultimum ubi sancta Synodus hortatur Reges & Principes, ut velint prædictis Episcopis, Abbatibus, & Generalibus, ac ceteris præfatis in exequutionem, eorum quæ in dicta reformatione continentur auxilium suum, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requisiti, si enim sacra Synodus intellexisset de militiis, hortandi erant ipsimet Reges, & Principes, qui sunt magni Magistri ordinum ad contenta in reformatione, observanda nec expectandum, quod ab aliquo essent requisiti.

Sexto fuit consideratum, quod in militia Sancti Stephani uno, & eodem tempore datur habitus, & emittitur professio, ut in stat. d. militiæ tit. 2. cap. 1. quod etiam usu observari compertum est.

Septimo fuit habitum pro solido argumento, quod in cap. ult. præsentis decreti cavetur, ut omnia observentur in omnibus Cœnobiis, Monasteriis, Collegiis, & Domibus quorumcunque Monachorum, & regularium, nec non quarumcumque Sanctimonialium, etiam si illæ sint sub gubernio Militiarum. Nam si ipsæ militiæ continerentur sub illis decretis, frustra fuisset facta extensio, ad domos mulierum, quæ sub militiis vivunt: Expressio igitur istarum arguit ipsas militias de mente Sanctæ Synodi non fuisse comprehensas in decreto, & ex dictione etiam arguitur Synodum in pertinentibus ad malitias plus dubitasse.

Octavo, quando unum præsupponitur, & super eo disponitur, dispositio locum non habet

Digitized by Google

habet nisi adsit præsuppositum l. mancipia C. de serv. fug. & ibi glos. & Docto. in ver. avocandum Tex. in l. Lucius Titius, de fid. libert. sed in hoc capite, de quo nunc particulariter agitur, præsupponitur annus probationis, ergo ubi non adest iste, annus veluti in casu, de quo agitur, non habebit locum dispositio de professione post annum probationis emittenda.

Non obstat qualitas verborum, quia secundum subjectam materiam, & rationem finalem restringi debet glos. in l. omnes C. de mun. & honor. l. cum pater §. dulcissimis delegat. 2.

Nec obstat, quod materia videatur favorabilis, & ideo extendenda ad eos, qui largo modo sunt religiosi. Quia cum esset ratio finalis, nullus ex hoc decreto elici potest favor imo potius esset onus inutile, & odiosum illis, qui statim his militiis adscribi vellent ad participandum, & gaudendum privilegiis eis concessis; alia quæ in contrarium facere videntur, ex deductis facile tolli possunt.

LIX.

Decisio Sacræ Rotæ Romanæ, quod equites milites S. Stephani beneficiorum secularium sint capaces, d. d. 25. Maij An. 1579.

Lucanensis Plebis.

Veneris 22. Maji 1579.

FUit Concluſum quod hujusmodi Parochialis Ecclesia secularis non vacavit per ademptionem Militiæ, seu professionem Militum Sacerdotum, seu Clericorum Militum Sancti Stephani, quia talis Militia, & professio non est propriè religio, sicut etiam in similibus Militibus Hispanis, ut per illorum professionem, & Militiam Clericalem non vacet pensio, fuit resolutum in una Tirasonensis pensionis coram R. P. D. meo Seraphino. Nam licet per ingressum religionis post professionem vaceat ipso jure beneficia prius obtenta c. beneficium de regular. lib. 6. hoc tamen intelligebant Domini in propria, & vere religione, in qua emittuntur tria vota substantialia, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, juxta textum in c. 1. de stat. regula, cum aliis per Abba. in Rubr. de regular. num. 1. Sed non in iis, quæ non sunt veræ & propriæ Religiones, & in materia privationis, seu vacationis ipso jure quæ est stricti Juris, in dubio non inducitur privatio, seu vacatio ipso jure glo. in c. 1. de Sagittar. cum aliis per Præpos. Alex. in C. Salomitanæ n. 3. 63. dist. & alias ut bene in dicta decisione, & votis dominorum.

Christophorus Robusterius de Samant. Rotæ Auditor.

LX.

Votum nonnullorum ex Dominis S. Rotæ Romanæ, quod equites milites S. Stephani sint capaces beneficiorum secularium, de Anno 1580.

ANno a Nativitate ejusdem M. CCC. VII. Indict. XV. die XXIV. mensis Martii. Per hoc publicum Instrumentum cunctis fiat manifestum: Quod cum per certos pacis, tranquillitatis, unionis, & observationis amoris, consanguinitatis & affinitatis Illustrium Principum & Dominorum infra scriptorum; bonæ quietis eorum patriæ, hominum & subditorum amatores & servitores; maxime egregiorum virorum Riguini & Georgii ex Comitibus Vallispergiæ, fuerit tractatum de sponsaliis & matrimonio contrahendo inter illustres Joannem Jacobum filium illustris Domini Theodori Marchionis Montisferrati, & Joannam filiam recolendæ memoriæ Illustris Principis Domini Amedei Sabaudiæ Comitis, fororemque Illustris Principis Domini Amedei Sabaudiæ Comitis moderni. Hinc est quod in præsentia Notariorum & testium infrascriptorum, personaliter constituti R. in Christo Pater Dominus Guillelmus de Chalant, Episcopus Lausanensis spectabilis miles Dominus Girardus Dominus Terniaci, & egregii Viri Dominus Jacobus Sostionis, & Henricus de Colomberio, Consiliarii & Procuratores ad dicta sponsalia & Matrimonium contrahendum, per præfatum illustrem Dominum Comitem specialiter Deputati, prout de eorum potestate constat, parte una: & Illustris Dominus Hugo de Saluciis, Spectabilisque Dominus Georgius de Carreto Marchio savonæ, Dominus Ubertinus Nata Legum Doctor, & Manfredus de Cocastello de Montilio, Procuratores & mandamentum speciale habentes à dicto Illustri Domino Marchione, ad dicta sponsalia & Matrimonium firmandum, prout de eorum procura constat. Qui Domini Procuratores dictorum Dominorum omnes simul, præmissis attentis ad laudem & honorem DEi, Beatæque Mariæ Virginis ejus matris, totiusque Curiæ cœlestis; unanimiter cupientes dicta sponsalia & Matrimonium perfici & compleri, promiserunt & convenerunt, videlicet prænominati Domini & Procuratores præfati Illustris Marchionis; Quod contrahet & complebit sponsalia & matrimonium cum prænominata Illustri Joanna, Deo & sancta Matre Ecclesia concedentibus: Et vice versa præfati Domini Procuratores, dicti Illustris Domini Sabaudiæ Comitis, ipsius nomine convenerunt & promiserunt, quod dabit præfatam illustrem Johannam ejus sororem, in Uxorem & sponsam legitimam prænominato Joanni Jacobo, & cum eo sponsalia & Matrimonium contrahet & complebit, DEo & Sancta Matre Ecclesia concedentibus. Item promiserunt dicti Domini Procuratores, quod quilibet ipsorum pro eorum posse impetrabunt à summo Pontifice dispensationes opportunas, & necessarias pro dicto Matrimonio complendo, maxime super dispensatione consanguinitatis, & ætatis dicti Joannis-Jacobi minoris XII. annorum, & ipsas dispensationes tradent una pars alteri videlicet dictus Dominus Comes præfato Illustri Domino Marchioni, seu ejus Castellano Clavasii infra festum Nativitatis beati Joannis Baptistæ proximi; & præfatus Illustris Marchio eodem modo Literas dictæ dispensationis mittet præfato Illustri Domino Comiti seu ejus judici Vallisdusiæ & Canapicii, in loco Avillianæ infra eundem terminum. Item promiserunt dicti Domini Procuratores dicti Domini Comitis, quod ipse Dominus Comes dictum Illustrem Joannam ejus sororem, tradet & expediet præfato Illustri Domino Marchioni, seu ejus Ambassiatoribus & Procuratoribus ad hoc missis, in loco Rippolarum infra diem XXII. instantis mensis Augusti, condecenter & honorifice ornatam. Item promiserunt dicti Domini Procuratores dicti Domini Marchionis, quod ipse Illustris Dominus Marchio, seu ejus Ambassiatores ad hoc missi dictam Illustrem Joannam in dicto loco Rippolarum recipient, ipsamque Jocalibus condecentibus ornabunt. Item prænominati Domini & procuratores dicti Illustris Domini Comitis Sabaudiæ, dederunt ejus nomine, & constituerunt eidem Joannae, & ejus Viro futuro, in dotem Sexaginta millia florenorum Sabaudiæ ad rationem XII. denariorum Grossorum monetæ novæ dicti Domini Comitis pro quolibet Floreno; inclusis quinquaginta millibus florenis datis per Illustrem Dominum Comitem quondam Patrem ipsius Joannæ, eidem Joannæ, in quibus ipsam hæredem suam instituerat in testamento suo die 1. Mensis Novembris M. CC. LXXXXII. solvendos terminis infra scriptis: videlicet incontinenti dum dicta Joanna tradetur in Loco Rippolarum decem millia florenorum, & anno revoluto eodem termino quinque millia florenorum in loco Clavasii & sic successive anno quolibet, eodem loco & termino quinque millia florenorum, usque ad plenam solutionem: Salvis tamen pactis, limitationibus & declarationibus, factis in Contractu certorum pactorum, per dictos Dominos Procuratores, nominibus dictorum Dominorum, die præsenti factorum, per Nos Notarios infra scriptos; & super dictis solutionibus dabit

Digitized by Google

bit idem Dominus Comes bonos & idoneos fidejussores ad conveniendum faciles, qui se obligabunt in solidum ante dictam transductionem fiendam dictæ Illustris Joannæ in Rippolis: & casu quo contingeret aliquem dictorum fidejussorum dandorum mori, quod in ejus locum subrogetur unus alius æque sufficiens, vel ejus hæredes obligationem renovent & se de novo obligent. Item prænominati Domini Procuratores dicti Illustris Domini Marchionis dicti Matrimonii contemplatione, dederunt & constituerunt præfatæ Illustri Joannæ, in Doarium & Dotalitium quinque millia florenorum valoris supradicti annui redditus, per ipsam Illustrem Joannam percipiendorum, pro ipsius statu & expensis supportandis, in casu quo dictum ejus virum futurum ante ipsam decedere contigerit, ad ipsius Joannæ vitam duntaxat. Quæ quinque millia florenorum assignant & ponunt dicti Domini Procuratores in & super Castris, Villis & locis Diœcesis Vercellensis: videlicet, Andurni, Moyranii, Salassoli, & Fontaneti, hominibus, censibus, pedagiis, gabellis, & aliis obventionibus & redditibus cum mero & mixto imperio ac jurisdictione omnimoda: & si dicta loca non valeant dicta quinque millia florenorum annui redditus, promiserunt dicti Domini Procuratores, quod idem Illustris Dominus Marchio, illud quod deficiet facta diligenti visione, alibi & insuper aliis locis idoneis, sufficientibus & proximioribus supplebit & complebit, omni jure Superioritatis remanentibus. Item promiserunt dicti Domini Procuratores, quod idem Dominus Marchio relinquet & ordinabit dictum Illustrem Joannem Jacobum ejus filium, Dominum & Marchionem Montisferrati, & totius territorii, dignitatis, Baroniæ & districtus ejusdem, & hoc fortiori & validiori modo quo fieri poterit, cum clausulis necessariis & opportunis. Salvo quod si contingat ipsum illustrem Dominum Marchionem alios habere liberos masculos, naturales & legitimos, quod eis possit facere & relinquere, prout fecit illustris bonæ memoriæ Dominus Johannes Marchio Montisferrati ejus Pater suis liberis in suo testamento: qui liberi teneant in feudum, & de superioritate, & sub homagio & fidelitate à dicto illustri Joanne-Jacobo Marchione eorum fratre, ea quæ sibi relinquentur; sitque Joannes Jacobus Marchio eorum superior & Dominus. Item promiserunt dicti Procuratores illustris Domini Marchionis, Procuratorio nomine, dictam dotem reddere & restituere prænominatæ Illustri Joannæ seu ejus hæredibus, aut causam habentibus, in omni casu & eventu ipsius dotis restituendæ, in dicto loco Rippolarum, omni exceptione & excusatione cessantibus, consimilibus terminis quibus dicta dos fuerit soluta ut supra: Et super hoc dabit Idem Dominus Marchio bonos & sufficientes fidejussores ad conveniendum faciles, qui & ipsorum quilibet insolidum pro ipsius dotis restitutione se efficaciter obligabunt (ante transductionem fiendam dictæ Ill. Joannæ in dicto loco Rippolarum) in loco Clavasii, in manibus Procur. & Notarii ad hoc specialiter à dicto Domino Marchione deputandi: & casu quo contingeret aliquem dictorum fidejussorum dandorum mori, quod in ejus loco subrogetur unus alius æque sufficiens, vel ejus hæredes obligationem renovare permittant. Quæ omnia & singula promiserunt prænominati Domini Procuratores, per eorum juramenta ad Sancta DEi Evangelia corporaliter præstita, & sub ipsorum Dominorum expressa obligatione & hypotheca omnium & singulorum bonorum suorum præsentium & futurorum quorumcumque, tenere & inviolabiliter observare, & compleri facere cum effectu prout supra, facereque & procurare; quod dicti Domini Comes & Marchio prædicta omnia ex abundanti ratificabunt & approbabunt per totum mensem Aprilis proximi: Submittentes se dicti Domini Procuratores, dictosque illustres Dominos Comitem, & Marchionem, & eorum bona pro observatione præmissorum Curiis Domini nostri Papæ & ejus Cameræ Apostolicæ; Regis Franciæ, & ejus Parlamenti Parisiis residentis, parvi sigilli Montispessulani, nec non omnibus aliis & singulis Curiis Ecclesiasticis & sæcularibus & eorum sigillis & stylis; Renuntiantes insuper dicti Domini Procuratores, omnibus juribus contrariis, privilegiis, auxiliis & exceptionibus. De quibus omnibus & singulis præceperunt per nos Notarios subscriptos fieri duo publica instrumenta tenoris ejusdem. Datum & actum in Castro Lainici in Sala Saladini Provanæ ex Dominis dicti loci: Præsentibus egregiis Viris Dominis Jacobo Provanæ Saladino Provanæ supra dicto Andrea Provanæ filio, Joannelli Provanæ, Bartholomæo Provanæ Condominis dicti loci Lainicii, Georgio & Rignino ex comitibus Vallispergiæ. Signatum Colomb. & Curtil.

VI.

Johannis P. P. XXII. breve ad Theodorum, Marchionem Montisferrati, excitatorium, ut Matthæum de Vice-Comitibus, Mediolani Dominum armis lacessere contendat, d. d. 2. Non. Febr. Anno 1322.

Joannes, &c. Theodoro, marchioni Montisferrati.

QUia prælati, per dura gravamina & violentias multiplices ac pressuras quibus eos Matthæus (De Vicecomitibus) incessanter affligit, proh dolor! impediti personas ecclesiasticas suarum civitatum & diœceseon nequeunt visitare, subditos corrigere, illos proponere verbum Dei, & sacramenta ecclesiastica ministrare, aliaque agere, quæ ipsis ex officii debito pastoralis incumbunt; in illis partibus hæreses pullulant, schismata crescunt, a cultu divino receditur, fidelium animæ perditioni sæpius exponuntur, periclitantur corpora, scandala suscitantur, & ausus

Digitized by Google

aliis malis panditur innumeris, quorum est ipse causa præcipua, perpetrandis; propter quæ necnon & alia, quæ frequenter idem Matthæus pollutis labiis proferre non metuit, & agere scelestis actibus non formidat, graviter nec immerito suspectus habetur de labe pestifera hæreticæ pravitatis; qui, sicut infamia clamat publica contra eum, carnis resurrectionem denegat impudenter, vel super illa motiferæ dubietatis scrupulum secum defert in animo sceleratus.

Nec a tua notitia credimus alienum, qualiter ipse pestilens ejusdem ecclesiæ persecutor, ut solus in dicta provincia, cultu nequiter extirpato divino, velut idolum desolationis abominabilis adoretur; provinciam ipsam sui conatus peste conturbans, ac mittens in exilium pacem ejus, populum Domini rabida vexatione dilacerat, & hæreditatem ejus diræ pestis laniat feritate; seque reddit, ac si non videret Dominus mala ejus, & opera illius non intelligeret Deus Jacob, in cæteris pravitatis exactionibus truculentum: ex quibus, præter excommunicationis sententias contra tales a canone latas, quas incurrisse dignoscitur, nos eum a sacro ipsius ecclesiæ corpore velut membrum putridum mucrone duximus anathematis præcidendum, tradentes eum sathanæ in interitu carnis, ut spiritus ejus in die Domini salvus fiat; aliisque diversis contra eum per nostros processus spiritualibus & temporalibus pœnis & sententiis promulgatis. Verum idem thæus, nequaquam propter hoc incircumcili cordis cervicem humilians, sed potius elationis suæ cutrum ascendens, sic in sævitiæ acerbitatem obriguit, quod virtutem divinam contemnit, humanam parvi pendit potentiam, & a malignitate solita non quiescit; quin potius in diversoria mortis, cum suarum sint ulcera indurata culparum, corruerit & inreverenti animo & infracto contemnens penitus & desperans, incessanter prioribus deteriora committit.

Nos igitur considerantes attentius, quod eo fortiore resistentia est intentio sui nequissimi elidenda propositi, eoque potentius suis pravis affectibus contrariis affectibus obviandum, quo ipse pestilens æmulus humanæ salutis & pacis in fidelium intendit pectoribus cultum catholicæ fidei, sine qua nemo unquam Deum videre poterit, depravare; quodque graviter ex præmissis, quod mœsti referimus, impeditur negotium terræ sanctæ, nobisque ad promovendum illud subtrahitur opportuna facultas; & nihilominus indebitæ recensionis adducto, quod clara tuæ devotionis credibilia testimonia te catholicæ libertatis Zelatorem fervidum repræsentant, propterea in sinu ejusdem matris ecclesiæ indubitata fiducia conservatur, qua pro certo confidit, quod ei tua in instanti opportunitate suffragia non deerunt, nec potentiæ tuæ manum ab ejus auxilio continebis. Dat. Avin. II. non. februarii anno VI.

VII.

Induciæ ad decem annos factæ inter Franciscum de Gonzaga, Dominum de Mantua ejusque fœdere junctos ab una; & Johannem Galeatium, Mediolani Ducem ejusque colligatos ab altera parte, d. d. 11. Maji Anno 1398.

In Christi Nomine Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo tercentesimo nonagesimo octavo, Indictione sexta, die undecimo mensis Maji, hora vigesima, incumbit munitis potestate Dominii appetere, totisque sensibus procurare quietem, & comodum Animorum, & Subjectorum atque fidelium, hoc Mandatis Divinis, & humanis Legibus expresse clamantibus; hinc est quod Illustrissimus Princeps, & Excelsus Dominus, Dominus Antonius Venerio, Dei gratia Inclitus Dux Venetiarum, & Illustris Princeps, & Excelsus Dominus Dominus Joannes Galeaz Inclitus Dux Mediolani &c. Papiæ atque Virtutum Comes, advertentes ex Guerris, & Discordiis, quæ fuerunt & ferviunt ad præsens in partibus Lombardiæ, & Tusciæ, aliisque partibus circumstantibus, ipsis perdurantibus nil aliud suboriri, vel sequi posse, quam cædes Hominum, facultatum consumptionem, Civitatum depopulationem, & totius Italiæ ignominiam, & cupientes toto cordis affectu dictis Guerris, & Discordiis, tantisque futuris malis possetenus obviare, voluerunt, & mandaverunt suos Commissarios, & Ambassiatores Papiæ insimul congregari ut salubre remedium apponeretur, & fieret in prædictis. Inter quos quidem Commissarios, & Ambassiatores fuit matura, & diligens disputatio, & pluribus diebus collatio, & advertentia specialis, intervenitque continua sapientia, consilium, persuasio, atque præsentia magnifici & potentis Domini Domini Caroli de Malatestis Arimini &c. Vicarii, nec non Provinciæ Romandiolæ Generalis Rectoris, pro Sancta Romana Ecclesia Legati Papiam, ob causam antedictam a Sanctissimo Domino nostro Domino Bonifacio digna Dei providentia Papa nono, & juxta mandatum præfatorum Principum cognitum fuit ibidem infrascriptum modum esse utilem, & expedientem ad sedandum, & sopiendum subito Guerras, & Discordias antedictas, ac esse optimum, & laudabile principium bonæ & veræ Paci, dante Domino, sequuturæ. Quapropter constituti coram præfato Magnifico Domino Carolo de Malatestis, spectabiles & egregii Viri Dominus Petrus Aymo Miles, & Dominus Michael Sceno Procuratores Ecclesiæ Sancti Marci Ambasiatores destinati ad hoc prælibato Domino Duce & Communi Venetiarum Syndici, & Procuratores legitime constituti, facti, & ordinati per præfatum Dominum Ducem Venetiarum, pro se & Successoribus suis, & per dictum Commune Venetiarum suo nomine proprio, & nomine & vice magnificarum & potentium Communitatum Florentiæ, & Bononiæ, & cujuslibet earum pro se, Colligatis, Adhærentibus, Subditis, Reccommendatis, sequacibus & Com-

Digitized by Google

Complicibus ſuis, & pro quolibet cujuslibet earum, & nomine & vice magnificorum, & potentium Dominorum Domini Franciſci de Carraria, Paduæ &c. Domini Nicolai Marchionis Eſtenſis, Ferrariæ &c. Domini Franciſci de Gonzaga Mantuæ &c. pro ſe, Filiis, Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis, & cujuslibet eorum, & pro Colligatis, Recommendatis, Subditis, Adhærentibus, Sequacibus, & Complicibus ſuis, & pro quolibet cujuslibet eorum, ac nomine, & vice omnium aliorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, Reccommendatorum, Sequacium, & Complicium dicti Domini Ducis, & Communis Venetiarum, & cujuslibet eorum, ut patet publico Inſtrumento Sindicatus ſcripto manu prudentis & circumſpecti Viri Domini Bernardi, Notarii infraſcripti in præſenti milleſimo & Indictione, die vero vigeſimo ſeptimo menſis Martii ex, & pro una parte; Et Reverendus in Chriſto Pater Dominus Dominus Petrus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Novarienſis, & Comes, & Spectabilis, & Strenuus Miles Dominus Jacobus de Verme, ambo Honorabiles Conſiliarii præfati Domini Ducis Mediolani, & ex Commiſſariis deputatis ad hæc pro præfato Domino, Domino Duce Mediolani Procuratores legitime conſtituti, facti, & ordinati per præfatum Dominum Ducem Mediolani, Papiæ, atque Virtutum Comitem, ſuo nomine proprio, ac Filiorum, Hæredum, & Succeſſorum ſuorum cujuslibet eorum, ac nomine & vice magnificarum, & potentum Communitatum Piſarum, & Senarum, & cujuslibet earum, pro ſe, Colligatis, Subditis, Recommendatis, Adhærentibus Sequacibus & Complicibus ſuis, & quolibet cujuslibet earum, ac vice & nomine omnium aliorum Colligatorum, Adhærentium, Subditorum, Reccommendatorum Sequacium & Complicium ipſius Domini Ducis Mediolani, & cujuslibet eorum, ut patet Inſtrumento publico rogato per me Caſtellanum de Chriſtianis genitum quondam Domini Franciſci juriſperiti Scribam prælibati, Domini, Domini Ducis Mediolani, in præſenti milleſimo, Indictione ſupraſcripta & die, hora vero decima ſeptima, ex & pro altera parte, Sindicariis & Procuratoriis nominibus quibus ſupra, ſponte, & non per errorem, per ſolemnem ſtipulationem fecerunt & faciunt, contraxerunt & contrahunt, firmaverunt & firmant, inter prælibatos Principes, & Partes prædictas nominibus ſupradictis, puram, veram, & bonam Træguam quæ durare, obſervari inviolabiliter debeat bona fide, ſine fraude, per quemlibet, & quamlibet dictarum Partium a die publicationis hujus Contractus usque ad decem annos proxime futuros, tum hiis tamen etiam Conditionibus, Declarationibus atque Pactis: Primo quod toto dicto tempore decem annorum quælibet dictarum Partium, & quilibet ipſarum cum Colligatis, Adhærentibus, Subditis, Reccommendatis, Sequacibus, & Complicibus ſuis ſe abſtineant & ceſſent, & ceſſare & abſtinere debeant ab offenſis, & quod quilibet perſonaliter cum rebus ſuis, & etiam quilibet Mercator cum mercantiis, & rebus ſuis ſecure ire, tranſire, ſtare, reddire, mercari & converſari valeat, & valeant hinc inde in & per omnes Terras, Caſtra, Loca, Villas, Paſſus, & Territoria dictarum Partium, & cujuslibet earum ut ante præſentem Guerram, ſeu Diſcordiam faciebant, vel facere poterant. Item quod prælibatus Dominus Dux Mediolani infra unum menſem proxime futurum debeat aſſignare, & deponere, vèl aſſignari & deponi facere in manibus, poteſtate, & balia Magnifici, & Potentis Domini Caroli de Malateſtis Arimini &c. omnia Caſtra, Fortilitia & Loca, quæ ſunt, & pervenerunt ad manus dicti Domini Ducis Mediolani tempore Guerræ præſentis de Caſtris & Locis, quæ tenebat, & poſſidebat Dominus Mantuæ prædictus, & conſimiliter dictus Dominus Mantuæ infra dictum menſem proxime futurum debeat aſſignare, & deponere, vel aſſignari & deponi facere in manibus, poteſtate, & balia dicti Magnifici Domini Caroli de Malateſtis tot alia Caſtra, & Fortilitia de hiis, quæ tenet, & poſſidet, ad numerum, vel ad valorem deponendorum per præfatum Dominum Ducem Mediolani; quæ quidem Caſtra, & Fortilitia per quemlibet dictorum Dominorum deponenda, debeant teneri, cuſtodiri, ſalvari, & gubernari in Conditione, & illo ſtatu quibus ſunt, expenſis illorum, qui ipſa Caſtra, & Fortilitia deponent, videlicet quilibet dictorum Dominorum ſolvet pro illis, quæ deponent, durante termino Treguæ, vel donec per Pacem, vel Concordiam, quod fieret, vel ſequeretur inter Partes infra terminum dictæ Treguæ fuerit declaratum, quid de eis eſſe, vel fieri debeat, quo caſu Pacis, vel Concordii dicta Caſtra, & Fortilitia reſtitui dari, & aſſignari debeant per dictum Dominum Carolum depoſitarium ſecundum formam Pacis & Concordii prædicti; & ſi interim Pax, vel Concordium non ſequeretur, tunc in fine dictorum decem annorum Caſtra, & Fortilitia depoſitata per ipſum Dominum Ducem Mediolani reſtitui, & aſſignari debeant per dictum depoſitarium dicto Domino Duci Mediolani; & vice verſa fiat Domino Mantuæ de Caſtris, & Fortilitiis depoſitatis per eum ſcilicet reſtitui, & aſſignari ſibi debeant ſimiliter per depoſitarium antedictum. Item quod remaneat, & ſit in arbitrio, & libertate dicti Depoſitarii declarandi pro cuſtodia Caſtrorum, & Locorum prædictorum, quæ deponentur quantitate Gentium quæ ſibi videbitur neceſſaria, & quantitati ſtipendii earum prout ſibi videbitur, conſiderato ſitu, & conditionibus Caſtrorum, & Fortilitiorum prædictorum. Item quod Depoſitarius prædictus, & Caſtellani, & Officiales deputandi per dictum depoſitarium in dictis Caſtris, & Fortilitiis deponendis, & quilibet eorum teneatur obſervare Capitula hujus Treguæ pro parte eos, & quemlibet eorum tangente, & non receptare, nec tenere in Caſtris & Fortilitiis prædictis alias Gentes quam quæ declaratæ fuerint, & deputatæ pro cuſtodia ipſorum, durante tempore dictæ Treguæ. Item ſi caſus occurreret (quod abſit) quod dictus Depoſitarius decederet infra tempus Treguæ, aliquo Concordio non ſequuto, Caſtellani, & Officiales Deputandi in dictis Caſtris, & Fortilitiis, & quilibet ipſorum debeant dicta Caſtra, & Fortilitia cuſtodire, & conſervare, gubernare ac tenere per modum ordinatum ſuperius, donec per Partes proviſum erit de alio Depoſitario, quod ipſæ Partes

Digitized by Google

tes facere teneantur infra duos menſes abinde ſequuturos. Item quod Dominus Mantuæ prædictus ſine contradictione vel oppoſitione poſſit ſuum Serialium, & ſuum pontem Burgi fortis, & omnia ſua Fortilitia, tam in Terra quam in Aqua, quæ tenet & poſſidet, & tenebit, & poſſidebit, fortificare, claudere, & reparare, ac fortificari, claudi, & reparari facere ad ſuum beneplacitum, & Territoria ſua quæcunque tam in Serialio quam extra, tam citra Padum, quam ultra, facere laborari, & colli, ac uſufructuari, ut ante Guerram faciebat, vel facere poterat, ſine contradictione, vel moleſtia alicujus, exceptis poſſeſſionibus, & bonis jacentibus in Terris, & Territoriis dictorum Caſtrorum, & Fortilitiorum deponendorum per præfatum Dominum Ducem Mediolani, & poſſeſſionibus, & bonis, quas, & quæ haberet dictus Dominus Mantuæ ſuper Territorio Cermorum, ſalvo ſi per Pacem, vel Concordium interim aliter fuerit declaratum, vel terminatum de dictis poſſeſſionibus. Item quod prælibatus Dominus Dux Mediolani, durante dicta Tregua, permittat aquam Fluminis Mentii labi, & fluere, nec aliquid faciat, vel fieri faciat quo minus dicta aqua labatur ad Civitatem Mantuæ, & ad omnes alias partes, & Loca ad quas, & quæ dicta aqua dicti Fluminis erat ſolita labi, & fluere ante tempus præſentis Guerræ: & ſi qua clauſura vel opus, facta vel factum eſſet ad præſens, quæ, vel quod vetaret curſum dicti Fluminis, ad Loca & partes conſuetas, quæ per dictum Dominum Ducem Mediolani, vel deputandos ab eo ita aperta, & per talem modum teneantur, quod aqua dicti Fluminis labatur, & fluat, & labi & fluere poſſit per Alveum ſuum ad Civitatem Mantuæ, & Loca conſueta, & facere curſum ſuum ut ſuperius dictum eſt. Item quod præfatus Dominus Mantuæ non poſſit, nec debeat de cætero receptare de Rebellibus, vel Bannitis præfati Domini Ducis Mediolani pœna ultimi ſupplicii, vel mutilationis alicujus membri, & verſa vice præfatus Dominus Dux Mediolani idem facere teneatur de Rebellibus, & Bannitis præfati Domini Mantuæ pœna ultimi ſuplitii, vel mutilationis alicujus membri; teneanturque præfati Domini licentiare de ſuis Territoriis omnes Bannitos, & Rebelles prædictos, qui de cætero irent ad Terras, & Loca ſua infra octo dies poſt ſibi factam notitiam de prædictis talibus Rebellibus, vel Bannitis per partem illius ex dictis Dominis, cujus eſſent rebelles, vel Banniti, & ſi non recedent infra triduum poſt Licentiam ipſis datam, eos aſſignare teneantur in manibus Officialium ipſos requirentium, & in caſu, quo aliquis ex Bannitis, vel rebellibus dictorum Dominorum, vel alicujus eorum, qui ante Contractum præſentem ſteriſſent, & habitaſſent in Territorio alicujus præfatorum Dominorum de cætero comitterent aliquid propter quod bannirentur, vel condemnarentur per Offitiales alicujus ex Dominis prædictis, eo caſu tales Banniti, vel condemnati non poſſint nec debeant teneri, nec receptari per alterum Dominum ſuper ejus Territorio; ſed excomiari debeant, & conſignari ut ſupra. Item quod toto tempore dictæ Treguæ, vel donec per Pacem aliter ſuperinde proviſum eſſet, ſuſpendatur, & ſuſpenſa remanere debeat ſolutio annualis Florenorum decem millium, quæ requiritur debere fieri per Dominum Paduæ tam de tempore præterito, quam futuro; ita quod nihil per ipſum Dominum Ducem Mediolani, vel alios ſuo nomine ſibi requiri, vel peti de illa poſſit usque ad complementum Treguæ prædictæ, vel usque quo per Pacem, vel Concordiam aliter provideretur ſuperinde, ſalvo quod in quolibet Tractatu Pacis, vel Concordii dicere, & allegare jura ſua pro favore ſuo, non derogando propter hoc juribus dicti Domini Ducis Mediolani, nec dicti Domini Paduæ, quæ remaneant in eo ſtatu, quo ſunt. Item quod quilibet dictarum Partium & dictæ Partes teneantur, & debeant prohibere toto poſſe tranſitum, receptum, & Victualia Gentibus Armorum, quæ tranſire vellent ad offenſas, ſive damna alicujus dictarum Partium, nec eis præbere auxilium, conſilium vel favorem. Item quod quælibet, & quilibet dictarum Partium poſſit laborare, & ædificare, ac laborari, & ædificari facere ſuper eo, quod habet, vel diſtringit ad ejus liberam voluntatem, reſervatis aliis Capitulis ſupraſcriptis & infraſcriptis; Item quod toto tempore dictorum decem annorum quælibet, & quilibet Partium prædictarum in omnibus, & ſingulis, quæ ſimul ultra contenta in ſupraſcriptis Capitulis haberent, vel poſſent agere, vel contendere, petere, vel negare debeant eſſe & remanere, ac ſint & remaneant in eo ſtatu, jure, & condictione ac termino, in quibus ſunt ad præſens, nec tamen poſſint, vel debeant una Pars contra alteram, vel altera contra alteram uti aliquo jure ſuo, vel petere, agere, vel movere aliquam litem, vel controverſiam, vel quæſtionem alteri Parti ob differentias nunc exiſtentes inter Partes, vel quæ moveri poſſent per aliquem, vel aliquam ex dictis Partibus, occaſione alicujus rei factæ, vel occurſæ usque in præſentem diem, ſalvo quod in quolibet Tractatu Pacis, vel Concordii dicere, & allegare jura ſua pro favore ſuo, ſed debeant vivere, & converſari in ſimul quieto animo per totum tempus dictæ Treguæ prout faciebant ante præſentem Guerram. Item quod prælibatus Dominus Dux, & Commune Venetiarum teneatur, & debeat facere cum effectu, quod infra tres menſes proxime futuros Magnificæ Communitates Florentiæ, & Bononiæ, & Magnifici Domini Paduæ, Ferrariæ, & Mantuæ pro ſe, Colligatis, Adhærentibus, Recommendatis, ſequacibus, & Complicibus ſuis, & quolibet eorum, & Colligati, Adhærentes, Recommendati, ſequaces, & Complices prælibati Domini Ducis, & Communis Venetiarum, & quilibet eorum approbabunt, & ratificabunt per publica Inſtrumenta omnia & ſingula contenta in hoc Inſtrumento Treguæ, & vice verſa præfatus Dominus Dux Mediolani teneatur & debeat facere cum effectu quod infra dictum terminum dictorum trium menſium proxime futurorum Magnificæ Communitates Piſarum, & Senarum pro ſe, Colligatis, Adhærentibus, Reccommendatis, ſequacibus, & Complicibus ſuis, & Colligati, Adhærentes, Reccommendati, ſequaces, & Complices præfati Domini Ducis Mediolani, & quilibet eorum approbabunt, & rattificabunt per publica Inſtrumenta omnia, & ſingula contenta in hoc

In-

Digitized by Google

Instrumento Treguæ, quæ quidem Instrumenta ratificationum una Pars alteri, & altera alteri, videlicet dictus Dominus Dux, & Commune Venetiarum dicto Domino Duci Mediolani, & è converso, debeat infra quatuor menses proximè futuros facere præsentari, & si aliquis prædictorum infra dictum tempus non ratificaverit, & approbaverit, ut dictum est, ille talis ex nunc intelligatur esse, & sit exclusus a dicta Tregua, nec beneficio ejus debeat gaudere, remanente tamen firma tregua prædicta in omnibus aliis, qui ipsam ratificassent, & debeant dictæ Partes, & quælibet, & quilibet earum facere dictam Treguam publicari in illis suis Civitatibus, & Locis, ubi consuetudo est, & necesse fuerit in die Pentecostes, quæ erit vigesima sexta mensis præsentis ut omnibus nota sit, & possit, & debeat observari; quæquidem Treguam, & omnia, & singula supra scripta, & infrascripta promiserunt, & solemni stippulatione convenerunt præfatæ Partes, dictis nominibus & modis, & quolibet eorum sibi ad invicem, & vicissim singula singulis referendo, firma & rata habere, & tenére, & inviolabiliter observare, & adimplere, & contra non facere, vel venire de jure vel de facto, per se vel alium, seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, quoquo modo, causa vel ingenio, nec aliquo quæsito colore, in judicio vel extra, sub pœna Ducatorum centum millium auri solemni stipulatione præmissa cum reffectione omnium, & singulorum damnorum, & expensarum, ac interesse litis & extra, quæ pœna toties committatur, & debeatur, & peti, & exigi possit & valeat cum effectu per Partem observantem prædicta a Parte non observante, vel contraveniente quoties in aliquo Capitulo præsentis Contractus contrafactum fuerit, seu ventum, vel non fuerint prædicta omnia, & singula integraliter observata, quæ pœna soluta vel non, exacta vel non, prædicta omnia, & singula nihilominus firma perdurent, & inviolabiliter observentur. Pro quibus omnibus & singulis observandis, adimplendis firmisque tenendis per totum tempus dictorum decem annorum, & pro pœna solvenda si commissa fuerit, obligaverunt præfatæ Partes dictis nominibus & modis, sibi ad invicem, & vicisim, videlicet dicti Syndici, & Procuratores dicti Domini Ducis, & Communis Venetiarum nominibus quibus supra dictis Procuratoribus dicti Domini Ducis Mediolani nominibus quibus supra recipientibus prælibatum Dominum Ducem Venetiarum & Successores suos ac dictum Commune Venetiarum, & Communia eorum bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, pignori; & prædicti Procuratores præfati Domini Ducis Mediolani nominibus, quibus supra dictis Syndicis, & Procuratoribus dicti Domini Ducis & Communis Venetiarum nominibus quibus supra recipientibus prælibatum Dominum Ducem Mediolani Filios, Hæredes, & Successores suos, & ipsius, & ipsorum bona omnia, mobilia, & immobilia, præsentia & futura pignori, Renuntiantes dictæ Partes, & quælibet earum in prædictis omnibus; & singulis nominibus quibus supra, exceptioni non factæ, vel aliter factæ dictæ Treguæ, non sic vel aliter factorum dictorum Capitulorum, Declarationum, & Conventionum, non sic vel aliter celebrati Contractus, vel gestæ rei, exceptioni doli mali, condictioni sine causa, & ex injusta causa, in factum Actioni, exceptionique metus causa, Privilegio fori, & omni, & cuilibet alii juris, Legum, & Constitucionum auxilio, eisdem dictis modis, & nominibus, & vel dictis Principalibus, & vel alicui ipsorum quomodolibet competenti, vel competituro, & juribus, & Legibus dicentibus generalem Renuntiationem non valere. Et insuper dicti Procuratores, & Sindici, modis & nominibus quibus supra, sponte, & ex certa scientia, juraverunt in animas præfatorum suorum Constituentium, videlicet dicti Domini Sindici, & Procuratores dicti Domini Ducis, & Communis Venetiarum in animas ipsorum Domini Ducis & singularum personarum Civitatis Venetiarum, & dicti Procuratores dicti Domini Ducis Mediolani in animam ipsius Domini Ducis Mediolani, suprascripta omnia, & singula, & quodlibet ipsorum attendere, & adimplere, & effectualiter observare per totum dictum tempus decem annorum, bona fide, & ad sanum, bonum, & purum sensum, & intellectum, omni cavillatione, & absurditate, mala interpretatione, dolo, fraude, & exceptione cessantibus penitus, & remotis; de quibus omnibus & singulis suprascriptis prædictæ Partes & quælibet earum, quibus supra nominibus, mandaverunt, & voluerunt per dictum Prudentem Virumque circumspectum Bernardum de Andallo, Notarium Imperialem, & scribam Ducatus Venetiarum, & me Catellanum, Notarium infrascriptum, debere confici, & fieri unum, & plura publica Instrumenta ejusdem substantiæ, & effectus prout fuerit oportunum. Actum in Civitate Papiæ, in Capella Sanctæ Mariæ Novæ Portæ Laudensis, Parochiæ ejusdem Ecclesiæ, præsentibus spectabilibus & generosis Viris Domino Carolo de Branchatiis, Comite Campanæ, Domino Filippino de Miles Legum Doctore facondissimo Consiliarii prælibati Domini Ducis Mediolani, egregiis, ac prudentibus Viris Cavallino de Cavallis, & Andriolo de Arisiis, prælibati Domini Ducis Mediolani Secretariis, nec non egregiis, & eximiis Legum Doctoribus, Domino Aymerico de Aymericis de Penssavro, Domino Raffalo de Perleonibus de Arimino, & Domino Marco de Marchis de Arimino inde Testibus ad hæc vocatis, specialiter, & rogatis.

Subscripsi cum Signo Tabellionatus ante posito Ego Catellanus de Christianis genitus quondam Domini Francischini Jurisperitus publicus Papiensis Apostolia Imperialique auctoritatibus Notarius scribaque prælibati Illustrissimi Principis, & Excellentissimi Domini Domini Ducis Mediolani &c. hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi & subscripsi.

Digitized by Google

IIX.

Francisci de Gonzoga, Imperialis Vicarii generalis declaratio belli inferendi facta Johanni de Bentivolis Bononiæ Vicario, d. d. 16. April. An. 1402.

Vir magnæ potentiæ. Speramus ex assumto a vobis illo pacis & Justitiæ titulo vestra futura opera optime advenire, & intentionem vestram ad nostræ affectionis erga vestri status augmentum congruere, toto corde in ipso exordio vestri Dominii exultavimus ac tota mente. Nunc autem nequaquam amatorem vos esse pacis indicant vestri mores, cum pax nulla sit, & optimis quibuscunque Civibus vestris cladem struere, & circum vicinis omnibus hostilitatis machinamenta moliri pergatis, & in ipsum Orbis Terrarum Principem, Serenissimum Dominum nostrum Vincislaum Romanorum ac Bohemiæ Regem caput erigere, & suis adhærere hostibus attentaveritis præsumtione satis indigna, & dilectos illi affines inhonorifice tractavistis, & pro quibuscumque amicis nostris indebite oppressis apud vos nostras preces, contemsistis. Igitur omnipotentis Dei Altissimi adjutorio confisi, qui injuriosarum actionum severus est Judex & ultor, tot adversus nos vestras injurias, & contra serenissimum Principem & Dominum nostrum præfatum, cujus causam justi etiam dissimulare non possumus, attentata vindicaturi, & ut debito modo consequamur; in quibus nobis conjunctus est flos Civitatis illius, quam usurpatis, qui hostem vos facitis Romani Imperii, deinceps præsentibus declaramus nos facturos ceteris Bononiensibus Civibus exulibus, cum quibus confœderati sumus, & qui Civitatem illam conantur ad pristinam reducere libertatem.

Datum Mirandulæ, die 16. Aprilis 1402. Franciscus de Gonzaga Imperialis Vicarius Generalis.

A tergo:

Viro magnæ potentiæ Joanni de Bentivolis.

IX.

Johannis de Bentivolis Responsio ad antea insertam belli Declarationem d. d. 18. April. Anno 1402.

Potentiam cognoscentes in solo Deo qui semper dissipat consilia malignorum, quam laudabilis gravitatis, quantæque sapientiæ & honestatis vos comprobent vilissima & nequissima scripta vestra, decrevimus vestrarum continentiam literarum per totum orbis ambitum facere publicam. Satis enim noscuntur Veritati funditus adversari; nec dubitamus quin fides & constantia nostra intemerata & illibata luceat in conspectu Sacræ Imperialis Majestatis, quam semper fidelissime coluimus, Deum autem habere propitium meæ clarissimæ Justitiæ confidentes, a ventosis comminationibus vestris non agitabimur, tanquam arundines paludis; sed venientes ad offensas nostras, reperient nos fortiter, viriliter resistentes; sperantes, quod fraudes & mendacia invictissimæ divinitatis malleo contundentur. Insuper non terrebit nos gentium multitudo, quam comitari semper confusio consuevit. Præterea in venationibus visum est, quod a cane non magno sæpe tenetur aper. Rursus juxta antiquorum Patrum proverbia Sæpius accidit, quod emit, qui vendere credit. Vir laqueum tendit, quo demum se quoque prendit. Et quia conspicimus de præteritis vestris dolositatibus contra Ligam justo Dei judicio jam toties relatis in caput vestrum vos adhuc minime castigatos, optamus, quod bene teneatis memoria hoc nostrum responsum, quod sic prosaicum & metricum destinamus.

Datum Bononiæ die 18. Aprilis 1402.

Joannes de Bentivolis Bononiæ Dominus, ac Pacis & Justitiæ conservator.

A tergo:

Notoriæ qualitatis Domino Francisco de Gonzaga.

X.

Literæ quibus Sigismundus Rom. Imp. Johanni Francisco de Gonzaga, Domino Mantuæ notificat, se ipsi jam Marchionatus privilegium transmittere, una cum formula juramenti sibi & imperio præstandi, d. d. 7. Maji An. 1432.

Sigismundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ &c. Rex Illustri Johanni Francisco Marchioni Mantuæ, Principi nostro Carissimo, & Imperii Sacri fideli dilecto gratiam Regiam, & omne bonum. Illustris Princeps noster dilecte, pro amore singulari, quem ad te semper gessimus, & gerimus tibi, Privilegium Marchionatus tui transmittimus Birretumque ac Annulum misissemus si in Domo propria affuisses. Dum autem tempus advenerit, & tu a Majestate nostra requirendum duxeris, ipsum Birretum, & Annulum destinabimus, & sic policemur facere per Spectabiles nostros Oratores, in quorum manibus nobis in forma tibi prius transmissa fidelitatis Sacramenta præstabis. Dat. Parmæ, Anno Domini millesimo, quadringentesimo trigesimo secundo die septima mensis Maji Regnorum nostrorum Anno Ungariæ &c. XLVI. Romanorum vigesimo secundo, & Bohemiæ duodecimo &c.

Ad mandatum Domini Regis.

Caspar Schlick.

Ego Joannes Franciscus Marchio Mantuæ, promitto, & juro per hæc Sancta Dei Evangelia quæ hic corporaliter tango: Quod ex nunc in antea fidelis, & obediens ero, esseque debeo, & volo, Serenissimo, & Invictissimo, Principi, Domino Sigismundo, Romanorum Imperatori, semper Augusto

Digitized by Google

gusto Domino meo gratiosissimo, & post decessum Serenitatis suæ, Successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Sacro & Romano Imperio contra omnes, & quoscunque Homines, scienter & nunquam volo, aut esse debeo in Consilio, ubi quicquam tractabitur, aut intendetur contra Serenitatis suæ Personam, Honorem, Dignitatem, sive statum, neque in his aliqua via consentiam, quin imo debeo, & volo honorem, & utilitatem Personæ, Serenitatis suæ, ac etiam Sacri Imperii pro omni posibilitate mea procurare, & promovere, & si unquam intelligam quicquam contra Serenitatis suæ Personam, aut contra Imperialem Majestatem intendi aut tractari huic fideliter occurram, & Serenitatem suam sine dilatione avisabo. Et præterea omnia, & singula facere debeo, & volo, quæ Serenitatis suæ Sacrique Imperii Principi, Fidelique Vasallo de Jure vel Consuetudine fideliter facienda incumbunt, dolo, & fraude prorsus amotis. Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta Evangelia.

XI.

Sigismundi Rom. Imp. diploma, quo Johanni Francisco, Marchioni Mantuæ potestatem concesit, unum ex filiis suis in successorem in Marchionatu Mantuæ eligendi, ordine primogenituræ in eodem Marchionatu introducto non obstante d. d. 3. Nov. An. 1436.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis feliciter, Amen. Sigismundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, ac Ungariæ Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex Illustri Johanni Francisco Marchioni Mantuæ Principi nostro, & Sacri Imperii fideli dilecto graciam Cæsaream, & omne bonum. Etsi Imperialis Celsitudinis Munificentia liberalis cunctis suis fidelibus, maxime autem Principibus qui in partem solicitudinis atque directionis reipublicæ sunt vocati in graciis concedendis se semper gratam & benignam exhibeat, tamen ea sic moderare consuevit, ut id quod conceditur quantum rationabiliter fieri potest desideriis potentium se conformet, & utilitati communi Principatuum & subditorum suorum veniat ad perfectum, & dum aliquid ex Institutione primæva contigit succedere rei publicæ, ac pacis, & salubris status Principatuum turbativum, solet Cesarea providentia illud plerumque novis statutis quantum cognoscit utile & expediens juxta qualitatem temporis in melius comutare. Sic enim Divi Cæsaris prædecessores nostri diversimode Imperiales suas sanctiones aliquando restrinxerunt & justis de causis ut respublica votive proficeret ad ejus utilitates, & commoda non mediocribus variationibus usi sunt. Sane licet pridem dum tuæ fidelitati Marchionatum Mantuæ, conferremus, & te ejusdem titulo feliciter insigniri mus in Privilegio tibi desuper concesso, & tradito statuerimus, atque auctoritate nostra Imperiali jusserimus; Quod primogenitus tuus ex te legitime procreatus, & tandem primogenitus ipsius primogeniti legitimus in dignitate, & Feudo Marchionatus Mantuæ, non existente, deberet succedere, prout ordo & series hujusmodi successionis in pretactis concesionis nostræ Litteris, quas hic pro expresis habemus clarius continetur. Tamen arduis bonis & racionabilibus respectibus nos ad hoc inducentibus, & digne moventibus auctoritate nostra Imperiali, & de certa nostra scientia decernimus, & sancimus tibique Illustris & fidelis noster, Joannes Francisce Marchio Mantuæ concedimus, & elargimur facultatem plenariam tibi etiam potestatem tribuentes ac mandantes, ut juxta arbitrium tuum posis, & valeas instituere unum alium de filiis tuis legitimis tibi placabilem ad successionem Marchionatum, & Dominiorum tuorum duntaxat tamen ad successionem primam post personam tuam privilegio Marchionatus in omnibus aliis presentis clatusulis & articulis etiam quoad ordinem successionis filiorum, & descendentium tuorum preterquam primam semper salvo & inconcusso manente, cui solum quantum ad successionem primam auctoritate Cesarea derogamus, & in aliis omnibus uti prediximus illud tenore presentium solidamus & confirmamus; presentium sub nostro Imperialis Majestatis Sigillo testimonio Litterarum. Datum Pragæ, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, trigesimo sexto tertia die mensis Novembris, Regnorum nostrorum, Anno Ungariæ &c. quinquagesimo, Romanorum vigesimo septimo, Imperii vero quarto.

Ad Mandatum Domini Imperatoris,
Franc. de Bravus Rta.

XII.

Alberti II. Romanorum Regis diploma quo Johanni Francisco, Mantuæ Marchioni concesit privilegium erigendi studium publicum, sive universitatem in terris suis, d.d. 1. Jan. An. 1439.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis feliciter Amen.

ALbertus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, ac Ungariæ, Bohemiæ Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex, & Dux Austriæ, ad perpetuam rei memoriam. Notum facimus tenore præsentium universis, postquam summæ considerationis dispositio ineffabilis qua profitetur ab eterno, ut suo ducantur nodo regiminis universa nos ad suum, & Sacri Romani Imperii ejusque fidelium obsequium evocavit, quamque insufficientes forent nostræ imposibilitatis humeri pro tanti culminis sarcina subeunda, in cujus tamen cui placuit debilitatem nostram extollere benignitate con-

Digitized by Google

confisi cum pervigili & solecitudine mentis assidua modulos totalis nostræ intentionis ad cuncta extendimus, quæ subjectorum nostrorum respiciunt comodum & quietem eorum potissime, quos generis nobilitas multipliciaque virtutum insignia, & preclare fidei devocio laudabilius recomendant, sane Illustris Joannes Franciscus Marchio Mantuæ nostri, & Romani Sacri Imperii Princeps, & fidelis dilectus nobis per Oratorem, & Nuncium suum humiliter supplicavit, quatenus sibi quoddam per Glorioſisſimum Principem divæ memoriæ Sigismundum Romanorum Imperatorem semper Augustum, ac Ungariæ, Bohemiæ &c. Regem, Dominum, Patrem, & predecessorem nostrum carissimum, de instaurando in Civitate Mantuana, ad instar aliarum Urbium, generali studio in quibuscunque Facultatibus Auctoritate Cesarea concessum Privilegium, de innata nostræ benignitatis Clementia ratificare, approbare, innovare, & confirmare gracioſius dignaremur, cujus quidem Privilegii tenor de verbo ad verbum sequitur in hunc modum: Sigismundus Dei Gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Ungariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex, ad perpetuam rei memoriam, Rectrix humani generis virtutum celestium imitatrix preclara scientia, cujus rejecta electa membra odiosa pestilentiæ rabies per Mundi climata impia voragine jam absorbuit tacito gemitu ad nos clamore perfunditur jam suis laribus a petrosis Montibus viduata ut sibi dignaremur de Imperialis Celsitudine subvenire presidio, ut si quando provisione Romana Cesarea, cujus intereſt, ut universo Mundo consuletur in pristino statu florere contingat arescentem Mundum valeat irrigare, denuo fecunda aspergine germinis redimita. Sane accedens ad Nostræ Majestatis præsentiam, Illustris Johannes Franciscus Marchio Mantuæ noster, & Imperii Sacri Princeps, & fidelis dilectus nobis humiliter supplicavit, quatenus in Civitate Mantuana ad instar aliarum Urbium de Instaurando Generale studium in Facultatibus quibuscumque gratiam & Privilegium de benignitate nostra Imperiali concedere dignaremur. Nos autem attendentes multiplicia genera probitatis ejusdem Principis, ac inclita gesta suorum Predecessorum suique ipsius eminentem devocionem, & refulgentem virtutem, quibus predictus Illustris Princeps, & sui Progenitores nos, & Sacrum Romanum Imperium, nostrosque inclitos Predecessores retroacto jam tempore exquisite diligentiæ studiis honorarunt, & idem ipse satagit honorare animo deliberato, non per errorem, aut improvide, sed sano Principum Eccleſiasticorum, & Secularium Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium aliorumque nostrorum, & Sacri Imperii Fidelium dilectorum Consilio accedente ipsi Marchioni Civitati Mantuæ hominibus, & populo ejusdem, eorumque hæredibus, & succeſſoribus infrascriptam gratiam duximus faciendam, ut in predicta Civitate Mantuana generale Studium Sacræ Theologiæ, utriusque Juris, videlicet tam Canonici, quam Civilis, nec non Philoſophiæ, naturalis & moralis, Medicinæ, ac Arcium liberalium erigatur, & ex nunc in antea perpetuis temporibus obſervetur; Quodque Studium ejusque Presidentes, nec non Rectores, Doctores, Bacalarios, Officiales, atque Miniſtros, Famulos, ac Familias eorum & cujuslibet illorum quocumque nomine censeantur qui fuerint pro tempore cujuscunque dignitatis, status, ordinis, seu condicionis predicti, & singuli eorum exiterint omni eo Privilegio, libertate, emunitate, indulto & gratia, quibus Parisienses, Bononienses, Aurilianenses, & Montispeſſulani, & cetera quecunque studia generalia gaudere noscuntur, & potiuntur, hujus nostræ concesſionis gratia perfrui semper volumus, potiri per omnia & gaudere, ac si Privilegium, & libertas, emunitas, & indultum, ac gratia hujusmodi presentibus de verbo ad verbum eſſent inserta; Decernentes & hac nostra concesſione Imperiali perpetuis valitura temporibus, ex certa scientia, & Imperialis poteſtatis plenitudine sancientes, ut predicti Marchio, Civitas Mantuana presenti nostra Imperiali concesſione fulcita, & potita generalis Studii gratioſo premio, & singulari bravio gaudeant & utantur, posſitque ipse Marchio, qui nunc eſt, aut qui pro tempore erit, cum consilio, & unanimi consensu Doctorum, & Magiſtrorum Studii memorati, servatis modo & forma, & ordine qui in talibus in predictis generalibus Studiis & aliis consueverunt laudabiliter obſervari, Illis quos ad hoc ydoneos & dignos invenerint legendi licentiam indulgere & studioso seu digno premisso examine licentiare, & ad Doctoratus, seu Magiſtratus apicem provehere, & promovere honorem Cathedræ & etiam Doctoratus seu Magiſtratus, & aliorum graduum insignia ritè conferre, ac de his solemniter investire, ceterum ut Scholares, & Studentes, & eorum quilibet Studii predicti tanto uberius valeant literarum studiis insudare, quanto à moleſtiarum & turbinum impetu, & incurſionibus uberius liberati ampliori fuerint libertate de Imperiali benignitate fulciti de innata itaque nobis clementia Rectores, Doctores, Scholares, seu Studentes Univerſitatis ejusdem Studii univerſosque & singulos eorum, & cujuslibet ipſorum familiares, famulos & miniſtros, nec non Scholas, & eorum habitacula, sive hoſpitia in examen nostrum, & Sacri Romani Imperii protectionem, tutelam, ac defensionem ſuſcepimus, & ſuſcipimus per presentes, Insuper ex certa nostra scientia decernentes volumus, qui omnes & singuli Doctores, & Scholares cujuscumque Scientiæ ac Facultatis, ac Bedelli dicti Studii Mantuani seu ad dictum Studium accedentes causa ibidem legendi aut studendi posſint, & valeant cum eorum familia, equis & armis, arneſiis, libris, rebus, & bonis, ac mercimoniis sibi neceſſariis quibuscumque libere, tute, secure, & impune accedere ad dictum Studium, & transire, morari, & indereedire per quecumque loca, & in quibuscumque locis absque sumptione & solutione colte, gabelle, thelonei, Rene, & vectigalis dacii certæ impoſitionis, & oneris cujuscumque inde fiendi poſſintque extrahere libros cujuscumque Facultatis, & res alias à quibuscumque Civitatibus, locis, & diſtrictibus ubi fuerint Studia generalia, vel etiam ubi non fuerint, non obſtantibus Privilegiis,

Digitized by Google

vilegiis, Statutis, seu Ordinationibus, Capitulis, seu Consuetudinibus, Franchesiis, ac Libertatibus & repressaleis, seu impignorationibus quibusvis cujuscunque Provinciæ, Patriæ, Civitatis, atque Loci quacumque auctoritate etiam Imperiali vallatis, aut alias emanatis & roboratis, etiamsi de his esset fienda in hujusmodi indulto mentio specialis. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ graciæ, concessionis, & indulti infrangere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem contrarium attemptare presumpserit bannum Imperiale, & penam centum Marcarum auri toties quoties contrafactum fuerit, se noverit incursurum cujus penæ tertiam partem nostro Imperiali, & Sacri Imperii Fisco, aliam tertiam prefato Illustri Marchioni, & reliquam tertiam partes prædictarum certum Marcarum auri pro Universitati predicti Studii usibus statuimus applicandas. Cujus quidem pene exactio, seu executio valeat, & possit fieri per prælibatum Illustrem Principem Johannem Franciscum, & ejus hæredes, aut Successores Principes, & in his, & aliis facta, seu negotia Studii prefati quoquomodo concernentibus, & dependentibus, emergentibus & conexis vices nostras, & Successorum Nostrorum Romanorum Regum, & Imperatorum obtineat, perspicaciterque & sagaciter provideat de salubri statu, & quiete incrementoque felici Studii prenotati, prout de consilio Presidentium, Doctorum, & Magistrorum Universitatis ejusdem Studii fuerit expediens quomodolibet vel opportunum modo premisso exequendo premissis omnibus poena soluta vel remissa nihilominus in suo robore duraturum. Presentium sub nostræ Imperialis Majestatis Sigillo Testimonio Litterarum. Datum Mantuæ Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die vigesima septima mensis Septembris Regnorum Nostrorum anno Ungariæ, etc. quadragesimo septimo, Romanorum vigesimo tertio, Bohemiæ quartodecimo, Imperii vero primo. Nos itaque attendentes, & inter nostri pectoris penetralia revolventes multiplicia virtutum, & probitatis merita, ac etiam preclare devotionis insignia, quibus dictus Johannes Franciscus, & Progenitores sui de ingenua domo Gonzagæ nostros predecessores dive recordationis Romani Imperatores, & Reges, ac Sacrum Romanum Imperium, dignis quidem studuerunt honoribus venerari, nec non & immote fidelitatis obsequia per eosdem Marchionem, & progenitores prefato Cesari, & Sacro Imperio, eousque constanter prestita nobisque & eidem Imperio per prefatum Marchionem, & filios ac hæredes suos prestanda constancius in futurum, & supplicacionibus hujusmodi tanquam rationabilibus rationabiliter inclinati prefato Johanni Francisco Marchioni suisque hæredibus & successoribus legitimis preinsertum Privilegium, sive gratiam à prefato pio Cesare Sigismundo ipsis concessum, sive concessam quantum ritè emanavit in omnibus tenoribus, clausulis punctis, articulis & sententiis, prout de verbo ad verbum expressatur, animo deliberato sanoque nostrorum Principum, Comitum, Nobilium, & Procerum accedente consilio, & de certa nostra scientia auctoritate nostra Romana Regia Ratificamus, Approbamus, innovamus, & presentis nostri scripti patrocinio confirmamus, decernentes & volentes expresse prefatum Privilegium, & omnia in eo contenta, perpetuis temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem. Nulli ergo omnino homini liceat hanc vestræ ratificationis, approbationis, innovationis, confirmationis & decreti paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, nostram, & Imperii Sacri indignationem gravissimam, & pœnam in pretacto Privilegio positam se noverit irremissibiliter incursurum. Presentium sub Regio Nostræ Majestatis Sigillo testimonio Litterarum. Datum Wratislaviæ, Anno Domini Millesimo quadringentesimo trigesimo nono, die prima Januarii Regnorum Nostrorum Anno primo.

R. Johannes Richter.

Ad mandatum Domini Regis.
Gaspar S. Cancellarius.

XIII.

Johannis Francisci Sfortiæ, Mantuæ Marchionis, approbatio & acceptatio Pacis inter Ducem Mediolani ab una, & Dominos Ligæ ab altera parte, per Franciscum Sfortiam, Vice-Comitem, ac Cremonæ Marchionem stabilitæ d. d. 27. Decembr. An. 1442. Cui Francisci Sfortiæ Vice-Comitis attestatum de extradita sibi prædicta approbatione est adnexum de eod. dat.

FRanciscus Sfortia Vicecomes, Comes, Marchio Cremoneque Dominus Sanctissimi Domini nostri P. P. Sanctæque Romanæ Ecclesiæ Confalonerius ac Illustrissimæ Ligæ Capitaneus Generalis &c. Fidem facimus per præsentes qualiter Nobilis & circumspectus Vir Matheus de Conradis, Consiliarius infrascripti Illustris & Potentis Domini Domini Marchionis Mantuæ hodie produxit & præsentavit nobis, vice & nomine prelibati Ill. Domini Domini Marchionis Mantuæ litteras approbationis & confirmationis Pacis latæ per nos in hac Civitate nostræ Cremonæ: Quarum tenor talis est: „ Joannes Fran-„ ciscus Fortia Vicecomes &c. Attendentes teno-„ rem Sententiæ arbitramentalis, per Illustrissi-„ mum & potentem Dominum Comitem Fran-„ ciscum Sfortiam Vicecomitem etc. late & pro-„ nunciate in Civitate Cremonæ sub vigesimo die „ mensis Novembris anni proxime præteriti, „ MCCCC. quadragesimi primi inter Ill. Princi-„ pem, & Ex. Dominum Patrem nostrum Singu-„ larissimum Dominum Ducem Mediolani &c. ex „ una parte & Illustr. D. Ligæ ex altera, & utra-„ rumque partium Colligatos, Adhærentes & Re. „

„comendatos, & eidem Sententiæ Inhærentes, „Pacis beneficio gavisuri, vigore præsentium „nostrarum Patentium Literarum omni efficaciori modo & forma quibus valemus & debemus eandem Sententiam & Arbitramentum „quoad nos & statum nostrum, seu & nostros „Adhærentes, Complices, Recomendatos, Feudatarios & Subditos spectat, seu quomodolibet „spectare possit, acceptamus, approbamus & ratificamus, totamque continentiam Pacis hujus„modi & Arbitramenti, & quamlibet ejus partem, „tam in principio, quam in medio, & fine emologamus & confirmamus, intelligentes exinde „includi & inclusos esse, in ipsius pacis benefi„cio, non prejudicando tamen Juribus nostris in „terris hactenus per nos tentis & possessis. In „quorum omnium robur & fidem præsentes nostras fieri jussimus & registrari, nostrique so„liti Sigilli Magni impressione muniri. Datum „Mediolani die vigesimo septimo Decembris „M. CCCC. XL. secundo. Indictione quinta se„cundum cursum Mantua.„ Quas Litteras recepimus & eas admisimus, & admittimus quantum de jure possumus, & debemus, & pro cautella ipsius Illustrissimi Domini Marchionis presentes fieri fecimus jussimusque per infrascriptum Secretarium nostrum deberi subscribi, & nostri Sigilli impressione muniri. Ex Castro Civitatis nostræ Cremonæ die primo Januarii M. CCCC. XL. secundo.

(L. S.)

Augustinus.

XIV.

Testamentum Johannis Francisci de Gonzaga, Mantuæ Marchionis, d. d. 23. Sept. An. 1444.

In Christi Nomine Amen.

ANno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, Indictione septima, die Mercurii vigesimo tertio mensis Septembris, tempore Serenissimi Principis, & Domini Domini Federici divina ei aspiranti gratia Romanorum Regis, & Semper Augusti in civitate Mantuæ, & in Pallatio residentiæ Illustris Principis & Excelsi Domini Domini Johannis Francisci Marchionis Mantuæ etc. Videlicet in ejus Camera ad allas picta. Ibi prælibatus Illustris & Eccelsus Dominus Dominus Johannes Franciscus Marchio Mantuæ etc. dixit, asseruit, & confessus fuit hoc esse suum Testamentum, & ultimam voluntatem, quod & quam voluit & vult valere & tenere jure Testamenti & ultimæ voluntatis, & si jure Testamenti, & ultimæ voluntatis non valeret, seu non valebit ex nunc prout ex tunc vult & mandat illud, & illam valere jure Codicillorum & donationis causa mortis & omni alio modo, via, jure, forma & causa quibus melius & efficacius valere poterit. Quod quidem Testamentum fuit subscriptum & sigillatum per infrascriptos testes adhibitos & specialiter rogatos per prælibatum Illustrem Dominum Testatorem in præsentia mei Notarii infrascripti. Et rogavit me prædictus Illustris Dominus Testator de his publicum conficere Instrumentum unum & plura, prout opus esset, & casus exigeret in præsentia dictorum infrascriptorum testium ad hæc adhibitorum & rogatorum, quorum Nomina sunt hæc videlicet.

Spectabilis Dominus Ubertus de Strotiis.
Johannes de Cremona.
Rolandus Suardus.
Magister Arrivabenus de Benedusiis.
Mattheus de Tosabetiis.
Johannes Marcus de Rodiano.

Franciscus Calcagninus, qui juravit corporaliter se cognoscere Testatorem & testes.

Ego Jacobus natus quondam Johannini de Andreasiis Civis Mantuæ & publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus & singulis præsens fui, eaque rogatus scribere scripsi & ad majus robur & confirmationem suprascriptæ ultimæ voluntatis, & Testamenti a me Notario de Mandato prælibati Illustris Domini scripti, & in hanc publicam formam redacti signum mei Tabellionatus consuetum apposui.

Dominus dominans in Excelsis etc. disposuit mortalibus Regnum suum ut illud accipere solum promereantur lege certa præparati Christicolæ & hac utique de re fideles admonuit sub similitudine dicens: Si sciret Pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique & non sineret perfodi domum suam. Ideoque & vos estote parati, quia qua hora non putatis Filius hominis veniet. Unde & Divinitatis Clementia illum Ezechiam Regem per Isaiam Prophetam cautum antiquitus reddidit, cum ei dixit; Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives. Ideo ego Johannes Franciscus Marchio Mantuæ etc. natus quondam bonæ ac recolendæ memoriæ Illustris & Excelsi Domini Domini Francisci de Gonzaga olim Mantuæ, etc. Imperialis Vicarii generalis volens horam novissimam pervenire, ne sine advisamento Juris horis hora me comprehendat intellectus, & mentis ratione regulatus pro utili & pacifico natorum & subditorum meorum statu disposno me Salvatoris Gratia preparare, ac domui meæ per præsens Testamentum & ordinationem omnium bonorum meorum disponere in hac videlicet forma verborum, ut in scriptis inferius continetur.

In primis namque Omnipotenti Deo Patri & Filio & Spiritui Sancto, ac Beatissimæ Mariæ Matri Dei & semper Virgini Gloriosæ intervenientibus meritis & intercessionibus Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Beati Johannis Baptistæ, sanctorum Confessorum Francisci, Antonii & Ludovici, Beati Antonii Abbatis, & Beatorum Martyrum Georgii & Christophori ac Beatæ Catharinæ Virginis & Martyris, & totius Curiæ Cœlestis triumphantis spiritum meum & Animam meam suppliciter recommendo.

Item volo & mando, quod post redditum Deo spiritum Corpus meum sepeliatur in Ecclesia Beati Francisci Mantuæ, & in Sepultura Illustris quondam Domini Genitoris mei mandans, quod dicta Sepultura debeat tolli de columnis super quibus est posita, & deponi in terra plana a latere sinistro introeundo Capellam penes sepulturam Magnifi-

cæ

Digitized by Google

cæ quondam Dominæ Genetricis meæ vel alibi ubi decentius & conveniens magis in dicta Capella meis Fideicommissariis infrascriptis visum fuerit, & quod dictæ Columnæ super quibus est ipsa sepultura ammoveantur, & alio portentur, quæ Columnæ remaneant ipsi Ecclesiæ; & si casus contingeret, quod obirem extra Mantuam, & obirem in districtu meo, hæredes mei teneantur & debeant curare omnimode quod quam citius fuerit possibile, Corpus sive ossa mea ferantur Mantuam & collocentur in sepulchro prædicto. Si vero obirem in aliis locis tunc sit & remaneat dispositioni hæredum meorum, aut dimittendi ibi, aut portari faciendo Mantuam dummodo ubicumque moriar, Corpus meum sepeliatur in Ecclesia Sti. Francisci, ubi sint Fratres minores, & si penitus ibi non essent, tunc volo sepeliri in Ecclesia Sti. Dominici, ubi habitent Fratres Ordinis Sti. Dominici, & quod dicti hæredes, & Fideicommissarii mei de bonis meis fieri faciant Septimanam & trigesimam & singulis annis Anniversarium meum, videlicet Vesperas, Mattutinum & Missam mortuorum in ecclesia, ubi Corpus meum erit sepultum eis forma, & modo, quibus fit illud Bonæ Memoriæ illustris quondam Genitoris mei.

Item volo & jubeo, quod ubicumque moriar Corpus meum sepeliatur de nocte cum societate non ultra Viginti personarum, computatis personis Ecclesiasticis & illis, quæ portabant Corpus, & quæ portabunt doperios qui non excedant numerum sex doperiorum. Et in casu, quo obirem extra Civitatem Mantuæ, nollo quod Corpus prædictum portetur cum majori societate nec majori numero doperiorum, casu quo hæredes, & Fideicommissarii mei illud de loco, ad locum portari facerent.

Item volo & jubeo, quod Corpus meum sit vestitum, quando portabitur ad sepulcrum, panno lanæ sine aliquo alio ornamento, & super ipso non sit aliquis pannus syrici, & sic vestitum sepeliatur & maneat.

Item volo, & jubeo, quod nec ante depositionem dicti mei Corporis nec post, fiat aliqua pompa videlicet Banderiarum, Equorum copertorum nec discopertorum, nec armorum, nec aliquorum quæ fiunt in similibus pro pompa sive honore.

Item volo, & jubeo, quod centum Pauperibus Egenis ex bonis meis detur una die infra trigesimam diem post obitum meum prandium decens & idoneum, & eadem die vestiantur ipsi Pauperes a capite usque ad pedes, videlicet Pelanda & Capuccio ex quibus brachium panni non sit minoris pretii soldorum quinquaginta parvorum, & induantur Zupparello a Caligis, & subtularibus calcientur; demumque cuilibet ipsorum Ducatus unus & Grossus unus Bononiorum duorum pro quolibet eorum Pauperum amore Dei.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur & assignentur tot Congregationi Presbyterorum Sti. Petri Mantuæ ex quibus veniant percipere Ducatos centum annuatim, aut tot bona emantur, ubi utilius & securius meis Fideicommissariis videbitur, quod ipsa Congregatio habeat singulo anno dictos Ducatos centum, & obinde debeant ipsi Presbyteri celebrare omni die ad Altare Magnum in cantu unam Missam solemniter pro remedio animæ meæ videlicet die Dominico Missam Sti. Johannis Evangelistæ cum Commemorationibus sanctorum Antonii Abbatis, Christophori Martii, & Barnabæ, Die Lunæ Missam pro anima mea cum Orationibus Patris & Matris meæ & aliorum defunctorum. Die Martis Missam Sti. Francisci cum Commemorationibus Sti. Antonii de Padua, & Sti Ludovici. Die Mercurii in eadem forma, qua die Lunæ. Die Jovis Missam Sti. Johannis Baptistæ cum Commemorationibus Sanctorum Jacobi & Philippi, & sanctorum Simonis & Judæ. Die Veneris in eadem forma, qua die Lunæ & Mercurii. Die Sabbathi Missam Beatæ Mariæ Virginis cum Commemorationibus Sti. Lucæ & Sti. Matthei.

Item volo, & jubeo, quod in Ecclesia Cathedrali Sti Petri Mantuæ de bonis meis fabricetur una Capella ad honorem Sti. Sebastiani in eo loco, quo melius videbitur Domino Episcopo Mantuæ & Capitulo, quæ Capella fulciatur Apparamentis, Missali, Ancona, & aliis necessariis, expensa cujus Capellæ, & omnium dictarum rerum necessariarum sit Ducatorum 400. quæ Capella dotetur aut de bonis meis, aut emantur tot bona, ubi tutius & utilius videbitur, de quibus habeantur Ducati 40, singulo anno pro uno Presbytero, & hoc secundum quod melius videbitur meis Fideicommissariis, qui Presbiter, donec tenuerit dictum beneffitium non possit aliud beneffitium habere, & teneatur singulis diebus in ipsa Capella celebrare Missam, & interesse aliis Offitiis, & horis Canonicis tam diurnis, quam nocturnis, quæ celebrantur in dicta Ecclesia, prout alii Capellani dictæ Ecclesiæ tenentur.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis fiat una Capella in Ecclesia prædicta Sti. Petri super introitu, quæ fit eundo in locum Confessionis a latere Stæ. Luciæ eis modo & forma, quibus stat Capella Sti. Eustachii illorum fratrum de Gonzaga, quæ Capella fit sub vocabulo Sti. Grisogoni, & ad historiam suam picta, in qua fiat una Planeta drapi syrici, cujus brachium non sit minoris pretii Ducati unius cum dimidio, & alia oportuna uni Presbitero, unum Missale, una Ancona, & unus Calix de unciis viginti quinque argenti aurati, quæ Capella dotetur aut de bonis meis, aut emantur tot bona, ubi melius & securius videbitur, de quibus habeantur Ducati quadraginta singulo anno pro uno Presbitero & secundum quod melius videbitur meis Fideicommissariis, qui Presbiter, donec tenuerit dictum beneffitium non possit aliud beneffitium habere, & teneatur singulis diebus in ipsa Capella celebrare Missam, & interesse aliis Offitiis, quæ celebrantur in dicta Ecclesia, prout alii Capellani ipsius Ecclesiæ. Patroni autem dictarum duarum Capellarum intelligo, & volo, quod sint hæredes mei & principalior ipsorum dictos Sacerdotes ad dicta Beneffitia instituendos præsentare debeat Domino Episcopo, qui nunc est, vel pro tempore erit, & Capitulo majoris Ecclesiæ Mantuæ, qui simul habeant conferre dictis Sacerdotibus dicta Beneffitia.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur pro fabrica Ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Gratia Ducati mille, qui dentur bonis Civibus, qui habeant dispensare illos pro dicta fabrica.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis dentur

Duca-

Digitized by Google

Ducati trecenti Ecclesiæ Sti Antonii de Mantua pro fabrica dictæ Ecclesiæ, aut pro Capella in dicta Ecclesia, aut pro alia fabrica redundante ad decorem dictæ Ecclesiæ, & hoc secundum quod melius videbitur Domino Episcopo, qui nunc est vel pro tempore erit, qui denarii dispensentur per bonos Cives secundum quod Dominus Episcopus prædictus ordinabit.

Item volo, & jubeo, quod fiat una Planeta panni sirici, cujus brachium non sit minoris pretii unius Ducati cum dimidio, cum Stola, & Manipulo ejusdem Panni, & unus Calix argenti deaureati de unsis decem octo in Ecclesia Sti. Jacobi de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod similiter fiat in Ecclesia Sti. Christophori de Mantua, ubi stant ad præsens Fratres Cœlestini.

Item volo, & jubeo, quod similiter fiat in Ecclesia Sti. Georgii in Burgo St. Georgii.

Item volo, & jubeo, quod fiat similiter in Ecclesia Sti. Viti in dicto Burgo.

Item volo & jubeo, quod similiter fiat in Ecclesia Sti. Johannis a Templo de Mantua.

Item volo & jubeo, quod similiter fiat in Ecclesia Sti. Johannis a Carretis de Mantua.

Item volo & jubeo, quod similiter fiat in Ecclesia Stæ. Catharinæ de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod fiat unus Calix argenti deaureati unciarum decem & octo Ecclesiæ Trinitatis Certusiæ extra Mantuam.

Item volo, & jubeo, quod similiter fiat Ecclesiæ Sti. Lucæ de Mantua ad Altare Sti. Dominici.

Item volo, & jubeo, quod de omnibus Vestibus meis pannorum sirici, quæ reperientur in Obitu meo fiat una Planeta pro qualibet Ecclesia & Altare infrascriptis, exceptis Vestibus promissis, & donatis aliquibus, de quibus donationibus & promissionibus, fiant probationes idoneæ per eos, qui petierint.

Primo Ecclesiæ Stæ. Mariæ de Gratia. Item Ecclesiæ Sti. Antonii de Mantua. Item Ecclesiæ Sti. Andræ de Mantua. Item Ecclesiæ Sti. Pauli prope Episcopatum. Item Altari Sti. Simeonis, qui recepit Dominum Nostrum Jesum Christum in ulnas suas, & si non reperiretur in Mantua, seu in Territorio, fiat Ecclesiæ Stæ. Mariæ de Charitate.

Item Altari S. Barbaræ, & si non reperiretur in Mantua, requiratur in Territorio, & si non reperiretur in Territorio, requiratur alibi, & ibi fiat.

Item Altari sanctorum Jacobi & Philippi, quod est in Capella quondam Domini Philippi della Molza in Ecclesia St. Petri de Mantua.

Item Ecclesiæ Sti. Petri de Mantua. Item Ecclesiæ sanctorum Simonis, & Judæ de Mantua.

Item Altari Sti. Matthiæ, si reperiretur in Mantua, & si non in Mantua, requiratur in Territorio, & si non in Territorio, requiratur alibi & ibi fiat.

Item Ecclesiæ. Sti. Matthæi de Miaretto, Item Ecclesiæ Sti. Bartholomæi prope Mantuam, Item Ecclesiæ Sti. Thomæ de Mantua, Item Ecclesiæ Sti. Barnabæ de Mantua, Item Ecclesiæ Sti. Lucæ de Mantua, Item Ecclesiæ St. Marci de Mantua, Item Capellæ Sti. Francisci in Ecclesia Fratrum Minorum de Mantua, Item Capellæ Sti. Ludovici in prædicta Ecclesia. Item Capellæ seu Altari Sti. Antonii de Padua in prædicta Ecclesia, Item Ecclesiæ Sti. Nicolai de Mantua, Item Altari Sti. Juliani, si reperiretur in Mantua, & si non reperiretur, requiratur in Territorio, & si non in Territorio reperietur, requiratur alibi, & ibi fiat.

Item Capellæ Sti. Longini in Ecclesia St. Andreæ de Mantua, Item Altari Sti. Sigismundi in Ecclesia Stæ. Catharinæ de Mantua, Item Capellæ Stæ. Margaritæ in Ecclesia Sti. Petri de Mantua, Item Ecclesiæ Stæ. Luciæ de Mantua in Contrata Cervi, Item Altari Stæ. Helisabeth, si reperietur in Mantua, & si non reperietur in Mantua, requiratur in Territorio, & si non in Territorio, requiratur alibi & ibi fiat illi Altari, quod magis indigebit. Item uni Altari Stæ Appoloniæ in Ecclesia Sti. Spiritus de Mantua, aut in Ecclesia Stæ. Mariæ de Bethlem quod plus indigebit; Item Ecclesiæ Stæ Agnetis de Mantua, Item Ecclesiæ Stæ. Claræ de Miaretto, Item Ecclesiæ Stæ. Agathæ de Mantua, & si ante dictæ meæ Vestes non sufficerent, volo quod ematur tantum Panni sirici, qui sufficiat, qui non sit minoris pretii unius Ducati cum dimidio pro brachio, & pro ipso panno emendo vendantur suffultæ meæ, & quæ Vestibus meis sunt pro supplemento ipsarum Planetarum.

Item volo, & jubeo, quod dispensentur Ducati 50. in aliquo laborerio, vel ornamento ad decorem Capellæ Sti. Longini in Ecclesia Sti. Andreæ de Mantua.

Item volo, & jubeo, quod similiter dispensentur Ducati 50. in Ecclesia Stæ. Luciæ de Mantua in Contrata Cervi.

Item volo, & jubeo, quod similiter dispensentur Ducati 50. in Capella Stæ. Appoloniæ aut in Ecclesia Sti. Spiritus de Mantua, aut in Ecclesia Stæ. Mariæ de Bethlem, prout videbitur melius Domino Episcopo antedicto, quæ expensæ contentæ in his tribus Capitulis proximis fiant per manus bonorum Civium, secundum quod melius videbitur prædicto Domino Episcopo.

Item volo, & jubeo, quod in Ecclesia Sti. Johannis Laterani in Civitate Romana fiat una Capella juxta consilium duorum Cardinalium, qui videantur idoneores meis Fideicommissariis, in cujus fabrica & apparamentis, ac aliis necessariis ipsi Capellæ & in dote ipsius Capellæ pro Presbitero, qui quotidie celebret Missam, expendantur Ducati tres mille.

Item volo, & jubeo, quod dentur Ecclesiæ Annunciatæ in Civitate Florentiæ Ducati ducenti, & advertant mei Fideicommissarii, quod expendantur in fabrica illius Ecclesiæ, seu in aliis, quæ sint, & redundent ad decorem ipsius Ecclesiæ.

Item volo, & jubeo, quod fiat similiter, & eo modo, prout in Capitulo præcedenti Ecclesiæ Stæ. Mariæ de Loreto in Provincia Marchiæ Anconitanæ.

Item volo, & jubeo, quod fiat similiter, & eo modo prout in Capitulo præcedenti Ecclesiæ Stæ. Mariæ del Metro extra Fanum.

Item

Digitized by Google

Item volo & jubeo, quod expensis meorum bonorum mittatur una persona idonea, sive equester, sive pedester, cum societate, vel sine, secundum quod melius videbitur Fideicommissariis meis ad visitandum Ecclesiam Sti. Antonii de Vienna, & ibi faciat oblationem de bonis meis de Ducatis ducentis, qui advertat & deponat ipsos Ducatos per modum quod expendantur in fabrica dictæ Ecclesiæ, seu in aliis redundantibus ad decorem dictæ Ecclesiæ, quæ persona salarietur cum societate pro tempore, quo stabit in itinere.

Item volo, & jubeo, quod eo modo mittatur unus ad visitandum Ecclesiam Sti. Jacobi de Galitia cum simili obligatione & eisdem modo & forma.

Item volo, & jubeo in casu, quo non accederem in vita mea ad Stum. Sepulcrum, quod mei Fidei commissarii diligentem habeant informationem ad quam expensam ascenderet una Galea similis illis, quæ vadunt in Romaniam pro spatio trium mensium, & similiter de expensa quam facerem cum sexaginta buchis in tribus mentibus, & etiam de expensa, quam facerem pro datio decem bucharum in illis partibus ultramarinis, quibus expensis visis, accipiantur tot de bonis meis quot ascendant ad dictam summam, & mittantur Romam dispensandæ pro reformatione & reparatione Ecclesiæ Sti. Petri, ibidem, vel alibi, prout Sto. Domino Nostro Papæ visum fuerit.

Item volo, & jubeo, quod ex bonis meis distribuantur ad pias causas in pauperibus egenis, in domicellabus pauperibus maritandis, & in Ecclesiis reparandis quatuordecim millia Ducatorum secundum discretionem meorum Fideicommissariorum.

Item volo & jubeo, quod in casu, quo non recepissem quatuordecim millia Florenorum de Camera ante obitum meum, quos habere debeo a Sede Apostolica, ut patet Instrumento rogato per Petrum del Nigro Notarium Civitatis Venetiarum sub die primo Octobris 1414. in quo continetur, qualiter Dominus Thomas Mocenigo, Dux Venetiarum ad hoc deputatus sententiavit dictos Florenos 14. mille deberi exbursari mihi per Reverendissimum Dominum Antonium Episcopum Senensem, nomine Cameræ Apostolicæ, tunc Thesaurarium dictæ Cameræ in Italia Hæredes mei querant cum omni solicitudine, quæ sit possibilis illos recuperare qui hæredes, illos sive in totum, sive in parte assignare debeant in manibus meorum Fideicommissariorum, & ipsis assignare omnem expensam, quam ipsi hæredes in recuperando ipsos denarios, quam expensam volo, quod Fideicommissarii mei dictis hæredibus ex dictis Florenis 14. mille restituere debeant, & restum detur & dispensetur per ipsos Fideicommissarios meos in pauperibus egenis, domicellabus pauperibus maritantandis, & in Ecclesiis reparandis.

Item volo & jubeo, quod per Fideicommissarios meos habeatur informatio de Creditoribus meis, & ipsis integraliter per hæredes meos satisfiat, & etiam habeatur informatio, si quid fuerit per me male ablatum de bonis meis restituatur sive valutum prædictos hæredes, & Fideicommissarios meos & prædicta fiant infra annum post obitum meum; et si ultra annum prædictum aliqui reperientur, qui conquerentur, tunc satisfiat eis de introitibus Castioni Mantuani ut in Capitulo infrascripto signato ante A. continetur.

Item volo, & jubeo, quod in his quæ defecissem mandari executioni Testamentum bonæ et recolendæ memoriæ Illustris quondam Domini Genitoris mei, hæredes mei suppleant & executioni mandent & habita bona informatione per meos Fideicommissarios de omnibus, quæ venirent, & essent in onus animæ prædicti quondam Domini Genitoris mei, quæ non essent executa, ut debitum requisivisset, tunc mandentur executioni de bonis meis per dictos hæredes, & Fideicommissarios meos. Et quia inter alia recordor pro usu Capellæ acceptum fuisse unum Calicem ex duodecim, quos prædictus quondam Dominus Genitor meus legaverat duodecim Ecclesiis, volo eundemmet Calicem, si extat, dari uni Ecclesiæ qui videbitur eo magis indigere, & si non extaret, fiat alter ejusdem ponderis, & valoris, & detur ut supra.

Item volo, & jubeo, quod per hæredes & Fideicommissarios meos dentur & exbursentur Massario Consortii Mantuæ Duci trecenti, ex quibus ematur una Possessio, vel alia bona, prout ipsis meis Fideicommissariis melius, ac utilius visum fuerit & introitum, seu fructus dictorum bonorum emendorum ipse Massarius annuatim respondeat Fratribus Minoribus Sti. Franciſci de Mantua, qui ob inde tenentur singulo anno facere anniversarium meum cum Vesperis, Matutino, & Missa mortuorum, & eo modo, quo fit illud bonæ memoriæ prædicti quondam Domini Genitoris mei.

Item cum spectabilis quondam Dominus Johannes meus de Gonzaga tempore mortis suæ legaverit mihi domum suam in Mantua, & quædam alia bona cum onere dandi pauperibus amore Dei, & in suorum remissionem peccatorum Ducatos tercentos auri, ut in ejus Testamento continetur, volo & jubeo, quod illud legatum de bonis meis, & per hæredes & Fideicommissarios meos executioni mandetur, ut in ipso Testamento continetur.

Item lego & relinquo Ecclesiæ de Formigosa Ducatos 50. ex bonis meis sibi dandos & distribuendos in ejus utilitatem prout Venerabili Domino Eusebio Abbati Sti. Benedicti melius visum fuerit, & ipse ordinaverit.

Item volo, & jubeo, quod Monasterium Stæ. Mariæ ab Angelis extra Civitatem Mantuæ perficiatur, & perfici in totum debeat sumptibus, & de bonis meis, & ad hoc deputetur unus Civis idoneus & bonæ condictionis & famæ, qui hujus laborerii curam Fideliter gerat donec completum fuerit.

Item volo, & jubeo, quod eidem Monasterio Sanctæ Mariæ ab Angelis dentur & assignentur per hæredes & Fideicommissarios meos tot fructus & introitus, qui ascendant ad summam centum Ducatorum quolibet anno ex his, qui percipiuntur ex Apothecis meis, quæ circa Plateas & earum confinia sunt & hoc pro victu & vestitu Fratrum ibi degentium, & si aliquibus Li-

Digitized by Google

bris indigerent ex dictis denariis de tempore in tempus emantur.

Item lego, & volo, quod Monasterium Sti. Matthei de Miaretto extra Mantuam reformetur & reformari debeat sumptibus, & de bonis meis juxta designamentum et provisionem alias per illos duos servos de Jesuatis, qui hac de causa ad illud venerunt, quemadmodum informatus est Christophorus Murator, qui dictæ provisioni interfuit, et pro hujusmodi fabrica volo, quod accipiantur lapides et lignamina, si bona sunt, quæ conducta fuerant pro domo, quam facere intendebam apud Pletulas, et pro eo, quod defficeret ad supplementum dicti laborerii, provideatur de bonis meis, et ad hoc deputetur unus Civis idoneus, et bonæ condictionis.

Item lego et relinquo de bonis meis Ecclesiæ Sti. Antonii de Mantua ultra alia legata sibi facta, Ducatos centum quinquaginta per totum mensem Novembris proxime futuri dandos et dispensandos pro fabrica, utilitate vel decore ipsius Ecclesiæ, prout meis Fideicommissariis melius visum fuerit.

Item lego et relinquo de bonis meis Ducatos tercentos infra dictum tempus, videlicet per totum Mensem Novembris futuri, pauperibus et miserabilibus personis erogandos, et in meorum remissionem peccatorum.

Item volo, et jubeo, quod Ecclesiæ et Monasterio Sti. Andreæ de Mantua, ultra alia legata, dentur ex bonis meis Ducati ducenti auri in fabricam, vel utilitatem ipsius Ecclesiæ convertendi.

Item volo, et jubeo, quod omnes illæ Picturæ quæ erant in Capella veteri in Curia, et quæ delatæ fuerant, quando Pallatium fuit reformatum, repingantur eo modo, quo erant in quadam alia Ecclesia, vel Capella, ubi melius Fideicommissariis meis videbitur.

Item volo, et jubeo, quod ex bonis meis dentur et restituantur Zanino de Magistris dicto il Chierego Ducati trecenti, et ejus filio Priori Sti. Bartholomæi de Quistello vel ejus Ecclesiæ prædictæ, si tempore vitæ ipsius Prioris non restituerentur Ducati centum.

Item volo, jubeo et mando, quod omnia Decreta per me concessa contra jus divinum, vel humanum revocentur, et revocata esse intelligantur.

Item si quid ullo tempore comperiretur a me, vel jussu meo in jure suspensum vel impeditum fuisse, quod in alterius damnum, vel præjuditium esset, volo eum, vel eos omnes, qui ex talibus suspensionibus læsi essent, restituantur ad omne jus suum consequendum perinde ac si a me nihil in oppositum commissum aut mandatum esset.

Item volo, et mando, quod per Fideicommissarios mittatur una persona ad id idonea et fida in Vallem Lodroni ad locum Sectorii, et videat, ac se diligenter informet in quanto damnificatæ fuere duæ Ecclesiæ ibidem quæ alias combustæ fuerunt, quando Exercitus Ducalis illuc Castra metebat, et hoc viso, tantumdem de bonis meis in piis causis dispensentur, vel cum auctoritate Papali, vel aliter, prout ipsis meis Fideicommissariis visum melius fuerit.

Item volo, et mando, casu quo hoc ego in vita mea non feciſſem quod per hæredes et Fideicommissarios meos cum maxima instantia ad omnem requisitionem Smi. Domini Nostri persuadeatur, et persuaderi debeat Magnifico Domino Galeaz de Malatestis Fratri meo, quod si habet, vel tenet aliquid indebite, quod ad Romanam spectat Ecclesiam, illud eidem Ecclesiæ restituat, et in futurum ipsi Ecclesiæ debitum semper facere velit, et studeat.

Item volo, jubeo & mando, casu quo ego hoc in vita mea non feciſſem, quod per Fideicommissarios meos diligens habeatur informatio & exquisitissima de forma & tenore Testamenti bonæ memoriæ Magnificæ quondam Dominæ Matris meæ Arimini, & ea habita informatione de quibuscumque Juribus & actionibus quæ mihi ex dicto Testamento tam jure institutionis quam legatorum competerent, aut quovis modo competere possent tam in denariis quos prædicta Domina Mater mea habebat ad imprestita Venetiarum, & qui post ipsam mihi scripta fuerant, quam in possessionibus & aliis bonis quæ mihi loco illorum denariorum, vel aliter quomodocumque legasset, fiat & fieri debeat, Cesio & refutatio in plenissima forma omnibus his Religiosis & piis locis, qui & quæ ex dicto Testamento jus aliquod prætendere possent, aut haberent in dictis denariis ad imprestita Venetiarum, & aliis bonis mihi legatis, & præsertim cuidam Monasterio Sororum Heremitarum Sti. Augustini in Civitate Arimini quod Monasterium alias ædificavit quædam Soror Michelina, quæ in dictis denariis ad imprestita pro dicto ejus Monasterio jus habere prætendebat, illique loco & aliis ut supra jus habentibus fiant Instrumenta & cautiones, quibus possint, non obstante aliquo Jure mihi competente, dictos denarios & possessiones vendicare & consequi, dictisque, quos præsens negotium tanget detur de hoc notitia, ut possint rei & commodo suo intendere & jus suum querere.

Item volo, jubeo & mando, quod Datium Prostibuli in Civitate Mantuæ statim ammoveatur & ammoveri debeat, ita quod pro eo nihil de cætero, & nullo unquam tempore, exigi possit, & quicquid a Festo Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi citra exactum est, & ex ipso perceptum, dari debeat, & erogari pauperibus, & his, qui magis videbuntur indigere.

Item volo & jubeo, quod omnes Capellæ, apparamenta, Calices, & alia, quæ legavi fieri, fiant sine armis, & divisis meis & pariter sine nomine meo, ne videantur per quem facta sint.

Item, si post mortem meam Venerabilis Dominus Eusebius nunc Abbas St. Benedicti dixerit habuisse a me in secretis, me esse obligatum de aliqua quantitate denariorum pro male ablatis, vel dixerit habuisse intentionem dandi aliquas denariorum quantitates in pias causas,

quæ

Digitized by Google

quæ non essent descripta in præsenti Testamento, volo & mando, quod res prædictus Dominus Eulebius dicuntur supra per hæredes & Fideicommissarios meos executionem mandentur.

Item volo, & jubeo, quod subito & quamcitius fit possibile post obitum meum omnia legata mea per hæredes & Fideicommissarios meos executioni mandentur, & fiant, & pro satisfactione dictorum legatorum obligo omnes denarios, quos in obitu meo reperirem habere, & in quantum illi non sufficerent obligo omnia mea jocalia & argentaria, & omnes denarios, quos in obitu meo exigere deberem a debitoribus meis, a quibus fine torquendo ipsos infra terminum sex mensium post obitum meum exigi poterit pro satisfactione præmissorum, & in casu, quo omnia supra scripta non sufficerent ad satisfaciendum, volo, quod mei hæredes & Fideicommissarii vendant tot de bonis meis, imputa bona mobilia, seu possessiones quæ satisfaciant, Et si tempore vitæ meæ aliqua ex prædictis legatis executioni mandetur, & reperiantur descripta in hoc Libro cum capite corea rubea, super qua fuerit descriptum Jesus Maria, & supra illa verba facta descriptura & ante positis legatorum in ipso libro descripturis fuerit manu mea non verbum aliud, nunc volo quod hæredes & Fideicommissarii mei ipsius legati minime faciant, sed diligantur fore facta.

Item volo, jubeo & mando, quod statim post mortem meam vendantur & vendi debeant infrascripta bona, videlicet Collare Uxoris meæ Barbaræ, jocalia, quæ murbavi Magnificæ Dominæ Faentiæ, & nunc ejus nomine in Civitate Ferrariæ subpignorata sunt, omnia vasa aurea, & quædam alia jocalia, ut puta adamantes, Verghettæ & alia hujusmodi, quæ sunt in Capsetta mea, & ex pecuniis, quæ ex illis percipientur, incipiatur ea exequi Legata, quod prius exequenda & adimplenda videbuntur.

Item volo & jubeo, quod post mortem meam per decennium inclusive omnes introitus Possessionum Curiæ Caffionis mantuanæ, detractis expensis, singulis annis deponantur in idoneo & securo loco, & vendantur temporibus debitis secundum dispositionem Fideicommissariorum meorum, & denarii deponentur in idoneo & securo loco, ubi casus contingeret quod aliquis reperiretur esse Creditor, vel fuisse illustris quondam Domini Genitoris mei & Dominæ Genetricis meæ, ac etiam illustris Consortis meæ, nec non, & mei cui non foret solutum debitum, & sic etiam si per eosdem vel aliquid reperiretur male ablatum fuisse illis talibus Creditoribus, & pariter illis, quibus male ablatum fuisset possit solvi, & restaurari, & per meos Fideicommissarios solvatur & restituatur, & in fine decenii, dictæ possessiones sint illius, qui dominabitur Mantuæ, & similiter id quod supererit non solutum in fine dicti decenii de dictis introitibus hoc modo, quod casu, quo alio quo tempore Mundi reperirentur Creditores, & male ablata ut supra heres meus prædictus qui dominabitur Mantuæ, si obligatus ad satisfaciendum integraliter, & sic volo, & jubeo.

Item quia dedi illustri Consorti meæ plenum arbitrium testandi usque ad summam Ducatorum quinque millium, quos, ut puto, habui pro dotibus suis, & similiter quod ipsa testari possit, & legare Vestes suas quascunque, & quzlibet drapamenta, quæ reperientur in Curia in obitu suo pro libito voluntatis suæ, obligo eidem Consorti meæ mea bona ad prædicta. Et in casu, quo ipsa decederet ante me, & ego in vita mea fecerim aliquid Legatum, quod ipsa reliquisset, & quod Legatum reperiretur descriptum in suprascripto Libro rubeo, modo quo supra, fore factum, tunc volo quod minime fiat, & restitum tantum executioni mandetur per Fideicommissarios suos de bonis meis eo modo & forma, quibus patet in superiori Capitulo, prout legavi fieri de Legatis meis, & in casu quo ante ipsum decederem, & ipsa in vita non adimpleret Legata sua, volo quod de bonis hæredis mei, qui dominabitur Mantuæ per dictum hæredem & Fideicommissarios meos prædicta Consortis meæ adimpleantur Legata, & ut ita cum effectu fiat obligo, & obligatos esse volo omnes introitus possessionum, quas nunc ipsa Consors mea tenet & possidet, quoad omnia ipsa, quæ restarent, executioni mandata fuerint.

Item volo, & mando, quod omnia bona immobilia, ut puta domus, Possessiones & alia hujusmodi quas & quæ per instrumenta, seu Decreta secundum Ordines donaverim, & donabo usque ad finem vitæ meæ sint & esse debeant illorum, quibus donatæ fuerint per me, vel ipsorum hæredum, & sic jubeo quod per hæredem & Fideicommissarios meos servari debeat, & pariter quæcumque scripturæ & Commissiones quæ manu mea extarent.

Item recolens alias per me acceptam fuisse possessionem, & jura quondam Petri de Manzeriis in Caffione Castiveris, quæ relicta fuerant cum aliquo onere Legatorum, & tunc possidebantur sine aliquo tamen justo titulo per Nicolaum & Petrum Fratres de Simo, & quæ ego postea donavi Domino Antonio de Capo cum omni onere & obligatione ipsorum Legatorum; cum ipse Dominus Antonius asserat ipsam possessionem & jura deinde vendidisse hominibus dicti loci, & in eos penitus transtulisse ex pacto illam conditionem, & onus Legatorum, volo & jubeo, quod per Fideicommissarios meos, quorum conscientiam cum in reliquis, tum in hoc maxime gravo & onero diligens habeatur informatio, an ipse Dominus Antonius eo modo & conditione, quibus asserit, vendiderit, quod si aliter esset, & mihi aut animæ meæ ullum exinde videretur imminere præjuditium, eo casu volo & mando, quod provideatur & providere debeat, quod ipse Dominus Antonius dictum onus, & Legata in se ipsum suscipiat, & habeat, ac adimpleat, ita ut ego ab eis immunis & exoneratus prorsus sim, & si pro temporibus præteritis ullum ego onus haberem pro introitibus ex dicta possessione perceptis, volo similiter quod, aut de bonis meis vel Domini Antonii

de Capo, aut per viam Juris provideatur omnimode exonerationi animæ meæ.

Item volo & mando per Fideicommissarios meos una cum spectabili Juris utriusque Doctore Domino Luca de Vernaceis, Consiliario meo diligentem haberi informationem, an quondam Franciscus del Bosco propter ejus fugam a me, & alia ejus sinistra portamenta tam in obloquendo deme, quam male subgerendo Dominio Venetorum & inter illud, & me, odia, & inimicitias serere nitendo meruerit, ut eis bonis jure privari potuerit, de quibus privatus fuit, & si jure id fieri potuit, advertatur diligenter an filiabus suis & aliis, qui pro dotibus suis jus in dictis bonis habebant illud sibi reservatum fuerit, vel postea pro eis provisum, quod si factum non esset, volo quod pro ipsis dotibus vel earum parte, quae restaret, debita fiat provisio. Verum si compertum erit dictum Franciscum pro talibus excesibus & portamentis bonis suis privari non potuisse, eo casu volo, quod si quid ex ipsis bonis apud me, vel in bonis meis extaret, quod illico haeredibus dicti quondam Franciscj restituatur, liberique assignentur. Si vero in toto, vel in parte alienata essent, & aliis tradita, tunc diligenter examinentur, & extimentur, & eisdem haeredibus tantum de bonis meis detur quantum suorum fuerit valor & extimatio.

Item volo, jubeo & mando, casu quo in vita mea non venissem ad compositionem cum illis de Cavalcabobus pro terris, & bonis, quas, & quæ habui ex suis in Territorio Cremonensi, & eis juxta ipsam compositionem non satisfecissem, quod ille ex filiis & haeredibus meis, qui ipsas Terras & Loca in Cremona pro parte sua habebit teneatur, & cum effectu obligatus sit ad ipsam compositionem faciendam, ad quam Fideicommissarii mei venire curent eis modo, & forma, quibus ipsis melius, & commodius visum fuerit tam pro ipsis bonis, quam pro datiis & introitibus dictorum de Cavalcabobus in dictis Locis. Pro cujus satisfactione compositionis obligati sint, & deputentur omnes introitus, ac pecuniæ, qui, & quæ ex possessionibus nuper factis & faciendis super Valle Victalianæ & Doxuli percipientur, ac aliae terrae, & possessiones, si quae restant, & quas ego nunc teneam in dictis Locis. Pro Curia autem & possessione Riparoli quam ego teneo, ut eadem libera remaneat dicto haeredi meo, qui Terras Cremonenses habebit quoad compositionem pro ea facienda ipse, & alii tres filii & haeredes mei teneantur & obligati sint unusquisque tamen pro rata introitus sui sibi per me assignandi, secundum quam per Fidei commissarios meos fiat taxatio, & eo modo, & forma sint obligati, & teneantur pro toto eo, quod defficeret ad integram satisfactionem Compositionis faciendæ pro aliis bonis & terris praedictis ultra introitus praedictos, & pecunias percipiendas ex dictis possessionibus factis & faciendis, & ultra illas terras, quas nunc in illis locis haberem non venditas, nec alienatas, quae omnia, ut supra dictum est, prius exponi, & dari debeant pro dicta satisfactione. Et advertatur, quod hae Compositiones fiant ex libero arbitrio & voluntate ipsorum de Cavalcabobus, amota omni timore, aut minis quae per meos quomodocumque sibi incuti possent, & fieri, & quaeratur ab ipsis finem & refutationem haberi.

Item volo, jubeo, & mando, quod Ludovicus primogenitus meus teneatur, & obligatus sit dare, & assignare ac in manibus tradere ei ex filiis meis, quis terras praedictas Cremonenses tenebit Roccam, & Terram Sablonettae cum omnibus possessionibus & introitibus ad illam spectantibus, & quod homines ipsius loci absolvantur & absolvi penitus debeant a praestatione & redditione quintae partis omnium fructuum quas in terris suis colliguna, quae praestatio quintae partis ipsis fuit imposita post guerram proxime praeteritam & quintum in hac parte in suum pristinum statum restituant, & gradum. Et si ego tempore vitae meæ non fecissem volo, & jubeo, quod similiter per meos Fidei commissarios solerti cura quaeratur compositio cum illis de Persico pro introitibus, bonis ac possessionibus, quas, & quæ olim habebant in dicta Terra Sablonettae, & pro satisfactione ipsius Compositionis dentur ipsis de Persico, & assignentur omnes possessiones, & Terrae tamquam, quam veteris Curiae, quas ipse Ludovicus nunc tenet in Territorio Sablonettae, & quae alienatae non sunt, & queratur finis, & refactio, ut proxime dictum est in superiori Capitulo, & cum eadem advertentia.

Item volo, jubeo, & mando, quod possessio & Curia Bozoli, quam nunc tenet Rolandus Suardus cum omnibus ad illam spectantibus libere restituatur, & restitui debeat spectabili Dominæ Johannæ olim Conforti Domini Petri de Rubeis, vel filiæ quondam Domini Ugolini de Cavalcabobus, vel suis haeredibus, si ipsa non extaret; Rolando autem praedicto loco Illius, per Ludovicum primogenitum meum vel eum, ex meis, qui Mantuæ dominabitur, dentur & assignentur in Curia Ronchiferrati Ducati trecenti auri de introitu singulo anno, videlicet ea pars ipsius possessionis de qua habeat omni anno dictos tercentum Ducatos, & de ipsa sibi Rolando fiat Decretum, vel Instrumentum ita quod bene cautus remaneat, & non possit, neque debeat de dicta Possessione Bozali amoveri, neque molestari, donec praedicta assignatio Ronchiferrati sibi facta fuerit.

Item volo, jubeo, & mando, casu quo ego hoc in vita non fecerim quod per meos Fideicommissarios diligens habeatur informatio, an per me vel per alios a me causam habentes, indebite tenta & occupata fuerit possessio, & Curia Sti. Martini ab Agere, quam nunc tenet Matthæus de Conratis; Quod si compertum fuerit illam indebite fuisse occupatam, & ad alios de jure pertinere, volo & mando, quod ipsa possessio & Curia, ei, vel eis, ad quod ipsam pertinere constabit, libere restitui debeat, & resignari, & pro frugibus & introitibus hactenus a me, & ab aliis, quibus ego dedi, habitis & receptis, quaeratur compositio cum ipso, vel ipsis, ad quos, ut dictum est, eadem possessio spectaret, & juxta ipsam conditionem eis, vel de bonis meis, vel eorum, qui dictam possessionem tenuerunt, ut melius meis Fideicommissariis vi-

sum

fum fuerit, ſatisfieri debeat per modum, quod mihi & animæ meæ nullum exinde onus, aut gravamen impendat, vel præjuditium.

Item intendens, ut paternum eſt officium, inter filios meos infraſcriptos conſervare caritatem & unitatem, dixi inter ipſos providere; ne unquam diſcordia poſſit oriri, quæ maximè ſolet inter fratres ex communione generari; ideo inter ipſos dividere prout inferius ſeriatim continetur.

Primo namque lego, do & aſſigno Inclito nato & primogenito meo Ludovico Civitatem Mantuæ, cum tota Marchionatu, & territorio Mantuæ, exceptis terris, quas infraſcriptis aliis filiis meis, nec non Rochettum Burgifortis ultra Padum cum toto Vicariatu Burgifortis ultra Padum.

Item omnes Terras, Loca, ſeu Caſtra, quæ & quas ad preſens teneo & poſſideo in Epiſcopatu & Territorio Veronenſi, cum hoc onere & gravamine, quod ipſe Ludovicus pro ſatisfactione præcedentium ac ſequentium Legatorum meorum teneatur & debeat ſingulo anno ſolvere & exburſare duo millia Ducatorum pro rata ſua usque ad ipſorum Legatorum integram ſatisfactionem.

Item do, & aſſigno Inclito Carolo ſecundo nato meo omnes Terras Loca & Caſtra quas, & quæ ad preſens teneo & poſſideo in Territorio & Epiſcopatu Cremonenſi, ſeu tenere & poſſidere reperiar tempore mortis meæ, cum omnibus Fortilitiis, Jurisdictionibus, Curtibus, & pertinentiis ſuis, excepto Ponte & Fortalitio Pontis Olii Canetti verſus Territorium Cremonenſe, cum omnibus pertinentibus dicto Fortalitio.

Item lego, do & aſſigno eidem Carolo Terras, Loca, & Caſtra infraſcripta, videlicet Terram Luzariæ, Tuzariæ, Gonzagæ & Rezoli cum Seravalle novorum omnibus ſuis Juribus & Jurisdictionibus, Curtibus & pertinentiis; cum hoc quod ipſe Carolus teneatur ſingulo anno pro ſatisfactione præcedentium & ſequentium Legatorum meorum ſolvere & exburſare Ducatos tercentos auri pro rata ſua usque ad ipſorum integram ſatisfactionem.

Item lego, do, & aſſigno Inclito Johanni Lucido tertio nato meo Voltam Cyprianam, Rotingum, & Cæreſareas cum omnibus Fortalitiis Curtibus & pertinentiis ſuis, & cum tota Curia & poſſeſſionibus Sti. Martini in Gosnago, intelligendo quod ſola Jurisdictio ſoldorum centum parvorum more ſolito ſpectet ad Vicarios dictorum locorum. Ab inde autem ſupra ſpectet ad Jurisdictionem Civitatis Mantuæ, & quod homines & perſonæ in dictis Locis habitantes veniant pro ſale Mantuam, & ad ſalarium levent more ſolito. Hoc addito, quod ipſe Johannes Lucidus pro ſatisfactione præcedentium ac ſequentium Legatorum meorum teneatur exburſare ſingulo anno Ducatos auri usque ad ipſorum integram ſatisfactionem.

Item lego, do & aſſigno Inclito Alexandro nato meo omnes Terras, Loca & Caſtra, quæ ad præſens teneo & poſſideo, ſeu tenerem & poſſiderem tempore mortis meæ in Territorio & Epiſcopatu Brixienſi, & nominatim Pontem & Fortalitia Pontis fluminis Olii apud Cannetum ab utraque latere cum omnibus aliis Fortalitiis, Curtibus, & Jurisdictionibus ſuis, cum hoc, quod ipſe Alexander pro ſatisfactione præcedentium & ſequentium Legatorum meorum teneatur pro ejus rata ſingulo anno ſolvere & exburſare Ducatos centum auri usque ad ipſorum integram ſatisfactionem.

Item lego, ordino & diſpono, quod omnia jura & actiones, quæ mihi de præſenti competunt, vel tempore mortis meæ competerent quacumque ratione, vel cauſa in quibuscumque Locis, ſeu ad quæcumque Loca, Terras & Jurisdictiones ultra Padum a flumine Situlæ inferius in quibuscumque Dioceſibus, ſeu Territoriis, ſint, & eſſe intelligantur Caroli prædicti filii mei, & ſimiliter omnes Adhærentes & Recommendati mei in dictis Locis remaneant dicto Carolo, & ſimiliter & eodem modo a dicto Flumine ſuperius ultra Padum, & in Territorio Cremonenſi ut ſupra, ultra Flumen Olii omnia jura & actiones, quæ mihi competunt vel competerent ut ſupra, & Adhærentes & Recomendati ſint & eſſe intelligantur & remaneant prædicto Carolo nato meo, ſemper ſalvis omnibus aliis contentis in ſupraſcriptis capitulis. Et ſimiliter & eodem modo omnia Jura & actiones mihi competentes ut ſupra & Recomendati, & Adhærentes ut ſupra, a Flumine Olii citra in Territorio Brixienſi ſint & eſſe intelligantur, & remaneant prædicto Alexandro nato meo.

Item volo & jubeo, quod omnia & quæcumque quæ conducerentur de loco ad locum pro uſu dictarum Terrarum, & locorum ſupra deſignatorum dictis Natis meis pro ſe, & eorum hæredibus nihil ſolvi debeat ratione datii, nec tranſitus, niſi eo modo, quo ſolvitur tempore vitæ meæ, ſed in omnibus idem modus teneatur, qui ad præſens tenetur & ſervatur, Et ſic etiam Cives Mantuani poſſint gaudere & frui bonis ſuis, & conducere fructus ſuos, & introitus de loco ad locum eo modo, quo nunc utuntur, fruuntur & conducuntur tempore vitæ meæ in omnibus, & per omnia.

Hæredes autem meos eſſe volo & inſtituo ſupraſcriptos Natos meos, videlicet Ludovicum, Carolum, Johannem Lucidum, & Alexandrum, videlicet quemlibet eorum in ea parte, quam ſibi ſupra aſſignavi, jubens & mandans ipſos, & quemlibet ipſorum eſſe, ſtare, & remanere contentos ſupraſcripta mea aſſignatione & diviſione ſeu aſſignationibus & diviſionibus & ſic quemlibet ipſorum in ea ſua parte hæredem inſtituo, cum ſupraſcriptis modis & conditionibus. In omnibus autem aliis meis bonis mobilibus & immobilibus, juribus & actionibus ubicumque ſint, & tempore mortis meæ reperiantur ſupraſcriptos meos Inclitos filios equaliter hæredes inſtituo, ſemper firmis remanentibus ſupraſcriptis omnibus & Legatis, & ſeu Prælegatis, & partibus ipſis meis Natis aſſignatis.

Et ſi aliquis ex ſupraſcriptis meis filiis moriretur, vel me vivente, vel poſt mortem meam, volo hunc modum & ordinem ſervari, videlicet ſi deficeret Carolus ſine hæredibus Maſculis de legitimo Matrimonio procreatis vel per Imperatorem legitimatis, pars, quam ſibi aſſigno hoc modo dividatur, in hac forma videlicet, quod Terræ Mantuanæ Luzzaria, Tuzaria, Razolum & Gonzaga deveniant ad Ludovicum & ſuos hæredes. Aliæ autem Terræ & loca ipſi Carolo relicta inter ipſos filios meos tunc ſuperſtites, vel eorum hæredes ut ſupra legitimos pro rata dividantur, & dividi

debeant. Si vero Johannes Lucidus decesserit sine filiis & hæredibus Masculis ex eo legitime descendentibus, vel ut supra ab Imperatore legitimatis; Tunc terræ & loca sibi assignata, videlicet Volta, Cupriana, Rotingum & Ceresariæ deveniant ad Ludovicum, vel ejus hæredes. Decedente autem Alexandro sine filiis & hæredibus, ut supra legitimis, vel legitimatis ab Imperatore, si supervixerint Carolus & Johannes Lucidus, tunc medietas omnium terrarum & locorum, quæ ipsi Alexandro legavi ad dictum Carolum deveniat, vel ejus hæredes, & alia medietas ad Johannem Lucidum, vel ejus hæredes. Quod si jam præmortuus esset, aut postea quandocumque præmoriretur Johannes Lucidus sine hæredibus ut supra, tunc & in eo casu medietas ipsarum terrarum, quæ ad eum deveniret, in ipsum Carolum, vel ejus filios transferatur, ita quod decedentibus, ut supra dictis Johanne Lucido & Alexandro sine hæredibus, tota portio Alexandro assignata ad Carolum deveniat. Et quia aliena forte videretur hæc mea dispositio, scilicet hanc totam portionem Alexandri ad Carolum pervenire, est advertendum quod ego consideravi Ludovici partem pinguiorem & longe majorem esse, & merito tum quia primogenitus est, tum respectu Imperialis Privilegii.

Item volo, jubeo & mando, quod suprascripti filii mei habere, tenere, & gaudere debeant possessiones & Curias meas, & quas ei dedissem, hoc modo videlicet unusquisque ipsorum eas, quæ in terris & locis sibi assignatis sitæ sunt; licet nunc aliter per eos tenerentur.

Item volo, & jubeo, quod in quolibet casu suprascripto, ubi alter ex filiis meis deficeret sine hæredibus Masculis, & relictis filiabus Fœminis, quod illi ex filiis meis, qui succederent illi præmortuo teneantur ipsas honorifice maritare, videlicet ille, qui dominabitur Mantuæ, pro duabus partibus, & alter, vel alteri pro reliqua parte tertia.

Item volo, & jubeo, quod suprascripti filii mei videlicet Carolus, Johannes Lucidus & Alexander, & ejus hæredes teneantur recognoscere a Ludovico primogenito meo Terras & Loca quæ ipsis assignavi de Marchionatu & Territorio Mantuano, & alias ab illis, a quibus recognoscendæ essent intelligendo de Ludovico, quam de hæredibus suis, qui Mantuæ dominabitur.

Item lego dictis filiis meis suprascriptis, & cuilibet eorum illa debita & credita, quæ tempore mortis meæ reperiar habere in illis terris & locis, quas, & quæ cuique ipsorum assignavi pro parte sua, salvo semper remanente eo, quod disposui supra pro executione Legatorum, & Fideicommissorum meorum.

Item volo, mando & jubeo hæredibus & Fideicommissariis meis, quod omnes Investituræ & seu Privileggia, quæ ego recognosco, seu quæ reperiar recognoscere tempore mortis meæ tam a personis Ecclesiasticis, quam secularibus & etiam de Marchionatu Mantuæ, & de omnibus Feudis tam Ecclesiasticis, quam Imperialibus, & tam temporalibus, quam perpetuis renoventur, & renovari procurentur per meos hæredes & Fideicommissarios communiter & in personam omnium suprascriptorum filiorum & hæredum meorum, & quod ter[illegible] quod in dictis renovationibus [illegible] expressa mentio quod tam in Marchionatu [illegible] dicto Mantuæ, quam in aliis servetur [illegible] modus per me in præsenti Testamento ordinatus & designatus, & si per hoc obtinere non posset impetratione & renovatione investiturarum renovandarum, magis omnes volo quod inter se ipsi met hæredes & descendentes observent, & idem [illegible] observare & aliqua nova investitura deberet impetrari de aliquibus terris & locis, quæ hinc teneo vel eorum pro tempore meæ tenere contingeret, seu ab Ecclesiastica persona, seu dignitate, semper intelligendo, quod omnia ista, seu renovatio seu novæ investitura peterentur, fiat expensis, & sumptibus eorum, qui dominabitur Mantuæ.

Item volo, mando, ordino & jubeo, quod si aliquis suprascriptorum Nepotum & hæredum meorum, (quod absit) aliquid videretur contra alterum machinaretur, seu perpetraret contra vitam, vel personam alterius, ultra maledictionem paternam quam ex nunc eo casu in eum infero, sit privatus, & ex nunc eum privo omni beneficio & successione, & seu Legato vel prælegato quæ, & quam ei in præsenti Testamento dedissem.

Item lego, & relinquo Illustri Paulæ Consorti meæ pro sua habitatione illam partem Palatii mei, quam ipsa elegerit, & possit mutare Lodramenta in dicto meo Palatio, & rem eligere illam, pro libito voluntatis suæ, & totiens quotiens ipsa voluerit.

Item volo, & jubeo, quod Ludovicus primogenitus meus, sive hæredes sui debeant respondere prædictæ Illustri Consorti meæ toto tempore vitæ suæ omnem provisionem, quam ipsa sibi taxaverit, & ordinaverit, quam Consortem meam dilectissimam rogo & obsecro per eam dilectionem & amorem, quem ipsa erga me vivens gessit, quod aliquo casu, & aliqua via Mundi nollit relinquere filios nostros, & statum ipsorum, injungendo & præcipiendo expresse prædictis Natis & hæredibus meis, quod ipsam habeant in maximam Reverentiam ut Dominam, & Matrem; & non recedant ab ejus monitis & præceptis, & casu quo ipsi perirent eam in verbis, vel in factis, sciant, eos incurrisse Maledictionem paternam, quam Maledictionem usque nunc do ipsis, si præsens meum præceptum non servabunt, & quam volo ipsis esse perpetuam, salvo quod si ipsos poenitebit male egisse, & veniam petierint a prædicta Illustri Consorte mea, & fecerint penitentiam juxta Mandata sua, & sic de dicta inobedientia consensi fuerint, & fecerint poenitentiam, tunc dictam Maledictionem revoco & aliter non.

Item volo & jubeo, quod si spectabilis Miles Dominus Ubertus de Strotis voluerint ad servitia Ludovici primogeniti mei, sive hæredis mei, qui dominabitur Mantuæ ad Officium Consilii, & pro Consiliario stare, hæres meus, qui dominabitur ut supra sibi dari, & responderi facere teneatur singulo mense Ducatus viginti. Quem Dominum Ubertum ut fidelissimum meum ipsi meo hæredi recommitto. Et sic alias

contin-

contingeret, quod propter infirmitatem seu senectutem ipse non posset servire, volo quod dicta provisio respondeatur ut supra pro toto tempore vitæ suæ.

Item licet sit naturale & conveniens, quod habeantur cari, & amentur illi, qui sunt consanguinitate conjuncti, & faciendo oppositum sit inhumanum & irrationabile ipsis hæredibus meis omnes meos conjunctos consanguinitate secundum condiciones & qualitates eorum stricte recomitto.

Item recomitto prædictis hæredibus meis omnes & quoscumque quos ego tenui ad servitia mea, & similiter omnes, qui steterunt ad servitia bonæ & recolendæ memoriæ Illustris quondam Domini Genitoris mei, eos exhortando quod potius ad eorum servitia exerceant, & habeant provectos & probatos, quam alios novos, quoniam debent credere ipsi hæredes mei, quod prædictus quondam Illustris Genitor meus, & ego non tenuissemus ipsos ad servitia nostra, nisi ipsi Beneffitiis digni fuissent, & casu quo fuissem negligens ad ipsum remunerandum servitores, hortor prædictos hæredes meos ad supplendum pro me erga ipsos.

Item Domini & Salvatoris mei memor Charitatis immensæ, quam de dilectione statuto irrefragabili cum esset è seculo transiturus Cordibus Discipulorum impressit, volo, quinimo mando Natis meis, & ei maxime qui Civibus, & Civitatis hujus præerit Dominio, ut ipsos omnes Concives meos, quos utique Domicilium cordis mei semper caros pietate servavit, amplectantur, charitatis subsidio muniant, fulciant Beneffitiis, & eos clementer suscipiant recommissos, ipsos insuper Concives meos, & Patritios meos pleno exoro effectu ut filios meos humanitate foveant, clementia recipiant, & amicitia tueantur, ac eis consilia tribuant, præstentque subsidia quoniam talibus semper eas rexi, & Christi gratia dilexi.

Item cum Andreas de Gonzaga dicat & conqueratur, se alias indebite privatum & ejectum fuisse de possessione cujusdam Possessionis, quam habuit, & nunc tenet Spectabilis miles Dominus Guido de Gonzaga quondam Feltrini, volo & jubeo quod de hoc diligens habeatur informatio, & si ita esse compertum fuerit, quod idem Andreas ad possessionem prædictam restituatur, & deinde jus & justitia partibus ministretur.

Item volo, jubeo & mando, quod de bonis meis restituantur, & restitui debeat, dos sua contenta in ejus Instrumento dotali Sorori Zeneoriæ Uxori quondam Phebi de Salimbenis Camerarii mei.

Item licet Andreas de Mapheis Nobilis Veronensis nullum hucusque habuerit Instrumentum, neque Decretum, neque possessionem Corriggii Viridis in Cremonensi, quam sibi dedi, volo nihilominus, jubeo, & mando, quod eadem possessio sua sit & esse debeat, aut quod loco illius sibi detur & assignetur alia possessio equivalentis pretii & introitus.

Item volo quod ex libris meis in sacra pagina dentur, & assignentur Fratribus Dominæ Stæ. Mariæ ab Angelis illi, quos Venerabilis Dominus Eusebius Abbas Sti. Benedicti dixerit, & ordinaverit, & similiter Cæciliæ filiæ meæ.

Item volo, quod statim post mortem meam Venerabilis Dominus Benignus Canonicus Mantuanus & Capellanus meus vice mea visitet Ecclesias & loca Sti Bartholomæi extra Portam Prædellæ Stæ. Mariæ ab Angelis Certusæ, & Dominæ Stæ. Mariæ de Gratia, & in ipsis locis quædam vota mea exsolvat & adimpleat, & loco Stæ. Mariæ de Gratia offerat Ducatos decem auri, sibi illico dandos, ut ordinavi.

Item volo, & mando, quod per hæredes & Fideicommissarios omni instantia quæratur ab Illustrissimo Domino Duce Mediolani exigi & haberi omnes quantitates denariorum, quas ab ejus Ecclesia quacunque ratione, & causa habere debeo, & quod ipsæ omnes pecuniæ in toto, vel in parte prout exactæ fuerint deputentur & deputari & exhiberi debeant ad satisfaciendum, & pro satisfactione suprascriptorum, & infrascriptorum meorum Legatorum.

Item volo & jubeo quod infra unum mensem a die obitus mei hæredes & Fideicommissarii mei mittant & mittere debeant unum Calicem valoris Ducatorum centum offerendum Capellæ, seu Ecclesiæ, ubi Corpus Beati Bernardini de Sernis sepultum est pro usu dictæ Ecclesiæ seu Capellæ.

Item cum his diebus præteritis sentiens me hac periculosa infirmitate laborare scripserim S. D. Nostro supplicans ejus Sanct. quod facultatem & potestatem concedere dignaretur Venerabili Domino Eusebio, Abbati Sti. Benedicti absolvendi me a quibuscumque peccatis, & delictis meis, & eadem petitioni meæ benigne annuens hoc ipsum concesserit sub hac conditione, ut ejus Brevi plane constat, quod me vel vivente vel decedente Idem Dominus Eusebius deberet ad ejus Sanctitatem de omnibus informatus accedere, & ego proponerem mihi quæcumque ejus Sanctitas ordinasset, disponeret facienda cum dicto Domino Eusebio adimplere, exequi volo, jubeo & mando, quod hæredes mei, videlicet eorum unusquisque teneantur, & obligati sint pro rata sua quod ego non potui executioni mandare in omnibus, & per omnia, ut Sanctitas Domini Nostri statuerit & ordinaverit cum eodem Domino Eusebio.

Item concedo Inclitæ filiæ meæ Cæciliæ, quod libere, & sine contradictione alicujus hæredum meorum possit ad suum beneplacitum Monasterium ingredi & profiteri, habito & obtento prius Privilegio a sede Apostolica modo & forma, de quibus constat Venerabili Domino Eusebio, Abbati Sti. Benedicti.

Item tenore præsentis Legati revoco, & revocatas esse volo quascumque accessiones, quas ego cuivis fecissem de bonis pertinentibus ad Monasterium Sti. Benedicti de Padolirono, & volo, atque mando, quod hæredes mei & ille præsertim, qui Mantuæ dominabitur, teneatur ab eodem Monasterio recognoscere & se investiri facere de bonis quæ tenebunt ad dictum Monasterium spectantibus, & maxime de Jurisdictione hominum, ita ut dictis Juribus & Jurisdictione legitime uti & gau-

Digitized by Google

gaudere possint; dictumque Monasterium & Monacos ibi degentes, ejusque jura & bona sub eorum protectione, favore, & præsidio habere perpetuo, & pariter alia Monasteria, & Fratres, & servos Dei, in dictione mea, & illis auxilio & favore pro posse semper assistere, & in omnibus commendatos habere.

Item absolvo hæredes quondam Johannis de Avogadris olim Camerarii mei ab omnibus rationibus reddendis de denariis, & aliis, de quibus debitor reperiretur in quocumque loco seu Officio pro ratione reddenda, ex quacumque causa, & sic per hæredes meos nollo, quod ulla sibi detur molestia.

Item volo & jubeo, quod Legata & Fideicommissa mea suprascripta per Fideicommissarios meos executioni mandentur eo modo & ordine, ut in præsenti meo Testamento expressum & declaratum est.

Item quoniam Alexander natus meus minor est, & ætatis non legitimæ, volo, quod donec compleverit vigesimum primum annum, nihil possit vendere, nec alienare aut de negotiis suis disponere sine Consensu & licentia Illustrissimæ Consortis meæ ejus Genetricis, & ipsa interim decedente, Ludovici nati mei, sub quorum cura, tutela, ac regimine eundem Alexandrum in dicta minori ætate relinquo & esse volo.

Item volo, jubeo, quod omnia Decreta Civilitatum & exemptionum per me concessa a principio Guerræ proximæ præteritæ citra & postea per biennium jam elapsum de mandato meo suspensa nunc locum habeant, & eis uti, & gaudere possint illi omnes quibus concessa fuerunt, non obstante ipsa suspensione de ipsis factis ut supra.

Fideicommissarios autem meos, & horum omnium meorum Legatorum & ultimæ dispositionis Executores ordino, facio, relinquo & esse volo Illustrissimam Consortem meam, Paulam, Marchionissam Mantuæ, Reverendissimum in Christo Patrem, Dominum Episcopum Mantuanum, qui nunc est, vel pro tempore fuerit usque ad ipsorum omnium Legatorum integram satisfactionem, nec non Venerabilem Dominum Eusebium de Mantua, nunc Abbatem Sti. Benedicti de Padolirono, non ut Abbatem, sed ejus personam etiam quando Abbas non foret.

Item Venerabiles, ac spectabiles Dominos Consiliarios meos, videlicet Dominum Carolum de Ubertis Archidiaconum Mantuanum, Dominum Franciscum de Folenghis, Canonicum Mantuanum, Dominum Ubertum de Strotiis, Dominum Lucam de Vernaceis, Jur. Utr. Doctorem, Matthæum de Corradis, & Johannem de Crema, Volens, & mandans quicquid per ipsos prædictorum omnium Legatorum, & ultimæ dispositionis meæ executione actum, factum, conclusum & deliberatum fuerit, locum habeat, & inconcusse servari & adimpleri debeat. Et si aliquo casu ipsi omnes præmissis interesse non possent, volo quicquid eorum majori parti placuerit exequi debeat perinde ac si per omnes conclusum & deliberatum fuisset, neque propter aliorum absentiam vel defectum ipsorum Legatorum meorum, & ultimæ dispositionis executio aliqualiter retardari vel impediri quo minus possit, ut per me ordinatum est.

Sigillum mei Uberti.

Ego Ubertus de Strotiis Civis & habitator Mantuæ dico, & assero me esse adhibitum in Testem præsenti Testamento facto per Illustr. & Exc. Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ, etc. ideo me propria manu subscripsi, & meo sigillo sigillavi die vigesimo tertio mensis Septembris 1444.

Sigillum mei Johannis.

Ego Johannes de Cremona Civis & habitator Mantuæ dico & assero me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. & Ex. Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ etc. ideo me propria manu subscripsi & sigillo meo sigillavi, die Mercurii vigesimo tertio mensis Septembris, 1444.

Sigillum mei Arrivabeni.

Ego Arrivabenus de Benedusiis Civis & habitator Mantuæ dico & assero me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. & Ex. Dominum Dominum Johannem Franciscum, Marchionem Mantuæ etc. ideo me propria manu subscripsi, & sigillo meo sigillavi die Mercurii vigesimo tertio mensis Septembris, 1444.

Sigillum mei Rolandi.

Ego Rolandus de Suardis, Civis & habitator Mantuæ dico & assero, me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. Principem & Excelsum Dominum, Dominum Johannem Franciscum, Marchionem Mantuæ etc. ideo me propria manu subscripsi, & sigillo meo sigillavi die Mercurii vigesimo tertio mensis Septembris, 1444.

Sigillum mei Matthei.

Ego Matthetis de Tosabetiis Civis & habitator Mantuæ dico & assero, me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. Principem & Excelsum Dominum, Dominum Johannem Franciscum, Marchionem Mantuæ, etc. ideo me propria manu subscripsi, & sigillo meo sigillavi die Mercurii vigesimo tertio, mensis Septembris, 1444.

Sigillum mei Johannis Marci.

Ego Johannes Marcus de Rodiano Civis, & habitator Mantuæ dico, & assero, me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. Principem, & Excelsum Dominum, Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ etc. ideo me propria manu subscripsi, & sigillo meo sigillavi die, mense, & millesimo suprascriptis.

Sigillum mei Franciſci.

Ego Franciscus de Calcagninis Civis & habitator Mantuæ dico, & assero, me esse adhibitum in testem præsenti Testamento facto per Illustr. Principem, & Excelsum Dominum Dominum Johannem Franciscum Marchionem Mantuæ etc. ideo me propria manu subscripsi, & sigillo meo sigillavi die, mense, & millesimo suprascriptis.

XV. Asse-

Digitized by Google

XV.

Assecuratio Communitatis Florentinæ Ludovico, Mantuæ Marchioni, data, de non offendendo terras, Urbes, & oppida ejus intra annum post stipendium ipsius absolutum, d. d. 28. Januar. An. 1446.

PRiores Artium, Vexillifer Justitiæ Populi & Communis Florentiæ. Illustri & Magnifico Domino Domino Ludovico Marchioni Mantuæ Fratri, & Amico nostro carissimo salutem, & sinceræ dilectionis affectum. Quanquam tanta inter nos sit caritas & benevolentia, ut nefas quodammodo sit suspicari, non solum Bellum, verum etiam minimam discordiam inter nos excitari posse, tamen cum Exemplum Litterarum Illustris Dominatus Venetorum legissemus quo ita promittebatur a dicto Dominatu se contra vestram Excellentiam, contrave ejus Urbes, contra denique Oppida, Locave intra annum finito vestro stipendio, finitoque tempore, per quod nostræ Illustri Societati militaveritis non esse venturum, uta Vestra Excellentia in fœdere & pactis nostræ, venetorumque Reipublicæ promissum est, per id tempus contra neminem nostrum eorumve Loca se esse facturum, non alienum duximus hoc idem scribere, promittere, & approbare. Sicque spondimus, promittimus, ratumque haberi volumus, fore ut nihil per id tempus annuum, finito vestro stipendio, contra Vestram amicitiam, ejusque Statum, & amplitudinem, nostra Resp. temptet, paret, aut molietur. Quam Epistolam Testimonii, & fidei publicæ vim habere volumus: Itaque in ejus calce nostri Palatii consvetum Sigillum impressimus. Datum Florentiæ die XXVIII. Januarii M. CCCC. XLVI.

(L. S.)

(B. L.)

XVI.

Assecuratio Francisci Foscari, Venetiarum Ducis, tradita Ludovico, Mantuæ Marchioni de non offendendo ditiones ejus per tempus unius anni post stipendium ipsius finitum, d. d. 30. Januar. An. 1446.

FRanciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Illustri & Magnifico Domino Ludovico Marchioni Mantuæ filio nostro carissimo salutem & sinceræ dilectionis affectum. Singularis est nostra erga Excellentiam vestram affectio cum Illustrem Magnificentiam vestram ac Magnificorum Germanorum vestrorum in filios carissimos habeamus, & continuis temporibus habere intendamus & maxima animi cum sinceritate, amore, & dilectione devenimus una cum Spectabile Dioteſalvo, Oratore Magnificæ Communitatis Florentiæ ad conclusionem Conductæ vestræ ad servitia, & stipendia Ligæ nostræ ult. præfatæ Magnificæ Communitatis Florentiæ & nostra, cum potissime firmissima sit nobis spes Excellentiam Vestram nedum per tempus in Conducta prædicta expressum. Sed quoad vixit & subsequenter Illustres natos & descendentes suos in vera unione filialique erga nos amore & benivolentia se conservaturos & quamquam adeo latissime nostram sinceriſſimam mentem, & amore ad Excellentiam vestram quamquam simus paterne erga illam dispositi, Spectabili Oratori Vestro Domino Lucæ de Varnaciis Juris utriusque Doctori declaraverimus, ut non necessarium arbitremur aliam facere declarationem, ut tamen ex omni parte notissima sit nostra paterna caritas ex nunc dicimus, & tenore presentium declaramus quod sicuti per capitula nuperime inter ligam nostram predictam & vos concluſa promisistis & obligatus estis quod ipsam Ligam, & loca sua non venire per tempus, & terminum unius anni post firmam vestram, & succeſſive vestris Patentibus Literis, quam Magnifici Domini Johannes Lucidus, & Alexander Germani Vestri hoc iddem facient ult. quod similiter per terminum unius anni post complementum firme vestræ contra nos vel loca nostra non venient vel attentabunt, ita & nos promittimus Illustrem Magnificentiam vestram & loca sua, ac præfatos Magnificos Dominos Johannem Lucidum & Alexandrum, & eorum Terras, & Loca Magnifici Domini Caroli similiter Fratris vestri, quas & quæ in protectionem per Capitula Conductæ vestræ una cum Magnifica Communitate sumpsimus non offendere, nec aliqualiter offendi facere, in quorum fidem præsentes fieri jussimus, & bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro Ducali Palatio, die penultimo Januarii. Indictione decima MCCCC XL. sexto.

(L. S.)

Digitized by Google

XVII.

Literæ Franciſci Foſcari, Venetiarum Ducis ad Ludovicum Marchionem Mantuæ, quibus Treugam cum Comite Taurello initam approbat, d. d. 1. Dec. An. 1447.

FRanciſcus Foſcari Dei gratia Dux Venetiarum &c. Illuſtri & Magnifico Domino Ludovico Marchioni Mantuæ &c. filio noſtro cariſſimo ſalutem & ſinceræ dilectionis affectum. Vidimus Capitula per Excellentiam Veſtram Nobis miſſa formata circa Treuguas fiendas cum Guaſtalla, quæ nobis placuerunt, illaque laudamus, & unum ſolum nobis videtur addendum quod ne dum juſtum & conveniens ſed etiam neceſſarium eſt, Quod ſicuti in ipſis legitur, quod Naves euntes & venientes ſine Armata permittantur tranſire cum hominibus in illis exiſtentibus & ſi habebunt Victualia, Mercantias aut alia, a datio, non intelligendo Biſcotum, ſolvant datia conſveta Guaſtallæ Ita dicatur quod Naves euntes & venientes ſine Armata tranſire pemittantur cum hominibus in illis exiſtentibus, & ſi habebunt Mercaturas, aut alia a datio, non intelligendo Biſcotum, & alia Victualia, ſolvant Guaſtallæ datia conſveta, & ita placeat reformare Capitulum, quod tanto facilius alia pars aſſentiri debet, quanto ultra quod ſit honeſtum niſi foret Armata, Victualia prædicta minime conducerentur.

Data in Noſtro Ducali Pallatio die primo Decembris, Indictione XIma. M CCCC XLVII.

(Locus Sigilli plumbei appenſi.)

XIIX.

Literæ duplices Communitatum Parmæ & Mediolani, quibus Treugam per Guidonem Taurellum Comitem, cum Marchione Mantuæ, pro loco & territorio Guaſtallæ factam, confirmant, d. d. 2. & 9. Dec. An. 1447.

NOs Defenſores libertatis Magnificæ Communitatis Parmæ, & Adjuncti cum eis circa Curam, Regimen, & tutellam libertatis ejusdem & Status ipſius, viſis prius per nos Litteris Illuſtris & Excelſæ Communitatis Mediolani, & Agentium pro ea Sigillo Communitatis ejusdem ſigillatis tenoris, & continentiæ ſubſequentis, videlicet Capitanei & defenſores libertatis Illuſtris & Excelſæ Communitatis Mediolani informati, quod Magnificus Comes Guido Taurellus cum licentia, & voluntate Illuſtriſſimi perpetuo colendæ memoriæ immediati Principis & Domini Noſtri Ducis pro loco, & Territorio Guaſtallæ, quam ipſe Comes tenet cum Illuſtri Domino Marchione Mantuæ, alias certam treuguam inivit modo & forma in capitulis ipſius Treuguæ appoſitis & contentis. Et requiſiti nunc parte ipſius Comitis, ut contentari velimus, quod hujusmodi treugua ſub eadem Capitulorum ſubſtantia mutatis tamen mutandis, pro anno uno & diebus quindecim contramandi valeat renovari. Harum ſerie volentes eidem Comiti Guidoni pro ſua ad Rempublicam noſtram affectionem maximam bonis & liberis animis complacere ſibi concedimus & impartimur liberam & latam, plenamque licentiam dictam treuguam modis formis, conditionibus, capitulis & pro tempore de quibus ſupra, & de quibus late & plene nobis conſtat, ineundi, tractandi, praticandi, firmandi, & concludendi. Et ex nunc prout ex tunc treuguam ipſam, ſi dicto modo fiat, approbamus, ratamque & firmam habere, nec non ſervare, & ſervari facere promittimus, utque omnino ſervetur univerſis & ſingulis Officialibus, Communitatibus & Hominibus, ac Subditis Illuſtris & Excelſæ Communitatis hujus & ceteris aliis, ad quos ſpectat, injungimus & expreſſe mandamus, nec minus Magnificam Communitatem Parmæ, ut idem ſervari faciat, quantum ad eam & Territorium ſuum attinet, hortamur, requirimus & rogamus. In quorum teſtimonium præſentes fieri, ac regiſtrari juſſimus, noſtrique ſigilli munimine roborare. Datis Mediolani die ſecundo Decembris M. CCCC XL ſeptimo, & ſignatis Marcolinus, nobis pro parte præfati Comitis Guidonis exhibitis, & præſentatis ad finem & effectum, & treuguam, de qua in memoratis Literis fit mentio, ratificemus, approbemus, ſervemus & confirmemus, & firmam ratam & gratam habeamus, ac ſervemus qnantum ad nos dictamque Communitatem noſtram Territoriumque ſuum pertinet, examinatisque prius per nos bene & diligenter Litteris eisdem & continentia earum, nec non requiſitione ſic Nobis, ut ſupra, facta harum ſerie Literas ipſas prælibatæ Illuſtris & Excelſæ Communitatis Mediolani firmas, ratas & gratas habentes, treuguam ipſam ſic ut ſupra inter dictas Partes fiendam modo, quo ſupra, approbamus validamus & confirmamus, & firmam ratam & gratam habere & ſervare, ac ſervari facere, quantum ad nos, dictamque Noſtram Communitatem & territorium ſuum pertinet, & pertinebit, pollicemur. In quorum omnium fidem & teſtimonium, has noſtras Pa-

Digitized by Google

Patentes Literas fieri & registrari jussimus, nostrique & dictæ nostræ Communitatis soliti sigilli impressione muniri. Datum Parmæ in Pallatio residentiæ nostræ Anno a Nativitate Domini M. CCCC XL septimo, Indictione decima, die nono mensis Decembris.

T. Gaspar de Zampironibus
(L. S.)

Capitanei & defensores libertatis Illustris & Excelsæ Communitatis Mediolani, informati, quod Magnificus Comes Guido Torellus cum licentia & voluntate Illustrissimi perpetuo colendæ memoriæ Immediati Principis & Domini Nostri Ducis pro loco, ac Territorio Guastallæ, quem ipse Comes tenet cum Illustri Domino Marchione Mantuæ alias certam treuguam inivit modo & forma in Capitulis ipsius Treuguæ appositis, & contentis. Et requisiti nunc parte ipsius Comitis, ut contentare velimus quod hujusmodi Treugua sub eadem Capitulorum substantia, mutatis tamen mutandis, pro una anno & diebus quindecim contramandi valeat renovari. Harum serie, volentes eidem Comiti Guidoni pro sua ad rempublicam nostram affectione maxima bonis & liberis animis complacere. Sibi concedimus, & impartimur liberam & latam, plenamque licentiam dictam Treuguam modis formis, conditionibus, Capitulis, & pro tempore, de de quibus supra, & de quibus late & plene nobis constat, ineundi, tractandi, praticandi, firmandi & concludendi. Et ex nunc prout ex tunc Treuguam ipsam, si dicto modo fiat, approbamus, ratamque & firmam habere, nec non servare & servari facere promittimus, utque omnino servetur universis & singulis Officialibus, Communitatibus & hominibus ac subditis Illustris ac Excelsæ Communitatis hujus & cæteris aliis ad quos spectat injungimus, & expresse mandamus. Nec minus Magnificum Communitatem Parmæ, ut idem servari faciat, quantum ad eam & Territorium suum attinet, hortamur, requirimus & rogamus. In quorum testimonium præsentes fieri ac registrari jussimus nostrique Sigilli munimine roborari. Datum Mediolani die secundo Decembris M. CCCC XL. septimo.

Marcolinus.
(L. S.)

XIX.

Friderici III. Roman. Regis literæ, quibus Alexandrum de Gonzaga, de Castris, villis & jurisdictionibus in ipsis literis nominatis atque in dioecesi Brixiensi sitis investivit, d. d. 21. Martii. An. 1451.

FEdericus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, Austriæ Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Dux, Dominus Marchiæ Sclavonicæ, & portus Naonis, Comes in Hasburg, Tyrolis, Ferretis, & in Kyburg Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alsaciæ. Illustri Alexandro de Gonzaga Filio quondam Illustris Johannis Francisci Marchionis Mantuæ nostro & Imperii Sacri fideli dilecto Gratiam Regiam, & omne bonum. Illustris fidelis dilecte. Ingens devotionis affectus, & sincere fidelitatis zelus, quem tu, ac progenitores tui ad nos, & Sacrum Romanum Imperium semper habuistis, nos inducunt, ut tibi in his quæ tui honoris, ac status incrementum respiciunt, propensiores simus, & ad ea tibi concedenda gratiosius invitemur. Sane pro parte tua Nobis per honorabilem Ludovicum de Crema, Decretorum Doctorem, Nuntium, & Procuratorem tuum supplex exhibita petitio continebat, Quatenus te, & hæredes tuos de infrascriptis Terris, Castris, opidis, Fortiliciis & Locis, videlicet Canedo cum ponte super Flumen Olii, nec non Revelino, seu Fortilicio ultra dictum Flumen Olii versus Territorium Cremonense cum omnibus Villis ei subjectis, videlicet Bozolano, Aquanigra, Beveraria, Mosio, Casel Romano, Fontanella, Volungo cum suo Fortilicio, & Garzageto, Item Castro Ostiani Castelgiusredi, Medulæ, cum Villa Guidezoli, Item Castro a Stiveriis cum Villa Solfarini, Item Castro Redoldischi cum Monte cuculo, Sancto Fermo, & Sancto Salvatore, Item Castro Marianæ, Item Castro Asulæ, cum Casaloldo & suo Fortilicio Romodello superiore & inferiore & Mariana versus Aquam nigram, Item Castro Lonati, & universaliter de omnibus Rochis, Fortiliciis, Villis Territorii Brixiensis, cum suis Curtis, pertinentiis & Jurisdictionibus, quæ quondam prefatus tuus Genitor tenuit & possedit, & tibi veluti ejus legitimo filio in ipsius Testamento reliquit, ac de quibus prefatus Genitor tuus, ac tu a quondam Filippo Maria Duce Mediolani fuistis investiti, de Romana Regiæ Dignitatis nostræ auctoritate investire, & ea tibi, & prefatis hæredibus tuis in beneficium, ac Feudum de novo concedere gratiose dignaremur. Hos itaque ad premissa tua, ac Progenitorum tuorum merita, & presertim ad sinceram, atque illibatam fidelitatem quam erga nos, & Imperium sacrum hucusque constanter, ac inviolabiliter observastis dignam considerationem habentes, sano ad hoc Venerabilium & Illustrium Principum

Prelatorum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum procerum & Nobilium Sacri Imperii Fidelium dilectorum nostrorum accedente consilio tibi & hæredibus tuis Masculis ex te legitime descendentibus, ac in eorum defectum fratribus tibi ex predicto Testamento Paterno succedentibus predictas Terras, Castra, Oppida, Rochas & Fortalicia sic ut premittitur per quondam Patrem & genitorem tuum in Territorio Brixiensi habita, & Possessa una cum universis & singulis eorum & cujuslibet ipsorum Villis & Curtis, Collonis, & pertinentiis, nec non cum omnibus honoribus, Juribus ac Jurisdictionibus Redditibus & introitibus ibidem tempore mortis Patris tui per te quemodolibet repertis videlicet Daciis, Theoloneis, Vectigalibus, Pedagiis, Guidageis Salmariis, Traversiis, Imboratibus, Limitationibus, Condemnationibus damnorum datorum, & aliis quibuscumque Pontibus, Portibus, Aquis & Fluminibus publicis vel privatis, Rivis, Rugeriis, Arastariis, Polesinis, Molendinis, Piscariis, Albergariis, Pratis, Pascuis, Silvis, Nemoribus, Venationibus Territoriis & Confinibus, nec non mero & mixto imperio ac omnimoda Jurisdictione, Dominio & Gladii potestate tanquam ad nos & Sacrum Romanum Imperium, per obitum præfati Ducis Mediolani, quo ad superioritatem & jus Investituræ devoluta auctoritate Regia, de certa scientia atque plenitudine potestatis, damus, & concedimus ea tibi, & præfatis hæredibus tuis in feudum & beneficium nobile, liberum, francum, & antiquum conferendo præfatum Ludovicum Nuncium, & Procuratorem tuum ad hoc legitimo & sufficienti mandato suffultum per te, ac tuo nomine humiliter perentem & acceptantem, prefata auctoritate solemniter Investientes accepto, & prestito nobis ab eo in animam tuam debitæ fidelitatis, homagii & subjectionis Juramento volentes, & hoc Regio Edicto statuentes quod tu, & prefati hæredes tui, prefatas Terras, Castra, Opida, Fortilicia & Loca ex nunc in antea a nobis, & successoribus nostris Romanorum Regibus & Imperatoribus, ac ipso Sacro Romano Imperio immediate tenere & recognoscere debeatis, quemadmodum alii nobiles Feudatarii & Vassali Imperii in partibus Lombardiæ sua feuda a nobis & Imperio Sacro tenent atque recognoscunt, Quodque in eisdem Terris, Castris, Villis, & eorum Territoriis plenam liberam & omnimodam potestatem, ac Jurisdictionem gerere, facere, exercere omniaque & singula onera, tam realia, quam personalia & mixta ibi imponere, exigere & levare possitis, quam & que alia Sacri Imperii Feudatarii & Vassalli in istis partibus in terris & studiis sibi subjectis gerere, facere & exercere, imponereque exigere & levare consueverunt, & secundum quod pro nostra & vestra, nec non Sacri Imperii dictarumque Terrarum & locorum commodo, utilitate & conservatione videretis expedire, Adjicientes expresse quod si forsitan aliqua prædictorum Jurium utpote datiorum, Vectigalium, Pedagiorum, Imbotatuum, Molendinorum, portuum, pontium, & aliorum hactenus per te, vel predecessores tuos neglecta, vel etiam alia preterquam Imperiali auctoritate & consensu indebite, & irrationabiliter remissa, seu condonata forent quod tu & prædicti hæredes tui illa nostra ac Sacri Imperii auctoritate revocare, recuperare, & ad eum statum reducere possitis quem major pars Territorii Brixiensis facit, & observat quacunque remissione pacto, conventione aut temporis cursu non obstante. Quocirca universis & singulis dictarum Terrarum, Castrorum, Villarum & locorum subditis Civibus, Incolis, Inhabitatoribus, Pensionariis, Censuariis, Collonis, Rusticis, Agricolis, & aliis quibuscumque districte precipiendo mandamus, Quatenus tibi & præfatis hæredibus tuis sicut præmittitur a nobis investitis ex nunc in antea tanquam eorum veris, legitimis, & naturalibus Dominis in omnibus & singulis præmissis pareant & obediant reverenter, exhibeantque in cunctis debitam fidelitatis obedientiam, reverentiam paritet, & honorem, nostra tamen & Imperii Sacri superioritate, auctoritate, Jure, proprietate, ac debita recognitione semper salvis, insuper universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis, & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Vicariis Potestatibus, Capitaneis, Commissariis, ac Locum tenentibus, nec non Terrarum, Civitatum & Locorum Communitatibus, Gubernatoribus & Rectoris eorundem tenore presentium committimus & mandamus, Quatenus te, & hæredes tuos prædictos, antedictis Terris, Castris, Opidis, Villis, Juribus, & Jurisdictionibus, Datiis, Theloneis, Vectigalibus, & cæteris omnibus supradictis tanquam a nobis investitum & investitos, uti, frui & gaudere patiantur, nec vos in aliquo molestent, aut perturbent, aut ab aliis quibuslibet sinant & permittant quovis modo molestari. Volumus etiam ac tenore præsentium de prefata Romana Regia potestate declaramus quod si de Civitate Brixiæ, & ejus Territorio contingeret aliquam personam, seu Communitatem per nos, aut successores nostros Romanos Reges, aut Imperatores investiri, aut eosdem in Vicariatum

dari

dari seu etiam alias datum fuisset: cui in hac parte derogamus, & ex nunc volumus esse derogatum, quod in hujusmodi Investitura, aut Vicariatu non intendimus, neque volumus predictas Terras, Castra, Opida, & Fortilicia aliquatenus comprendi, nisi de hoc spetialis, & expressa de verbo ad verbum, mentio facta fuerit, & per nos, aut Successores nostros presentibus expresse, ac ex certa sciencia specifice fuerit derogatum. Præsentium sub nostræ Regiæ Majestatis sigilli appensione Litterarum. Datum in Nova civitate die vigesima prima mensis Martii, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, Regni nostri Anno undecimo.

R.

Ad Mandatum Domini Regis
Rdo. Pre. D. Enea Episcopo Senens. relatio.

Valdaricus Wardali.

XX.

Transactio inter Ludovicum, Mantuæ Marchionem, & Guidonem de Gonzaga concluſa, qua hic Marchioni castrum Bozuli cum pertinentiis ejusdem restituit, Marchio vero prædicto Guidoni Castrum Bagnoli cum eidem adnexis reddidit, d. d. 14. August. Anno 1451.

In DEi nomine Amen.

CConventiones, Capitula & pacta inita, concluſa, & celebrata inter Illustrem Principem, & Excelsum Dominum, Dominum Ludovicum, Marchionem Mantuæ, &c. Ducalem Locumtenentem generalem ex una parte, ac spectabilem & generosum Millitem Dominum Guidonem, natum quondam Spectabilis, & generosi Millitis, Domini Feltrini de Gonzaga, ejus Affinem ex altera, videlicet:

Primo, quod præfatus Illustris Dominus Marchio Mantuæ eidem Domino Guidoni dare, tradere, restituere, & resignare, & seu tradi, restitui, & consignari facere debeat Castrum Bagnolli, Episcopatus Regini, cum Arce, Fortalitiis, pertinentiis, Juribus, & Jurisdictionibus suis, & cum Curia, & Possessionibus ad ipsum Castrum Bagnolli quovis modo pertinentibus, & quæ in præsentiarum per præfatum Illustrem Dominum Marchionem, seu ejus nomine tenentur, et possidentur, & ita ex nunc prælibatus illustris Dominus Marchio contentus est, vult & mandat ipsum Castrum cum prædictis omnibus dicto Domino Guidoni dari, restitui & consignari debere, & Domino Guidoni per præsentes omnimodam licentiam concedit, & facultatem tenutam, & corporalem possessionem dictorum Castri, Arcis, & Fortalitiorum, Jurium & Jurisdictionum auctoritate propria per se vel legitimum Nuntium apprehendendi, ingrediendi, & pro suis, & ut sua de cætero retinendi, & eo modo, & forma, quibus illud, & illa tenere consueverat; cum modis tamen, promissionibus, obligationibus, & reservationibus inferius dicendis.

Item quod idem Dominus Guido prælibato Illustri Domino Marchioni, & cuilibet ejus Nuntio restituere, consignare, & cum effectu tradere, & relaxare debeat Castrum Bozuli Episcopatus Cremonensis, cum Arce, Fortalitiis, Curia, Possessionibus, Juribus & Pertinentiis suis, & his omnibus, quæ alias cum dicto Castro ipsi Domino Guidoni consignata fuere loco, & Cambio prædicti Castri Bagnolli, & pertinentiarum suarum, & ita ex nunc præfato Illustri Domino Marchioni Castrum ipsum Bozuli cum Arce, & præmissis omnibus dimittit, & relaxat, & de eo, ac eis tenutam, & corporalem possessionem apprehendendi & retinendi plenam confert licentiam, & eam quam habet pro nunc Jure ad se competenti plenissime confirmat.

Item promittit suprascriptus Dominus Guido prælibato Illustri Domino Marchioni pro dicto Castro Bagnoli, Fortalitiis, hominibus, & personis ibidem habitantibus, & futuris, veram, sinceram, legalem, & omnimodam adhærentiam & recommendisiam, et ad omnem ipsius Illustris Domini requisitionem, mandatum, et voluntatem cum dictis Castro, Fortalitiis, hominibus, personisque suis pacem et bellum seu guerram facere cum quocumque, seu quibuscumque Dominis, seu Dominiis, vel Communitatibus, et contra quoscumque Dominos, Dominia, vel Communitates, & per dictum Castrum, Arcem, Territorium & Districtum suum eidem Illustri Domino Marchioni, Gentibusque suis equestribus & pedestribus, & aliis, prout præfatus Illustris Dominus mandaverit, dare, & præstare liberum passum, transitum, receptum, & Victualia pretio competenti, & omnia, & singula facere præstare & adimplere ad quæ quilibet verus & legalis adhærens, & recommendatus erga Dominum suum tenetur, & obligatus est.

Item quod præfatus Dominus Guido tempore ejus Vitæ, aut in ultima Voluntate nullam facere possit alienationem, aut immutationem, vel diminutionem de prædicto Castro Bagnoli, Juribus & Jurisdictionibus suis sine licentia & consensu præfati Illustris Domini Marchionis, sed omnia in eo statu, & terminis, quibus nunc sunt, tenere, & conservare; similiter non possit quovis modo diminuere, neque alienationem ullam facere de possessionibus nunc existentibus, nisi totidem per ipsam Dominum Guidonem de novo acquirantur, atque in locum Priorum subrogentur.

Item promittat omnes alienationes, permuta-

tiones, Conventiones & pacta hactenus factas & facta, tam cum Communitate Regii, quam cum singularibus Civibus Reginis firma, & rata habere, & nihil contra illas, & illa attentare, vel facere, nisi cum voluntate, & licentia præfati Illustris Domini Marchionis; Cæteras autem alienationes, & Conventiones, cum quibusvis aliis personis factas, eatenus approbare, & ratas habere, quatenus de jure videbitur eidem Illustri Domino Marchioni.

Præfatus autem Illustris Dominus Marchio tenore præsentium eundem Dominum Guidonem cum dicto Castro Bagnoli, ejusque Arce, Fortalitiis & Jurisdictionibus, personis, & omnibus ibidem habitantibus, & futuris, ut supra acceptare promittit, & ex nunc acceptat, & recipit in suum verum & indubitatum adhærentem & recommendatum, & sub ejus tutella, protectione & deffensione, promittens ipsum Dominum Guidonem cum dicto Castro, Fortalitiis, pertinentiis & Incolis suis, ac omni, & quacumque persona, Domino, Dominio, vel Communitate, aut Potentia illum in prædictis offendere, turbare, aut molestare volente, tueri, deffendere, conservare, & manutenere, pro posse, viribusque suis, & omnia alia & singula operari facere, & præstare, quæ quilibet Dominus erga suum verum & optimum adhærentem & recommendatum facere enetur, & debet.

Quæ quidem omnia, & singula Capitula, Pacta, & Conventiones, Promissiones, & Obligationes prælibatus Illustris & Excelsus Dominus Noster, Dominus Ludovicus, Marchio Mantuæ &c. & prædictus spectabilis, & generosus Dominus Guido de Gonzaga, ratificant, approbant, emologant, & confirmant, ac promittunt invicem & vicissim, videlicet unus alteri, & e converso ipsa omnia de verbo ad verbum, prout superius jacent & scripta sunt attendere observare & adimplere sine ulla prorsus exceptione sub hypotheca & generali obligatione omnium suorum bonorum præsentium & futurorum, & in fidem, ac robur præmissorum prædicta Capitula, Conventiones & Pacta præsentemque confirmationem & ratificatioem in hanc formam reddigi mandaverunt per me Jacobum de Andreasiis Notarium & Secretarium infrascriptum, & manibus propriis Sigillis muniri jusserunt. Datum Reveri, quarto decimo Mensis Augusti MCCCCL. primo XIIIIa. Indictione.

Jacobus de Andreasiis præfati Illustris & Excelsi Domini Marchionis Secretarius & Notarius publicus Mantuanus scripsit die supra scripta.

Ludovicus Marchio Mantuæ, &c.
manu propria.

Ego Guido de Gonzaga &c. suprascriptus omnia suprascripta approbo & confirmo, & in Testimonium me hic propria manu subscripsi, & Sigillo meo sigillavi.

(L. S.) (L. S.)

XXI.

Ratificatio Galeatii Mariæ Sfortiæ & Blancæ Mariæ, Ducum Mediolani super capitulis Conductæ Marchionis Mantuæ concluſis, per Ferdinandi Siciliæ Regis Mandatarium, superque promissionibus præfato Marchioni per supradictos Duces factis, d. d. 14. April. Anno 1466.

BLanca Maria Ducissa Mediolani Cremonequè Domina, Galeax Maria Sfortia, Dux Mediolani Vicecomites Papiæ Angleriæque Comites, ac Januæ Domini. Cum Magnificus Vir, Dominus Bartholomeus de Recaneto, Miles Secretarius & Consiliarius Serenissimi Regis Ferdinandi &c. & Mandatarius suus pridie conduxerit ad servitia prælibati Illustr. Principem Dominum Marchionem Mantuæ Fratrem nostrum dilectissimum sub certis formis, modis, & Capitulis inter ipsos celebratis, & cum spectabilis ipsius Domini Marchionis obligatione nobis in Status nostri opportunitatibus cum persona, & gentibus serviendi, prout in ipsis Capitulis lacius continetur. In quorum Capitulorum celebratione intervenit egregius Secretarius noster Antonius Guidobonus, tanquam Mandatarius per nos constitutus, nonnullasque promissiones fecit nomine nostro præfato Domino Marchioni præsertim de certis pecuniis per nos eidem Domino Marchioni persolvendis, nec non de protectione, & defensione Status sui per nos præstanda, & facienda, prout lacius ex serie ipsorum Capitulorum in tribus pe-

Digitized by Google

tiis membranæ scriptorum colligitur, de quibus quidem Capitulis Vir egregius Vincentius de Scalona præfati Domini Marchionis Secretarius rogatus fuit, & illa in publicam formam redegit sub die primo præsentis mensis, & ea subscripta sunt manu propria præfati Domini Marchionis, ac prædictorum Domini Bartholomei, & Antonii cum impressione Sigillorum suorum. Quæ quidem Capitula, sicut supra celebrata vidimus, legimus, & bene intelleximus; Et quia de commissione, consensu & Mandato nostro concluſa, & celebrata sunt, & ipse Antonius ad ea sicut supra intervenit, & pollicitus est quod illa infra quindecim dies tunc proxime futuros approbaremus & ratificaremus. Ea propter tenore præsentium ex certa scientia, & de omnibus prædictis bene informati, & plenam notitiam habentes predicta omnia, & singula Capitula sicut supra firmata, & concluſa cum prefato Domino Marchione prout jacent ad literam, approbamus, & ratificamus. Promittentes tenore præsentium sepedicta Capitula & omnia in ipsis contenta pro quanto ad nos attinet sub fide Legalium Principum

pum & Dominorum, atque sub obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium, & futurorum observare, & illa adimplere omni exceptione, vel contradictione remota. In quorum Testimonium præsentes fieri, & registrari jussimus nostrique Sigilli impressione muniri, ac nostris propriis manibus subscripsimus. Datum Mediolani die quartodecimo mensis Aprilis millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Blanca Maria Vicecomes manu propria.

Galeax Maria Sfortia, Vicecomes, manu propria.

Cichus.

(L.S.)

XXII.

Ratificatio Galeazii Mariæ Sfortiæ & Blancæ Mariæ, Ducum Mediolani, super facta conducta Friderici de Gonzaga primogeniti Marchionis Mantuæ, ad servitia dictorum Ducum, d. d. 14. April. Anno 1466.

BLanca Maria Ducissa Mediolani Cremoneque Domina, Galeax Maria Sfortia Dux Mediolani, Vicecomites Papiæ Angleriæque Comites ac Januæ Domini. Cum pridie Egregius Secretarius noster dilectus Antonius Guidobonus, tamquam Mandatarius noster, & de consensu, & Comissione nostra firmaverit & conduxerit ad servitia nostra Magnificum & Inclytum Dominum Federicum de Gonzaga Illustrissimi Domini Marchionis Mantuæ Fratris nostri carissimi primogenitum, cum annua provisione ducatorum aureorum quatuor milium usque ad certum tempus, prout constat Instrumento fieri rogato. Egregio Vincentio Scalona Secretario præfati Domini Marchionis. Promiseritque prædictus Antonius, quod ipsam conductionem, & firmam de prefato Domino Federico sicut supra factam infra quindecim dies tunc proxime futuros approbaremus, & ratificaremus. Ea propter firmam, & conductionem predictam de nostro consensu ut supra per predictum Antonium factam quam vidimus legimus & intelleximus in publicam formam redactam per predictum Vincentium Scalonam sub die primo presentis mensis Aprilis, & subscriptam manibus propriis ipsius Domini Federici, & predicti Antonii eorumque propriis Sigillis sigillatam. Ex certa scientia approbamus, convalidamus, & ratificamus, prout jacet ad literam, & omnia in ipsa contenta adimplere, & observare sub fide legalium Principum, & Dominorum promittimus omni prorsus Exceptione sublata. In quorum fidem & Testimonium presentes fieri jussimus, & registrari, nostrique Sigilli munimine roborari, ac manibus propriis nostris subscripsimus: Datum Mediolani die decimo quarto Aprilis millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Blanca Maria, Vicecomes manu propria.

Galeax Maria Sfortia, Vicecomes manu propria.

Cichus.

(L.S.)

XXIII.

Friderici III. Rom. Imp. Diploma, in quo Ludovico, Marchioni Mantuae libertatem concessit, salvo jure imperii, cum quibusvis Principibus foedera ineundi d. d. 1. Aug. Anno 1474.

FEdericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, &c. Rex, ac Austriæ Styriæ, Karinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Sclavoniæ ac Portus naonis Comes in Hasburg Tyrolis Ferretis & in Kiburg Marchio Burgoviæ, & Lantgravius Alsatiæ, notum facimus omnibus, & singulis præsentes nostras Literas inspecturis. Cum Imperii Principum utilitatibus, & favoribus semper intendamus, id maxime prosequimur, dum circa ea, quæ ad eorum Principatuum & Dominiorum quietem tranquilumque statum pertinent providemus: Nuper namque pro parte Illustris Ludovici de Gonzaga Marchionis Mantuæ &c. Principis, & Consanguinei nostri nobis sincere dilecti fuit expositum, quod cum in Partibus ultramontanis, in Italia videlicet, Reges, Principes, Domini & Communitates pro Conservatione Regnorum, Principatuum, Dominiorum, ac quieto Regimine, & statu conservando, Intelligentias, Ligas sive Confederationes facere consueverint, prefatusque Marchio Consanguineus noster ejusque Illustris familia singularem semper fidem & devotionem ad Sacrum Romanum Imperium habuerint, quo magis colligationes Ligæ, sive intendimenta si quas, vel quæ antea inierat, aut contraheret de nostre Serenitatis scientia & voluntate procederent, nobis fecit humiliter supplicari ut circa prædicta consensum & assensum nostrum eidem præstare dignaremur. Nos vero Consanguinei nostri prædicti Supplicationibus tanquam rationabilibus, & justis inclinati eidem licentiam & potestatem dedimus, ac Cesarea potestate nostra tenore præsentium damus, & concedimus faciendi omnes, & quascunque Ligas, Colligationes, Intelligentias sive Federa cum quibus-

Digitized by Google

buscunque etiam Regibus, Principibus, Comitibus, Dominis, Communitatibus, sive Populis: eisdemque Confederationibus Intelligentiis & ligis assentimus & consentimus per presentes nobis tamen in omnibus, & singulis hujusmodi Ligis & Capitulis, ac Sacro Romano Imperio semper exceptis Juribusque nostris videlicet Superioritate, fidelitate ac obedientia, & aliis ad que dictus Consanguineus noster nobis ac Sacro Romano Imperio tenetur semper salvis: predictis etiam aliqua dispositione vel prohibitione in contrarium faciente, vel disponente prorsus non obstantibus. In cujus rei Testimonium Sigillum Majestatis nostræ praesentibus est appensum. Datum in Civitate nostra Augusta, prima Augusti Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto. Regnorum nostrorum Romani trigesimo quinto, Imperio vigesimo tertio, Ungariæ vero decimo sexto

Ad Mandatum proprium Domini Imperatoris.

XXIV.

Tractatus permutationis inter Rudolphum atque Ludovicum de Gonzaga & Fridericum Mantuae Marchionem, de Castris Caneti & Luzariae cum eorundem pertinentiis commurandis, conclusus, d. d. 28. Jun. An. 1478.

In Christi nomine Amen.

ANno Domini millesimo quadringentesimo octavo Indictione undecima die Dominico vigesimo octavo mensis Junii tempore Serenissimi Principis & Domini Federici Divina favente Clementia Romanorum Regis, & semper Augusti, in Palatio habitationis Illustrissimæ & Excellentissimæ Dominæ Dominæ Barbaræ de Gonzaga Marchionissæ Mantuæ &c. posito in Burgo Sancti Georgii presentibus Magnifico, & generoso Milite Domino Francisco de Siccis filio quondam Magnifici Domini Jacobi armorum &c. ac Cive Mantuæ de Contrata Leonis Vermilii, Ven. & præclaro juris utriusque Doctore Domino Benedicto de Mastinis Archidiacono Mantuae &c. filio quondam Spectabilis Domini Mastini Cive Mantuæ & habitatore in Sancto Petro de Mantua, Spectabili & clarissimo Juris utriusque Doctore Domino Domino filio quondam Spectabilis & eximii Legum Doctoris D. Jacobi Consiliario Illust. Domini Marchionis Mantuæ &c. & habitatore in Contrata Leonis Vermiglii suprascripta & Nobili Aluisio filio Nobilis Joannis Donati de Pretis, Secretario prefati Illustrissimi Domini Domini Marchionis & Cive dictæ Civitatis de Contrata Pusterlæ ex quibus Testibus præmissus Dominus Franciscus de Siccis manu propria tactis Scripturis corporaliter ad delationem mei Notarii infrascripti ad sancta DEi Evangelia juravit se plene cognoscere omnes & singulos suprascriptos ejus Contestes, & infrascriptos Contrahentes, ac de ipsis omnibus & singulis plenam notitiam & veram cognitionem habere Testibus ad hæc vocatis specialiter & rogatis ibique Illust. Dominus Dominus Rodulfus de Gonzaga Marchio &c. filius quondam Illustrissimi & Excellentissimi Domini Domini Ludovici de Gonzaga Marchionis Mantuæ &c. habitator Mantuæ in Contrata Griffonis & Illust. ac Reverendus Dominus Dominus Ludovicus de Gonzaga, Marchio, &c. ac Prothonotarius Apostolicus Frater utriusque conjunctus præfati Domini Rodulfi habitator Mantuæ in Contrata Aquilæ volentes etiam Illustrissimi & Excellentissimi Domini Domini Federici de Gonzaga Marchionis Mantuæ &c. Fratris eorum utrinque conjuncti votis condescendere & obtemperare ergaque suam Illustrissimam Dominationem gracioſe & liberali animo procedere in cujus manus & personarum & Facultatum suarum protectionem remiserunt & remittunt prout conveniens est, existimantes id sibi ad commodum, & honorem maxime cedere non vi, non metu, nec aliquo alio errore seducti, sed sponte potius, & animis deliberatis, & nullo Juris vel facti errore, vel dolo ducti Spectabili Viro Joanni de Cattaneis, filio quondam spect. Joannis Filippi Civi Mantuae de Contrata Griffonis, & factori Generali infrascripti Illustrisimi & Excellentissimi Domini Domini Marchionis Mantuæ &c. & mihi Notario infrascripto uti publicae personæ presentibus, stipulantibus & recipientibus, ac expresse acceptantibus, nomine & vice, & ad beneficium, comodum, & utilitatem præfati Illustrisimi Domini Domini Federici Marchionis Mantuae &c. & pro hæredibus suis dederunt, cesserunt, renunciaverunt, ac expresse refutaverunt, & remiserunt omnia & quaecumque sua jura omnesque actiones & rationes reales & personales, utiles, & directas, meras, mixtas, tacitas & expressas ac Ipothecarias & generis & maneriei cujuscunque, que, & quas, quales, & quantas præfati Ill. Domini Domini Rodulfus, & Prothonotarius, & quilibet eorumquelibet habere pretendebant & pretendunt talia qualia sunt in Castro & Terra Caneti, cum Squadris suis, & cum omnibus Juribus, Emolumentis, Prerogativis, Daciis, Aquis, & jurisdictione sibi quomodocunque, & qualitercumque Spectantibus, & pertinentibus, ac debitis & solitis tam virtute certi asserti Testamenti ut dicitur condito per prefatum Illustrisim. quondam D. Genitorem suum quam alia quavis ratione, vel causa. Ex quo quidem Castro cum pertinentiis suis praedictis prout ibidem premisi Fratres asseruerunt Anno singulo, uno Anno alium coadjuvante, percipiuntur omnibus computatis de Introitu Ducati mille quingenti vel circa; ipsumque Illust. Dominum &c. & Fratrem suum licet absentem seu praefatum Spect. Johannem, & me Notarium infrascriptum stipulantem ut supra po-

lue-

Digitized by Google

ſuerunt in locum ſuum ut in rem ſuam propriam. Itaque amodo præfatus Illuſt. Dominus Dominus Marchio Mantuae &c. poſſit & valeat agere, petere, cauſari, excipere, proſequi & vindicare litemque movere, & omnia alia, & ſingula dicere, facere, & generaliter exercere que, & quemadmodum prefati Illuſt. Domini Domini Rodulfus, & Prothonotarius dicere & facere poſſent, poterant, & potuiſſent in Judicio, & extra, occaſione dicti Caſtri, & Jurium ſic ut ſupra datorum, ceſſorum & renunciatorum, & hoc ideo prefatus Illuſt. & Excellentiſſimus Dominus DominusFedericusMarchioMantuae &c. volens erga praefatos Fratres ſuos liberalitate, ac nedum fraterno, ſed paterno Zelo & amore procedere eosque uti filios coſigere & pertractare, ac de aliis Locis, & juribus eisdem providere ex quibus majorem utilitatem uberioresque reditus percipiant quam ex dicto Caneto cum omnibus ſuis Juribus eſſent percepturi, Præfatus Spect. Joannes de Cataneis, nomine, & vice prefati Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Domini Marchionis Mantuae &c. pro quo quidem Illuſt. Domino Domino Marchione Mantuae &c. Idem Joannes promiſit de rato, & rata habitione pro omnibus, & ſingulis in preſenti Inſtrumento contentis, appoſitis & annotatis ſub obligatione omnium ſuorum bonorum preſentium & futurorum præfatis Dominis Dominis Rodulfo, & Prothonotario ibi præſentibus, & acceptantibus, ac ſtipulantibus & recipientibus pro ſe, & Heredibus ipſius Domini, Domini Rodulfi renunciavit & refutavit, ac dedit, ceſſit, & conceſſit, ac penitus remiſit expreſſe omnia, & quecumque prefati Illuſtriſſimi Domini, Domini Marchionis Mantuæ Jura omnesque actiones, & rationes reales, & perſonales, utiles & directas, mixtas, tacitas & expreſſas, ac ipothecarias, & generis & manerei cujuscunque, quæ & quas, quales, & quantas prefatus Illuſtriſſimus Dominus Dominus Marchio Mantuæ &c. habet, habebat, & quomodolibet habere poſſet, poterat & potuiſſet in Caſtro, & Terra Luzariæ ejusque Dacii ſalerio, poſſeſſionibus, jurisdictione, paſcuis, aquis, venationibus, cæterisque ſuis juribus, Emolumentis, & prærogativis, quocunque & qualitercunque ſibi ſpectantibus & pertinentibus; ex quo quidem Caſtro Luzariæ poſſeſſionibus, Juribus, Salerio, & Daciis omnibus computatis, omni & ſingulo anno, uno anno alium coadjuvante, percipiuntur de Introitu Duc. mille quadringenti ſedicim, item, & poſſeſſionem Marmiroli cum omnibus ſuis Terris, Juribus, Jurisdictionibus, Aquis, Fructibus ceterisque ſuis emolumentis, & prerogativis, reſervatis tamen, & exceptis nemoribus caciarum Marmiroli, ac nemoribus Villæ bonæ, & Maſimbonæ cum omnibus ipſorum omnium nemorum Juribus, & pertinentiis & exceptis omnibus paſcuis, & locis, quae pro paſcuis de præſenti ſunt, & ad paſculandum pro paſcuis tenentur, tractantur, & reputantur: quae nemora paſcua & loca in præſenti Renuncia preſentique Inſtrumento nullatenus comprehenſa intelligantur, & ſi & quatenus aliqua partes dictorum paſcuorum cultæ eſſent, quod ipſae Terræ cultæ remanere debeant præfato Illuſtr. Domino Domino Marchioni Mantuæ &c. una cum aliis paſcuis, & loco earum cultivarum totidem alias terras Compagninas ipſe Illuſtr. Dominus Dominus Marchio Mantuæ eisdem Illuſtr. Dominis Rodulfo, & Prothonotario tradere teneatur, & dare in uno ſolo corpore ex Campaneis magis proximis dictæ poſſeſſioni ut ſupra date ipſis Fratribus, ex qua quidem poſſeſſione annuatim percipiuntur, uno anno alium coadjuvante, de Introitu Ducati quingenti quadraginta reſervato tamen Reverendiſſimo Domino, Domino Cardinali de Gonzaga omni ſuo jure, ſi quod habet in Palatio predicto, cui ſuo juri idem Illuſtr. Dominus Dominus Marchio Mantuæ &c. per præſentem Renunciam nullatenus intendit prejudicare, nec derogare & cum hoc pacto inter ipſas Partes quo ad fideicomiſſum & ſubſtitutionem contentum, & contentam in dicto aſſerto Teſtamento de & pro dicto Caſtri Caneti ſubrogati ſint, ac cedant, & intelligatur ipſo jure & facto ſubrogate eo modo & forma fideicommiſſo, & ſubſtitutione quibus, ut aſſeritur in ipſo aſſerto Teſtamento, ipſum Caneum ſubjacebat, & ſubpoſitum erat. Itaque predicta ſubſtitutio, & fideicommiſſum intelligatur effectualiter in omnibus ſuis partibus inſerta & repetita in hoc preſenti Inſtrumento & in qualibet parte ſui. Quodque prefatus Spect. Joannes dicto nomine pro quo promiſit de rato ut ſupra proteſtatus fuit. Quod per preſentem Renunciam, & Conceſſionem non intendit ad ipſorum Bonorum dationem & traditionem quoquo modo devenire, nec eorum traditionem facere, niſi auctoritas Imperialis interveniat & aliter nec alio modo non, quam proteſtationem tam in principio quam medio, & fine preſentis Inſtrumenti pro repetita haberi voluit, & mandavit ipſe Joannes nomine predicto & renuntiaverunt prædicte ambe Partes exceptioni non ſic ut ſupra ſibi viciſſim facta rum dictarum Conceſſionum, & Renunciarum modo, & forma ſupraſcriptis, & doli mali, metus cauſa actioni in factum omniqne alii ſuo Juri & legum atque Statutorum auxilio quibus umquam poſſent contra preſentem venire Contractum, aut in aliquo ſe deffendere, vel tueri, & predictas renuncias, & ceſſiones ac omnia & ſingula ſupraſcripta, & in preſenti Inſtrumento contenta, appoſita, & inſerta promiſerunt prefati Illuſtriſſimi Domini Domini Rodulfus, & Prothonotarius, prefato Spectabili Joanni, & mihi Notario ſtipulanti ut ſupra, & dictus Joannes dicto nomine pro quo promiſit de rato ut ſupra prefatis Illuſtr. Dominis, Dominis Rodulfo, & Prothonotario preſentibus, & ſtipulantibus ut ſupra perpetuo, & omni tempore firma, rata, & grata habere, tenere, attendere & grata habere, tenere, attendere & obſervare, & in nullo unquam contrafacere, vel venire pro ſe vel alium ſeu alios eorum, vel alius eorum nomine aliqua ratione, cauſa, modo, vel ingenio, de jure, vel de facto, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum preſentium, & futurorum. Juraveruntque inſuper præfati Illuſtr. Domini Domini

Digitized by Google

mini Rodulfus, & Protonotarius, ac prefatus Joannes de Cattaneis, & quilibet eorum de per ſe manibus propriis tactis Scripturis videlicet prefati Illuſtr. Dominus Dominus Rodulfus ad delationem mei Notarii infraſcripti, & prefatus Dominus Dominus Prothonotarius ad delationem præfati Domini Archidiaconi Mantuæ ad Sancta DEi Evangelia prædicta omnia & ſingula vera eſſe & fuiſſe eaque perpetuo, & omni tempore firma, & rata habere, tenere attendere & obſervare, & in nullo unquam contrafacere vel venire per ſe vel alium, ſeu alios eorum nomine prætextu minoris ætatis ipſius D. Prothonotarii, vel alicujus prætenſæ leſionis, nec aliqua alia ratione vel cauſa ſub obligatione prædicta, ac vinculo & virtute ſibi præſentis corporalis præſtiti juramenti.

Ego Joannes Franciſcus filius quondam Egregii Viri Henrici de Luchirco, Civis Mantuae, publicus Imperiali auctoritate Notarius, ſupraſcriptis omnibus & ſingulis preſens fui, & rogatus ſcribere ſcripſi.

XXV.

Conventio inter Fridericum, Mantuæ Marchionem ejusque fratres de diviſione paternæ hæreditatis ſtabilita, d. d. 3. Febr. An. 1479.

In Chriſti nomine, Amen.

ANno à Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Sixti quarti, & Imperii Ducis Federici Sacratiſſimi Auguſti, & Imperatoris temporibus Indictione duodecima, die Mercurii tertio menſis Februarii, in Camera Cubiculari Illuſtriſſimæ Dominæ Dominæ Barbaræ Marchioniſſæ Mantuæ intra edificia Curiæ Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Marchionis Mantuæ in Civitate Mantuæ in Contra xa Aquilæ, præſentibus Reverendo, & eximio Juris utriusque Doctore, Domino Benedicto, filio quondam eximii Juris utriusque Doctoris Domini Maſtini de Maſtinis de Calio, Eccleſiæ Cathedralis Mantuæ Archidiacono, ac Magnifico, & Clariſſimo Juris utriusque Doctore Domino, Domino filio quondam eximii Legum Doctoris Domini Jacobi de Puellis de Parma ambobus Conſiliariis & de Conſilio præfati Illuſtriſſimi Domini Marchionis, Magnifico & Clariſſimo Juris utriusque Doctore Domino Beltramino filio quondam Domini Pantaleonis de Cuſteris de Crema ejusdem Illuſtriſſimi Domini Marchionis Auditore, Magnifico Viro Euſebio filio quondam - - - - - de Malateſtis ejusdem D. Conſocio, ac Spectabilibus Viris Marſilio filio quondam Domini Jacobi de Andreaſiis ejusdem Domini Secretario, & Aluiſio filio Domini Joannis Donati de Pretis præfatæ Illuſtriſſimæ Dominæ Barbaræ Secretario omnibus Civibus, & Habitatoribus Mantuæ, teſtibusque notis, & idoneis ad infraſcripta omnia vocatis, & ſpecialiter rogatis: E quibus quidem teſtibus idem Reverendus Dominus Benedictus ad delationem mei Notarii infraſcripti manu propria tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia juravit ſe bene cognoſcere ſupraſcriptos omnes ſecum teſtes, & infraſcriptos Contrahentes, & de ipſis omnibus & ſingulis plenam habere notitiam, & veram cognitionem, cum poſt mortem divæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis, & Excellentiſſimi Domini Domini Ludovici de Gonzaga, Marchionis Mantuæ, Illuſtriſſimus ejus Primogenitus Dominus Federicus nunc Marchio Mantuæ, qui in Dominio, & Marchionatu Mantuæ ratione primogeniture ex conceſſione, & inveſtitura de dicta Civitate, & ejus Marchionatu à Sereniſſimo Domino Imperatore facta legitime ſucceſſit, nec non Reverendiſſimus Dominus Dominus Franciſcus Divina miſeratione pro Sacroſancta Romana Eccleſia Sanctæ Mariæ novæ Diaconus Cardinalis Illuſtris Dominus Joannes Franciſcus, Illuſtris Dominus Rodulfus, & Reverendus Dominus Ludovicus Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius prefati Illuſtriſſimi Domini Ludovici filii, & Hæredes legitimi una cum ipſo Illuſtriſſimo Domino Federico Fratre ſuo in aliis Bonis, & Hæreditate dicti quondam eorum Patris preterque in dicto Marchionatu ut ſupra dictum eſt ad quasdam ſuper certis permutationibus, ceſſionibus, translationibus, renunciis, remiſſionibus & refutationibus, Compoſitiones Conventiones, & Concordia per ſeſe, ſeu eorum Procuratores, & Mandatarios ad id ſpecialiter deputatos devenerit, uti latius conſtat Inſtrumentis publicis ſuper inde confectis, & rogatis per me Notarium infraſcriptum, & Joannem Franciſcum de Luchircho Notarium publicum Mantuanum, Annis, menſibus & diebus in illis contentis, & inferius annotatis: Et ut in futurum dictæ Compoſitiones, Conventiones & Concordia firmius, & validius cum efficaci & perpetua ipſorum omnium Pace, & unione perſeveret, & ne ullo unquam tempore aliqua ſuper ipſis dubitatio exoriri poſſit inter dictos Fratres, Attendentes nihil dignius atque laudabilius comperiri poſſe quam eorum optimam voluntatem, & omnimodam puram, meram, liberam ac ſinceram concordiam conſervare: Primo & ante omnia motu eorum proprio, & animo deliberato predictas Compoſitiones, Conventiones, & Concordia confirmantes, ratificantes, approbantes & emologantes ad infraſcripta additiones, Compoſitiones, Conventiones, & Concordia cum infraſcriptis declarationibus, limitationibus, reſervationibus, repetitionibus, & dictarum repetitionum replicationibus, premiſſa ſemper proteſtatione, & tam in principio, quam medio, & fine hujus Contractus repetita quod per ea quæ in preſenti Inſtrumento continentur non intelligantur ad aliquam dationem, & traditionem infraſcriptorum Caſtrorum, Locorum, Jurium, & poſſeſſionum quomodocumque deventum eſſe, nec eorum traditionem factam fuiſſe niſi auctoritas Imperialis, & aliorum ad quos ſpectat in omnibus ſubnotatis, in quibus intervenire debet, interveniat in præſentia præfatæ

Illuſtriſ-

Digitized by Google

Illustrisſimæ Dominæ Barbaræ eorum Matris devenerunt videlicet, Quod præfati Reverendiſſimus Dominus Franciſcus Cardinalis & Illuſtris Dominus Joannes Franciſcus per ſe ſe ac Hæredes, & Succeſſores ſuos ut, & tanquam Filii, & Hæredes legitimi præfati Illuſtriſſimi quondam Domini Ludovici, ut ſupra, habeant, teneant, & poſſideant vigore dictarum Conventionum, & Compoſitionum ac Concordiarum infraſcripta Caſtra, & Loca, cum mero, & mixto imperio, & omnimoda Jurisdictione, & cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis, & cum reſervationibus ſuperinde factis, videlicet Caſtrum, & Terram Sancti Martini ab Aggere in Territorio Cremonenſi; item Terram & Loca Gazoli, Tinacii, & Belfortis in dicto Territorio cum Introitu Portus, per quem fit Tranſitus ad dictam Terram Gazoli; item Terram & Locum Comiſſadii in eodem Territorio cum ejus Canali ſive Flumine; item Caſtrum, & Terram Rotingi in Territorio Mantuano cum Poſſeſſione veteri ibi poſita, & cum jure irrigandi dictam Poſſeſſionem ex Aqua Seriolæ inde diſcurrentis, & cum iſta additione dictis Conventionibus nunc facta, Quod prefatus Illuſtr. Dominus Federicus, nec ejus Hæredes & Succeſſores ob Juris, & Proprietatis dictæ Aquæ, & Seriolæ reſervationem non poſſint nec debent conſtruere, nec conſtrui facere, nec conſentire aliquod Molendinum, nec aliquid aliud in dicta Seriola in, & ſuper dicto Territorio Rotingi, nec quantum ipſa Seriola per dictum Territorium Rotingi diſcurrit, nec aliter ipſam Seriolam ejusque aquam impedire, nec impediri permittere, nec etiam in dicto Territorio aliis concedere uſum dictæ aquæ; Item, & poſſeſſionem Villimpentæ in Territorio Veronenſi, cum hac additione dictis Conventionibus nunc facta videlicet; Quod caſu quo dicta poſſeſſio aut alique ejus Terræ devolveretur ob Inveſtituras, debitis temporibus non petitas, aut propter canonem non ſolutum, ſive alia ratione, vel cauſa, culpa, vel defectu prefati Illuſtriſſimi Domini Federici Marchionis ſive Hæredum & Succeſſorum ejus, aut alias præfatus Reverendiſſimus Dominus Franciſcus Cardinalis & Illuſtriſſimus Dominus Joannes Franciſcus, ſive eorum Hæredes, & Succeſſores culpa, & defectu quibus ſupradicta Poſſeſſione, vel aliquibus ejus Terris uti & frui non poſſent, idem Illuſtriſſimus Dominus Fredericus, ſive ejus Hæredes, & Succeſſores præfati Reverendiſſimo Domino Franciſco Cardinali & Illuſtriſſimo Domino Joanni Franciſco, ſive eorum Hæredibus & Succeſſoribus teneantur, & obligati ſint dare, & aſſignare alias poſſeſſiones, ſeu terras tam in precio, quam redditu equivalentes in toto vel pro ea parte que devolveretur, ut premittitur; item & cum additione etiam dictis Conventionibus facta quod accuſe de damnis datis in dicta Poſſeſſione tantum ſint & eſſe debeant prefatorum Reverendiſſimi Domini Franciſci Cardinalis, & Illuſtris Domini Joannis Franciſci, ac Hæredum & Succeſſorum ſuorum prædictaque omnia, & ſingula habeant, & teneant eisdem modo, & forma cum additionibus ſupraſcriptis prout in Inſtrumentis ſuperinde confectis, & per me Notarium infraſcriptum die ultima menſis Julii Anni proxime præteriti rogatis continetur; item, & ultra predicta habeant, teneant & poſſideant omnia Caſtra, Fortilicia, Loca, & jura cum mero & mixto Imperio, ac omnimoda Jurisdictione, ac aliis eorum juribus, & pertinentiis quæ præfatus Illuſtriſſimus quondam Genitor eorum tempore ejus vitæ habebat, tenebat, & poſſidebat, & usque ad ejus mortem habuit tenuit, & poſſedit in Territorio Cremonenſi, excepto Caſtro, & Terra Vitalianæ quod & quam præfatus Illuſtriſſimus Dominus Federicus Marchio habet, tenet & poſſidet, una cum Domo Antonelli del Ceruto, & aliis ſibi Illuſtri Domino Federico per eundem Antonellum donatis exceptis tamen poſſeſſione Vitelianæ, & Poſſeſſione Caballariæ cum Pratis Caſalcugoli, ſive Belleguardæ pro præfatis Reverendiſſimo Domino Franciſco, & Illuſtriſſimo Domino Joanni Franciſco reſervatis, & prout in dictis Inſtrumentis per me rogatis continetur: Item & præfatus Illuſtris Dominus Joannes Franciſcus habeat teneat & poſſideat palatium, quod alias fuit bonæ memoriæ Illuſtris quondam Domini Alexandri de Gonzaga conſtructum in Civitate Mantuæ in Contrata Aquilæ juxta ſuos confines quod præfatus Illuſtris Dominus Federicus Marchio eidem Illuſtriſſimo Domino Joanni Franciſco donavit, & pleno jure aſſignat, & dimittit: Eo quia idem Illuſtriſſimus Dominus Joannes Franciſcus libere renunciavit, dedit & relaxavit, ac de præſenti renunciat, dat, & relaxat præfato Illuſtriſſimo Domino Frederico Domum quam ipſe Illuſtriſſimus Dominus Joannes Franciſcus habet, tenebat, & poſſidebat in dicta Civitate Mantuæ in Contrata Serpæ juxta ſuos Confines: Item quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Rodulphus, & Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius per ſe ſe, ac Hæredes, & Succeſſores ſuos, ut tanquam filii & Hæredes præfati Illuſtriſſimi quondam Domini Ludovici eorum Patris ut ſupra vigore dictarum Conventionum, Compoſitionum & Concordiarum habeant, teneant, & poſſideant Caſtrum Luzariæ cum mero & mixto Imperio, ac omnimoda jurisditione & cum omnibus aliis juribus & pertinentiis; Item, & Poſſeſſionem G. Marmiroli in Territorio Mantuano cum reſervationibus ſuperinde factis & una cum Palatio in dicta Terra Marmiroli conſtructo, quantum eſt pro juribus, que in illo prefatus Illuſtriſſimus Dominus Federicus habebat, & hæc omnia habeant, teneant, & poſſideant eisdem modo, & forma, prout in Inſtrumento ſuperinde confecto, & per Joannem Franciſcum de Luchircho Notarium publicum Mantuanum die vigeſima octava menſis Junii Anni proxime decurſi rogato continetur, & cum iſta additione dictis Conventionibus nunc facta videlicet, Quod ſi quo caſu dicta Poſſeſſio Marmiroli, vel aliqua ejus pars devolveretur ob inveſtituras debito tempore non petitas, aut propter canonem non ſolutum ſive alia ratione, vel cauſa culpa, vel defectu prefati Illuſtriſſimi Domini Federici, ſive Hæredum & Succeſſorum ejus, aut præfati Illuſtriſſimus Dominus Rodulfus, & Reverendus Dominus Prothonotarius ſive eorum Hæredes, & Succeſſores

ceſſores dicta Poſſeſsione, vel aliqua ejus Parte uti, & frui non poſſent quavis ratione vel cauſa culpa & defectu prefati Illuſtriſsimi *Domini* Federici aut Hæredum, & Succeſſorum ejus, idem Illuſtriſsimus Dominus Federicus, five ejus Hæredes & Succeſſores teneantur, & obligati ſint præfatis Illuſtriſsimo Domino Rodulfo, & Reverendo *Domino* Prothonotario, aut ſuis Hæredibus, & Succeſſoribus dare, & aſsignare alias Poſſeſsiones ſeu Terras tam in precio, quam in redditu equivalentes in toto vel pro parte que devolveretur culpa & deffectu de quibus ſupra, aut aliis ex cauſis premiſsis: Item, & cum hac alia additione dictis Conventionibus nunc facta videlicet, quod prefati Illuſtriſsimus Dominus Rodulphus, & Reverendus Dominus Prothonotarius, ac eorum Hæredes & Succeſſores poſsint uti aqua Seriolæ diſcurentis juxta Poſſeſsionem pradictam Marmiroli, & pertinentias ſuas, pro irrigatione Terrarum dictæ Poſſeſsionis, & pertinentiarum, prout, & quemadmodum tempore vitæ præfati Illuſtriſsimi quondam *Domini* Ludovici eorum Patris ſolitæ erant irrigari, ita tamen, quod teneantur facere expenſas neceſsarias, & ſibi contingentes in dicta Seriola pro rata ſua: Item & ultra predicta habeant, teneant & poſsideant omnia Caſtra, Jura, & Loca, cum mero & mixto Imperio ac omnimoda jurisdictione, ac omnibus aliis eorum Juribus, & pertinentiis, que prelibatus Illuſtriſsimus quondam Genitor eorum tempore ejus vitæ habebat, tenebat & poſsidebat, & usque ad ejus mortem habuit, tenuit, & poſsedit in Territorio Brixienſi exceptis Caſtro Caneti cum ſuis Squadris, & Volungo ac cum Revelino ſuo, & Caſtris Marianæ, Redoldeſchi & Medularum, quæ idem Illuſtriſsimus Dominus Federicus habet, tenet, & poſsidet: Item & prefatus Illuſtriſsimus Dominus Rodulphus habeat, teneat, & poſsideat Poſſeſsionem Suzariæ in Territorio Mantuano cum Juribus, & pertinentiis ſuis, quam prefatus Illuſtriſsimus quondam Genitor ſuus tempore ejus vitæ tenebat, & usque ad ejus mortem tenuit: Item & prefatus Reverendus *Dominus* Prothonotarius habeat, teneat & poſsideat *Domum* quæ erat antedicti Illuſtriſsimi *Domini* Joannis Franciſci poſitam in Civitate Mantuæ in Contrata Serpæ quam præfatus Illuſtriſsimus *Dominus* Federicus eidem Reverendo *Domino* Prothonotario libere donavit et donat, ſibique pleno Jure dimiſit, et dimittit: Et præfatus Illuſtriſsimus Dominus Federicus Marchio vigore dictarum Conventionum, Compoſitionum, et Concordiarum per ſe Hæredes et Succeſſores ſuos, et ut tanquam filius, et Hæres prædicti quondam Patris ſui Illuſtriſsimi ut ſupra habeat, teneat, et poſsideat Caſtrum Vitelianæ in Territorio Cremonenſi cum Domo et aliis ſibi donatis per Antonellum del Ceruto, et prout conſtat in Inſtrumento dictæ Donationis rogato per me Notarium infraſcriptum die vigeſima ſecunda menſis Julii Anni proxime præteriti: Item Caſtrum Caneti in Territorio Brixienſi cum ſuis Squadris Volungo et Revelino dicti Caſtri ſuper agro Cremonenſi ultra Flumen Olii conſtructo et ipſa Caſtra teneat, et poſsideat cum mero et mixto Imperio, et cum omnimoda jurisdictione, et cum paſcuis accum omnibus juribus, et Pertinentiis, et cum reſſervationibus factis in Poteſtaria Vitelianæ ut ante, et eisdem modo, et forma, prout in Inſtrumentis rogatis per me Notarium infraſcriptum, et prænominatum Joannem Franciſcum de Luchirco, de quibus ſupra fit mentio continetur: Item, & ultra predicta ut & tanquam legitimus Succeſſor in Civitate, & Marchionatu Mantuæ ex conceſſione & Inveſtitura de dictis Civitate, & Marchionatu Mantuæ à Sereniſſimo Domino Imperatore facta ob mortem dicti quondam Illuſtris genitoris ſui legitime habeat, teneat, & poſsideat Civitatem, & Dominium Mantuæ cum omni ejus Marchionatu & Diſtrictu, exceptis antedicto Caſtro Rotingi cum ejus Poſſeſsione veteri & Caſtro Marmiroli, ac Poſſeſsione Suzariæ: item & teneat ac poſsideat infraſcripta Caſtra, & Loca cum mero & mixto imperio, & cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis videlicet Terras, Caſtra, & Fortilicia in agro Veronenſi poſita excepta Poſſeſsione Villimpentæ, de qua ſupra: item & Caſtra Marianæ, Redoldeſchi & Medularum in Territorio Brixienſi ut ſupra: Item & habeat, teneat, & poſsideat omnia, & ſingula alia bona, tam propria & allodialia, quam Feudalia, emphitevtica, & libellaria, ac generis, & manerici cujuscunque quæ, qualia, & quanta dictus Illuſtriſsimus quondam Genitor tempore ejus vitæ habebat, tenebat & poſsidebat, & usque ad ejus mortem habuit, tenuit, et poſsedit, et quæ dicto quondam ejus Genitori quoquo modo, et quavis ratione et cauſa ſpectabant, et pertinebant; Et his pactis modis gravaminibus et conditionibus inter ipſos Fratres firmatis, et tam in principio quam medio et fine hujus Contractus repetitis, videlicet, Quod ſi aliquando compertum fuerit Caſtrum Sablonetæ poſitum in Territorio Cremonenſi, quod nunc dicti Reverendiſsimus Dominus Franciſcus, et Illuſtriſsimus Dominus Joannes Franciſcus tenent, et poſsident, et quod ſe legitime, ac juſto titulo tenere, et poſsidere credunt, non teneri, aut poſsideri de jure, tunc idem Illuſtriſsimus Dominus Federicus pro rata ſua una cum ſupraſcriptis omnibus Fratribus ſuis teneatur, et obligatus ſit capere Compoſitionem cum illis de Perſico, et illis pro rata ſua ſatisfacere prout fecit Illuſtriſsimus quondam Genitor eorum cum illis de Cavalcabobus et quilibet ipſorum Fratrum pro rata ad illis ſatisfaciendum teneatur: Item quod dictus Illuſtriſsimus Dominus Federicus una cum dictis ejus Fratribus pro rata ſua teneatur, & obligatus ſit ad exequendum, & executioni mandandum Compoſitiones alias factas per dictum quondam Illuſtriſsimum Genitorem ſuum cum illis de Cavalcabobus: Item & teneatur, & obligatus ſit dare, & aſsignare prefatis Illuſtriſsimo Domino Joanni Franciſco, Illuſtriſsimo Domino Rodulpho, & Reverendo Domino Ludovico Prothonotario lectos viginti fulcitos cum una tapezaria pro quolibet ipſorum trium: Item & teneatur, & obligatus ſit dare, & aſsignare Illuſtriſsimæ Dominæ, & Excellentiſsimæ Dominæ Barbaræ eorum Matri Poſſeſsionem dela Mantuana cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis pro ſatisfactione expenſarum, quæ

Digitized by Google

quæ occurrunt poſſeſſioni, & Curiæ Hoſtiliæ aſſignatæ præfatæ Dominæ maxime pro affictu Sancti Zenonis de Verona & expenſa Presbiterorum Hoſtiliæ, quas Expenſas ipſa Domina tenetur, & obligata eſt facere omnibus annis quoad vixerit, & poſſederit Curiam ipſam Hoſtiliæ cum dicta Poſſeſſione dela Mantuana: Item & teneatur & obligatus ſit præſtare illud honeſtum ſubſidium, quod ſibi fuerit poſſibile in reformando Domum prefati Illuſtriſſimi Domini Rodulfi quæ minatur ruinam, adeo, quod ſecure habitari poſſit. Itemque poſt mortem prefati Reverendiſſimi Cardinalis omnis Pars Status ſui in Territorio Cremonenſi, & in prenominatis Caſtro Rotingi cum ejus Poſſeſſione veteri, & in poſſeſſione Villimpentæ excepta legitima ſua deveniat, & devenire debeat ad præfatum Illuſtriſſimum Dominum Joannem Franciſcum ſive ejus filjos legitimos, & naturales, Decedente vero dicto Domino Joanne Franciſco ſine filiis legitimis, & naturalibus, Caſtrum Doxuli, quod eſt inter dicta Caſtra Territorii Cremonenſis & Caſtra Sancti Martini ab Aggere, & Rotingi cum ejus Poſſeſſione veteri de quibus ſupra, Locaque Gazoli, Belfortis, & Comiſſadii antedicta, ac predicta Poſſeſſio Villimpentæ cum omnibus Juribus, Juriſdictionibus & pertinentiis ſuis, excepta legitima ſua, deveniant, & devenire debeant ad ipſum Illuſtriſſimum Dominum Federicum, ſive ad ejus filios legitimos, & naturales, Reliqua vero pars Status ſui, excepta legitima ſua deveniat, & devenire debeat ad præfatum Reverendiſſimum Dominum Cardinalem, Quo quidem decedente, & non extantibus filiis legitimis, & naturalibus ex ipſo Domino Joanne Franciſco, exceptis Doxulo, Sancto Martino, Rotingo cum ejus Poſſeſſione veteri, Gazolo, Belforte, Commiſſadio, & Poſſeſſione Villimpentæ, de quibus ſupra, deveniat & devenire debeat ad prefatum Illuſtriſſimum Dominum Rodulfum, & Reverendum Dominum Prothonotarium Fratres ipſius Domini Federici, ſive ad filios legitimos & naturales ipſius Domini Rodulfi: Item quod poſt mortem prefati Reverendi Domini Prothonotarii omnis Pars Status ſui in Territorio Brixienſi, & in dicto Caſtro Luzariæ, ac in predicta Poſſeſſione Marmiroli, excepta legitima ſua, deveniat, & devenire debeat ad Illuſtriſſimum Dominum Rodulfum prenominatum ſive ejus filios legitimos, & naturales, Quo quidem decedente ſine filiis legitimis, & naturalibus, predictum Caſtrum Luzariæ dictaque Poſſeſſio Marmiroli cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, excepta legitima ſua, deveniat, & devenire debeat ad prefatum Illuſtriſſimum Dominum Federicum ſive ejus filios legitimos & naturales: Reliquum vero Status Brixienſis aſſignati ipſi Domino Rodulfo, excepta legitima ſua deveniat ad ipſum Reverendum Dominum Prothonotarium, poſt cujus mortem, non extantibus filiis legitimis & naturalibus ex ipſo Domino Rodulpho, Status Brixienſis ipſorum amborum Fratrum, exceptis ſemper dictis Caſtro Luzariæ, & Poſſeſſione Marmiroli, cum ſuis juribus & pertinentiis, deveniat ad prefatos Reverendiſſimum Dominum Cardinalem & Illuſtriſſimum Dominum Joannem Franciſcum ſive ipſius Illuſtriſſimi Domini Johannis Franciſci filios legitimos, & naturales: Item & ultra predicta quod ſi predicti Reverendiſſimus Dominus Cardinalis, Illuſtriſſimus Dominus Joannes Franciſcus, Illuſtriſſimus Dominus Rodulfus, & Reverendus Dominus Prothonotarius, omnes deceſſerint ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſalvis tamen ſemper & firmis manentibus omnibus premiſſis, & quibuſcunque conventis inter ipſos Fratres quæ hic pro repetitis habeantur, prædicta omnia Caſtra, Terræ, Loca, Bona, & Jura, exceptis eorum legitimis, deveniant & devenire debeant ad prefatum Illuſtriſſimum Dominum Federicum ſive ejus Filios, & Hæredes deſcendentes ab eo, quia ſic inter dictos Fratres actum extitit, & conventum: Item, & ultra predicta quod omnes Coloni partiarii dictarum Poſſeſſionum Rotingi, Villimpentæ, Vitallianæ, Caballariæ cum Pratis, Caſalcugoli, & Belleguardæ, ac Marmiroli tam preſentis quam futuri gaudeant, & gaudere debeant omnibus Privilegiis, Exemptionibus, Immunitatibus, prerogativis, & graciis, quibus gaudebant tempore bonæ memoriæ, quondam Illuſtriſſimi Domini Ludovici Genitoris ſui, & eo modo dicti Colloni dictarum Poſſeſſionum tractentur, & tractari debeant ſicuti tractabuntur tempore prefati Illuſtriſſimi quondam Domini Ludovici, quia ſic inter dictos Fratres actum extitit, & conventum: Item quod quilibet ipſorum Fratrum exigere poſſit, & debeat a Debitoribus dicti quondam Illuſtriſſimi Patris ſui omnem denariorum, & aliarum rerum quantitatem, quæ nunc ab eis exigi reſtat de eo quod dicto quondam eorum Patri dare debebant quavis ratione, & cauſa, ſcilicet unusquisque ipſorum Fratrum, a Creditoribus habitantibus in Terris, & Locis ad eos perventis ut ante ſcilicet debita que habent in dictis Terris, tantum ſingulos ſingulis referendo: Prefatus vero Illuſtris Dominus Federicus teneatur, & obligatus ſit de ſuo proprio ſatisfacere omnibus Creditoribus dicti quondam Patris eorum, exceptis debitis pro illis de Perſico, & de Cavalcabobus ſolvendis ut ſupra, quia ſic inter ipſos Fratres actum extitit, & conventum. Poſtmodum volentes omnes ipſi Fratris ſe invicem cautiores reddere quo magis eorum fraternus amor indies acreſcat, & perpetuo cum pace conſervetur, primo, & ante omnia ipſi omnes, & unusquisque eorum per ſe, Hæredes & Succeſſores ſuos, & unus ad requiſitionem alterius, & e converſo, ita quod ſingula ſingulis congrue referantur ſponte, & ex certa eorum ſcientia, ac animis bene deliberatis certificati prius ut dixerunt ad eorum plenam, & claram intelligentiam de Conventionibus, Compoſitionibus, & Concordiis antea inter eos, ſive inter eorum Mandatarios factis, & de omnibus & ſingulis præmiſſis, omnibus melioribus modo, via, jure, forma, & cauſa, quibus melius potuerunt, & poſſunt, confirmaverunt, ratificaverunt, approbaverunt, & emologaverunt, ac confirmant, ratificant, approbant & emologant dictas Conventiones, Compoſitiones, & Concordia, ac omnia & ſingula tam per ipſos, quam per alios eorum nominibus dicta, facta, geſta, compoſita, procurata, & celebrata pro ipſis Conventionibus, Compoſitionibus & Concordiis, ac contenta inſerta, & appoſita in Inſtrumentis ſuper inde confectis, & rogatis per me Notarium infraſcriptum ac prænominatum Joannem Franciſcum, de Luchirco,

Digitized by Google

de quibus supra facta fuit mentio, salvis tamen semper omnibus premissis, dixeruntque, & protestati fuerunt, ac dicunt, & protestantur ipsas Conventiones, Compositiones, & Concordia, & ipsa omnia, & singula in dictis Instrumentis contenta, dictas, factas, gestas, compositas, procuratas, & celebratas, ac dicta, facta, gesta, composita, procurata, & celebrata fuisse, & esse de eorum vera scientia, pura, mera, & libera, voluntate, ac expresso mandato singula singulis congrue, ut dictum est, referendo; Deinde prefati omnes Fratres, & unus ad instantiam alterius, & e converso non vi, non metu, nec aliquo alio Juris vel facti ducti errore, sed sponte, & ex certa eorum scientia, & animis bene deliberatis contenti, & confessi fuerunt, ac manifestaverunt, & dixerunt, contentanturque, & confitentur, ac manifestant & dicunt sese, & unumquemque ipsorum ante presentem stipulationem habuisse, & nunc habere, tenere, & possidere quiete, pacifice, & sine ulla contradictione, Castra, Loca, Terras, Possessiones, Palacia, & jura, unicuique eorum scripta & notata, ut ante, cum eorum Dominiis, Juribus & pertinentiis ac eisdem modo, forma, & condictionibus in dictis Instrumentis contentis, & in presenti Instrumento notatis, singula singulis referendo; propter quæ unusquisque ipsorum Fratrum sponte dixit, & confessus fuit, ac dicit & confitetur, sibi bene, eque, juste, & ad integrum satisfactum fuisse, & esse de omni ea portione, quæ sibi spectabat, & pertinebat, ac spectare & pertinere potest, poterat, & potuisset, ac debuerat, & debuisset quomodocunque, & qualitercunque, & quavis ratione, & causa, in & de bonis, & Hæreditate præfati Illustrissimi quondam Genitoris eorum, & tam in bonis propriis & allodialibus quam feudalibus, emphiteuticis, libellariis, aut cujuscunque alterius generis & materiei, & pro ipsis, & singulis omnibus, quæ unusquisque eorum habet, tenet, & possidet, ut prefertur, se bene contentum esse dixit, & vocavit, ac dicit, & vocat; Reservantibus tamen præfatis Reverendissimo Domino Cardinali, Domino Joanni Francisco, Illustrissimo Domino Rodulpho, ac Reverendo Domino Prothonotario, ac reservaverunt ipsi quatuor Fratres omne jus, quod circa Successionem Marchionatus ex forma Privilegiorum Imperialium, eis competeret, aut competere posset aliquo unquam tempore, quæ reservatio pro repetita habeatur in qualibet parte, & tam in principio, quam medio & fine hujus Contractus, quia sic protestati fuerunt, Quibus reservationibus prefatus Illustrissimus Dominus Federicus Marchio quatenus tenderent, seu tendere possent in prejudicium ipsius Domini Frederici, & Filiorum, ac Hæredum suorum secundum tenorem Privilegiorum Imperialium super forma Successionis in dicto Marchionatu Mantuæ concessorum dumtaxat non consensit, nec consentit, dicta tamen reservatione, ac omnibus aliis, ut supra positum est, in suo robore permanentibus, Et insuper prædicti Illustrissimus Dominus Federicus Marchio, Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis, Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus, Illustrissimus Dominus Rodulphus, & Reverendus Dominus Ludovicus, Prothonotarius, omnes presentes, & pro sese & eorum Hæredibus, ac Successoribus stipulantes sibi mutuo & vicissim, ac unus aliis & e converso fecerunt finem, quietationem, absolutionem, remissionem, & liberationem, ac pactum perpetuum de ulterius aliquid non petendo in & de bonis ac hæreditate dicti quondam eorum Patris, de quibus supra, ultra ea quæ unusquisque ipsorum Fratrum habet, tenet & possidet, ut supra dictum est, singula singulis referendo, ac sese mutuo, & vicissim unumque alios, & e converso ac Hæredes & Successores suos, & sua bona omnia per Aquilianam stipulationem precedentem, & acceptilationem subsequentem, legitime interpositas liberaverunt, & absolverunt, ac liberant & absolvunt ab omni eo, & toto quod sibi invicem, & unus ab aliis, & e converso petere possunt, possent poterant & potuissent, quomodocunque & qualitercunque, & quavis ratione & causa in de & pro bonis, & Hæreditate dicti quondam eorum Patris, de quibus supra, solemnique stipulatione hinc inde interveniente per sese, ac Hæredes, & Successores suos prædicti Fratres sibi mutuo & vicissim, ac unus aliis, & e converso promiserunt, & promittunt de Castris, Terris, Locis, & Possessionibus, & Juribus quæ unusquisque eorum habet, tenet & possidet vigore Conventionum Compositionum, & Concordiorum de quibus supra, & de quibus in antedictis Instrumentis rogatis per me Notarium infrascriptum, & prænominatum Joannem Franciscum de Luchirco, ac etiam in præsenti Instrumento preterque de dicto Marchionatu nec de aliqua parte ipsorum Bonorum, & Jurium alicui ipsorum Fratrum, nec Hæredibus & Successoribus suis litem, causam, questionem, vel controversiam non inferre, nec movere, nec inferenti seu moventi consentire, sed illa potius, & quamlibet eorum partem sibi vicissim, & unum aliis, & e converso legitime ab omni persona Communi Colleggio, & Universitate deffendere, auctorizare, & expedire in judicio, & extra, omnibus suis damnis, interesse & expensis, singula singulis referendo, ac sese unumquemque ipsorum perpetuo & omni tempore predictas Conventiones, Compositiones, & Concordia, ac omnia & singula, tam per se ipsos proprios, quam per suos Mandatarios, seu alios eorum nominibus pro ipsis Conventionibus, Compositionibus & Concordiis, dicta, facta, gesta, composita procurata, & celebrata, cum omnibus & singulis contentis in Instrumentis predictis superinde confectis, Presentesque Ratificationem, Approbationem & Emologationem, Confessionem, finem, Absolutionem, Quietationem, Remissionem, Liberationem & Promissionem sic ut supra factas, una cum omnibus & singulis premissis & in presenti Instrumento contentis, firmas, ratas, & gratas, ac incommutabiles, ac firma, rata, grata, & incommutabilia habere, tenere, attendere, & observare, & in nullo unquam contrafacere nec contravenire per sese vel alium seu alios aliqua ratione, vel causa, modo vel ingenio, de jure, vel de facto sub stipulata pœna centum Marcharum Auri, quæ totiens committatur & exigi possit, quotiens predictis, vel alicui prædictorum, contrafactum fuerit, vel contraventum, & qua pœna soluta vel non, semel aut pluries, nihilominus presens Contractus in qualibet sui parte plenam sortiatur roboris firmitatem, cum refectione, & restitutione

omnium

omnium & singulorum damnorum interesse, & expensarum litis & extra, pro quibus omnibus & singulis sic firmiter attendendis & plenius observandis sibi vicissim, & unus aliis, & e converso obligaverunt, & obligant omnia & singula eorum Bona præsentia, & futura, & demum prefati Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis, & Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius manibus propriis super eorum pectoribus positis, prefatique Illustres Dominus Federicus, Dominus Joannes Franciscus, & Dominus Rodulphus, manibus propriis tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia, juraverunt predicta omnia & singula fuisse, & esse vera eaque perpetuo attendere, & inviolabiliter observare, & nullatenus contrafacere, nec contravenire aliqua ratione vel causa, modo, vel ingenio, de jure, vel de facto, sub pœna & obligatione premissis & sub virtute presentis sibi & unicuique eorum prestiti juramenti, & quia dictus Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius, minor annis viginti quinque major tamen annis decem octo prout ibi suo juramento firmavit, ultra predicta juravit, & jurat se ratione minoris ætatis unquam contra predicta, vel aliquod predictorum non venire, nec adversus prædicta, vel eorum aliquod restitutionem in integrum, nec absolutionem a presenti juramento petere; nec aliter propter ipsam minoritatem contravenire, sed semper ipsa omnia & singula attendere prout supra juravit, ejus minoritate sibi in his aliquo modo non opitulante: Qui Reverendus Dominus Ludovicus, prius tamen per me Notarium infrascriptum ad sui plenam & claram intelligentiam certificatus fuit de beneficio dictæ suæ minoritatis sibi contra predicta competenti, & rogaverunt me prefati Illustrissimi fratres, & Domini ut de predictis omnibus, & singulis unum & plura, & quotquot necessaria fuerint, conficiam Instrumenta.

Ego Antonius filius quondam providi Viri Ser Christophori de Cornice Civis Mantuæ publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius predictis omnibus præsens fui, & rogatus publice scribere scripsi.

Ego Joannes Tristanus filius quondam Egregii Viri Ser Christophori de Bonsignoris, Civis Mantuæ publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum Instrumentum ratificationis, finis & liberationis & aliorum de quibus supra rogatus per Doctorem Virum Ser. Antonium de Cornice Civem, & Notarium publicum Mantuanum, ab ejus publicis Abbreviaturis transcripsi, & in hanc publicam formam redegi. Et quia ipsum Instrumentum una cum dicto Ser. Antonio ejusque Scripturis averavi, & in omnibus concordare reperi, ideo me cum meis signo & nomine consueris subscripsi.

Ego Antonius filius quondam providi Viri Ser. Christophori de Cornice, Civis Mantuæ publicus Apostolica & Imperiali auctoritatibus Notarius suprascriptum Instrumentum ratificationis, finis, & liberationis ac aliorum de quibus supra, de quo rogatus extiti per antedictum Joannem Tristanum de Bonsignoris Notarium a meis abreviaturis relevari & in suprascriptam formam publicam redigi feci, & quia illud una cum ipsis Abbreviaturis averatum in omnibus, in effectu concordare repperi, ideo me cum solita attestatione subscripsi.

XXVI.

Literæ, quibus Fridericus III. Rom. Imperator Ludovicum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem, de castris in ipsis literis nominatis, eorumque pertinentiis investivit, d. d. 22. Ap. An. 1478.

Exemplar ab autentico Imperiali Privilegio relevatum.

FEdericus Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ &c. Rex, ac Austriæ, Stiriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Sclavonicæ, ac Portus naonis Comes in Habsburg, Tirolis, Ferretis, & in Kiburg Burgoviæ, & Lantgravius Alsaciæ, tenore præsentium recognoscimus, & notum facimus universis. Quod Illustris Lodovicus de Gonzaga, Marchio Mantuæ Princeps, & Consanguineus noster Carissimus per suos solemnes Oratores Nobis exponi fecit qualiter ipse, & Predecessores sui Marchiones Mantuæ infrascriptas Terras, Castra, Opida, Rochas, Fortilicia, & Loca videlicet Castrum Vitelianæ cum Rocha Fortalicio, Curia, Villa & pertinentiis suis Castrum Doxuli cum Fortilicio, Villis, & pertinentiis suis, Villam Corregii viridis cum pertinentiis suis, Castrum Sablonetæ cum Rocha, Curia, Villis & pertinentiis suis, Castrum Ripparoli, cum Rocha, Curia Villis & pertinentiis suis, Castrum Bozuli cum Rocha, Curia, Villis, & pertinentiis suis, Castrum Sancti Martini ab Aggere cum Rocha, Curia, Villis & pertinentiis suis, Castrum Insulæ Douariensis, cum Villis & pertinentiis suis, Villas Gazoli & Belfortis cum Curiis, & pertinentiis suis, Villam quoque Pomponeschi cum suis pertinentiis, omnia sita in Districtu & Territorio Cremonensi cum omnibus suis Curtis, pertinentiis, & Jurisdictionibus a longo tempore citra ut sua propria libera Bona, & Dominia, in quibus Sacrum Romanum Imperium hactenus Investituram, neque aliquod aliud jus habuisset libere, & sine cujusvis impedimento, & contradictione possedissent, & hodie ipse possideret, & omnem superioritatem, & præheminentiam in his haberet; verum propter multiplicia beneficia a Sacro Romano Imperio in se sepenumero liberaliter collata ac singularem affectionem & observantiam, quam erga nos, & Sacrum Romanum Imperium haberet easdem Terras, Castra, Opida, & Loca cum omnibus suis juribus & pertinentiis pro se & Hæredibus suis & a nobis, & successoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus ac ab ipso Romano Imperio in Feudum recognoscere & recipere

Digitized by Google

pere vellet Nobisque supplicavit, ut sibi easdem Terras, Castra, Oppida & Loca cum omnibus suis Juribus, Villis, Cureis, Rochis, Curtis, Pertinentiis & Jurisdictionibus, prout Predecessores sui tenuerunt, & possiderunt & ipse hodie teneret & possideret sibi & Hæredibus suis in Beneficium & Feudum concedere, & eum de his gracioſe investire, & infeudare dignaremur, Nos itaque attendentes sincere devotionis affectum, & fidelitatis Zelum quem prefatus Lodovicus Marchio Mantuæ, & ipsius Progenitores erga Sacrum Romanum Imperium semper habuisse dinoscuntur sane ad hoc Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & Nobilium, Sacri Romani Imperii Fidelium dilectorum nostrorum accedente Consilio prefatum Ludovicum Marchionem Mantuæ, & ejus Hæredes masculos ab eo legitime descendentes de supradictis Terris, Castris, Opidis, Rochis, Fortiliciis, Curtis, Villis ac Locis per ipsum, & ejus Prædecessores in dicto Territorio Cremonensi habitis & possessis una cum universis, & singulis, & cujuslibet eorum Villis, Curtis, Collonis, & pertinentiis, nec non cum omnibus juribus, Honoribus, Jurisdictionibus, Reditibus, Introitibus, Proventibus tempore suo, & dictorum Prædecessorum suorum inibi quomodolibet repertis, videlicet Daciis, Theloneis, Vectigalibus, Pædagiis, Guidagiis, Psalmariis, Traversiis, Imbotaribus, Limitationibus, Condemnationibus omnibus etiam Confiscationibus bonorum, & aliis quibuscunque Pontibus, Portubus, Passibus, Aquis, & fluminibus publicis, & privatis Rivis, Rhugeriis, Arastariis, Polesinis, Molendinis, Pischariis, Albergariis, Pratis, Pascuis, Silvis, Nemoribus, Forestis, Venationibus, Territoriis, & Confinibus, nec non mero & mixto Imperio, ac Dominio, & gladii potestate ac quibuscunque aliis regalibus a Nobis, & Sacro Romano Imperio dependentibus auctoritate Cesarea, & de certa scientia damus & concedimus in Feudum, & beneficium nobile, ac ipsum de eis infeudavimus. & investivimus, ac infeudamus, & investimus per presentes ita, & taliter quod ipse, Heredes sui masculi ab eo, ut premittitur, legitime descendentes predictas Terras, Castra, Opida, & Loca cum omnibus suis Juribus, & pertinentiis a Nobis, & Sacro Romano Imperio in Feudum, nobile tenere, ac possidere & eis eorumque Territoriis uti, & frui, & in his plenam, liberam, & omnimodam potestatem exercere, ac omnia & singula onera tam regalia quam personalia, & mixta ibi imponere, exigere, & levare possint, & debent prout natura hujusmodi feudi, & jus Sacri Romani Imperii existit, & quæ alii Romani Imperii Vassalli exercere, & facere possunt comissimus insuper Reverendissimo in Christo Patri Domino Francisco Sanctæ Mariæ Novæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Diacono Cardinali Mantuano Amico & Consanguineo nostro carissimo, ut ab eodem Lodovico Marchione Mantuæ Patre suo nomine, & vice nostri, & Sacri Romani Imperii juxta formam per Nos sibi transmissam consvetum, & corporale ab eo exigat juramentum, quod ipse nobis, & Sacro Romano Imperio fidelis, & obediens erit, & omnia faciat, quæ fidelis Vassallus ratione hujusmodi Feudorum, de Jure & Consvetudine facere tenetur. Quocirca universis & singulis dictarum Terrarum, Castrorum, Opidorum, Villarum, & Locorum Subditis, Civibus, Incollis, & habitatoribus, Pensionariis, Censuariis, Colonis, Rusticis, Agricolis, & aliis quibuscumque districte precipiendo mandamus quatenus prefato Lodovico Marchioni Mantuæ, & ejus heredibus masculis, ut premittitur, tanquam eorum veris, legitimis et Naturalibus Dominis in omnibus, et singulis præmissis pareant, et obediant reverenter exhibeantque in cunctis debitæ fidelitatis obedientiam, reverentiam & honorem nostris tamen, & Sacri Romani Imperii Juribus, si qua in eisdem Terris, Castris, Opidis, aut Locis aut in eorum pertinentiis habere dinoscimur Illesis, & illibatis relervetis, ac nostra & Sacri Romani Imperii superioritate, auctoritate, debita recognitione & cujuscunque Juribus semper salvis, volumus etiam & tenore presentium de prefata Imperiali auctoritate & potestate declaramus, quod si de Civitate Cremonensi contigerit, aliquam personam, seu Communitatem per nos, aut Successores nostros Romanorum Imperatores aut Reges Investiri, aut eisdem in Vicariatum dari, seu etiam aliis datum fuisset cui in hac Parte derogamus, & ex nunc derogatum esse volumus, nec in hujusmodi Investitura, aut Vicariatu intendimus neque volumus predictas Terras, Castra, Opida, Rochas, Fortilicia, & Loca aliqualiter comprehendi Harum Testimonio Litterarum sub nostri Imperialis Majestatis Sigilli appensione munitarum. Datum in Opido nostro Gretz vigesima secunda mensis Aprilis, Anno Domini milleſimo quadringentesimo septuagesimo octavo, Regnorum nostrorum Romani trigesimo nono, Imperii vigesimo septimo, Ungariæ vero vigesimo.

Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium

R.

Jo. Valdner Prothonotarius.

Digitized by Google

XXVII.

Conventio inter Franciſcum de Gonzaga Cardinalem, & Fridericum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem, de facta inter eos permutatione quorundam caſtrorum, villarum atque jurisdictionum agens, d. d. 31. Jul. An. 1478.

In Chriſti Nomine Amen.

ANno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Sixti quarti, & Imperii Ducis, Federici ſacratiſſimi Auguſti, & Imperatoris temporibus, Indictione undecima die Veneris ultimo menſis Julii Mantuæ in domo ſpectabilis quondam Caroli de Agnellis in quondam Camera ſuperiori cubiculari dictæ domus poſitæ in Civitate Mantuæ in Contrata ---- Præſentibus Magnifico, & potenti Viro armorum Ductore Domino Franciſco filio quondam Magnifici Viri Domini Jacobi de Siccis infraſcripti Illuſtriſſimi Domini conſocio Magnifico ac præclariſſimo Juris utriusque Doctore Domino Domino Filio quondam Domini Jacobi de Puellis ejusdem Illuſtriſſimi Domini Conſiliario Spectabili Viro Antonio filio quondam Spectabilis Viri Joannis Filippi de Cataneis, Cive Mantuæ de Contrata Urſi, & Egregio Viro Antonio filio Joannis dicti Triumphi de Salvibenis Notario Gonzagæ, omnibus teſtibus notis, & idoneis ad infraſcripta omnia & ſingula vocatis & ſpecialiter rogatis. Equidem quibus teſtibus prefatus Dominus Franciſcus de Siccis delato ſibi prius juramento per me Notarium infraſcriptum & ab eo præſtito corporaliter manu tactis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia juravit ſe bene cognoſcere ſupraſcriptos ſecum teſtes, & infraſcriptos contrahentes, & de ipſis omnibus & ſingulis plenam habere notitiam & veram cognitionem, ibi Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Ludovicus de Agnellis Apoſtolicæ Sedis Prothonotarius, ac Spectabilis Vir Carolus de Rodiano Nobilis Civis Mantuæ, & ſubnotati Reverendiſſimi Domini Cardinalis Factor generalis ambo Procuratores, & negociorum geſtores, ac Procuratoriis, & geſtoriis nominibus Reverendiſſimi & Illuſt. Domini, Domini Franciſci de Gonzaga filii quondam recolendæ memoriæ Illuſtriſſimi Principis & Excellentiſſimi Domini Domini Ludovici de Gonzaga, Marchionis Mantuæ &c. Sanctæ Mariæ novæ pro Sacroſancta Romana Eccleſia Diaconi Cardinalis, ac Bononiæ Legati &c. ad infraſcripta omnia & ſingula ſimul & conjunctim, ac ſpecialiter & nominatim ad id deputati & conſtituti uti latius conſtat eorum Mandato, & in Bulla Patenti præfati Reverendiſſimi Domini Cardinalis ſcripta ſeu ſubſcripta manu Spectabilis Domini Joannis Petri Arivabeni ſue Reverendiſſime Dominationis Secretarii die decima ſeptima menſis ſupraſcripti cum ſolita Bulla in cera Rubea præfati Reverendiſſimi Domini pendente non abraſa, cancelata, nec viciata ibi per dictos ejus Procuratores preſentata, & a me Notario infraſcripto viſa, & lecta, cujus tenor ſequitur, & eſt talis videlicet:

Franciſcus de Gonzaga, Miſeratione divina Sanctæ Mariæ novæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis Mantuanus, Sedis Apoſtolicæ Bononiæ Legatus, *cum nuper ex Teſtamento inclitæ memoriæ Illuſtr. Principis & Excelſi Domini, Domini Ludovici Marchionis Mantuæ Genitoris noſtri fuerimus Illuſtris Dominus Johannes Franciſcus de Gonzaga Frater noſter, & nos in certis Caſtris & Locis Cremonenſis Dyoceſis ſub Dominio temporali præfati quondam Principis conſtitutis Heredes ſimul inſtituti prout in verbis ipſius Teſtamenti ad que relatio habeatur latius conſtat*; Et in eis inter alia eſt nominatim comprehenſum Caſtrum, ſeu Terra Vitelianæ, quam ex bonis reſpectibus, Illuſtris Princeps, & Excelſus Dominus Federicus, Marchio Mantuæ, etiam Frater noſter Honorandiſſimus, cum Statu & Dominio deſiderans a nobis requiſiverit ut quantum ad nos pertinet, & pro rata noſtra de dicta Terra Viteliana ſibi dimittenda, & aliis locis prout melius videbitur & comodius concordare poſſemus in contracambium dandis, & a nobis accipiendis, conſentire vellemus. Nos qui prefatum Principem, ſincera caritate, ac vero & fraterno cordis affectu complectimur, amamus, & obſervamus & omnia illius deſideria noſtris etiam utilitatibus preponenda inſtituimus, volentes in hoc ſpecialiter ſuæ Excellentiæ quantum in nobis eſt, complacere, & hujusmodi requiſitioni ſatisfacere Reverendiſſimum in Chriſto Patrem Dominum Ludovicum de Agnellis Sedis Apoſtolicæ Prothonotarium, & nobilem Virum Carolum de Rodiano & Factorem noſtrum generalem, de quorum fide, & prudentia ſpecialem in Domino fidutiam obtinemus, abſentes tanquam preſentes, ſimul & conjunctim noſtros Actores, Procuratores, & Syndicos ſpeciales & ſolemnes & quicquid melius dici poteſt omni meliori modo, via, jure & forma quibus validius & efficacius poſſumus harum tenore, quas vim publici, & autentici Inſtrumenti habere decernimus, aſſumimus, conſtituimus, & deputamus, ad cedendum & renunciandum in manibus præfati Principis omni Juri, quod nobis ad vitam noſtram & pro rata parte noſtra vigore dicti Teſtamenti in Caſtro & Terra Vitelianæ ejusque Dominio competebat, & competit de præſenti, illudque libere dimittendum ex cauſa permutationis, cujus vigore iidem Actores, Procuratores, & Sindici noſtri cum prefato Principe de locis in Contra cambium Caſtri, & Terræ ipſius Vitelianæ pro nobis & intereſſe noſtro accipiendis conveniendi & concordandi, & tranſigendi prout eis ſimul, & conjunctim videbitur, liberam & abſolutam habeant facultatem, ſuper quibus omnibus, & ſingulis nominatis ut ſupra ſpeciale, validum & ſolemne mandatum & arbitrium per has noſtras plene, & libere animo deliberato concedimus, & indulgemus etiamſi forte de jure vel Conſuetudine major tam facti, quam verborum expreſſio & ſolempnitas requireretur, quibus non obſtantibus quoad noſtros poſſe procedi per eos ad omnia & ſingula ſuperius expreſſa declaramus, & conſentimus, Nos enim quidquid per eos in præmiſſis omnibus & ſingulis dictum, tractatum, geſtum & concluſum fuerit, ratum habebimus, omni exceptione remota, & ad id de novo

ratificandum nos ipsos per presentes pariter obligamus. In quorum fidem presentes Litteras fieri, & registrari, nostrique majoris sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. Datum Bononiæ in Pallatio residentiæ nostræ, die decima septima Julii millesimo quadringentesimo septuagesimo octava, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Sixti, Divina Providentia Papæ quarti Anno septimo Joannes Petrus Arivabenus Secretarius de Mandato', Volentes pro fraterni amoris conservatione, quantum fieri potest, præfati Reverendissimi Domini Cardinalis & subnotati Illustr. Domini Marchionis vota adimplere, non vi, non metu, nec aliquo alio juris vel facti errore ducti sed potius sponte & ex certa scientia animoque bene & optime deliberato omnibus melioribus modo, via, jure, forma, & causa quibus melius potuerunt, & possunt titulo & nomine permutationis & contracambii dederunt, cesserunt, transtulerunt, & mandaverunt, expresseque renuntiaverunt, remiserunt, & refutaverunt spectabili Viro Johanni de Cattaneis filio quondam spectabilis Viri Joannis Filippi de Cattaneis Civis Mantuæ de Contrata Camelli præfati Illustrissimi Domini Domini Federici Marchionis Mantuæ &c. Factori generali, nec non mihi Antonio de Cornice Notario subnotato personæ publicæ ambobus præsentibus, stipulantibus, & recipientibus ad beneficium comodum & utilitatem præfati Illustrissimi Domini, Domini Federici, & Hæredum ejus omnia & singula jura omnesque actiones rationes & defensiones, reales & personales, utiles & directas, mixtas & hipothecarias civiles & pretorias, ac convencionales, tacitas & expressas, ac cujuscunque generis & maneriei, quæ, quas, quales, & quantas præfatus Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis quomodocumque & qualitercumque habere pretendebat, & pretendit, talia qualia sint in dimidia pro indiviso Castri, & Terræ ac Dominii Vitelianæ Dyocesis Cremonensis & Districtus Mantuæ, cum omnibus & singulis juribus, Jurisdictionibus, mero & mixto imperio, emolumentis, prerogativis, datiis, aquis, pascuis & regaliis, ac omnibus & quibuscunque pertinentiis ejusdem Castri & Terræ Vitelianæ sibi quomodocumque, & qualitercumque spectantibus, ac debitis, solitis & consvetis, & tam virtute certi asserti Testamenti, ut dicitur, conditi per prælibatum Illustrissimum quondam Dominum Ludovicum Genitorem suum, qua alia quacumque ratione & causa, exceptis dumtaxat possessione sita in Territorio dicti Castri, & possessione sita in Territorio Caballariæ cum pratis Casalcucoli, sive Belleguardæ potestariæ dicti Castri Vitelianæ, quas prædicti Reverendus Dominus Prothonotarius, & Carolus de Rodiano Procuratores, & Procuratoriis nominibus quibus supra pro dimidia pro indiviso prefato Reverendissimo Domino Francisco Cardinali cum earum pertinentiis reservaverunt & retinuerunt, & constituerunt prædicti Procuratores Procuratoriis nominibus quibus supra antedictum Illustrisimum Dominum Federicum licet absentem Procuratorem suum, ut in rem suam propriam & posuerunt eum in locum ipsius Reverendissimi Domini Cardinalis Fratris sui, ita quod amodo idem Illustrissimus Dominus Federicus dictis actionibus, juribus & defensionibus commoditatibus, & emolumentis sic valeat agere, petere, causari, experiri, vendicare, prosequi, consequi, excipere, opponere, defendere, & se tueri, ac omnia, & singula alia dicere, facere, & exercere, in judicio, & extra, que & quemadmodum prefatus Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis dicere, facere & exercere poterat, & potuisset in dictis Castro, & Terra, ejus Dominio, & juribus datis, cessis & renunciatis titulo quo supra, & ut supra ante presentem permutationem, cesionem, renunciam, refutationem & stipulationem, quibus quidem permutatione, cessione, renuncia, & refutatione sic peractis antedictus Joannes de Cataneis Factor & Procurator prælibati Illustrisimi Domini Federici, uti de illius procura, & mandato latius constat Instrumento rogato per me Notarium infrascriptum die decima septima mensis Junii proxime decursi, volens de aliis locis & juribus, eidem Reverendissimo Domino Cardinali providere, ex quibus majorem utilitatem, & uberiores redditus percipiat & percipere posit quam ex dicta Terra Vitelianæ cum dictis suis Juribus, et pertinentiis percipisset pro rata sua Procuratorio nomine ejusdem Illustrisimi Domini Federici titulo, et nomine permutationis, et contracambii, non vi, non metu, nec aliquo alio Juris, vel facti ductus errore, sed sponte et ex certa scientia animoque bene pensato, et deliberato, ac omnibus aliis melioribus modo, via, jure, forma, et causa quibus melius, et validius potuit, et potest, dedit, cesit, transtulit, et mandavit, expresseque remisit, renuntiavit, et refutavit predictis Reverendo Domino Ludovico Agnello Prothonotario, et Carolo de Rodiano Procuratoribus, et Procuratoriis nominibus antelati Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis et pro illius Hæredibus presentibus, stipulantibus, et recipientibus, ac expresse acceptantibus ad ipsius Reverendisimi Domini Cardinalis, et Hæredum ejus commodum, beneficium et utilitatem omnia et singula jura, ac omnes et singulas actiones, rationes et defensiones reales, et personales, utiles, directas, civiles, pretorias, et convencionales, ac tacitas et expressas, ac cujuscunque alterius generis et maneriei quæ quas, quales, et quantas prefatus Illustrisimus Dominus Federicus habet, habebat, et quomodocumque et qualitercumque habere posset, poterat, et potuisset pro dimidia pro indiviso in infrascriptis Castris, Terris, et Possesionibus videlicet: Primo in Terra & Castro Sancti Martini ab Agere Dioceſis Cremonensis cum ejus Dominio, mero & mixto Imperio, ac cum omnibus & singulis juribus, Jurisdictionibus emolumentis, prerogativis, datiis, & regaliis, solitis & consuetis, ac quibuscumque pertinentiis dicti Castri, & Terræ sibi quomodocunque, & qualitercunque spectantibus, & pertinentibus: Item in Terra, & Loco Gazoli Tinacii dictæ dyoceſis cum ejus Dominio, ac mero & mixto Imperio, ac omnibus & singulis juribus, Jurisdictionibus, emolumentis, prerogativis, daciis & regaliis solitis & consuetis, ac quibuscunque pertinentiis dictæ

Ter-

Digitized by Google

Terræ, & Loci sibi quomodocumque & qualitercumque spectantibus & pertinentibus & etiam cum utilitate & introitu Portus qui est in flumine Olii, per quem fit transitus ad dictam Terram Gazoli quem introitum dictus Joannes de Cattaneis dicto nomine voluit propterea perpetuo in futurum pro dimidia esse prædicti Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis & Heredum ejus, salva tamen semper dicti Portus Proprietate, & directo Dominio quam, & quod dictus Joannes dicto nomine pro prefato Illustrissimo Domino Federico, & Hæredibus suis, tanquam de Portu Marchionatui, & Jurisdictioni Mantuæ subjecto reservavit, & declaravit esse, & debere in perpetuum restare de Dipceli districtu & Territorio Mantuæ: Item in Terra & Loco Comesadii Dyocesis Cremonensis, ac in ejus Canali, sive flumine cum mero & mixto imperio, & cum omnibus, & singulis suis juribus, & Jurisdictionibus, emolumentis, prerogativis, daciis, & regaliis solitis & consuetis, ac quibuscunque pertinentiis dictæ Terræ Comesadii sibi quomodocumque & qualitercumque spectantibus & pertinentibus: Item in Castro & Terra Rotingi Marchionatus Mantuæ cum ejus Dominio, ac cum omnibus, & singulis suis juribus. Jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, emolumentis, prærogativis, daciis & regaliis, solitis & consuetis, ac quibuscunque pertinentiis dicti Castri, & Terræ sibi quomodocumque, & qualitercumque spectantibus & pertinentibus, nec non in possessione veteri dictæ Terræ Rotingi, quam alias prælibatus Illustrissimus Dominus Federicus habuit a præfato Illustrissimo quondam Genitore suo, & cum Molendino in dicta Terra constructo, ac omnibus Juribus dicto Molendino spectantibus, & pertinentibus, nec non cum facultate, et libertate irrigandi, et adaquandi, seu irrigari et adaquari faciendi dicta Possessione ex aqua Seriolæ inde discurentis similiter et cum jure exigendi libras centum viginti octo et solidos septem cum dimidio parum Mantuæ ab his qui hactenus emerunt de dicta Aqua, reliquo Jure dictæ Aquæ cum ejus, et dictæ Seriolæ integra proprietate remanente prefato Illustrissimo Domino Federico, cui, et cujus Hæredibus dictus Factor dicto nomine, et Juris residuum cum dicta proprietate reservavit: ita tamen quod facta debita adaquatione dictæ Possessionis aqua ipsius Seriolæ discurrere habeat, et debeat ad foveam Seralii Mantuæ more solito, et ad Curiam Curtatoni, et etiam quo prefatus Illustrissimus Dominus Federicus, et ejus Hæredes voluerunt, quodque per hujusmodi irrigationis et adaquationis concessionem, similiter et juris exigendi quantitatem denariorum superius expressam nullum præjuditium factum intelligatur, nec fieri debeat, nec possit his quitam ex decretis ipsius Illustrissimi Domini Federici quam prefati Illustrissimi quondam Genitoris sui, vel predecessorum suorum uti possunt dicta aqua, item et in Possessionem Vilimpentæ Dyocesis Veronæ, et Districtus Mantuæ, excepta tamen semper omni recognitione quam facturi essent homines dictæ Terræ Villimpentæ, vel alii quicunque, quam dictus Joannes Factor dicto nomine pro prefato Illustrissimo Domino Federico, et Hæredibus suis reservavit, et reservat, ac etiam excepta cognitione quæ fit, seu fieri debet, ac Reverendo Domino Abbate Sancti Zenonis de Verona, quam similiter dictus Factor dicto nomine præfato Illustrissimo Domino Federico, et Hæredibus suis reservavit, et reservat, quam Possessionem idem Joannes Factor et Procurator, et Procuratorio nomine quo supra antedictis Reverendo Domino Ludovico de Agnellis Prothonotario, et Carolo de Rodiano Procuratoriis nominibus præfati Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis presentibus, et acceptantibus liberam et expeditam ab omni onere ficti dritti vel census alicujus, seu alterius obligationis, vel Servitutis una cum Partis Valarsæ dictæ possessioni deputatis, et quæ per laboratores dictæ Possessionis teneri, et seccari consueverunt, dedit, et assignavit his tantummodo de dicta possessione exceptis videlicet, Campagnatio, Accufis, Affictu Molendini traversia, datio ad ingressum taberna, et beccaria, ac nemoribus, et herbatico, nec non affictibus Castri dictæ Terræ, quæ omnia ista dictus Joannes Factor dicto nomine pro præfato Illustrissimo Domino Federico, et Heredibus ejus reservavit, et in præsenti permutatione, cessione, renuncia, et refutatione minime comprehendi voluit, nec comprehensa intelligantur. Et constituit præfatus Johannes Factor dicto nomine prænominatum Reverendum Dominum Franciscum Cardinalem licet absentem Procuratorem suum, ut in res suas proprias, et posuit illum in locum præfati Illustrissimi Domini Federici. Itaque de cætero prefatus Reverendissimus Cardinalis dictis nominibus, dictis Juribus, et defensionibus, ac emolumentis et comoditatibus, sic valeat agere, petere, causari, experiri, vendicare, prosequi, consequi, excipere, opponere, defendere, et se tueri, ac omnia et singula dicere, facere et exercere in judicio, et extra et prout et quemadmodum prefatus Illustrissimus Dominus Federicus dicere, facere, et exercere poterat, et potuisset ante presentem permutationem cessionem, renunciam et refutationem; Hoc tamen pacto inter ipsas Partes solemni stipulatione firmato, et valato, et tam in principio quam in medio, et fine hujus Contractus repetito, quod Castra prædicta dicteque Possessiones cum Juribus, et aliis antedictis, salvis semper reservationibus de quibus supra quo ad fideicommissum, et substitutionem contentum et contentam in dicto asserto Testamento pro dimidia, pro indiviso subrogata et subrogatæ sint, ac cedant intelliganturque ipso jure, et facto subrogata, et subrogate pro dicto Castro, et Terra Vitalianæ, et loco dicti Castri Vitalianæ, ac eo modo, forma fideicommisso, & substitutione quibus, ut asseritur in ipso asserto Testamento, ipsum Castrum Vitalianæ subjacebat, & suppositum erat. Itaque predicta substitutio, & fideicomissum intelligatur effectualiter in omnibus suis partibus inserta, & repetita, ac insertum & repetitum in presenti instrumento, & in qualibet sui parte, hac etiam protestatione premissa tam in principio, quam in medio & fine hujus Contractus semper repetita, quod per præsentem permutationem, cessionem, renunciam, & refutationem non intelligatur ad ipsorum Bonorum dationem & traditionem quomodocunque deventum esse nec eorum traditionem factam fuisse nisi auctoritas Imperialis interveniat in his,

in quibus de jure intervenire debet, & non aliter, nec alio modo quam protestationem dictus Joannes Factor Procuratorio nomine præfati Illustrissimi Domini Federici pro repetita ut supra semper voluit, & mandavit. Quas quidem permutationes, cessiones, renuncias, & refutationes mutuas factas, ut præmittitur, dicti Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius, & Carolus de Rodiano Procuratoriis nominibus prælibati Reverendissimi Domini Cardinalis & per Hæredes illius, dictusque Joannes de Cattaneis Factor Procuratorio nomine prefati Illustrissimi Domini Federici & per illius Hæredes sibi dictis nominibus mutuo & vicissim & una pars alteri solemni stipulatione hinc inde interveniente stipulanti & recipienti nominibus quibus supra, & etiam utraque ipsarum Partium mihi Notario infrascripto personæ publicæ præsenti, stipulanti & recipienti, nominibus & vice præfatorum Illustrissimi Domini Federici & Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis Heredumque utriusque ipsorum, singula singulis congrue referendo, ac omnium & singulorum quorum interest, aut quomodolibet intererit in futurum, promiserunt firmas, ratas, & gratas habere, tenere, attendere & observare cum omnibus, & singulis suprascriptis, & infrascriptis, & in præsenti Instrumento contentis, insertis & appositis, & in nullo umquam contrafacere, vel contravenire prætextu doli, fraudis, lesionis, & deceptionis non modice, seu enormis, vel magnæ per se, vel alium seu alios aliqua ratione vel causa, modo, vel ingenio de jure, vel de facto, nec etiam de dictis juribus, & actionibus cum aliis premissis permutatis, cessis, renuntiatis, & refutatis, ut ante, salvis semper, & repetitis omnibus suprascriptis, nullo umquam tempore in futurum litem, vel controversiam, causam, vel quæstionem non inferre de toto, vel de parte aliqua, nec inferenti, vel inferentibus, seu inferre volentibus consentire, sed illa, & quelibet eorum, illorumque partem qualibet sibi mutuo & vicissim, & una Pars alteri, & e converso, & Hæredibus eorum singula singulis referendo, totiens quotiens opus fuerit perpetuo legitime defendere, auctorizare, & desbrigare ab omni persona communi Potestate, Collegio & Universitate in Juditio, & extra omnibus illius Partibus ipsarum Partium cujus interierit damnis, interesse, & expensis, sub pena dupli omnium & singulorum damnorum interesse, & expensarum litis & extra. Que pœna totiens comittatur & exigi possit cum effectu quotiens in præmisis vel aliquo premissorum contrafactum fuerit vel contraventum, & qua pœna soluta vel non, semel aut pluries nihilominus presens Contractus in qualibet sui parte plenam sortiatur roboris firmitatem. Pro quibus omnibus & singulis firmiter attendendis, & plenius observandis prefati Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius & Carolus de Rodiano Procuratoriis nominibus quibus supra bona omnia et singula prefati Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis præsentia, et futura, dictusque Joannes de Cattaneis Factor Procuratorio Nomine quo supra Bona omnia et singula prefati Illustrissimi Domini Federici presentia et futura sibi dictis nominibus vicisim, et una Pars alteri et e converso mutuis promissionibus obligaverunt, et renuntiaverunt exceptioni per eos non sic factæ presentis mutuæ permutationis, cessionis, renunciationis, & refutationis, nec non promissionis pene & obligationis cum omnibus, & singulis suprascriptis, & in præsenti Instrumento contentis presentisque non celebrati Contractus modo, & forma quibus supra legitur, & scriptum est, ac exceptioni doli mali, quod vi aut metus causa in factum actioni condictioni indebiti sine causa vel ex injusta non vera & non legitima causa & omni, & cuilibet alii eorum juri & beneficio legum, ac Statutorum auxilio ipsis, vel alteri eorum in premissis competenti, vel aliqualiter competituro. Et insuper præfati Reverendus Dominus Ludovicus Prothonotarius, & Carolus de Rodiano suis propriis nominibus promiserunt supra scripto Joanni de Cattaneis, Factori & Procuratori antedicto ac mihi Notario infrascripto personæ publicæ presentibus, stipulantibus, & recipientibus nomine, & vice præfati Illustrissimi Domini Federici, & pro illius Hæredibus, idemque Joannes de Cattaneis suo proprio nomine promisit præfatis Reverendo Domino Ludovico, & Carolo de Rodiano, & mihi Notario infrascripto personæ publicæ præsentibus, stipulantibus, & recipientibus nomine, & vice præfati Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis, & pro illius Hæredibus se se ita, & taliter facturos, & cum effectu curaturos. S. ipsi D. Ludovicus Agnellus, & Carolus de Rodiano, quod præfatus Reverendissimus Dominus Franciscus Cardinalis & dictus Joannes de Cattaneis quod præfatus Illustrissimus Dominus Federicus prædictam permutationem, cessionem, renunciam & refutationem cum omnibus, & singulis superius expressis ratificabunt, approbabunt, & emologabunt in forma valida, & per publica instrumenta suis clausulis, & solemnitatibus necessariis & opportunis roborata, & manibus publicorum Notariorum de illis rogatorum scripta sub obligatione omnium & singolorum ipsorum Domini Ludovici, Caroli & Joannis Bonorum presentium, & futurorum, & demum predictus Dominus Ludovicus manu posita super pectus ejus in ejus conscientia dictusque Carolus ad delationem mei Notarii infrascripti manu tactis Scripturis ad sancta DEi Evangelia juraverunt in animam prefati Reverendissimi Domini Francisci Cardinalis dictusque Joannns ad mei delationem manu tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia juravit in animam prefati Illustrissimi Domini Federici predicta omnia, & singula fuisse, & esse vera eaque proprio attendere & observare & nullatenus contrafacere, nec contravenire aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sub pœna & obligationibus præmissis, & sub virtute & vinculo presentis juramenti.

Ego Valerius Filius Egregii Viri Laurentii de Scottis de Placentia publicus Imperiali auctoritate Notarius, prescriptum Instrumentum permutationis rogatus & abreviaturus per Egregium Virum Antonium de Cornice infrascriptum Notarium publicum Mantuæ de sui commissione, & Mandato ex suis principalibus abbreviaturis fideliter transcripsi, & in hanc publicam formam redegi.

Digitized by Google

redegi. Et quia una cum dictis abbreviaturis averavi, & in omnibus concordare reperi, ideo me cum attestatione mea consueta in fidem, & robur præmissorum subscripsi.

Ego Antonius filius quondam providi Viri Ser. Christofori de Cornice Civis Mantuæ publicus Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius suprascriptum Instrumentum mutue cessionis, renuntiationis & refutationis, de quo rogatum extiti a meis abbreviaturis per antedictum Valerium de Scottis Notarium relevari, & in premissam formam publicam redigi feci. Et quia illud una cum ipsis abbreviaturis averatum in effectu concordare reperi, ideo me cum solita attestatione subscripsi.

XXIIX.

Iterata permutatio indivisæ partis Castri, terræ & jurisdictionis Vintelianæ, nomine Joannis Francisci de Gonzaga, per Dominam Barbaram, Marchionissam Mantuæ, Matrem & Procuratricem ejus, facta cum Friderico de Gonzaga, Mantuæ Marchione, d. d. 31. Jul. Anno 1478.

In Christi Nomine Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo Pontificatus Sanctissimi Domini nostri Papæ Sixti quarti & Imperii Ducis Federici Sacratissimi Augusti & Imperatoris temporibus Indictione undecima, die Veneris, ultimo mensis Julii in Camera Cubiculari domi residentiæ subnotatæ Illustrissimæ Dominæ Barbaræ in Burgo Sancti Georgii suburbii Mantuæ presentibus Magnifico & potenti Milite Domino filio quondam Magnifici Domini Jacobi de Siccis, Armorum ductore &c. Ac subnotati Illustrissimi Domini nostri consocio Magnifico, ac præclarissimo Juris utriusque Doctore, Domino Domino filio quondam eximii Legum Doctoris Domini Jacobi de Puellis de Parma ejusdem Illustrissimi Domini Consigliario, nec non spectabilibus Viris Domino Jacobo filio quondam Zilioli de Palatio Cive Mantuæ de Contrata . . . . . Carolo filio quondam Spectab. Militis Domini Joannis Marci de Rodiano Reverendissimi Domini Domini Cardinalis Mantuani de Gonzaga, Factore generali, Cive Mantuæ de Contrata Griffonis, Antonio filio quondam Spectab. Viri Joannis Philippi de Cattaneis Cive Mantuæ de Contrata Camelli, & Aluisio filio quondam Spectab. Viri Joannis Donati de Pretis Cive Mantuæ de Contrata Pusterlæ & infrascriptæ Dominæ Secretario omnibus Testibus notis & idoneis ad infrascripta vocatis, & rogatis. E quibus quidem Testibus præfatus Magnificus Dominus Franciscus delato sibi prius juramento per me Notarium infrascriptum, & ab eo præstito corporaliter manu tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia juravit se bene cognoscere suprascriptos secum testes & infrascriptos contrahentes, & de ipsis omnibus, & singulis plenam habere notitiam, & veram cognitionem. Ibi Illustrisima & Excellentisima Domina Barbara Marchionissa Mantuæ &c. uxor quondam recolendæ Illustrissimi Principis memorie & Excellentissimi Domini Ludovici de Gonzaga Marchionis Mantuæ &c. ut & tanquam Procuratrix & negotiorum gestrix specialiter & nominatim ad id deputata & constituta Illustrissimi Domini Domini Joannis Francisci de Gonzaga Marchionis &c. filii quondam prefati Illustrissimi Domini Domini Ludovici & ex ipsa Illustrissima Domina nati ut latius constat mandato in eam facto per Instrumentum publicum rogatum & scriptum per Antonium de Salimbenis Notarium publicum Mantuæ die vigesimo septimo mensis suprascripti ibi coram prædictis Testibus exhibito & a me Notario infrascripto viso, & lecto, cujus tenor sequitur, & est talis:

In Christi Nomine, Amen.

ANno Domini a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, Indictione undecima die Lunæ vigesimo septimo mensis Julii tempore Serenissimi Principis, & Domini, Domini Federici Ducis divina favente Clementia Romanorum Imperatoris & semper Augusti, in Castro & in Palatio Gonzagæ, Dyocesis Reginæ, & Districtus Mantuæ præsentibus Nobili Viro Antonio filio quondam Domini Joannis Philippi de Cattaneis Juliano filio quondam Ser. Antonii Burgi, Cive Mantuæ, & Domino Bertholameo filio quondam Domini Joannis de Riveriis de Placentia Testibus ad infrascripta omnia & singula vocatis, & rogatis per me Notarium infrascriptum asserentibus se congnoscere infrascriptos Illustrisimos Dominos Constituentem & constitutam, & de ipsis habere cognitionem, ibi Illustrisimus Dominus Joannes Franciscus Filius quondam Illustrisimi, & Excellentisimi Domini Domini Ludovici de Gonzaga olim Marchionis Mantuæ, omni meliori modo, via, jure, & forma, causa, & lege, quibus melius efficacius dici & esse potest, fecit, constituit, creavit, & ordinavit illustrisimam & Excellentisimam Dominam, Dominam Barbaram, Marchionissam ejus Genitricem, ac Uxorem quondam recolendæ memoriæ præfati Illustrisimi Domini Domini Ludovici Marchionis, absentem tanquam presentem suam certam Nunciam, & missam Factricem, Procuratricem & infrascriptorum negotiorum gestricem, & quicquid aliud melius, validius, & efficacius fieri, dici, & esse potest specialiter, nominatim & expresse ad permutandum sive permutationem, vel contra cambium faciendum cum Illustri Principe & Excelso Domino, Domino Federico de Gonzaga Marchione Mantuæ &c. ipsius Illustrisimi Domini constituentis Fratre de Castro Vitelianæ cum ejus jurisdictione & pertinentiis in aliis Castris, seu Villis; & Possessionibus prefati Illustrisimi Principis Domini Federici & ad quocunque titulo cedendum renunciandum, remittendum, refutandum, & mandandum omnia jura & omnes actiones ge-

Digitized by Google

neris cujuscunque, quæ, & quas præfatus Dominus constituens habere prætendit, & seu quomodocunque & qualitercunque habere poterat, & quæ sibi quavis ratione, & causa spectare, & pertinere prætendit præfato Illustrissimo Domino nostro Domino Federico, aut cuicumque alio suo Nuncio, & Mandatario ipsumque illustrem Dominum Federicum, Procuratorem suum ut in rem suam propriam constituendum & eum in loco ipsius Illustrissimi Domini Constituentis ponere. Et super ipsius omnibus & singulis si opus fuerit, & requisitum unum, & plura Instrumenta suis debitis clausulis, & solemnitatibus necessariis, & opportunis & cum Bonorum omnium ipsius Illustrissimi Domini Constituentis obligatione juramentoque corporali in animam ipsius Illustrissimi Domini Constituentis in forma solita & consueta faciendum tractandum & rogari faciendum, & generaliter ad omnia alia & singula dicendum, faciendum procurandum & exercendum quæ in præmissis & quolibet præmissorum, tam de jure quam de consuetudine quomodolibet necessaria, & opportuna, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent speciale, quæ hic pro expressis dictus illustrissimus Dominus Constituens haberi voluit dans & concedens præfatæ Illustrissimæ Procuratrici & Negociorum suorum gestrici, ut ante plenum, liberum, generale, & speciale mandatum, cum plena, libera, generali & speciali administratione dicendi, faciendi, procurandi, & exercendi in prædictis circa prædicta & quodlibet prædictorum prout dictæ Illustrissimæ Dominæ Procuratrici & Negociorum suorum gestrici videbitur & placuerit, & prout & quemadmodum ipse Illustrissimus Dominus Constituens dicere, facere, & exercere posset si ipsis omnibus personaliter interesset, solemniterque promisit, mihi Notario infrascripto personæ publicæ præsenti, stipulanti, & recipienti, nominibus & vice præfatæ Illustrissimæ Dominæ suæ Procuratricis & Negociorum gestricis ac omnium & singulorum aliorum quorum interest, vel quomodolibet interesse poterit, se perpetuo & omni tempore habiturum firmum, ratum & gratum omne id totum, et quicquid per dictam Illustrem Dominam ejus Procuratricem, et negociorum gestricem, dictum, factum, gestum, et procuratum fuerit in præmissis, circa præmissa et quodlibet præmissorum sub obligatione omnium Bonorum ipsius Illustrissimi Domini Constituentis presentium et futurorum.

Ego Antonius Salimbenus filius Nobilis Viri Joannis dicti Triumphi Civis Mantuæ publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptis omnibus et singulis præsens fui, et rogatus scribere scripsi. Volens pro Fraterni amoris conservatione quantum fieri potest, prefati Illustrissimi Domini Joannis Francisci & subnotati Illustrissimi Domini Marchionis vota adimplere non vi, non metu nec aliquo alio jure vel facti errore ducta, sed potius sponte & ex certa scientia animoque bene, & optime deliberato omnibusque meliobus modo, via, jure, forma, & causa quibus melius potuit, & potest titulo, & nomine permutationis, & contracambii dedit, cessit, transtulit & mandavit, expresseque renunciavit, remisit, refutavit Spectabili Viro Joanni de Cattaneis Civi Mantuæ de Contrata Camelii prefati Illustrissimi Domini Domini Federici Marchionis Mantuæ Factori generali, nec non mihi Antonio de Cornice Notario subnotato personæ publicæ ambobus præsentibus, stipulantibus & recipientibus ad beneficium, comodum & utilitatem prælibati Illustrissimi Domini Domini Federici & hæredum ejus, omnia & singula jura omnesque actiones, rationes, & deffensiones reales & personales, utiles & directas, mixtas & hypothecarias civiles & prætorias ac conventionales, tacitas, & expressas, ac cujuscunque generis & haneriei quæ, quas, quales, & quantas præfatus Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus quomodocunque habere pretendebat, & prætendit, talia, qualia sint in dimidia pro indiviso Castri, ac Terræ & Dominii Vitelianæ Diocesis Cremonæ, & Districtus Mantuæ cum omnibus & singulis Juribus, Jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, emolumentis, prerogativis, Aquis, Daciis, Pascuis, & regaliis, ac omnibus, & quibuscunque pertinentiis ejusdem Castri, & Terræ Vitelianæ, sibi quomodocunque & qualitercunque spectantibus & pertinentibus, ac debitis, solitis, & consuetis, & tam virtute certi asserti Testamenti, ut dicitur, conditi per prælibatum Illustrissimum quondam Dominum Ludovicum, Genitorem suum, qua alia quacunque ratione, & causa exceptis dumtaxat possessione sita in Territorio dicti Castri & possessione sita in Territorio Caballariæ, cum pratis Casalcugoli sive Belleguardæ Potestariæ, dicti Castri Vitelianæ, quas prædicta Illustrissima Domina Procuratrix & Negociorum gestrix, ut antedicto nomine pro dimidia, pro indiviso præfato Illustrissimo Domino Joanni Francisco cum earum pertinentiis retinuit & reservavit & constituit predicta Illustrissima Domina Procuratrix, & negotiorum gestrix Procuratorio, & gestorio nomine quo supra antedictum Illustrissimum Dominum Federicum licet absentem Procuratorem suum ut in rem propriam suam, & posuit eum in locum ipsius Illustrissimi Domini Joannis Francisci Fratris sui. Itaque a modo idem Illustrissimus Dominus Federicus dictis actionibus, juribus & deffensionibus, comoditatibus, & emolumentis sic valeat agere, petere, causari, experiri, vendicare prosequi consequi, excipere, opponere, deffendere, & sotueri, ac omnia, & singula alia dicere, facere, & exercere, in juditio, & extra, quæ, & quemadmodum præfatus Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus dicere, facere, & exercere poterat, ac potuisset in dictis Castro & terra ejus Dominio, & juribus datis, cessis & renunciatis, titulo quo supra, & ut supra ante presentem permutationem, cessionem, renunciam, refutationem, & stipulationem. Quibus quidem permutatione, cessione, renuncia & refutatione sic pactis antedictus Joannes de Cattaneis Factor, & Procurator prelibati Illustrissimi Domini Federici, ut de illius Procura, & mandato latius constat, Instrumento rogato per me Notarium infrascriptum die decima septima mensis Junii proxime præteriti, volens de aliis locis, & juribus eidem

pro-

Digitized by Google

providere ex quibus majorem utilitatem, & uberiores redditus percipiat & percipere posſit, qua ex dicta Terra Vitalianæ cum dictis ſuis juribus, et pertinentiis percepiſſet pro rata ſua Procuratorio nomine ejusdem Illuſtriſſimi Domini Federici, titulo, et nomine permutationis et Contracambii, non vi, non metu, nec aliquo alio jure, vel facti ductus errore, ſed ſponte ex certa ſcientia animoque bene penſato, et deliberato, ac omnibus aliis melioribus modo, via, jure, forma, et cauſa quibus melius, et validius potuit, et poteſt, dedit, ceſſit, tranſtulit et mandavit, expreſſeque remiſit, renunciavit et refutavit prefatæ Illuſtriſſime Dominæ Barbaræ Procuratorio, et geſtorio nomine antedicti Illuſtriſſimi Domini Joannis Franciſci, et pro illius Hæredibus preſenti, ſtipulanti et recipienti ac expreſſe acceptanti ad ipſius Illuſtriſſimi Domini Joannis Franciſci et Hæredum ejus comodum, beneficium et utilitatem, omnia, et ſingula jura, ac omnes et ſingulas actiones, rationes, et deffenſiones reales et perſonales, utiles et directas, civiles, pretorias legales & conventionales, tacitasque & expreſſas ac cujuscunque alterius generis & manerei, quæ, quas, quales, & quantas prefatus Illuſtriſſimus Dominus Federicus habet, habebat, aut quomodocunque & qualitercunque habere poſſet, poterat, & potuiſſet pro dimidia, pro indiviſo in infraſcriptis Caſtris, Terris, & Poſſeſſionibus, videlicet primo in Terra & Caſtro Sancti Martini ab Aggere Diocefis Cremonae cum ejus Dominio, ac mero & mixto Imperio, ac cum omnibus & ſingulis jurisdictionibus, emolumentis, prærogativis, daciis, & regaliis, ſolitis & conſuetis, ac quibuscunque pertinentiis dicti Caſtri & Terræ ſibi quomodocunque & qualitercunque ſpectantibus & pertinentibus: Item in Terra & loco Gazoli Tinacii dictae Diocefis cum ejus Dominio, ac mero & mixto imperio, ac omnibus, & ſingulis juribus, jurisdictionibus, emolumentis, prerogativis, daciis & regaliis, ſolitis & conſuetis ac quibuscunque perinentiis dictae Terrae, & loci ſibi quomodocunque & qualitercunque ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam cum utilitate, & introitu Portus, qui eſt in flumine Olii, per quem fit tranſitus ad dictam Terram Gazoli, quem Introitum dictus Joannes de Cattaneis dicto nomine voluit perpetuo in futurum pro dimidia pro indiviſo eſſe prefati Illuſtriſſimi Domini Joannis Franciſci, & Hæredum ejus, ſalva tamen ſemper dicti Portus proprietate & directo Dominio, quam, & quod dictus Joannes dicto nomine pro prefato Illuſtriſſimo Domino Federico & Hæredibus ſuis tanquam de Portu Marchionatui, & jurisdictioni Mantuæ ſubjecto reſervavit, & declaravit eſſe & debere in perpetuum reſtare de Diocefis Diſtrictu, & Territorio Mantuano; item in Terra & loco Commeſſadii Diocefis Cremonæ ac in ejus Canali ſive flumine, ac mero & mixto Imperio, & cum omnibus, & ſingulis ſuis juribus, & jurisdictionibus, emolumentis, prerogativis, daciis, & regaliis, ſolitis & conſuetis ac quibuscunque pertinentiis dictæ Terræ Commeſſadii ſibi quomodocunque & qualitercunque ſpectantibus & pertinentibus: Item in Caſtro et Terra Rotingi Marchionatus Mantuæ cum ejus Dominio ac cum omnibus & ſingulis ſuis juribus, jurisdictionibus, mero & mixto Imperio, emolumentis, prerogativis, daciis, & regaliis ſolitis, & conſuetis, ac quibuscunque pertinentiis dicti Caſtri, & Terræ ſibi quomodocunque, et qualitercunque ſpectantibus, & pertinentibus nec non in poſſeſſione veteri dictæ Terrae Rotingi, quam alias praelibatus Illuſtriſſimus Dominus Federicus habuit a præfato Illuſtriſſimo quondam Genitore ſuo, & cum Molendino in dicta Terra conſtructo, ac omnibus juribus dicto Molendino ſpectantibus, et pertinentibus, nec non cum facultate et libertate irrigandi & adaquandi, ſeu irrigari & adaquari faciendi dictam Poſſeſſionem ex aqua Seriolæ inde diſcurrentis, ſimiliter & cum jure exigendi libras centum viginti octo, & ſoldos ſeptem cum dimidio parum Mantuæ ab his qui hactenus emerunt de dicta aqua, Reliquo jure dictæ aquæ cum ejus, et dictæ Seriolæ integra Proprietate remanente prefato Illuſtriſſimo Domino Federico cui, et cujus Hæredibus dictus factor dicto nomine id jure reſiduum cum dicta proprietate reſervavit; Ita tamen quod facta debita adaquatione dictæ Poſſeſſioni aqua ipſius Seriolæ diſcurrere debeat, habeat et debeat ad Foveam Seralii Mantuæ more ſolito, et ad curiam Curtatoni et etiam quo prefatus Illuſtriſſimus Dominus Federicus et ejus Hæredes voluerint, quodque per hujusmodi irrigationis et adaquationis conceſſionem ſimiliter, et jure exigendi quantitatem denariorum ſuperius expreſſam nullum præjuditium factum intelligatur, nec fieri debeat, nec poſſit his, qui tam ex decretis ipſius Illuſtriſſimi Domini Federici, quam praefati Illuſtriſſimi quondam Genitoris ſui, vel Prædeceſſorum ſuorum uti poſſunt dictæ Aqua: Item et Poſſeſſione Villimpentae Diocefis Veronæ et Diſtrictus Mantuæ, excepta tamen ſemper omni recognitione quam facturi eſſent homines dictæ Terre Villimpente, vel alii quicunque, quam dictus Joannes Factor dicto nomine pro prefato Illuſtriſſimo Domino Federico & Hæredibus ſuis reſervavit, & reſervat, ac etiam excepta recognitione quæ fit ſeu fieri debet à Reverendo Domino Abbate Sancti Zenonis de Verona, quam ſimiliter dictus factor dicto nomine prefato Illuſtriſſimo Domino Federico, & ſuis Hæredibus reſervavit, & reſervat, quam poſſeſſionem idem Johannes Factor, & Procurator Procuratorio nomine quo ſupra antedictæ Illuſtriſſimæ Dominæ Barbaræ Procuratorio & geſtorio nomine Illuſtriſſimi Domini Joannis Franciſci preſenti, & acceptanti liberam, & expeditam ab omni onere ficti dritti, vel cenſus alicujus vel alterius obligationis, vel ſervitutis una cum pratis Valariæ dictæ Poſſeſſioni deputatis, & quæ per laboratores dictæ Poſſeſſioni teneri & ſecari conſueverunt, dedit, & aſſignavit, his tantummodo de dicta Poſſeſſione exceptis videlicet Campagnatico, Accuſis, Affictu Molendini traverſia, datio ad ingreſſum taberna, & Beccaria, ac nemoribus, & herbatico, nec non affictibus Caſtri dictæ Terræ, quæ omnia

omnia ista dictus Joannes Factor dicto nomine pro prefato Illustrissimo Domino Federico & ejus Hæredibus reservavit, & in præsenti permutatione, cessione, renuncia, & reffutatione minime comprehendi voluit, nec comprehensa intelligantur. Et constituit prefatus Johannes Factor dicto nomine prenominatum Illustrissimum Dominum Joannem Franciscum licet absentem Procuratorem suum ut in res suas proprias, & posuit illum in locum prefati Illustrisimi Domini Federici. Itaque de cetero pretactus Illustrissimus Dominus Joannes Franciscus dictis actionibus, juribus & deffensionibus, ac comoditatibus, & emolumentis sic valeat agere, petere causare, experiri, vendicare, prosequi, consequi, excipere, opponere, deffendere & se tueri, ac omnia & singula alia dicere, facere, & exercere in Juditio & extra, & prout, & quemadmodum præfatus Illustrisimus Dominus Federicus dicere, facere & exercere poterat & potuisset ante presentem permutationem, cessionem, renunciam & refutationem, hoc tamen pacto inter ipsas Partes solemni stipulatione firmato, & vallato, & tam in principio, quam in medio, & fine hujus Contractus repetito, quod Castra predicta dicteque Possessiones cum juribus, & aliis antedictis salvis semper reservationibus de quibus supra, quoad fideicommissum, & substitutionem contentum & contentam in dicto asserto Testamento pro dimidia pro indiviso subrogata, & subrogatæ sint, ac cedant intelliganturque ipso jure & facto subrogata, & subrogate pro dicto Castro & Terra Vitelianæ, & loco dicti Castri Vitelianæ, ac eo modo, forma, fideicomisso, & substitutione quibus, ut asseritur, in ipso asserto Testamento ipsum Castrum Vitelianæ subjacebat, & suppositæ erant, itaque prædicta substitutio, & fideicomissum intelligatur effectualiter in omnibus suis partibus inserta, & repetita, ac insertum, & repetitum in presenti Instrumento & qualibet sui parte. Hac etiam protestatione premissa tam in principio, quam in medio, & fine hujus Contractus semper repetita quod per presentem permutationem, cessionem, renunciam, & refutationem non intelligatur ad ipsorum bonorum dationem, & traditionem quomodocunque deventum, nec eorum tradicionem factam fuisse, nisi auctoritas Imperialis interveniat in his, in quibus interven re debet, & non aliter nec alio modo, quam protestationem dictus Joannes Factor Procuratorio nomine prefati Illustrissimi Domini Federici pro repetita ut supra semper voluit & mandavit. Quas quidem permutationes mutuas factas, ut premittitur, præfata Illustrisima Domina Barbara, Procuratorio & gestorio nomine antedicti Illustrissimi Domini Joannis Franciscí, & per illius Hæredes, dictu que Joannes de Cattaneis Factor Procuratorio nomine prelibati Illustrisimi Domini Federici, & per illius Hæredes sibi dictis nominibus mutuo, & vicissim & una Pars alteri & altera alteri solenni stipulatione hinc inde interveniente præsenti, stipulanti & recipienti nominibus quibus supra, & etiam utraque ipsarum Partium, mihi Notario infrascripto personæ publicæ præsenti, stipulanti, nominibus, & vice prefatorum Illust. Dom. Federici & Illustrissimi Domini Joannis Franciscí Hæredumque utriusque ipsorum singula singulis congrue refferendo ac omnium & singulorum aliorum quorum interest aut quomodolibet interit in futurum, Promiserunt firmas ratas & gratas habere, tenere, attendere, & observare cum omnibus, & singulis suprascriptis & infrascriptis, & in præsenti Instrumento contentis, insertis, & appositis, & in nullo unquam contrafacere nec contravenire pretextu doli, fraudis lesionis, vel deceptionis non modice seu seu enormis vel magnæ per se vel alium alios, aliqua ratione, vel causa, modo vel ingenio, de jure vel de facto nec etiam de dictis juribus, & actionibus cum aliis premissis permutatis, cessis, renunciatis & refutatis ut ante, salvis semper, & repetitis omnibus suprascriptis nullo unquam tempore in futurum litem, vel controversiam, causam vel questionem non inferre de toto vel de parte aliqua, nec inferenti, vel inferrentibus, seu inferre volentibus consentire, sed illa & quelibet eorum illorumque partem quamlibet sibi mutuo & vicissim & una pars alteri, & e converso, & Hæredes eorum singula singulis refferendo totiens quotiens opus fuerit perpetuo legitime deffendere, auctorizare, & desbrigare ab omni persona, communi potestate, colleggio & universitate in juditio & extra omnibus illius Partis ipsarum partium cujus intererit damnis, interesse & expensis sub pæna dupli omnium & singulorum damnorum interesse & Expensarum litis, & extra, quæ poena totiens committatur & exigi possit cum effectu quotiens in premissis, vel aliquo premissorum contrafactum fuerit, vel contraventum & qua poena soluta vel non, semel aut pluries, nihilominus præsens Contractus in qualibet sui parte plenam sortiatur roboris firmitatem, pro quibus omnibus, & singulis firmiter attendendis & plenius observandis præfata Illustrisima Domina Procuratorio nomine quo supra bona omnia & singula antedicti Illustrisimi Domini Joannis Franciscí presentia & futura dictusque Joannes de Cattaneis Factor Procuratorio nomine quo supra bona omnia, & singula prefati Illustrisimi Domini Federici presentia & futura sibi dictis nominibus vicissim, & una pars alteri, & e converso mutuis promissionibus obligaverunt, & renuntiaverunt & exceptioni per eos non sic factæ præsentis mutuæ permutationis, cessionis, renunciationis & refutationis, nec non promissionis pene, & obligationis cum omnibus & singulis suprascriptis & in præsenti Instrumento contentis, presentisque non celebrati contractus modo, & forma quibus supra legitur, & scriptum est, ac exceptioni doli mali quod vi, aut metus causa in factum actioni condictioni indebiti sine causa, vel ex injusta, non vera, & nonlegitima causa, & omni & cuilibet alii eorum juri & beneficio Legum & Statutorum auxilio ipsis vel alteri eorum in præmissis competen-

perenti, vel aliqualiter competituro, & insuper præfata Illustrisima Domina Barbala suo proprio nomine promisit pro dicto Johanne de Cattaneis Factori & Procuratori antedicto ac mihi Notario infrascripto personæ publicæ presentibus, stipulantibus & recipientibus nomine, & vice prefati Illustrisimi Domini Federici & pro illius Hæredibus idemque Johannes de Cattaneis suo proprio nomine promisit præfatæ Illustrisimæ Dominæ Barbaræ Procuratrici, & negotiorum gestrici, ut ante ac mihi Notario infrascripto personæ publicæ presentibus, stipulantibus & recipientibus nomine & vice prefati Illustrisimi Domini Joannis Franciici & pro illius Hæredibus se se ita, & taliter facturos, & cum effectu curaturos, scilicet ipsa Illustrisima Domina Barbara quod prefatus Illustrisimus Dominus Joannes Franciscus & dictus Joannes de Cattaneis quod prelibatus Illustrisimus Dominus Federicus predictam permutationem, cessionem, renunciam, & refutationem cum omnibus & singulis superius expresis ratificabunt, approbabunt, approbabunt, & emologabunt in forma valida, & per publica Instrumenta suis clausulis, & solemnitatibus necessariis, & opportunis roborata & manibus publicorum Notariorum de illis rogatorum scripta sub obligatione omnium & singulorum ipsius Illustrisimæ Dominæ Barbaræ dictique Joannis Bonorum præsentium & futurorum & demum prenominata Illustrisima Domina Barbara, dictusque Joannes de Cattaneis, & uterque illorum de per se ad delationem mei Notarii infrascripti manibus propriis tactis Scripturis ad Sancta DEi Evangelia juraverunt scilicet ipsa Domina Barbara in animam præfati Illustrisimi Domini Joannis Franciici, & suprascriptus Joannes in animam præfati Illustrisimi Domini Federici predicta omnia & singula fuisse, & esse vera, eaque perpetuo attendere, & observare, & nullatenus contrafacere nec contravenire aliqua ratione vel causa, modo vel ingenio, de jure, vel defacto, sub pœnis, & obligationibus antedictis, & sub vinculo, & virtute presentis sibi præstiti Juramenti. Ego Antonius filius quondam providi Viri Ser. Christophori de Cornice Civis Mantuæ publicus, Apostolica & Imperiali auctoritate, Notarius, predictis omnibus presens fui & rogatus publice scribere scripsi.

Ego Gabriel Filius præstantis Viri D. Zachariæ de Croxiis Civis Mantuæ publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum Instrumentum rogatum per suprascriptum prudentem, & integerrimum Virum Ser. Antonium de Cornice de sui licentia ab ejus pub. abreviatur. in hanc publicam, & authenticam formam fideliter transcripsi, & relevavi factaque de eo cum dictis suis abbreviaturis matura averatione, inventaque pariter in omnibus concordatione mecum meis signo & nomine consuetis subscripsi in robur præmissorum.

Ego Antonius filius quondam providi Viri Ser. Christophori de Cornice Civis Mantuæ publicus, & Apostolica, & Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum Instrumentum cessionis, renunciationis & refutationis mutuæ, de quo rogatus extiti per antedictum Gabrielem de Croxiis Notarium, à meis abbreviaturis relevari, & in suprascriptam formam publicam redigi feci, & quia illud una cum ipsis abbreviaturis averatum in omnibus in effectu concordare reperi, ideo me cum attestatione subscripsi.

XXIX.

Literæ Friderici III. Romanorum Imperatoris, quibus Fridericum de Gonzaga, Mantuæ Marchionem ejusque successores de Marchionatu Mantuæ illiusque appertinentiis investivit, ac simul conventiones ipsius cum fratribus suis factas confirmavit, d. d. 10. Jun. An. 1479.

FEDERICUS divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Ungariæ, Dalmatiæ, Croacie &c. Rex, ac Austriæ, Stiriæ, Karinthiæ, & Carniolæ Dux, Dominus Marchie Sclavonicæ ac Portus naonis, Comes in Hasburg, Tirolis, Ferreris & in Kiburg, Marchio Burgoviæ, & Landgravius Alsatiæ, &c. Ad perpetuam rei memoriam notum facimus tenore præsentium Universis. Imperatorie Celsitudinis immensa benignitas, quamvis universis suæ dictioni subjectis studere comoditatibus elargirique gratias quoddammodo videatur obnoxia: Illos tamen specialiori quodam benignitatis oculo intuetur majorique prosequitur cumulo gratiarum quos approbare fidelitatis constantiæ, claritudoque generis peramplius recommendant, sane Illustris Federicus Marchio Mantuæ Princeps, & Consanguineus noster fidelis dilectus per honorabilem Dominum de puellis de Parma utriusque Juris Doctorem, & Militem, Oratorem, & Nuntium suum pleno Mandato sufultum nobis nuper exponi fecit. Qualiter dudum dive memoriæ Sigismundus Romanorum Imperator primo attentis fidelitatis obsequiis quæ bonæ memoriæ ipsius Federici Avus Illustris Joannes Franciscus Marchio Mantuæ & ejus Antecessores Imperio sacro præstiterant, eundem Avum paternum illustraverat, insigniverat, sublimaverat, erexerat ac in Principem & Marchionem Mantuæ decoraverat Civitatemque ipsam Mantuæ cum toto ejus Districtu, & Territorio & omnibus juribus & pertinentiis suis in Marchionatum creaverat. Marchionatumque ipsum in Feudum honorabile & perpetuum sibi suisque legitimis filiis & Hæredibus Masculis, & Successoribus concesserat, ac modum Successionis in Marchionatu prædicto ordinaverat, plura etiam Privilegia, Libertates Immunitates, Exemptiones, Declarationes,

tiones, & indulta largiendo: ac poſt claræ memoriæ Albertus Avunculus noſter Cariſſimus Rex Romanorum Anteceſſor noſter immediatus, Nosque denique in perſonam ipſius Joannis Franciſci, & ſucceſſive Ludovici ſiti primogeniti Marchionis Mantuæ ob mortem prefati ſui Genitoris omnia & ſingula hujusmodi confirmaveramus, ratificaveramus & approbaveramus, prout in eorum Sigismundi & Alberti, ac noſtris Litteris quas hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis plenius continetur. Denique vero Nos, prelibato Lodovico Genitori ſuo inſcriptas Terras, Caſtra, Opida, Rochas, Fortilicia & Loca Brixienſia pro ſe, & ſuis Hæredibus ex eo legitime deſcendentibus in Feudum perpetuum, honorabile, nobile, & antiquum conceſſeramus, videlicet Caſtrum Caneti cum Rocha, & Ponte ſuper flumen Olii nec non Revelinum ſeu Fortilicium ultra Flumen Olii verſus Territorium Cremonenſe cum omnibus Villis eis ſubjectis, videlicet Bozulano, Aquanigra, Beveraria, Moſio, Caſalromano, Fontanella, Volongo cum ſuo Fortilitio Calzageto: Item, & Caſtrum Hoſtiani: Item Caſtrum Caſtri Giufreddi: Item, Caſtrum Medulæ cum Villis ei ſubjectis, videlicet Birbeſe, Becharia, & Guidezolo: Item, & Caſtrum Caſtioni a Stiveriis cum Villa, & Rocha Solfarini: Item, Caſtrum Redoldeſchi cum Monte Arculo, Sancto Fermo, & Sancto Salvatore: Item & Caſtrum Marianæ: Item, Caſtrum Aſulæ cum Rocha & cum Caſaloldo ſuo Fortilitio Ramedellæ ſuperiore, & inferiore, verſus Aquamnigram: Item Caſtrum Lonati cum ſua Rocha, & univerſaliter cum omnibus Rochis & Fortiliciis, Villis, Territoriis Brixienſibus cum ſuis Curtis, pertinentiis & jurisdictionibus, quæ quondam ſui Anteceſſores tenuerunt, & poſſiderunt, ſimiliterque eundem Lodovicum Genitorem ſuum pro ſe, & Filiis ſuis maſculis ex eo legitime deſcendentibus, de infraſcriptis Terris, Caſtris, Opidis, Fortiliciis, Villis & Locis, ac Juribus cum eorum Jurisdictionibus inveſtiveramus eaque omnia ſibi ut ſupra in Feudum honorabile, nobile, & antiquum conceſſeramus, videlicet Caſtrum Vitelianæ cum Rocha, Fortilicio, Curia, Villa, & pertinentiis ſuis, Villam Corigii Viridis cum pertinentiis ſuis, Caſtrum Riparoli, cum Rocha, Curia, Villis, & pertinentiis ſuis, Caſtrum Doxuli cum Rocha, Villis & pertinentiis ſuis, Caſtrum Sancti Martini ab Aggere cum Rocha, Curia, Villis, & pertinentiis ſuis, Caſtrum Inſulæ Dovarienſis cum Villis, & pertinentiis ſuis Villas Gazoli, & Belfortis cum Villis & pertinentiis ſuis, Villam quoque Pomponeſchi cum ſuis pertinentiis, omnia ſita in Diſtrictu & Territorio Cremonenſi cum omnibus ſuis Curtis, pertinentiis, juribus, & jurisdictionibus, quæ ipſe, ſuique Predeceſſores tenuerant, & poſſiderant, ac tenere & poſſidere conſueverant. Eidem Ludovico Marchioni ſuo Genitori in predictis plura Privileggia, Libertates, Immunitates Conceſſiones, Exemptas facultates, declarationes, auctoritates, & indulta largiendo, prout hiis, & aliis ex noſtris Litteris quas hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis continetur. Quapropter cum prefatus Lodovicus poſtea nature debitum perſolverit, ipſeque Federicus ejus Primogenitus legitimus juxta Privilegia conceſſa in Marchionatu ſucceſſerit, & inſuper noſtræ Majeſtatis accedente conſenſu & non aliter ex quodam pacto transactam Compoſitionem, atque concordio per ipſum Federicum initis, firmatis & factis cum Reverendis & Illuſtribus Domino Franciſco Sanctæ Mariæ novæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diacono Cardinali, Joanne Franciſco, Rudolfo, & Lodovico omnibus fratribus ſuis tam ſuper predictis Caſtris, Villis, Terris & rebus, ac Bonis Cremonenſibus, & Brixienſibus quam etiam ſuper certis Caſtris, Villis, Juris dicti Marchionatus ad ipſum Federicum Marchionem Mantuæ pervenerint & ſeu remanſerint ex dictis Fortiliciis, Caſtris, Opidis, Terris, Villis ac Bonis Brixienſibus, & Cremonenſibus infraſcripta omnia, & ſingula Caſtra, Fortilicia, Terre, Ville, res, & bona cum juribus Jurisdictionibus, Pactis, Conventionibus, Juribus & Capitulis, ac Clauſulis in Inſtrumento ipſarum Conventionum, Compoſitionis, Transactionis, & concordio deſcripto videlicet uno rogato per Joannem Franciſcum de Luchircho, altero vero per Antonium de Cornice, ambos Notarios Mantuæ, de quibus per eorum exhibitionem Imperialis Majeſtas pleniſſime extitit cerciorata, eaque hic pro ſufficienter expreſſis habere vult, videlicet Caſtrum Vitelianæ in Territorio Cremonenſe, cum omnibus, & ſingulis Terris, Villis, Poſſeſſionibus, juribus, ac jurisdictione omnimoda dicto Caſtro Vitelianæ ſpectantibus, & pertinentibus: Item, & Caſtrum Caneti in Territorio Brixienſe cum ſuis ſquadiis, Volongo, & Revelino dicti Caſtri ſuper agro Cremonenſe, ultra flumen Olii conſtructo, & cum ejus mero & mixto Imperio, ac omnimoda jurisdictione, ac Paſcuis, omnibusque juribus pertinentiis, & reſervationibus ſuis: Item, & Caſtra Marianæ, Redoldiſchi, & Medularum poſita in Territorio Brixienſi, cum omnibus Villis eis ſubjectis, Terris, Poſſeſſionibus, Juribus, & omnimoda Jurisdictione, & prout in dictis

nobis

Digitized by Google

nobis exhibitis Instrumentis, Compositionis, Transactionis atque Concordii inter ipsos Fratres initorum & concluſorum ſeriosius continetur. Supplicavit idem Orator, nomine prefati Federici Marchionis, quatenus Illustrationem, Insignationem, ſublimationem erectionemque predictas, nec non Feudum dicti Marchionatus & quævis alia inde ſecuta ac quasvis gratias, libertates, Immunitates, Privilegia, Indulta, reſcriptas Declarationes & facultates, ac etiam Instrumenta predicta dictarum Transactionis, Conventionis & Concordii, ac inveſtituras in Feudum honorabile, nobile, & antiquum dictarum Terrarum, Caſtrorum, Fortiliciorum, Villarum, ac Jurium & rerum ſupraſcriptarum Cremonenſ. & Brixienſ. ad prelibatum Federicum, ut premittitur, perventorum, & ad eum quo quomodo tam vigore dictarum Litterarum, & Privilegiorum ſupraſcriptorum quam Conventionum, & Concordii ſpectantium, ſeu ſpectare poſſentium & omnes & ſingulas Litteras Ceſareas, & Regias predicto quondam Lodovico Marchioni, ac Progenitoribus & Predeceſſoribus ejus, ſuisque filiis in poſteris legitimis per Incliros Anteceſſores noſtros Romanorum Imperatores & Reges, & precipue per glorioſæ memoriæ Sigismundum Imperatorem, & Albertum Romanorum Reges prefatos, ac nos factas, conceſſas & datas, cum omnibus ſuis punctis, clauſulis, Articulis, & verborum expreſſionibus auctoritate noſtra Romana Imperatoria in perſonam dicti Federici Marchionis, quatenus ſibi conveniunt, convenireque poſſunt approbare, ratificare, innovare, & gratioſius confirmare dignaremur. Nos igitur in arcano pectoris noſtri ſedulo revolventes multiplicia virtutum merita, ac etiam preclare devotionis inſignia quibus jam Federicus ipſe Marchio, & Progenitores ſui ex ingenua Domo de Gonzaga Anteceſſores noſtros Imperatores, ac Reges, & ipſum Sacrum Imperium honorare ſtuduerunt, nec non inmote fidelitatis obſequia per ipſum Federicum Marchionem dictosque Progenitores nobis, & Sacro Imperio hactenus conſtanter præſtita & in futurum ab eodem ſuisque filiis, & Hæredibus conſtantius præſtanda, prefati Federici Marchionis hujusmodi precibus tanquam racionabilibus, favorabiliter inclinati, Animoque deliberato ſano Principum, Comitum, Baronum ac Procerum noſtrorum ad id accedente conſilio, ex certa quoque noſtra ſcientia, Illuſtrationem, Inſignationem, ſublimationem, & decorationem hujusmodi, nec non Litteras quascunque Prædeceſſorum Imperatorum noſtrorum, ac noſtras cum quibuscunque graciis, libertatibus, Privilegiis, Indulris, Reſtrictionibus, & Declarationibus prefato quondam Lodovico Marchioni ejusque Progenitoribus, Predeceſſoribus, ſuisque filiis, & Hæredibus rite datas, & ſucceſſive conceſſas, & emanatas tam ſuper dicto Marchionatu Mantuæ, ejusque Marchionatus Territorio, & Diſtrictu, quam etiam ſuper dictis Terris, Caſtris, Oppidis, Villis, Juribus, & Rebus Cremonenſibus & Brixienſibus, & maxime ſuper Terris ad ipſum Federicum Marchionem, vigore dictæ Conventionis, & Transactionis, Compoſitionis, & Concordii perventis, & ſpectantibus, ut ſupra, prout in jam dictis Inſtrumentis continetur, ac etiam Inſtrumenta ſuper dictis Conventione, Concordio, & Compoſitione, ut præfertur, rogata, facta & emanata, & una unum quodque eorum in omnibus ſuis clauſulis, Punctis Articulis & expreſſionibus, ac ſi de eorundem Illuſtrationis, Inſignationis, ſublimationis, Erectionis, Conceſſionis gratiarum, libertatum, Privilegiorum, ac Declarationum, nec non Feudorum prædictorum, ac Inſtrumentorum, Conventionum prædictarum tenoris in propriis apicibus, & clauſulis de verbo ad verbum preſentibus totaliter eſſent inſerti, auctoritate noſtra Romana Ceſarea in perſonam prefati Federici Marchionis, nec non Filiorum, & Hæredum ſuorum quatenus conveniunt, & convenire poſſunt, ratificamus, approbamus, innovamus, & tenore præſentium confirmamus eundem Federicum Marchionem de hujusmodi Civitate, & Marchionatu Mantuæ, ejusque Territorio, Diſtrictu, Terris, Caſtris, Opidis, Rochis, & Villis, omnibusque & ſingulis premiſſis primogenituræ ſive prædictarum Conventionis, Transactionis & Compoſitionis jure ad ipſum quomodolibet ſpectantibus expreſſe & ſolempniter inveſtientes: Recepto, & præſtito nobis a prefato Domino de Puellis ſuo Nuntio, & Procuratore ad id ſpeciali, & ſufficienti Mandato ſuffulto debito, & ſolito fidelitatis, homagii & ſubjectionis in animam ipſius Marchionis Federici prefati Corporali Juramento decernentes, & volentes predicta omnia & ſingula perpetuis, & futuris temporibus obtinere inviolabilis roboris firmitatem defectus quoslibet, ſi qui in premiſſis dubia interpretatione ſententiarum, aut verborum, ſeu alia quovis modo comperti fuerint, de certa noſtra ſcientia, & de plenitudine Imperialis noſtræ Poteſtatis ſupplentes noſtris tamen, & imperii Sacri, ac omnium prælatorum, & quarumcunque Eccleſiarum aliorumque Juribus in premiſſis ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ Confirma-

firmationis, Ratificationis Innovationis, & Decreti Paginam infringere, vel ei aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, nostri, & Imperii Sacri indignationem gravissimam, & pœnam in dicti Sigismundi Cæsaris Literis apositam se noverit irremissibiliter incursurum. Præsentium sub nostri Imperialis Majestatis sigilli appensione Testimonio Litterarum. Datum in Opido nostro Grez die decima mensis Junii Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono Regnorum nostrorum Romani quadragesimo, Imperii vigesimo octavo, Ungariæ vero vigesimo primo.

Ad Mandatum Domini Imperatoris proprium Joannes Valdner Prothonotarius. &c.

R.

Lucas Sintzer.

XXX.

Franciſci, Marchionis Mantuæ Donatio Canalis Foſſalæ & Cerianæ facta Sigismundo, Petri Johannis Pauli de Cantelmis, Soræ Ducis filio, die 6. Jul. An. 1486.

DE Conſenſu noſtro &c. Franciſcus Marchio Mantuæ &c. Cum illa, quæ permaxime ad gloriam, famamque non mediocrem Principis ſpectat, toto cordis affectu ſæpiſſime repetamus; id præ cæteris potiſſimum digniſſimumque eſſe cognoſcimus, ut liberalitate, & gratia non ſolum eos ſibi domi inceſſanter cum fide ſerviunt, ſed & exteros, a quibus ſe diligi & obſervari non ignorant, quosque ubi opus eſſet ne dum facultates ſed vitam propriam pro ipſis expoſituros minime dubitant proſequantur, ideoque, ut diximus, nobis animo revolventibus accedit inter cæteros noſtræ mentis occulis ſe offert Mag. & inſignis Eques, Dominus Sigismundus fil. Magnifici & Potentis Domini Petri Joannis Pauli de Cantelmis, Ducis Soræ, & Oliveti in Regno Apuliæ Illuſtr. D. D. Hercules Ducis Ferrariæ &c. Conſocius præcipuus verique amoris vinculo nobis Dilectiſſimus ac Cariſſimus quæ ex quo noſtra in eum cœpit Benevolentia, ſic nobis ſemper obſequentiſſimum & ad quæque noſtra paratiſſimum, nullis parcendo laboribus, nullaque vitæ formidando pericula de his per nos pluries exacto periculo ſemper invenimus, ut nos illi plurimum debere fateamur. Quapropter ut noſtræ in eum benevolentiæ fructum, & ſuorum meritorum aliquod meritum a nobis ſentiens atque noſtri intuitu, ac pro amore noſtro cum fidei ſinceritate ſane opere cœpit, ferventior atque fidelior magis reddatur; Tenore præſentium vigore noſtri arbitrii & plenitudinis poteſtatis quibus publice fungimur in Civitate noſtra Mantuæ, ejusque Marchionatu & Diſtrictu, de vera noſtri ſcientia, motu proprio & animo bene & firmiter deliberato omnibusque aliis melioribus modo, via, jure, forma, & cauſa, quibus melius & validius poſſumus, per Nos, Hæredes, & Succeſſores noſtros, jure proprio & in perpetuum, ac in liberum & expeditum allodium, & fine ulla condictione, ficti, dicti, cenſus, vel honorantiæ, aut alicujus alterius oneris, Servitutis, vel obligationis eidem Sigismundo pro ſe Hæredibus & Succeſſoribus ſuis, quibuscunque in infinitum titulo, & nomine puræ, meræ, ſimplicis, liberæ, & irrevocabilis, ac perpetuæ donationis inter vivos, damus, tradimus & donamus Canale Foſſolæ, ſive aquam ipſius Canalis, quod ſitum eſt in Poteſtaria, ſeu in Territorio noſtro Vitellianæ Diſtrictus noſtri Mantuæ incipiendo a Podiola, & inde diſcurrendo inferius, usque ad Traverſagium Sancti Matthæi pænes ab una parte Illuſtriſſimum Dominum Joannem Franciſcum de Gonzaga verſus mane Benedictum de Avignis, ac Cavalinum, & Conſortes verſus ſero, ab alia vero parte illos de Maloſſellis, Hæredesque Juliani de Caſali Majori, Paſcua, Illuſtriſſimi Domini noſtri, Valentram de Valentis, & Joanne de Doveria, quod Canale a dicta Podiola usque ad dictum Traverſagium eſt longitudinis perticarum mille quadringentarum, Item *Canale Cerianæ*, ſive aquam ipſius Canalis poſitum in dicto Territorio, ſive Poteſtaria, incipiendo in capite ſuperioris poſſeſſionis Scorzanellæ, ipſius Sigismundi, ſive uxoris ſuæ ad confinia Hæredem qui Juliani de Caſali Majori, & inde continue diſcedendo usque ad dictum Traverſagium pænes illos de Maloſſellis verſus nonas, & verſus montes ab una parte, & pænes Hæredes Joannis Pauli de Cerutis. Joannem Chriſtophorum de Cabalaria, Joanninum Coloſium, Domenicum de Magnis, Petrum de Ortino, Alexandrum de Auguſta Hæredes Juliani de Viridis, Mag. Dom. Andream de Corradis, Hæredes Marci Marcelli de Senis, & Paſcua Sablonetæ, ab altera parte quod Canale Cerianæ a dicto Capite ſuperiore poſſeſſionis Scorzanellæ usque ad dictum Traverſagium eſt longitudinis perticarum mille octoginta, cum omnibus & ſingulis juribus, & pertinentiis ipſorum Canalium, & aquarum eorumdem tantum quantum ſe extendunt dicta Canalia, & eorum aquæ infra Confinia prænominata, noſtro jure, poteſtate, facultate, & Bailia piſcandi ſeu piſcari faciendi in dictis Canalibus, ſeu eorum aquis toties, quoties & quandocunque voluerint ad eorum libitum voluntatis ſuæ in perpetuum ſeu quovis alio titulo alienandi ipſa Canalia & eorum aquas cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis, & cum facultatibus & juribus in præſenti Donatione comprehenſis cui, vel quibus voluerint pro eorum libito voluntatis, Item habendi recipiendi & in ſe retinendi, ac ad votum ſuum prout voluerint, diſponendi de omnibus, & quibuscumque introitibus, redditibus, emolumentis fictis & aliis quibusque ex, & pro ipſis Canalibus, & aquis quomodocumque, & qualitercumque percipiendi, & habendi. Item & deputandi unum Camparium Anno ſingulo in futurum pro cuſtodia dictorum Canalium, & Aquarum, eorum omniumque, & ſingulorum in illis pro tempore exiſtentium, pœnasque pro accuſis per ipſum Camparium dandis, habendi, recipiendi, & in ſe retinendi, dummodo illas exigat ſecundum formam Statutorum Terræ noſtræ Vitelianæ, ſeu aliorum

Digitized by Google

rum Ordinum noſtrorum ullis ordinibus factis, vel faciendis in Contrarium non obſtantibus; quæ quidem Canalia cum eorum aquis, quantum ſe extendunt infra prænominata Confinia Nos prænominati D. Sigismundi nomine poſſidere conſtituimus donec illorum tenutam & corporalem acceperit poſſeſſionem, quam accipiendi, ſeu accipi faciendi ejus auctoritate propria in ſe deinceps perpetuo retinendi eidem licentiam omnimodam conferimus, atque damus, & ſi quam habet vel habebat illi pleniſſime confirmamus; promittimusque per nos, Hæredes & Succeſſores noſtros prædicta Canalia cum eorum aquis, ac aliis juribus & pertinentiis ſibi D. Sigismundo ejusque Hæredibus, & Succeſſoribus ſuis quibuscumque perpetuo ab omni perſona Communi, Collegio, & Univerſitate eos inquietante, ſeu inquietare volente, quantum eſt pro facto proprio noſtro, ſemper defendere, atque tueri, præſentemque noſtram Donationem nullo unquam ingratitudinis vitio, incuria, vel offenſa, aut alia quavis ratione, vel cauſa etiam legitima infringere, nec revocare, illiusque nunquam nos pœnitere, ſed illam potius perpetuo, firmam & irrevocabilem habere, tenere, attendere, & obſervare, ſub fide noſtra, & omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum obligatione, omnibus, & quibuscumque Legibus, Statutis, Reſcriptis, Reformationibus & Ordinibus, Proclamatibus & aliis quibuscunque nullatenus obſtantibus, quæ obſtare poſſent, & maxime Legibus diſponentibus de Inſinuatione Donationum inter vivos, quibus omnibus & ſingulis quandocunque & qualitercumque obſtantibus, obſtare valentibus, etiam ſi talis, & talia forent de quibus mentio ſpetialis fieri debuiſſet, vigore noſtri Arbitrii & plenitudinis poteſtatis, quibus publice fungimur, ut ſupra derogamus & derogatum eſſe volumus & mandamus, volentes prædictam noſtram Donationem tenore præſentium inſinuatam eſſe, & pro inſinuata ac Lege perpetua haberi debere, in quorum omnium fidem & robur præſens noſtrum præmiſſæ Donationis Decretum fieri & regiſtrari juſſimus, noſtrique ſoliti majoris Sigilli appenſione communiri. Datum Mantuæ die ſexto Menſis Julii, 1486. Indictione quarta.

Alexander Arrivabenus prædicti Illuſt. D. Marchionis Secretarius viſa ſup. ſignatura de Conſenſu noſtro ſubſcrip.

JO. DE CATTANEIS, Dominus B. Donesmontus ſupraſcriptum Decreti Donationis Exemplum extractum fuit fideliter & de verbo ad verbum nil prorſus addito & diminuto, quod ſenſum variet, & immutet ex Regiſtro hujusmodi Decretorum Anni prædicti 1486. in Cancellaria Ser. D. N. D. Ducis Mantuæ & Montisferrati adverſato prout diligenti auveratione facta reperi. Ego Franciſcus Cappus ejus Celſ. Canc. in cujus rei fidem me hic manu propria ſubſcripſi &c. Ex Ducali Cancellaria Mantuæ, die 30. Decembris 1617.

Idem Franciſcus Cappus, Cancell. ſubſcrip.

XXXI.

Ludovici XII. Francorum Regis Protectorium Franciſco, Marchioni Mantuæ, ejusque uxori, liberis, familiæ, ſubditis, ac univerſo Dominio conceſſum, d. d. 7. Septembr. An. 1502.

Ludovicus Dei gratia Rex Francorum Neapolis, ac Jeruſalem, Dux Mediolani, Januæque Dominus &c. Cum deceat Reges & Principes optimum quemque tueri, & cumſervare eos præſertim in quibus ob excellentem gratiam, & auctoritatem præcipue rerum bene gerendarum ſpes conſtituitur habeamusque Illuſtrem Franciſcum Marchionem Mantuæ nobis fidum, & amiciſimum; Qui in rebus noſtris, & tam proſperis quam adverſis, ſe promptum, & ex animo exhibuerit; Deliberantes eundem cum uxore, Fratribus Liberis & Familia, ac Statu Marchionatus ſui protectum haberi: Prefatum Illuſtrem Marchionem cum jam dictis Uxore, Fratribus, Liberis, Familia, Subditis, Civitate Mantuæ, & alio ſuo ſtatu & Dominio quod nunc poſſidet, harum tenore, accipimus, habemus, ac eſſe volumus in protectione, Amicitia, tuitione, & defenſione noſtris: Promittentes in verbo Principis deffendere, & tueri quandocunque caſus accidat, quod Deus avertat: Prelibatum Illuſtrem Marchionem cum prefatis Uxore, Fratribus, Liberis, Civitate, & Statu contra omnes eidem adverſantes manutenereque eundem in eo ſtatu, tenuta, & poſſeſſione in quibus nunc exiſtit & hoc maxime quia prelibatus Illuſtris Marchio promiſit nobis, & jurejurando firmavit ſe poſthac, & de cetero fore, & eſſe velle, nobis Amicum, & rebus noſtris fautorem & obſequentem Amicumque Amicorum noſtrorum, & inimicum inimicorum: Sequę cum Militibus, & Stipendiatis noſtris ſub conducta ſua quotiens vocatus fuerit ad ſervitia noſtra - - - defuturum daturumque Preſidiis noſtris Capitaneis, Militibus, Armigeris, & Peditibus, ſi caſus eveniat: Per Territorium & Juriſdictionem, Marchionatus ſui tutum iter, liberum paſſagium, atque comeatus, & victualia juſto, & competenti pretio eundi & redeundi quocunque Locorum, & adverſum quoscunque nobis videbitur, & premiſſa facimus, ſalvis ſemper Sacri Romani Imperii Juribus quibus nullatenus per has, aut alias quocumque modo derogare intendimus. Datum Aſten die 7. Septembris Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſecundo, & Regni noſtri quinto.

Loys.

Per Regem Ducem Mediolani
Robertet.

S. pendentis. L.

Digitized by Google

XXXII.

Capitula, quorum vigore Franciscus de Gonzaga, Mantuæ Marchio, a republica Florentina in Capitaneum generalem exercitus Florentini ad duos annos assumptus est, d. d. 25. Jun. An. 1505. cum ratificatione prædictorum Capitulorum a Marchione præfato data die 26. Jun. An. 1505.

In Dei nomine Amen.

ANno ab ejusdem Domini nostri Jesu Christi salutifera Incarnatione millesimo quingentesimo quinto, Indictione octava, die vero vigesima quinta mensis Junii.

Pateat omnibus & evidenter sit notum qualiter.

Magnifici & Excelsi Domini Domini Priores Libertatis, & Vexilifer Justitiæ perpetuus Populi Florentini una cum eorum Venerabilibus Collegiis nec non spectabilibus decem Libertatis, & Pacis, & Consiliariis Consilij octuaginta Virorum Civitatis Florentiæ in sufficientibus numeris collegialiter congregati in Salla Estiva Pallatii Dominorum Florentinorum loco pro Similibus peragendis eorum solitæ residentiæ pro eorum Offitio exercendo, ut moris esse consuevit. Justis & rationabilibus causis moti, misso, facto, & celebrato inter eos solempni & secreto scrutineo ad fabas nigras & albas illoque obtento; per nonaginta unam Fabas nigras *del fi*, non obstantibus duodecim Fabis albis *del no*; & omnibus servatis, quæ in prædictis, & circa prædicta servari debebant facientes omnia, & singula infrascripta vice, & nomine Magnificæ & Excelsæ Reipublicæ, & populi Florentini, & vigore Auctoritatis, Potastatis & Baliæ eisdem concessæ & attributæ secundum Ordinamenta Communis Florentiæ: & in quibus & ad quos residet, & est plena & plenissima auctoritas, & potestas infrascripta peragendi secundum formam statuti, & Ordinis Communis Florentiæ de materia loquentis, Et omni meliori modo, via, jure & forma, quibus magis, melius & validius, & efficacius potuerunt, & possunt, conduxerunt in Capitaneum & pro Capitaneo Generali totius Exercitus Rei-Pub. & Populi Florentini, & ad stipendia, servitia, & soldum ejusdem infrascriptum Illustrissimum Marchionem Mantuæ pro tempore cum provisione, stipendio piacto, comitiva, conditione pactis, Capitulis, promissionibus, obligationibus, modis, formis, & aliis, de quibus, & prout infra patrio sermone nostro continetur & scriptum est videlicet:

Imprima ch' ello Illustrissimo Signore Francesco Gonzaga, Marchese di Mantoua s'intenda essere, & sia Capitano Generale della Magnifica & Excelsa R. Pub. & Populo Florentino, & di tutte le Gente così a cavallo come a piè per tempo e termine di due anni fermi, & durante detto tempo debbe servire dita Excelsa R. pub. fedelmente in ogni loro impresa, così ad offesa, come a diffesa, & contro a qualunque Prentipe ò Potentato, salve le cose infrascripte, & abbi tutte quelle preheminentie, & obedientie da dicte loro Gente, che sono consuete darsi per detta R. Pub. a loro Capitani Generali; Et sia tenuto, durante detto tempo, obedire al Magistrato de gli Excelsi Signori Fiorentini, & al Magistrato de Signori Dieci di la Liberta, e Pace della Città di Firenze, & loro, & di Calunche di loro Commessarii, & stare & dimorare nel Dominio Fiorentino, ne di detto Dominio partire senza licentia di detti Magistrati, ò loro Commissarii.

Item habbi di Condocta Huomini d'Arme trecento in questo modo, ciò è, che di presente habbi à servire con huomini d'Arme dugento, & Cavalli leggieri cento, che computato due Cavalli leggieri per uno Huomo d'Arme fanno la somma di cinquanta Huomini d'Arme. Et così vengono a essere quegli con che di presente ha ad servire dugento cinquanta Huomini d'Arme, & il restante in fino in trecento Huomini d'Arme debbe detto Signore Marchese, & sia tenuto infra due Mesi dal dì, che ne sarà ricercho da Signori Fiorentini condurgli nel Dominio loro à loro servigi & debbino detti Signori Fiorentini pagargli quello, & quanto si conviene ad proportione degli altri dugento cinquanta Huomini d'Arme, che in fino à quello di gli haranno pagati & debbino essere gli prefati Huomini d'Arme condotti, come di sopra, buoni & sufficienti, intendendosi, che ogni Huomo d'Arme habbi Cavalli quattro, & debbe detto Signore con detta Compagnia continuamente servire decta Re Publica durante il tempo di detta Condotta come di sopra, così nel Dominio loro, come fuora dove à detta Re. Pub. o Magistrati di quella piacerà.

Item che dette Gente debbino essere rassegnate ad ogni richiesta, & volontà di detti Magistrati ò d'alchuno di loro Commissario alla Francese, non passando però quattro l'anno.

Item debbe la detta Re-Pub. Fiorentina pagare, & dare al detto Signore Marchese la somma, & quantità di filargi di grossi trenta tre migliaia netti da ogni retentione, Et debbesi pagare per ciaschuno Anno durante detto tempo; la quale somma, & quantità s'intenda essere, & sia così per il pagamento di dette gente d'Arme, & Cavalli leggieri, come per provisione, e piacto della persona di detto Signore Marchese, la quale quantità si gli debba pagare netta, & senza alchuna retentione in questo modo, ciò è la metà di detta somma di presente in luogo di prestanza, & il restante in sei pagette, ciò è di due Mesi in due Mesi una pagetta in fino allo intero pagamento, & così si segua di Anno in Anno durante la detta Condotta.

Item debbe detto Signore Marchese habere condotta tutta la intera Compagnia così di Huomini d'Arme, come di Cavalli leggieri nel Dominio Fiorentino frà uno Mese dal dì che gli sarà pagata la prestanza & commenci detta condotta el dì, che detto Signore Marchese harà condotto la Compagnia detta nel Dominio Fiorentino.

Item tutte le Terre, & luoghi, & beni, che pigliasse

Digitized by Google

gliasse detto Signore Marchese, o sua Gente, durante il tempo della prescritta condotta, sieno di detta Re. Pub. Fiorentina, excepto li Prigioni & Prede consuete, intendendosi però, che tutti li Prigioni di conto, debbino essere della R. Pub. Fiorentina, volendogli, pagando la conveniente Taglia a chi hauesi tali Prigioni.

Sia detto Signore Marchese, durante detto tempo, obligato à servire contro à cascheduno, come di sopra, excepto dove intervenisfino le persone proprie, o della Maestà Cesarea, o della Maestà Christianisfima contro alle quali detto Signore Marchese non vuole essere obligato, salvo che per diffesa di detti Signori Fiorentini & ricuperatione delle cose, & Luogi loro perdute dallo Anno mille quattro cento nonanta quattro in qua, alle quali cose indistinctamente, & contro a qualunche debba essere obligato cosi con la persona, come con le Genti.

Item che durante la presente Condotta, el detto Signore Marchese, & sue Genti habbi ad havere nel Dominio di detti Signori Fiorentini Alloggamenti, strame, & legne gratis secondo el consueto de gli altri soldati loro.

Item ch' ella presente Condotta s'intenda essere & sia facta com buona gratia della Maestà Christianisfima & non altrimenti, nella provisione, protectione, & stipendio della quale esso intende, & vuole perseverare in fino alla morte.

Item sia tenuto detto Signore Marchese acceptare la presente Condotta infra octo di proximi futuri da oggi, altrimenti sia nulla à dichiaratione de Magnifici & Excelsi Signori Fiorentini e spectabili Dieci di Libertà, & Pace, o delle due parte di loro.

Quæ omnia & singula suprascripta præfati Magnifici & Excelsi Domini Collegii Decem, & Consiliarii octuaginta Civitatis Florentiæ, dictis modis, & nominibus promiserunt mihi Antonio Notario, & Cancellario infrascripto præsenti, & pro dicto Illustrisfimo Domino Marchione & ejus Hæredibus & Successoribus recipienti, & acceptanti firma, rata & grata habere, tenere, attendere, & observare, & contra non facere vel venire modo aliquo, pro quibus omnibus & singulis firmis, ratis, & gratis habendis & tenendis, ac adimplendis, & observandis obligaverunt dicto Illustrisfimo Domino Marchioni, licet absenti, & mihi Antonio Notario prædicto, & infrascripto ut supra præsenti, recipienti, & stipulanti prædictam Magnificam & excelsam Rem-Publicam, & Populum Florentinum ejusque bona omnia & singula præsentia & futura. Renunciantes in prædictis omnibus, & singulis exceptioni non factæ, Conductæ, Obligationi ac Promisfioni ut supra rei non sic gestæ, & non sic per omnia celebrati Contractus, exceptioni doli mali, conditioni indebiti, quod sine causa, quod metus vel injusta causa, actioni in factum, Privilegio fori, beneffitio restitutionis in integrum, omnique alii Legum, Jurium, & Constitutionum auxilio, privilegio, & favori & spetialiter & nominatim Legi & Juri dicenti, generalem Renuntiationem non sufficere, seu non valere. Quibus præcepi Guarentigiam, & per Guarentigiam, vice & nomine juramenti, prout mihi licuit, & licet secundum formam Statutorum & Ordinamentorum Communis Florentiæ, quatenus suprascripta omnia, & singula attendant, faciant, et observent in omnibus et per omnia, et quo ad omnes, et omnia, prout et sicut promiserunt continetur, et scriptum est. Rogantes me Antonium Notarium jam sepedictum, et infrascriptum, quatenus de prædictis publicum confiriam instrumentum unum, et seu plura.

Acta fuerunt præmissa omnia, et singula in dicta Salla Estiva Palatii Dominorum Florentinorum, præsentibus Testibus ad præmissa omnia, et singula vocatis, habitis et rogatis videlicet: Domino Marcelio Virgilio primo Secretario, et Cancellario Reipublicæ, et Populi Florentini, et Ser. Francisco Octaviani de Arretio Cancellario, et Scriba Reformationum Populi et Communis Florentiæ

Item postea dictis Anno, Indictione et die.

Illustrissimus Dominus Dominus Franciscus Gonzaga Marchio Mantuæ constitutus personaliter in præsentia mei Antonii de Vespucciis Cancellarii & Notarii infrascripti præsentis, & pro, & vice & nomine Magnificæ & Excelsæ Rei-Publicæ, & Populi Florentini & omnium & singulorum quorum intereft, intererit, vel poterit in futurum, quomodolibet interesse recipientis, stipulantis, & acceptantis, & testium infrascriptorum Audita, cognita & intellecta suprascripta Deputatione, electione, & Conducta, de eo sic ut supra proxime facta in Capitaneum, & pro Capitaneo generali totius Exercitus Rei-Publicæ, & Populi Florentini per dictos Magnificos & Excelsos Dominos Florentinos, & eorum Venerabile Collegium & spectabiles decem Libertatis & Pacis, & dignissimum Consilium octuaginta Virorum Civitatis Florentiæ & eidem Illustrissimo Domino & omnibus in ea, & eis contentis, asserens, & affirmans, se habuisse, & habere plenam & plenissimam scientiam, notitiam, & informationem omnium & singulorum Capitulorum in supradicta Conducta de eo ut suprafacta, descripta, & adnotata, & omnium & singulorum in ea, & eis, & quomodolibet eorum contentorum sponte, & ex certa scientia, & omni meliori modo, quo potuit, & potest supradictas Deputationem, Electionem & Conductam, & omnia, & singula Capitula in ea, & eis, & quolibet eorum contenta, disposita, firmata, & facta acceptavit, ac etiam ex abundanti ratificavit, approbavit, & emologavit in omnibus, & per omnia, & quoad omnes & omnia, & singula, & prout, & sicut in ea, & eis, & quolibet eorum continetur, & scriptum est. Pro quibus omnibus & singulis suprascriptis firmis, ratis, & gratis habendis, tenendis, observandis & adimplendis dictus Illustrissimus Dominus Marchio obligavit mihi Cancellario, & Notario prædicto & infrascripto ut supra recipienti, stipulanti, & acceptanti ipsum Illustrissimum Dominum Franciscum Gonzagam, & ejus Filios & Hæredes, & bona omnia, & singula præsentia & futura; nec non fidem, famam, Socios, & Comitivam ejus Renuntians in prædictis omnibus, & singulis Exceptioni non factæ acceptationis, Ratificationis, obligationis; & promisfionis ut supra rei non sic gestæ, & non sic per

omnia

omnia celebrati Contractus, exceptioni doli mali, condictioni indebiti, quod sine causa, quod metus vel injusta causa, in factum actioni, Privilegio Fori omnique alii Legum, Jurium & Statutorum & Constitutionum auxilio, privilegio & favori, & specialiter & nominatim Legi, & Juri dicenti generalem renuntiationem non sufficere seu non valere, cui Illustrissimo Domino Marchioni præsenti, audienti, & confitenti, præcepi Ego Antonius Judex Ordinarius & Cancellarius prædictus & infrascriptus Guarentigiam, & per Guarentigiam, vice & nomine juramenti, prout mihi licuit, & licet secundum formam Statutorum & Ordinationum Communis Florentiæ & cujuscumque alterius Loci de Guarentigia disponentis, quatenus prædicta omnia, & singula attendat, faciat, & observet in omnibus & per omnia & quoad omnes & omnia, & prout, & sicut promisit, continetur, & scriptum est. Rogans me Antonium Vespuccium Notarium prædictum, & infrascriptum quatenus de prædictis publicum conficiam Instrumentum unum & ceu plura,

Acta fuerunt præmissa omnia, & singula in Civitate Florentiæ & in populo Sancti Michaelis Berteidi, & in Domo Alfonsi Filippi de Strotiis sub dicto Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera Incarnatione millesimo quingentesimo quinto. Indictione octava, & die vigesima quinta Mensis Junii, præsentibus testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis, & rogatis, videlicet Domino Tolomeo Petri Spagnuoli de Mantua Secretario, & Cancellario Illustrissimi Domini Marchionis Mantuæ, & Blasio Bonaccursii Blasii de Florentia Cohadjutore Domini Marcelli Virgilii, primi Secretarii & Cancellarii Dominationis Florentinæ rogatis.

Item postea dictis anno, Indictione, & die vero vigesima sexta mensis Junii.

Cum hoc sit, prout asseruerunt infrascriptæ Partes, quod Magnifica & Excelsa Res Publica Florentina conduxerit sub die vigesima quinta præsentis mensis Junii in Capitaneum Generalem totius Exercitus Magnificæ & Excelsæ Rei-Publicæ, & Populi Florentini Illustrissimum Dominum Franciscum Gonzagam Marchionem Mantuæ, & dicta Conducta etiam fuerit dicta die per dictum Illustrissimum Dominum Marchionem accæptata, & cum inter cætera, quæ in Capitulis dictæ Conductæ continentur sit Capitulum hujusmodi tenoris, & continentiæ videlicet:

Item ch'ella presente Condotta s'intenda essere, & sia facta con buona gratia della Maesta Christianissima, & non altrimenti, nella provisione, protectione, & stipendio della quale esso intendo, & vuole perpetuare insino alla Morte.

Idcirco Magnifici Domini

Nicolaus Alexandri Filippi de Machiavellis.

Pierus Francisci Neri Filippi del Nero.

Dominus Franciscus Quirici Johannis de Pepis.

Antonius Averardi Antonii Silvestri de Serristoris.

Clemens Cypriani Clementis Sernigi.

Johannes Baptista Nicolai Bartholomei de Bartholinis.

Bernardus Francisci Jacobi de Norettis.

Pier. Franciscus Francisci Raynerii de Tosinghis.

Franciscus Antonii Taddei Filippi Taddei, &

Julianus Johannis Bartholomæi de Marcellis &c.

Decem Viri Libertatis, & Pacis Civitatis Florentiæ simul adunati, servatis servandis & obtento partito per omnes fabas nigras *delfi*, & secundum ordinationem, & viva voce facientes infrascripta omnia & singula, vice, & nomine dictæ Magnificæ & Excelsæ Rei-Publicæ Florentinæ, & omni meliori modo, quo potuerunt, & possunt ex parte una,

Et Illustrissimus Dominus Franciscus Gonzaga Marchio Mantuæ per se, & suos Hæredes, & Successores, & omni meliori modo, quo potuit, & potest ex parte altera, volentes dictum Capitulum declarare convenerunt. Quod verba prædicti Capituli virtualiter importent, & sint hujus sensus & virtutis videlicet. Quod dicta Conducta cum omnibus in ea contentis debeat expresse ratificari & approbari per Christianissimam Majestatem Regis Francorum infra unum mensem ab hodie simpliciter, & eo modo, & forma, & prout facta est. Et casu, quo infradictum tempus non fieret dicta Ratificatio & approbatio dicto modo per dictam Christianissimam Regiam Majestatem, Ex nunc talis Conductio habeatur, ac si facta non esset, & sit nullius valoris efficatiæ, vel effectus. Et ex unc dictæ Partes in dicto Casu illam annullaverunt.

Insuper etiam dictæ Partes modo, forma & nominibus prædictis, attento quod in Capitulis prædictis continetur, quod præfatus Illustrissimus Dominus Marchio debet stare & morari in Dominio Florentino, neque de dicto Dominio discedere possit non obtenta Licentia a Magnificis & Excelsis Dominis Florentinis, vel a Magnificis Dominis decem Libertatis, & Pacis. Et tamen conveniens sit, quod tempore, quo dicti Excelsi Domini Florentini retinerent eorum homines Armigeros, & Stipendiarios extra omnem factionem, neque urgeret aliqua causa offensionis vel defensionis; sed essent dicti Stipendiarii, ut vulgo dicitur, *alle Stanze*; dictus Illustrissimus Dominus Marchio posset redire Mantuam, & ibi morari. Convenerunt ut supra, quod dicto tempore, & casu dictus Illustrisimus Dominus Marchio possit discedere de dicto Domino Florentino, & ei licitum sit morari Mantuæ, non obstante eo quod dicitur in dicta Conducta. Intelligentes tamen dictæ Partes quod semper quando dicti Magnifici & Excelsi Domini Florentini vel dicti Magnifici Domini Decem revocarent illum, ut deberet redire a Mantua, & manere in Campis Florentinis, teneatur, & debeat obedire, Considerantes quod non fiet ad incommodum dicti Illustrisimi Domini Marchionis, vel nisi urgente causa. Quæ omnia & singula suprascripta, & infrascripta dictæ Partes altera alteri, & e converso dictis modo, & nomini-

Digitized by Google

minibus promiserunt, & convenerunt ad invicem, & vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde ultro citroque intervenientibus firma & rata habere, tenere, attendere, observare & adimplere & contra non facere, vel venire, per se vel alium modo aliquo tacite vel expresse, aut sub aliquo quæsito colore. Pro quibus omnibus & singulis observandis, & adimplendis præfati Magnifici Domini Decem Viri dictis modo, & nominibus obligaverunt dicto Illustrissimo Domino Marchioni ibidem præsenti & stipulanti ut supra, dictum Commune Florentiæ ejusque Res, & Bona omnia & singula, præsentia & futura, & dictus Illustrissimus Dominus Franciscus Gonzaga obligavit dictis Magnificis Dominis Decem, & mihi Antonio Notario jam sæpedicto & infrascripto, ut publicæ Personæ ibidem præsenti, recipienti & stipulanti pro dicto Communi, & Populo Florentino, se ipsum Illustrissimum Dominum Franciscum Gonzagam & ejus Filios, Hæredes & Successores, & bona omnia & singula, præsentia & futura, nec non fidem, & famam, Socios, & Comitivam ejusdem. Renuntiantes dictæ Partes, & quælibet earum, dictis modis & nominibus supradictis omnibus & singulis exceptioni non factæ conventionis & promissionis ut supra, rei non sic gestæ, & non sic per omnia celebrati Contractus, exceptioni doli mali, conditioni indebiti, quod sine causa, quod metus vel injusta causa, in factum actioni, Privilegio Fori, restitutionis in integrum, omnique alii Legum, Jurium, & Constitutionum auxilio, privilegio, & favori, et specialiter, et nominatim Legi et Juri dicentis generalem renunciationem non sufficere, vel non valere. Quibus quidem suprascriptis Partibus præsentibus, et dictis modis, et nominibus volentibus, et confitentibus præcepi ego Antonius Judex Ordinarius et Notarius infrascriptus Guarentigiam ac per Guarentigiam, vice et nomine Juramenti prout mihi licuit et licet secundum formam Statutorum, et ordinationum Communis Florentiæ, et cujuscumque alterius Loci de Guarentigia disponentis, quatenus prædicta omnia, et singula attendant, et observent in omnibus, et per omnia, et quoad omnes et omnia et prout, et sicut convenerunt, continetur, et supra scriptum est. Rogantes me Antonium Vespuccium Cancellarium, et Notarium infrascriptum dictæ Partes dictis modis et nominibus, quatenus de prædictis omnibus, et singulis publicum confitiam Instrumentum unum, et seu plura.

Acta fuerunt præmissa omnia et singula in Civitate Florentiæ, et in Pallatio Dominationis Florentinæ et in parte inferiori dicti Pallatii, et in Audientia extiva dictorum Dominorum Decem sub Anno Domini nostri Jesu Christi ab ejus salutifera incarnatione millesimo quingentesimo quinto, indictione octava die vero vigesima sexta mensis Junii, Præsentibus testibus ad præmissa omnia et singula vocatis, habitis et Rogatis, videlicet Domino Tholomeo Pieri Spagnuolo de Mantua, Domino Francisco Domini Eusebii de Malatestis de Mantua ambobus Secretariis et Cancellariis dicti Illustrissimi Domini Marchionis Mantuæ, et Domino Marcello Virgilio de Florentia, et Domino Nicolao Machiavello de Florentia ambobus Secretariis et Cancellariis Dominationis Florentinæ.

(L. S.)

Ego Antonius olim Ser Anastasii, Ser Amerigi de Vespucciis Imperiali auctoritate Judex Ordinarius, Notariusque Publicus, et Civis Florentinus nec non Cancellarius Extractionum Officiorum populi et Communis Florentiæ, prædictis omnibus et singulis in præsenti Carta, et octo præcedentibus Cartis ædinis, dum si agebantur interfui, eaque rogatus scribere scripsi, rogavi et publicavi, et in hanc publicam formam redegi, et in fidem me subscripsi et solito mei sigillo signavi.

XXXIII.

Breve Julii II. Pontificis maximi ad Franciscum Gonzagam, Mantuæ Marchionem directum, quo eum generalem locumtenentem sui & Romanæ Ecclesiæ exercitus constituit, d. d. 25. Octobr. An. 1506. cui aliud Breve d. d. 30. Decembr. An. 1507. adjectum est.

Julius Papa II.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem: Egregia tua virtus, ac fides, rei militaris scientia, & animi magnitudo quibus Majores tuos Belli gloria quæ dum inclitæ Reipublicæ Venetæ Capitaneus, Generalis esses in prima juventa maxima documenta etiam cum potentissimo Rege signis collatis dedisti, & deinde carissimi in Christo Filii nostri Maximiliani Romanorum Regis Illustris, ac Ludovici Sfortiæ tunc Ducis Mediolani, & novissime carissimi etiam in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Locumtenens Exercitum ejus in Regnum Neapolitanum duxisti, merito nos inducunt, ut tue Nobilitati pre ceteris Præfecturam Exercitus nostri ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ demandare velimus, sperantes quod tuo ductu, tuaque virtute, & auctoritate dilectissima Civitas nostra Bononiæ Tyranide prout cupimus liberabitur, & reliqua que tibi committenda duxerimus, bene ac fideliter peragentur. Quocirca te Exercitus nostri, & Ecclesie antedicte omniumque Gentium armigerarum nobis, & dictæ Ecclesiæ militantium Generalem Locumtenentem nostrum ad nostrum & sedis Apostolicæ beneplacitum, facimus, constituimus, & tenore præsentium deputamus, cum facultate & potestate Exercitum, & Gentes ipsas ductandi, quo dignitas & status noster, ac dictæ Ecclesiæ postulabunt, & a nobis tibi injunctum fuerit, jubendi quoque & imperandi, omnibus Ductoribus comestabilibus, & Militibus ceteraque omnia ordinandi, imperandi, & exequendi, que alii generales Exercitus, & Gentium armige-

Digitized by Google

migerarum Ecclesiæ antedictæ Locumtenentes pro tempore ordinare, jubere & exequi potuerunt, Mandantes proinde Ductoribus comestabilibus, & Militibus antedictis, ut jussionibus, & Ordinationibus tuis tanquam nostris plene pareant, & obediant, in quantum nostram gratiam promereri, & indignationem evitare desiderant. Tu igitur, Fili dilecte, ita exercitum gubernare & te gerere studeas, ut Sancta Romana Ecclesia quo te tanto favore prosequitur, per te non solum sua jura conservata, sed etiam aucta esse sentiat, prout fore non dubitamus, Deo cujus causa agitur, tuos gressus in omnibus dirigente. Datum Imolæ sub Annulo Piscatoris, die XXV. Octobris M. D. VI. Pont. nostri Anno tertio.

Sigismundus.

Julius Papa II.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Ben. Superiori proximo mense dum Imolæ essemus: Joannesque Bentivolus qui Civitatem nostram Bononiæ, gravi jugo servitutis premebat: Quique nec paternis monitis nostris, nec censuris Ecclesiasticis moyebatur Armis esset urgendus Nobilitatem tuam præ cæteris aliis belli Ductoribus nostrum Generalem in Exercitu nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Locumtenentem elegimus, creavimus ac deputavimus, ut tua auctoritate, eximiaque virtute, fide quoque & Rei Militaris scientia in maximis Bellis sepe spectata res nostræ, & ejusdem Ecclesiæ, tunc, & quotiens opus esset bene feliciterque procederet figna tamen vexilaque nostra ac prædictæ Ecclesiæ tunc eidem tuæ Nobilitati non dedimus, nondum enim erant perfecta. Que nunc a nobis solitis precationibus benedicta, per dilectum Filium Ludovicum Comitem Canosiæ, Virum egregium mittimus. Cape igitur, Fili dilectissime, vexilla ipsa alacri animo: Et spem certam victoriæ si quando erit pugnandum animo concipe; nulla enim pro nobis, & sancta Romana Ecclesia, nisi justa, & legitima Bella, que Deus omnipotens celestibus favoribus prosequi solet, gerenda erunt. Datum Bononiæ sub Annulo Piscatoris die XXX. Decembris M.D.VII. Pont. nostri Anno quarto.

Sigismundus.

XXXIV.

Breve Julii II. Pontificis maximi ad Franciscum de Gonzaga, Marchionem Mantuæ datum, in quo ipsi sanctæ Rom. Ecclesiæ Confaloneriatus officium contulit, d. d. 5. Non. Octobr. Anno 1510.

Julius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Nobili Viro Francisco de Gonzaga Marchioni Mantuæ Stæ Romanæ Ecclesiæ Confalonerio Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Dum ad insignem generis claritatem inconcussamque devotionis & fidei constantiam, ac preclara Domus, & Familia Gonzagorum erga conservationem & Deffensionem ac incrementa status & honoris Ecclesiæ Romanique Pontificis, quæ hactenus per eos impensa, & per te etiam more Prædecessorum tuorum gesta sunt & quotidie laudabiliter geruntur, aciem nostræ mentis dirigimus, decens, & dignum merito existimamus, ut Personam tuam, sicut præcipua quædam Virtutum excellentia & majori laude præfulget, ita spetialis & præcipui honoris titulo decoremus. Cum itaque Confaloneriatus Stæ. Romanæ Ecclesiæ, ex eo quod nos nuper iniquitatis Filium, & perditionis Alumnum Alfonsium Hesteasem, ob quam plura ejus gravissima excessus & delicta etiam Rebellionis, & læsæ Majestatis Crimina, notoria indubitata & manifesta, & nullo modo excusabilia per eum perpetrata majoris Excommunicationis, & Anathematis sententiam perjurii & Sacrilegii reatus, ac Rebellionis, & læsæ Majestatis crimina damnabiliter incurrisse omnibusque & singulis Privileggiis, Gratiis, Libertatibus, Immunitatibus Vicariatu, & Ducatu Ferrariæ, aliisque Feudis, locationibusque, honoribus, dignitatibus etiam Confaloneriatus prædicti, cæterisque Civitatibus, Castris Opidis, Fortalitiis, Locis, juribus, Jurisdictionibus & bonis quibuscunque, quæ quovis modo obtinebat in perpetuum omnino privatum, & inhabilem, & indignum ad illa, & quælibet alia similia vel dissimilia imposterum obtinenda. Civitatesque castra, Opida, Terras, Fortalitia, Loca, & omnia alia prædicta confiscata fuisse & esse de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Stæ. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, pariter, & assensu, ac Apostolicæ potestatis plenitudine, & ex certa nostra scientia per alias nostras litteras declaravimus, ac sententiando, privavimus, vacaverit, & vacet ad præsens. Nos cupientes Civitates & Loca eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, & immediate subjecta, illorumque Incolas, & habitatores prospere, feliciter, & in pacis dulcedine conservari, protegi, & deffendi, illorumque nepharios ausus, qui sæva cupiditate ducti Civitates, & Loca ipsa temere invadere & occupare nituntur, reprimi ad personam tuam generis nobilitate conspicuam, quamque multiplicium gratiarum muneribus decoravit Altissimus, nostræ mentis

Digitized by Google

tis oculos dirigentes, ac ſperantes, quod res Bellicæ ipſius Eccleſiæ, quæ tuo ductu auſpicioque gerentur, cum tua excellens in re militari virtus quædam divinitus ad vota felicitate multis, & arduis in Bellis ſæpe alias a nobisque ſuperioribus proximis annis in expeditione Bononienſi probata, dum tibi generale gubernium Gentium Armorum ad noſtra & ejusdem Romanæ Eccleſiæ ſtipendia millitantium commiſimus, ſatis nota nobis exiſtat bene, proſpereque ſuccedent, quodque illa ſcies, & poteris opitulante Altiſſimo provide regere, & feliciter gubernare; ſuper hiis cum eisdem fratribus noſtris matura habita deliberatione Conſaloneriatum prædictum cum illius honoribus, oneribus ac ſtipendiis, & emolumentis conſvetis, de eorundem fratrum conſilio, Apoſtolica auctoritate ac ſcientia, & poteſtate ſimilibus concedimus, tibique ut de cætero te Conſalonerium ejusdem Stæ. Romanæ Eccleſiæ nominare, inſcribere & nominari facere, & quoscunque tibi inobedientes moderata diſcretione, qua convenit, compeſcere, ac omnia, & ſingula alia, quæ pro honore noſtro ejusdemque Eccleſiæ ac ſtatu pacifico, proſperoque, & tranquillo Civitatum, & Locorum ejusdem Eccleſiæ, ac Gentium Armorum hujusmodi expedire cognoveris, ordinare, tractare, & exequi libere, & licite valeas, eisdem conſilio & aſſenſu, ac ſcientia, auctoritate, & poteſtatis plenitudine plenam auctoritatem, & poteſtatem omnimodam elargimur. Mandantes dilectis Filiis moderno Capitaneo Generali, cæterisque Conductoribus Gentium, Armorum ad Stipendia noſtra, & Eccleſiæ hujusmodi militantium, & pro tempore exiſtentibus, ut tibi tanquam Conſalonerio ejusdem Stæ. Romanæ Eccleſiæ honorem debitum deferant, mandatisque, & ordinationibus tuis tanquam noſtris pareant, & intendant, ſi noſtram & dictæ ſedis gratiam ſibi conſervare, & indignationem evitare deſiderant. Volumus autem, quod antequam in hujusmodi Conſaloneriatus Offitio te incipias exercere in manibus noſtris, & pro tempore Romani Pontificis fidelitatis debitæ de hujusmodi Conſaloneriatus Offitio laudabiliter exercendo, ſolitum præſtes in forma ſolita juramentum, & ſi, quod abſit, te ab obedientia, & devotione noſtra, & ejusdem Stæ. Romanæ Eccleſiæ deviare contingat, Conſaloneriatus, ac conceſſio hujusmodi ceſſent, & expirent. Quocirca Venerabili fratri Raphaeli, Epiſcopo Portuenſi, & pro tempore exiſtenti Camerario noſtro ac dilectis filiis Gentibus Cameræ Apoſtolicæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in præmiſſis efficacis deffenſionis præſidio aſſiſtentes Litteras præſentes ubi & quando expedierit fuerintque deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, non permittant, te per quoscumque deſuper quomodolibet indebite moleſtari ſeu perturbari Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Eo igitur ut tali titulo qui non niſi maximis Principibus, Ducibusque Bellorum in arduis rebus per Romanos Pontifices, aut ſanctam ſedem Apoſtolicam tribui ſolet, præditus, atque auctus rem noſtram, & ejusdem Eccleſiæ, prout conſueviſti, bene, fideliter, atque feliciter gerens, ut de te rectum judicium feciſſe videamur, a nobisque merito condemnari, & ingentem gloriam tibi comparare, & poſteris tuis relinquere poſſis prout favente altiſſimo non dubitamus eſſe facturum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conceſſionis, Induki, Mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum; Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo. Quinto nonas Octobris Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Sigismundus de Curia.

(Locus Sigilli plumbei appenſi.)

P. de Comitibus.

XXXV.

Capitulatio, qua nomine Leonis X. Pontificis maximi, Fridericus, Mantuæ Marchio, ut pro ipſo arma gerat, ejusque per tres annos ſtipendia mereatur conductus atque Capitaneus 300. equitum conſtitutus eſt, d. d. 11. Decembr. An. 1520.

In DEi Nomine, Amen.

PEr hoc publicum Inſtrumentum omnibus pateat, & ſit notum quod Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo vigeſimo, Indictione octava die vero undecima menſis Decembris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, Divina providentia Papæ decimi Anno octavo in mei Notarii publici, & Teſtium infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum & rogatorum preſentia preſens, & perſonaliter conſtitutus prelibatus Sanctiſſimus Dominus noſter Dominus Leo ſponte, & non per errorem aliquem Juris vel facti, ſed matura deliberatione prehabita omnibusque melioribus modo, via,

Digitized by Google

via, jure, causa & forma, quibus magis, & melius fieri potuit & debuit, conduxit ad stipendia sua, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Federicum, Marchionem Mantuæ absentem, tanquam præsentem, Magnifico Comite Domino Baldassare de Castilione ejus Oratore, & Procuratore præsente & pro eo stipulante prout de ejus Procurationis Mandato constat, & constari vidi publicum Instrumento per me Notarium viso, & lecto manu spectabilis Viri Domini Leonelli Philippi de Marchesiis, Civis Mantuani; sub die penultima mensis Augusti millesimo quingentesimo vigesimo proxime præteriti rogato, & quatenus opus sit præfatus Dominus Baldassar suo proprio, & privato nomine de rato, & ratihabitione in forma juris valida, & de jure subsistibili se facturum, & curaturum ita, & taliter cum effectu. Itaque faciendo possibilia & quod non potuerit nullo modo excusset, promisit & convenit quod prædictus Dominus Marchio infrascripta omnia & singula infra triginta dies proximos ab hodie, & ut sequitur, finiendos ratificabit, acceptabit & emologabit, ac rata, grata & firma habebit, seque ad observationem omnium & singulorum in præsenti publico Instrumento, & me infrascripto obligabit, & hipotecabit cum Capitulis, Pactis, Obligationibus infrascriptis quod dicta Conducta sit per tempus & terminum trium Annorum incipiendorum die undecima mensis Aprilis millesimo quingentesimo vigesimo primo proxime futturi, videlicet duos firmos, & tertium ad beneplacitum suæ sanctitatis; sed beneplacitum debeat notificari dicto Domino Marchioni per tres Menses ante finem secundi Anni, quod dicta Conducta sit in totum trecentorum Equitum gravis Armaturæ, hoc modo videlicet CCXXX. similium, & CXXXX. levis Armaturæ, quod stipendium pro quolibet Equite gravis Armaturæ sit ad rationem, & computum centum & viginti Ducatorum de Carlenis pro quolibet Anno quod provisio particularis prefati Domini Marchionis sit pro quolibet Anno duodecim millium Ducatorum de Carlenis, quod stipendium Equitum, & provisio particularis dicti Domini Marchionis solvatur ad quaterios de trimestre in trimestre postquam lucratum fuerit more Francorum, sed ad præsens solvatur per Sanctissimum Dominum nostrum quarta pars stipendii & provisionis particularis prædicte unius anni; quod predictus Dominus Marchio habeat Officium Titulum, & auctoritatem Capitanei Generalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & sic Sanctissimus Dominus noster creat, eligit, & deputat eum si contingerit, quod predictus Sanctissimus Dominus noster elligeret, & deputaret aliquem Locumtenentem aut Confalonerium predictus Dominus Marchio non teneatur obedire dictis Locumtenenti aut Confalonerio. Quod prædictus Dominus Marchio habeat in Dominio Ecclesiastico Stationes pro mille & quingentis equis, & casu quo in dictis locis Sanctitas sua commodo non posset deputare, & consignare dictas stationes teneatur solvere pro eo numero qui non habebunt dictas stationes Ducatos viginti auri pro quolibet Equite gravis Armaturæ, & pro quolibet anno, temporibus & modis stipendii suprascripti. Quod si tempore Belli contingeret per Sanctissimum Dominum nostrum conducere Pedites, predictus Dominus Marchio habeat facultatem eligendi & conducendi usque ad Summam mille Peditum quos duxerit eligendus sumptibus suæ Sanctitatis pro custodia personæ suæ dum esset personaliter in Castris, & pro servitio predictæ Sanctitatis & ordinare & deputare illis Capitaneum pro illo tempore, quo necesse erit uti opera eorum, quod predictus Dominus Marchio habeat auctoritatem, & facultatem per se, vel per quos ipse deputaverit administrandi justitiam in Castris tam in civilibus, quam in criminalibus, & nullus alius possit se intromittere exceptis Legatis, & Commissariis Sanctitati suæ qui possint punire & castigare delinquentes prout illis videbitur. Quod omnes captivi & Presionarii, qui a predicto Domino Marchione, vel dictis Equitibus fuerint capti, & retenti intelligantur esse, & sint dicti Domini Marchionis vel eorum qui eos cœperint, & si Sanctissimus Dominus noster voluerit eos, aut aliquem eorum in sua potestate dictus Dominus Marchio teneatur libere tradere & concedere suæ sanctitati, quæ tamen debeat solvere, & redimere eos tanto pretio, quanto ipso Principales captivi solverent: sed in hoc Capitulo non intelligantur comprehensi principales vel aliquis eorum contra quem & quos Bellum geretur, nec & Rebelles suæ Sanctitatis, quod omnes Principales & rebelles sine aliqua solutione intelligantur esse & sint juris & arbitrii Sanctitatis suæ. Quod si evenerit in aliquo Bello, ut a dicto Domino Marchione, vel suis Equitibus acquirerentur Artilleriæ, Munitiones & alia bona Mobilia sint dicti Domini Marchionis, vel ipsorum, qui ea acquisiverint prout dicto Domino Marchioni placebit. Item sanctissimus Dominus noster, durante dicta conducta, recepit predictum Dominum Marchionem, & ejus Illustrissimam domum, Status, Populos & Subditos suos in tutelam & protectionem suæ Sanctitatis, & Sanctæ Sedis Apostolicæ contra quoscumque, nemine excepto, & promisit in omni Liga, & Confederatione quas denuo inire vel celebrare contingeret facere specialem mentionem dicti Domini Marchionis & Domus suæ, & nominare eos expresse in dictis Ligis & Confederationibus pro adherentibus, recomendatis, & protectis a sua Beatitudine, quod prædictus Dominus Marchio teneatur rasignare dictos Equites infra tres menses, & postea ad beneplacitum sanctissimi Domini nostri, quod predictus Dominus Marchio teneatur obedire Legatis & Commissariis Sanctissimi Domini nostri; quod predictus Dominus Marchio sit devotus, & fidelis Sanctissimo Domino nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & teneatur servire suæ Sanctitati, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per dictum tempus cum persona & statu cum dictis Equitibus gravis, & levis armaturæ contra quoscumque, nemine excepto cujuscumque gradus, dignitatis & qualitatis existat & si non comprehenderent verbis generalibus, quod predictus Dominus Marchio teneat omnes Inimicos Sanctissimi Domini nostri & a sua sanctitate quoslibet, & ex quavis causa ad liberum arbitrium suæ Sanctitatis habitos & declaratos vel declarandos, ac omnes præfatæ Sanctitati inobedientes, & rebelles habere pro inimicis suis & illis denegare, & prohibere transitum per Dominium

Digitized by Google

minium ſuum non obſtantibus quibuscumque aliis Ligis, Obligationibus, Promiſſionibus, & ſepius geminatis & juramentis, & publicis Inſtrumentis confirmatis ex quavis cauſa & maxima, quæ omnia & ſingula pro expreſſis & in preſenti Capitulo de verbo ad verbum inſertis itaque omnino tollant prædictus Sereniſſimus Dominus noſter & Dominus Marchio haberi voluerunt; predicta omnia, predictus Dominus Marchio, & pro eo predictus Dominus Baldaſſar, dictis nominibus quibus ſupra, intendit ſervare & adimplere: verum ſi contingeret Bellum active vel paſsive geri contra Cæſaream Maeſtatem, declarat dicto caſu, ſe non teneri perſonaliter tantum ire, & militare contra dictam Cæſaream Maeſtatem, & dicto caſu Equites predicti poſsint & debeant militare ad beneplacitum Sanctiſsimi Domini noſtri, & Legatorum & Commiſſariorum ſuæ Sanctitatis, & contra Cæſaream Maeſtatem, & valeat Sanctiſsimus Dominus noſter dictis Equitibus conſtituere & ordinare pro dicto tempore Ducem, & Conductorem quousque predictus Dominus Marchio voluerit perſonaliter intereſſe. Quæ omnia & ſingula ſupra & infraſcripta predicti Sanctiſsimus Dominus noſter, ac Magnificus Dominus Baldaſſar, quibus ſupra nominibus, & quolibet dictorum modorum, & nominum inſolidum, inſimul, & de per ſe attendere, & obſervare, ac in nullo contrafacere, dicere, vel venire, per ſe vel alium, ſeu alios aliqua ratione, jure, modo, Titulo ſive cauſa, tacite vel expreſſe aut alio quovis queſito colore promiſerunt. Pro quibus omnibus & ſingulis, ſicut premittitur tenendis, attendendis, complendis, & inviolabiliter obſervandis, ac firmis, ratis, & gratis habendis predictus Sanctiſsimus Dominus noſter in verbo Romani Pontificis promiſit, nec non dictus Dominus Baldaſſar Procurator quibus ſupra nominibus ſe, & dictum Dominum Marchionem ejus Principalem, & eorum quemlibet inſolidum, nec non omnia & ſingula eorum, & cujuslibet ipſorum res, & Bona, mobilia & immobilia, preſentia & futura, ubilibet exiſtentia quæcumque, in ampliori, ac meliori forma, Cameræ Apoſtolicæ, prelibato Sanctiſsimo Domino noſtro Papa ut ſupra preſenti & recipienti, & ſtipulanti una cum omnibus, & ſingulis clauſulis, ſubmiſsionibus, Renunciationibus Procuratorumque Conſtitutione, videlicet Dominorum Jacobi, Aporelli, nec non Thomæ de Prato, & Salvatoris Petrunii aliorumque Procuratorum, & Notariorum in Romana Curia nunc & pro tempore exiſtentium, quorum hic pro ſufficienter nominibus expreſsis habere voluit. Juramento, tactis ob hoc corporaliter in mei Notarii infraſcripti preſentia manibus Scripturis Sacroſanctis ad Sancta DEi Evangelia & aliis omnibus, & ſingulis clauſulis in Inſtrumentis Obligationum in pleniori forma Cameræ Apoſtolicæ celebratis appoſitis & apponi ſolitis obligavit & hippothecavit, ſuper quibus omnibus & ſingulis predicti Sanctiſsimus Dominus noſter & Baldaſſar quibus ſupra nominibus & quilibet ipſorum ſibi ipſis a me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierunt Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Malliani Portuenſis Dioceſis in Camera prelibati Sanctiſsimi Domini noſtri preſentibus ibidem Teſtibus Reverendis Dominis Guidone de Medicis & Bartholomeo Trophanino Clericis Florentinæ & Bononienſis Dioceſis Camereris ſecretis ſuæ ſanctitatis ad ſuprascripta habitis vocatis atque ſpecialiter rogatis.

Et ego Petrus olim Nicolai de Ardinghellis Civis Florentinus & Sanctiſsimi Domini noſtri Secretarius publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur & fierent una cum prenominatis Teſtibus preſens fui eaque ſic fieri vidi, audivi, & in notam ſumpſi, ideoque hoc preſens publicum Inſtrumentum aliis arduis occupatus negotiis aliena manu fideliter ſcriptum publicavi & in hanc publicam formam redegi, & ad prædictorum omnium & ſinguſorum fidem me ſubſcripſi, & ſolito meo ſigno ſignavi rogatus, & requiſitus.

XXXVI.

Conventio per Dominum Campinum, Marchionis Mantuæ Commiſſarium facta cum Alexandro Saxatello, S. R. Eccleſiæ Rebelle, qua hic præfato Commiſſario arcem & Caſtrum Bagnariæ ceſſit, d. d. 28. Nov. Anno 1522.

In DEi nomine Amen.

ANno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione decima, ſedente ſummo Pontifice Sanctiſſimo Domino noſtro Domino Adriano Divina providentia illius Papa ſexto, ſui Pontificatus anno primo die vero vigeſima octava menſis Novembris. Pateat omnibus hoc præſens, & publicum fidei & pactionis Inſtrumentum inſpecturis & lecturis; Quatenus ſtrenuiſſimus Dominus Capinus digniſſimus Commiſſarius Illuſtriſſimis, & invictiſſimi Domini Marchionis Mantuæ digniſſimi Capitanei S. R. Eccleſiæ, & eo nomine convenit, & pactus eſt ſolemni ſtipulatione hinc inde interveniente cum Domino Alexandro Saxatello, quondam Domini Gentilis, qui dictus Dominus Alexander dedit, ceſſit, reſtituit, & conceſſit Arcem Bagnariæ, & caſtrum in quo erat . . . . . tanquam Occupator & Rebellis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſed ſolum ibi clauſus erat cum aliquibus Amicis ſuis ibi advocatis pro tutella, & defenſione vitæ ſuæ ob continuas inſultationes, impetus & connatus factos contra ipſum per Guillelmum, Vainum, & alios de Tartagnis, & Brocardis de Imola ſeu ad inſtantiam eorundem per eorum ſequaces, & facioſos Homines ex variis Locis advocatos ab eis obſidentes, & oppugnare con . . . . . res dictum Caſtrum, & volentes interficere dictum Dominum Alexandrum præfato ſtreniſſimo Domino Cappino Commiſſario, & eo nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Marchionis Mantuæ invictiſſimi Capitanei S. R. Eccleſiæ præſenti & acceptanti Arcem ipſam, & Caſtrum cum præſta-

Digitized by Google

via, jure, causa & forma, quibus magis, & melius fieri potuit & debuit, conduxit ad stipendia sua, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Illustrissimum & Excellentissimum Dominum Federicum, Marchionem Mantuæ absentem, tanquam præsentem, Magnifico Comite Domino Baldassare de Castilione ejus Oratore, & Procuratore præsente & pro eo stipulante prout de ejus Procurationis Mandato constat, & constari vidi publicum Instrumento per me Notarium viso, & lecto manu spectabilis Viri Domini Leonelli Philippi de Marchesiis, Civis Mantuani; sub die penultima mensis Augusti millesimo quingentesimo vigesimo proxime præteriti rogato, & quatenus opus sit præfatus Dominus Baldassar suo proprio, & privato nomine de rato, & ratihabitione in forma juris valida, & de jure subsistibili se facturum, & curaturum ita, & taliter cum effectu. Itaque faciendo possibilia & quod non potuerit nullo modo excuset, promisit & convenit quod prædictus Dominus Marchio infrascripta omnia & singula infra triginta dies proximos ab hodie, & ut sequitur, finiendos ratificabit, acceptabit & emologabit, ac rata, grata & firma habebit, sequeque ad observationem omnium & singulorum in præsenti publico Instrumento, & me infrascripto obligabit, & hipotecabit cum Capitulis, Pactis, Obligationibus infrascriptis quod dicta Conducta sit per tempus & terminum trium Annorum incipiendorum die undecima mensis Aprilis millesimo quingentesimo vigesimo primo proxime futuri, videlicet duos firmos, & tertium ad beneplacitum suæ sanctitatis; sed beneplacitum debeat notificari dicto Domino Marchioni per tres Menses ante finem secundi Anni, quod dicta Conducta sit in tenum trecentorum Equitum gravis Armaturæ, hoc modo videlicet CCXXX. similium, & CXXXX. levis Armaturæ, quod stipendium pro quolibet Equite gravis Armaturæ sit ad rationem, & computum centum & viginti Ducatorum de Carlenis pro quolibet Anno quod provisio particularis prefati Domini Marchionis sit pro quolibet Anno duodecim millium Ducatorum de Carlenis, quod stipendium Equitum, & provisio particularis dicti Domini Marchionis solvatur ad quarterios de trimestre in trimestre postquam lucratum fuerit more Francorum, sed ad præsens solvatur per Sanctissimum Dominum nostrum quarta pars stipendii & provisionis particularis prædicte unius anni; quod predictus Dominus Marchio habeat Officium Titulum, & auctoritatem Capitanei Generalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & sic Sanctissimus Dominus noster creat, eligit, & deputat eum si contingerit, quod predictus Sanctissimus Dominus noster elligeret, & deputaret aliquem Locumtenentem aut Confalonerium predictus Dominus Marchio non teneatur obedire dictis Locumtenenti aut Confalonerio. Quod prædictus Dominus Marchio habeat in Dominio Ecclesiastico Stationes pro mille & quingentis equis, & casu quo in dictis locis Sanctitas sua commodo non posset deputare, & consignare dictas stationes teneatur solvere pro eo numero qui non habebunt dictas stationes Ducatos viginti auri pro quolibet Equite gravis Armaturæ, & pro quolibet anno, temporibus & modis stipendii suprascripti. Quod si tempore Belli contingeret per Sanctissimum Dominum nostrum conducere Pedites, predictus Dominus Marchio habeat facultatem eligendi & conducendi usque ad Summam mille Peditum, quos duxerit eligendus sumptibus suæ Sanctitatis pro custodia personæ suæ dum esset personaliter in Castris, & pro servitio predictæ Sanctitatis & ordinare & deputare illis Capitaneum pro illo tempore, quo necesse erit uti opera eorum, quod predictus Dominus Marchio habeat auctoritatem, & facultatem per se, vel per quos ipse deputaverit administrandi justitiam in Castris tam in civilibus, quam in criminalibus, & nullus alius possit se intromittere exceptis Legatis, & Commissariis Sanctitati suæ qui possint punire & castigare delinquentes prout illis videbitur. Quod omnes captivi & Prisionarii, qui a predicto Domino Marchione, vel dictis Equitibus fuerint capti, & retenti intelligantur esse, & sint dicti Domini Marchionis vel eorum qui eos cœperint, & si Sanctissimus Dominus noster voluerit eos, aut aliquem eorum in sua potestate dictus Dominus Marchio teneatur libere tradere & concedere suæ sanctitati, quæ tamen debeat solvere, & redimere eos tanto pretio, quanto ipso Principales captivi solverent: sed in hoc Capitulo non intelligantur comprehensi principales vel aliquis eorum contra quem & quos Bellum geretur, nec & Rebelles suæ Sanctitatis, quod omnes Principales & rebelles sine aliqua solutione intelligantur esse & sint juris & arbitrii Sanctitatis suæ. Quodsi evenerit in aliquo Bello, ut a dicto Domino Marchione, vel suis Equitibus acquirerentur Artilleriæ, Munitiones & alia bona Mobilia sint dicti Domini Marchionis, vel ipsorum, qui ea acquisiverint prout dicto Domino Marchioni placebit. Item sanctissimus Dominus noster, durante dicta conducta, recepit predictum Dominum Marchionem, & ejus Illustrissimam domum, Status, Populos & Subditos suos in tutelam & protectionem suæ Sanctitatis, & Sanctæ Sedis Apostolicæ contra quoscumque, nemine excepto, & promisit in omni Liga, & Confederatione quas denuo inire vel celebrare contingeret facere specialem mentionem dicti Domini Marchionis & Domus suæ, & nominare eos expresse in dictis Ligis & Confederationibus pro adherentibus, recomendatis, & protectis a sua Beatitudine, quod prædictus Dominus Marchio teneatur rasignare dictos Equites infra tres menses, & postea ad beneplacitum sanctissimi Domini nostri, quod predictus Dominus Marchio teneatur obedire Legatis & Commissariis Sanctissimi Domini nostri; quod predictus Dominus Marchio sit devotus, & fidelis Sanctissimo Domino nostro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & tenetur servire suæ Sanctitati, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ per dictum tempus cum persona & statu cum dictis Equitibus gravis, & levis armaturæ contra quoscumque, nemine excepto cujuscumque gradus, dignitatis & qualitatis existat & si non comprehenderent verbis generalibus, quod predictus Dominus Marchio teneat omnes Inimicos Sanctissimi Domini nostri & a sua sanctitate quoslibet, & ex quavis causa ad liberum arbitrium suæ Sanctitatis habitos & declaratos vel declarandos, ac omnes præfatæ Sanctitati inobedientes, & rebelles habere pro inimicis suis & illis denegare, & prohibere transitum per Dominium

Digitized by Google

minium ſuum non obſtantibus quibuscumque aliis Ligis, Obligationibus, Promiſſionibus, & ſepius geminatis & juramentis, & publicis Inſtrumentis confirmatis ex quavis cauſa & maxima, quæ omnia & ſingula pro expreſſis & in preſenti Capitulo de verbo ad verbum inſertis itaque omnino tollant prædictus Sereniſſimus Dominus noſter & Dominus Marchio haberi voluerunt; predicta omnia, predictus Dominus Marchio, & pro eo predictus Dominus Baldaſſar, dictis nominibus quibus ſupra, intendit ſervare & adimplere: verum ſi contingeret Bellum active vel paſsive geri contra Cæſaream Maeſtatem, declarat dicto caſu, ſe non teneri perſonaliter tantum ire, & militare contra dictam Cæſaream Maeſtatem, & dicto caſu Equites predicti poſsint & debeant militare ad beneplacitum Sanctiſsimi Domini noſtri, & Legatorum & Commiſſariorum ſuæ Sanctitatis, & contra Cæſaream Maeſtatem; & valeat Sanctiſsimus Dominus noſter dictis Eqtitibus conſtituere & ordinare pro dicto tempore Ducem, & Conductorem quousque predictus Dominus Marchio voluerit perſonaliter intereſſe. Quæ omnia & ſingula ſupra & infraſcripta predicti Sanctiſsimus Dominus noſter, ac Magnificus Dominus Baldaſſar, quibus ſupra nominibus, & quolibet dictorum modorum, & nominum inſolidum, inſimul, & de per ſe attendere, & obſervare, ac in nullo contrafacere, dicere, vel venire, per ſe vel alium, ſeu alios aliqua ratione, jure, modo, Titulo ſive cauſa, tacite vel expreſſe aut alio quovis queſito colore promiſerunt. Pro quibus omnibus & ſingulis, ſicut premittitur tenendis, attendendis, complendis, & inviolabiliter obſervandis, ac firmis, ratis, & gratis habendis predictus Sanctiſsimus Dominus noſter in verbo Romani Pontificis promiſit, nec non dictus Dominus Baldaſſar Procurator quibus ſupra nominibus ſe, & dictum Dominum Marchionem ejus Principalem, & eorum quemlibet inſolidum, nec non omnia & ſingula eorum, & cujuslibet ipſorum res, & Bona, mobilia & immobilia, preſentia & futura, ubilibet exiſtentia quæcumque, in ampliori, ac meliori forma, Cameræ Apoſtolicæ, prelibato Sanctiſsimo Domino noſtro Papa ut ſupra preſenti & recipienti, & ſtipulanti una cum omnibus, & ſingulis clauſulis, ſubmiſsionibus, Renunciationibus Procuratorumque Conſtitutione, videlicet Dominorum Jacobi, Aporelli, nec non Thomæ de Prato, & Salvatoris Petrunii aliorumque Procuratorum, & Notariorum in Romana Curia nunc & pro tempore exiſtentium, quorum hic pro ſufficienter nominibus expreſsis habere voluit. Juramento, tactis ob hoc corporaliter in mei Notarii infraſcripti preſentia manibus Scripturis Sacroſanctis ad Sancta DEi Evangelia & aliis omnibus, & ſingulis clauſulis in Inſtrumentis Obligationum in pleniori forma Cameræ Apoſtolicæ celebratis appoſitis & apponi ſolitis obligavit & hippothecavit, ſuper quibus omnibus & ſingulis predicti Sanctiſsimus Dominus noſter & Baldaſſar quibus ſupra nominibus & quilibet ipſorum ſibi ipſis a me Notario publico infraſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri atque confici petierum Inſtrumentum, & Inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Malliani Portuenſis Dioceſis in Camera prelibati Sanctiſsimi Domini noſtri preſentibus ibidem Teſtibus Reverendis Dominis Guidone de Medicis & Bartholomeo Trophanino Clericis Florentinæ & Bononienſis Dioceſis Camereris ſecretis ſuæ ſanctitatis ad ſuprascripta habitis vocatis atque ſpeciáliter rogatis.

Et ego Petrus olim Nicolai de Ardinghellis Civis Florentinus & Sanctiſsimi Domini noſtri Secretarius publicus Apoſtolica auctoritate Notarius, quia prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agebantur & fierent una cum prenominatis Teſtibus preſens fui eaque ſic fieri vidi, audivi, & in notam ſumpſi, ideoque hoc preſens publicum Inſtrumentum aliis arduis occupatus negotiis aliena manu fideliter ſcriptum publicavi & in hanc publicam formam redegi, & ad prædictorum omnium & ſingulorum fidem me ſubſcripſi, & ſolito meo ſigno ſignavi rogatus, & requiſitus.

XXXVI.

Conventio per Dominum Campinum, Marchionis Mantuæ Commiſſarium facta cum Alexandro Saxatello, S. R. Eccleſiæ Rebelle, qua hic præfato Commiſſario arcem & Caſtrum Bagnariæ ceſſit, d. d. 28. Nov. Anno 1522.

In DEi nomine Amen.

ANno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione decima, ſedente ſummo Pontifice Sanctiſſimo Domino noſtro Domino Adriano Divina providentia illius Papa ſexto, ſui Pontificatus anno primo die vero vigeſima octava menſis Novembris. Pateat omnibus hoc præſens, & publicum fidei & pactionis Inſtrumentum inſpecturis & lecturis; Quatenus ſtrenuiſſimus Dominus Capinus digniſſimus Commiſſarius Illuſtriſſimis, & invictiſſimi Domini Marchionis Mantuæ digniſſimi Capitanei S. R. Eccleſiæ, & eo nomine convenit, & pactus eſt ſolemni ſtipulatione hinc inde interveniente cum Domino Alexandro Saxatello, quondam Domini Gentilis, qui dictus Dominus Alexander dedit, ceſſit, reſtituit, & conceſſit Arcem Bagnariæ, & caſtrum in quo erat . . . . . tanquam Occupator & Rebellis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſed ſolum ibi clauſus erat cum aliquibus Amicis ſuis ibi advocatis pro tutella, & defenſione vitæ ſuæ ob continuas inſultationes, impetus & connatus factos contra ipſum per Guillelmum, Vainum, & alios de Tartagnis, & Brocardis de Imola ſeu ad inſtantiam eorundem per eorum ſequaces, & facioſos Homines ex variis Locis advocatos ab eis obſidentes, & oppugnare con . . . . . tes dictum Caſtrum, & volentes interficere dictum Dominum Alexandrum præfato ſtreniſſimo Domino Cappino Commiſſario, & eo nomine præfati Illuſtriſſimi Domini Marchionis Mantuæ invictiſſimi Capitanei S. R. Eccleſiæ præſenti & acceptanti Arcem ipſam, & Caſtrum cum præſta-

Digitized by Google

tione Clavium his pactis, & Conditionibus hinc inde solemni stipulatione intervenientibus, quod præfatus Dominus Commissarius quo supra nomine solemniter promisit, & se obligavit præfato Domino Alexandro Saxatello præsenti & acceptanti secure, impune & sine læsione aliqua conducere & associare ipsum Dominum Alexandrum cum suis sociis omnibus usque in Civitatem Faventiæ, & ibi ante Dominum Gubernatorem. E converso præfatus Dominus Alexander promisit solemniter, se daturum idoneas fidejussiones, & promissiones quod ibit ad præsentiam, & conspectum præfati Illustrissimi Domini Marchionis Mantuæ, dignissimi Capitanei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ expoliturus defensiones, jura & querellas suas, & ostensurus de juribus suis, & quod discedet Faventia in termino duorum dierum proxime futurorum, qui incipere intelligantur postquam pervenerint Faventiam: hoc etiam addito, & pacto inter Partes ipsas; quod præfatus Dominus Commissarius debeat, & teneatur dare duos Nobiles, qui habeant ire & associare ipsum Dominum Alexandrum Mantuam usque coram præfato Excellentissimo Domino Capitaneo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Pro quibus omnibus & singulis firmiter observandis præfatus Dominus Comsarius Commissario nomine obligavit omnia bona, quæ Commissario nomine hic de jura obliganda veniunt, præsentia & futura, & similiter præfatus Dominus Alexander omnia & singula ejus bona, præsentia & futura, & ambo juraverunt manibus tactis Scripturis ad Sacra Dei Evangelia, se habituros firma, rata & grata, omnia & singula supra scripta sub pœna perjurii utriusque juris Cæsarei, & Canonici, & quod non contra facient vel venient per se, vel alium, vel alios aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto sub pœnis a jure, & legibus, & Canonibus politis & statutis &c.

(L. S.) Ego Franciscus Legulus Bagnarzus quondam Magistri Johannis publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptis omnibus, & singulis interfui & rogatus scripsi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi signo meo consueto apposito &c.

XXXVII.

Caroli V. Romanorum Imperatoris diploma, quo Fridericus de Gonzaga, Mantuæ Marchio, Capitaneus 100. cataphractorum & 300. levis armaturæ equitum declaratus est d. d. 13. Sept. Anno 1529.

Carolus, Divina favente Clementia, E. Romanorum Imperator Augustus ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem &c. Rex Archi Dux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Flandriæ &c. Notum facimus tenore præsentium universis. Jam multa sunt Illustris Federici de Gonzaga Marchionis Mantuæ Principis & Consangvinei nostri charissimi in nos & Rom. Imp. merita officiaque, ut qui nullo in loco rebus nostris suis fide, atque auctoritate deesse voluit, eum nos nullis non graciis & favoribus prosequi debeamus, ut quo majora fuerint illius in nos merita, eo uberiora sint nostra in eum beneficia, quo fit ut majorem illi benemerendi causam præbere cupientes eundem, tenore presentium, Capitaneum nostrum centum Equitum cataphractorum, tricentorumque levis armaturæ instituimus, creamus, & deputamus, volentes ac decernentes ut omnibus & singulis auctoritate stipendiis, præeminentiis, prærogativis, emolumentis, honoribus, oneribus, ad hujusmodi onus spectantibus, & pertinentibus frui debeat & gaudere quibus alii hujusmodi Capitanei nostri Equitum cattaphractorum, & levis armaturæ cum pari equitum numero pro rata uti, frui, & gaudere solent; mandantes universis & singulis Capitaneis, Campi Magistris, Commissariis, Officiariis, Stipendiariis, cæterisque Militibus atque nostris & Rom. Imp. Subditis, & fidelibus dilectis, ut præfatum Illustrem Marchionem Mantuæ pro Capitaneo nostro præfatorum Equitum habeant, teneant, reputent, ac tractent; Scribis autem rationum, & Thesauriis nostris, & aliis ad quos spectet, spectareve potest, ut eum in Rotulo Capitaneorum & stipendiariorum nostrorum inscribant suisque temporibus debita stipendia persolvant, & persolvere faciant, debitisque emolumentis, & prærogativis, atque præeminentiis (ut præmittitur) uti, frui & gaudere permittant, de hisque illi debite responderi faciant si gratia nostra illis chara est, iramque & indignationem nostram evitare capiunt, harum testimonio Literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri a tergo impressione munitarum. Datum Placentiæ die decimo tertio mensis Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono. Regnorum nostrorum Romani undecimo, aliorum vero omnium decimo quarto:

CAROLVS &c.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis propria manu.

Alphonsus Valdesius.

MS. A tergo &c. (S. L.)

Registrata *Obernburger.*

XXXIIX.

Digitized by Google

XXXIIX.

Diploma Caroli V. Roman. Imp. quo Fridericus de Gonzaga, Marchio Mantuæ, Capitaneus generalis exercitus Cæsarei ex germania in Italiam venientis constituitur, d. d. 21. Septembr. Anno 1529.

Carolus Quintus, Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator Augustus ac Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Ungariæ, Dalmaciæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comes Hasburghi, Flandriæ, Tyrolis &c. Illustri Federico a Gonzaga Marchioni Mantuæ, Principi & Consangvineo nostro charissimo gratiam nostram Cæsaream, & omne bonum. Quum venientibus ex Germania copiis eum Ducem præficere cupimus, qui ex prudentia & animi corporisque fortitudine plurimum valeat, & cujus fides non uno tantum argumento nobis explorata sit, in te Illustrem Fredericum, mentis nostræ aciem direximus, in quo ad huiusmodi Provinciam exequendam nihil est, quod desiderandum esse videatur. Ea propter te prænominatum Fredericum omnium Militum, atque Equitum modo ex Germania in Italiam venientium atque eorum quos tu nostro nomine, atque auctoritate conduxisti, & quos ad te mittemus, quousque ad exercitum nostrum veniemus, Ducem & Capitaneum nostrum Generalem facimus, constituimus, creavimus & ordinavimus, ac tenore presentium facimus, constituimus creamus & ordinamus, ita ut deinceps sis, tenearis, & esse debeas, in prefato exercitu, quousque nos ad eum veniemus, Generalis noster Capitaneus, ipsamque Provinciam omni prudentia, fide & dexteritate (prout plenissime de te confidimus) regas, gubernes, atque exerceas, Dantes & concedentes tibi præfato Frederico amplam auctoritatem, ut ipsum exercitum nostrum sub potestate tua apprehendas, eumque fideliter regas, ducasque, & reducas, prout rebus nostris videbitur expedire, aut a nobis decretum ac ordinatum fuerit, atque alia omnia & singula facias & exequaris, quæ ipsi Generalis Capitanei Officio quomodolibet facienda incumbunt; mandantes ac serio præcipientes universis & singulis Capitaneis tam Equitum, quam Peditum, cæterisque Officialibus, & Equitibus Militibusque in ipso exercitu nostro militantibus, presentibus & futuris, quatenus te prenominatum Illustrem Fredericum pro Capitaneo nostro Generali (ut prefertur) habeant, reputent, atque tractent, ac tibi veluti aliis Ducibus & Capitaneis nostris generalibus parere, & obedire consueverunt, pareant, atque obediant absque ulla contradictione, quousque (ut præmittitur) nos ad ipsum Exercitum veniemus, si gratia nostra illis chara est, & præter iræ indignationisque nostræ incursum, pœnam tuo arbitrio imponendam cupiunt evitare. Harum testimonio Litterarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli nostri appressione munitarum. Datum Placentiæ, die XXI. mensis Septembris, Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono, Regnorum nostrorum Romani undecimo aliorum vero omnium decimo quarto.

CAROLVS.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ Majestatis propria manu.

ALs: *Valdesius*.

A tergo (S.L.)

XXXIX.

Protestatio nomine Caroli II. de Gonzaga, Mantuæ Marchionis, per Comitem Sannalarium, Legatum ipsius interposita contra pacem monasterii inter imperium & Gallos conclusam in puncto jurium ipsi competentium in status Montisferrati per Ducem Sabaudiæ detentos, d. d. 20. Januar. Anno 1649. Cui mandatum plenum præfato Comiti ad hunc actum datum in calce est adjectum d. d. 20. Novemb. An. 1648.

QUanta sit & esse debeat sollicitudo, industria & diligentia, quam tenentur adhibere, ii, quibus a natura aliorum, seu Personarum, seu Statuum Cura demandata est, manifestum apud omnes est: quos labores, quas curas Serenissima D. Domina Maria Ducissa Mantuæ pro Serenissimo D. Domino Carolo Duce Mantuæ Montisferrati &c. & ejus Filio ac Domino meo Clementissimo susceperit, in eum præsertim finem, ut integrum suorum Statuum per Serenissimum Ducem Sabaudiæ occupatorum restitutionem consequeretur, nemo in dubium revocare potest, sed quamvis in his pacis universalis Congressu tam voce, quam scriptis Jura sua proposuerit, quamvis nullas omiserit demonstrationes constitutiones & supplicationes, quibus spolii violentiam Clærascensis Tractatus iniquitatem, debitam bonorum restitutionem accusaverit, ostenderit & imploraverit, tamen non utiles solummodo fuerunt Petitiones, sed violentæ Spoliationes & Clærascensis Tractatus sequutæ confirmationes Hæc licet tanquam res inter alios acta nullo modo præjudicare possint Juribus Serenissimi Ducis Mantuæ ac Domini mei Clementissimi, certumtumque sit nullas Conventiones, nullos Tractatus, Confirmationes aut Transactiones de re aliena invito Domino subsistere, ex abundanti tamen & ne mea præsentia vel taciturnitas mihi imputari, aut Domino meo damno cedere possit, vigore expressi mei mandati in his scriptis & omni

Digitized by Google

omni meliori modo protestatus sum & protestor inpræmissis, & circa præmissa nullum consensum & assistentiam, quoquo modo adhibuisse; nec ad id Mandatum aliquod directe vel indirecte habuisse, & propterea Jura prædicti Domini mei salva fore suis loco & tempore deducenda, quodque suas Status, Terras, Subditos & exinde dependentia nunquam deserere intendit; aliquo non obstante, ac etiam si aliter per eum, aut contra ipsius voluntatem accidat, aut acciderit. Idque coram nobis Illustrisimis & Excellentisimis D. Dominis Legatis ac Plenipotentiariis Pontificis, Cæsaris, Regum, Electorum, quorumcunque Principum Orbi universo & omni Potestati ea spe quidem fretus, ut Divina Majestas suo tempore omnia in melius vertat. Qua propter Directorium Electorale Moguntinum hoc ipso debite requiritur, ut hanc Protestationem ad Acta Imperii suscipiat & admittat, nec non suo loco ad perpetuam rei memoriam registrari curet mihique de insinuatione facta Documentum, aliisque, quorum interest communicet, idque cum reservatione ulterioris Deductionis, nec non suæ Celsitudinis Domini mei Clementisimi facultate addendi, minuendique. Signatum Monasterii, die 20. Januarii 1649.

Hieronymus Sannalarius.

Procura Serenisimi Domini, in Dominum Comitem Sannalarium.

IN Christi nomine Amen: Anno ab ejusdem Nativitate millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo, Indictione prima, tempore Serenisimi Principis & Domini Domini Ferdinandi Divina sibi favente Clementia Romani Regis Imperatoris electi, & semper Augusti, die Veneris vigesimo Novembris Mantuæ & in Curia Ducali in Appartamentoque infrascripti Serenisimi Domini Ducis, præsentibus Illustrisimo Domino Comite Ludovico Chieppio primo Consil. & a Secretis Status Invictisimi Serenisimi Domini Ducis, constitutis dignisimo Abbate Teloniæ Illustrisimo Domino Marchione Camillo Arrigono Præfecto Cubiculi Serenisimæ Dominæ Ducisæ & Illustrisimo Domino Comite Joanne Francisco Cartonello itidem Consiliario & a Secretis ejusdem Serenisimi multisque aliis Nobilibus & Proceribus, ex quibus Dominus Dominus Comes Chieppius juravit de cognitione.

Serenisimus Princeps & Dominus Dominus Carolus Secundus Gonzaga, Dei Gratia Dux Mantuæ & Monsferrati, Niverniæ, Magonnæ & Rhetali, sponte ac omni meliori modo fecit & constituit ac solemniter ordinavit, suum verum, certum ac indubitatum Nuntium & Procuratorem Illustrisimum Dominum Comitem Hieronymum de Sannalario prædicti Ducis Serenisimi Ministrum in Civitate Monasterii absentem. Ad comparendum coram Illustrisimis & Excellentisimis Dominis Dominis Legatis & Plenipotentiariis Pontificis, Cæsaris, Regum, Electorum, & quorumcunque Principum demorantibus Monasterii Westphaliæ causa Congressus, seu Comitiorum Pacis generalis, quæ ibidem tenentur, sive coram quacunque Persona magis competenti ad declarandum in omnibus, & per omnia, prout infra & prout in Scriptura hic inclusa, quæ incipit his expresis verbis, *Quanta sit & quæ debeat esse*, & finiente *addendi, minuendi*, & signatum & generaliter dans & promittens, & sub obligatione bonorum Celsitudinis suæ ac sub fide veri Principis.

Ego Antonius Maria, Filius quondam Federici de Cabrinis Civis Mantuanus, publicus Imperiali Auctoritate Notarius, ac . . . . Cameræ Ducis, infrascriptis omnibus interfui vocatus, & de mandato præfati Serenisimi Domini Ducis respective rogatus scribere scripsi, & pro fide hic me solita cum Attestatione subscripsi.

Nos Præses, Magistratus Ducalis Mantuæ.

Attamen scriptum Nobilem Dominum Antonium Mariam Cabrinum, qui de scripto Præturæ mandato rogatus extitit, feciisse & esse publicum, Legalem, fideque dignum, ac vobis prædictæ & Cameræ Ducalis Notarium, Collegium cuivis Scripturis publicis & authenticis hic semper plena fides indies adhibetur, & ubique locorum merito est adhibenda.

In quorum fidem, dans Mantuæ in Salla nostræ solitæ Residentiæ die Veneris 20. Novembr. 1648.

Vincentius Albeta Notæ in hac parte Cancellarius Domesticus.

(L. S.)

XL.

Capitulatio inter Ludovicum XIV. Galliæ Regem, & Carolum III. Mantuæ Ducem de Montisferrato Gallia tradendo inita, d. d. 20. Aug. & 16. Septembr. An. 1681.

HAvendo il Serenisimo Duca di Mantova per manifestare al modo la stima, che hà sempre fatto della gratia di Sua Maesta Cattolica & Augustisima Cæsarea d' Austria, procurato di fare penetrare per mezzo di molti suoi Ministri inviati alla Maestà Cæsarea e Cattolica, l'effettuamento della per auvanti maneggiata Permuta della Provincia del Monferrato, e Ragioni sopra di essa, con il Cremonese, mà volendosi detta Maestà, ritenere la Fortezza di Pizzighitone, stimata chiave del Cremonese, & a cui non assentendo la Serenisima Altezza Sua, si è risolta nelli ultimi maneggi di rilasciare alla Maestà, Cattolica oltre il Monferrato li grosisimi crediti, che tienne con essa Maestà, non per altro fine, che per essere il Monferrato diviso dal rimanente de suoi Stati e che non poteva essere difeso da

S. A.

Digitized by Google

S. A. dall' armi ſtraniere, come ricercava il biſogno, alla quale offerta ne meno aſſentendo la Maeſta Sua, cauſò il diſcioglimento totale di detti Trattati, ſenza concluſione alcuna; La onde nelli ſeguenti tempi eſſendo ſtimolato dalla Francia con minaccie di paſſare hoſtilmente all acquiſto del Monferrato, & havendo ricercato da Sua Maeſtà Cattolica la ſotisfattione de' Sudetti groſsiſsimi crediti, e ſoccorſi all' Imperatore, & a tutti li Prencipi d' Italia, per mettersi a valida difeſa per la cauſa commune, dalli quali non havendo potuto ottennere coſa veruna, & eſſendo vicina à ſuoi Stati l' Armata di Sua Maeſtà Chriſtianiſsima, alla quale non havendo forzo da opporſi, & per is fuggire le rovine che la medema minacoiava a Suoi Stati è ſtato ſforzato per minor male di paſſar in collegaza con la ſudetta Maeſtà, & per le Trattationi maneggiate dalli Miniſtri di Sua Maeſtà Chriſtianiſsima nella Corte di Mantoua di conchiudere con Sua Maeſtà una (*hic aliquid deeſt.*)

I. Che mancando S. A. ſenza legitimi heredi dopo la ſua morte, laſcia, & aliena in ogni più valida forma la Provincia di Monferrato e Ragioni ſopra di eſſo alla Maeſtà Chriſtianiſsima in perpetuo.

II. Che l' Attezza Sua cede alla Maeſta Chriſtianiſsima tutte & ciaſche dute ſue Ragioni ſopra la Città di Novara, Mortara e Valenza, e ſuoi Territorii, Villaggi, Caſtelli, Giurisdittioni, & ogn' altra coſa da quelle dipendenti, ſenza ritenere parte alcuna di quelle.

III. Che ricercando Sua Maeſta per hoſtaggio, e pegna della coſe che nelli preſenti Capitoli ſi ſtabiliſcono, la Cittadella di Caſale, condeſcenderà L'A.S. à dargliela, con conditione però che ſii eſtratto tutto il Cannone, Maſchetti, Spade & altre armi, e munitioni di qualſivoglia ſorte dell Arſenale di detta Piazza, come pure l' Artiglerià, che ſi ritrova al preſente ſopra le mura di eſſa, le quali tutte coſe, con il Preſidio, che ſi ritrova, doura eſſere condotto dal Governatore, dove li ſarà da Sua Altezza ordinato.

IV. Che in Permuta di detto Monferrato Sua Maeſta Chriſtianiſsima darà a Sua Altezza il Prencipato di Retel, con li Ducati di Umena e Carlevilla nella Francia in ogni più valida forma, e che poſsi liberamente diſponere, à ſua voglja, & anco venendo il caſo, inveſtire in detti Prencipati che à lui piacerà come di coſa propria.

V. Che Sua Maeſtà Chriſtianiſsima in ogni miglior modo, & in riguardo della infraſcritte choſe che farà Sua Altezza in Servitio di Sua Maeſtà, gli conſegnerà la Patente di Generaliſsimo delle ſue Armate in Italia con tutte le preminenze, Honori, Gratie, e Privileggi, che ſi ſogliono dare alli Generaliſsimi di Sua Maeſtà Chriſtianiſsima, & fara ſomminiſtrare alla perſona di Sua Altezza le convenienti Meſate cioé à ragione di quello ſi e ſtabilito con altre Prencipi in ſimil caſo, & conforme l' intelligenza ſtabilita à parte & ciò ſi oſſerva per il tempo, che s' impiegara Sua Altezza in ſervizio di Sua Maeſtà.

VI. Che per l' oſtaggio, che concedera a Sua Maeſta della Cittadella di Caſale ſi dara à ſua Altezza 50000. dopie, e per la rinuntia di tutte le ſue Ragioni ſopra la Città di Mortara, Novara, e Valenza 200000. dopiè, che li ſaranno contate nella forma ſeguente, cioè 50000. auvanti & 200000. dopo la conſegna della Cittadella di Caſale.

VII. Che Saranno dati per l' auvenire à Sua Altezza tutti quelli honori, immunita, & privileggi, che ſogliano darſi alli Prencipi di Sangue & Duchi e Pari di Francia.

VIII. Che acquiſtandoſi con l' armi di Sua Maeſtà da ſua Altezza lo Stato di Milanc, la Città di Cremona, Giaradada, e ſuo Territorio, Caſtelli, Villaggi e Patronance & ogn' altra Giuriſdittione da quelle di pendenti, debbino reſtare à Sua Altezza e Succeſſori & il rimanente di detto Stato reſti à Sua Maeſtà per le ſue ragioni, che intende havere ſopra di eſſo.

IX. Che dopo cambiato il preſente Trattato Sua Maeſtà non poſſa ingerirſi punto nella Città di Caſale ne meno nelle altre Città, Terre, Luoghi del Monferrato, ſue rendite, Sudditi, Giudicature, Abbatie, Caſtellanie, Villaggi, e giuriſditioni di qualſi voglia ſorte, niuna eccettuata, le quali coſe tutte reſtare debbano à libera diſpoſitione di Sua Altezza, di modo che reſti contenta Sua Maeſtà della Cittadella ſolamente chi rimaneſſe Sua Altezza ſenza heredi, *ut ſupra.*

X. Che in detta Cittadella non poſſa eſſervi poſto de Sua Maeſta di preſidio più di 4000. perſone, cioe 1000. Cavalli e 3000. Fanti.

XI. Che ſua Altezza non poſſa mantenere in piedi ſtante ladetta Unione meno di 4000. Fanti e 2000. Cavalli.

XII. Che le Trouppe le quali ſaranno mantenute, da Sua Maeſtà in Italia à Guerra guerregiata non poſsino eſſer meno di 30000. trà Fanteria, e Cavalleria, acciò che aggiunto alle ſudette Truppe di ſua Altezza ſiano habili à qualſivoglia Jmpreſa, e in beneficio di Sua Maeſtà e di Sua Altezza contro quei Prencipi, che contro il Rè di Francià e il Duca di Montova ſi ſaranno dichiarati, ò che per l' auvenire ſi dichiaranno.

XIII. Che Sua Maeſtà e ſuoi, o altri Prencipi del Sangue non poſsino contravenire alli ſopra detti Capitoli, e contravenendo in uno, ò vero in parte de medeſimi, ſi intenda eſſere libera Sua Altezza dalli Trattati con Sua Maeſtà come ſe fatti non foſſero, e in conſequenza poſsi appigliarſi a qualſivoglia altro partitio che più le ſarà avantaggioſo.

XIV. Che debba Sua Maeſtà reintegrare Sua Altezza di quanto poteſſe perdere in Italia in qualcunque caſo, e ſotto quaſivoglia preteſto de ſuoi Stati, come di rendite, e giuriſditioni dopo la preſente dichiaratione, e quella reintegratione debba ſeguire con altretanti Stati nella Francia quando non ſene acquiſtaſſe per ragione di guerra, ò altri titoli.

XV. Che à Contemplatione di tutto ciò ſia tenuta Sua Altezza, come fin adeſſo in parola di Prencipe ſi obliga, & promette à Sua Maeſtà che dopo ſotto ſcritta queſta Capitulatione venendo occaſione di dichiararſi, ſi dichiarera con

Digitized by Google

atti positivi, e palesi in Liga offensiva, e defensiva con le arme di Sua Maesta, insieme con quelle di Sua Altezza, la sudetta Piazza de Armi & sudetti contro quelli, alliquali sarà dichiarata la Guerra, à quelli, che verrano opporsi all' armi loro. Di piu impiegarà tutte le forze che le saranno consegnate e le sue proprie in quelle Operationi, che saranno stimate necessarie per opprimere li tentativi di quelli, che procurerano opporsi alle giustissime ragioni sopra quelli Stati, che si procurera acquiestare tanto la Sua Maestà quanto dà Sua Altezza per le loro giustissime ragioni che hanno sopra di essi, obligandosi specificamente e subito dopo esservi firmato il presente Trattato, à non permettere che da suoi Stati, Piazze, e Sudditi sotto qualsivoglia pretesto si contribuisca cosa, benche minima, toccante à viveri, munitioni, ò qualsi sia altra Somministratione alli Nemici non permettendo loro, ne meno comadità di passagio per il Po, Carri, Barche, o Cavalcature, di maniera che nessuno d'essi Nemici goda la minima aggievolezza, al qual effetto fara sua Altezza le opportune gride e farà procedere con tutto rigore contro il contravenienti.

XVI. All' incontro Sua Maestà promette in parola di Rè & in corrispondenza delle Obligationi, che fà Sua Altezza, di farlo sodisfare pienamente di tutti li crediti, che hà con la Spagna, di difendere con le sue armi Reali li suoi Stati dà qualunque Prencipe il quale pensasse invaderli, & occuparli, anzi di impegnarsi nella ricupera di quelli che nel prejudicio di Sua Altezza hora vengono da altri Prencipi usurpati.

XVII. Che il presente Trattato poi dourà durare fin ad una pace generale, o particulare d' Italia, promettendo Sua Maestà di non conchiudere mai cos álcuna senza l'inclusione particolare di Sua Altezzà, dovendo il presente Trattato essere registrato nelle Corti di Parigi, & nella Camera del Senato di Mantova. Tutto ciò tanto Sua Maestà quanto Sua Altezza promettono d' osservare realmente & dà esseguirsi immediate doppo le sottoscrittioni del Rè di Francia e Duca di Mantova e perciò ambedue hanno firmato i presenti Capitoli, e fatti figillare con loro Sigilli.

Lovis.

(L. S.)

Data in S. Germano in Laya
16. Septembr. 1681.

Ferdinando Carlo Duca.

(L. S.)

Data in Mantova
20. Agosto 1681.

XLI.

Protestatio Comitis Balliani, Legati Mantuæ Ducis extraordinarii, contra pacem Ryswicensem, quoad passus ejusdem Principi suo præjudiciales, d. d. 4. Novembr. 1697.

PErvenius ad hunc Hagæ Comitis Congressum, infrascriptus Com. Camil. Ballian. à Ser. Dom. Duce Mantuæ ex propria benignitate in Nuncium Extraordinarium electus, pro illius pertractandis negotiis apud hunc præstantissimum Ryswicensem Congressum, petiit admitti coram celebratissima fide ad exempla Commissionis sibi à Clementissimo Domino suo, Domino Duce Mantuæ pro reparandis præjudiciis omnibus, si quæ sunt & obtinendis provisionibus opportunis atque necessariis super damnis occasione præsentis ultimi Belli passis in illius statibus cum Mantuæ tum Montisferrati, nec non & super differentiis inter illum & Dominum Ducem Sabaudiæ jam diu vertentibus, quæ nunquam debitum finem consecutæ fuere; qua super petitione, cum haud exauditus fuerit. Volens propterea omni quo potest meliori modo, dicti Domini Ducis indemnitati consulere, tenore præsentium declarat, atque protestatur, quidquid in præsentibus Pacis Tractatibus actum, conclusum vel decretum fuerit, quod juribus ejusdem Domini Ducis contrariari posset, nullius præjudicii fuisse & esse debere, ipsi Domino Duci, ut pote quod nec illius Jura inrellecta fuerint, nec infrascriptus tacitum vel expressum consensum præstiterit, minusque præstare potuerit, adeo ut Jura sæpe dicto domino Duci Mantuæ quomodo & qualitercunque competentia aa competenda, ex causis præmissis & aliis suis loco & tempore exprimendis, illæsa semper & intacta, prout antea, perdurent temporibus quandocunque exercenda; & non aliter nec alio modo cunctanter usus, præsentis reverenter Protestationis & jurium reservationis scripturam una cum edita in scriptis instantia, pro obtinenda enarrata audientia Illustrissimis atque Excellentissimis Dominis Legatis Extraordinariis Suedensibus Mediatoribus ad hanc Pacem generalem sub die 24. mox præteriti mensis Octobris consignata, in illarum Protocollo & relationibus dictæ Pacis, ad perpetuam rei memoriam inseri testimonialiaque oportuna & authentica infrascripto Comiti Balliano concedi, die 4. Novembris 1697.

Certificatio Secretarii Legationis Mediatoriæ, super hac Protestatione. Datum Ryswici 4. Novembris 1697.

Eodem die exhibuit Serenissimi Ducis Mantuæ Nuncius, Dominus Comes Camillus Ballianus Protestationem scripto comprehensam super damnis Statibus Mantuæ & Montisferrati occasione præsentis Belli illatis, nec non differentiis inter laudatum Dominum Ducem & Dominum Ducem Sabaudiæ, jam diu vertentibus, quod ita actum esse attestor.

In fidem Protocolli.

C. G. Frisendorff,
Secretarius Legationis & Mediationis Regiæ.

XLII.

Digitized by Google

XLII.

Monitorium vigore ſpecialis chirographi Pontificii expeditum contra Carolum Joſephum Juniperum, Præpoſitum curatum Odolengi, Caſalenſis Diœceſis, ob recurſum ab eodem Præpoſito habitum ad laicalem poteſtatem, ad effectum impediendi executionem Decretorum Epiſcopi Caſalenſis, nec non contra officiales ac alios ejusdem laicalis poteſtatis miniſtros, qui eccleſiaſticam immunitatem & ordinariam Domini Epiſcopi Jurisdictionem multipliciter ea occaſione violarunt, d. d. 29. Jul. An. 1715.

Nicolaus Archiepiſcopus Thebarum, Pontificii Solii Aſſiſtens, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius: Sententiarum quoque, ac Cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, & Literarum Apoſtolicarum quarumcumque Univerſalis ac merus Executor, nec non Judex a Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa in infraſcripta Cauſa per ſpeciale Chirographum Deputatus ac Delegatus.

Univerſis & ſingulis R R. D D. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu earundem Plebanis, Viceplebanis, Curatis & non Curatis, cæterisque Presbyteris, nec non Clericis & Tabellionibus quibuscumque, illique vel illis ad quem vel ad quos præſentes noſtræ literæ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in Domino.

Noveritis, quod hac infraſcripta die comparuit coram Nobis Perilluſtris & Excellentiſſimus Dominus Nicolaus Jacobatius, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Procurator Fiſcalis, & expoſuit, Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum Epiſcopum Caſalen. variis recurſibus poſtulatum usque ab anno 1711. ad normam Sacrorum Canonum, & præcipue Sacri Concilii Tridentini, plures ac providas feciſſe Ordinationes ad conſulendum Spiritualibus Indigentiis Animarum, ac Fidelium habitantium in Villis Odalengi magni, nempe in Valle Sturæ, Caſalegii & Rivæ pro commoda Sacramentorum receptione, Divinorum Officiorum participatione, aliisque reſpective Parochialibus muneribus ad eorum commodum exercendis in Eccleſia Sancti Grati dictis Incolis magis congruenti tanquam ſita fere in medio dictarum Villarum ſurrogat. in locum antiquæ Eccleſiæ Parochialis Sancti Quilici, ob temporum injuriam, Bellorumque incurſiones derelictæ, initis etiam inter dictarum Villarum Incolas ex una & Parochum, ſeu Præpoſitum Matricis Eccleſiæ dicti Loci Odalengi magni conventionibus ſub die 29. Junii 1712. ſeu &c. cum reſervatione Jurium prætenſi Patroni, & Præpoſiti, ad cujus Eccleſiam prædictarum Villarum Habitatores ob Locidiſtantiam & difficultatem itineris ſine magno incommodo, præcipue ſenio affectorum, Puerperarum, Mulierum lactantium, ac male valentium accedere non poterant.

Contra diſpoſita per Epiſcopum ac ſubſcriptas pactiones hodiernus idem Præpoſitus Curatus Carolus Joſeph Juniperi recurſum habuit ad Poteſtatem Laicam, nolens in Eccleſia deſtinata prædicta occaſione Paſchatis Sacramenta miniſtrari, & de facto Paſchali tempore proxime elapſi anni 1714. ab eadem Laica Poteſtate transmitti obtinuit ad Villas præfatas Equitem Lambertum cum ſua Cohorte in numero ſexaginta circiter Militum ad hoſpitandum in Domibus Privatorum, illorumque expenſis, ut eosdem per vim adigeret ad Paſchale Præceptum adimplendum in dicta Præpoſiturali Eccleſia Odalengi, quemadmodum tali urgente inſiſtentia poſt vexationes octo dierum ſpatio paſſas, multaque damna, ac diſpendia illuc accedere coacti fuerunt cum maxima ac ſcandaloſa Jurisdictionis Eccleſiaſticæ læſione. Quibus concuſſionibus & violentiis altera non minor acceſſit; Etenim ad dictam civitatem Caſalis advocati fuerunt Franciſcus Bencius, & Joannes Baptiſta Serenus coram Civitatis Præfecto nuncupat. Il Commandante, & præcipue coacti fuerunt ad præfatas Villas redire, ibique Inſtrumentum Unionis eorundem Particolarium conficere coram eodem Duce, & Militibus inibi, ut ſupra reſidentibus. Deinde ad eamdem civitatem remiſſi, adhuc compulſi fuerunt quandam conventionem favore præfati Præpoſiti diſpoſitam ac ipſis penitus læſivam approbare, impoſito etiam Clauſæ ſilentio: Quam conventionem ſic coacte initam Particulares læſi ferre non valentes, novum recurſum ad Reverendiſſimum Epiſcopum habuerunt, conſtanter proteſtantes ſe nolle eidem conventioni acquieſcere; Pervenerunt ad aures Præpoſiti, & Præfecti Civitatis noviſſimæ Popularium preces, Epiſcopo porrectæ, & fuerunt in cauſa, ut prædicti Bencius & Serenus, tanquam ditiores in Populo, iterum vexarentur. Etenim ad Civitatem revocati, prius in arce fuerunt incluſi, inde per Civitatem longo tempore detenti, ut detegerent, & referrent eos, qui ad Reverendiſſimum Epiſcopum noviter recurſum habuiſſent, ſupradictos etiam vexantes & retinentes ad extorquendam declaratio-

Digitized by Google

nem ab eis, quod Milites, licet ad gravandum transmissi, damnum Villicis prædictis minime intulissent. Obstitit semper Præpositus dispositionibus per Episcopum præordinatis ad commodiorem Sacrorum Populo ministrationem etiam per Concordiam firmatis, & in praxim redactis; imo demum vetuit Vice-Curato ab Episcopo deputato in Ecclesia Divi Grati quamcumque munerum Parochialium administrationem, Missæ celebratione excepta; Unde, attenta diffidentia Populi, ac semper increscente temeritate Parochi, magis excitata fuit Episcopi vigilantia, & propterea ad occurendum Præpositi machinationibus, consulendum Populo quoad Spiritualia, simulque Ecclesiasticam Immunitatem, ac Jurisdictionem tuendam deputavit, ac respective confirmavit Sacerdotem Blasium Pastore in Vicarium dictæ Ecclesiæ Sancti Grati, cum omnibus facultatibus Parochialibus, adjecto eidem Præposito onere illi subministrandi duos saccos frumenti, & vuæ rubra centum; Justis de causis eidem Junipero inhibendo, ne ad Loca Vallis Sturæ sine nova licentia accederet: frustra intervenit coram Episcopo pro hujus Decreti revocatione; nunquam tamen, licet requisitus, taxatam congruam Vicario deputato subministravit; imo per novum recursum ad Potestatem Laicam directæ fuerunt molestiæ præfato Vicario Blasio Pastori, cui fuit exhibita quædam Epistola ad Testium præsentiam per manus Alberti Allera Vice-Prætoris ejusdem Loci, illi per Equitem Crevacore Casalis Præfectum directa sub data 16. Augusti proxime præteriti, in qua eidem injungebat, ut quamprimum ad dictam Civitatem se conferret pro pravi negotio sibi conferendo; Cumque illuc se contulisset, & coram eo se præsentasset, ei exulationis negocium indixit infra tres dies a toto Statu ac Dominio illius Principis exequen.

Interea Episcopus, ne Ecclesia Sancti Grati destituta remaneret Vicario, in illius locum subrogavit Sacerdotem Michaelem Germanum Cloverio; Prædictus tamen Blasius Pastore, nesciens quo verteret ad Incolatum, præsertim ob ejus paupertatem, elapso jam per dies termino præfixo, propterea rediit ad ea loca præfatus Eques Lamberto, qui cum Famulo, ac duobus militibus subdie Veneris 31. mensis Augusti anni præteriti pervenit ad Vallem Sturæ, & præcise ad Domum Ecclesiæ S. Grati, in qua degere solebat prædictus Vicarius Pastore, factaque diligenti perquisitione etiam in absconditis Domus & Ecclesiæ pro illo carcerando, eoque non reperto, cum in antecedenti die, ad obedientiam præstandam cœpisset iter, ipsum successive insecuti fuerunt, ac arrestarunt die Sabbathi prima Septembris, seu alio veriori tempore in ipso itinere, quod a Cerasetto prosequebatur ultra Padum, fuitque eodem die per duos Milites translatus ad dictam Civitatem Casalen., & in militari Statione Portæ Castelli nuncupat. usque ad vespertinam Portarum clausuram fuit detentus, & postea de ordine dicti Præfecti Civitatis, ut dicitur il Commandante, ductus ad Domum N. Ponsani nuncupat., l'Ajutante, ibique tota nocta per excubias custoditus, rursus de mane eidem Præfecto exhibitus, præceptum habuit de discedendo, nec amplius accedendo ad loca Dominantis sub pœna indignationis ejusdem, fuitque statim Equo immissus, quem paratum habebant, & per tres Equestres milites associatus per Portam nuncupat. Citradelle deportatus fuit successive usque ad fines Status Mediolanensis; rebusque aliis in processu, & in processibus Causæ & Causarum hujusmodi latius deductis, ad quos &c. prædicta omnia committentes, ac temere & sacrilege patrantes contra Immunitatem, Jurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam instando, mandando, committendo, compellendo, consulendo, instigando, & quomodolibet respective cooperando tam directe, quam indirecte, tam conjunctim, quam divisim, & alias omni &c. singula singulis congrue referendo non solum &c. sed omni &c. super quibus &c. Quamobrem ad instantiam, & pro parte prælati Domini Procuratoris Fiscalis fuimus instanter & debite requisiti, quatenus de opportuno Juris remedio providere, & Monitorium extra Romanam Curiam, & ad Partes ad legitime comparendum decernere, & concedere dignaremur, quare præsentato & exhibito Nobis Chirographo manu ejusdem Sanctissimi Domini Nostri sub die 16. currentis mensis Julii signato, tenoris sequentis, videlicet:

Monsignor Archivescovo di Thebe Auditore Generale della nostra Camera Apostolica. Essendo stato rappresentato dal Procurator Fiscale Generale della nostra Camera, che Monsignor Vescovo di Casale havendo composte alcune differenze trà il Sacerdote D. Carlo Giuseppe Giuniperi Curato, e Prevosto di Odalengo grande, con li Particolari, & Huomini della Ville di Stura; Casalleggio, e Riva membri di detto luogo d' Odalengo sopra la necessità, che havevano degli Esercizii degl'atti Parochiali nella Chiesa di S. Graro à loro vicina senza essere obligati à trasferirsi in lontananza con strade disastrose alla Chiesa di detto Prevosto in detto Odalengo grande con pregiudizio dell' Infermi, Vecchi, e Donne latranti, come per il passato,

Digitized by Google

to, almeno in alcuni giorni destinati, erasi praticato dalli Antecessori di detto Prevosto, che esercitavano le funzioni Parocchiali anche in detta Chiesa, con haver detto Prelato precedentemente proveduto di un Sacerdote, che in detta Chiesa di S. Grato per modo di provisione somministrasse loro i Sacramenti, e concluso anche il trattato con concordia, e Capitoli sottoscritti tra le Parti, e deputato per ultimo, doppo altre provisioni, per Vice-Curato con dipendenza da detto Prevosto il Sacerdote Don Biagio Pastori con somministrazione di qualche stipendio, supplendo all' altro il Popolo, prevalendosi della facoltà del sacro Concilio di Trento in occorrenze simili, ed essendo mancato detto Prevosto alla Contribuzione della congrua à detto Vice-Curato tassata, ed avendo anche prohibito à detto Vice-Curato ogn' altra funzione Parochiale toltane la celebrazione della Messa, fosse da Monsignor Vescovo ordinato il pagamento di ciò, che il Prevosto à detto Vice-Curato Pastori doveva; E correndo all' hora i tempi della Pasqua, pretese di più con contravenire alle Provisioni del Prelato accordate, che detti Particolari degl' accennati Cantoni ommninamente si trasferissero alle funzioni Sagre, e Precetto Pasquale alla sua Chiesa Parocchiale di Odalengo, e per tal fine ricorresse alla Potestà Laica, e specialmente al Commandante di Casale, e da esso nella Settimana doppo l'ottava di Pasqua fosse mandato à quei Cantoni il Cavalier Lamberto Capitano con Compagnia de Soldati Granattieri, e fossero posti, e distributi à discrezione nelle Case di detti Particolari à spese de medemi con molti danni, e mali trattamenti ad effetto di obligarli, come l'obligarono, doppo la tollerenza di queste violenze per otto giorni, à trasferirsi in detta Parochia d' Odalengo per sodisfare al Precetto, tutto con manifesto disprezzo, e lesione della Giurisdizione Ecclesiastica. Ne questi soli furono gl' aggravii, perche con la chiamata in Casale di alcuni Particolari più benestanti di detti Cantoni, ò Ville fù loro ordinato di ritornare alle proprie Case, con fare un Atto di unione, come li convenne fare alla presenza del Capitano, e Soldati, e ritornare poi in Casale, ove furono astretti à fare una concordia tutta in loro danno, e che s'imponesse fine à questa causa. Essendo intolerabili a quei Populi dette violenze, fecero ricorso à Monsignor Vescovo, rappresentandole la concordia lesiva, alla quale erano stato violentemente astreti, del qual ricorso havutosi notitia dalla Potesta Laica, richiamò novamente in Casale li due Particolari sudetti de Cantoni, quali furono posti in Castello, e poi ritenuti in Città, à fine di sapere chi havesse fatto l'ultimo ricorso al Vescovo, e per ottenere dichiaratione, che li Soldati mandati ne medemi Cantoni non havvevano recato alcun danno à i Particolari de i medemi. Non desisteva il Prevosto d' Odalengo sudetto dalla di lui aderenza alla Potestà Laica particolarmente per esser stata dal Vescovo decretata la somministrazione della portione della congrua al Vice-Curato Pastori, e di essere stato imbito da Monsignor Vescovo di trasferirsi à quei Cantoni, ò Ville senza licenza, perilche con lettera, e con pretesto in essa di havere à parlargli per cose rilevanti, il Commandante di Casale scrivesse al sopradetto Don Biagio Pastori Vice-Curato di trasferirsi in detta Città; Che avendo egli obbedito, gli fosse dal medesimo intimato l'esilio da i stati del Dominante sotto pena della di lui indignazione in termine di trè giorni, il quale, habendo procrastinata l' obedienza per non sapere dove prender recovero per la di lui poverta, fusse spedito il sudetto Cavaliere Lamberto con due Soldati, e suo servitore, quali si portarono à detti Cantoni, ed alla Chiesa di San Grato, e fatta diligente perquisizione nella casa di detto Vice-Curato prossima alla Chiesa, e dentro la Chiesa medesima per carcerarlo, e non avendolo trovato per essere il giorno precedente partito, lo inseguissero, e trovato lo fermassero, mentre partiva da Cerasco oltre Pò, e lo conducessero à Casale, ove doppo haverlo trattenuto nel corpo di guardia, e poi custodito la notte in casa dell' Ajutante Ponzano, la mattina dal detto Commandante le fusse rinovato il sopradetto esilio, e posto à cavallo fusse accompagnato da trè soldati, e condotto fino al Confine dello stato di Milano, & altro, come meglio, e più chiaramente, e distintamente dal Processo, ò Processi sopra di ciò formati. E non potendo, nè dovendo Noi comportari violazioni così sacrileghe della Giurisdizione, Immunità, e Libertà Ecclesiastica, vogliamo, che si proceda ommnamente alla trasmissione de' Monitorii contro tutti quelli, che in questi fatti risultarannto Rei, e se bene Voi, & il vostro Tribunale, come Esecutore Generale delle lettere Apostoliche, potreste procedere in questa Causa e Cause in vigore delle vostre facoltà, non dimeno à maggior cautela di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta, preservando primieramente tutte, e singole altre ragioni, che intorno à ciò potessero in qualunque modo, e tempo competere al nostro Fisco, avocando à Noi, in quanto faccia di bisogno, questa Causa, e Cause da qualunque Curia, Tribunale, Congregazione, e Giudice, & havendo qui per espresso il contenuto del Processo, ò Processi come di parola in parola fossero stati inseriti:

Digitized by Google

Con il presente nostro Chirografo la commettiamo a Voi, & al Vostro Tribunale nello stato, e termini nelli quali si trova con li suoi annessi, connessi, emergenti, e dependenti, anche con la clausula quam, & quas commandandovi espressamente, che dobbiate non solo in virtù delle vostre facoltà generali, mà anche in vigore di quelle, che vi concediamo conquesto nostro Chirografo, procedere alla trasmissione de' Monitorii, e Citazioni contro tutti quelli, che dal Processo ò Processi formati restaranno sufficientemente indiziati delle sudette violazioni di giurisdizione, immunità e libertà Ecclesiastica di qualunque stato, grado, preeminenza, e dignità fossero, ed insieme vi concediamo, tutte le facoltà di procedere à suo tempo contro li sudetti Violatori, e dichiararli incorsi in tutte, e singole censure, che sono prescritte da sacri Canoni, Decreti de' Concilii Generali, e Constituzioni Apostoliche, senza pregiudizio di altre pene, che de jure competessero; Et affinche più facilmente possiate ciò eseguire, vi concediamo ancora la facoltà, rimossa ogni appellazione, richiamo, ricorso opposizione di nullità etiam ex tribus & altre ordinarie, & estraordinarie di poterli citare anche per editto, costando vi anche sommariamente, & estragiudicalmente, e quanto vi parerà, che basti, del non tutto accesso; Volendo, e decretando, che il Monitorio ò Monitorii, che intorno à ciò si spediranno da Voi, e vostro Tribunale, affissi che saranno in Roma nella Basilica di San Pietro, nella Curia, Innocenziana, & in Campo di Fiore & alle Chiese Catedrali delle nostre Città di Bologna, e Ferrara, vagliano, & abbino la loro forza, e vigore contro chi si sia, come se personalmente fossero stati, citati, monitti & intimati, derogando in quanto sia di bisogno à questo effetto, e per questa volta solamente, alle Constituzioni Apostoliche, fatte & ordinate anche ne Concilii Generali, e particolarmente à quelle delli nostri Predecessori Bonifazio VIII. de una, e d' Innocenzo III. nel Concilio Generale Lateranense de duabus dietis, & ogni altra cosa, che facesse in contrario, ancorche havesse bisogno d' espressa, specifica & individua menzione, li tenori delle quali tutte, e singole vogliamo, che si abbiano quì per espressi & inseriti di parola in parola, e che il presente nostro Chirografo vaglia & habbia il suo pieno effetto, vigore & essecuzione con la nostra sola sottoscrizione; benchè non sia registrato nelli libri della nostra Camera, nè in alcunmodo sia servata la forma della Constituzione di Pio IV. parimente nostro Predecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo, e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezione, ò subrezione, mancanza della nostra volontà, & intenzione, nè di qualsivoglia altro difetto, benche degno di espressa, speciale & individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare, dichiarando nullo, & irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, ò ignoramente si facesse, ò si attentasse. Non ostante quanto à tutte, e singole cose promesse qualsi voglia Constituzioni & ordinazioni Apostoliche, Concilii, anche Generali, Statuti, Usi, Consuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii sotto qualunque forma e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concessi motu proprio, e per rimunerazione di servizii resi alla Religione Catolica, & alla santa sede, e con qualsivoglia altre clausule, e decreti; A' quali tutti, e singoli, etiamdio più volte confermati, e benche richiedessero speciale & individua menzione, havendo li loro tenori per espressi, di simil motu proprio, e pienezza della nostra assoluta potestà, espressamente per questa volta sola, e per gli effetti sudetti pienamente deroghiamo, perche tale è la nostra espressa e determinata mente. Dato nel nostro Palazzo Apostolico di Monte Cavallo questo dì 16. Luglio 1715.

Clemens Papa XI.

Petit. & summa cum instantia postulavit, sine præjudicio tamen procedendi suis loco & tempore contra alios in præsenti Monitorio non expressos; & in præmissis, vel circa ea hucusque reperios, vel in posterum reperiendos culpabiles, ac omnium & singulorum junium hactenus quomodolibet, & qualitercumque Fisco acquisitorum & compertantium suis loco, & tempore deducendorum, de quibus omnibus & aliis de jure & de stylo protestandis expresse protestatur, ita ut protestatio hujusmodi intelligatur facta & repetita in qualibet parte harum nostrarum literarum Monitorialium, & in toto Processu desuper & quatenus opus sit in posterum fabricando, & non alias &c. quatenus sibi literas Monitoriales ad Patres per Edictum publicum in locis in præmisso Chirographo designatis affigendas executendas & publicandas cum pro illis exequendis in Civitate Casalis, cæterisque illius Dominii locis tutus non pateat accessus, in forma solita decernere & concedere, & alias de opportuno juris remedio providere dignaremur.

Nos igitur Nicolaus Archiepiscopus Thebarum Judex Exequutor & Auditor prædictus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam & rationi consonam in vim ordinariæ nostræ auctoritatis, præinsertoque Chirographo Nobis, ut prefertur, præsentato inhærentes, ac etiam facultate in illo Nobis, nostroque Tribunali attributa urentes, constitoque Nobis

per

per teſtes fide dignos de mandato noſtro jam examinatos ad dictam Civitatem Caſalis, aliaque loca illius Dominii, in quibus morari tra-hunt & morari ſolent citandi & monendi, pro præſentibus noſtris Monitorialibus literis exequendis tutum non patere acceſſum, petitas literas Monitoriales concedendas, & in locis infradicendis exequendas, & publicandas fore & eſſe duximus & mandamus per præſentes. Quo circa vobis omnibus & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus viſis iisdem præſentibus per præſens publicum noſtrum Edictum in Romana Curia in Audientia publica literarum contradictarum Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ legen. & ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac in Cathedralibus noſtrarum Civitatum Bononiæ & Ferrariæ per affixionem publicationem ad valvas Cathedralium ex parte noſtra, immo verius Apoſtolica Auctoritate pro nunc, & reſervatis, ut ſupra, Juribus ſupradictos, Præpoſitum Carolum Joſephum Juniperi, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Caſalis Commandante nuncupat. Equitem Lambertum Ductorem Militum nuncupat. Granatieri, Albertum Allero Vice-Prætorem Odalengi, N. Ponzano, ut dicitur, Ajutante in Civitate Caſalis. N. N. N. N. N. N. Milites Granaterios ad gravandum transmiſſos in numero ſexaginta circiter, N. N. duos Milites, qui Sacerdotem Paſtore arreſtarunt, & ad Civitatem Caſalen. adduxerunt. N. N. N. tres milites, qui eundem Sacerdotem Paſtore exulatum extra Statum aſſociarunt, citetis monentis, & requiratis, prout Nos eosdem harum ſerie citamus, monemus & requirimus, primo, ſecundo & tertio peremptorio termino, quatenus infra duorum menſium ſpatium, quorum priores viginti dies pro primo, alios viginti dies pro ſecundo, poſteriores vero viginti dies pro tertio, ultimo & peremptorio termino, ac trina canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judicio coram Nobis, vel infraſcripto Perillustri & Excellentiſſimo Domino Antonio Sabino Locumtenente noſtro in Criminalibus Generali legitime compariſſe, & comparere ad ducendum & allegandum cauſam, quare non debeat ipſos & eorum quemlibet in omnes & ſingulas cenſuras & pœnas in Sacris Canonibus, Conciliis & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bulla die Cœnæ Domini quotannis legi & publicari ſolita contentas, inflictas, inpoſitas, & comminatas incidiſſe & incurriſſe declarari, ac ſine præjudicio aliarum pœnarum in eos, vel eorum ſingulos de jure irrogandorum contra illos & illorum quemlibet literas quascumque deſuper neceſſarias & opportunas decerni & relaxari, ac ad omnes & ſingulos actus de & ſuper præmiſſis & circa ea, quomodolibet neceſſarios & opportunos procedi, nec non reſpective ad videndum ſe ſe in cenſuras & pœnas hujusmodi incidiſſe & incurriſſe declarari, ipſique D. Procuratori Fiſcali Generali Jus & Juſtitiam miniſtrari. Certificantes eosdem Præpoſitum Carolum Joſephum Juniperi, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Caſalis, Equitem Lambertum Ductorem Militum, Albertum Allera Vice-Prætorem, N. Ponzani, ut dicitur Ajutante, N. N. N. N. N. N. Milites Granaterios ad adgravandum transmiſſos in num 6. circiter, N. N. duos Milites, qui Sacerdotem Paſtore arreſtarunt, & ad civitatem Caſalen. adduxerunt, N. N. N. tres Milites, qui eundem Sacerdotem Paſtore exulatum extra ſtatum aſſociarunt, ſic citatos & monitos, quod ſi in dicto termino ipſis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel dictus Locumtenens Criminalis infraſcriptus, nihilominus, ſervatis terminis de ſtylo Curiæ ſervari ſolitis, ad omnium & ſingularum cenſurarum & pœnarum præ dictarum (ultra alias de jure competen. reſervatas) incurſus declarationem, & executionem, Cedulonumque dictæ Excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque reſpective & ad omnia alia neceſſaria & opportuna deveniendum, & procedemus, ſive deveniet & procedet, juſtitia mediante eorum abſentia & contumacia non obſtante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magna Curia Innocentiana Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimo quinto, die vero 29. menſis Julii, Pontificatus autem ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo quinto.

Antonius Sabainus, Locumtenens & Judex Deputatus.

Paulus Fatius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius.

Digitized by Google

In Nomine Domini, Amen. Præsenti publico relationis Instrumento Cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum quod Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo quinto, indictione octava, die vero juridica octava mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno decimo quinto. In mei, ac Testium infrascriptorum præsentia præsens & personaliter constitutus Paulus Braci publicus Cursor Curiæ Episcopalis Ferrariæ retulit mihi Notario infrascripto se sub hodierna die coram infrascriptis Testibus retro scriptum Monitorium contra Sacerdotem Carolum Josephum Juniperi curatum, & Præpositum Matricis Ecclesiæ Loci Odalengi magni Casalensis Diœcesis, Equitem Crevacore Præfectum Civitatis Casalis Commandante nuncupatum, Equidem Lambertum Ductorem Militum nuncupat. Granatieri, Albertum Allera Vice-Prætorem Odalengi, N. Ponzani, ut dicitur, Ajutante in Civitate Casalis. N. N. N. N. N. N. Milites in numero sexaginta circiter, & alios quinque Milites N. N. N. N. N. primo duos ac deinde tres in retroscripto Monitorio specificatos exequutum fuisse ad valvas Cathedralis Ecclesiæ Civitatis Ferrariæ sub Invocatione S. Georgii, affixa ibidem copia, & dimissa præsentibus Domino Ignatio Garani, ac Joseph Lorenzoti testibus &c. aliaque feciſſe & dixiſſe, prout habuit in mandatis & ita tactis &c. juravit &c. non solum &c. sed omni &c. super quibus &c. Actum Ferrariæ in Cancellaria Criminali Curiæ Episcopalis ejusdem Civitatis, præsentibus ibidem Domino Ignatio Garani, filio quondam Julii Ferseu de Cura Sancti Jacobi, ac Joseph Lorenzotii filio Alberti pariter Ferseu de Cura Sanctæ Mariæ Novæ testibus antescriptis ad præfata omnia specialiter habitis, atque rogatis. Ego Antonius Odoardus Valentus Notarius Publicus & Curiæ Criminalis Episcopalis Ferrarien. Cancellarius de prædictis rogatus fui. In quorum fidem hic me subscripsi, & solito mei Tabellionatus signo requisitus signavi die, mense & Anno suprascriptis &c.

Thaddæus, Miseratione Divina Tituli S. Alexii S.R.E. Presbyter Card. à Verme, Episcopus Ferrarienſis &c. Universis &c. fidem facimus, & attestamur supradictum Dominum Antonium Odoardum Valenti esse Notarium publicum hujus Civitatis, Curiæque nostræ Notarium & Cancellarium ad Criminalia, ejusque similibus hic & ubique locorum in judicio & extra fidem adhiberi plenam. In quorum &c. Dat. Ferrariæ ex Palatio Episcopali, die 13. Augusti 1715.

Carolus Quercius, Notarius & Canc. Episcopalis.

CAPUT

CAPUT V.

De Mutinensi & Rhegiensi Ducatibus.

I.

Sacramentum filiorum Manfredi & pacta ab ipsis percussa, quum civitate Mutinensi donati fuerunt, d. d. 17. Kal. Febr. An. 1168.

EGo juro, quod semper ero Civis & habitator Mutinæ sine fraude, & ab hinc usque ad festum Sancti Martini proximum, domum in Civitate Mutinæ habebo; & Civitatem Mutinæ infra confines contra omnes homines defendam, excepto Imperatore; & extra confines personas illorum, qui nunc sunt Cives Mutinæ, & in antea erunt, & eorum bona ubicumque potero, defendere sine omni fraude jurabo, salva fidelitate meorum Dominorum, quos habeo, & in antea sine fraude acquisivero; & quominus aliquis, dummodo sit liber, Civis Mutinæ fiat (salva per omnia justitia mea) impedimento non ero. Et commune Mutinæ in Curiis & Concionibus bona fide juvare studebo: & quod homines de possessionibus meis dationes & factiones ad voluntatem Consulum Mutinæ, qui nunc sunt, & in antea erunt, supradictæ Civitati non faciant, nullo modo vetabo. Et consules Mutinæ qui per tempora erunt, si ab eis, & ab eorum Misso requisitus fuero, sequi jurabo. Et de negotio Domini Imperatoris cum Mutinensibus usque ad finem stabo, quemadmodum Bernardus Malvezo stare juravit. Et hoc salva fidelitate Imperatoris. Nec ab Imperatore & ab ejus Nuntio de Sacramento me ullo modo extrahi faciam, si Deus me adjuvet, & sacrosancta Dei Evangelia. Hoc sacramentum, sicut superius legitur, fecerunt Robertus de Manfredis, & frater ejus Bernardus & Guidettus. Pius vero, & Manfredus quondam Bernardini, illud idem juraverunt, excepta habitantia, & semper esse Cives; quod olim in antea sub alio Consulatu juraverunt.

Actum in Mutinensi Concione, Domino Episcopo Ger. ibi præsente cum multis aliis, et Consulibus Mutinensibus Domino Gerardo Rangono, et Alberto de Grasulfo, et Giberto de Bajoaria, et Alberto de Pildeguerra, et Guidoto de Rolando, et Wilielmo Zacio, ibi præsentibus: MCLXVIII. Indictione prima, XVII Kalendas Februarii, die Martis. Testes interfuerunt Dominus Bernardus Malvezo, et filii Godonis, Albertus et Dux, Buccabadata, Arduinus Raphacane, et Rainerius Boschettus, et Lotharius Adigerii de Sancta Cruce, Albertus de Varana, Dominus Ugo de Solaria, Ubertus de Balugola, et alii Nobiles et Sapientes Mutinæ, et major pars populi.

II.

Rainuccini & Guidonis, Dominorum Gomolæ sacramentum, quo se suaque castra Reipublicæ Mutinensi subjecerunt, d. d. 15. Kal. Aug. An. 1123.

EGo juro stare et obedire mandato et mandatis Consulum Mutinæ absque omni tenore, et dare totam meam Terram, Arces, et Castra omnia, et homines similiter, ad servicium Civitatis Mutinæ, ad voluntatem Consulum Mutinæ. Actum in Mutinæ Palatio in præsentia Consulum Mutinæ Domini Bernardi Malvezi, Bernardi de Mateo, Rainerii de Buccabadata, et Uberti de Pergenario. Hoc sacramentum fecerunt Domini de Gomola, Rainuccinus et Guido, et sua spontanea voluntate, ut ipsimet confessi sunt in Mutinæ Consilio. Testes interfuerunt Beccaraba, Robertus de Manfredis, Girardus de Canusa Pius, Guidectus, Carnelvarius, Dominus Martellus, Bellonus, Gandulfus Judex, Guidonus Judex, Bernardus de Balugola, Gulielmus de Atto, Jacopinus, Albertus de Tonso, Albertus Crispus, Albertus de [illegible] et alii de consilio plures. MCXXIII. Indictione Sexta, XV. Kalendas Augusti, die Mercurii. Si Mutinæ Consulatum gessit Bernardus Malvezzius, ergo ipsi ac ipsius generi patria fuit Mutina. Atqui dum bella civilia olim universas ferme Italiæ Urbes contuterent, et modo Guelphæ modo Gibellinæ factionis [illegible] cogerentur, tunc sæpe fiebat, ut nobiles viri e patria deturbati, in alienis Civitatibus sedem figerent, ac Cives illic adsciti stirpem quoque suam ibi in posterum propagarent. Itaque justus suspicandi locus est, Malvezziorum gentem Brixiæ et Bononiæ illustrem, Mutinensis Familiæ surculum olim fuisse; quod et veluti certum statuerunt in Historia Mutin. MSta. Panninius et Silingardus in Catalogo Episcoporum Mutin. Atque hæc de Jacobi Malvecii præclaro sanguine proloqui mihi licuerit. Ad ejus Chronicon quod attinet, inficias nemo ierit, quin Scriptor his quæcumque potuit præsidia adhibuerit ad rite conscribendam Brixianæ Urbis Historiam. Scrutatus nempe illa est aliquot ex antiquis Chronographis suæ Urbis. Regesta quoque Reipublicæ Brixianæ ad manum habuit. Verum ad illustranda secula a se remota, nil ferme novi illa comulit; nam ubi de illis agit, vulgatissimos tantum scriptores, atque inprimis Paulum Diaconum describit; insuper vero fabulas interseris, quales a vulgo venditatas invenit. Quod tamen ego in primis doleo; perducitur narratio Malvecii ad annum dumtaxat MCCCCXXXII. hoc est, in Brixiensi Chronico ea desiderantur, quæ

quæ per unum Seculum Malvecio narranda restabant, ac proinde meliora ab eo prætermissa sunt, quum plerumque Historici et fusius et accuratius suorum aut propiorum temporum gesta referant, quam antiquorum. Sed cur ego expostulem? Aut mors, aut alia negotia Malvetio ipsi, ne ultra in suo cursu progrederetur, obstitisse videntur. Certe scisciatus eruditos Brixianos, inter quos præcipue nunc fulgent Clar. V. Paulus Galleardus ejus Ecclesiæ Canonicus, cui præter alia elegantissimam debemus operum Sancti Gaudentii editionem, et Doctissimus Vir P. D. Johannes Andreas Astezatus Monachus Benedictinus: nemini notum deprehendi, supra hæc quæ nunc edenda mihi sunt, aliquid aliud superesse ab eodem Malvecio conscriptum quamquam idem P. Astezatus quotquot potuit ejusdem Historiæ Codices MStos accuratissime fuerit perscrutatus. Consentit et Codex vetustus, antea mihi memoratus, cujus narratio non ultra eum annum procedit. Quare quod offerre possum ego, Lectores accipiant. Sed neque insalutata dimittenda sunt, nonnulla Malvetii verba in proœmio; Scribit ille se Historiam hanc exorsum ad honorem et felicem statum illustris et Magnifici Domini Brixiensis D. ad memoriam etiam nostræ Illustrissimæ Venetiarum dominationis, incrementumque eorum. Hæc sane ἀνύσατα et male consuta mihi videntur: vereorque ne librarius quisquam insscio Malvecio mentionem huc injecerit Venetæ Reipublicæ. Nam si quo tempore Auctor Historiam scribere aggressus est, Veneti Brixiæ dominabantur, quem locum amabo alteri Brixiensi Domino D. invenias? Si vero nondum Veneti ea Urbe potiti fuerunt, cur nostra Venetiarum dominatio cum altero Brixiensi Domino conjungitur? Anno 1412. quo Malvetius ad hanc Historiam contexendam se contulisse creditur, Brixianæ urbi dominabatur Pandulphus Malatesta. Anno 1421. Pandulpho illam eripuit Philippus Maria Vicecomes Dux Mediolani. Ea tandem Urbe potiti sunt Veneti Anno 1426. sub quorum imperio adhuc illa quiescit. Itaque si quid video, scriptum olim fuit, et nunc propterea scribendum in Proœmio est: ad honorem etc. Illustris et Magnifici Brixiensis Domini P. id est Pandulphi. Reliqua vero, quæ ad Venetam Rempublicam spectant, uti minime a Malvecio profecta, sed quidem a quopiam, qui imperantibus Brixiæ Venetis eamdem Historiam sibi descripsit, delenda videntur. Ceterum tam etsi floruerit hic Scriptor inchoato jam Seculo XV. atque adeo posterior locus ejusdem Chronico in Collectione ista deberetur: visum est nihilominus non diutius differre illius editionem, quum narratio ab ipso interrupta in ea tempora desinat, quæ nunc præ manibus habeo. Accederet etiam suo loco, Historiæ Brixianæ fructulum, auctore Christophoro a Soldo Italice conscriptum, ac nondum luci redditum. Anno quoque proxime præterito Commentariolum de obsidione Brixiæ ab Evangelista Manelmo elucubratum publici juris fecit, atque eruditis Notis illustravit supra laudatus P. Astezatus, ita ut hæc omnia cum jam vulgatis Elix Capreoli Historiis conjuncta, sat pabuli præbere possint Brixiani Populi gesta rescire cupientibus.

Id autem in Chronici hujus lectione offendet Lector, quod libere castigavit Christianæ severitatis amantissimus noster Auctor; sed qui novit corruptos eorum temporum mores, nihil mirabitur audiens, insigne ac antiquissimum Sanctæ Juliæ Parthenonem e primævo sanctimoniæ statu olim & ipsum excidisse. Calamitas ista, a qua Seculis iis barbaricis nullus Ecclesiasticarum, nedum Secularium ordo immunis abiit, eo pervasit, ut quædam, immo non pauca, sacrarum virginum Cœnobia abolere, aut Monachis tradere, quam emendare satius duxerint Romani Pontifices & Episcopi. Sed quæ nunc Brixianum Monasterium incolunt nobilissimæ Virgines, quarum humanitati & ego multa debeo, moribus adeo compositis vivunt, ut infelicium temporum memoriam eluerint, & sacri loci honorem ac famam religiose tueantur.

III.

Literæ Communitatis Bononiensis, quibus Azzoni, Marchioni Estensi promittit, se pacem cum ipso conclusam exactissime observaturam esse, d. d. 11. Januar. An. 1299.

ALLi nobili Guglielmo da Campo S. Pietro Vicepretore dell' Illustre, & Magnifico per lo gratia di Dio, Azzone Estense della Marca Anconitana, Modena, Reggio, & Ferrara Signore Generale, al Consiglio, & Commune della Città di Modena. Ottolino Pretore, Giacopo Capitano, Antiani, & Consoli della Città di Bologna desiderano salute con ogni beata felicità. Habbiamo riceuto le lettere, che la vostra nobiltà ci ha mandate, dove ella si querela de' nostri distrettuali, che habbino danneggiato li fedditi suoi, con tagliare arbori, & fare altri mali contenuti nelle vostre lettere: alle quali rispondiamo; Che la intentione nostra, & del Commune, & Populo di Bologna, è che si osservi la pace fatta, nè direttamente, ò indirettamente si contravenga alla detta concordia, & ci duole, che questi danni verso li sudditi vostri sieno da nostri stati commessi dopò il bando da noi publicato; quale fu, che niuno dovesse far guerra, ò danneggiare in modo alcuno la robba, nè gli huomini delle Città di Reggio, Modena, Ferrara, & Argenta; & delle altre terre sotto il vostro Dominio, il qual bando fu publicato il mercordì la sera il settimo del presente mese di Gennaro, sotto pena della robba, & della persona ad arbitrio del Pretore. Il perche piaccia alla vostra sapientia farci sapere per sue lettere li nomi de' malfattori, & la qualità delli delitti, & anchò il luogo, dove sono stati commessi, che se saranno stati fatti dopò la publicatione del bando, intendiamo procedere contra li detti delinquenti, & con debita pena castigarli: acciochè col loro essempio gli altri

nello

Digitized by Google

nello avenire, temino. Nondimeno desideriamo, che la Sapienza vostra, che novellamente habbiamo fatto intendere à tutti quei del nostro distretto, che sono, overo habitano alle confine, che non faccino danno alcuno, & che da ogni sorte di maleficio s'astenghino; & che contrafacendo, da noi severamente saranno castigati, acciochè dalla parte nostra non sia perturbata la pace. Di Bologna alli 11. di Gennaro.

IV.

Literæ Communitatis Bononiensis ad Azzonem, Marchionem Estensem, de reparatione damnorum invicem illatorum paceque inita fideliter observanda agentes, d. d. 20. Jan. Anno 1299.

MAgnifico Viro Domino Azzoni Estensi, & Anconæ Marchiæ, Civitatis Ferrariæ, Regii, & Mutinæ Domino Generali. Ottolinus Potestas Jacobus Capitaneus, Antiani, & Consules Civitatis Bononiæ salutem, & votivis successibus abundare. Lætanter recepimus litteras quas Frater Rainerius de Guidopicciolis vester Nuntius pro parte vestra præsentavit, & verba ipsius, quæ ex parte vestra protulit, intelleximus diligenter, quibus breviter respondemus, quod super eo, quod in ipsis litteris continebatur, quod vobis placebat, quod bestiæ acceptæ in vestro districtu, & conductæ ad Serravallem eidem Fratri restituerentur, vel ipsarum extimatio, prout vobis per alias nostras scripseramus, & ecce quod ipsi Fratri Rainerio extimationem dictarum bestiarum, scilicet, in quantitate lib. sexaginta dari fecimus de gratia speciali; Novistis enim quod non tenebamur de jure fieri facere mendam prædictam secundum formam Reformationis Consilii Populi Bonon, quæ intendebat omnino omnem treguam ante pacem facto etiam Compromisso. Super autem aliis damnis datis post dictum Compromissum, de quibus dictus vester Nuntius quandam cedulam apportavit, respondemus; quod intendimus de gratia inquirere veritatem, & ea reperta procedere, prout honori vestro & nostro credideri-mus convenire. Verbis autem suavibus ipsius Fratris Rainerii, circa intentionem vestram, prolatis super pace facta, dicimus firmiter, quod Commune, & Populus Bononiæ est bonæ & integræ intentionis super pace prædicta, tamen meminit nos alias vobis scripsisse quædam damna data in partibus Fregnari quibusdam vestris sequacibus Terræ Valdesaxi, etiam post pacem factam, quod durius esse videtur, & quod placeret vobis providere super prædictis, & aliis datis in territorio Crevalcorii, & aliis partibus districtus Communis Bononiæ, & sequacibus ipsius Populi, & Communis, de quibus nullatenus est provisum. Iterato nobilitatem vestram requirimus, & rogamus, quatenus vobis placeat taliter providere, quod de dictis damnis satisfiat nostris sequacibus, ita quod per hæc, & alia non possit fieri aliqua perturbatio dictæ pacis. Data Bononiæ die vigesimo Januarii.

V.

Literæ Azzonis, Marchionis Estensis ad Commune Bononiense, quibus omnes conclusæ pacis conditiones a se adimpletum iri promisit, d. d. 29. Jan. An. 1299.

NObilibus viris Amicis charissimis Dominis--- Potestati---Capitaneo, Antianis---Consulibus, Consilio, & Communi Civitatis Bononiæ. Azzo Dei & Apostolica gratia Estensis, & Anconæ Marchio Civitatis Mutinæ, Ferariæ, & Regii Dominus generalis salutem, & amoris perpetui firmitatem. Hodie, quæ est dies Jovis vigesimo nono instantis mensis Januarii a Communi Florentiæ accepimus literas continentes, ut Castrum Spilimberti vacuum, & expeditum daremus in fortiam, & posse Castellanorum, & custodum suorum. Et cum ante acceptionem ipsarum literarum venerint ipsi Castellani, & custodes, ob reverentiam & amoris Communis Florentiæ, & ad conservationem sententiæ pacis latæ inter nos & vos per ipsum Commune Florentiæ ac pacis prædictæ, ipsum Castrum Spilimberti expeditum & vacuum jam dederamus ipsis Castellanis, & custodibus Florentinis. Et quia recolimus, quod in sententia prædicta continetur, quod post acceptionem Castrorum Plumatii, & Spilimberti infra octo dies stratæ debeant aperiri hinc, & inde, ac carcerati libere relaxari, amicitiæ vestræ tenore præsentium declaramus, quod parati sumus, secundum formam ipsius sententiæ, & eam servando a parte nostra ubique per totam nostram jurisdictionem per terram, & aquam stratas aperire: & carceratos guerræ libere relaxare. Igitur si placet vobis a parte vestra idem facere, vel quid placet, nos vestris reddere certiores. Data Mutinæ die 29. Januarii.

VI.

Literæ Communis atque populi Florentini ad Communitatem Bononiensem exhortatoriæ, ut per copias auxiliares Mediolanensibus missas Marchiones Estenses non offendant, d. d. 13. Jun. Anno 1299.

MAgnificis & nobilibus viris Dominis---Potestati---Capitaneo---Antianis, Consulibus, Consilio, & Communi Civitatis Bononiæ amicis suis charissimis---Priores Artium, &---

Digitized by Google

Vexillifer Juſtitiæ Florentiæ, ſalutem plenitudinem & amoris. Nos qui jure timemus diſſidium, & amicorum & fratrum inducimur rationabiliter vobis intimo cordis affectu ſcribere & nota vobis facere, quæ diebus iſtis auditu percepimus, videlicet, quod pro parte veſtra nuntiis, ſeu literis veſtris notum feciſtis per modum requiſitionis Vicecomitibus Dominorum Marchionum Eſtenſium ut liberum tranſitum concederent per diſtrictum Civitatis Mutinæ & Regii certæ quantitati populi, & militiæ quod mittere intendebatis in auxilium Capitanei Mediolani, alioquin haberetis, pacem olim pronunciatam inter vos & prædictos D. Marchiones eſſe ruptam pro parte eorundem Dominorum Marchionum, ex quibus ſi vera ſunt, non ſolum nos, ſed ceteri, qui nobis amicitia & dilectione conjuncti ſunt admirationis materiam concepimus; non n. credimus convenire maxime prudentiam veſtram, qui relatis ſtatum veſtrum & noſtrum & amicorum omnium devotorum Eccleſiæ in verbis ſic debere prorumpere, ut præteritæ litis materiam velle videamini ſuſcitare in D. Marchiones, quos pridie vobis conjunximus per pacis affectum, & per conſequens præbere diſſolutionis materiam in amicos, quod vobis præter damnum diſcordiæ cederet apud omnes in vituperium, & infamiam generalem; propter quod vos rogamus attente, & affectione fraterna præcamur quatenus a talibus, & ſimilibus abſtinere velitis honore veſtro & noſtri, & amicorum gratia & amore memorantes pacem, & præteritæ maledictæ litis abdicantes a vobis nec credimus, vos latere, quod ſi favorem præſtare intenditis Capitaneo Mediolani prædicto, & ejus ſequacibus, talis obſequutio tendit ad injuriam, & jacturam dictorum Dominorum Marchionum, qui præfatis Capitaneo, & ſequacibus adverſantur, per quod veſtræ conſcientiæ credimus ſatis adſcriptum, quam ſit juſta veſtra petitio, vel honeſtati conformis, maxime rationibus ſupradictis. Data Florentiæ, die 13. menſis Junii.

VII.

Laudum pacis a Bonifacio P. P. IIX. inter Bononienſes & Marchiones Eſtenſes concluſæ, d. d. 24. Decembr. An. 1299.

IN nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono Indictione duodecima Pontificatus Domini Bonifacii Papæ octavi anno quinto, die vigeſima quarta menſis Decembris. Sanctiſſimus Pater, & Dominus, D. Bonifacius divina providentia Papa octavus prædictus in præſentia mei Notarii, ac teſtium ſubſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum rogatorum arbitrium, laudum, diffinitionem, ſententiam mandatum, diſpoſitionem, & ordinationem recitavit, dedit & pronunciavit, ſeu protulit infraſcripta: In nomine Domini, Amen. Dudum inter dilectos filios nobiles viros Azzonem, & Franciſcum fratrem ejus Marchiones Eſtenſes, & Communia, vel Univerſitates Ferrariæ Mutinæ, ac Regii Civitatum, & quorundam aliorum locorum, & terrarum, ac nonnullas alios Barones, & nobiles, & ſingulares perſonas, Marchionum, & Civitatum ſequaces, & ſequacia prædictorum ex parte una, & Commune Civitatis Bononiæ, & ipſius Communis ſequaces ex altera ſuper diverſis articulis procurante inimico humani generis, pacis æmulo malorum ſatore materia diſſenſionis, & turbationis exorta, ex quibus gravia perſonarum pericula, & damna rerum plurima provenerunt, tandem pacis Angelo miniſtrante, ac noſtris cooperantibus ſtudiis partes ipſæ, ad pacis commoda inſpirante, per earum ſpeciales Sindicos, Procuratores, & Nuncios, ad hoc, ut ab eis ſpecialiter ordinatos, ac nonnulli ipſarum partium per eorum ratificationes; poſtmodum ſubſecutas mandatis, & bene placitis noſtris Bonifacii P. P. VIII. ſe ſubmittere, ac in nos, tanquam in arbitrum arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, ſententiatorem, compoſitorem, præceptorem, ordinatorem, diſpoſitorem, & pronunciatorem ſuper reformanda pace, & concordia inter ipſas partes, ac ſuper iis, quæ ad pacem pertinent, ac ſuper omnibus, & ſingulis litib. quæſtionibus, cauſis, controverſiis, damnis, injuriis, guerris, & offenſis, realibus, & perſonalibus, cæterisque diſcordiis, ſuper quibus diſſidere noſcebantur, promittere, ac promittere alte & baſſe, abſolute, ac libere curaverunt, ut nos cum cognitione, vel ſine cognitione cauſæ, ſive cauſarum, ac de plano ſummarie, ſine ſtrepitu, & figura judicii, alte, & baſſe libere, ac abſolute inter partes easdem & quoslibet dictarum partium, ſemel, & pluries quotiens nobis placeret, ac videretur expediens, ſuper omnibus præmiſſis, & ſingulis arbitrari laudare diffinire, ſententiare, præcipere, ordinare, diſponere, pronunciare, addere, minuere, corrigere, interpretari, & declarare in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, diebus feriatis, vel non feriatis partibus præſentibus, vel abſentibus, vocatis, vel non vocatis, & una parte præſente, alteraque abſente, ſervato, vel non ſervato juris ordine valeremus, prout in Sindicatuum, procuratoriorum, ratificationum, & compromiſſorum, Inſtrumentis publicis inde confectis, plenius & ſerioſius continetur. Nos igitur Bonifacius Papa prædictus, qui viam præcludere ſcandalis, & finem imponere litibus affectamus, & præcipue inter partes easdem quatum quietem indeſinenter appetimus, & tanto ferventius eis cupimus in pacis plenitudine ſolidare, quanto nos amarius turbat, & pungit earum conſumptiva turbatio, & afficit conquaſſatio fluctuorum, receptis compromiſſis, & ratificationibus ſupradictis, ac nobiſcum deliberatione præhabita diligenti, vocatis quoque Franciſco de Aretio Doctore Legum, Antonio de Gorgadellis, Giliolo, & Martino de Mutina Nuntiis Marchionum, & Mutinenſium, & partis eorum prædictæ, & Gihiberto Guidolini Notario Sindico, et Procuratore Communis Bononiæ memorati, qui pro partibus ipſis moram apud Sedem Apoſtolicam protrahebant ad ſententiam, laudum, ſeu arbitrium audiendum, eisque coram nobis ad hoc ſpecialiter conſtitutis, ad laudem Dei omnipotentis, qui pacis eſt auctor,

Digitized by Google

auctor, et ſalutis amator et glorioſe Virginis Matris ejus, tam auctoritate Apoſtolica, et de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, quam ex virtute compromiſſorum, et ratificationum prædictorum, ac omni modo, et jure, quo melius poſſumus, dicimus, arbitramur, laudamus, diffinimus, ſententiamus, mandamus, diſpoſuimus, et ordinamus hac vice, quod inter Marchiones Mutinenſes, Reginos, Ferrarienſes, et Bononienſes præfatos fiat ſolemnis, plena, firma, et ſtabilis pax, modo, et forma, quibus duximus ordinandum, et perpetuo inviolabiliter obſervetur. Et quia occaſione confinium, ac caſtrorum Bazzani, et ſavignani, Mutinenſis diœceſ. quæ ad Comtbune Mutinæ pertinere, ſed nunc per Commune Bonon. detineri dicuntur, maxime propter vicinitatem, et contiguitatem, et promiſcuitatem etiam ipſorum caſtrorum et territorii, ſeu diſtrictus, vel comitatus Bonon. hujusmodi mala, guerræ, et ſcandala, ut aſſeritur, quaſi principaliter obvenerunt, et ne in poſterum graviora inde contingerent, niſi diſponeretur aliter de eisdem, poteſt veriſimiliter dubitari, Nos ad viam inde hujusmodi malis, & ſcandalis amputandam pro bono pacis, & concordia caſtra ipſa cum omnibus muris, ædificiis, fortaliciis, domibus, caſalinis, territoriis, & diſtrictibus, ac poſſeſſionibus, ſeu terris cultis, & incultis, vineis, hortis, pratis, ſylvis, vel nemoribus, aquis, aquarumque decurſibus, cæterisque bonis ſtabilibus, & juribus, & pertinentiis ipſorum caſtrorum in plenum jus, & proprietatem, uſum atque dominium prædicto Communi Bonon. perpetuo concedimus, & etiam applicamus. Volumus autem, quod pro eis omnibus præfatum Commune Bonon. det, ac dare teneatur competens excambium, & recompenſationem congruam in pecunia vel bonis, & rebus ſtabilibus prædicto Communi Mutinæ, prout nos extimandum duxerimus, ac etiam arbitrandum, quæ pecunia, bona, & res loco prædictorum caſtrorum, bonorum, & rerum conceſſorum dicto Communi Bonon. ut præfertur cedant, et cedere volumus, præcipimus, et decrevimus in plenum jus, & proprietatem, uſum, & dominium Communis Mutinæ prælibati. De extrinſecis vero Fenariæ, Mutinæ, Regii Civitatum, & terrarum, ac locorum, comitatum, ſive diſtrictuum earundem, qui hujusmodi occaſione diſcordiæ de civitatibus, terris, & locis ipſis banniti, ſeu forbanniti, vel alias forinſeci ex cauſa ipſa partialiter, vel ſub partiali dolo, vel fraude noſcuntur certa quantitas, ſeu certus numerus, juxta quod nos duximus ordinandum, ad Civitates, terras, & loca eadem, ac ad bona eorum omnia, quæ habent, vel quæ ad eos, tam ratione ipſorum, quam etiam defunctorum, quibus ex teſtamento, vel exinteſtato ſuccedunt, aut alias rationabiliter pertinent in eisdem vel eorum territoriis, ſeu diſtrictibus, pleno, ac integre admittantur & reſtituantur, ac reſtitui debeant, vel ad eos ſimiliter pertinent, in Civitatibus, terris, & locis prædictis, & ipſorum territoriis, ac diſtrictibus per ipſorum procuratores, ſeu factores, vel nuntios poſſidere libere valeant, & tenere, ac fructus percipere ex eisdem, donec de ipſis fuerit aliter ordinatum. Si qui vero ex prædictis extrinſecis, non hujusmodi cauſa, & modo, ſed forſan ratione aliorum maleficiorum, ſeu delictorum, culparum, exceſſuum, aut contumaciarum, factorum, ſeu commiſſorum per eos, banniti, vel condemnati noſcantur, quo ad eos, ac banna, & condemnationes taliter facta de ipſis, vel contra eos per hæc non intendimus aliquod immutare. Cæterum Roccam deſuper domum, ſeu fortalitiam de Gainazo, domum, ſive fortalitiam de ſarnono, villam Samoni, caſtrum Montalbani, caſtrum Montis Turturis, domum, ſive fortalitiam de Muzzano, caſtrum, & villam de Montalto, Roccam, ſeu caſtrum Aianni, Cilianum, & villam ipſius; caſtrum de Serzono, caſtrum de Valdeſaxo, ad commune Mutinæ, ut aſſeritur pertinentia, quæ per certas perſonas de comitatu Mutinæ ipſi communi rebelles ſequaces communis Bononiæ, occupata detinere dicuntur, nec non caſtrum de Monteſio, caſtrum de Montefore, caſtrum de Monte Spleto, villam, & fortalitiam de Sako, villam ſeu fortalitiam de Sancto Martino, villam & fortalitiam de Zuvignano, villam & fortalitiam de Riva, villam & fortalitiam de Desmanno detenta, ut dicitur, per Comites de Panico cives ſequaces communis Bononiæ, quæ ad commune Mutinæ, ut proponitur, pertinent, præfatum commune Bononiæ quantum in eo eſt, ac ad ipſum pertinet, prædicto comuni Mutinæ, vel illis, quorum ſunt, expedita, libera, & in pace dimittat, & quo ad eorum detentionem nullam detentoribus, vel ipſorum aliquibus præſtet auxilium, conſilium, vel favorem publicum, vel occultum. In ipſis tamen caſtris, rocchis, & villis, & domibus, atque locis, jure cujuslibet ſemper ſalvo. Omnia vero, & ſingula ſupradicta, per nos arbitrata, laudata, diffinita, ſententiata & pronunciata dicimus, arbitramur, & præcipimus ſub pœnis, & obligationibus in compromiſſis adjectis, & aliis pœnis ſpiritualibus, & temporalibus, de quibus nobis videbitur arbitrio noſtro nihilominus firmo manente a partibus inviolabiliter obſervari. Inſuper autem reſervamus nobis liberum arbitrium, ac plenariam poteſtatem, prout ex forma prædictorum compromiſſorum, & ratificationum nobis competit, ſuper omnibus, & ſingulis, quæ inter dictas partes, & quoslibet ipſarum partium, ex compromiſſis eisdem arbitranda, laudanda, diffinienda, & pronunciandа reſtant, & hic arbitrata, laudata, diffinita, ſententiata, & pronunciata non ſunt arbitrandi, laudandi diffiniendi, præcipiendi, ordinandi, diſponendi, nec non & tam in eisdem, quam in omnibus, & ſingulis arbitratis, laudatis, diffinitis, & pronunciatis in præſenti arbitrio, atque laudo, addendi, minuendi, corrigendi, interpretandi, ſupplendi, & declarandi quotiens, quando, ubi, & qualiter nobis placuerit, & videbitur expedire. Super omnibus autem, & ſingulis ſupradictis publicum Inſtrumentum per Nicolaum de Vico noſtrum familiarem Notarium infraſcriptum ſcribi mandamus, & ſolemniter publicari. Acta, recitata, prolata, & pronunciata fuerunt arbitrium, laudum, diffinitio, ſententia, mandatum, ordinatio, & diſpoſitio ſupraſcripta per eundem Dominum Papam in Palatio Lateranenſi, in Camera ejusdem Dom. Papæ, præſentibus Rever. Patre Domino Mathæo Dei gratia Epiſcopo Portuen. ac nobilibus viris D. Jacobo Oddonis de Piſis, D. Bernazono Domini Catenacii, Domino Petro Grimaldo, D.

Digitized by Google

Rogerio filio ſuo de anagna, D. Alexandro de Sermineto militibus familiaribus prædicti D. Papæ, Domino Rainerio de Bondelmontibus, Domino Bruneto de Bruneleſiis, Domino Albizo Corbinelli militibus; Bingerio de Tornaquincis, Gentile, Domino Oddonis Automitti, & Rainerio Tolomei Notario de Florentia, qui Sindici, ſeu Ambaſciatores, & Nuncii Communis Florentiæ deſtinati ſpecialiter ſuper hujusmodi negotio ad ipſius Domini Papæ præſentiam dicebantur, teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis. Et ego Nicolaus dictus Novellus de Vico Apoſt. & imperiali auctoritate Notarius publicus prædictis interfui, & ea omnia, ut ſupra legitur, de ſpeciali mandato ipſius D. Papæ ſcripſi, & publicavi, ac meo ſigno conſueto ſignavi.

VIII.

Inſtrumentum, quo Corradinus de Confaloneriis, miles & Bonaugurius Judex, curatores Domini Fulchi, hæredis Domini Azzonis, Marchionis Eſtenſis, conſtituti fuerunt, d. d. 2. Februar. An. 1308.

IN Chriſti nomine Amen. Anno MCCCVIII. Indictione ſexta. Ferrariæ, in contrata Sancti Pauli, Die ſecundo Menſis Februarii, in Camera ſuperiori Palatii veteris infraſcripti quondam bonæ memoriæ, Magnifici viri Marchionis Eſtenſis, Præſentibus teſtibus, vocatis & Rogatis Dominis Mercadante de Zappolinis Milite, & Legum Doctore, Juliano quon. D. Thomæ de Blancolino, Aymerico Notario de Griffis, Thoma quond. D. Luitprandi, Mercatello filio Ser Facini, Beltrame de Mazalis, & aliis; Cum Magnificus, & Illuſtris Dominus quondam bonæ memoriæ Dominus Azzo Dei gratia Eſtenſis, & Anconæ Marchio in ſuo ultimo Teſtamento, ſuaque ultima voluntate Univerſalem ſibi inſtituiſſet hæredem in omnibus ſuis bonis Fulcum Infantem legitimum filium Magnifici, & Excelſi Viri Domini Friſchi, primogeniti ipſius Dom. Azzonis prædicti, ſub hac conditione, & forma, ut ipſi Domino Friſco patri ipſius Infantis de bonis & hæreditate prædicta nihil acquiratur, nec aquiri poſſit, ut apparet de prædictis per Inſtrumentum manu Magiſtri Galuani Notarii, qui fuit de Sarzano, nunc habitatoris Ferrariæ, oſtenſum coram nobile, & Sapienti milite Domino Gerardo de Buſtichis de Florentia honorabili Poteſtate Civitatis Ferrariæ, & Domino Franciſco, de Macagnanis Giudice Communis Ferrariæ, & per ipſum Teſtatorem non fuerit deputata aliqua perſona per quam adhæreat ipſa hæreditas, & bona ipſius hæreditatis deberent in Utilitatem ipſius hæredis Infantis adminiſtrari, cuſtodiri, & gubernari. Idcirco prænominatus Nobilis, & Sapiens Miles Dominus Gerardus de Buſtichis honorabilis Poteſtas Civitatis Ferrariæ, & Sapiens, & diſcretus Vir Dominus Franciſcus de Macagnanis Judex Communis Ferrariæ, auctoritate, qua pro Communi Ferrariæ funguntur, ad inſtantiam, & requiſitionem Nobiliſſimæ Dominæ Peregrinæ de Caccianemicis Matris prænominati Fulchi Infantis dederunt, & creaverunt Diſcretos, & Sapientes viros Dominos Corradinum de Confaloneriis Militem, & Bonaugurium Judicem, præſentes, & volentes Curatores bonis hæreditatis prædictæ delatæ prædicto Fulco infanti ex inſtitutione facta per dictum quon. Magnificum D. Marchionem Eſtenſem. Qui Curatores aſſumpto officio curæ corporaliter juraverunt ad Sancta Dei Evangelia omnia agere, facere, & exercere, quæ crediderint fore utilia dicto Fulco Infanti & ipſius rebus, & Inventarium facere de bonis, & hæreditate prædicta, & inutilia prætermittere ſi, & in quantum de jure potuerint evitare, & prodictis Curatoribus Dominus Emanuel de Benabobus Dominus Vaſſallus Campſor, Dominus Lodoiſius della Torre D. Righettus de Medicis, D. Boniacobus Campſor D. Rigus Ley Avenantis in omnibus prædictis, & ſingulis exiterunt Fidejuſſores; promittentes dicti Curatores, & Fidejuſſores prædicta omnia, & ſingula bene, & legaliter facere, & adimplere, ſub obligatione omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum: cui curæ prædictus D. Poteſtas, & D. Franciſcus Judex Communis Ferrariæ ſuam, qua funguntur, & habent pro Communi Ferrariæ, interpoſuerunt auctoritatem & decretum, dicentes, Eſtote Curatores.

IX.

Formula ſponſionis Bonifacio Papæ IX. nomine Alberti, Marchionis Eſtenſis præſtitæ, d. d. 9. Kal. Jun. An. 1390.

EGo Antonius de Montecatino laicus Lucanæ diœceſis legum doctor, procurator, & nuntius & procuratorio nomine Magnifici viri Domini mei Alberti, Marchionis Eſtenſis, in civitate comitatu & diſtrictu Ferrarienſi pro beatiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Bonifacio, digna Dei providentia, Papa IX. ac ſancta Romana Eccleſia Vicarii in temporalibus generalis, habens a dicto Marchione ad infraſcripta ſpeciale mandatum; promitto quod idem Marchio ab hac hora in antea fidelis & obediens erit beato Petro, & dicto Domino Bonifacio, ejusdem ſucceſſoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus; ſanctæque Apoſtolicæ ſedi & Romanæ Eccleſiæ, non erit in conſilio, aut conſenſu vel facto ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione: conſilium, quod eidem Vicario credituri erunt per ſe, aut per nuncios, ſive per literas, ad eorum damnum, eo ſciente, nemini pandet, & ſi ſciverit fieri, vel procurari, ſive tractari aliquid, quod ſit in dicti Domini

Digitized by Google

mini Papæ vel ipſorum ſucceſſorum damnum, illud pro poſſe impediet, etſi impedire non poſſet, illud eis ſignificare curabit. Patrimonium Romanum, & regalia S. Petri, tam in civitate, comitatu, & diſtrictu prædictis, quam alibi exiſtentia, adjutor eis erit ad retinendum, defendendum, & recuperandum, & recuperata manutenendum contra omnem hominem, & nihilominus pro poſſe adjuvabit dictam Romanam Eccleſiam, & dictum Dominum Bonifacium Papam IX. & ſucceſſores prædictos, qui erunt pro tempore, ac vicarios, legatos, & officiales eorum, etiam contra perditiones filios Robertum, olim baſilicæ duodecim Apoſtolorum vulgariter dictum Gebennenſem, nunc Antipapam, qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominare præſumit, & Joannem olim Tit. S. Marcelli vulgariter dictum Ambianenſem presbyteros Cardinales, eorum gravibus & notoriis culpis & demeritis exigentibus, per felicis recordationis Dominum Urbanum Papam VI. juſto Dei judicio, auctoritate Apoſtolica tanquam hæreticos & ſchiſmaticos, puniendos, ſententialiter condemnatos & contra eorum ſequaces, ac dantes eis, vel eorum alicui auxilium, conſilium, vel favorem cujuscumque fuerint præeminentiæ, ordinis, religionis, conditionis, aut ſtatus, etiamſi pontificali vel regali aut reginali, ſeu quavis alia præfulgeant dignitate: etiamſi fuerint dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & contra quoscumque alios per Eccleſiam denotatos vel imposterum denotandos, quamdiu extra gratiam, & communionem dictæ Eccleſiæ permanebunt, nec eis, vel alicui eorum dabit quoquomodo per ſe vel alium ſeu alios, directe vel indirecte publice vel occulte auxilium, conſilium, vel favorem, nec ab aliis quantum erit in eo & impedire poterit, præſtari ſeu dari permittet, ſed eos pro poſſe donec reducatur ad gremium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & obedientiam præfati Domini Bonifacii Papæ IX. juxta tenorem proceſſuum Apoſtolicorum, prout juſtum fuerit, pro poſſe perſequetur & invadet, ac perſequi, & invadi faciet etiam contra omnes homines mundi juxta ſuum poſſe & bona fide: univerſas, & ſingulas promiſſiones, conventiones, obligationes, & pacta per me procuratorem procuratorio nomine ipſius Marchionis facta & inita, & cætera alia inconfirmatione ſeu receptione dicti vicariatus per me promiſſa, obligata, facta, & recognita, & conventiones, & pacta in literis dicti vicariatus, ſeu confirmationis appoſita, & omnia & ſingula, quæ continentur in eisdem literis, plenarie adimplebit, & inviolabiliter obſervabit; nec ullo unquam tempore, durante vicariatu prædicto, veniet contra illa; præfatum vicariatus officium ad honorem ſanctæ matris Eccleſiæ dictique Domini Bonifacii Papæ IX. & ſucceſſorum ſuorum ad bonum ſtatum civium & incolarum civitatis, comitatus, & diſtrictus prædictorum ſolicite & fideliter exercebit, & unicuique pro poſſe, juſtitiam miniſtrabit, & obſervabit, ſic eum Deus adjuvet, & hæc ſanctæ Dei Evangelia, etc. Dat. Romæ apud S. Petrum IX. Kal. Junii pontificatus noſtri anno primo.

X.

Breve Bonifacii P. P. IX. quo Nicolaum, Marchionem Eſtenſem monuit, quo minus cum Nanne de Gozadinis, Rom. Eccleſiæ hoſte, fœdus ſanciret, d. d. 8. Id. Februar. Anno 1404.

Dilecto filio nobili viro Nicolao marchioni Eſtenſi in noſtra civitate Ferrarienſi pro nobis & Romana eccleſia in temporalibus vicario generali.

Novit tua nobilitas novit jam tandem Italia qualiter iniquitatis alumnus patriæ proditor; famæ prodigus, ac ſalutis propriæ immemor infamis Nannes de Gozadinis de civitate noſtra Bononienſi noſtris dudum & eccleſiæ Romanæ ejus dominæ & magiſtræ enutritus præſidiis, & quem ac ſuos ut filios prædilectos ſpiritualibus gratiis ac favoribus honoribus, & beneficiis fueramus ampliſſime proſecuti, contra ſtatum, & honorem noſtrum & præfatæ eccleſiæ, ac contra perſonam dilecti filii Balthaſaris Euſtachii Diaconi Cardinalis, ac illis in partibus Apoſtolicæ Sedis legati de præfati Nannis & ſuorum fidelitate, quam putabat integerrimam, usque ad multorum odium ampliſſime confidentis, non ſolum caſtrorum Centi & plebis comitatus noſtri Bononienſis occupationes, ſed conſpirationes truculentiſſimas, homicidia, & alia nefaria crimina perturbationem & rebellionem civitatis noſtræ Bononienſis prædictæ ac aliarum civitatum, & terrarum nobis & eidem eccleſiæ immediate ſpiritualiter & temporaliter ſubditarum, cum nonnullis ſuis adhærentibus, complicibus atque ſequacibus damnabiliter paratus, & aſſidue mala malis accumulans cum hujusmodi ſuis adhærentibus nititur ſtatum civitatis ac partium præfatarum ſubvertere & dare præcipitem in ruinam.

Et quoniam Zelo paternæ dilectionis ad ſalutem & pacem præfatæ civitatis, noſtræ utique & præfatæ eccleſiæ peculiaris filiæ prædictæ, afficimur non indigne, ac idem Nannes pro parte dicti legati fuerit inſtantiſſime monitus & requiſitus, ſed incaſſum, ut caſtra hujusmodi dicto legato reſtitueret, & a talibus abſtineret, quinimo ad noſtram & præfatæ eccleſiæ & dicti Legati fidelitatem & obedientiam remearet, & præmiſſorum contemtor extiterit, taliaque conniventibus oculis pertranſire ulterius minime valeamus, ne impunita temeritas aditum ſceleri præbeat in futurum, & tua nobilitas, quæ ut a præſtatione cujuscumque præſidii dicto Nanni & ſuis ſequacibus exhibendi ex toto deſiſteret parte noſtra & præfati legati ſæpius ſit monita, & cum inſtantia requiſita etiam vincula juramenti, quo nobis & præfatæ eccleſiæ extat obnoxia vigore conceſſionis vicariatus dictæ Ferrarienſis civitatis per nos eidem conceſſi, nobis & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ac præfatæ eccleſiæ fideliter adhærere, ac conjurationem conſpirationem, ſeu ligam

Digitized by Google

ligam non facere cum rebellibus & inimicis seu inobedientibus ecclesiæ prælibatæ, nec eis præstare auxilium vel favorem, sed eos prosequi toto posse teneatur & debeat, & certi reddamur nobilitatem ipsam dispositam progenitorum suorum, qui semper fidelissimi status & honoris præfatæ Romanæ ecclesiæ, nullis parcendo periculis, etiam personalibus vel impensis fuerunt, sectari vestigia, ac ex fideli integritate apud sedem Apostolicam perpetuo cupiat exaltari; quare eandem nobilitatem tuam præsentium tenore requirimus & monemus, eidem nihilominus per apostolica scripta mandantes sub pœnis excommunicationis ac privationis vicariatus hujusmodi, & omnium bonorum etiam feudalium, quæ a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis Romano imperio, Regibus, Principibus, universitatibus, aut singularibus quibuscumque personis obtinens; nec non dignitatum, honorum privilegiorum, & gratiarum quorumlibet, quatenus præfatum Nannem, fautores & complices suos hujusmodi, quos rebelles ecclesiæ præfatæ, conspiratores, ac reos criminis læsæ majestatis harum serie declaramus, & incidisse in sententias & pœnas tam a jure quam ab homine in talia perpetrantes promulgatas & inflictas, & propterea fuisse & esse hujusmodi sententiis & pœnis sententialiter infectos ac privatos omnibus dignitatibus, honoribus, privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus realibus & personalibus, per eandem vel alias ecclesias, aut Romanum Imperium, Reges, Principes, universitates, vel singulares personas quomodolibet concessis eisdem de cætero in civitatibus, terris, castris, & locis quibuslibet eisdem potestati quovis modo suppositis, persequi tamquam hostis ecclesiæ, receptari nulla ratione, aut directe vel indirecte per te vel alios eis exhiberi auxilium, consilium vel favorem quovis modo permittas, &c. Datum Romæ apud S. Petrum VIII. id. Februarii, pontificatus nostri anno XV.

XI.

Capitula, ligæ & confœderationes inter Herculem, Ferrariæ Ducem & Fridericum, Mantuæ Marchionem, pro mutua statuum suorum defensione, stabilitæ, d. d. 29. Maji Anno 1480.

In Christi nomine, Amen.

Anno ejusdem Nativitatis millesimo quadringentesimo octuagesimo, Indictione tertia decima, die vigesimo nono mensis Maji, Ferrariæ in Palatio Curiæ Illustrissimi Domini nostri Ducis infrascripti, in Camerino secreto Excellentiæ suæ, presentibus Testibus vocatis, & rogatis, Magnificis, & generosis Viris Philippo de Andreasiis filio quondam Domini Jacobi, Pincerna Illustris Domini Marchionis infrascripti, Jacobo Soardo filio quondam Domini Benedicti Equitis, ambobus Camerariis prefati Domini Marchionis, Magnificisque, & spectatissimis Equitibus Domino Ambrosio de Contrariis, quondam Domini Ugutionis, Domino Bonifacio de la Bivilaqua quondam Domini Christini Franciscí, Domino Jacobo Trotto, quondam Domini Ludovici omnibus Consiliariis prefati Domini Ducis. Cum superioribus temporibus mutuæ & fraternæ benivolentiæ, ac etiam affinitatis vinculum assidue intercesserit. Illustribus & Excelsis Principibus ex vetustissima stirpe Estensi progenitis, cum Illustribus, & Excelsis Dominis, ex inclyta Domo, & Prosapia de Gonzaga oriundis, & præcipue Illustrissimo Principi, & Excellentissimo Domino Domino Herculi Duci Ferrariæ, Mutinæ & Regii, Marchioni Estensi, ac Rodigii Comiti &c. cum Illustr. & Excelso Domino Federico, Marchione Mantuæ &c. inter quos non solum mutuus, & fraternus amor assidue viguit, sed in dies magis, ac magis auctus est, ac novo & indissolubili affinitatis nexu confirmatus: Nuperrime enim idem Illustrissimus Dominus Dux, Illust. Primogenitam ejus Filiam legitimam, & naturalem Dominam Isabellam Estensem in sponsam, & Uxorem Illustri Domino Francisco Primogenito filio legitimo, & naturali prefati Domini Marchionis constituit, atque promisit: Quod quidem licet apud alia quam plurima testimonia, non vulgare argumentum esse possit, mutuæ &, fraternæ eorum benivolentiæ prædictæ, tam ut omnes facile intelligant, quod prefatis Principibus in cunctis rebus idem velle idemque nolle, ac unus animus, unaque, & eadem mens futura sit; id alio præsenti Documento declarare voluerunt: Nam inter ipsos optimam, & fraternam Considerationem, Statuumque suorum, unionem infrascriptam lato constanti corde, inierunt, atque firmaverunt, cum Pactis, Modis, Capitulis, & Conventionibus infrascriptis videlicet: Imprimis namque prelibatus Illustrissimus Dominus Dux Ferrariæ &c. ibidem constitutus, per se, & ejus filios, & Hæredes in Dominio Successores solemni stipulatione promisit, atque promittit Magnifico & potenti Equiti Armorumque Ductori Domino Francisco Sicco de Arragona prefati Domini Marchionis Mantuæ Affini Consocio, & Consiliario secreto, nec non Magnifico, & Clarissimo Jurisconsulto Domino Bertramino de Cursatris, ipsius Domini Marchionis Auditori, & Consiliario, ambobusque ejusdem Domini Marchionis Oratoribus, Nuntiis, & Mandatariis ad hæc, & alia specialiter constitutis ex Instrumento publico eorum mandati rogato per Spectabilem Virum Mattheum Antimacum, Notarium publicum Mantuanum, & ipsius Domini Marchionis Secretarium, sub die quintodecimo mensis presentis, cum sigillo consueto & subscriptione manu propria prefati Domini Marchionis, a Nobis Antonio, & Severio Notariis infrascriptis viso, & lecto ibidem presentibus, stipulantibus & recipientibus nomine, & vice prefati Domini Marchionis, ac ejus filiorum, & Hæredum in Dominio successorum, quod ipse Dominus Dux, vel aliquis alius ejus nomine Mandato, vel consensu non offendet aliquo modo in futurum ipsum Domi-

Digitized by Google

Dominum Marchionem, nec ejus filios, & Hæredes prædictos, nec ſtatum alicujus eorum: Ac etiam promiſit ut ſupra, quod omni vice, & quandocunque ab aliquo Domino ſeu Potentatu, vel Dominio offenſio aliqua, vel ſtatus perturbatio, aut Guerra fieret, vel moveretur quocunque ipſi Domino Marchioni, & ſimiliter ejus filiis, & Hæredibus prædictis, & præcipue Illuſtri Domino Franciſco ejus Primogenito antedicto ipſe Dominus Dux defenſione eorum, & Statuum ſuorum ſuſcipiet, atque ipſos defendet tum Statu, Perſona, ac gentibus armigeris, & aliis viribus ſuis quantum ſe undequaque extendent, & valebunt, ſuſcipiens exnunc, prout ex tunc, in ſe precipuam, & ſpecialem curam, & protectionem, tam perſone, quam futuri cujuscumque Status præfati Domini Franciſci, veluti precipui, & dilectiſſimi ejus Filii, & generi, Promittens inſuper, ut predictum eſt, ſe nullam unquam facturum obligationem nullamque de perſona ſua vel Statu, aut gentibus Armigeris contractum, vel militare locationem, ſive conductam, aut Unionem, Fœdus, Colligationem vel Intelligentiam cum aliquo Domino, vel Potentatu, aut Dominio, uno ſive pluribus, ex quo vel quibus preſens defenſionis promiſſio, atque ſuſceptio lædatur, aut quovis modo impediatur; Sed potius reſervaturum expreſſe, ſi opus fuerit, ipſam preſentem obligationem, atque promiſſionem. Et viceverſa prefati Magnifici Domini Oratores agentes, ut ſupra nomine, & vice prefati Illuſtriſſimi Domini Marchionis, & per ipſum, & ejus filios & Hæredes, ut ſupra, ſolemni ſtipulatione promiſerunt prælibato Domino Duci ſtipulanti, & recipienti pro ſe, & ejus filiis & Hæredibus in Dominio Succeſſoribus, ut ſupra quod ipſe Dominus Marchio, vel aliquis alius ejus nomine, Mandato, vel conſenſu non offendet, aliquo modo in futurum ipſum Dominum Ducem, nec ejus filios, & Hæredes predictos, nec Statum alicujus eorum: Ac & promiſerunt, ut ſupra, quod omni vice, & quacunque ab aliquo Domino, ſeu Potentatu vel Dominio, offenſio aliqua, vel Status perturbatio, aut Guerra fieret, vel moveretur quomodocunque ipſi Domino Duci, & ſimiliter ejus filiis, & hæredibus predictis, & precipue Illuſtri Domino Alfonſo ejus filio, Primogenito, ipſe Dominus Marchio defenſionem eorum, & Statuum ſuorum ſuſcipiet, atque ipſos defendet, cum Statu, perſona, ac gentibus Armigeris, & aliis viribus ſuis quantum ſe undequaque extendent, & valebunt. Suſcipientes, ex nunc prout ex tunc, in ſe nominibus predictis precipuam, & ſpecialem curam, & protectionem tam perſonæ quam futuri cujuscunque Status prefati Domini Alfonſi, veluti cariſſimi filii, & affinis prefati Domini Marchionis; Ac promittentes inſuper, ut predictum eſt, quod ipſe Dominus Marchio nullam unquam faciet obligationem, nullamque de perſona, vel Statu, aut gentibus Armigeris contractum, vel militarem locationem, ſive conductam, aut Unionem, Fœdus, Colligationem, vel Intelligentiam cum aliquo Domino, vel Potentatu, aut Dominio uno, ſive pluribus ex quo, vel quibus præſens defenſionis promiſſio, atque ſuſceptio lædatur, aut quovis modo impediatur: Quin immo expreſſe reſervabit, ſi opus fuerit, ipſam præſentem obligationem, atque promiſſionem nomine ſuæ Excellentiæ factam per ipſos Magnificos Oratores antedictos: Ac inſuper eam, & omnia alia & ſingula in præſenti Inſtrumento, & Contractu conventa, cellebrata, atque promiſſa ejusdem nomine ſolemniter & legitime approbabit, & ratificabit, & ipſa omnia ſe attenditurum, & obſervaturum promittet ſolemniter per Inſtrumentum publicum, vel ejus Litteras Patentes, in ampla, & ſolemni forma cum debitis, & neceſſariis clauſulis, & ipſius preſentis Contractus inſertione, ac etiam Juramenti interventu. Et renuntiaverunt dictæ Partes agentes ut ſupra, exceptioni non factæ preſentis mutuæ Obligationis, & Confœderationis, ac præſentis Contractus ſic ut ſupra non celebrati, cum Pactis, & Conventionibus predictis, quod vi, dolo, vel metus cauſa, aut ex aliqua injuſta, vel ſimulata cauſa, & omni alii exceptioni, ſuo juri, ac beneficio, & Legum auxilio ſibi quomodocumque, vel qualitercumque competenti, & competituro, & ſi talia eſſent, de quibus hii facienda eſſet de verbo ad verbum mentio ſpecialis. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta, & in præſenti Inſtrumento, & Contractu ut ſupra conventa, atque promiſſa, prædictæ Partes agentes nominibus prædictis ſolemni ſtipulatione promiſerunt ſibi invicem, & vicisſim ut ſupra, ſingula ſingulis debite & congrue referendo, firma & rata habere, & tenere, ac ea firmiter attendere & obſervare, & in aliquo non contrafacere, nec contravenire, per ſe, vel alium modo aliquo, ratione, vel cauſa, de jure, vel de facto, ſub pœna ducatorum quinquaginta milſium auri, & ſub obligatione omnium bonorum ipſarum Partium nominibus predictis, preſentium & futurorum, cum debita refectione expenſarum, ac damnorum, & intereſſe, facienda per Partem non attendentem, & non obſervantem alteri Parti attendenti, & obſervanti quæ pœna ſoluta, vel non ſemel predicta omnia, & ſingula nihilominus perpetuo firma perdurent: Et ad majorem ipſorum omnium firmitatem, & robur ipſe Partes agentes ut ſupra manibus corporaliter tactis Scripturis, ad Sancta DEI Evangelia ſponte juraverunt, videlicet ipſe Dominus Dux in animam ſuam, & dicti Domini Oratores in animam prefati Domini Marchionis, ſe predicta omnia ut ſupra, acta, conventa, promiſſa, & celebrata futuros, & nominibus prædictis firmiter obſervaturos abſque ulla exceptione juris, vel facti.

(L. S.) Ego Thebaldus filius honorandi Viri Malateſtæ de Thebaldis, Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, predicta omnia, & ſingula ſupraſcripta, prout in rogationibus auctenticis Spectabilis Viri Siverii de Siveriis Notarii, ac Secretarii infraſcripti quod de ipſis omnibus rogatus fuit una cum præſtantiſſimo Viro Ser. Antonio de Cornice Notario, & ſcriba, & infraſcripto, inveni, de Mandato ſuo fideliter ſcripſi, & exemplavi juxta formam proviſionis communis Ferrariæ ſuper hoc editæ, & in fidem præmiſſo-

rum hic me subscripsi, signumque meum Tabellionatus in capite mei nominis apposui consuetum.

(L. S.) Ego Siveri filius quondam Egregii Viri Nannis de Siveriis Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, & præfati Illuſtriſſimi Domini Ducis Secretarii, predictis omnibus, & ſingulis interfui una cum Viro comendabili Ser. Antonio de Cornice infraſcripto, eaque juſſus, ac rogatus inſolidum cum ipſo Ser. Antonio ſcribere ſcripſi in rogationibus meis ipſaque omnia inde tranſcribi, & exemplari feci per ſupraſcriptum Thebaldum Notarium publicum Ferrarienſ. ſecundum formam proviſionis communis Ferrariæ ſuper hoc editæ, & in fidem præmiſſorum hic me ſubſcripſi, ſignumque meum Tabellionatus conſuetum in capite mei nominis apposui.

(L. S.) Ego Antonius filius quondam Egregii Viri Ser. Chriſtofori de Cornice Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus Mantuanus, ac Scriba prælibati Ill. Domini Marchionis prædictis omnibus & ſingulis una cum Spectabili Viro Ser. Siverio de Siveriis predicto preſens fui, & inſolidum cum eo rogatus extiti, & quia facta debita in contradictione preſentis inſtrumenti, ab ejus rogationibus per antedictum Ser. Thebaldum Notarium relevati, & in præmiſſam formam redacti una cum mea rogatione & abbreviatura pariter concordare inveni, ideo me in fidem præmiſſorum cum ſolita atteſtatione ſubſcripſi.

XII.

Julii P. P. II. Bulla declarationis incurſus cenſurarum & pœnarum contentarum in Bulla privationis Alphonſi Eſtenſis, tunc Ducis Ferrariæ, contra magnificum Carolum de Amboſia de Ciamonte, Magnum Magiſtrum, & nominatim contra reliquos capitaneos & Duces exercitus Chriſtianiſſimi Regis Francorum, ac generaliter contra omnes, qui in defenſionem & auxilium Domini Alphonſi Eſtenſis, contra S. D. Noſtrum & S. Rom. Eccleſiam militant & ejus, terras atque loca hoſtiliter invaſerunt & deprædati ſunt, d. d. prid. Id. Octobr. An. 1510.

Julius Epiſcopus,
Servus ſervorum DEi, ad futuram rei memoriam.

DEcet Romanum Pontificem, ex divina tradita ſibi poteſtate, pœnarum ſpiritualium & temporalium pro meritorum diverſitate diſpenſatorem conſtitutum pro animarum ſalute, in eos, qui monitionum ſuarum & mandatorum Apoſtolicorum transgreſſores, ac cenſurarum, & Apoſtolicæ auctoritatis, & clavium contemptores exiſtunt, debite animadvertere, & acrius inſurgere, ne tales ſic damnati, & contemptores dati in reprobum ſenſum eorum exemplo alios decipiant, & in errorem & ruinam ſecum trahunt, ac eorum participatione, ex converſatione alios fideles inficiant, & contaminent, nec non ad ipſorum damnatorum confuſionem quam formidabilium cenſurarum, & pœnarum rei exiſtant, ad omnium aliorum publicam & certam notitiam deducere, & declarare, ad hoc ut ipſi ſic declarati & publicati, confuſi & compuncti ad cor reverti, & ſaluti propriæ conſulere valeant & alii eorum exemplo diſcant a ſimilibus abſtinere, & ab eorum excommunicatorum & anathematizatorum prohibita converſatione, & participatione & obedientia ſe ſubtrahant, ut divinam ultionem evadant & eorum damnationis participes non exiſtant. Sane licet nuper iniquitatis filium, & perditionis alumnum Alphonſum Eſtenſem ſuis Exceſſibus, erroribus, & nefandis delictis, per eum perpetratis exigentibus, majoris excommunicationis, & anathematis ſententiam, perjurii & Sacrilegii reatus, ingratitudinis, rebellionis & Læſæ Majeſtatis crimina, damnabiliter incidiſſe, omnibus & ſingulis indulgentiis, remiſſionibus, tolerantiis, gratiis, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus, in Vicariatu, & Ducatu Ferrarienſi, aliiſque feudis, Locationibus, Honoribus, Dignitatibus, etiam Confaloneriatus, Civitatibusque Terris, ac caſtris, oppidis, fortalitiis locis, juribus, jurisdictionibus, & bonis quibuscunque, quæ quovis modo obtinebat, ac in quibus, & ad quæ jus ſibi quomodolibet competebat, ac propter iniquitates reiteratas, ingratitudines, ac delicta ejusdem Alphonſi omnes & ſingulos ejus ex quondam Hercule ex Marchionibus Eſtenſibus, Fratres Germanos aliosque de eorum familia exiſtentes, etiam in præmiſſis, ſeu eorum aliquibus, vel ad illa jus habentes, & habere prætendentes, quorum nomina & cognomina, ac qualitates pro expreſſis haberi volumus, ac omnium eorum Poſteros & Succeſſores quoscunque prædictos & omni ſucceſſionis jure in perpetuum omnino privatos ac inhabiles, & indignos ad illa, & quælibet alia ſimilia, vel diſſimilia imposterum obtinenda, & quoslibet actus legitimos exercendos, Civitatesque, Caſtra, Oppida, Terras, Fortalitia, loca & alia omnia prædicta confiſcata fuiſſe, & tunc fore, ac à prædictis privationis, & inhabilitatis pœnis neminem ex familia ſua, etiam prætextu minoris ætatis, aut ſexus excuſari, ſeque tueri poſſe, quominus pœnis hujusmodi omnino irretiti & innodati cenſerentur, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Conſilio pariter, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac ex certa noſtra ſcientia declaraverimus ac ſententiando privaverimus & inhabilitaverimus, dictosque Ducatum & Vicariatum Ferrarienſem cum omnibus Civitatibus, caſtris, oppidis, & feudis, quæ à dicta Romana Eccleſia quomodolibet obtinebat, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ac omni integritate ad dictam Romanam Eccleſiam legitime devoluta ac reverſa fore decrevimus. Univerſis quoque Ducibus Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Domicellis, Feudatariis, & Vaſallis, ac aliis quibuscunque, etiam præfa-

Digitized by Google

præfatæ Romanæ Ecclesiæ non subjectis, districte præceperimus & mandaverimus, ne ex tunc inantea ad stipendia dicti Alphonsi aut ei faventium militare, seu eorum stipendia capere, vel ad stipendia hujusmodi, seu alias cum eis se, vel suos armigeros, & sequaces locare, eisque etiam prætextu cujuscunque protectionis, confœderationis, & Ligæ, quominus dictum Alfonsum debite punire & castigare valeamus, Consilium, auxilium, vel favorem quoquomodo præstare auderent. Quinimo si qui tunc cum eisdem militabant vel in ejus auxilium vel favorem venerant, infra certum tunc expressum terminum, abipso Alfonso, ejusque obsequiis, auxilio, & stipendiis, omnino recederent, quecunque obligationis seu protectionis & defensionis formulæ, qua obligati erant, non obstante, ac in omnes & singulos ex eis, qui contra mandatum nostrum hujusmodi facere vel etiam venire temptarent quoquo modo per se vel alium, seu alios directe, vel indirecte dictæ excommunicationis majoris, anathematis, maledictionis, & privationis, & inhabilitatis, nec non in terras dominia & loca eorum, si qua haberent, seu eos habere contingeret interdicti, ac in eos, & eorum descendentes, privationis dignitatum, dominiorum seudorum, & bonorum, ac privilegiorum, gratiarum & beneficiorum Ecclesiasticorum, nec non inhabilitatis ad illa, ac bonorum confiscationis, sententias censuras, & pœnas, eas nunc prout ex eadem die, promulgaverimus, easque illas absque alia ulteriori monitione post literarum nostrarum desuper concessarum publicationem, & notitiam incurrere voluerimus eo ipso, aliasque & alia fecerimus, prout in dictis nostris literis desuper confectis, quarum verborum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, quamque ut ad Alfonsi, & aliorum monitorum & privatorum, ac sub eisdem literis comprehensorum notitiam deducerentur, in certis tunc expressis locis affigi, & publicari jussimus, & fecimus, ac volumus, ut illos literæ illico post affixionem prædictam perinde arctarent, ac si eis eadem literæ personaliter intimatæ forent, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem, sicut non sine gravi animi displicentia accepimus, iniquitatis filius Carolus de Amboisa, qui pro Gubernatore Ducatus Mediolanensis, nomine, chatissimi in Christo filii nostri Ludovici Regis Francorum Christianissimi, nec non Galeatius, & Marcus Antonius Pallavicini, Theodorus, Georgius, & Alexander de Trivultio, Dominus de Montison, Dominus della Pelliza, Bajardus Dominus Dembrecort, ac Domini de Conti, de Bernia, de Satigliono, de Fontraglia & Devoys, nec non Joannes Tuardus Aloysius de Arsi, & Badinus, ac alii, qui ac dictus Carolus pro Capitaneis & Ductoribus gentium armorum dicti Regis, ac militibus seu stipendiariis D. Alphonsi se gerunt post affixionem & publicationem priorum Litterarum nostrarum prædictarum, post quod lapsum singulorum terminorum in eisdem litteris per Nos præfixorum ipsarum Litterarum ac Mandatorum nostrorum prædictorum notitiam habentes, suæ propriæ salutis immemores, Nobis ad partes Romandiolæ pro recuperatione Vicariatus, Ducatus & Feudorum, nec non Civitatum, Terrarum Locorumque prædictorum personaliter venientibus, & in Bononiensi Nostra Civitate cum Curia, ac Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus moram trahentibus, recuperationi hujusmodi temere renitentes, dicto Alphonso, nedum præstita alias per eos subsidia subtrahere, ut debuerant & tenebantur; verum arma & gentes armorum, ac nova auxilia & suffragia præstare, & magnas copias tanquam Nostri, & dictæ Sedis publici & manifesti hostes, ad servitia, beneficium & succursum publice & notorie dicti Alphonsi contra Nos & Sedem prædictam palam & publice subministrare, ipsumque Alphonsum in suis inobedientia, contumacia, & rebellione, ac Vicariatus, Ducatus & Feudorum prædictorum occupatione & detentione confovere non verentur, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exercitui & gentibus Nostris pro expulsione dicti Alphonsi existentibus, tanquam Nostri & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ hostes se manifeste opponentes, & quod deterius est, velut hostes Territorium Bononiense hostiliter invadere & depradate, & homines occidere, & captivos quamplures ex subditis Ecclesiæ abducere, Arces, & Portalitia seu Castra Ecclesiæ Romanæ hujusmodi combusere cum hominibus in eis existentibus, & aliqua invadere ac capta custodire palam & publice non sunt veriti, pœnas contra alia perpetrantes temere incurrendo excommunicationis & maledictionis, ac anathematis aliasque in prioribus Nostris Literis prædictis contentas sententias, censuras, & pœnas damnabiliter incurrendo: ut igitur cum Alphonso, & aliis præfatis & anathematicatis, ac maledictis merito computentur, & sicut in delinquendo dicti Alphonsi pertinaciam sequuntur, ita pœnarum etiam participes, ac secum portent pœnas, cum præmissa adeo manifesta & notoria sint, & facti etiam permanentis, ita ut nulla probatione, vel monitione aut citatione indigeant, prout sic fore decernimus & declaramus Carolum & Galeazium, & Marcum Antonium, Theodorum, Georgium, & Alexandrum ac Dominum de Montison, Dominum della Pelliza, Bajardum Dominum Dembrecort, ac Dominos de Conti, de Bernia, & de Satigliono, de Fontraglia & Devoys, ac Johannem Aloysium, & alios prædictos, ac omnes & singulos alios Capitaneos gentium, Armorum Ductores, Comestabiles, ac Milites quoscumque, tam equestres, quam pedestres, qui contra nos & Sedem prædictam, ac pro dicto Alphonso, tam illius, quam quorumcumque de Regum, seu aliorum Principum, aut eorum propriis stipendiis militarunt & militant seu arma quomodolibet sumpserunt & sumunt, aut auxilium, consilium, vel favorem quovis modo præstare & subministrare præsumpserunt, & præsumunt, quorum omnium nomina et cognomina, ac qualitates, etiamsi quavis celsa et grandi præfulgeant dignitate, præsentibus haberi volumus pro expressis, ac si nominatim exprimerentur, ac in illorum publicatione vigore præsentium facienda nominatim exprimi posse decernimus, ma-

joris excommunicationis et divini anathematis, nec non maledictionis æternæ, et interdicti, ac in eos, et eorum descendentes dignitatum, honorum & bonorum privationis, & inhabilitatis ad illa, nec non bonorum confiscationis, & alias sententias, censuras & pœnas prædicta damnabiliter incidisse, civitates quoque, terras, castra, oppida & loca, in quibus tunc, & pro tempore fuerint, & ad quæ eos declinare contigerit, ac quæ in illis sunt Ecclesias, etiam Cathedrales & Metropolitanas Monasteria, & alia Religiosa & Pia Loca etiam exempta quæcumque Ecclesiastico Interdicto supposita esse, ita ut illo durante in illis etiam prætextu cujusvis Indulti Apostolici, præterquam in casibus a Jure permissis, & in illis non alias quam januis clausis, ac excommunicatis & interdictis exclusis, nequeant Missæ, & alia divina officia celebrari, dicta Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus. illosque pro excommunicatis, anathematizatis, maledictis, interdictis, privatis & inhabilibus, ubicumque locorum denunciari & publicari, ac ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari præcipimus & mandamus, & ut omnibus præmissa innotescant universis & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum Prælatis, Capitulis & Personis Ecclesiasticis, etiam quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium Religiosis, exemptis ubilibet constitutis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub dictæ Excommunicationis late sententiæ pœnis mandavimus, quatenus ipsi, & quilibet eorum, si & postquam vigore præsentium requisiti fuerint infra tres dies, quorum pro primo, & alium pro secundo, ac reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac Canonica monitione præmissa assignamus, eosdem excommunicatos anathematizatos, maledictos declaratos, aggravatos, interdictos, privatos, & inhabilitatos, si non paruerint in eorum Ecclesiis dominicis & aliis Festivis diebus, dum major in ibi populi multitudo convenerit ad divina cum Crucis vexillo pulsatis campanis, & accensis candelis, ac demum extinctis & in terram projectis & conculcatis, cum trina lapidum projectione, aliisque Ceremoniis in similibus observari solitis publice nuntient; ac faciant & mandent ab aliis nuntiari, ac ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari. Verum quia impossibile foret, præsentes nostras declarationis & publicationis literas, ad præsentiam & personam propriam dictorum excommunicatorum personaliter deducere, propter eorum potentiam volumus, ut affixio & publicatio præsentium literarum in Valvis Cathedralium Ecclesiarum Mutinensis & Bononiensis, Civitatum facta, ita eos liget, & arctet, & declaratos, & damnatos demonstret in omnibus, & per omnia, ac si eis, & eorum cuilibet personaliter intimata & præsentata fuissent. Postremo, quia difficile foret, præsentes declarationis literas ad singula quæque loca deferre in quibus earum publicatio necessaria foret, volumus, & præfata Auctoritate Apostolica decernimus, quod earum transumptis manu Notarii publici subscriptis, & sigillis alicujus Prælati Ecclesiastici munitis, ubique stetur, ut pro Originalibus Literis fuerint, fuissent exhibitæ, vel ostensæ. Non obstantibus constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in prioribus Literis Nostris prædictis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Constitutionis, Declarationis Præcepti, Assignationis, Mandati, Voluntatis & Decreti infringere, vel eius temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo, pridie Idus Octobris, Pontificatus Nostri anno septimo.

Sigismundus.

XIII.

Reversales Eugenii, Sabaudiæ Principis, quibus Rainaldo, Mutinæ Duci promisit Berzellum ipsi, si a Gallis evacuaretur, per Cæsareos restituturum iri, de An. 1702.

EUgenio Principe di Savoia e Piemonte, Consigliere di Stato, Collonello d'un Regimento di Dragoni, Mareſcallo di Campo, e General Comandante dell'Armata di S. M. Ces. in Italia Cavagliere del Toſon d'Oro &c.

Havendo S. A. Sereniſſima il Sig. Duca di Modena, per contraſegno della ſua innata divozione, e gran zelo, ſempre dimoſtrato, nell maggior ſervigio di S. M. Ces. generoſamente ſecondata la richieſta, da me fattale in nome della medeſima con far conſignare in mio potere, vole à dire, all'armi augmi. ſott' il mio Comando, la Fortezza di Berſello, di ſua ragione, & incorporata ne ſuoi Stati. Coſi in virtu della Plenipotenza clementemente conferitami in queſta Parte dalla Maeſtà Sua, prometto che toſto ſarà fornita la preſente Guerra, e che i Franceſi ſaranno fuori d'Italia, verra fedelmente reſtituita la detta Piazza al Sereniſſimo Sig. Duca, con tutte le appartenenze, che vi ſi trovano in Oggi denotato e Artiglieria Munizioni, ſi da guerra, che da bocca ed altri acceſſorii è attrezi ſecondo la qualità e quantità, conoſciato ſin tempo della conſegna, come appare dall'Inventario, fatto e ſottoſcritto da ambe le Parti, ed in evento, che per parte di S. M. Ces. veniſſero fatte, tanto dentro, che fuori, qualche bonificatione, o aggiunta di nuove fortificazioni, tutto cederà a beneficio del Sig. Duca, che non ſarà tenuto à compenſo o reintegratione di alcuna Speſa ſotto qualſivoglia titolo o pretexto. Tall e la mente di S. M. Ces. in nome della quale promette la piena eſſecuzione di tutto cio. In fede di che la preſente ſara da me ſottoſcritta e corroborata col mio ſolito Sigillo. Dat. dal quartier generale in Luzzara, li 8 [illegible]

Luogo del Sigillo

Eugenio di Savoja.

XIV.

XIV.

Promissio Leopoldi, Rom. Imperatoris facta Rainaldo, Mutinæ Duci, de plenaria ejus in pristinum statum restitutione, ac damnis ipsi illatis inferendisque, per futuros pacis generalis tractatus resarciendis, d. d. 9. Jul. An. 1703.

NOs Leopoldus &c. (tit.) notum testatumque facimus, quod cum nobis Serenissimus Rainaldus Mutinæ & Regii Dux, Princeps Correggii, Marchio Estensis, Rhodigii & Carpi Comes, Consanguineus & Princeps noster Charissimus per suum ad Aulam nostram Ablegatum Extraordinarium Carolum Antonium Giannini decenter exposuerit, se cum ob traditum nobis Fortalitium Bercellense testatamque in nostris & S. R. I. Boni quæ Publici rationibus promovendis constantiam, tum ob neglectas Regis Franciæ minas promissionesque, una cum Provinciis subditisque suis, in maximas Angustias redactum quin imo illis non minus, quam & ipsismet alimentis spoliarum & destitutum esse, ac proinde tam in Universalibus Pacis Tractatibus sui rationem haberi, demisse petierit, ut de plenaria in pristinum statum restitutione, resarciendisque non minus illatis quam inferendis porro hujus Belli tempore, damnis secura esse queat Dilectio sua; Nos benevole perpendentes constantissimum ejusdem erga nos Sacrumque Romanum Imperium, & Augustam domum nostram intemeratæ fidei & observantiæ nec non publicæ rei promovendæ studium, & præterea considerantes hocce desiderium æquitati consentaneum esse, constituimus & declaravimus, nos pro parte nostra, non solum omnibus viribus annisuros, sed & apud Fœderatos nostros impense curaturos, ut in Pacis prædictis Tractatibus Serenissimus Mutinæ & Regii Dux in pristinum statum omnino restituatur, juxtaque ei & debita indemnitas præstetur. Harum testimonio Literarum & Sigilli nostri Cæsarei appressione munitarum. Dabantur in Civitate nostra Vienna nona mensis Julii. Anno millesimo septingentesimo tertio, Regnorum nostrorum &c.

Classis II.

CAPUT I.

De Ducibus & Principibus Pici Mirandulanis.

Mandatum plenum Johannis & Francisci, fratrum de la Mirandula, Comitum Concordiæ, datum Ariardo del Fante, ad contrahendam Treugam cum Johanne Francisco, Mantuæ Marchione per annum & 15. dies de Contrabanno duraturam, d. d. 20. Jun. An. 1437.

In Christi nomine Amen.

ANno a Nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, Indictione quinta decima, die Jovis vigesima mensis Junii: Quoniam inter Illustrem & Excelsum Dominum Dominum Joannem Franciscum, Marchionem Mantuæ, & Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum Capitaneum generalem agentem pro seipso, nomine proprio & omnium suorum Subditorum, & omnium suorum Adhærentium, & Recommendatorum ac etiam promittentem, & se obligantem & bona sua pro omnibus gentibus totius Ligæ quæ modo sunt & erunt in futurum. Et Magnificos Dominos Joannem & Franciscum, Fratres de la Mirandula, Comites Concordiæ, actum & conventum est inter se, & vicissim facere Treuguam bonam, & legalem duraturam per unum Annum, & dies quindecim de contrabamno. Propterea prædicti Domini Johannes & Franciscus Fratres, & Comites ut supra volentes dictæ Conventioni dare finem omni modo, via, jure, forma, causa & causis, quibus magis ipsi & quilibet eorum potuerunt & possunt, constituerunt & constituunt in præsentia mei Notarii, & testium infra scriptorum Virum Nobilem, & Egregium ac Eruditum Dominum Aduardum del Fante, honorandum Potestatem Terræ Mirandulæ & Cusiæ Quarantularum &c. præsentem & hoc Mandatum in se sua sponte suscipientem & ipsorum & cujuslibet eorum Dominorum Comitum simul & divisim Actorem, Factorem, Missum, Nuntium & Mandatarium specialem ad infrascripta ipsorum Dominorum Comitum negotia tractanda, agenda & perficienda. Hoc est ad comparendum ante præsentiam præclari Illustris & Excelsi Domini, Domini Marchionis, & Illustrissimi Ducalis Dominii Venetiarum Capitanei generalis, ut supra, seu cujusvis personæ ab ipso Illustri Domino Marchione commissionem causam & Mandatum habentis, Et cum ipso Illustri Domino Marchione, agente nomine proprio & omnium suorum Subditorum, Adhærentium & Recommendatorum ac promittente, & bona sua obligante pro omnibus Agentibus totius Ligæ qui modo sunt, & in futurum erunt, seu cum alio quovis ab ipso Illustri Domino Marchione, ad hæc omnia causam habente capitulare, concludere & sigillare ipsam Trieguam duraturam per unum Annum & dies

Digitized by Google

quindecim de contrabamno ut ſupra, cum omnibus & ſingulis pactis, conventionibus, promiſſionibus, obligationibus, poenis & omnibus quibuscumque ad robur, & validationem ipſius Trieuguæ neceſſariis & opportunis prout ipſæ partes ſunt & erunt in concordia. Et ad renuntiandum Trieuguæ alias contractæ inter præfatum Illuſtrem & Excelſum Dominum Dominum, Marchionem, tunc agentem nomine proprio & prædictos Dominos Comites, ſub Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo trigeſimo ſexto, die vigeſimo octavo menſis Auguſti. Et ad infringendum, & annullandum ipſam Trieuguam propter Navigationem jam dictæ conventæ Trieuguæ de Anno uno, & diebus quindecim de contrabanno cum inter ipſas partes ipſa Trieugua capitulata & concluſa fuerit. Super quibus omnibus, & ſingulis adimplendis præfati Domini Comites pro robore & validatione ipſius Trieuguæ modo conventæ modis & ordinibus, quibus ſupra tradiderunt & tradunt præfato Domino Aduardo Nuntio, & Mandatario ſuo pleniſſimam auctoritatem & bailiam capitulandi, concludendi & ſigillandi ipſam Trieuguam nomine ipſorum Comitum cum omnibus, & ſingulis pactis, conventionibus, obligationibus & promiſſionibus prout ipſæ partes ſunt, & erunt in concordia. Et cum ſigillo conſueto Comitatus ipſorum Dominorum Comitum. Et renunciandi dictæ Trieuguæ alias contractæ ut ſupra in omnibus & per omnia prout ipſis partibus melius videbitur convenire. Et pro quibus omnibus & ſingulis firmiter attendendis & obſervandis promiſerunt præfati Domini Comites mihi Notario infra ſcripto tanquam publicæ Perſonæ recipienti nomine præfati Illuſtris & Excelſi Domini Marchionis, & omnium & ſingulorum, quorum intereſt, quod quicquid actum, capitulatum, concluſum & terminatum fuerit per præfatum Dominum Aduardum Mandatarium ſuum, ut ſupra pro robore dictæ Trieuguæ ipſi Domini Comites attendent, obſervabunt, approbabunt & emologabunt in omnibus, & per omnia prout in Capitulis ipſius Trieuguæ ſcriptum erit & apparebit & ex nunc, prout ex tunc, ipſa omnia approbant, emologant, & affirmant. Et obligarunt omnia ipſorum Dominorum Comitum bona mobilia & immobilia præſentia & futura. Actum Mirandulæ in Veſtibulo Domus Magnæ Magnifici Comitis Joannis ſupraſcripti, præſentibus teſtibus ad hæc vocatis & rogatis, Domino Ludovico del Voglia de Piſis, Nobili Viro Odorico del Fante, quondam Domini Bernardini Antonio Pedocca, quondam Domini Jacopini Detardo de Cacciis, omnibus habitatoribus Mirandulæ.

(L. S.)

Ego Bartholomæus filius, quondam Viri Nobilis & Egregii Magiſtri Rogerii Phiſici de Pergamo habitator Mirandulæ publicus Imperiali auctoritate Notarius ſupraſcriptus omnibus interfui & rogatus ſcribere ſcripſi.

CAPUT II.

De Ducibus atque Principibus e familia Gonzagana oriundis, Sablonettanis & Bozulanis

I.

Concluſum Conſilii Imperialis aulici in cauſa ſucceſſionis in Ducatu & feudo Imperii Sablonettano, d. d. 2. Maji, An. 1640.

SAcra Cæſarea Majeſtas Dominus noſter Clementiſſimus in cauſa controverſæ Succeſſionis ac reluitionis prætenſæ Ducatus & & Feudi Imperialis Sablonetæ inter Illuſtriſſimum Dominum Scipionem Principem Bozuli Actorem ex una, & Illuſtriſſimam Dominam Annam Caraffam Duciſſam Medinæ dellas Torres ream ex altera partibus, viſis, lectis & examinatis omnibus Actis & Scripturis deſuper concluſis & ſubmiſis decrevit, & declaravit, decernit & declarat, caſum reluitionis pro dicto Domino Actore nondum eveniſſe, & ideo præfatam Dominam Ream ab inſtituta actione abſolvendam, & in poſſeſſione dicti Ducatus & Feudi Imperialis Sablonetæ, omniumque ejus pertinentiarum manutenendam eſſe; prout præmorata Sua Cæſarea Majeſtas eam per hanc ſententiam definitivam abſolvit & reſpective manutenendam jubet, compenſatis Expenſis. Pronunciatum in Conſilio Imperiali Aulico 2. die Menſis Maji Anno 1640.

Claſſis

Digitized by Google

Classis III.

CAPUT I.

De Marchionibus Savonæ e Familia Carrettana oriundis.

I.

Instrumentum quo Johannes de Carreto conventionem inter se & Januensem Rempublicam die 7. Aug. An. 1451. initam, nec non investituram tertiæ partis Finarii & castri Govoni, pro indiviso nuper factam ratificavit, d. d. 12. Aug. An. 1451.

IN nomine Domini Amen. Magnif. D. Joannes de Carreto, quondam D. Lazarini Finarii, &c. sciens & certam notitiam habens de Capitulis, Pactis & Conventionibus nuperrime initis & firmatis ac concluſis inter Illuſtrem & Excelſum D. Petrum de Campo Fregoſio Dei gratia Ducem Genuæ Magnif. Conſilium D. D. Antianorum, & ſpectabile Officium Bailiæ Civitatis Januæ agentes pro ipſo Illuſtre D. Duce & excelſo Communi Januæ ex una parte & Jacobum Janellum de Finario ejus Procuratorem ex altera, quemadmodum de dictis Capitulis, Pactis & Conventionibus conſtat publicum inſtrumentum rogatum manu Gothardi de Sarzana Notarii & Cancellarii Communis Januæ ſub milleſimo, & indictione præſentibus die ſeptimo Auguſti, quod Inſtrumentum lectum fuit per nos Notarios infraſcriptos prædicto M. D. Jo. de verbo ad verbum prout jacet audienti & intelligenti, ac etiam ſciens & certam notitiam habens de infeudatione & inveſtitura tertiæ partis Finarii pro indiviſo, & Caſtri Govoni Villam, & pertinentiam ſuam hominum, ac jurisdictionem ipſius recepta per ipſum Jacobum Schanellum Procuratorem ſuum ut ſupra nomine ipſius Magnif. D. Joannis, quemadmodum de dictis infeudatione & inveſtitura conſtat alio publico inſtrumento ſcripto, & rogato manu prædicti Gothardi de Sarzana Notarii & Cancellarii Excelſi Communis Januæ ſub milleſimo, anno, Indictione, & die prædictis, quod inſtrumentum infeudationis, & inveſtituræ etiam lectum fuit per nos Notarios infraſcriptos præſente M. D. Jo. de verbo ad verbum prout jacet, præſenti, audienti, & intelligenti, cognito, & intellecto tam vigore dictorum Capitulorum, Conventionis & Pactorum, quam ſupraſcriptæ infeudationis, & inveſtituræ ſe teneri, & obligatum eſſe ad approbandum, & ratificandum omnia, & ſingula contenta in dictis Capitulis, ac Conventionibus, ac in ſupraſcriptis infeudatione & inveſtitura, ac ad jurandum ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis de obſervando ea omnia, quæ in dictis Capitulis, ac Conventionibus, etiam in inſtrumento Infeudationis ac Inveſtituræ contenta ſunt, & promiſit nomine ſuo per ejus jam dictam Procuratorem, volens ex omni parte ea, quæ contenta ſunt in omnibus obſervare, omni modo, jure, via & forma, quibus melius, ac validius potuit, & poteſt, ſponte, & ex certa ſcientia, nulloque juris, aut facti errore ductus, ſive aliqualiter circumventus, prædicta duo inſtrumenta, tam pactorum & Conventionum, quam infeudationis & inveſtituræ, de quibus ſupra fit mentio, & omnia, & ſingula, in eis, & quolibet eorum contenta approbavit, confirmavit, & ratificavit, approbat, ratificat & confirmat, & promiſit nobis Notariis infraſcriptis tanquam publicis perſonis, Officio publico ſtipulantibus, ac recipientibus nomine, & vice Illuſtr. & Excellentiſſ. D. Ducis, ac Excelſe Communis Januæ, & aliorum quorumcumque intereſt, intererit, ſive intereſſe poterit in futurum, & juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis, dicta capitula, pacta, Conventiones, ac ſupraſcriptam infeudationem, ac inveſtituram ut ſupra, ac omnia, & ſingula in eis contenta perpetuo rata, grata & firma habere & tenere, & attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire per ſe, aut alium aliquem rationes, cauſa, vel ingenio, quam dici, aut excogitari poſſit de jure vel de facto. Renuncians exceptioni dictæ Confirmationis, & Ratificationis, ac ſupraſcriptæ infeudationis & inveſtituræ, ac dictæ promiſſionis ſic ut ſupra non factæ, rei ſic ut ſupra ſe non habentis, doli mali, metus in factum conditioni ſine cauſa, & omni jure, legum auxilio. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta dictus D. Joannes promiſit nobis jam dictis Notariis ſtipulantibus nomine quo ſupra attendere, & obſervare, & in aliquo non contrafacere, vel venire de jure, vel de facto ſub pœna januitinorum viginti millium auri in tantum taxa, ratis manentibus omnibus, & ſingulis ſupraſcriptis, & proinde pro obſervatione omnium, & ſingulorum omnium præmiſſorum dictus D. Joannes &c. hypothecavit, & obligavit nobis jam dictis Notariis ſtipulantibus nomine quo ſupra omnia bona ſua præſentia, & futura, de quibus omnibus quo ſupradictis ea infraſcriptis rogavit, nos Notarios infraſcriptos confici debere præſens Inſtrumentum actum in Burgo Finarii in Viridario Conventus Sanctæ Catharinæ dicti Burgi, Anno Domini 1451. Indictione decima quarta die Jovis 12. Auguſti, in præſentia Venerabilis Domini Fratris Laurentii de Cæva, ordinis Prædicatorum, Venerabilis Presbyteri D. Jo. de Varcio, Rectoris Eccleſiæ Sancti Nicolai de Calice, Villarum Finarii Berthoni Vertii de Toiſano, & Bartholomæi Rogerii de Montevico, Rectoris Scholarum Teſtium ad hæc vocatorum, & Rogatorum.

Ego

Ego Finarius Scandus de Finario, publicus Imperiali auctoritate Notarius, suprascriptum publicum Instrumentum, una cum Jacobo de Credentia Notario infrascripto, recepi & publicavi, ad faciendum igitur rei gestæ fidem, nomen ac signum mei solitis Instrumentis apposui, ac propria manu subscripsi.

Ego Jacobus de Credentia quondam Thomæ, publ. Imperiali auctoritate Notarius præsens suprascriptum publicum Instrumentum una cum suprascripto Finarino Schianello de Finali Notario recepi & publicavi, igitur ad fidem præmissorum omnium propria manu me subscripsi, & meo solito signo Instrumento signavi.

Ego Constantinus de Lunelis Notarius & Cancell. Magn. D. Joannis suprascripto Instrumento interfui, & ejus mandato nomen, ac signum meum apposui cum Sigillo solito apponi Literis suis.

Ego Jo. Baptista Pavesius Cancellarius & Secretarius Serenissimæ Reipublicæ Genuensis, & illius Archivii hoc anno Custos præscriptum Ratificationis documentum ex processu causæ Finariensis in dicto Archivio publico existente de verbo ad verbum fideliterque, licet aliena manu, extraxi, & in testimonium veritatis subscripsi die ultimo Augusti 1619.

Dux & Gubernatores Reipublicæ Genuensis universis, & singulis has nostras visuris, & inspecturis fidem facimus, quod suprascriptus Jo. Baptista Pavesius, qui præd. ratificationis documentum ex archivio nostro publico extraxit, manuque sua propria subscripsit, tempore prædicto antea, & post, & de præsenti fuit, erat & est Notarius Publicus Collegii hujus Civitatis, nec non & unus ex Cancellariis, & Secretariis nostris & prædicti Archivii hoc anno curam habens scripturisque publicis per eum confectis, & subscriptis in judicio & extra plena fides adhibetur. In quorum fidem &c. Dat. Genuæ in nostro Ducali Palatio die ultima Augusti Anni 1619. subscripta Augustinus Gatta Cancellarius, & Secretarius, & sigillata cum sigillo magno &c.

II.

Maximiliani I. Roman. Imperatoris Diploma, quo, ad Alphonsi de Carretto, Marchionis Finarii requisitionem, Marchionatus Finariensis Ducatui Mediolanensi conjunctus atque titulo feudali & sub pacto debitæ defensionis subjectus fuit, d. d. 8. Febr. An. 1500.

MAXIMILIANUS Divina favente Clementia Romanorum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Gheldriæ &c. Comes in Habspurg, Flandriæ, Tirolis &c. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium universis: Quod cum ante hac nobilem nostrum, & Imperii Sacri fidelem dilectum Alphonsum de Carreto, Marchionem Finarii de dicto Marchionatu, omnibus & singulis, jurisdictionibus, Terris, Castris, Locis, Oppidis, Villis, mero & mixto Imperio, Regalibus, omnimodaque Gladii potestate investiverimus, juxta tenorem Litterarum nostrarum, & cum pluries evenerit, tum ob varios Bellorum eventus, quam ob suorum Consanguineorum contra ipsum discordias, ut tam dictus Alphonsus, quam Prædecessores ejus multa damna passi sunt, cum non habuerint, quis ipsis opportune opportune opituletur, ideo a nobis humiliter petiit, ut ipsum a tantis periculis & damnis liberemus: Nos igitur attendentes, ne quis ipsum opprimat, Marchionatum, & cætera Loca Imperio Sacro subjecta subripiat, præsertim cum ingentia negotia Romanorum Imperatorum cum Exercitu non semper in Italiam migrare possunt, unde tam dictus Alphonsus, quam rationes Imperii Sacri detrimenta non modica sunt passuri, ultra hoc suis annuentes precibus, & Mediolani Ducis supplicibus, motu proprio, Principum, Baronum & Procerum nostrorum accedente Consilio, ex certa scientia, & regalis potestatis plenitudine; Marchionatum Finarii cum omnibus, & singulis Jurisdictionibus nunc a dicto Alphonso possessis Mediolani Ducatui Imperio Sacro subjecto conjungimus & subjicimus, conjunctumque, & subjectum Jure veri, & Directi Dominii fore, & esse debere dicimus, volumus & declaramus, cum hoc pacto tamen, quod Dux Mediolani semper, & quando fuerit, a dicto Alphonso requisitus, debeat, & obligatus sit suis expensis defendere dictum Marchionem, & Successores suos, ac omnes & singulas Jurisdictiones nunc ab ipso possessas, & in Conspectum Majestatis nostræ Orator Mediolani Ducis habens ad hæc omnia, & singula authoritatem & potestatem nomine dicti Ducis acceptans hæc omnia attendere, adimplere, & observare juravit, & promisit & eo modo dictus Alphonsus tanquam subjectus & feudatarius Ducatus Mediolani in manibus dicti Oratoris & nomine Mediolani Ducis in ejus animam fidelitatis juramentum præstitit, cum hoc pacto tamen ut de eadem omnimoda gladii potestate de dictis Terris, Castris, oppidis, Villis, de qua, & nos, & Divi Prædecessores nostri investivimus, Mediolani Dux, ejusque Successores investire debeant, nec non omnia ejus Decreta, Statuta, Confirmationes, Ordinamenta, Exemptiones, ac Jura, quorum omnium tenores in præsentia dicti Oratoris lecti fuerunt, & hic pro insertis haberi volumus, confirmare debeant, & obligati sint, & quæ omnia dictus Orator nomine dicti Ducis attendere & observare juravit, & promisit, quod omne concedimus non obstantibus quibuscunque Legibus, Juribus, Constitutionibus, Decretis, Consuetudinibus, aut aliis in Contrarium facientibus quibuscunque, quibus omnibus in hac parte derogamus, supplentes omnem alium defectum sive juris, sive facti fuerit, qui in præmissis intervenisse dici, seu allegari possit: Nulli ergo hominum liceat hanc nostræ Concessionis, Indulti, & Privilegii paginam infringere aut ei quovis ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare præsumpserit, nostram & Imperii Sacri indignationem gravissimam ac penam trecentum marcarum auri pro medietate fisco nostro, pro reliqua dimidia injuriam passi usibus applicandam se noverit incursurum; Harum Testimonio Litterarum Sigilli nostri appensione munitarum. Datum in Oppido nostro Iuspurg. die

die octava menſis Februarii Anno Domini mileſimo quingenteſimo, Regnorum noſtrorum Romani quarto decimo, Hungarici vero decimo.

Seg.

Per D. Regem proprium.

Ad Mandatum D. Regis proprium &c.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, & die Jovis decima quinta Januarii.

Præſentium tenore, atteſtor ſub verbo legalis Notarii ego Joannes Baptiſta Vicecomes Apoſtolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius publicus in Loco Mallararum Dominii Montisferrati degens ſupraſcriptum Exemplum, exemplatum, & extractum fuiſſe, & eſſe, tam per me, quam cæteros ſubſignatos Notarios publicos & quodam Privilegio ut viſum eſt autentico, deſcripto in Carta pergamena, & munito Sigillo Imperiali in Cera rubea, ut moris eſt in ſimilibus, nobis omnibus tale privilegium videntibus, palpantibus, legentibus aſſcultantibus & collationantibus præſens Exemplum cum dicto autentico nobis præſentato, ſcilicet hoc in loco Altaris, & propterea hic manu propria me ſubſcripſi, et ſolitum Tabellionatus mei ſignum appoſui ſic rogatus.

Eisdem Anno, menſe, die, Et Ego Vincentius Roſſus, quondam D. Bernardi publicus Imperiali auctoritate Notarius Finarienſis fidem facio pariter præſens ſupraſcriptum Exemplum, tam per me, quam per ſupradictum D. Joannem Baptiſtam Vicecomitem, et alios ſubſignatos Notarios copiatum fuiſſe ex quodam Privilegio (ut videtur) autentico, deſcripto in Carta pergaminea debite ſubſcripto, et Sigillo Imperiali in cera rubea munito et nobis, ut ſupra præſentato et collationato diligenter per nos Notarios cum præſenti Exemplo, quod pro Veritatis Teſtimonio manu propria ſubſcripſi, et ſolito meo Tabellionatu munivi.

Anno, menſe, et die præmiſſis, Ego Nicolaus Raymundus filius D. Baptiſtæ publicus Imperiali auctoritate Notarius Finarienſis, ſimiliter fidem facio præſentem copiam Privilegii tam per me, quam alios hic nominatos Notarios copiatam fuiſſe, et levatam ex quodam Privilegio deſcripto in Carta pergaminea ſegnato debite, et munito Sigillo Magno Imperiali in Cera rubea, et nobis Notariis preſentato hoc in loco Altaris pro autentico, et facta inter nos debita collatione, et auſcultatione; copiam hanc cum ipſomet concordare inveni, et ideo in Veritatis Teſtimonium hic me manu propria ſubſcripſi et ſolitum meum tabellionatus appoſui rogatus.

CAPUT II.

De Baronibus de Caſtro Barco.

I.

Teſtamentum Guilielmi, nobilis militis de Caſtro Barco, d. d. 13. Aug. An. 1319.

IN Chriſti nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis milleſimo tercenteſimo decimo nono, Indictione ſecunda, die Lune tertio decimo intrante Auguſto, in Caſtro Lizzane, in Sala Camini novi dicti Caſtri, in preſentia Religioſorum Virorum Dominorum fratris Nicolai de Paſtrengo ordinis Predicatorum, heretice pravitatis Inquiſitoris, in partibus Lombardie inferioris, & Prioris Conventus Verone, Fratris Danielis de Gusmariis de Verona, Ordinis Minorum Guardiani Conventus Verone, Fratris Thomaſii ejusdem Ordinis, & Conventus, ac diſertorum Dominorum Dum Antonii Archipresbyteri Sancti Floriani Lizzane, Presbyteri Boni, & Presbyteri Guilelmi confratrum dicte Plebis, Presbyteri Federici Capellani infraſcripti Teſtatoris, & Sapientum Virorum D. Gulielmi de Salvodeis Judicis de Verona, & Dominorum Magiſtri Antonii Phiſici de Parma habitatoris Mediolani, Magiſtri Joannis Phiſici de Venetiis, Magiſtri Rondelli Phiſici de Verona, Magiſtri Joannis Phiſici de Mediolano, Magiſtri Berardini Chirurgici, qui fuit de Verona, habitatoris in Tridento, Barthiolomei quondam Ser Omniboni de Roveredo, Bonincontri quondam Dni Richeſtantis de eodem Loco, & Bonati q. Bonamici de eodem Loco, Ser Chriſtani Notarii filii dicti D. Bartholomei de Roveredo, Beneducii Notarii de eadem Villa, & Antonii Notarii de Azillo habitatoris in Roveredo, Aldrighetti Notarii, qui dicitur Galſus de Nogaredo, Gerardi Notarii de Sancto Urſo habitatoris Roveredi, Mazzolorſe q. Ser Gerardi Soldi Brenzoni q. Ferraboſchii habitatoris Lizzane, & Fratris Boni Prioris Monaſterii Sancte Margarite, & aliorum teſtium vocatorum, & rogatorum ad infraſcripta, per infraſcriptum Teſtatorem - - - Ibique Nobilis Miles D. Gulielmus q. D. Azzonis de Caſtro Barco, Vallis Lagarine, & Tridentine Dieceſis, ſanus, pro Dei gratia, mente, & corpore, recordans, humanam naturam cito labi, & fragilem eſſe, volens ſibi, & anime ſue providere, ne de ejus bonis, poſt ſuum deceſſum, contentio oriatur, teſtamentum, ſeu ultimam voluntatem fecit, & condidit, ut inferius continetur, proprio ore ſic dicens.

In primis eligo ſepulturam meam, apud Fratres Predicatores Verone, & ibi volo corpus meum honorifice portari, & ſepeliri debere. Item relinquo, & judico, quod in funere meo, & ejus occaſione, in veſtimentis, cera, & aliis neceſſariis expendantur duo millia libre denariorum Veronenſium parvorum, ita tamen, quod de veſtimentis, & aliis apparamentis de ſeta, & auro fiant ad paramenta ad Divinum, & pro Divino Officio celebrando, & omne id quod ſuperabundabit de dictis duabus millibus libris, quod non fuiſſet expenditum in predicto funere, expendatur in dicto Loco Fratrum Predicatorum in dictis apparamentis. Item relinquo dictis Fratribus Predicatoribus de Vero-

Digitized by Google

na meliorem Deſtrerium, ſeu equum, quem tunc temporis habuero, qui ſit ibi cum baveria mea, & ſcuto meo tempore funeris mei. Item relinquo, & judico, quod mille libre parvorum Veronenſium denariorum, ultra quingentas jam datas, & ſolutas, expendantur ad faciendam ibi unam Arcam, cum nobili apparamento, in qua ponatur corpus meum honorifice, & cum expenſis decentibus, usque ad dictam ſummam & pecunie quantitatem. Item relinquo Fratribus predictis Predicatoribus de Verona melius cingulum de argento, quod habuero tempore mortis mee, ad calices faciendos, pro Divino Offitio celebrando. Item relinquo, quod omnes poſſeſſiones, que tenentur, per me, vel per alios pro me indebite, ſeu injuſte, incontinenti reſtituantur illis, qui oſtenderent, dictos poſſeſſiones ad ſe pertinere. Item relinquo, judico, & volo, quod omnia, que habuiſſem, & haberem de alieno, pro male ablatis, & per quemcumque alium modum habuiſſem, & haberem, ſeu tenerem, vel poſſiderem, ſive per me, ſive per alium indebite, vel injuſte, ſolvi, reſtitui, & ſatisfieri debeat, primo, & principaliter de omnibus denariis, quos habeo in Caſtro Lizzane, & in tota Valle Lagarina, & alibi ubicumqne locorum, & quos habeo, ſeu haberem in futurum, ſeu quos habere deberem in Epiſcopatu Tridenti, Venetiarum, Verone, & alibi ubicumque Locorum, a quibuscumque perſonis, tam Laicis, quam religioſis, tam fratribus, quam ſororribus, tam in depoſito, & depoſitis, quam alio quocumque modo, & cauſa, & de viginti millibus florenis aureis, quos habeo apud Commune Venetiarum, & de omnibus aliis meis bonis mobilibus, & immobilibus, que habeo, & in futurum aquirerem. Item relinquo, & judico viginti mille libras denariorum Veronenſium parvorum, pro amore Dei, & remiſſione meorum peccatorum, dandas, & diſtribuendas per infraſcriptos meos fideicommiſſarios, inter pauperes, & egenos Vallis Lagarine, & alibi in Dominatione mea, prout dictis fideicommiſſariis, vel majori parti eorum viſum fuerit, quod Legatum ſolvi debeat de bonis meis, ſicuti in ſuperiori legato eſt expreſſum, ad quod Legatum perſone privilegiate, pretextu alicujus privilegii, nullatenus admittantur, ſed ipſas ab hoc Legato privo, & privatas eſſe volo. Item volo, judico, & relinquo, quod ſi ultra ſolutionem, & ſatisfactionem omnium meorum male ablatorum, & meorum legatorum ſupra, & infraſcriptorum, aliquid ſupererit de bonis meis mobilibus, & ſe moventibus, & nominibus debitoribus, quod totum illud ſuperfluum detur, & diſtribuatur inter pauperes, & egenas perſonas, per meos fidecommiſſarios, vel majorem partem eorum, ubi ipſis, vel majori parti ipſorum melius, & utilius videbitur, pro remedio anime mee, in quibus bonis mobilibus diſtribuendis inter pauperes, intelligantur vaſa argentea, & pecunia, ſalvo eo, quod in dicto legato non veniant, nec intelligantur vaſa de Ligno, & alie maſſaricie, & ſuppellectilia, & victualia, que vaſa, maſſaricie, ſuppellectilia, & victualia dividantur inter heredes meos infraſcriptos, prout inferius continetur, ad quod Legatum non admittantur alique perſone privilegiate, pretextu alicujus privilegii, quas omnes privo, & privatas eſſe volo ab hoc Legato. Et volo, quod ſi bona mea mobilia non ſufficerent ad ſolutionem, & ſatisfactionem omnium meorum male ablatorum, & meorum legatorum, ſupra, & infraſcriptorum, quod de bonis meis immobilibus plena fiat ſatisfactio omnium predictorum, & quod omnia bona mea cujuscumque conditionis ſint obligata, pro ſupra, & infraſcriptis adimplendis. Item relinquo, & judico Eccleſie Beati Vigilii de Tridento quinque mille libras denariorum Veronenſium parvorum, qui debeant expendi in edificatione dicte Eccleſie, ad hoc, ut Beatus Vigilius habeat remiſſionem mei, & mihi indulgeat quidquid habuiſſem injuſte de bonis dicte Eccleſie, & Epiſcopatus, & quod damnum, ſeu detrimentum intuliſſem eidem, vel alicui alii, ipſorum occaſione. Item relinquo, quod expendantur, mille libre denariorum Veronenſium parvorum de meis bonis ad faciendum unam Capellam, & unum Altare in Eccleſia Beati Vigilii ſupraſcripti, in qua Capella, & Altari fiat Divinum Officium, reſervato ſemper Jure patronatus ipſius Capelle, & Altaris penes me Teſtatorem, & heredes meos, ita tamen, quod D. Epiſcopus Tridentinus, & Capitulum Eccleſie Tridentine teneantur, & debeant confirmare illum Presbyterum, qui per me, vel meos heredes eisdem preſentatus, & deſignatus fuerit ad ipſam Capellam, pro anima mea, celebrandam, & officiandam continuo, ita quod ſemper uno Presbytero decedente, alius, & alii ſemper per me, vel meos heredes, vel majorem partem eorum eligi, & preſentari debeant, & dictus D. Epiſcopus, & Capitulum predictum teneantur confirmare. Item relinquo, precipio, jubeo, & lego, quod ematur unum podere mille librarum denariorum Veronenſium parvorum, & quod podere ſit, & eſſe debeat dicte Capelle, & Altaris, cujus poderis fructus, & redditus colligere, & habere debeat continuo Presbyter per me, vel per heredes meos datus, & deſignatus ad ipſam Capellam, & Altare, pro anima mea officiandum, & celebrandum. Item relinquo, precipio, lego, & jubeo, quod pars Caſtri Beſeni, illa que eſt Eccleſie Tridentine, & quam teneo a dicta Eccleſia, & omnes terre, poſſeſſiones, jurisdictiones, & jura, que, & quas teneo a dicta Eccleſia ad fictum, pro centum libris denariorum Veronenſium in una parte, & pro una coppa argenti valoris quinquaginta librarum Veronenſium parvorum in anno, in continenti, poſt meum deceſſum, reſtituantur, & libere, & absque impedimento aliquo dimittantur dicto Epiſcopatui, ſeu Eccleſie Tridentine, & ipſa omnia eidem Eccleſie, & ſine aliquo impedimento relinquo. Item relinquo pro anima mea ſecundum meum deſtrerium, ſeu equum, quem habuero, tempore mortis mee, Fratribus Alemanis, & alium ſecundum meliorem relinquo, Fratribus de Hoſpitali Sancti Joannis de ultra Mare, deſignandum preceptori Sancti Sepulcri de Verona, qui ipſum equum mittere debeat Comendatori generali dicti Ordinis ultra Mare. Item relinquo Plebi Sancti Floriani de Lizzana Vallis Lagarine unum campum, ſeu petiam terre arativam, que dicitur ramenpuder-jacentis in Campanea Lizzane, de quo ſolvitur mihi annuatim fictum viginti Stariorum panigii, & viginti Stariorum ſurgi ad menſuram Roboreti, pro illuminando ipſam Eccleſiam,

in

Digitized by Google

in diſpoſitionem Gaſtaldi, & Comunis Roboredi. Item relinquo dicte Plebi Sancti Floriani de Lizzana unum Manſum jacentem in pertinentiis Lizzane, quod laboratur per Conradum habitatorem Ville Plebis Lizzane, pro quo ſolvit mihi, omni anno, quinque Staria frumenti, & quinque Staria ſilliginis, & quinque Staria milii, & quattuor Staria panicii, & duas, & dimidiam Vrnas uve Sclave graſpate, quas dat mihi fictum annuatim pro duobus vinealibus jacentibus in Crona calda regule Lizzane. Item relinquo eidem Plebi Sancti Floriani unum Manſum jacentem in pertinentiis Sancti Hilarii Plebatus Lizzane, quod laborant D. Jacobina, & ejus filii de Sancto Hilario, & Delaitus, q. hac de eodem Loco, pro quo dant mihi fictum annuatim triginta ſex Staria frumenti ad menſuram Roboreti. Item relinquo Eccleſie Sancti Columbani Plebatus Lizzane unum Vineale jacens in Trambelleno, quod laborat Geroldus a Putea Pertice Trambelleni a me ad affictum, pro quo ſolvit mihi annuatim tres Uuas vini collati. Item relinquo Eccleſie Sancti Thomaſii de Roveredo Plebatus Lizzane unum Vineale, ſeu petiam terre altanatam, jacentem in regula Roveredi, quod olim fuit Stopacii, cui coheret de duabus partibus via, pro illuminando ipſam Eccleſiam, in diſpoſitione Gaſtaldi Communis Roveredi, qui pro tempore erit. Item relinquo Sancte Marie, inter Roveredum, & Lizzanam unum Vineale jacentem in Valle Longa, pertinentiarum Roveredi, cui coheret de una parte Schinicus de Roveredo, de ſecunda filii D. Vrſini de Pathono. Item relinquo Domino Epiſcopo, & Epiſcopatui Verone omne jus, quod habeo in Decimis, & Jure Decimationis de Minerbie, & Ponte Poſſeri, quas Decimas ab ipſo Dno Epiſcopo, & Epiſcopatu Verone recognoſco. Item relinquo, & judico Magiſtro Bartholomeo Phiſico q. D. Delaiti Sardenelle, & fratribus ſuis omne jus, quod habeo in terris, domibus, poſſeſſionibus, juribus, que fuerunt q. D. Delaiti, & quas habeo, & teneo, & poſſideo in Civitate, & diſtrictu Verone, quas poſſeſſiones habui occaſione unius debiti mille, & trecentarum librarum Denariorum parvorum. Item relinquo Monaſterio Sancti Hilarii Plebatus Lizzane Decimam, & jus Decimationis, & perceptionis fructuum omnium terrarum, & poſſeſſionum ipſius Monaſterii, & omne jus, quod habeo in ipſam Decimam, & precipio, rogo, & volo, quod mei heredes numquam debeant impedire ipſum Monaſterium in ipſa Decima. Item relinquo dicto Monaſterio Sancti Hilarii unum Manſum, jacentem in pertinentiis S. Hilarii, qui olim fuit Doclenzani de Tridento, quem manſum laborat a me Delaitus q. Donzee de Sancto Hilario, fictum ſolvendo, quod ſolvere conſueverat dictus Delaitus, vel pater ejus antiquitus Doclenzanis. Item relinquo Eccleſie, ſeu Monaſterio Sancte Malgarete de ſubtus ſeravalle unam petiam terre arativam in Roda, quam emi a Pizolbano. Item relinquo dicte Eccleſie, ſeu Monaſterio Sancte Malgarete prata mea della Chizolla, que jacent in contrata Pozze & aliud pratum meum, quod eſt juxta illud, via mediante. Item relinquo Plebi Sancte Marie de Avolano tot de meis poſſeſſionibus dicte contrate, que bene valeant centum librarum parvulorum. Item relinquo Plebi Sancte Marie de Avio jus, quod habeo in uno Vineale jacente in contrata Sancti Martini Plebatus Avii, quod laborat Moreſolus, vel ejus heredes a me. Item relinquo dicte Plebi Sancte Marie prata mea, que habeo in Mamma. Item relinquo Eccleſie, ſeu Capelle Sancti Vigilii de Avio unum Podere, ſeu poſſeſſionem jacentem in Villa, & pertinentiis Bellami Veronenſis Dieceſis, quod Octopellus, & heredes Bonifacii de Bellumo laborant a me, & reddunt mihi fictum pro ipſo annuatim, minallia quatuor frumenti. Item relinquo dicte Eccleſie S. Vigilii unum podere jacentem in Villa, & pertinentiis Bellumi, quod Gulielmus, & fratres ejus filii Belende laborant a me, ad fictum, pro novem minallibus frumenti in anno. Item relinquo Hoſpitali Sancti Leonardi de Burghetto Oſſenichi Decimam, & jus Decimationis omnium ſuarum terrarum, & poſſeſſionum, & omnium nutrimentorum ſuorum, & omne jus, quod in ipſa Decima habeo, & precipio, & volo, quod heredes mei numquam impediant ipſum Monaſterium, ſeu Hoſpitale in dicta Decima. Item relinquo Eccleſie Sancti Nicolai de Chizolla unum Vineale jacentem in pertinentiis Chizolle, quod laborat Bonſantinus della Chizolla a me, ad ipſam Eccleſiam illuminandam. Item relinquo Eccleſie Sancti Martini de Pilcanto unum Vineale jacentem in Pilcanto, & ejus pertinentiis, quod tenet ille de Benato de Pilcanto a me. Item relinquo Plebi Sancti Stephani de Mario unum vineale jacentem ſub ejus viam prope fontem Ravazoni, quod olim fuit Malateſte, & Laboratur per Franciſcum de Ravazono a me. Item relinquo Plebi Sancti Petri de Brentonico tot de meis poſſeſſionibus illius contrate, que bene valeant XXXXX. librarum Denariorum Veronenſium. Item relinquo Eccleſie Sancti Chriſtophori de Caſtro Barco Vallis Lagarine omne jus, quod habeo in Molendino, quod filii q. Gualdelli tenent a me ad fictum. Item relinquo Plebi Sancte Marie de Lagaro duos plodios terre arative poſitos in pertinentiis, in contrata Vodi Sancti Joannis. Item relinquo Domine Marie conſanguinee mee uxoris q. Dni Gerardi de Soldo centum libras parvas, & ſi contigerit eam decedere antequam ſibi ſolverentur, ſubſtituo Mazolorſam ejus filium in dictis centum libris. Item relinquo Gulielmo filio q. Dni Bonazonte Judici de Tridento ducentas libras Denariorum Veronenſium parvulorum de bonis meis. Item relinquo heredibus q. Omniboni de Nigrobono de Avio unum fictum XXV. ſolidorum Veronenſium parvorum, quod tenetur dare annuatim ex poſſeſſionibus, unde mihi ſolvebant dictum fictum, Item relinquo Sororri Beatrici Sancti Pauli de Traviſio XXV. librarum Denariorum Veronenſium parvulorum, que debeant eidem dari per infraſcriptos meos heredes, dum ipſa vixerit omni anno. Item judico, ordino, & relinquo, quod de bonis meis fiat unum Monaſterium apud Eccleſiam Sancte Marie, poſitam in Valle Lagarina, inter Roveredum, & Lizzanam, in quo Monaſterio Stare, & habitare poſſint, & debeant octo fratres minoris ordinis, & volo, quod in dicto Monaſterio expendantur usque ad quantitatem trium millium librarum Denariorum Veronenſium parvulorum, in domibus, libris, apparamentis, & aliis neceſſariis, ſecun-

Digitized by Google

ſecundum quod meis fideicommiſſariis viſum fuerit. & quod heredes mei teneantur dare, & debeant perpetuo, omni anno, dicto Monaſterio, & Eccleſie, ſive fratribus habitantibus ibidem omnia infraſcripta. Videlicet. Quod D. Aldrighettus, & ſui heredes dare debeant perpetuo, omni anno, Septuaginta Staria boni frumenti, ſex plauſtra boni Vini Sclavi collati ad menſuram Roveredi, & LXIIII. librarum Denariorum Veronenſium parvulorum. Et Gulielmus q. D. Azzonis, & ſui heredes, perpetuo, omni anno, debeant dare triginta quinque Staria frumenti boni, tria plauſtra boni Vini collati, & triginta duas libras Denariorum parvulorum Veronenſium. Et Aldrighettus q. Bonifacii, & ejus heredes dare debeant perpetuo, omni anno, triginta quinque Staria boni frumenti, tria plauſtra boni Vini Sclavi collati, & triginta duas libras Veronenſium parvulorum, & predicta facere, & adimplere teneantur heredes mei, & eorum heredes, ſine aliqua petitione, & quisque predictorum predicta predictis fratribus offerre teneantur, Sive Eccleſie prelibate; & ſi aliquis predictorum meorum heredum, vel ejus heredes decederent ſine heredibus, quod pars illius mee hereditatis, & omnium prelegatorum perpetuo ſint obligata ad omnia ſupraſcripta. Item relinquo Nobili Dne Speronelle uxori mee, & filie q. Dni Marcobruni de Vivario omnes ſuas veſtes, centuras, & Zoias argenti, & auri, & margaritarum, ſeu perlarum factarum a doſſo dicte Dne. Speronelle, ſeu quibus ipſa conſuevit uti, ſeu que ejus occaſione facte eſſent, vel fuiſſent, & que de cetero fierent, ſeu quas de cetero haberet. Item relinquo dicte Dne, uxori mee thorum meum, & omnia ornamenta pertinentia dicto thoro, cum omnibus culcris, ſeu copertis, linteaminibus, & aliis pertinentibus dicto Thoro. Item relinquo dicte mee uxori totum podere meum, de Valle Lauogre Vicentine Dieceſis, de quo ſolvitur mihi omni anno trecente, & ſexaginta libre Denariorum Veronenſium parvulorum, quod Podere libere relinquo eidem, cum omnibus ſuis juribus, & pertinentiis, & ad hoc ut ipſa habeat, unde poſſit honorifice vivere, & Stare, & in vita, & morte, & in ſolutum, & pro ſolutione mille libras Denariorum Veronenſium, quas a q. Dno. Marcobruno ejus patre in dote, & pro omni lucro, ſeu contradote ſue dotis, & pro omni eo, quod poſſet petere de meis bonis, quacumque de cauſa, exceptis ſupraſcriptis legatis. Item relinquo cuilibet ex donzellis meis, que erunt mecum, tempore mortis mee quinquaginta libras Veronenſes parvulorum pro unaquaque. Item relinquo pro remiſſione anime mee, & meorum peccatorum liberos, & libercs Henregolinum, & Montanarum fratres, & filios q. Federici de Baſiano, Bonifacium, Aventinum fratres, & filios q. Auguſtini de Avio, Wilelmum eorum Nepotem filium q. Octobelle de Avio, Danerium q. Adamini de eodem loco, Erilogilinum q. Franciſci dicti galine, Omnibonum Montanarium, & Marcum fratres, & filios Auriletti de Bellamo, Ottonem de Seravalle, Bentevegnam della Coſta, Omnibonum q. Bartholomei Coqui de Roveredo, Auguſtinum, & fratres ejus filios q. Valentini de Avio, & Donatum q. Beleride de Roveredo, & omnes alios meos ſervos, & ſervas, ſeu homines, & feminas de Maſinata, vel de familia, ſeu de quacumque alia ſervili conditione, cujuscumque ſint, vel fuerint etatis, & conditionis, tam natos, quam naſcituros, tam hereditarios, quam emptos, ſeu alio quocumque modo acquiſitos, vel mihi ſpectantes, & omnes, qui nunc eſſent, ſeu tempore mortis mee erunt, ſeu aliquo alio tempore fuiſſent mei de Maſinata Servi mei, vel ancille mee, vel de familia, vel de alia Servili conditione: & omnes eorum uxores, filios, & deſcendentes ex eis, qui mihi boni, fideles, & legales fuerunt, & ſteterunt dum vixero: & plenam libertatem eis do, & concedo, & relinquo, & cuilibet eorum, ac remitto juspatronatus, jus ſubiectionis, & omne aliud jus Servitutis, quod in eis, vel aliquo, ſeu aliqua eorum, vel earum haberem, itaquod à die mortis mee in antea perfectam, & integram conſequantur libertatem, & ſint, & intelligantur eſſe cives Romani, & liberi ab omni vinculo ſervitutis, liberati, & eis, et cuilibet eorum libertatem relinquo, dimitto, & judico, ita & taliter, quod ſi quis, vel ſi qui eorum contrafecerit, & mihi boni, fideles, & legales non fuerint, quod ab hoc legato ſint privati, & cadant, & revertantur in priſtinam Servitutem, Salvo quod culpa, & delictum unius, vel plurium ipſorum, qui contrafecerint, alii, ſeu aliis benefacientibus nihil nocere debeat, neque poſſit. Item relinquo omnibus predictis Servis, & ancillis, & perſonis de Maſinata, ſeu de familia, vel alterius ſervilis conditionis, & cuilibet eorum omnia ipſorum peculia, & omnes alias res, quas haberent, & tenerent, ſeu poſſiderent, vel quaſi tempore mortis mee, ſalvo quod teneantur ſolvere heredibus meis affictus, & redditus, quos conſueverunt mihi preſtare & dare pro poſſeſſionibus meis, quas tenent a me ad fictum, vel de cetero mihi preſentarent, vel tenerent ad fictum, & ſupradicta omnia, & ſingula relinquo, ſupradictis ſervis, & ancillis meis, & aliis de familia, vel alterius ſervilis conditionis, & cuilibet eorum, directo, & per fideicommiſſum, omni modo, jure, & cauſa, quo, vel quibus melius poſſum. Item relinquo predictis Bonifacio, & Aventino fratribus, & Gulielmo eorum nepoti, & cuilibet eorum, ſecundum quod habent, & tenent unum Caſamentum, cum terra, cui coheret de duabus partibus via, de tertia heredet q. Martini, de alia heredes Dolzi, & alias terras, de quibus conſueverunt mihi ſolvere quatuor minallia frumenti, quatuor minallia Silliginis, quatuor minalia panigii, quatuor minallia ſpelte, & duas libras piperis, & medietatem fructurum, que omnia iacent in Terra, & pertinentiis Avii, Item relinquo dicto Bonifacio per ſe pratum de Campeio diſtrictus Avii, de quo ſoluit mihi fictum ſeptem librarum pavulorum, omni anno. Item relinquo predicto Danexio de Avio omnes illas terras, & poſſeſſiones de pertinentiis Avii, de quibus ſolvuntur mihi Teſtatori quatuor minalia frumenti, in anno, & illas terras, de quibus ſolvitur mihi una galina fictus. Item relinquo Henrigolino

Digitized by Google

predicto filio q. Franciſci dicti Zeline illam terram caſalivam jacentem ſuper glaram Roveredi, prope rugiam molendinorum, de qua mihi ſoluit fictum Magiſter Zenarius Cerdo de Roveredo XV. Solidorum Denariorum Veronenſium parvulorum in anno. Item relinquo Auguſtino, & fratribus ejus ſq. Gualdrici predicti de Avio omne fictum, & omnia ficta, quod, & quæ mihi tenentur dare, & dant ex poſſeſſionibus, quas tenent ad fictum a me, & de quibus conſueverunt ſolvere mihi fictum, & ipſas poſſiones, eis relinquo liberas, & expeditas, & allodiatas. Item relinquo, & judico Joanni f. Abriani q. Dni Bonifacii de Caſtro Barco omne jus, quod habeo, ſeu acquiſiviſſem in Decima Plebatus Brentonici, quod olim dictus Bonifacius tenebat in Feudum ab Epiſcopo Veronenſi. Item relinquo, & judico Nobili Militi D. Aldrighetto ſq. D. Federici de Caſtro Barco olim fratris mei Caſtrum Lizzane, cum tota ejus Caſtellantia pertica Vallarſiæ, pertica Terraguoli, & pertica Barbarollæ, cum omnibus terris, poſſeſſionibus, Manſis, pratis, montibus, Decimis, Molendinis, ſeghis, fictis, dictis, Jurisdictionibns, feudis, allodiis, & omnibus aliis juribus, & honoribus dicto Caſtro, et Caſtellantiæ, & dictis pertinentiis pertinent, qui mihi Teſtatori de jure ſpectarent. Item relinquo, & judico dicto D. Aldrighetto Nepoti meo de Caſtro Barco Caſtrum Beſeni, & Caſtrum Lapidis, inter Beſenum, & Avolanum, & Montaneam Folgariæ, cum ſuis pertinentiis, cum Caſtellantiis ſuis, & cum omnibus meis Terris, poſſeſſionibus, manſis, molendinis, Seghis, follonibus, fictis, decimis, jurisdictionibus, feudis, allodiis, montibus, pratis, paſculis, & omnibus aliis juribus, & honoribus dictis Caſtris, Caſtellantiis, & Montaneæ Fulgariæ pertinent, quæ mihi Teſtatori de jure ſpectant, & omnes poſſeſſiones, bona, & jura, feuda, allodia, jurisdictiones, & honores, quæ habeo, & ad me Spectant de jure in toto Plebatu Lizzanæ, usque ad pratum Adamini, & a dicto prato ſupra, & in toto Plebatu Beſeni, ſeu Avolani, tam in Monte, quam in plano, excepta parte dicti Caſtri Beſeni de medio, cum juribus ſuis, quæ eſt Epiſcopatus, ſeu Eccleſiæ Tridentinæ, quam eidem Epiſcopatui, ſeu Eccleſiæ Tridentinæ relinquo. Item relinquo, & judico Gulielmo filii Dni Azzonis filii Dni Federici de Caſtro Barco Nepoti meo Caſtrum Doſſi majoris, Caſtrum Sancti Georgii, Caſtrum, ſeu Turrim Chizollæ, Turrem, ſeu Caſtrum Seravallis, Caſtrum ſeu Caſtellarium della Corte, Caſtrum Avii, poſſeſſiones Burghetti, Oſſenighi, & Bellumi, cum omnibus eorum Caſtellantiis, & cum omnibus eorum terris, poſſeſſionibus, fictis, dictis, decimis, molendinis, ſeghis, follonibus, jurisdictionibus, feudis, allodiis, honoribus, & juribus dictis Caſtris, & Caſtellantiis, & mihi de jure ſpectantibus, & omnes terras, poſſeſſiones, bona, & jura, feuda, allodia, jurisdictiones, & honores, quæ habeo, & mihi de jure Spectant in toto Plebatu Murii, & in Ala, & in Pilcanto, & eorum pertinentiis, & in toto Plebatu Brentonici, excepta Decima, quam Joannes q. Abriani de Caſtro Barco, in hoc meo teſtamento relinquo, & in toto Plebatu Avii, & eorum pertinentiis, & generaliter a prato Adamini inferius usqe ad Cluſam Verone, ex parte Orientis, & ex parte Occidentis, usque ad portam, ſeu ſtrictam Corvariæ ex altera parte Atheſis. Item relinquo, & judico Aldrighetto q. Bonifacii q. Dni Federici de Caſtro Barco Nepoti meo Caſtrum Caſtellani, Caſtrum Caſtrinovi, Caſtrum Caſtri Cornu, cum omnibus eorum Caſtellantiis, & cum omnibus eorum terris, poſſeſſionibus, redditibus, fictis, dictis, Decimis, molendinis, ſeghis, follonibus, jurisdictionibus, feudis, allodiis, honoribus, & juribus, & omnes terras, poſſeſſiones, bona, & jura, feuda, allodia, que habeo, vel ad me ſpectant de jure qualitercumque in toto Plebatu Lagari & in toto Plebatu Gardumi, & ejus pertinentiis. Item dico, & volo, quod per ſupraſcripta legata relicta predictis D. Aldrighetto, Gulielmo, & Aldrighetto ejus Nepotibus nulla abdentio, ſeu detractio facta eſſe intelligatur alicui perſonæ, vel loco, cui aliquid in hoc meo reliquiſſem teſtamento, ſive generaliter, ſive ſpecialiter reliquiſſem. Item relinquo, & judico predicto D. Aldrighetto Nepoti meo medietatem omnium armorum, baliſtorum, & ſitamentorum, & aliorum vaſorum, Maſſariarum, ſuppellectilium, & victualium, quæ habuero tempore obitus mei in omnibus Caſtris meis, & aliam medietatem relinquo, & judico Gulielmo, & Aldrighetto prædictis æqualiter. Item relinquo, judico, & volo, quod prædicti Dni Aldrighettus, Gulielmus, & Aldrighettus teneantur, & debeant facere unam Elemoſinam univerſalem pauperibus Vallis Lagarinæ volentibus accedere, & quisque ipſorum omni anno. Videlicet Dictus D. Aldrighettus de menſe Junii, & dictus Gulielmus de menſe Aprilis, & dictus Aldrighettus de menſe Octobris, quas elemoſinas ipſi mei heredes, omni anno, perpetuo facere teneantur. Item relinquo, ordino, & conſtituo ad omnia ſupraſcripta, & infraſcripta, & ſingula exequenda, complenda, & executioni mandanda meos fideicommiſſarios generales, & diſtributores, Dnos Comendatorem Duorum Fratrum Allemanorum de Bulzano, qui nunc eſt, vel pro tempore erit fratrem Nicolaum de Paſtrengo de Verona, Ordinis Fratrum Prædicatorum, & ſi non viveret tempore mortis meæ, Priorem Fratrum Predicatorum Conventus Veronæ, fratrem Blaſium ejusdem Ordinis q. D. Gerardi Soldi de Tridento, & ſi non viveret tempore mortis meæ, vel non eſſet in Epiſcopatu Tridenti, vel prope ad tres dietas, priorem fratrum Prædicatorum Tridenti, fratrem Danielem de Gusmanis de Verona, ordinis fratrum Minorum, & ſi hoc officium de jure recipere non poſſet ſeu in Officio Comiſſariæ hujusmodi ſe intromittere, quod alii fideicommiſſarii mei de ipſius conſilio legata mea ſolvere bona diſtribuere, & alia facere teneantur, & debeant, & poſt dicti fratris Danielis mortem, Guardianus fratrum minorum de Verona in dicto Officio ſibi ſuccedat, & Nobilem Militem D. Aldrighettum filii D. Federici de Caſtro Barco fratris mei, & ſi contigerit dictum D. Aldrighettum decedere, antequam

Digitized by Google

se in dicto officio intromitteret, vel dicta mea voluntas compleretur, in locum ejus facio, & substituo majorem ipsius D. Aldrighetti filium, qui pro tempore fuerit, ita quod major filius ejus semper sit, & esse intelligatur fideicommissarius, & substitutus dicto D. Aldrighetto, vel majori ejus filio præmorienti. Intelligendo prædictos Comendatorem, Priorem, & Guardianum in casibus suprascriptis, qui actu in dictis officiis existent, quibus meis fideicommissariis do, & concedo liberam, & generalem administrationem, liberum, & generale mandatum, & potestatem ad omnia, & singula suprascripta, & infrascripta complenda, & executioni mandanda, ita quod possint, & valeant bona mea omnia mobilia, & immobilia, quæ habeo, & quæ de cætero haberem tam sua judiciali authoritate intromittere, apprehendere, vendere, obligare, alienare, in solutum dare, sive contradictione aliqua meorum hæredum, pro supra, & infrascriptis omnibus, & singulis antedictis solvendis, & adimplendis, dando, & concedendo prædictis meis fideicommissariis, quod possint exigere pecunias mihi debitas a quibuscumque personis, & vocare sibi fore solutos de prædictis pecuniis, & solventes prædictis meis fidei commissariis integram, & plenam consequantur liberationem, & quod hæredes mei non possint aliquas pecunias mihi debitas exigere, nec vocare, seu fore solutum; & si prædicti mei fideicommissarii omnes non fuerint in concordio, quod major pars ipsorum omnia supra, & infrascripta possit facere, & complere, & executioni mandare, itaquod majorem partem ipsorum factum fuerit, valeat, teneat, ac si per ipsorum omnes factum foret. In omnibus autem aliis meis bonis prædictos Nob. Militem D. Aldrighettum de Castro Barco fq. D. Federici, Gulielmum q. D. Azzonis, & Aldrighettum q. Bonifacii mihi hæredes æqualiter instituo, quam hæreditatem prædictam, & omnia, & singula suprascripta prælegata relinquo prædictis D. Aldrighetto, Guilelmo, & Aldrighetto, & cuilibet eorum, his pactis, conditionibus, & modis. Quod prædicti hæredes, & quilibet eorum debeant manutenere, & defendere voluntate, consilio, & opere personam meam, honores meos, Castra, Fortalitia, jura, & jurisdictiones, & omnia, & singula bona mea, & omnia, quæ habeo, teneo, & possideo, vel quasi, seu in futurum acquirerem, tenerem, & possiderem vel quasi, & quod dicti mei hæredes, & quilibet eorum teneatur, & debeat toto suo posse, sive personas suas, & omnium subjectorum, suorum amicorum ponere, & poni facere contra omnes personas, quæ essent contra me, seu quæ mihi de facto, vel opere aliquam injuriam, seu molestiam inferrent, vel inferre vellent, neque ab omnibus defensare, & contra omnes, contra quos ego toto tempore vitæ meæ guerram facere, verbo, facto, vel opere facere vellem, & quod non debeant verbo, facto, vel alio tractatu facere aliqam societatem, seu conspirationem cum aliquo, qui me oderet, vel cum quo inimiciciam haberem, seu qui amicus meus non esset, & etiam pacto, & conditione, quod prædicti non debeant aliquo modo impedire servos meos, aut ancillas meas, vel alios cujuscumque conditionis existant, quibus libertatem reliqui, & relinquo in libertatibus, & in aliis eisdem per me relictis, sic ipsos sic liberos debeant manutenere, & defendere, & quod debeant facere, & curare, quæ suprascripta mea voluntas in omnibus observetur, & compleatur; & quod non debeant aliquo modo, vel ingenio, consilio, vel opere suprascriptos meos fidei commissarios, vel aliquem eorum impedire, qui possint omnia, & singula suprascripta complere, sed ejus dare debeant auxilium, & consilium, ut omnia suptascripta compleantur, & effectui demandentur per ipsos fidei commissarios, vel majorem partem eorum. Et si supradicti mei hæredes, vel aliquis eorum contra prædicta, vel aliquid predictorum, facerent, vel venirent, ex nunc partem illius, vel illorum, qui contrefecerint, vel venirent, prædictorum hæreditatis, & legatorum relinquo illi, vel illis, qui dictam meam voluntatem observaverint, & observare voluerint. Et si prædicti omnes hæredes mei contra prædicta, vel aliquid prædictorum facerent, & venirent, ex nunc prædictam meam hæreditatem, & prælegata omnia, prædictis meis hæredibus relicta, relinquo Episcopatui Tridenti pro dimidia, & Fratribus Allemanis, pro alia dimidia, hoc pacto, & condicione, quod prædictus Episcopatus, seu Episcopus, & Fratres non possint, nec debeant dictam meam hæreditatem, bona, in totum, vel in partem vendere, renunciare, in feudum dare, vel modo aliquo alienare alicui personæ de his, quæ sibi obvenissent, cum velim ipsas partes, & bona, quæ eis aliquo modo obvenirent, in ipsam Ecclesiam Tridentinam, & fratres Allemanos permanere, nec volo ullo modo in aliquam personam debere, seu posse devenire, & si prædicti fratres Allemani, de iis, quæ sibi obvenissent, aliquid alienarent, id deveniat in Episcopatum Tridenti. Et si Episcopus, vel Capitulum Ecclesiæ Tridenti, de iis, quæ sibi obvenissent, aliquid alienarent, id deveniat in fratres prædictos, & prædictos, sub dictis modis, pactis, & conditionibus sibi ad invicem substituo, & rogo prædictos, quod sibi ad invicem prædicta restituant in casibus suprascriptis. Item dico, & volo, & judico, quod si tempore vitæ meæ aliquid soluissem, vel solverem de supradictis, & solvi facerem, quod illud intelligatur solutum, nec possit ulterius peti; & hoc volo debere esse meum ultimum testamentum, & meam ultimam voluntatem, & quod valeat jure testamenti, codicillorum, donationis causa mortis, & cujuslibet ultimæ voluntatis, & omni alio jure, modo, & causa, quo, & qua melius valere, & tenere potest, & si aliquod aliud Testamentum, seu ultimam voluntatem vel, Codicillos fecissem, illud, illos, & illam revoco, & præsentem ultimam voluntatem valere volo, non obstantibus aliquibus verbis solemnibus, vel aliis in ipsis appositis, quibus derogo, & derogatum esse volo, & præsentem scripturam debere effectum habere, & rogo per fideicommissum quemcumque venientem ad dictam meam hæreditatem ab intestato, si contigerit aliquem ad dictam meam hæreditatem ab intestato venire

Digitized by Google

nire, quod ipſam reſtituant ſupradictis meis hæredibus, ſecundum quod ſuperius ſcripti ſunt. Et vos hic omnes adſtantes vocavi dicta de cauſa, & rogo vos, & quemlibet Veſtrum debere eſſe teſtes huic meo Teſtamento, & voluntati ultimæ, & rogo quemlibet Notarium debere ſcribere, & ſubſcribere in prædictis.

Ego Bonifacius Notarius filius Dni Joannis de Avio interfui, & rogatus ſcripſi.

(L. S.) Ego Antonius Notarius olim Magiſtri Conradini de Aſillo, unacum Bonifacio Notario ſupraſcripto prædictis omnibus interfui, & rogatus ſcribere, & ſubſcribere, meum ſignum appoſui, & me ſubſcripſi.

(L. S.) Ego Chriſtianus Imperiali authoritate Notarius filius Dni Bartholomæi de Roveredo, unacum ſupraſcriptis Bonifacio, & Antonio Notariis, & prædictis omnibus interfui, & rogatus ſcribere, & ſubſcribere, ſignum meum appoſui, & me ſubſcripſi.

II.

Inſtrumentum de juramento fidelitatis & obedientiæ Baronibus de Caſtro Barco a ſubditis Vicariatus Alæ præſtito agens, d. d. 20. Januar. An. 1655.

NEl nome d' Iddio, così ſia Correndo l'anno doppo la ſua ſantma. Natività 1655. Indne. Va. Regnante l' Invitiſmo. & Augmo. Imperatore Ferdinando Terzo d' Auſtria &c. nelgiorno di Mercordi li. 20. del Meſe di Genaro nella Chieſa parochiale di S. Maria della Terra d' Ala, alla preſenza dell' Illmo. ſig. Baron Gio. Michel di ſpaur. delli Molt' Illi. ſigi. Franceſco Tellani, e Chriſtofforo Lindechi, e delli nobb. ſigi. Fratelli Gio. Batta e pietr. Ant. Mazuchi tutti di Roveredo Teſtimonii pregati &c.

Nel qual Luogo perſonalmte. Coſtituito l' Illmo. S. Andrea Baron di ſpaur, & Flauon, Coppiere Ereditario del Contado del Tirolo, Camariere, e Colonello del ſermo. Arciducha Ferdinando Carlo d' Auſtria &c. Come Commiſſario ſubdelegato del predo. ſermo. Arciducha Commiſſ. Eſecutore di ſua ſ. M. Ceſarea, Come di tal Commisſione coſta nelli Clemmi. Mandati, dati nella Città di Vienna ſotto li trè del pnte Meſe di Genaro, come' appare dalla lettera ſcritta dalla meda. Mtà alla pdta. Altezza, e dalla ſuſtituzione fatta da do. ſermo Arciducha, Ferdinando Carlo, ſotto liq. del ſudo. Meſe di Genaro nella perſona di ſ. ſria Illma. quali mandati ſono ſtati viſti dalli ſigi. Rapreſentanti di quattro vicariati, e delli medi. dataliene copia acciò poteſſero n di ciò far partecipi tutti li habitanti nelle Terre, & Ville de ſudi. quattro Vicariati tanto della ſentenza ſeguita nell' aulico conſilio Ceſareo ſotto il giorno delli 17. Novbr. dell' An. proſ. decorſo, e di guella Conſignatali copia, come anco della Clema. Commiſſ. di S. M. Ceſa.

Intendendo perciò il ſudo. Illmo. ſig. Baron di ſpaur eſeguir li di. Clemmi. Commandi non ſolo di ſ. M. C. mà ancora di ſ. Aza. ſerma. Commiſſo. Ceſo. ha fatto convocare il Vicariato d' Ala à perſona per perſona nel fine del pnte Inſtro deſcritto.

Liquali avertiti adubidire, & humilte, eſeguire li Clemmi. mandati Ceſi. in præſtar il giuramento di fedeltà, & ubidienza all' Illmi. ſigli. Baroni di Caſtelbarcho, ciòè all' Illmo. e Revmo. ſ. Carlo Canonico della Chieſa Archiepiſcopale di Salsburg, & all' Illmo. Sb. Franco. Camerier Maggle. di quell' Altezza Revma. Come cantatano di. Clementmi. mandati.

Pnte il do. Illmo Baron di ſpaur &c. hà eſpoſtole ſeguenti parole con propria bocca -- Et coſi credo carisſimi miei ch' haverete ben inteſo tutte quelle Coſe, che ni ſono ſtatte lette, & contenute in queſt' Inſtro i che priſ vi Commando, per nome di ſua ſacra Mtà Ceſa. e di ſ. A. ſerma. miei Clemmi. figli. che dobbiate tutte e cadauna delle Coſe pdte. giurare con voce alta, ciòè d' eſſer fedeli, et ubedienti alli pdi. Illmi. figli. Baroni di Caſtel. Barcho voſtri veri, e legitimi figli. Come deſcendenti per linea legitima Maſchulina dall' Illma. & antiquis. a familia di Caſtelbarcho, peroio' dirette meco unitamte le ſeguenti da me proferite parole - - - Giuramo per li ſacri Dei Evangelia d' eſſer ubedienti, & fedeli all' Illmi. ſigli. fratelli Baroni di Caſtel Barcho noſtri veri e legitimi Proni.

Lequali parole parimte. ſono ſtate convoce alta & intelligibile dall' infraſoti, del Vicariato d' Ala proferite, giurando nel modo ſoprsto.

Perciò li pdi del Vico. d' Ala ivi perſonalmte. Coſtituiti, qualivolendo, & intendendo d' e ſeguire li ſudti. Clemmi. mandti. Ceſi. Come ſudditi fedeli, & ubedienti, levati due ditta all' uſanza allemana hanno giurato Come s'hà eſpoſto avanti d' eſſer, e ſaranno ubedienti, e fedeli alli pdi. Illi. e Revmo. Sigli. Baroni di Caſtel Barcho loro veri figli. legitimi, & naturali deſcendenti per linea legma. Maſchulina dall' antiquiſma. & Illma. familia Caſtro Barienſe invocando in teſtimonianza La SSma. Trinità, alli quali Illmi. figli promettono fedeltà ſincera, e vera, & quelli diffendere da ogni ingiuria, perſonale e reale che adeſi foſſe cauſata da qualſi voglia perſona di qualſivoglia qualità, ò condicione, ſalva ſempre la ſupremità di ſ. M. Ca. & promettono ſotto l' iſteſſo giuramento non riconoſcer altra Giuriſdicione verſo loro, ne alcun altro in altro in loro figle. che l' Illmi. ſigli. Baroni antedetti, riſpett' all' utile Dominio, ſalua le raggion del Diretto a' chi &c. Sotto pena di pergiuro fellonia di turbatà Giuriſdicione, e di qualſivoglia altre pene legali, come di raggione &c, Riſervato ſempre chi ſi debbino dimoſtrare ubedienti non ſolo alli pdi. SSi. miancora à quelli, li quali haverano da eſſi authorità, ne in alcun tempo negando li di. Illmi. SSi. Baroni, e loro legitimi, e naturali deſcendenti Maſchi, alli quali deſcendenti debbino oſſervar il do. giuramento di fedeltà, & ubedienza, per ſi. e loro ſucceſſori habitanti nella Giuriſdicione del Vicariato d' Ala.

Pari per tanto l' Illmo ſigli. Franco. Baron di Caſtel Barcho, & figle. de quattro Vicariati della Val Sagarina, del Caſtel di Greſta, Cimon e Garniga per ſe, e come Procuratore dell' Illmo. figli,

Digitized by Google

figli. Barones Carlo suo Fratello, come costa p. publico Documento sotto il giorno delli 16. Xbr. prosʃ. spirato da me visto, e letto, e nel fine del pnte regiſtrato, per ſi. e loro deſcendenti legmi. e naturali maſchi, hà accettato il pdo. giuramento, & obligacione per ſolene ſtipulacione, promettendo l'iſteſſi del Vicariato d'Ala haver & trattare con ogni benignità, e benevolenza, adminiſtrando ſinceramte. Giuſticia ſenza alcuna eccecione di perſone, & quelli come figlioli amare, trattare, e diffendere da ogni illicita ingiuria ſperando haver quelli fedeliet ubedienti in tutti gl' ordini leciti, come comporta, un vero e giuſto prone verſo li ſuoi fedeli ſudditi. *Et in oltre do. Illmo. Sle à nome proprio, e come procuratore, dell' Illmo. e Revmo. Sigli. Baron Carlo ſuo fratello promette mantener, & conſervar tutti li Privileggi Eſencioni, e bone uſanze fin hora oſſervate ne quattro vicariati, & quelli Privileggi, che ſono ſtati ſcritti da altri Sigli. Poſſeſſori di quattro Vicariati promitte & s'obliga, confirmare, & ſottoſcrivere, come anco tutte le Confirmacioni de Privileggi ottenuti da ſommi Pontefici, e ſacratiſmi. Imperatori, e tranſacioni inſieme: & in ſomma promette conſervar & mantenere il do. Vico. d' Ala, nel modo, e forma, che al preſente ſi ritrova, obligando vicendevolmte. li loro beni in forma &c. & ita &c.*

Omiſſa Clemma. Commisſione, delegatione, & ſubdelegatione &c.

Sequitur mandatum Procura.

In Xſti Noie amen anno ab ejusdem Nativitate 1654. Indn. Ix. Die vero Mercurii 16. Menſis Xbris Bueſani, ac in ſtuba Domus habitationis mei Archidcis. officii pntibus nobb. D.D. Joanne Gerbig Reumi. & Illmi. Epiſcopatus Auguſtani Conſiliario, & Agente, Joannè Bapta Gleggl his ambobus Bulſani, nec non Mathia Tuchler Wienenſe Auſtriæ &c. Ttibus vocatis, & ſpecialiter rogatis.

Ibique perſonaliter Conſtitutus Illmus. & Reums. D. Carolus Baro Caſtri Barchi, & Canoncus. ſalisburgenſis &c. omni meliori modo, jure, forma, & ordine &c. quibus melius, & validius fieri poteſt &c. fecit, conſtituit, & ſolenniter ordinavit ſuum verum & legitimum Actorem, & Procuratorem Illm. D. Franciſcum Baronem de Caſtro Barcho. ſuum dilectiſsimum D. Fratrem abſentem, tamquam præſentem ſpecialr & expreſſe, pro uti ipſe Illms. D. Conſtituens proprio ſic etiam dicti Illmi. Conſtituentis noie vigore cujusdam ſententiæ Impeſialis ſequutæ die 17. Novbris proxime præteriti adquam ad ſibi conferri petendum, & reſpective accipiendum poſſeſsionem, corporalem, realem, & actualem, juriumque, & pertinentiarum omnium de quattuor vicariatis, nempe Mori Brentonici, Avii, & Alæ ſitis in ſermo. Comitatu Tirolenſi; & in confinibus Italiæ &c. eorundemque quattuor Vicariatuum poſſeſsionem, & thenutam intrandum, nanciſcendum, adipiſcendum, & continuandum, ac regendum, gubernandumque. *Nec non ad confirmandum quacumque privilegia, gratias, & immunitates, quæ & quas habent, & quibus in hunc usque diem gauiſi ſunt ſubditi dictorum quattuor Vicariatuum.* Item ad petendum, & præſtari faciendum a dis. ſubditis juramentum fidelitatis &c. Item ad ſubſtituendum &c. & generaliter ad omnia, & ſingula circa prædicta faciendum, quæ neceſſaria & opportuna fuerint, & prout ipſi Illmo. D. Conſtituto noie proprio, & procuratorio beneviſum fuerit, & quæque Idem Illms. D. Conſt. etiam facere poſſet, ſi perſonalr ſemper intereſſet, etiamſi quoque tale quid occurreret, quod magis ſpeciale mandatum requireret; quam pntibus ſit expreſſum &c. dans, concedens transferens Relevansque ac promittens ſæpe ds. Illums. D. Conſtituens mihi Noto. publico, tanquam publica perſona ſtipulante noie quorum intereſt &c. ſe omne id quidquid per dm. Illm. D. Conſtitutum dilectiſſimum D. fratrem ſuum, & ab eo ſubſtituendos &c. actum, & factum fuerit, perpetuo firmum, ratum, & gratum habiturum &c. ſub obligatne. ſuorum omnium bonorum pntium, & futurorum &c. inſolemni forma &c.

(L. S.)

Et ita Ego Ant. Feydan Archidis Miniſter Bueſani, ac Impli authe Notſ. pubſ. pdis. omnibus & ſingulis pns fui, rogatus ſcripſi, & publicavi. In quorum fidem &c.

Vni ac Trino honor. &c.

Nos Joannes Dominicus Comes de Wolkenſtain &c. ſ. ſermæ. Celſitudinis Camerarius, Conſiliarius, ac Profectus Atheſinus &c. Univerſis &c. fidem facimus, &c. atteſtamur, ſuprascrtm. Antonium Feydan eſſe talem, qualem ſe ſubſcripſit, ejus ſcripturis publicis hic plenam adhiberi fidem, & merito locorum ubique adhibendam eſſe. In fidem &c.

Dat. &c. Bueſani die 16. Menſis Xbris 1654.

(L. S.) Joannes Dominicus Comes de Wolkenſtain &c.

L. † S.

Ego Raphaelq. Slis. D. Joſeph Porti olim Cancellij. Caſtri Greſtæ pubs. Cæſareus Tabellio, & di. Caſtri Greſtæ ac ejus Jurisdictionis Cancells. anteſcripto inſtro. juramenti fidelitatis, & obedientiæ, omnibusq. & ſingulis in eo contentis rogs. ſemper præſens fui, eaq, ola. rogs, publice ſcribere, ſcripſi & publicaui, una cum Clemis. mandatis Cæſareis, & Archiducalibus, de quibus in ipſomet inſtrumento fit mentio, nec non pmiſſa exempla dd. Clementiſſimorum mandatorum, una cum mando. Procuræ fidelr. ab eorum authenticis originalibus (exceptis litteris Delegatis. ultmæ. Impſis. quarum non habui authenticum.) de uerbo ad uerbum extraxi, nil addito, uel diminuto, ita quod etc. cum quibus diligente peracta auſcultatione conſonare inueni, ideo hic me ſubſcripſi & authentice ſubſignaui.

Ad Maius Trinitatis Decus.

Nos Rochus Manualis J.V.D. Vicarius Gnalis. Jurisdictionis Caſtri Greſtæ etc. pro Illmis. & Rmo. D. D. fratribus de Caſtro Barcho etc. atteſtamur & notum facimus tenore pntium. ſuprascrtum. Splem. D. Raphaelem Portum eſſe talem, qualem propria manu ſe ſubſcripſit, cuius Scripturis tam publicis, quam priuatis plenam hic

Digitized by Google

hic fidem adhiberi, & merito locorum ubique adhibendam esse etc.

In quorum fidem etc. Datæ ex loco solito iuris Danoni. Die X. Februarij. 1655.

L. † S.

Rochus Manualis Vicarius.

(L. S.)

Ego Donatus Gresta pubs. Impli. Authe. Nots. & Acts. Magæ. Communitatis Alæ, supraſtum. Instrumentum Juramentum fidelr. extraxi ab authentico suo, penes dam. Communitatem in cuius Archiuio existentem rogatum per q. Spem. D. Raphaelem Portum supraſcriptum, prout stat, & iacet nil addito uel diminuto, quod sensum mutet, cum quo facta Collatione concordare inueni, ommissis tn. Clemis. Commisone. Delegne. & subdelegne. In quorum fidem me subscripsi, & solitum notariatus officij mei signum apposui.

Quibuscunque etc.

Nos Michael de Polis Vicarius Alæ, & pertinentiarum etc. fidem facimus, & atteſtamur, supraſcriptum Nob. & Sp. D. Donatum Greſtam esse talem qualem se facit, cuius Scripturis tam publicis, quam priuatis hic plena adhibetur fides, meritoque ubique locorum adhibenda est. In quorum fidem etc.

Datum Alæ prætæ. sub solito sigillo Juris Magiæ. Communitatis die 12. mnis Martii 1691.

(L. S.)

Michael de Polis Vicus. Alæ etc.

Bartholomæus de Polis Nots. Alæ Mto.

Instrumento del Possesso preso da sua Eccza. Sig. Conte Francesco di Castel Barco de 4. Vicariati.

Nel nome di Dio, & cosi sia, Correndo l'anno doppo la sua Santma. Natta. Mille seicento cinquanta cinque, Indne. octaua, Regnante l'Inuittmo. & Augustissimo Imperatore Ferdinando Terzo d'Austria, nel giorno di Sabbato li 18. del Mese di Genaro, neila Chiesa Parochiale di S. Pietro di Brento. val di Lagaro, Diocese di Verona, alla presenza delli Mt. Illmi. Sigi. Francesco Tessani, & Christoforo Lintego, delli Mto. Nobb. & Mto. Reudo. Ssli. D. Nicolo Porti, & Capitanio Domo. Duchi, Ssli. Jseppo Aula, & D. Nicolo Porti Testimoni Cognosciuti, & Specialmte. pregati.

Nel qual luogo personalmte. Constituito l'Illmo. Sig. Andrea Barone di Spaur, & Flauon, Copiere Ereditario del Contado del Tirolo, Cameriere & Colonèllo del Serenmo. Arciducha Ferdinando Carlo d'Austria, Come Comisso. Esecutore di sua Mta. Cesarea, Come di tal Commisso. Consta nelli Clemmi. Mandati, datti nella Città di Vienna, sotto li Trè del pnte Mese di Genaro, come appare dalla lettera scritta dalla medma. Mtà alla Pdta. Altezza, & della Sostitutione fatta da do. Sermo. Arciducha Ferdinando Carlo, sotto li q. del d. Mese di Genaro nella persona di Ssia. Illma.

Quali Mandati sono Stati uisti dalli Ssi. Rapresentanti de quattro Vicariati, & de medmi. dato gliene copia, aciò potesseron di ciò far partecipi tutti li habitanti nelle Terre, & Ville de sodti. 4. Vicariati, tanto della sentenza seguita nell' Aulico Conso. Cesareo sotto il giorno delli dieci sette nouembre dell' anno proso. decorso, & di quello Consignatali Copia, come anco della Clemma. Commisne. di S. Mta. Cesa.

Intendendo perciò il sodo. Se. Illmo. S. Barone di. Spaur eseguire li di. Clemmi. Commandi, non solo di S. Mtà Cesa. mà anco di sua Altza. Serenissma. Commisso, Ceso. hà fatto Conuocare il Vicariato di Brentonico à persona per persona nel fine del pnte Instrumento descritti.

Liquali auertiti di ubidire, & humilmte. eseguire li Clemmi. mandati Cesarei in prestare il giuramento di fedeltà, & ubidienza all' Illmi. figli. Baroni di Castelbarco, ciò è all Illmo. & Reumo. figo. Carlo Canonico della Chiesa Archiepiscopale di Salisburgo, & all' Illmo So. Francesco Camerière maggiore di quell' Altezza Reuma. Come Cantano detti Clemmi. mandati.

Presente il do. Illmo. Sigo. Barone di Spaur &c. hà esposto le seguenti parole con propria bocca. Et cosi credo Carissimi miei, che hauerete ben inteso tutte quelle cose, che ui sono Statte lette, & contenutte in questo Instrumento, che perciò ui Commando à nomer di sua sacra Maestà Cesarea, & di sua Altezza, Serma. miei Clemmi. Si. che debiate tutte, & Cadauna delle Cose predte. giurare con voce alta, ciò è d'essere fedeli, & ubidienti alli Pi. Si. Illmi. Barone di Castelbarco uti ueri & legitimi Si. come descendenti per linea legitima Maschulina dall' Illma & antichissima famiglia di Castell. Barco.

Perciò dirette meco unitamte. le seguenti da me proferite parole - - - Giuramo per li sacri Dei Euangelij d'essere ubidienti, & fedeli all' Illmi. Si. Fratelli Baroni di Castelbarco nostri ueri & legitimi Patroni.

Lequali parole parimte. sono Statte con voce alta & intelligibile dall' infrasti. del Vicariato di Brentonico proferite giurando nel modo soprascritto.

Perciò li predti. dal Vicariato di Brentonico iui personalmte. Constituti, quali uolendo & intendendo d'eseguire li sudti. Clemmi. Mandti. Cesarei, come sudditi fedeli, & ubidienti leuati due ditta, all' usanza allemana, hanno giurato, come si hà esposto auanti d'essere, & sarano ubidienti, & fedeli alli per Illmi e Reumo. Ssi. Baroni di Castel barco loro ueri Ssi. legitimi, & naturali descendenti per linea legitima maschulina dall' Illma. & antichisma. famiglia di Castel Barco, inuocando in testimonianza la Santisma. Trinità, alliquali Illmi. Sri. promettono fedeltà sincera, e uera, & quelli diffendere da ogni ingiuria personale, e reale, che ad essi fosse causata da qualsiuoglia persona, di qualsiuoglia qualità ò conditione, salua sempre la supremità di sua Maestà Cesarea, & promettono sotto l'istesso giuramento non ricognoscere altra Giurisne. uerso loro, ne alcun in lor Signore, che l'Illmi Si. Baroni antesi. rispetto all' utile Dominio salua la raggione del Diretto à chi, sotto pena di pergiuro, felonia, & di turbata Giurisditne. & qualsiuoglia altre pene legali come di raggione.

Reseruato sempre, che si debbino dimostrare ubi-

Digitized by Google

ubidienti non ſolo alli pi. Ssi. mà ancora à quelli li quali hauerano da eſſi authorità, ne in alcun tempo regnando li pdti. Illmi. Ssi. Baroni, & loro legitimi, & naturali deſcendenti Maſchi, alli quali deſcendenti debbino oſſeruare il do. juramento di fedeltà & ubidienza p. fi. & loro ſucceſſori habitanti nella giurise del Vicariato di Brentonico.

Pnte. l'Illmo So. Franceſco Barone di Caſtelbarco, & Se. de 4. Vicariati della valle Saga. & del Caſtello di Greſta - Cimone - & Garniga, per ſi, & come Procuratore del Illmo. Sigo. Barone Carlo ſuo Fratello, come coſta per publico Documento ſotto il giorno delli 16. Decembre proſſo. Spirato, da me uiſto & letto per ſi ſi, & loro deſcendenti legitimi, & naturali maſchi hà accettato il pto. giuramento & obligatione per ſolenne ſtipulatione. Promettendo l'iſteſſi del Vicariato di Brento. hauer & trattare con ogni benignità, & beneuolenza adminiſtrando ſinceramte. Giuſtitia ſenza alcuna eccecione di perſone, e quelli come figlioli amare - trattare, & diffendere da ogni illicita ingiuria, Sperando hauer quelli fedeli, & ubidienti in tutti l'ordini leciti, come comporta un uero & giuſto Patrone, uerſo li ſuoi fedeli ſudditi.

Et in oltre do. Illmo. Se. à nome proprio, & come Procuratore dell' Illmo. & Reumo. Sigi. Barone Carlo ſuo fratello promette mantenere, & confermare tutti li Priuilegij - eſenzioni - buone uſanze, fin' hora oſſeruate ne 4. Vicariati, & quelli Priuilegij, che bono Stati da altri Signori Poſſeſſori de quatro Vicariati, promette, & Coſi ſi obliga confirmare & ſotto: ſcriuere, come anche tutte le Confirmationi de Priuilegii ottenute da ſommi Pontefici, & ſacratiſſimi Imperatori, & Tranſattioni inſieme.

Et in ſomma promette conſeruare, & mantenere il Vicariato di Brentonico nel modo & forma, che al preſente ſi ritroua. Obligando uicendeuolmte. li loro beni in forma, & ita &c.

Ego Raphael Portus Nots. rogs. ſcripſi & legi, ac publicavi &c.

(L. S.)

Concordat cum quadam copia authentica præ uia Collatne &c. in quorum &c.

(L. S.)

Thomas Baliſta Nots, Quibusc. &c.

Ego Antonius Rigotti Vicarius Brenti. fidem facio ſupraſtm. Do. Thomam Baliſtam eſſe talem, qualem ſe ſubſcripſit, in quorum præſentes fieri iuſſi, & ſigillo Vniuerſitatis meæ muniri mandaui &c.

(L. S.)

Datæ Brenti. 11. Martii 1691.

Sanctus de Cyprianis Notts. mand.

CAPUT III.

De Marchionibus Pallavicinis.

I.

Caroli IV. Roman. Imperatoris literæ, quibus Ubertum, Marchionem de Pallavicinis, de Marchionatu Pallavicinorum ac Caſtro Raverani eorundemque pertinentiis inveſtivit, d. d. 2. Non. Jun. An. 1360.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis feliciter amen. Karolus quartus, divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam Imperatorie majeſtatis generoſa ſublimitas licet cunctorum generaliter ſaluti dignetur & tranquillitati proſpicere, eo quod ſolii Imperialis decorem equitas cuſtodira magnificat & virtutem extollunt opera in ſubjectis, illorum tamen votis digne & libenter annuere ſolet uberius, quod in ſacri Imperii fide pariter & devotione jugiter perſiſtentes propenſioribus virtutum ſtudiis ac indefeſſis laboribus in ejus obſequiis pre ceteris deſudarunt. Porrecta ſiquidem noſtro culmini pro parte nobilis Uberti marchionis *Palavicini* fidelis noſtri dilecti ſupplex petitio continebat ut, cum progenitores & predeceſſores ſui quondam marchiones *Pallavicini* ſuis temporibus ac ipſe poſt illos propter partium illarum guerras & mutationes aſſiduas nonnulla privilegia, que a divis noſtris predeceſſoribus regibus & Imperatoribus Romanis ſuper infra ſcriptis marchionatu, bonis & poſſeſſionibus habuerunt, imo plura & multa de bonis ipſis ſucceſſive per adverſos ſucceſſus amiſerint, ſaltem illæ, que ipſe adhuc rite & ſine injuria ſeu condictione cujuscunque poſſidet, ſibi & ſuis hæredibus confirmare cum eorum juribus honoribus honorantiis utilitatibus & jurisdictionibus auctoritate Ceſarea dignaremur, nos igitur predicti Uberti precibus utpote juſtis & rationabilibus favorabiliter inclinati prefatum marchionatum de *Palavicinis* cum caſtro Raverani & ejus curia ac domo cum hominibus ibidem habitantibus, villam de Raverano & territorium dicte ville cum hominibus habitantibus in eadem, domum *Salvaticorum* & ejus territorium cum habitantibus in eadem, Caxulam & territorium Caxule cum hominibus habitantibus in eadem, caſtrum & territorium Caſſii oum hominibus habitantibus in eodem item Caſtrum Soligham, & pertinentias ejus terram & territorium de Soligniaco cum hominibus habitan-

tibus

tibus in eadem, terram de Ugiaticha & terrenum Ugiatiche cum hominibus habitantibus in eadem, terram de *Foxio* & terrenum de *Foxio* cum hominibus habitantibus in eodem. Item castrum *Bosseti*, & terram & curias ipsius castri ac villas eorum subscriptas videlicet terram Bosseti & territorium ejusdem cum hominibus habitantibus in eadem, terram de *Rouchoris* & territorium ejus cum hominibus habitantibus in eadem, terram *Soartie* & territorium ejus cum hominibus habitantibus in eadem nec non terram Frascaroli & territorium ejus cum hominibus habitantibus in eadem cum universis & singulis dictorum marchionatuum, castrorum terrarum, curiarum domorum, villarum, bonorum, possessionum & territoriorum sive terrenorum juribus, limitibus, fructibus, utilitatibus pertinentiis, honoribus obventionibus, honoranciis, debitis & consvetis, ac nominatim & expresse cum mero & mixto imperio & jurisdictione ac exercitiis eorundem in omnibus antedictis locis, & quolibet eorundem, prout idem Ubertus ea & eorum quodlibet juste possidet, eidem Uberto & suis heredibus per lineam masculini sexus ab eo legitime descendentibus imo ipsum & eosdem heredes ad eundem marchionatum & alia jam expressa, sicut digne possumus auctoritate Imperiali tenore presentium confirmamus, ipsosque de prædictis & eorum quolibet investimus de plenitudine imperatorie potestatis. Eadem auctoritate de certa scientia hoc presenti edicto cesareo decernentes, ut memoratus Ubertus & ejus heredes jam dicti marchiones Palavicini eisdem marchionatu castris terris curiis domibus villis bonis possessionibus territoriis ac terrenis, eorumque juribus jurisdictionibus fructibus utilitatibus pertinentiis, nec non libertatibus indultis & gratiis universis, quibus per suos progenitores Palavicinos hactenus rite & rationabiliter sunt possesse, sive possessa ac sicuti in presentiarum per eundem Ubertum legitime possidentem, deinceps possideant & eorum possessione pacifica jugiter gaudeant & fruantur. Nulli igitur hominum liceat hanc nostre Majestatis paginam infringere, aut ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis autem contrarium facere presumpserit indignationem nostram & penam quinquaginta marcarum auri puri toties quoties contrafactum fuerit eo ipso se noverit irremissibiliter incursurum, quorum medietatem Imperialis nostri erarii reliqua vero lesorum usibus facimus applicandam. Testes hujus rei sunt Illustris Rudolphus, Dux Saxonie Sacri Romani Imperii archi-mareschallus, venerabilis Johannes Luchomiensis sacre imperialis aule cancellarius, Theodericus Mindensis & Maurus Corbanienſis ecclesiarum episcopi, Illustres Bolcko Swidnicensis, Bolko Opau. Lignicensis duces, Spectabiles Burkardus & Johannes de Retz, Comites, nobiles Leupoldus de Nortemberg Imperialis curie Coquine magister, Otto de Ochsenstein, Krafto de Hohenloch, Wilhelmus de Rechperg Jesko de Wartenberg, dominus de Wessel purcgravius Pragensis, Heinricus de nova domo. Swincko de Hasimburg & Busko de Wilhartic, nec non alii quam plures nostri & Imperii sacri principes comites nobiles & fideles. Dat. Prage anno LX. Indict. XIII. II. non. jun. Regnorum nostrorum 14. Imperii sexto.

CAPUT IV.

De Dominis de Romano.

I.

Ecelini de Romano literæ invitatoriæ ad Fridericum II. Rom. Imperatorem & Siciliæ Regem, ut hostium Imperii in Italia reliquias conterat pacatamque reddat Italiam, de An. 1238.

INvictissimo, & triumphatori Domino Frederco Dei gratia, Romanorum Imperatori, & semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Regi, suo Domino speciali; Ecelinus de Romino, ejus humilis serviens, & fidelis & subjectus, devotionis promtitudinem cum debito lesiderio serviendi. Divina pietatis clementa humano quidem generi providit utiliter, & eidem misericorditer dispensavit; dum quodammodo necessarium esse prescivit, quod orbis terrarum, diversorum, & innumerabilium morum gentibus habitatus; Romano tamen Imperio, utpote naturali, & unico principio pareat, & inclinet. Et ego cum bonæ memoriæ Pater meus Ecelinus, dictus vere de Romano, & ipse subditus, & obediens extitisset Imperio, & Coronæ. Spem vitæ meæ toraliter sub dominationis vestræ Clypeo posui, & tutela; pugno quoque, & pugnabo dum vixero, quod honor & culmen Imperii de

bono ſemper in melius augmentetur & creſcat. Hoc eſt enim, ut video ſingulare iſtud juſtæ gubernationis remigium, per quod naves hujus ſeculi tranſiens fluctus Maris, ad portum ſalutis adducitur, hoc eſt illud inclitæ ſapientiæ frænum, cujus loris mundus, quaſi currens ſonipes moderatur: ut per Imperium caſtigentur enormitates, injurii retundantur, tumidi refrænentur, juſtitia conſervetur in terris. Ecce nunc, per Dei gratiam fere tota Italia cum cæteris mundi provinciis ſatis eſt ſubdita magni veſtri nominis claritati: ſola tamen quorumdam proditorum ſuperbia contumax & effrænis, in terris Marchionis Eſtenſis, nititur contra ſtimulum calcitrare, & ſibi jam præſumit attrahere quosdam ſibi complices, per quædam latibula Lombardiæ. Sed feriendus eſt ſerpens in capite ut corpus facilius devincatur. Quare Majeſtatis Imperatoriæ moneatur, & exurgat potentia, & diſſipentur veſtræ celſitudinis inimici: & venire dignemini quam citius eſſe poteſt, in partes Marchiæ Tarviſinæ. Scio namque pro certo, quod protinus cum illic Altitudinis veſtræ magnalia comparebunt, quicumque nunc velle videntur reſiſtere, venient ad ſcabellum veſtrorum pedum capitibus inclinatis. Et ſic in illis partibus, absque ullo diſcrimine, vel labore omnia plana erunt, & ſic ibidem habebitis pacatum Imperium, & tranquillum. Aut excelſa manus veſtræ Magnificentiæ rebelles conteret, falſos exterminabit, & infideles proditores Sacri Imperii feliciter ebdomabit.

II.

Literæ Friderici II. Roman. Imperatoris, quibus ad antea inſertas Ecelini de Romano invitatorias reſpondet, d. d. 12. Kal. Januar. Anno 1238.

FRidericus Dei gratia Imperator Romanorum Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex; Dilecto fideli ſuo Ecelino de Romano, gratiam ſuam & bonam voluntatem. Si diligenti cura conſpicimus devotionis tuæ operam, & effectum; appellari debes merito illius fidelitatis legitimus ſucceſſor, & hæres, quam olim, dignæ recordationis & memoriæ, pater tuus in tempore ſuo geſſit Imperio, & Coronæ. Quare fidelitatem tuam dignis laudibus commendamus, & curabimus dante Deo, de munere noſtræ gratiæ tuis obſequiis reſpondere. Inſpicientes vero tuarum litterarum tenorem, non poſſumus non mirari: quoniam recordamur, quod Azo Eſtenſis Marchio, de noſtris fidelibus unus, pater Marchionis præſentis, fideliter nobis aſtitit quondam tam in belli tempore, quam in pacis, nec unquam defuit noſtræ Imperatoriæ Majeſtati. Si enim licet aliquando in primis annis in Apulia rebelles domuimus; Si tempore procedente in partibus Allemanniæ paſſi ſumus plura diſcrimina; Si civitatum lites, & ſcismata ſedavimus in partibus Lombardiæ; nemo fuit noſtrorum Principum, vel Baronum, qui plus lateri noſtro aſſiſteret, quam idem Marchio, quem noſtrum quaſi Patronum habuimus ab ipſis cunabulis & præcipuum defenſorem. Eſt itaque ſatis abſonum, ſi filius tam enormiter a paternis actibus deviat, & bene geſta parentis reprobabiliter dehoneſtat. De cæteris quoque Marchiæ Taruiſinæ Nobilibus, per nos nulla acerbitate gravatis, etiam admiramur, ſi declinant ab Imperiali ſervitio, velut in tuis literis intuemur. Sed ad partes illas expedit nos venire: unde noſcas indubitanter, nos transacto proximo Feſto Epiphaniæ, aſſumturos, favente Domino, viam noſtram: ita quod uſque ad diem Converſionis Beati Pauli, vel circa, ſperabimus, te, & alios noſtros fideles de Marchia viſitare, & ſuper factis ipſius Marchiæ cum tuo & aliorum noſtrorum fidelium conſilio, quod utilius fuerit, faciemus. Data Cremonæ XII. Kal. Jan. Anno Domini MDCCXXXVIII.

(o)

Adden-

Digitized by Google

Addenda

Poſt Num. XXVI. pag. 154.

Pro Divo Carolo, ejus nominis quinto, Romanorum Imperatore invictiſſimo, pio, felice, ſemper Auguſto, Patre patriæ, in ſatisfactionem quidem ſine talione eorum, quæ in illum ſcripta, ac pleraque etiam in vulgum edita fuere, liber apologeticus, ex Hiſpaniis allatus, & primum Antvverpiæ Anno 1527. apud Godfridum Dumæum editus: Anno 1587. vero recuſus, cujus contenta, poſt prologum, qui præter alia cauſas expilationis Vaticani recenſet, ſunt ſequentia:

(1.) Clementis P. P. VII. Literæ, ſeu (ut ipſi vocant) Breve, in quo, quas potuit criminationes, etiam falſiſſimus adverſus Carolum Cæſarem congeſſit.

(2.) Inſtrumentum præſentationis Reſponſionis Caroli Cæſaris ad ejuſmodi Criminationes, cum appellatione & generalis concilii indictionis poſtulatione.

(3.) Secundæ Pontificis Literæ, quas pœnitentia ductus, quod falſe Cæſarem accuſaſſet, ad nuntium ſuum miſit, vetans, ne priores Cæſari traderentur.

(4.) Reſponſio Caroli Cæſaris ad ipſas ſecundas Romani Pontificis Literas.

(5.) Epiſtola Caroli Cæſaris ad Senatum, ſive Collegium Cardinalium, in qua petit, ut negante Pontifice ſeu differente generalis concilii indictionem, ipſi indicant.

(6.) Inſtrumentum præſentationis Literarum Cæſaris ad Pontificem & Cardinalium Collegium ipſis in Urbe factæ.

CUm nuper Romana Curia ejusque ſummus Monarcha Clemens ſeptimus Pont. Max. nonnulla emiſerit monitoria, Bullasque (ut vocant) ipſo Oceano tumidiores perhorrendi anathematis, & æternæ maledictionis (quibus fulminibus univerſum orbem territare ſolent) adverſus Reverendiſſimum in Chriſto patrem dominum Pompejum Columnæ, Baſilicæ duodecim Appſtolorum S. Ro. eccleſiæ presbyterum, Cardinalem & Vicecancellarium, atque illuſtriſſimos Veſpaſianum, & Aſcanium Columnæ, Trajecti, & Albi duces, aliosque dominos Columnenſes: atque in his nuper illuſtrem Carolum de la Noy Sulmone principem, Viceregem Neapolitanum expreſſe nominaverit, eaque non tam adverſus Columnenſes, quam in Chriſtianiſſimum Romanorum Imperatorem Carolum hujus nominis quintum, ejuſque ſubditos, ut nullo non loco ſe male meritum de Cæſare & Columnenſibus oſtendat, emiſſa videantur: tam etſi videam ea a multis contemni, a plurimis merito (ut plane iniqua) irrideri, adductis cauſis alias forſan commodius promulgandis: Quo tamen nonnullis pie (pene impie dixeram) ſuperſtitioſis ſatisfaciamus, qui hujusmodi fulminibus ſeſe pice nigriores jam redditos putant, ni his monitoriis plane etiam iniquis obtemperent, ac timeant ubi nullus eſt timor; hæc omnia tum quia iniqua, tum quia ante eorum editionem Cæſaris nomine tam pro ſe quam pro regnis, dominiis, ſubditis, atque agentibus ſuis a Romano pontifice ad futurum generale concilium legitime appellatum, ipſaque generalis Chriſtianorum conventus congregatio per actum publicum poſtulata fuerat, nullius eſſe roboris, vel monenti omnes edocere, ab hocque ſcrupulo quoſvis ſuperſtitioſos liberare cogimur. Habes igitur optime lector, Clementis literas, vel ſi mavis (ut ipſi ajunt) Apoſtolicum Breue, contumelioſe in Cæſarem ſcriptum, in quo excogitatas omnes criminationes adverſus Cæſarem ejusque in Italia agentes congeſſit: quæ an veræ, an falſæ ſint, Apologetica Cæſaris epiſtola nulla non verius paraphraſi explanabit. Quam non Ciceronianam eloquentiam, ſed meram veritatem præ ſe ferentem magna (crede mihi) cum voluptate, atque etiam utilitate leges: ita ut nunc admiratione, nunc indignatione, nunc riſu, nunc planctu ſæpius lectionem ſis interrupturus. Ubi vero ad convocationem Concilii perveneris, agendi Cæſari gratias nullum nec modum, nec finem facere poſſe tibi videaris. Quid enim ſanctius a clementiſſ. principe fieri unquam potuiſſet, quam Reip. miſeriis enarratis, id a Pontifice petere, quo uno commemoratis malis antidotum adhiberi queat? Quid ſapientius, quam una appellatione tot Clementis monitoria, privationes, maledictiones, & anathematizationes eludere? Jam enim non modo Cæſaris prudentia ab his fulminibus erepti ſumus, verum ejus clementia, & benignitate a Deo Opt. Max. præciptiam aliquam commoditatem rebus mortalium ſemper in deterius prolabentibus, ſperamus. Supereſt ut quæ in Clementino bello acta ſunt paucis ex me accipias, ut confidentius obtrectatorum linguas compeſcere, ſuperſtitioſorumque impiam pietatem retundere valeas, ac Cæſaris innocentiam & veram pietatem apud omnes teſtificeris. Indicto a Clemente bello, Ugo a Moncada, qui illi quas optabat fœderis conditiones attulerat, quique a Cæſare in mandatis habebat,

Digitized by Google

ut si (quod nefas esse credebatur) eas acceptare nollet, hostilibusque armis Insubriam invadere tentaret, nec tentatis omnibus eum aliter a consilio turbandæ armis Italiæ avertere posset, alia aggrederetur via, qua Clementis arma ab Insubria infestanda facilius divertere liceret: dum videt Clementem olim patrem, nunc apertum Cæsaris hostem declaratum, non modo Insubriam, sed Januenses, ac Senenses armis adoriri, dum videt Clementinum fœdus cum rege Gallo, admodum probatæ fidei homine, ac Venetis percussum, in eoque non solum de profligando ab Insubria Cæsare, sed de Neapolitano regno contra jus, fasque occupando, atque inter fœderatos dividendo impudenter agi, eaque Clemente septimo autore: collectis clam copiis una cum Columnensibus Cæsaris subditis atque stipendiariis, Romam eo animo insperatus intrat, ne & ab imparatis injuriam accipere posset, & renitentibus damnum inferre cogeretur, sed absque magno tumultu, quod blandiciis impetrare non poterat, vi (si fas esset) obtineret, hoc est, ne Clemens his pectuniis in maximum Christiani nominis & Apostolicæ sedis dedecus adversus Cæsarem uteretur, quæ sui prædecessores publico Christianorum consensu, Imperatorumque privilegiis pro subventione pauperum ac communi Reipub. salute obtinuerunt: impium (opinor) ratus, si piorum facultates, atque (ut ita loquar) eleemosynæ in suam ipsorum perniciem absumi paterentur. Verum malo quodam fato dum Clementis milites Ugoni & Columnensibus resistere studeut, ad arma devenum est, superatique hostes, dum in sacro Vaticano Palatio sese recipere, & saluti quisquis suæ consulere contendit, victores victis admixti, Ducibus nequicquam prohibentibus, Vaticanum adoriuntur, & quæ á Clemente in Adriani mole recluso ibi relicta fuerant, diripiunt. Ea enim est militum insolentia, ut parta victoria quæ natura insolens ac superba est, difficile a suis Ducibus cohiberi valeant. Sedato tandem tumultu, Clemens oblatis obsidibus Hugonem ad se venire jubet: ille (ut Principis sui animum pacis studiosissimum ostenderet) obtemperat: componuntur inter Clementem Pont. & Ugonem Caroli Cæsaris nomine hac lege per quatuor menses induciæ, ut imprimis Pontifex Columnensibus, Cæsarisque militibus hujusmodi aggressionis, & quamcunque aliam injuriam condonaret, Copias Insubriam infestantes, maritimamque classem Januam obsidione prementem revocaret, interea que de universali Christianorum pace ageretur: quibus firmatis, ac fide & jurejurando hinc inde stabilitis, dimisso exercitu Ugo & Columnenses Neapolim se recipiunt. Pontifex vero copiis, quas in Insubria habebat, ad se vocatis, simulans sese pacta servare velle, justoque comparato exercitu, induciis violatis, Columnensium terras adoritur nonnulla castra occupat, hisque ferro & igne devastatis, ac aliis nefandis sceleribus perpetratis, ut nullum nocendi genus intentatum relinqueret, ipsum Reverendissimum Cardinalem Columnæ sua dignitate privat: & ne esset qui Columnensibus suppetias ferre auderet, eos hæreticos & schismaticos pronuntiat, monitoriumque perhorrendi anathematis, & æternæ maledictionis in eorum fautores emittit: quasi Clementis Papæ sit, tot tonitruis & fulminibus perdere velle quos sola clementia servare poterat. Interea Vicerex Neapolitanus cum classe Cæsarea insperatus Cajetam applicat, Columnenses arma parantes offendit, atque ubi rei gestæ seriem audiuit, noluit Illustri & præclare Columnensium familiæ, immo ipsi Cæsari, cujus negotium agebatur, deesse: deductisque e navibus copiis, una cum ipsis Columnensibus, egregiaque Principum, ac nobilium Neapolitanorum manu Clementis conatus infringere parat. Cujus inopinato adventu stupefactus Clemens, novo monitorio eum perterrefacere credens, contumeliosam (ut ipsi aptissime vocant) Bullam aperte in ipsum Viceregem, tacite vero in Carolum Cæsarem cujus vices gerit, typis excusam emittit, quasi cum beluis semper illi negotium esset, universusque jam orbis a sommo expergefactus, quid his fulminibus præter æquitatem jactatis, præsertim ubi de profana ditione agitur, tribuendum sit, nesciat. Quare universos Principes Christianos per communem Christi gloriam, perque nomen Christianum, quo toties gloriamur, per magnificos titulos, si quæ vera pietas est, si malint perfectiores reddere titulos, si Sanctissimi, si Beatissimi, si Christianissimi, si Catholici, si Ecclesiæ, hoc est totius Christiani populi defensores, si fidei protectores vere dici volunt, quando hæc in rem sunt Christianam, ad idque a Cæsare iter apertum est, precamur, ut quod eorum est muneris ac officii, quam accuratissime præstent, & unico orbis consensu antiquatis omnibus controversiis, universalem conventum parent Christianorum. Quod nullo fiet negocio, si Christianam adhibuerint diligentiam, si id in pectore eorum sinceriſſimo insederit: huic conventui præerit Christus Opt. Max. dicentur liberrimæ sententiæ, collatis omnium judiciis ad unum lumen evangelicum, fiet tandem ut oculatius rem Christi prospiciamus, qui hactenus ad eandem fœdissime connivebamus. Nemini poterit esse fraudi senatus, cui Christus ipse præerit: at quis dubitat affuturum Christum si viderit huc omnes confluere optimo incremento Reipub. Christianæ. Verum nostræ præfatiunculæ finem facianus:

tuque

Digitized by Google

tuque optime lector, quid legas attende, Deumque Opt. Max. nobiscum ora, ut excussis orbis tenebris sedatisque tumultibus, Christi regnum ubique floreat. Vale.

CLEMENTIS SEPTIMI litera, seu, ut ipsi vocant, breve, in quo omnes, etiam falsissimas quas potuit criminationes adversus Carolum Cæsarem hujus nominis quintum congessit.

CLEMENS PAPA VII.

CHarissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Non opus esse arbitramur, apud Serenitatem tuam multis verbis uti ad demonstrandum, quo jam per tres annos studio, quibus nos curis, & actionibus, a nostri videlicet Pontificatus initio, tum pacem communem totius Christiani nominis, tum privatim tuam amicitiam, & conjunctionem nobiscum procuraverimus, atque appetierimus: Sunt enim omnia acta, cogitataque nostra tibi propemodum æque nota, ac nobis. Sumus nos quidem conscii, nihil prætermisisse, quod vel ad boni pastoris officium erga universum gregem, vel ad fidelis amici animum, in tuam Serenitatem speciatim pertineret. Quorum tamen bonorum operum, atque amoris erga te nostri cum simus exitum consecuti, ut repulsi jam totiens a benevolentia, & conjunctione tua, cum nullam æquitatem conditionum nullum indicium veri amoris apud te inveniremus: sive eorum artibus & dolis, qui nos cum Serenitate tua nunquam coniunctos esse voluerunt, sive tua mente oppressionem Italiæ, & imminutionem nostræ dignitatis meditante, ad ea consilia, a quibus & natura, & voluntate semper abhorruimus, necessario simus compulsi: serius quidem multo, quam aut plurimarum rerum indignitas, aut honoris nostri, & publici Italiæ boni ratio postulabat. Sed cum ad extremum ventum esset, cum patientiæ nostræ diuturnæ atque magnæ jam nomen, atque opinio ad negligentiam rerum publicarum converteretur, coacti sumus tandem ea capere arma, quæ & justiciæ, & Italiæ libertati, & nobis ipsis possent esse præsidio. Non offendendi cujusquam causa, sed tuendi, & conservandi honoris, atque officii nostri. Et enim ut commemorentus breviter causas, quibus adacti sumus ita facere, meminisse potest Serenitas tua, nos cum in Cardinalatu essemus, tibi summe addictos, atque conjunctos, & vivo fe. re. Leone X. fratre nostro patruele, & deinde etiam mortuo, quo rerum tuarum is exitus esset, & ea gloria, quam tumet optabas, non laboribus, non periculis nostræ personæ propriæ, non impensis peperciisse. Cunque deinde divina providentia ad Pontificatus honorem vocati fuissemus, tuique tunc hostes in Italia magnas copias haberent, etsi pro pastoralis officii debito, ab illis armis abstinendum nobis erat, tamen ne rationes tuas impeditas relinqueremus, non solum Florentinorum auxilia, sed sanctæ etiam Romanæ ecclesiæ copias in tuis subsidiis & castris versari permisimus: nec vero pecunias suppeditare cessavimus, nec antequam depulsum illud periculum fuit, destitimus Ducibus tuis favere & juvare. Postea vero cum hic Pontificatus honor communis, in nobis patris personam exposceret, decrevissemusque abesse ab armis, & bellis, exercitusque & milites nostros, tuis jam bene constitutis rebus, & non modo non inferioribus, sed superioribus etiam, quam hostium tuorum, revocavissemus: tamen armis a nobis depositis, neque ita fideli consilio Ducibus tuis in Galliam transeuntibus, neque inde pedem referentibus, pecuniarum auxilio pro rerum nostrarum tenuitate adfuimus. Successit ex illo intempestivo in Galliam transalpinam tuorum transitu, celerior & gravior in Italiam Gallorum irruptio, Rege maximi nominis exercitum ducente, ac urbis opulentissimæ Mediolani ab illis receptio. Quo tempore quum Duces tui de defensione illarum regionum spem totam posuissent, ac de earum insuper, quæ tuæ erant propriæ, periculo commoverentur, nos vero in magno etiam nostrarum rerum metu essemus, eis conventionibus occurrere coacti fuimus imminenti periculo, quas tu optime nosti. Ex quibus vidisti tu profecto, & cognovisti, quæ nobis esset cura, quæ cautio rerum tuarum cum nihilominus tibi rebusque tuis, quam & nobis & nostris caveremus. Hæc tu si nosti, quæ ad te certe pervenerunt, nihil opus est illius temporis actiones nostras apud te, singulareque quoddam studium nostrum status honorisque tui ostendere: facile enim hoc tibi res ipsa declarabit. Sin autem vel non cognovisti, vel oblitus es, erit tempus commodius, quo ista exponamus, qui & Gallorum transitum in tui regni fines multis rebus remorati fuimus & cum, si societatem eorum voluissemus sequi, maxima nobis præmia non solum proponerentur, sed etiam essent parata, ab instituto nostro non discessimus, plusque apud nos amicitiæ tuæ memoria, quam præmium ullum valuit. Secuta est victoria tuorum adversus Gallos, qua adepta, cum omnis nobis sublata contentio videretur, cumque jam fine cupiditatis, & partium suspitione tibi videremur etiam fœderis vinculo hærere posse, magnumque in eo beneficium Italiæ, & Christianitatis totius positum arbitraremur, non fœdus solum facimus, sed quo tui Duces egentes pecuniæ, alere & sustinere exercitum possent, eumque ab nostris finibus abducerent, centum illis dedimus Ducatorum millia, conditione apposita, ut si de fœdere aliqua dubitatio tibi oriretur, illæ nobis pecuniæ restituerentur. Eo fœdere abs te non plane accepto nec probato, cum propter æmulationes quorundam ex Ducibus tuis, & ingrata cæteris consilia bonæ memoriæ Pischariæ Marchio nonnulla jactare, tractareque cepisset, quæ in detrimentum tui status intendi videbantur, nosque illa etiam consilia audivissemus, neque fœdere abs te rejecto, essemus penitus aspernati, querentes videlicet si tu nobis deesses, sicuti jam deeras, ubi possemus niti, atque considere; tamen neque a verbis ad facta aditum ullum cenvavimus, & vincente tuam in nos duriciam amore erga te nostro, recordamur te admoneri mandasse, ut Duces tuos in Italia, quorum in manu res tuæ essent, curares de te esse contentos. Quo certe officio tibi probare debuimus, esse nobis vehemen-

Digitized by Google

hementer curæ quietem & stabilitatem rerum tuarum. Deinde vero maximo cum gemitu, & dolore nostro atque Italiæ totius, cum iidem Duces tui statum Mediolani occupavissent, atque arcem, in qua Franciscus Maria residebat, circumvallare instituissent, tum postulante a nobis curam & severitatem adversus indignitatem tantam Italiæ periculo, omnibus notis, atque ignotis flagitantibus, paratis qui arma & auxilia conferrent, cunctis prope Christianitatis Regibus nos animantibus, quum non videremur posse resistere monitis, querelis, precibusque illorum, cum nos officii nostri debitum, Italiæ calamitas, & periculum commune commoveret, tamen adveniente per eos dies dilecto filio Commendatore Herrera a te ad nos tractandi causa (ut ipse ferebat) misso, relapsi in pristinam spem & cupiditatem benevolentiæ tuæ nobis quoquo modo conciliandæ, dimissis consiliis, conspirationibus, oblationibusque cunctorum, gravi omnium indignatione, & querela, qui se a nobis desertos conquerebantur, ad te denuo confugiendum putavimus: quærentesque tibi comparare gloriam pacandæ Christianitatis, & moderationis tuæ omnibus declarandæ, meminimus ea conventionum capitula, quæ dictus Herrera attulerat, paucis in locis leviter immutata remisisse ad te comprobanda, scripsisseque manu nostra literas, quibus te per Dei misericordiam obsecrantes, ut depellere velles hanc suspicionem, quæ de tua nimia cupiditate omnibus adhærebat, & perpetuitatem, ac fructum amicitiæ nostræ tibi pollicebamur, & consilium fidele dabamus, & quæ petenda erant, omni cum humanitate & benevolentia abs te petebamus. Securitatem videlicet Italiæ, Duci Mediolani, si quo pacto errasset, clementiam: nobis ipsis, amorem. Quæ tot nostra opera atque officia erga Serenitatem tuam, nec non alia quam plurima, quæ tibi quotidie a nobis postulanti prompte semper concedebamus, ex quibus tibi commodum atque honor quotidie accrescebat, quemadmodum a te accepta & recompensata sint, in promptu est cognoscere. Primum omnium tuorum in Italia agentium iniquitati, & contumeliis ita fuimus expositi, ut cum non omnia statim ex illorum præscripto & cupiditate egissemus, de nostra fide & voluntate obloquerentur, nosque apud te suspicionibus sinistris onerare non desinerent: nec reputantes quid officium nostrum, honorque deposceret, vellent nos secum in omne consilium, quod illis placeret, ruere præcipites, atque ubi primum moderatius, & circumspectius nos contineremus, omnium præteritorum officiorum periret gratia: quibus tu profecto fidei multo plus quam conveniebat, habebas. Deinde in Senensi civitate omnes nobis amicos & benevolos tanta tuorum acerbitas & iniquitas infectata est, ut exterminata pene omni nobilitate, cædibusque multis factis, nihil fieret apertius, quam eas contumelias & opprobria nobis ipsis impingi, cum nos patientia, & dissimulatione, atque ut omnes modestiæ partes erga te servaremus, nullum aliunde remedium tot innocentium calamitatibus, niti a teipso quæsissemus, quod tantum abfuit ut præstaretur, ut quotidie peius atque acerbius illi in clades benevolorum nostrorum, & nostrum dedecus grassarentur. Fœderis autem ipsius tua rejectio, quod nos cum tuis oratoribus & facultatem habentibus ictum, & a dilecto filio nobili viro Carolo de la Noy Vicerege Neapolitano comprobatum, & ratificatum pro firmissimo habebamus, cum ejus non tam ratificatio abs te quam executio sola expectaretur, quid tandem tibi erga nos animi esse ostendit? cum si quid in illo pro te esset, id libenter assisseres, in quo vero aut dignitati nostræ, aut commodo inserviretur, infectum irritumque dimitteres, sicut in iis quæ separatim stipulata fuerant, spolii videlicet terrarum, & locorum sedis Apostolicæ, & aliorum quorundam repudiatio tua declaravit. Quo etiam eventu, non solum pecunias nostras ex pacto convento non recuperavimus, verum etiam contra promissum, & fidem datam, exercitus tui bona pars in sanctæ Romæ ecclesiæ locis, & terris prope assidue versata est, tantis & tam gravibus injuriis, & detrimentis subditorum nostrorum, ut crudelitatis, & avaritiæ, & innumerabilium scelerum, ac inauditæ immanitatis horibilis sit, & auribus humanis intoleranda commemoratio. Accessit in eis conditionibus, quæ inter Serenitatem tuam, & charissimum in Christo filium nostrum Franciscum Regem Christianissimum apud te existentem tractabantur, ut de illis nostri Legati & Nuncii aut penitus celarentur, aut vix atque ægre, quum ipsi studiose inquirerent, de levissimis docerentur: & neque ea, quæ auditu, aut conjectura assequebantur, ad nos scribere permitterentur. Quo quidem tempore maximum dabatur signum tuæ & a nobis alienæ, & fidei nostræ derogantis voluntatis. Mittimus innumerabilia alia in quibus nulla unquam habita est ratio nec honoris nec voluntatis nostræ. Ad illas ipsas literas, quas ad te tam humane, & tam liberaliter scripsimus, ita responsum a te est ut ubi clementiam Duci Mediolani petebamus, tu rigorem justiciæ offerres, ita tamen, ut nequaquam ex ordine justiciæ, judicium, atque sententiam pœna antecederet: ubi eorum quæ tunc adversus rationes tuas a tuis Ducibus iactata, & ad nos delata etiam fuerant, culpam in quibusdam esse dicebamus: tu quo nos quodammodo criminarere, illos immunes criminis faterere: Quæ tibi benigne, & large pollicebamur, ea tu tanquam tibi debita & obligata flagitares. In quo vero perspicuum indicium constitit nos abs te illudi, & pro nihilo haberi. Ipsa capitula Herreræ remissa ad te, ut comprobarentur, cum illi facultas primo concessa uberior esset, quod jam confectam concordiam cum Christianissimam Rege habebas, tu restrictiora multo, quam prius, & jejuniora transmisisti, apertissime indicans nos postremos esse, & contemni abs te, ubi tibi cum aliis amicitia convenisset. Quibus tot animi tui erga nos non bene dispositi significationibus animadversis, cum, sive ea tua propria esset voluntas, tuæ in nos voluntati vehementer diffidere cepissemus, sive quorundam ex tuis, quod magis credimus, perversitas, & maligna svasio tantum ramen illos apud te posse vehementer periculosum intelligeremus nobis, totique Italiæ, perstitimus tamen in studio, & amore pacis, & perstitissemus perpetuo, solitaque nostra

Digitized by Google

ſtra arma patientiæ induentes, permiſiſſemus Deo omnes actiones, cogitationesque noſtras, ſi non tuorum pertinacia in obſidenda arce Mediolani, illiusque ultimum prope diſcrimen nos ad ſuſtentandam libertatem Italiæ, diſcernendumque facta a verbis prope ſupremo tempore excitaviſſet. Præſertim cum quo minus de tua voluntate dubitare poſſemus, tua in Hiſpania ad deprimendam autoritatem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Summi Pontificis dignitatem infringendam, propoſita pragmatica edicta Eccleſiaſticæ facultati, & libertati derogantia, quibus in regno Neapolitano Eccleſiæ Romanæ Feudo ſimilia alia conſequuta ſunt; ſupradicti quoque Viceregis Neapolitani, qui ad nos ut veniret, electus fuerat, apud Chriſtianiſſimum Regem remanſio, & cum eo novarum tecum conventionum occulta, & a noſtris ibidem agentibus abſcondita tractatio, fixum in te illud conſilium noſtræ auctoritatis deprimendæ, & amicitiæ omnino repudiandæ, perſeverantemque in ea opinione ſententiam indicaret. Quod confirmavit nobis etiam magis dilecti filii Hugonis de Moncada ad nos firmandæ amicitiæ cauſa cum amplis mandatis (ut ferebatur) miſſi in Regno Franciæ mora, tanquam eventum ſpeculantis, ut ſi illæ res tibi ex ſententia confectæ eſſent, nos tum penitus poſthaberemur, ac deinde eodem animo cum Duce Mediolani potius paciſci contendentis, cum quidem interea tui in Italia agentes, ut omnia & extra, & intra appareret contra nos quoque & Sanctæ Romanæ eccleſiæ ſtatum iniri conſilia, Parmam urbem noſtram proditione occulta eripere nobis tentaviſſent. Quibus tot & tantis injuriis, & cauſis, inviti quidem & gementes de te deſperare, & diffidere ſumus coacti, noſtramque amicitiam & benevolentiam, quam tu totiens repudiaſti, multis & magnis regibus adjungere, quorum optimum in Chriſtianam rem, & Sedem Apoſtolicam animum, ſi aſpernati eſſemus, non jam paſtoris, & communis patris laudem, ſed ſuperbi & inſolentis nomen acquiſiſſemus. Quod cum eſſet a nobis jam factum, & fides invicem data, fœdereque conſtricti cum eis Regibus eſſemus, acceſſit tum demum itineribus lente & tarde confectis dictus Hugo nobis tecum conjunctionem & conditiones eas offerens, quas nos cupidi tuæ amicitiæ, & ut nobis quidem videbatur, cum communi Italiæ & Chriſtianitatis commodo, tui etiam & commodi, & honoris privatim appetentes, tam ſæpe abs te, tamque vehementer quum requiſiſſemus, fuimus totiens repudiati, ac repulſi, quarum nunc accipiendarum occaſio & tempus præteriere. Atque ut impendens Italiæ grave ſervitutis periculum, ac turbationem univerſæ Chriſtianitatis, quantum in nobis eſt, propulſemus, armis & exercitu Sedem Apoſtolicam munire ſumus compulſi, abhorrentes quidem ab ipſa armorum tractatione, ſed tamen nullam aliam viam defendendæ juſtitiæ, & pacis inter omnes æquis conditionibus ſperandæ nunc cernentes. Habes rationem noſtrorum actorum, & conſiliorum, quæ idcirco ſummatim a nobis tibi explicata eſt, ut juſtificemus non ſolum coram Deo (is enim inſpector cordium eſt) ſed etiam coram omnibus hominibus actiones noſtras: & nunc eo animo ſumus, atque ita coram eodem Deo, & te teſtamur, ſi Serenitas tua ad æquitatem, & humanitatem referre ſe voluerit, noſtra arma non ſolum non adverſa tibi, ſed etiam ad res vere glorioſas propicia futura. Sin autem in occupanda quoditie magis Italia, & aliis partibus Chriſtianitatis perturbandis tu non tam naturæ tuæ (quam nos probam eſſe ſemper exiſtimavimus) quam cupiditati & conſiliis tuorum obſequi perſeveraveris, nos neque juſtitiæ, neque libertati Italiæ, in qua hujus quoque ſanctæ Sedis tutela continetur, defuturos, ſed juſta, & ſancta arma moturos, non tam ad offenſionem tuam (tibi enim omnia ſemper honeſta, & proſperata optamus) quam ad defenſionem noſtrorum, & patriæ ſalutis, communisque dignitatis. Quod ut ne nobis nimium ægre, & invite hæc ipſa tractantibus facere neceſſe ſit, obſecramus te fili chariſſime per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, & per eam ſpem, quæ de tua virtute, tanquam futura Chriſtiano nomini ſalutari, omnium mentes occuparat, ut providere velis, quo immoderatis cupiditatibus repulſis, & aliquid potius publico Chriſtianitatis bono condonando, quam omnia nimium ad te trahere conando, hæc Italiæ, & Chriſtianitatis incommoda, & pericula tua moderatione redentur. Eſt enim tibi profecto hujus curæ onus commune nobiſcum, & ambo a Deo in hanc ſollicitudinem pro commiſſis nobis honoribus ſumus vocati. In quo nos officio, & debito noſtro neque defuimus, nec quantum juſticiæ patrocinium nobis permiſerit, defuturi ſumus. Tu vero ſi quæ de tua in pacem generalem voluntate paſſim ferebantur, veras prudentiæ & pietatis radices habebant, habes occaſionem declarandi, quæ ſentiebas omnia vere te, & ex animo ſenſiſſe, atque operibus verba comprobando, ſingularem optimi Principis laudem tibi acquirendi. Qui ſi tam nobis vere amorem tuum cupientibus, in liberanda Italia, quam fœderatis noſtris in juſtis juſtis, & plenis humanitatis æquitatisque petitionibus, ſatisfacere inſtitueris, erit id Serenitatis tuæ famæ, & ſapientiæ melius multo accommodatum, & paci univerſali, ſecuritatique tam rerum tuarum, quam totius Chriſtianitatis magis conſentaneum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die XXIII. Junii. M. D. XXVI. Pontificatus noſtri anno tertio.

Ja. Sadoletus.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro CAROLO electo Imperatori, Hiſpaniæ Regi Catholico.

Epiſtola CAROLI Cæſaris, in qua hujusmodi falſis criminationibus diffuſe reſpondet, a Pontifice Romano appellat, generaleque Concilium Chriſtianorum congregari petit.

IN nomine Domini Amen. Noverint univerſi hoc præſens publicum inſtrumentum viſuri, lecturi, ſeu audituri, quod anno a nativitate ejusdem milleſimo quingenteſimo viceſimo ſexto, In-

dictione decima quarta, die Menſis Septembris decima ſeptima, hora circiter nona ante meridiem, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini noſtri Clementis, Divina providentia Papæ Septimi, anno tertio: in mei Notarii publici, teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Illuſtris, & excellens Dominus Dominus Mercurinus Arborienſis, Gattinariæ, Valentiæ, & Sartiranæ Comes, Baro Ozani, Terriculæ &c. Sacratiſſimique & Invictiſſ. Principis & Domini Domini Caroli ejus nominis quinti, Divina favente clementia, electi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, Germaniæ, Hiſpaniarum, utriusque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Regis, Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, & Brabantiæ &c. nec non Comitis Habſpurgi, & Flandriæ &c. Clementiſſimi Domini noſtri, per Sacrum Romanum Imperium, cæteraque omnia ſuæ Cæſareæ & Catholicæ Majeſtatis Regna, & Dominia ſupremus conſiliarius & Cancellarius, gratioſus Dominus meus, nomine, & ex mandato (uti aſſeruit) ejusdem Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis, habuit, & tenuit in ſuis manibus unam quandam epiſtolam apertam, in papyro conſcriptam, viginti duo folia in ſe continentem, quam eſſe affirmabat Sacratiſſ. Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis reſponſivam ad unum quoddam Breve, de data diei vigeſimi tertii, menſis Junii, anni præſentis, a dicto Sanctiſſimo Domino noſtro, Reverend. Domino Domino Comiti Balthaſſari Caſtilioneo Apoſtolico prothonotario, & nuncio apud Cæſaream & Catholicam Majeſtatem, in ſua Curia Imperiali agenti, & legationis munere nomine præfati Sanctiſſ. Domini noſtri fungenti, transmiſſum & per eundem nuncium ſuæ Majeſtati reditum, cujus quidem epiſtolæ tenor ſequitur, & eſt talis.

Beatiſſime Pater, Domine Reverendiſſime, eramus profecto in magna mentis noſtræ anxietate: communem totius Chriſtiani populi calamitatem nobiſcum tacite deplorabamus, ob ea, quæ Sanctitatem veſtram contra nos, ſtatumque noſtrum, & Sacri Rom. Imperii dignitatem moliri audieramus. Verum hanc noſtram anxietatem mirum in modum auxerunt veſtræ Sanctitatis literæ, quas, viceſima die elapſi menſis Auguſti, ejusdem Sanctitatis veſtræ Nuncius viceſima tertia Junii expeditas nobis legendas tradidit: quum nihil ex his perſpicere liceat, quam juſticiæ ſuæ, ut inquit, laudem, noſtræ vero, ac noſtrorum cauſæ acerrimam damnationem, arma, bella, minas, cedes, pecuniæ, avaritiæ, & ambitionis ſtudium, regnandi dominandique cupidinem nobis impingi. Quæ profecto nec verum paſtorem decent, nec noſtræ in Apoſtolicam Sedem veſtramque Sanctitatem, ac illius dignitatem, devotioni, pietati, ac filiali obſervantiæ convenire videntur, quin immo ab eo affectu & ſtudio, quo Chriſtianam Rempub. ab ipſis ineuntis Principatus noſtri annis ſemper complexi fuimus, quo illius pacem, quietem, ac incrementum omni conatu concupivimus, ac pro viribus curavimus, prorſus aliena cenſentur, ac nos talibus afficiunt ſpiculis: quod, ni honori proprio, tacendo detrahere, immaculatamque famam noſtram tacita objectorum approbatione lædere velimus, cogimur emiſſa in nos jacula refellere, noſtramque innocentiam purgare, ac ab his calumnis exemptam & immunem oſtendere. Nos enim Pater beatiſſime, nobis ipſis conſcii noſtræque etiam conſcientiæ arcanis perluſtratis, nullam objectorum culpam fateri, nullamque horum nobis calumniam aſſcribere poſſumus. Teſtamur enim Deum, nos nihil antiquius unquam habuiſſe, quam veſtram Sanctitatem, poſt illius ad Sacri Apoſtolatus apicem, felicem aſſumptionem, velut Chriſti in terris Vicarium, ex innata nobis filiali obſervantia colere & venerari. Quem etiam, dum in minoribus ageret, ſingulari amicitia, & benevolentia continue complexi ſumus, prout & Leonis, & Adriani temporibus, Sanctitas Veſtra ſatis experta fuit, univerſoque orbi notum extitit, nullo modo exiſtimantes, gradus & dignitatis augmentum (poſt Deum, noſtrorum etiam aſſiſtentia quæſitum) id poſſe efficere, ut quicquam eadem Sanctitate procederet, quod a priſtinis ſuis moribus, atque inſtitutis alienum videretur: etſi multa in nos moliri audiverimus, ut dignitati, æſtimationi, ac autoritati noſtræ detraheretur, ut felicitas, poteſtas, & magnitudo Regnorum, ac principatuum nobis a Deo Optimo Max. collatorum minueretur, & ſi fas eſſet, penitus ſupprimeretur. Hæc tamen neque Sanctitati veſtræ aſcribenda cenſuimus, nec etiam contrarium affirmantibus fidem dedimus, nec ideo minus pacis vocem æquo animo ſemper audivimus, veſtramque etiam Sanctitatem ad illam proponendam, & amplectendam, velut rectum paſtorem monuimus & incitavimus. Semper enim in quacunque fortuna, pacis, ac quietis cupidi eſſe ſtudivimus. Ad quam noſter animus ſuapte natura inclinatur, nec unquam inter Chriſtianos (niſi provocati, coactive) bellum geſſimus, neque tentavimus. Quum enim claſſem in hoſtes diſpoſitam haberemus, Menice inſula ad deditionem coacta, majora pro fide catholica tentaturi, Gallorum arte & copiis undique invaſi, ad propria tuenda reducimur, veſtræque etiam Sanctitatis opera, ac miniſterio, cum Leone Decimo fœdus percuſſimus, ac pro Apoſtolicæ Sedis, ſacrique Imperii juribus ac dignitatibus tuendis, ipſius Paſtoris autoritate & impulſu, in Inſubria, ac Liguria arma movimus, noſtrumque exercitum Pontificio (cui tunc veſtra Sanctitas in minoribus agens, munereque Legationis fungens, præfectus erat) adjunximus, quam provinciam profecto non niſi recta, & juſta intentione pro ipſius Chriſtianæ reipub. quiete, proque Italiæ liberatione, non ex cupiditate, ſuſcepimus. Teſtis eſt noſtrorum operum Deus, verus ſcrutator cordium, qui intima proſpiciens a longe cognoſcit, & qui noſtram ob id juſtam cauſam ſemper tutatus eſt, totque inſignibus victoriis comprobavit, ac juſtificavit. Teſtis erit Sanctitas Veſtra ſi præteritorum rationem ac memoriam habeat, veraque in lucem promere libeat. Teſtes ſunt ejusdem veſtræ Sanctitatis miniſtri, ſæpius ad pacis, ac induciarum media proponenda transmiſſi, qui aperte experti ſunt, nos ſemper, rebus etiam noſtris ſecundiſſimis, quascunque honeſtas pacis, ac induciarum conditiones ſuſcipere paratos, quibus & honoris noſtri, & fœderatorum juſta, æqua, ac ſecura ratio haberetur. Teſtantur id etiam multiplicia

Digitized by Google

plicia mandata noſtra, tum veſtræ Sanctitatis temporibus per nos in Urbem miſſa, variæque legationes ad id pro tempore diſpoſitæ, ac deſtinatæ, ut nihil a nobis de his, quæ ad pacem attinent, ullo unquam tempore prætermiſſum arbitremur, qui non minus æquæ ac honeſtæ pacis ſtudioſi, ac zelatores fuimus ſumusque, quam injuriarum alacres, ac prompti propulſatores, ac etiam ubi ratio ſuadet, clementiſſimi remiſſores, hilaresque bonorum pro malis, & convitiis retributores. Ait veſtra Sanctitas ſe conſciam nihil prætermiſiſſe, quod vel ad boni Paſtoris officium erga univerſum gregem, vel ad fidelis amici animum in nos ſpectatum pertineret. Nolumus in hoc veſtræ Sanctitatis officium impugnare, nec de illius conſcientia, & animo contendere, ſed operibus credere, reliqua Deo perſcrutanda relinquere. Licet autem ſic eſſet (ut ait) id potius divinæ benignitati, cujus gratuito munere id fit, quam humanis viribus aut cujuſpiam induſtriæ tribuendum foret: eſto quod multa nobis ſecus relata fuerint quæ apertius inferius reſpondendo detegentur. Quod autem veſtra Sanctitas ſubjungit, ſuorum bonorum operum, ſuique erga nos amoris eum exitum conſequutum eſſe, ut repulſa totiens a benevolentia, & conjunctione noſtra, nullum indicium veri amoris apud nos invenerit, ſive eorum artibus & dolis, qui eandem Sanctitatem nunquam nobiscum conjunctam eſſe voluerint, ſive noſtra mente oppreſſionem Italiæ, & imminutionem dignitatis Sanctitatis veſtræ, meditante. Miramur hæc quidem ab ejusdem Sanctitatis veſtræ præcordiis emanaſſe, adeoque intempeſtive, rei veritate non cognita, ab ipſo ſummo judice, qui Chriſti vices gerit in terris, tam ab ipſa facti veritate prorſum alienam pronunciationem factam. Non enim hi ſumus, qui bonorum operum ingrati eſſe didicerimus, nec qui pro amore odium, ſeu repulſam rependere ſoleamus: quinimo potius reciprocas vices reddere, ac etiam pro acceptis beneficiis majora, dum licet, impendere, amorisque & benevolentiæ viciſſitudinem abunde referre ſolemus. Nec quippe tantæ imbecillitatis cenſendi ſumus, ut cujuspiam artibus, ſeu dolis a vera conjunctione, & amicitia divelli valeamus, ubi perfectus amicitiæ nodus intercesſerit, qui contrario operum laqueo non diſſolvatur. Minusque nobis oppreſſio Italiæ, minutioque ſedis Apoſtolicæ dignitatis aſcribi poteſt, qui teſte Deo, nihil horum tentavimus, nec unquam cogitavimus: verum omnem conatum, omneque ſtudium adhibuimus, ut Italiam liberam, ac quietam redderemus, ut Apoſtolicam Sedem in ſuo decore, velut illius protector & defenſor, ſtabiliremus, ac ſervaremus, utque pacata Chriſtiana repu. communia Chriſtianorum arma in perfidos Chriſtianæ religionis hoſtes communi conſilio verterentur. Ubi igitur oppreſſionis actus non interceſſit, nil ſiniſtri de nobis præſumendum fuit, cum in dubiis meliorem præſumptionem ſumendam omnia jura teſtentur, quæ etiam neminem ex præſumptionibus damnant, ni evidentiſſimæ accedent probationes, aut talis eſſet præſumptio, adverſus quam jura probationem non admitterent. Quod profecto hoc in caſu omnino alienum patebit, quum non ſolum nulla talis nobis obſtet præſumptio juris, vel facti; verum omnis ſiniſtræ ſuſpicionis labes a recta noſtra intentione, noſtrisque operibus omnino abeſſe videatur. Nec quippe hanc noſtram ſynceram mentem, noſtramve æſtimationem lædere potuit Mediolanenſis ſtatus per noſtri exercitus Duces captus, &, ut ajunt, occupatus. Hanc enim technam omnium recte ſentientium judicio a nobis repellendam curabimus, dum ſuo loco ea de re veſtræ Sanctitatis objectis particularius reſpondebimus, omnem rei geſtæ ſeriem, non palliatam, nec obumbratam, ſed mera veritate ſuffultam, aperte, ac palam diſſerentes, ab omnibus recti judicii capacibus videndam, inſpecendam, ac recto intellectus oculo judicandam. Si igitur ex his Sanctitas veſtra ſe compulſam (ut ait) prætendat ad ea conſilia, a quibus & natura, & voluntate ſemper abhorruiſſe aſſerit, idque ſerius actum dicat, quam plurimarum rerum indignitas, aut honoris ſui, & publici Italiæ boni ratio poſtulabat, arma ſcilicet capere, quæ & juſticiæ, & Italiæ libertati, & ſibi ipſi poſſint eſſe præſidio: videat quæſo Sanctitas veſtra quibus fundamentis moveatur, conſideret an hæc paſtorali congruant officio, an hic ſit gladius per veſtram Sanctitatem evaginandus, exercendusve, quem Chriſtus in vaginam potius recondendum cenſuit, & qui etiam in hoſtes fidei ab ipſo Chriſtiani gregis Paſtore regulariter exerceri prohibetur. Animadvertat veſtra Sanctitas, an ex his honoris ſui, aut publici Italiæ boni ratio habeatur, an hæc juſticiæ conveniant, an Italiæ libertati, ſeu quieti conſulatur, an potius ei oppoſito ſugilletur Summi paſtoris honor & autoritas, injuſte agatur cum ipſo Apoſtolicæ ſedis protectore & defenſore, turbetur Chriſtiana Reſp. univerſæque eccleſiæ ſtatus: incendatur quoque ignis qui tam facile extingui nequeat, ut inde Chriſtianorum viribus debilitatis, hoſtes perfidi velut lupi rapaces, paulatim Chriſtianum abigant gregem, novique errores indies pullulent, ac demum hæreticorum dogmata magis atque magis invaleſcant, Chriſtianæ quoque religioni irreparabile afferant detrimentum. At proteſtatur veſtra Sanctitas in ipſo exordio, id non offendendi cujuſpiam cauſa, ſed tuendi, ac conſervandi honoris, officiique ſui. Sancta quippe hæc proteſtatio, ſi per actum contrarium non tolleretur, ac in efficax redderetur, ſi in ipſis defenſionibus terminis ſtaretur, nec ad ea quæ offenſionem ſapiunt tranſitus fieret. Qualiter enim defendendi cauſa parantur arma, ubi nullus adeſt offenſor, qui veſtram Sanctitatem, illiusque honorem aut dignitatem lædat? quam potius ſi offenſor apparuiſſet, omni conatu, totisque viribus tueri, atque protegere ſtuduiſſemus, nil antiquius in animo habentes, quam ea in Apoſtolicam Sedem officia exhibere, quæ ad officium Chriſtianiſſimi Imperatoris pertinent, quæve Imperiali congruunt dignitati. At ſi, ut ipſa veſtra Sanctitas proteſtatur, defendendi duntaxat erat animus, cui prius, quam proteſtatio illa in lucem prodiret, ad manusque noſtras ſcripta veſtra pervenirent, tentata eſt offenſio in ſtatu Mediolani, ſacri Imperii feudo, Laudenſi civitate occupata, & a noſtrorum (nil tale cogitantium) manibus erepta? Cur veſtræ Sanctitatis, ac fœderatorum copiis & viribus, nulla etiam præcedente monitione, ſeu diffidatione, exercitus noſter apud Mediolanum (non impune tamen) impetitur, ac invaditur? Hæc ſi defenſionem, an potius

apertam offensionem sapiant, lippis etiam pateret. Verum vestra Sanctitas hanc notam putans evadere, longam exorditur tragœdiam, narrans quæ suo congruunt proposito, his tacitis, quæ magis ad veram rei seriem decernendam facere videntur. Unde ut altius re petendo, tota facti series in lucem prodeat, liceatque unicuique animi nostri synceritatem inspicere, si ea quæ Sanctitas vestra nobis, rebusque nostris dum in Cardinalatu esset, officia præstitit, animadvertamus, id quidem antecessisse dignoscitur, quod vita functo Maximiliano Cæsare avo nostro paterno fœlicis recordationis, dum is vivens cum Sacri Imperii Electoribus fundamenta jecisset, quibus eidem in Imperio successor effici possemus, tuncque cum Gallorum Rege, qui filiam suam nobis spoponderat, fœdere arctissimo juncti essemus, ut & nos filium nuncuparet, nilque ab eo, quod a paterno amore alienum, seu indignum videretur, prodire, putaremus, is taliter ad Imperii assequutionem allectus, incitatusque exstitit, ut etiam cum taxatione personæ nostræ proposita inhabilitate, ipsius Imperialis dignitatis capessendæ, conatus fuerit variis modis inducere Electores, ut illum eligerent, Imperatoremque designarent (quod non ad ipsius Gallorum Regis promotionem tentatum extitit, sed ut per hujusmodi Galli concurrentiam, utroque nostrum excluso, nostroque soluto fœdere, tertius subintraret minori potentia præditus, cui potius imperaretur quam imperare posset) nihil prætermittendo, ut ab ipsius Imperii adeptione penitus excluderemur. Et quum hujusmodi conatus irriti facti forent, vicissetque ipsius Sacri Imperii Electorum virtus, qui nec vi, nec metu, nec ullis artibus dimoveri potuerunt, quin Sancto afflante spiritu, ab omni præambula promissione prius liberati, unanimi omnium consensu, ac nemine discrepante, eorum electionis vota uniformiter in nos contulerint, nosque Imperatorem solito more designaverint, quam quidem electionem non tamen voluimus prius acceptare, quam ipsius Leonis Summi Pontificis vestræ Sanctitatis patruelis consensus & autoritas accederet, cum ea dispensatione, ut cum Imperio nobis etiam Neapolitanum Regnum retinere liceret, lege investituræ minime refragante. Hinc nova cogitantur media, ut ipsius Imperii Sacri dignitas illudatur, ut illius autoritas deprimatur, viresque nostræ minuantur, præter id tamen, quod tentatum extitit & literis, & nunciis, variisque practicis, ut nostra Coronatio apud Aquisgranum differretur, impediretur ve, ac inde Vvormaciensis Conventus protelaretur, seu potius inutilis, inefficaxque redderetur. Fuit etiam organo, ac medio Alberti Pii Carpensis Comitis, non sine vestræ Sanctitatis ministerio & opera, ut fertur percussum fœdus inter Leonem & Gallum, quo etiam de auferendis a nobis utriusque Siciliæ Regnis, deque protectionibus Potentinum ac civitatum Italiæ inter se dividendis, Imperioque Italico penitus usurpando, seu verius enervando, & subvertendo agebatur, prout hæc ex nonnullis intercepsis literis, quas originaliter in manus nostras servamus, liquide constare poterit. At quum Gallus rex hujus spe fœderis fretus, cupidus suæ ditionis fimbrias ampliandi, violato fœdere, quod prius nobiscum inierat, per Robertum de Marchia rebellem subditum nostrum ad ipsius Gallorum regis stipendia conductum, arma in Dominia nostra Galliæ Belgicæ movisset, ipsiusque Galli regis Duces, & milites in Italia agentes, etiam ipsius Apostolicæ Sedis Dominia tunc possessa, Vrbem scilicet Rhegium clanculum occupare conati fuissent, fatemur tunc Sanctitatis vestræ opera divum ipsum Leonem Gallorum amplitudinem magis, quam nostram potentiam perhorrescentem de ipsorumque fide hæsitantem, in partes nostras adductum esse, nobiscumque fœdus iniisse, quo suam Sanctitatem in sua Apostolica dignitate tueri, & Romanam ecclesiam ad occupata per Gallos restituere, & redintegrare, nec non illustr. Franciscum Sfortiam in paternum solium & statum a Rege Gallo detentum reducere convenimus, quod quidem adeo alacri animo suscepimus, postergatis, oblitisque anterioribus gestis in status, honoris, ac dignitatis nostræ præjudicium molitis, ut nil aliud putaremus, quam duo magna orbis luminaria vestræ Sanctitatis opera adeo inseparabiliter conjuncta censeri, ut inde mutua horum correspondentia orbis universus illustrari posset, ad perpetuamque unionem, & quietem reduci. Hoc itaque fœdere freti, cum ipsius Divi Leonis copiis nostris adjunctis, &, ut antea retulimus, sub vestræ Sanctitatis præfectura, & legatione per nos actum executumque extitit, ut Parma, & Placentia ecclesiæ restitutis ipsoque illustri Francisco Sfortia in paterno solio stabilito, Galli etiam non sine magna illorum strage, Ducum nostrorum virtute, illustrium videlicet, Prosperi Columnæ, Marchionisque Pischariæ, ac aliorum nostri exercitus Ducum, & militum, ab Italia omnino expulsi fuerint. Et hæc sunt quæ Leonis tempore vestra Sanctitas pro nobis egit, quæ tamen non ita passim irremunerata fuere, quum & ipsa Romana ecclesia suum ex his auxerit patrimonium, non solum Parmæ & Placentiæ recuperatione, sed etiam novi census onere Regno nostro Neapolitano injuncto, vestra quoque Sanctitas (quod non improperandi causa sit, dictum) aurorum decem millium pensionem annuam supra Metropoli Toletana, nostra quidem liberalitate obtinuit. Quid autem Adriani tempore gestum fuerit, differamus. Novit Sanctitas vestra quibus tunc favoribus Adrianus in ejus gratiam susceptisset Cardinalem Vulterranum vestræ Sanctitatis æmulum, acerrimumque adversarium, quid illius artibus, & modis in vestræ Sanctitatis caput moliretur, ac qualiter eandem vestram Sanctitatem a Florentinæ Reipublicæ administratione excludere conabatur. Novit etiam nos ita suarum rerum suæque familiæ, ac ipsius Reipublicæ Florentinæ protectionem, ac patrocinium suscepisse, etiam cum status sui, ac suorum nepotum incremento, ut hinc Adrianus ipse nostro favore, nostrique intuitu, non solum vestram Sanctitatem in gratiam tunc susceperit, verum tanta gratia prosequutus fuerit, ut nihil in rebus status, quæ alicujus momenti censerentur, vestra Sanctitate inconsulta tentaret. Hincque Vulterranus vestræ Sanctitatis adversarius, quum indignatus nonnulla cum Gallis (suis intercepsis literis) moliri videretur, Adriani jussu capitur, in vinculaque conjicitur, debitas pœnas daturus, ni Adriano morte prævento, autoritate sacri Cardina-

lium

Digitized by Google

lium Collegii pro novi Pontificis electione liberatus fuisset, & inde electione facta, eorundem Cardinalium intuitu, a vestra Sanctitate veniam obtinere meruisset, licet paulo post dies suos clauserit extremos. Non diffitemur tamen, ipso Adriano vivente, postquam in illius gratiam Sanctitas vestra reducta extitit, illius operam non modicas frugi nobis fuisse in alliciendo eundem Adrianum ad fœdus illud defensivum: Quo medio Galli iterum in Italiam redeuntes, Mediolanumque obsidentes, fœderatorum præsidiis denuo victi, repulsique fuere. Quod etsi in vestræ Sanctitatis Pontificatu fuerit exequutum, id tamen sub vexillis, & copiis ejusdem Adriani, in vimque præambuli fœderis actum extitit, quod vestra Sanctitas opus manuum suarum despiciens (novus homo factus, novaque dignitate assumpta) nequaquam approbandum, seu innovandum censuit: licet ipsius fœderis exequutionem, in qua cæteri fœderati tunc firmiter insistebant, concurrentibus etiam Venetorum copiis, prout ratio suadebat, nequaquam impediendam censuerit, quum etsi præsidia ecclesiæ eo tempore cessassent, non ideo minus nostrorum victoria in manu esse videbatur. Non tamen ob id vestræ Sanctitatis auxilia, atque consilia tunc præstita parvi pendendas censemus, verum pro his & gratias tunc egimus & adhuc agimus, simulque nos vestræ Sanctitati debere, & obnoxios esse profitemur, qui etiam vices non solum reciprocas, sed & multiplicatas, & longe majora præsidia, si casus se obtulisset, vestræ Sanctitati ipsique Apostolicæ sedi, pro illius tutela, & augmento semper exhibere parati fuimus, & ut filius patri correspondere: a quo etiam proposito, quicquid in nos falso suggestu molitum videatur, nequaquam animum nostrum alienavimus, nec alienaturi sumus, ni maior nos urgeat necessitas in occupandis nostris viribus ad rerum nostrarum tutelam, ad defensionem, quam tamen ita moderatam sumpturi sumus, ut ab offensionis limitibus, quantum fas fuerit, abesse videatur. Hoc enim moderatum temperamentum nos Christo, cujus vestra Sanctitas vices in terris gerit, debere profitemur. Reprehendit vestra Sanctitas quod non fideli consilio exercitus nostri duces in Galliam transiverint, inferens quod ex eo intempestivo, ut ait, transitu successerit celerior & gravior in Italiam Gallorum irruptio, Rege maximi nominis exercitum ducente, ac urbis opulentissimæ Mediolani ab illis receptio. Nos, Beatissime Pater, nec excusamus illius transitus consilium, nec impugnamus. Id tamen nobis inconsultis actum non extitit, qui id nulla ratione negare poteramus Illustri consanguineo nostro Carolo Duci Borbonii Anglicis etiam præsidiis freto, pro sui status recuperatione, quo eo quod nostris se addixit obsequiis, privatus exiterat. Durum enim, ac prorsus inhumanum visum fuisset, si eo Duce, vicesque nostras in Italia agente, obtenta de communi hoste victoria, ejectisque inde Gallis, victricia arma eidem denegassemus ad rerum suarum nostri causa, ut prætendit, occupatarum consequutionem, ubi potissime ex eo exercitus nostri in Galliam transitu Italia quietior, ac liberior remanere videbatur, a militum quoque gravaminibus & insolentiis, quibus plerumque victores milites uti solent, magis exonerata & exempta reddebatur. Sed quum aliter res tunc successerit, quam putabatur, non quidem nostra, seu Ducum culpa, sed belli sorte ita suadente, ut victoria quæ a deo est, non ita passim pro voto hominum valeat obtineri, valuit saltem Ducum prudentia, audacia, ac magnanimitas in reducendo opportuno tempore exercitum illæsum in Italiam, quo ipsius Gallorum Regis impetus compesci posset, illiusque conatibus obsisti: qui profecto, ut a fide dignis nobis relatum extitit, a vestra Sanctitate ejusque ministris ad id persuasus, & incitatus (quod tamen pro certo non habemus nec ita passim credendum putavimus) eam provinciam belli Italici tam acriter, impetuoseque tentavit, ut favente altissimo justæ causæ nostræ, victus cum maxima suorum clade, nobis per Viceregem nostrum Neapolitanum captivus sit redditus, & inde a nobis sub conditionibus vestræ Sanctitati notis liberatus. Excusat vestra Sanctitas quod quum Duces nostri de defensione illarum regionum spem totam posuissent, ac de earum insuper, quæ nostræ erant propriæ, periculo commoverentur, eademque Sanctitas vestra in magno etiam suarum rerum metu esset, eis conventionibus occurrere coacta fuerit imminenti periculo, quas ait nos optime nosse. Nos tamen earum conventionum veram noticiam habere non possumus, quæ nobis insciis transactæ sunt, quasque nunquam vidimus, seu legimus, quæ etiam ministris nostris nunquam ostensæ fuere, nisi ipsorum Gallorum relationi stare vellemus, qui aliter rem gestam aiunt, quam vestra Sanctitas suis nobis literis nunciaverit. Volumus nihilominus potius vestræ Sanctitatis assertioni confidere. Recolimus enim dum eadem Sanctitas nos de hujusmodi conventionibus (rebus adhuc sub ancipiti Marte laborantibus) suis literis monuisset, asserens nil inde eidem Sanctitati quæsitum, quam fidem, & securitatem, id exigente, ut aiebat, necessitate, eliciens inde futuræ pacis auspicium, quum ipsa Sanctitas de consueto suo erga nos animo, atque voluntate nihil omnino remisisse asseveraret, cepimus tunc hæc in benigniorem partem, vestræ Sanctitatis culpam, nequaquam arguentes, nec de ejusdem, ut aiebat, erga nos animo & voluntate diffidentes. Id enim potius quorundam suasionibus tribuendum censuimus, qui vires nostras sua detractione deprimendo, hostiumque potentiam extollendo, vestræ Sanctitati suaserant, res nostras in summo discrimine consistere, hostium vero robur in excelso culmine florere: sic pristinam vestræ Sanctitatis voluntatem in quandam depictam necessitatem transformantes, licet revera nulla urgens necessitas subesse videretur, nec tanta erat in ipsis nostri exercitus Ducibus desperatio, aut trepidatio, prout Sanctitati vestræ insinuabant illius fœderis autores, qui Sanctitatem vestram terrere studebant, quod ex ipso rei exitu sequuta victoria clarius enituit, ex qua potius, quam ex eo fœdere pacis auspicium sumendum videbatur, ni quorundam malignantium artes suis potius passionibus, & cupiditatibus, quam saluti Reip. intentæ, sanctum id opus perturbassent. Commemorat vestra Sanctitas quæ sibi fuerit cura, quæ cautio rerum nostrarum, asserens tunc rebus nostris non minus quam propriis caviſſe, Gallorum transitum in Regni nostri

ſtri fines multis rebus remoratam fuiſſe. Merebatur quidem noſtra in veſtram Sanctitatem devotio, ut Sanctitas ipſa tali officio fungeretur, idque expoſcebat Reip. ſalus, ne uberior ignis incenderetur, licet ex ipſo effectu potius patuerit Gallos ipſos tunc aliquamdiu in itinere detentos, ut a Sacri Imperii civitatibus Lucenſi, & Senenſi pecunias ac tormenta ad bellum contra nos, ac Regnum noſtrum diſponendum extorquerent, ut quietum ipſius Senenſis civitatis ſtatum tunc turbarent, tyrannos intromitterent, ac pro eorum voto ejus civitatis gubernium mutarent, eam civitatem a Sacri Imperii devotione omnino divertere ſatagentes, novas interim copias in terris ac patrimonio Romanæ Eccleſiæ ex ipſis pecuniis ab Imperialibus civitatibus extortis congerentes, quibus ad Regni noſtri invaſione munitiores, ac potentiores eſſe poſſent, ni Deus Opt. Max. victoria noſtris apud Ticinum collata, eorumque Rege captivato, tantum his terrorem incuſſiſſet, ut non amplius de invaſione, ſed potius de eorum ſalute & fuga cogitare viſi fuerint. Sed ait Sanctitas veſtra, quod ſi ſocietatem eorum ſequi voluiſſet, maxima eidem præmia non ſolum proponebantur, ſed etiam parata eſſent. At quæſumus quæ ratio? quæ juſta cauſa, quis honeſtus color veſtram Sanctitatem directum ejus feudi dominum movere debuiſſet, ad juvandam invaſionem contra proprium feudatarium nil tale merentem, nec tale facinus cogitantem, abſentemque nec monitum, nec impetitum, nec de aliqua juſta cauſa ſubtrahendi feudum convictum? Tenebatur enim veſtra Sanctitas jure feudi, tanquam directus illius dominus, potius nos in feudo tueri, quam invaſoribus aditum præbere, aut ſe ſocium invaſionis præſtare. Eodem enim ordine, quo tenetur vaſſallus pro feudo Domino ſervire, eodem ordine tenetur Dominus vaſſallum in feudo tueri: & ex quibus cauſis vaſſallus feudum amittit, ex eisdem cauſis Dominus directa proprietate feudi, illiusque directo dominio privatur. Eſt enim ipſius feudi natura, ut ultro citroque obligationem pariat. Facile quidem fuiſſet, improviſum regnum, ac ad defenſionem non paratum, nil tale metuens aggredi, & forſan in parte occupare, ſed an id fieri licuiſſet, an hæc paſtoris officio conveniſſent, cogitet Sanctitas veſtra. Quæ enim præmia offerri poterant, quæ Chriſti vicarium ad tam immane facinus induxiſſent? Sanctius itaque tunc conſultum extitit veſtræ Sanctitati ut præmiis illis neglectis, non tentaret quod forſan pro voto non ſucceſſiſſet, nec tentatum, ceptumue conſummari potuiſſet, ſicque merito, ut veſtra inquit Sanctitas, plus apud eam valuiſſe debuerunt amicitiæ noſtræ merita, quam præmium ullum. Verum etſi meliorem præſumptionem amplecti velimus, nilque de intrinſecis veſtræ Sanctitatis cordis judicare præſumamus, quod vero Chriſti Vicario non congrueret, non tamen pro comperto habemus, quid ceſſante victoria Sanctitas veſtra actura fuiſſet, quæ jam ſub ancipiti Marte ſtatum Mediolani colore ſequeſtri, ac depoſiti, a noſtrorum Ducum manu, & protectione eripere, ac in ſuam poteſtatem, quamdiu de pace tractaretur, reponere, ac reducere conabatur: quæ etiam, ut ad id nos, & Duces noſtros cogeret, illorumque vires minueret, ac neceſſitatem induceret, aſſerens anteceſſoris fœdus ſucceſſorem non ligare, curavit, ut aiunt, non ſolum Florentinorum, aliorumque Potentatuum præſidia, quæ ex Adriani fœdere ad contributionem defenſivam debebantur ſubtrahi, & denegari, verum & noſtris Venetorum præſidia, ad quæ particulari fœdere tenebantur, ſuſtuliſſe dicitur, his ſuadendo, ne copias ſuas, ut tenebantur, noſtris jungerent, ut ſic noſtri omni fœderatorum auxilio deſtituti, priusquam in campum prodirent, hoſtesque adorirentur, coacti fuerint non ſine ſummo labore, & noſtris, ac Sereniſſimi Archiducis fratris noſtri impenſis novas tum equitum tum peditum copias ex Germania educere, & cum his exercitum noſtrum augere, quo bellum aggredi, ſperatamque victoriam nanciſci poſſent. Subdit eadem Sanctitas quod ſequuta noſtrorum victoria contra Gallos, quum omnis ſibi ſublata contentio videretur, ſineque cupiditatis, & partium ſuſpitione nobis hærere poſſet, magnumque in nobis Italiæ beneficium, & Chriſtianitatis totius poſitum arbitraretur, non ſolum fœdus firmavit, ſed quo noſtri Duces egentes pecuniæ, exercitum alere, ac ſuſtinere poſſent, centum illis dederit Ducatorum millia, conditione appoſita, ut ſi de fœdere aliqua nobis dubitatio oriretur, illæ Sanctitati veſtræ pecuniæ reſtituerentur. Fatemur quidem Beatiſſ. pater, victoriam illam, omnem ſibi contentionem merito ſuſtuliſſe ſineque cupiditatis (a qua ſemper fuimus alieni) partiumque ſuſpitione, cujus nulla ſuberat cauſa, nobis hærere potuiſſe, omnique ratione arbitrandum fuiſſe, ea in re totius Italiæ, ac Chriſtianitatis beneficium repoſitum, ni zizaniorum ſeminator illius fructum ſuffocaſſet. Diffitemur tamen eam in fœdere conditionem appoſitam, quod ſi dubitatio oriretur, pecuniæ noſtris Ducibus ſolutæ, veſtræ Sanctitati reſtituerentur, quandoquidem ipſius rei geſtæ ſeſem longe aliter ſe habere conſtet, nec de tali conditione ulla in ipſo fœdere mentio facta appareat, verum in quodam articulo ſeparato, & a capitulis fœdere penitus excluſo narretur: quod quum veſtra Sanctitas ad ſatisfaciendum exercitui noſtro in Italia exiſtenti, civitatesque & oppida Sanctæ Romanæ eccleſiæ ſubjecta ab oppreſſoribus militum ſublevanda, ſalutemque & tranquillitatem Italiæ conſtituendam, ſummam pecuniæ inter veſtram Sanctitatem, noſtrosque Oratores expreſſam, ſuo & excelſæ Reipub. Dominorum Florentinorum nomine ſe ſoluturam promiſiſſet, quæ pro tunc ad ſexaginta millium Ducatorum aurei erat aſcenſura, oratores noſtri eidem veſtræ Sanctitati ſub juramento promiſerunt, quod caſu, quo fœdus cum ipſis noſtris oratoribus percuſſum, capitula in ipſo fœdere contenta non approbaremus, nec ratificaremus, omnis ſumma pecuniæ, quæ per veſtram Sanctitatem & dominos Florentinos ſoluta fuiſſet, eidem Sanctitati & Florentinis integre reſtitueretur, cum ea adjectione, quod donec reſtitutio integre & plene facta foret, fœdus interea, & omnia ipſius fœderis capitula ad unguem obſervarentur. Quum itaque fœdus ipſum, ac ſingula capitula in eo fœdere comprehenſa quam primum ad nos delata fuere, rata & grata habuerimus, noſtræque ratificationis literas cum ipſorum capitulorum fœderis inſertione, in forma debita expeditas veſtræ Sanctitati exhiberi fecerimus,

quas

Digitized by Google

quas & vidit, & legit, & palpavit, & dando suas reciprocas, retinere potuit, inficiari non potest, quin purificata fuerit per nos conditio illa, qua deficiente, pecuniarum restitutio erat fienda. Quæ quidem conditio, & particularis conventio, prout illius verba sonant, nequaquam nos urgebat ad alia extrinsecus à fœdere, aut separatim gesta, vel tractata, quin imò potius, etiamsi pecuniarum restitutioni locus esset (cujus tamen contrarium ostenditur) servandum tamen erat fœdus interim, à quo juxta ipsius separati articuli seriem, sine pollicitorum violatione excedi non potuit, nec ad contraria fœdera licitè deveniri valuit: ficque satis erroneè, & (salva pace sit dictum) præter veritatem refertur quod id fœdus non plane a nobis acceptum, nec probatum fuerit, qui & plane, & integre, ut præfertur, omnia in fœdere contenta probavimus, rataque habuimus, nihil penitus de contentis in eo, nec etiam syllabam, aut literam omittentes. Quod si vestra Sanctitas hujusce nostræ ratificationis literas recipere, suasque reciprocas, ut par erat, tradere renuit, ni simul traderetur ratificatio duorum aliorum articulorum, de quibus extra ipsum fœdus per scripta particularia, nobis tamen inconsultis, separatim, & ad partem tractatum fuerat, ad quorumque approbationem ex vi fœderis, ut præmittitur, non astringebamur, nil est quod culpæ nostræ ascribi valeat, si fœdus illud minime servatum, sed potius inde violatum extiterit. Ab hac enim culpa & labe omnino alieni sumus. Et ut id plane liqueat, placet illorum duorum articulorum extrinsecus tractatorum substantiam referre, causasque disserere, quibus non ita passim per nos approbandi viderentur. Ex his enim duobus articulis separatis, alter salis in statu Mediolani distribuendi, quum id a nostris Oratoribus sua Sanctitas exposceret, ut juxta fœdus per nos cum Leone percussum curaremus cum Duce Francisco Sforcia sal eisdem modis, & conditionibus a Sede & Camera Apostolica recipi, nostrique Oratores ad id respondissent, non esse amplius nobis jus utilis Dominii Ducatus Mediolani, prout ante fuerat cum Leone, data jam per nos eidem Duci Investitura, sicque rem cum ipso Duce necessario decidendam esse. Tandem ipsi Oratores nostri, non expresso quod id nostro nomine agerent, simpliciter vestræ Sanctitati medio eorum juramento promiserunt, quod illustris Vicerex curaret, ut Illust. Dux Mediolani cum vestra Sanctitate, pro hujusmodi sale conveniret, Si igitur hæc promissio, quæ non nisi factum tertii pollicetur, de ipsoque tertio nil ultra promittit, quam tertium illum curaturum, ut Dux ad concordiam veniret, nil certi decernendo, nos urgere videatur, ut hanc promissionem præcise ratam habere debeamus, ita ut sine ea fœderis per nos approbati & ratificati observantia evanescat judicet id quicunque mentis compos. Quandoquidem nostra sententia, & ut peritorum consilio freti didicimus, nos nequaquam ad ipsius promissionis observantiam astrictos censebamus, respondimus tamen in hoc modestius vestræ Sanctitati. Quod si hujusmodi Sanctitatis vestræ desiderium nobis prius innotuisset, quam de ipsa salis distributione in statu Mediolani ad opus Serenissi. Archiducis, fratris nostri cum ipso illustri Francisco Sforcia transactum esset, nostram libenter operam navare studuissemus, ut vestra Sanctitas hujusce voti compos fieret. Verum etsi fratri deesse non possemus, nos tamen cum eo curaturos, ut mediante aliqua honesta recompensa pecuniaria, ipse frater noster jus hujusmodi distribuendi salis vestræ Sanctitati ad illius vitam concederet. Id enim æquum, ac justum videbatur, ne jus illud, quod eidem fratri nostro pro recompensa præsidii per eum præstiti ad defensionem status Mediolani, deficientibus viribus, ac copiis vestræ Sanctitatis aliorumque foederatorum, eidem infructuosum redderetur. Alter vero ex ipsis duobus articulis id continebat, quod ad tollendam difficultatem, quæ inter vestram Sanctitatem & nos incidere posset super controversia Mutinæ & Rhegii, offerebant nostri Oratores ut vestra Sanctitas consequeretur utile ipsarum civitatum dominium, superioritatis, & directi dominii jure nobis semper salvo, ita ut vestra Sanctitas ex tunc recognosceret, & acceptaret hujusmodi directum nostrum dominium, ac superioritatem, vestraque Sanctitas nobis, ut agentibus nostris centena millia ducatorum aureorum (post recuperatam possessionem eorum quæ illustris Dux Ferrariæ a tempore obitus Leonis decimi ecclesiæ subtraxerat) persolvere deberet. Huic propositi ni. & oblationi respondebat vestra Sanctitas pro se & sede Apostolica, hujusmodi oblata acceptare, prout proponebantur, excepta superioritate, & directo dominio nostro super dictis civitatibus, quam vestra Sanctitas recognoscere renuit, ne juribus & superioritati ab Apostolica sede præfentis præjudicium fieret, offerente tamen vestra Sanctitate se contentam esse, ut ipsius superioritatis controversia videretur, & decideretur infra tres menses tunc proximos, per vestram Sanctitatem & illustrem Viceregem, aut alios, qui ab utraque parte simul eligerentur. Et si hujusmodi superioritas nobis adjudicaretur, Apostolica sedes recognosceret, prout ab agentibus nostris fuerat propositum. Si vero Apostolicæ sedi adjudicaretur, vestra Sanctitas ex sua liberalitate, & ex eo amore, quo nos prosequi profitebatur, nobis condonaret recompensam, de qua deberemus esse contenti. Hanc vestræ Sanctitatis responsionem, & oblationem ipsi nostri agentes ita demum acceptarunt, ut salva essent nobis omnia jura superioritatis, & dominii directi in ipsis civitatibus competentia, & pertinentia, quibus ob talem acceptationem præjudicium afferre non intendebant, consentientes nihilominus de hujusmodi juribus cognosci modis, & formis per dictam vestram Sanctitatem propositis. Si hæc igitur tam difformiter, tam irresolute, extra foederis capitula descripta in ea essent forma, quæ vel nos ad ratihabitionem (quam nostri nostro nomine non promiserunt) obligaret, vel in nos actionem pareret, qua ad id urgeri possemus, nulla accedente valida stipulatione, nec pacto formiter vestito, ubi etiam tempus decisione præfixum illam impossibilem redderet. consulat in his vestra Sanctitas peritos, & comperiet nos.

nec

nec ad hujusmodi particularem ratihabitionem astrictos, nec ex hujus defectu percusſi nobiscum fœderis, & per nos indifferenter, ac plane approbati obſervantiam fuiſſe differendam, nec contrario fœdere fruſtandam, ſeu irritandam. Ut tamen moderatius cum veſtra Sanctitate pro ſuæ perſonæ qualitate ageremus, oſtendimus ea, quæ per noſtros Oratores in hac re tractata fuerant, nequaquam in noſtra poteſtate conſiſtere, qui nec Imperii juribus præjudicare, nec jus tertii auferre deberemus, nec in noſtra eſſet poteſtate illuſtrem Ducem Ferrariæ urgere ad reſtitutionem petiorum, niſi is armis offenſibilibus coerceretur, qui ſe Imperii Vaſſallum profitebatur, & ea quæ reſtitui petebantur, de Sacri Imperii feudo tenere recognoſcebat, durumque videretur, pro ea re bellum in Italia inſtaurare, ſupplicavimus veſtræ Sanctitati, ut pro Italiæ quiete, & ne inde novi motus ibidem cauſarentur, dignaretur eadem Sanctitas conſentire, ut res ipſa aut per juſticiæ tramites, aut per compoſitionem amicabilem cum ipſo Duce Ferrariæ fiendam terminaretur. Et quum hujusmodi oblata veſtræ Sanctitati non placuiſſent, ſuperveniente poſtea Reverendiſſimo Sanctitatis veſtræ Legato Carc.nale de Salviatis ad nos tranſmiſſo, & veſtræ Sanctitatis mente percepta, non recedentes a recto juſtitiæ tramite, cupientesque nihilominus, quantum fas eſſet, veſtræ Sanctitati gratificari, obtulimus eidem nos operam daturos cum effectu, quod ſine præjudicio jurium Sa. Ro. Imperij, ſeu alterius cujuslibet, poſſet veſtra Sanctitas dum ſibi expedire videretur, ſine cujuspiam reſiſtentia, ſineque armorum apparatu, ſua ſponte, per ſe, aut ſuos ad id deputandos recuperare poſſeſſionem Rhegii, & Ruberiæ, cum ſuis pertinentiis tenendam & poſſidendam prout antea tenebat, & poſſidebat. Quod tamen Sanctitati veſtræ non placuit. Licet credere non poſſemus, eum qui Chriſti vices in terris gerit, vel unius guttæ humani ſanguinis jactura quacumque ſæcularem ditionem ſibi vendicare velle, quum id ab Evangelica doctrina prorſus alienum videretur. Quid igitur rebus ſic ſtantibus, nobis impingi poſſit, quod fœdus a nobis non plane acceptum, ſeu approbatum fuerit, quo colore noſtræ ratificationis literæ receptæ non fuerint, quo jure ipſius Veſtræ Sanctitatis reciprocæ literæ nobis fuerint denegatæ, qua fronte fidei religio, quam veſtra Sanctitas in verbo Romani Pontificis ſuper ipſius fœderis obſervantia perſonaliter præſtitiſſe dignoſcitur, ſpreta fuerit, ac neglecta, cogitet Sanctitas veſtra, ac de ipſa judicet, an ſic decuerit ab eo fœdere diſcedere, penitusque repugnantia paciſci, cum his potiſſime, qui eo tempore pro hoſtibus habebantur, contra quos potius paranda erat defenſio ad eorum conatus repellendos. Quod autem Sanctitas veſtra ad id ſubjungit, quum propter æmulationem quorundam ex Ducibus, & in grata cæteris conſilia, Piſchariæ Marchio nonnulla jactare, tractareque cepiſſet in noſtri ſtatus detrimentum, veſtram Sanctitatem illa etiam conſilia audiviſſe, ne fœdere a nobis rejecto, penitus aſpernata, eidem Sanctitati deeſſet, ubi niti, ac confidere poſſet. Non poſſumus profecto non mirari, quæ in hoc veſtra Sanctitas ſuis literis profitetur, quæ & ſi nobis ſæpius a noſtris ducibus, aliisque quampluribus ſcripta, relataque fuiſſent, nusquam tamen a nobis credita ſunt. nec adhuc crederemus, ni veſtra Sanctitas id aſſeveraret, cujus confeſſione, & aſſertione, in his potiſſime, quæ proprium factum concernunt, nulla plenior, liquidorque probatio eſſe poteſt. Qualia autem fuerint ea, quæ Marchio Piſchariæ in noſtri ſtatus detrimentum jactare, aut tractare dicebatur, & quæ veſtra Sanctitas audiviſſe fatetur, quum in veſtræ Sanctitatis literis non ſpecifice declarentur, ſed ſub verborum involucro res tam nephanda tegi videatur, comprobanda res erit per ipſius Marchionis literas, quæ penes nos ſervantur, ac per aliorum quorundam adhuc viventium teſtimonia, qui hujusce facinoris conſcii, participesque fuere, quibus ſatis aperte detegitur ipſum Piſchariæ Marchionem non ita proprii honoris, ac conſcientiæ immemorem fuiſſe, quod quicquam in ſtatus noſtri detrimentum moliri cuperet, ſed potius aliter finxiſſe, quam in animo haberet ut aliorum in nos, ac ſtatum noſtrum molientium factiones, ac incendia parata, quorum jam fumum ſenſerat, verioribus indiciis, ac argumentis detegeret, hincque facilius nobis præmonitis, extingui poſſent: ſicque finxit ſe de nobis male contentum, ut inde liberius in molientium partes vocaretur, omnemque rei ſeriem audire, ac funditus intelligere poſſet. Hincque Marchio ipſe ad eam tragoediam vocatus, ſimulata fide, in eam conſpirationem cum cæteris illius autoribus convenit, atque conſenſit: perluſtratisque omnibus ad tantum facinus patrandum diſpoſitis, atque paratis, ac totius negotii ſerie plane perſpecta, & intellecta, cum in his veſtræ Sanctitatis principalis eſſet autoritas, audiviſſetque Marchio nuncium ad id per veſtram Sanctitatem tranſmiſſum, eidem ſui parte, ut ait, offerentem ſub cujusdam Apoſtolici Brevis credentia, Regni noſtri Neapolitani Inveſtituram, & poſſeſſionem, ſi is in ejusdem Sanctitatis ac fœderatorum partes cum copiis noſtri exercitus eidem Marchioni magis affectis transiret, atque transfugeret, ut inde communibus fœderatorum copiis, inter quas etiam Gallorum copiæ cum ingenti Helvetiorum manu ad ſui Regis liberationem anhelantes, & Venetorum præſidia concurrere debebant, ut etiam populis ad liberationem Italiæ concitatis, uno ictu, atque contextu noſtrum exercitum prorſus delerent, nosque non ſolum a ſtatu Mediolani, ſed etiam a regno Neapolitano, ac ab omni Imperio Italico excluderent, ut inde Sanctitas veſtra nos etiam ab omni Imperiali dignitate deponeret: Finxit Marchio ſe contentum his annuere, ſi id cum honore ſineque incurſu criminis læſæ Majeſtatis exequi liceret: & ut ſuper ea re peritiores conſuleret, petiit quindecim dierum dilationem, quibus pendentibus, illi erat in animo nobis rei ſeriem conſcribere, prout & fecit, nec ideominus ſe a practicis abſtinuit qui etiam ad hanc factionem magis colorandam, habuit ex Urbe conſilium peritorum, quo eidem

Mar-

Digitized by Google

Marchioni persuadebatur, eundem licite posse, ac sine honoris, seu fidelitatis præstitæ læsione, seu præjudicio, sineque incursione criminis læsæ majestatis, in partes vestræ Sanctitatis tanquam supremi domini illius Regni transire, feudumque ab eadem Sanctitate suscipere, ubi potissime ipsius Sanctitatis jussus accederet. Si hæc igitur, Pater Sancte, vera sint, prout narrat Marchio, qui usque ad ultimum vitæ spiritum in ea semper sententia perstitit: si sint illa jactata, atque tractata consilia, quæ vestra Sanctitas etiam audiviſſe fatetur, videat ipsa Sanctitas recto sui intellectus oculo, si hæc tanto pastore digna censeantur, inspiciat qualis fructus inde colligi posset, quale scandalum, quantusque tumultus ex his in ecclesia Dei, ac in universa Christiana Repub. nasceretur. Miseranda, quippe res esset, ac ab omni fideli catholico deploranda, in qua ita occupatur mentis nostræ judicium, ut quasi somnium illusorium, putemus, cui fides tribui non deberet, quum potissime, ut antea liquido ostendimus cesset fundamentum illud satis manifeste erroneum, immo penitus falsum, de foedere a nobis rejecto, quod nunquam rejectum, sed plane acceptum constat. Sed ait vestra Sanctitas se a verbis ad facta nullum aditum tentasse: utinam sic se res haberet, nilque de facto tentatum esset, quia facilius pro verbis verba reddi possent, facta autem pro infectis haberi nequeunt. Atque vestra Sanctitas se de eo officio commendat, nos admoneri mandasse, ut Duces nostros in Italia, quorum in manu res nostræ erant, curaremus de nobis esse contentos, hinc probationem eliciens, eidem esse curæ quietem, & stabilitatem, rerum nostrarum: nolumus inficiari id officium a Sanctitate vestra præstitum, eo tamen tempore, quo idem Marchio totius rei seriem nobis aperte disseruerat. Cur autem tunc vestra Sanctitas re jam detecta, id nobis nunciandum censuerit, id ejus judicio ac conscientiæ commendamus. Volumus tamen hoc in benigniorem partem suscipere. At subjungit vestra Sanctitas quod maximo cum gemitu, & dolore suo, atque Italiæ totius, quum Duces nostri statum Mediolani occupassent, atque arcem in qua Franciscus Maria residebat, circumvallare instituissent, postulante a se curam, & severitatem adversus indignitatem tantam Italiæ periculo, omnibus notis, atque ignotis flagitantibus, paratis qui arma, & auxilia conferrent, cunctis prope Christianitatis Regibus vestram Sanctitatem animantibus, quum non videretur posse resistere monitis, querelis precibusque illorum, quum vos officii vestri debitum, Italiæ calamitas, & periculum commune commoveret: tamen adveniente per eos dies ad vestram Sanctitatem Commendatore Herrera nuncio nostro tractandi causa misso, relapsa eadem Sanctitas in pristinam spem & cupiditatem benevolentiæ nostræ sibi quovis modo conciliandæ dimissis consiliis, conspirationibus, oblationibusque cunctorum, gravi omnium indignatione, & querela, qui se a vestra Sanctitate desertos conquerebantur ad nos denuo confugiendum putavit, quærendo nobis comparare gloriam pacandæ Christianitatis, & moderationis nostræ omnibus declarandæ: sicque ea conventionum capitula paucis, ut ait, in locis leviter immutata remisisse ad nos comprobanda, scripsisseque manu sua literas, quibus per Dei misericordiam obsecrando, ut depellere vellemus eam suspicionem quæ de nostra nimia cupiditate omnibus adhærebat: perpetuitatem, & fructum amicitiæ suæ nobis pollicebatur, consiliumque fidele dabat, & quæ petenda erant, omni cum humanitate & benevolentia a nobis petebat, securitatem videlicet Italiæ: Duci Mediolani, si quo pacto errasset, clementiam: vestræ Sanctitati, amorem. Quæ tot illius opera, atque officia erga nos, aliaque quamplurima, quæ nobis quotidie postulanti concredebat, ex quibus nobis commodum, atque honor quotidie accrescebat, ut ait, parvipendimus: his multiplicium querelarum accusationum, & criminationum fasciculum adjungit. Quibus tot, & tantis, ut inquit, injuriis, & causis invita vestra Sanctitas & gemens, de nobis desperare, & diffidere est coacta, suamque amicitiam, & benevolentiam, quam totiens, ut asserit, repudiavimus, multis, & magnis Regibus adjungere, quorum optimum in Christianam rem & sedem Apostolicam animum, si vestra sanctitas aspernata esset, non jam pastoris, & communis patris laudem, sed superbi, & insolentis nomen acquisivisset. Hæc, pater Sancte, horrenda quidem, & penitus abominanda censerentur, ni scuto veritatis circundati, hujusmodi calumnias, convitia, improperia, crimina, facinoraque nobis objecta refellere, ac singulatim suo ordine extirpare, & enervare studeremus. Non quidem hæc Christiano principe digna (si vera forent) sed potius apud inferos recondenda censerentur. Ut igitur hujusmodi calumniarum nobis falso objectarum fasciculum dirumpamus & colligato spicula in nos conjecta, separatim, ac gradatim eneruemus, cogimur historiam, non fabulam recensere, qua rerum gestarum veritas in lucem prodeat. Et quum ab occupatione status Mediolani, arcisque obsessione, hujusmodi calumniarum principalior sumatur occasio, hincque pendere videantur leges & prophetæ horum omnium, quæ in nos moliuntur & tentantur, consequens est, ut pro nostræ vilicationis debita ratione reddenda, & nequid occulti remaneat, neve servi nequam nobis nomen, & formam comparemus, sed potius servi fidelis, & boni, qui in regnum domini intrare valeamus, ab ipso stipite initium sumamus, & a capite rationem reddamus oportet, nihil quod ad rem faciat, omittentes. Res igitur, ut apertissimis ostendetur argumentis, sic se habet. Postquam Franciscus Sfortia hujus nominis primus, & moderni Francisci avus paternus ducatum, ac statum Mediolani nactus est, seu verius occupavit quum is non intraret per ostium, sed per fenestram, nec descenderet a linea vicecomitum ducum Mediolani, sed ex persona uxoris ad tale feudum incapacis jus dicti ducatus prætenderet, & tanquam strenuus, prudens, ac fortunatus belli dux non habuerit in ipsius ducatus assequutione contradictorem, nunquam tamen is, neque ejus filius primogenitus Galeacius

Digitized by Google

Maria Sforcia, nec ex eo primogenito nepos Joannes Galeacius Sforcia ipsius Ducatus Mediolani Investituram a Sacro Imperio obtinere potuerunt. Successit his Ludo. Sfortia moderni Francisci pater, qui affinitate cum Divo Maximiliano Cæsare avo nostro contracta, primus ex Sforcianis Investituram obtinuit pro se, & filiis, ac descendentibus suis ordine successivo, gradu primogenituræ servato: Quo Ludovico primo investito adhuc vivente, insurrexit adversus eum Ludovicus Aurelianensium. Dux, inde Francorum Rex, ejus nominis duodecimus, prætendens, quod si ex fœmina linea quispiam in eo Ducatu recte succederet, ipse præferendus foret, qui ex descendentia Valentinæ Philippi Mariæ Vicecomitis veri Ducis filiæ legitimæ ortum trahebat, pacto etiam in contractu matrimonii adjecto, ut deficientibus masculis, ipsa Valentina succederet, quod vacante Imperio a sede Apostolica approbatum dicitur: de cujus tamen approbationis viribus nunc disceptandi occasio non offertur, ipsa aut familia Sforciaca ab illegitima posteriore genita originem duceret. Ortum est hinc bellum inter ipsum Ludovicum Aurelianensem, inde Francorum Regem, & dictum Ludovicum Sforciam, qui Gallorum viribus & potentia non solum a Ducatu, & statu ejectus extitit, sed etiam captivus in Galliam ductus est, vbi tandem dies suos clausit extremos. Hinc Ludovicus Rex intelligens se non esse tutum in Ducatu Mediolani, nisi a sacro Imperio Investituram obtineret, inito fœdere cum divo Maximiliano Cæsare avo nostro recolendæ memoriæ, actoque de matrimonio, seu sponsalibus contrahendis inter nos, & Claudiam ipsius Ludovici regis primogenitam, revocataque per dictum Divum Maximilianum Investitura eidem Ludovico Sfortiæ, & liberis antea concessa, Investituram dicti Ducatus obtinuit pro se, & dicta Claudia ejus filia, casu quo nobiscum nuberet, ea lege adjecta, de expresso ipsius regis Ludovici, suorumque Oratorum consensu, quod si sine culpa nostra, dictum matrimonium inter nos, & Claudiam quovis modo effectum non haberet, prout non habuit, redderetur ipsa investitura dicto regi, & Claudiæ filiæ concessa, penitus inefficax. nulliusque momenti, verum omne jus dicti Ducatus, & status Mediolani ex ipsa investitura concessum, in nos recta via transiret: concessa ex tunc illis consentientibus, in eum casum nova investitura, in nostri personam, præsente ad id, & nostro nomine stipulante, & acceptante, reliquaque ad id requisita solennia peragente Serenissimo, felicis memoriæ Philippo Castellæ Rege, patre nostro. Quam investituram in solenni forma conceptam, & per ipsum Divum Maximilianum tunc expeditam, adhuc hodie penes nos habemus. Et licet eo fœdere per regem Ludovicum violato, dictaque Claudia ejus filia matrimonio copulata cum tunc Duce Angolemensi Francisco moderno Francorum rege sicque conditione purificata; Investitura nobis, ut præfertur, conditionaliter concessa validum robur & effectum obtineret, ut jus dicti Ducatus, & status Mediolani in nos translatum censeretur. Ipse tamen Divus Cæsar Maximilianus tum quia publicam potius, quam privatam utilitatem curabat, tum quia putabat jus nobis ex Investitura prædicta quæsitum, salvum esse nullumque præjudicium nobis tunc posse afferri, qui in pupillari ætate constituti, sub illius tutela regebamur: quo tutelæ officio fretus, jus illud liquidum, quod nobis competebat, nec tacite, nec expresse remittere poterat, novam eidem Ludovico Gallorum regi pro se, & dictis Claudia filia, & Francisco genero investituram concesit, nonnullis etiam conditionibus nequaquam observatis astrictam, ac a nobis, qui jus potisimum prætendere poteramus, minime approbatam, Quapropter Divus ipse Cæsar Maximilianus violati fœderis vindictam prosequens, expulso ab ipso ducatu Mediolani dicto Ludovico Francorum rege, sub colore prioris Investituræ Ludovico Sfortiæ concessæ, & ut præmittitur, revocatæ, nobis iterum in pupillari ætate, ac sub illius tutela degentibus, Maximilianum Sfortiam ejusdem Ludovici Ducis filium primogenitum, ad ipsum Ducatum & statum Mediolani admisit & induxit. At is possessor effectus, immemor beneficii in eum collati, plura cum Gallis hostibus in Sacri Imperii dedecus & detrimentum molitus est, indeque inito, ac percusso cum his fœdere, prodidit eisdem arces, & statum, ac ad hostes transivit, cessitque Ducatui. Ex cujus felonia, si quod jus in eodem Ducatu habuisset, ad Sacrum imperium devolvebatur. At quum modernus rex Francorum tum ex prætenso jure investituræ Ludovico Regi ejus socero concessæ, tum etiam ex jure cessu per dictum Maximilianum Sfortiam, ipsius ducatus possessionem post Ludovici Regis mortem hactus esset, nulla per eum, seu alium ejus nomine nova investitura ab ipso Maximiliano Cæsare, nec a nobis petita, seu obtenta, sic nos & sacrum Imperium contemnendo, pluraque etiam contra decus & honorem nostrum, & ipsius sacri Roma. Imperii moliendo, & in nos ejusdem feudi Dominum cervicem elevando, armaque movendo, prout suis propriis literis, ac notoriis gestis innotuit, etiamsi validam antea Investituram habuisset, prout non habuit, omni illius commodo, omnique jure ipso facto privatus extitit, idque totum ad nos, & sacrum Roma. Imperium devolutum fuit, vt sic Illustris Franciscus Sfortia in eodem Ducatu Mediolani nullum jus posset prætendere, nisi id ex nostra liberalitate & gratia consequeretur. Non enim ex Investitura paterna jus aliquod habere potest, stante revocatione, ut præmittitur, facta per ipsummet concedentem, eo scilicet tempore, quo nondum eidem Francisco Duci jus in re quæsitum dici poterat, sed duntaxat in spe, quod facilius tollitur, ubi potissime plenitudo accedit potestatis cum certa ipsius concedentis, ac revocantis scientia. Non etiam ex cessione, seu renunciatione dicti Maximiliani ejus fratris primogeniti, qui nullam de eo statu habuit investituram, sed simplicem detentionem nullo jure fulsultam, cui pariter obstabat paternæ investituræ revocatio, sicque illius cessio nullius fuit effectus. Nemo enim plus juris in alium transferre

Digitized by Google

ferre potest quam ipse habeat. Sed demus Investituram eidem Ludovico patri concessam, in suo robore permanere, ipsumque Ducem Franciscum juxta illius ordinem ad successionem vocandum, non vocatur ex ea nisi post mortem primogeniti, qui adhuc vivit, ficque non evenit casus qui ipsum Franciscum admittat. Non enim primogenitus simpliciter refutavit feudum ante feudi adeptionem, ut fieret locus sequenti in gradu, sed adepto feudo, ubi de fructibus pro libito ejus vita comite disponere poterat, etiam invito propinquiore successore, cessit, ac renunciavit. Et quum id egerit paciscendo cum hostibus & delinquendo in Dominum feudi, totum illud jus, quod eidem in Maximiliano primogenito competiisset, ad sacrum Imperium devolutum extitit, ficque nos nullo jure cogebamur, etiam firmâ Rabre illa prima investitura, hujusmodi Ducatum Mediolani concedere ipsi illustri Francisco Sforciæ, saltem vita comite ipsius Maximiliani primogeniti, quinimmo jure merito poteramus Ducatum ipsum penes nos retinere, eoque interim uti, frui. Objicietur nobis fœdus percussum cum Divo Leone, super quo tamen nullum validum fundamentum in favorem dicti Francisci Sforciæ ædificari potest, res est inter alios acta, nihil ibidem cum Duce Francisco tractatum est, nec quispiam pro eo ibidem intervenit, nullusque pro eo stipulatus extitit, cui jus stipulandi esset. Etsi inter contrahentes res ageretur, emergeret quæstio, an is qui ex eo fœdere se fundaret, pro parte sua implevisset quod debebat. Sed fateamur omnia solenniter gesta, & impleta, ipsumque fœdus percussum & stipulatum, cum ipsomet Duce Francisco, non datur illi ex eo fœdere plus juris, quam ante haberet. Sic enim sonant illius fœderis verba. Item quia Illustris Franciscus Sfortia Dux Barri, prætendit Ducatum Mediolani sibi deberi ex vi investituræ per fœlicis memoriæ Maximilianum Cæsarem factæ, attenta renunciatione fratris sui primogeniti, per quam se primum successionis locum asserit obtinere: actum extitit, & conventum, quod si idem Illustris Franciscus Sforcia Ducatum ipsum recuperaverit, prædicti contrahentes eundem in suis juribus conservare curabunt, ac ab omni violentia tueri nitentur. Ecce igitur, quod hic nullum aliud jus prætendebat Dux Franciscus, quam quod prædictum est, abunde tamen enervatum: ecce quod hic est conventio conditionalis, si ipse Dux Ducatum recuperaverit, quæ conditio implenda erat in forma specifica, eaque non impleta, prout ipse implere non poterat, obligatio illa evanescit. Et esto, quod foret ipsa conditio formiter impleta, & purificata, ecce obligatio illa non disponit, nisi de conservando in suis juribus, quæ ut antea ostensum est, nulla sunt, nulliusque momenti. Si igitur eos tot titulis, torque juribus fulti (qui Ducatum ipsum fœderatorum nostrorum præsidiis freti, nostra tamen ut plurimum impensa, non sine magna nostrorum factura, tot præclaris ducibus, ac militibus amissis cum tanta Christiani sanguinis effusione, ex hostium manibus recuperavimus, ab eorumque faucibus eripuimus, & toties illis redeuntibus, repulsis, ac victis servavimus, ac tutati sumus) nulla nos ad id urgente necessitate, sed pro sola Reipub. quiete, ex nostra mera liberalitate, ac munificentia juribus nostris tam claris, tamque apertis, omnino postpositis, ac postergatis, consensimus eundem Illustrem Franciscum Sforciam tanto munere facere, eundemque ad dictum Ducatum admittere, ac eidem ipsius Ducatus investituram concedere: quisnam vir sani capitis nos de cupiditate, de ambitione, de indebita occupatione, recte arguere poterit? quisnam ex his gestis potest elicere siniſtram aliquam suspicionem, quod non recto animo intenti videamur ad ea omnia, quæ Reipub. Christianæ quietem & tranquillitatem, Italiæque libertatem concernere videntur? At hæc non verbo tantum obtulimus, sed & effectu præstitimus. Fecimus enim ipsum Ducem Franciscum totius status possessorem, fecimus in ejus potestatem reponi, & consignari omnes arces, omnesque civitates, autoritatem, & administrationem omnimodam eidem permisimus, ut non solum regeret, & pro libito administrare posset, fructus percipiendo, sed etiam alienando, vendendo, ac pro ejus voto disponendo: cujus etiam alienationes, dum ad id requisiti fuimus, tanquam a vero Duce factas, confirmavimus, & approbavimus. Fecimus in fœderibus per nos initis tum cum Adriano, tum cum Venetis, tum etiam cum exteris cum quibus tractavimus, eundem tanquam Mediolani Ducem nominari, & includi, de ejusque tutela & conservatione transeginus concessimusque tandem investituram dicti Ducatus & pertinentiarum in forma amplissima, quam ad manus Equitis Billiæ ipsius Ducis Francisci oratoris realiter consignavimus, sub certis conventionibus & obligationibus per ipsum Ducem implendis pro parte impensarum per nos in ejus beneficium factarum pro adeptione, & conservatione dicti status, in quibus tamen nos ita moderate habuimus, Ut nec vix quartam ipsarum impensarum partem per annorum terminos essemus recuperaturi. Hæc profecto scripto patent, nullaque tergiversatione celari possunt, quum jam in notorietatem transiverint. Insuper quum de ipsius Illustris Francisci morte dubitaretur, physiciique de illius salute desperarent, hincque nova oriretur in nos suspicio vestræ Sanctitatis, Venetorum, ac aliorum Italiæ Potentatuum, si statum ipsum Mediolani, per mortem dicti Ducis Francisci ad Sacrum Imperium recta via, recitoque ordine justitiæ devolvendum, aut in nostra potestate retineremus, aut Serenissimo fratri nostro charissimo Ferdinando Archiduci Austriæ concederemus, quum & nostram, & ipsius fratris nostri potentiam exosam, & formidabilem habere viderentur, potius Deo (qui nobis hæc sua clementia & benignitate contulit) ipsique fortunæ invidentes, quam aliqua alia justa causa perciti, placuit vestræ Sanctitati nos per dictum ejus legatum monere, & hortari, quatenus pro Italiæ quiete, ac ad submovendum cujusvis suspicionis scrupulum, in casum mortis dicti Illustris Francisci Sforciæ, ducatum ipsum Mediolani nequaquam in nostra potestate retineremus,

neremus: nec pariter ipsi Sereniss. fratri nostro concederemus, sed ipsum Ducatum tali personæ traderemus, de qua Italiæ Potentatus nullum metum, nullius que suspitionis objectum habere possent: ad eumque effectum vestra Sanctitas per dictum legatum, alterum duorum nobis ad id proponi fecit, aut Ducem Borbonii, aut Don Georgium de Austria Cæsaris Maximiliani naturalem filium. Annuimus tunc, licet ad id nullo jure astringeremur, quod Ducatus ipse in casum devolutionis minime penes nos retineretur, nec etiam ipsi Sereniss. fratri nostro concederetur; obtulimusque in eum casum, dictum Ducatum conferre in personam iure merito gratam & acceptam vestræ Sanctitati, & de qua nihil suspicari posset, quod ad turbandam Italiæ quietem tendere videretur: licet etiam id a vestra Sanctitate acceptatum non fuerit, nec etiam aliis Potentatibus gratum extiterit, nisi personam, cui in eum casum Ducatum conferre vellemus, prius nominaremus, ut discerni posset, an grata & accepta foret: non fuimus ab hac instantia alieni, nominavimus in eum casum ipsum Illustrem Borbonii Ducem quem vestra Sanctitas primo proposuerat in eum quidem investiturum conferre parati, non pro commodo, aut augmento nostro, sed pro tollenda ea suspitionis rubigine, qua vestræ sanctitatis ac Potentatuum animi angebantur, pro submovenda ea umbra nostræ magnitudinis, qua intrinseous premebantur, proque ipsius Italiæ quiete, quæ semper nobis cordi fuit, ut potius Christianæ Reip. causam quam nostram privatam tueremur. Quid igitur cupiditatis nobis ex his ascribi possit, si Ducatum, & statum Mediolani tanti momenti, tantique valoris, ut præmittitur, per nos recuperatum & quem licite retinere poteramus tot titulis, torque juribus suffulti, semel Illustri Francisco Sforciæ concessum, iterum per illius mortem ad nos devolueretur, ad vestræ Sanctitatis nutum alteri concedere annuerimus? ei videlicet, quem vestra Sanctitas prius nominaverat, atque tam justis juribus, tamque amplo & importanti dominio suffulti (pro quo si Julius Cæsar reviviscens nostram personam indueret, aut hi qui nobis cupiditatem impingunt, forsan etiam jusiurandum violandum censerent) nos ipsi, non coacti, nulloque juramenti, seu cujusvis obligationis vinculo astricti, nostra sponte, pro ipsa Repub. jus nostrum tam liquidum abrogare, & a nobis auferre consenserimus, excluso etiam proprio fratre, qui jure merito post nos cæteris omnibus anteponendus videbatur, quum hunc loco filii haberemus in succedendi gratia proximiorem, cui nulla ratione, nulloque jure divino, naturali, vel civili, extraneus quispiam anteferendus erat. Fateamur necesse est, non hic cupiditatem, non ambitionem, non avaritiam, non dominandi, seu aliena occupandi, appetitum inesse, sed potius amplisfimam uberemque largitatem, munificentiam, ac si dicere fas est, prodigalitatem dominandique contemptum argui. Quod tamen publicæ rei causa, læto, hilarique animo ultro ac sponte præstabamus. Sed nunc submovenda restat causa illa gemitus, & doloris Sanctitatis vestræ ac totius Italiæ, qua vestra sanctitas affligitur, occupationis scilicet ipsius status Mediolani inde per nostros Duces factæ, cum obsessione arcis, in qua Dux erat. In qua re licet nos ab omni culpa excludere, & liberare possemus, illam, siqua foret, in Duces belli referendo, quibus, dum nos monuissent de practicis, & molitionibus, quæ adversus nos fiebant, & in nos, ac statum nostrum parabantur, Marchioque Piscariæ, ut præferur, rei conscius, nobis illius seriem radicitus detexisset, affirmans ipsum Ducem Franciscum hujusce facinoris reum, ut se, statumque illum a nostra obedientia subtraheret, ac foederatorum viribus, non habita ratione Investituræ, nec fidelitatis per eum præstandæ, nec impensarum, quæ nobis erant resarciendæ, in eo statu de facto potius quam de jure tueretur, atque etiam eo decedente, foederatorum præsidio, nobis exclusis, subintraret in eo statu ejus frater Maximilianus Sforcia, quem iam ipso jure privatum diximus, consentiente etiam Gallorum Rege cujus dicti Maximiliani, si quod habuisset, cessum erat, ut quoque exercitus noster tumultuantibus populis, ad ipsiusmet Ducis Francisci suorumque agentium, & foederatorum instantiam, & sollicitudinem deleretur, & in ruinam, ac præcipitium deduceretur, & si fieri posset, omnes ipsius exercitus Duces, ac milites trucidarentur: eo etiam signanter adjecto, quod quum ipse Illustris Marchio Piscariæ, habito de ea re cum ipso Duce Francisco colloquio, ut magis illius intrinsecum animum tentaret, an firmus in ea factionis practica remaneret, eidem Duci persuadendo dixisset, quod postquam a nobis Investituram obtinuerat, eratque de suo statu securus non oporteret amplius eam practicam prosequi: idem Dux respondisse fertur, firmius & commodius esse, quod jam practicatum erat, atque concluſum, quam quod ex investitura assequi poterat, concurrente ibidem publica Italiæ salute, quæ etiam rei privatæ anteferenda censeretur. Instabant propterea Duces ipsi, ut ad has molitiones repellendas, neve majora scandala inde sequerentur, his licentiam præberemus, ut de ipso Duce Francisco, & statu Mediolani se nostro nomine assecurarent pro nostri exercitus tutela, utque exercitum ipsum quem minuendum, & pene dissolvendum (nil tale metuentes) jusseramus, non solum sustineremus, sed etiam augeremus, ni penitus ab Italia excludi vellemus. Nos autem qui hæc non facile credebamus, sed potius conficta, simulataque putabamus, eo quod qui bella tractare solent, potius belli, quam pacis media cogitant, illisque libentius animos eorum adaptant, arbitrabamur enim quod sub eo colore putassent nos cogere, & urgere ad ipsum nostrum exercitum integre servandum, sustinendumque. Dubitantes itaque ne velut belli cupidi, in id præcipites ruerent, ac arma præter nostram voluntatem moverent, quum etiam nil aliud quam pacem, & quietem cuperemus, mandavimus eisdem nequid novi tentarent in dicto statu Mediolani, nisi tribus casibus, si Dux Franciscus moreretur, si Galli cum Helvetiis Italiam intrarent, vel si factionum practicarum

Digitized by Google

tarum ex adverso quod tentaretur, ut hi prius arma contra nos, exercitumque nostrum moverent. In quolibet enim horum trium casuum consensimus, quod pro tutela exercitus nostri, & rerum nostrarum, se assecurarent de dicto statu Mediolani. Verum quum Hieronymus Moronus primarius ipsius Ducis Francisci consiliarius, ac ejus factionis, ut fertur, principalis minister, multiplicatis suis literis monuisset dictum Marchionem Pischarix, quem putabat factionis participem habere, ut rem suam disponeret, eidem affirmando reliquos factionis socios jam dispositos, paratosque esse, ut in octo, vel decem dierum spatio in nostros irruendum esset: idem Marchio participato cum cæteris Ducibus nostris consilio, captivatoque Morono, illius habita confessione totam seriem negocii complectente, satis conformari ades, quæ Marchio nobis suis literis insinuaverat, collecto exercitu nostro, undique, sparso aliquot civitatibus munitis, Mediolanum progrediturum Ducem Franciscum interpellat, ut pro securitate nostra nostrique exercitus, urbe, & castra dicti status in nostrorum manus deponeret, idque custodibus illarum exequendum committeret. Annuit Dux ipse, ut arces nostris traderentur, prout effectu tradita fuere, duabus duntaxat arcibus principalioribus, quas ipse munierat, Mediolanensi scilicet, in qua ipse recludebatur, & Cremonæ exceptis. Has enim duas sibi reservandas censuit, donec de nostra voluntate certus fieret, offerens interim illas nostro nomine tenere, ac etiam obsides dare, ac per se & per præfectos arcium juramentum præstare, quod ex ipsis arcibus nullum exercitui nostro damnum, seu præjudicium fieret. Non placuit hæc securitas ducibus nostris, videntibus periculum in mora, si arces illæ magis munirentur, liberæque permanerent, posse inde exercitum nostri ruinam succedere, resque nostras in evidenti periculo manere. Interpellant denuo, ac iterum, atque iterum requirunt sub rebellionis pœna, & læsæ majestatis criminis confessi, & convicti, quatinus ipsa arce Mediolani in potestate nostra ac nostrorum posita, exiret, suique copiam faceret, & adversus ea, de quibus culpabatur, defensiones, ac justificationes, si quas habebat, proponeret, duosque ejus rei conscios, quos penes se habebat in arce reclusos, dimitteret interrogandos ad ampliorem rerum gestarum dilucidationem. At quum Dux ipse his non annueret, nisi a nobis mandatum haberet, nostri arcem circumuallant, interimque nos de gestis admonent, necessarias causas, per quas ad hæc coacti fuerint, enarrant, approbationem gestorum à nobis expostulant, instant, ut eidem Duci Francisco rescribamus, mandemusque, ut arcem nobis, aut nostris tradat. Nos ægre ferentes rem hanc præter mentem nostram tentatam, nunquam voluimus nec illorum gesta approbare, nec Duci ut petebatur, mandare, quod castrum dimitteret. Semper enim in animo habuimus, eam accusationem, quæ in Ducem ferebatur, debito juris ordine tractare ac terminare. Verum nunc perspecto ejus rei exitu, ex quo præcitorum veritas elici potest, quum præparatæ iamdiu factionis effectus illuxerit, quo magis deinceps eidem nostris ducibus credere debeamus, non possumus non laudare & approbare eorum prudentiam, & fidem in conservatione, dicti status, ipsiusque nostri exercitus, illiusque arcis assecuratione, ne amplius muniri posset, neve inde majoris mali & incommodi occasio præstaretur: Nec id quidem ita perperam, & injuste gestum videtur, prout vestra Sanctitas sibi persuadet. Dato enim fundamento, quod ipse Dux Franciscus læsæ majestatis reus accusaretur, & si unius duntaxat testis adesset depositio, ubi plurium tamen adest testimonium, ex quibus, etiam si essent socii criminis, ac factionis participes, poterat juramento contra ipsum ducem procedi & ad capturam, & ad torturam, & cogi ut sui copiam faceret, ac in vinculis causam diceret, suasque defensiones & justificationes carceratus adduceret: non autem in arce reclusus audiri debuit, quinimo contra eum vocatum, & non comparentem, ac se subtrahentem, & resistentem potuit in ejus contumaciam pronunciari, ut pro confesso & convicto haberetur. Sed & priusquam id fiat, accusato non comparente, nec sui copiam faciente, licite ad manus Curiæ reducuntur illius bona, quæ etiam a die ingressi criminis, ipso jure publicata, confiscataque censentur. Sicque hinc non tanta causa gemitus, & doloris vestræ Sanctitati parata videtur, si dominus vassallum ingratum, & læsæ majestatis reum puniendum censeat, ni forsan (quod in mentem nostram cadere non potuisset) id gemendum, dolendumve putent, quod eidem hanc fovea, in quam incidit, sub charitatis specie paraverint, ipsumque ad hujusmodi dissensiones deduxerint: Sed potius ingemiscere, ac dolere deberet non solum vestra Sanctitas, sed universa Respub. quod sine justa causa, sineque culpa nostra tam ingens excitetur incendium, quo & turbatur universus Ecclesiæ status, & tota scandalizatur Christiana religio. Nec sane intelligere possumus, quod omnes Christianitatis Reges id, ut vestra Sanctitas ait, efflagitaverint, nec parati fuerint in re tanti præjudicii arma, & auxilia conferre. Scimus enim, ac pro comperto habemus, nec Hungarum, nec Polonum, nec Portugallensem, nec Danum hujusce concilii participes, seu conscios unquam fuisse. Anglus autem & si ejus fœderis conservator, & protector nominetur, nobis tamen aperte suis literis significavit, se nequaquam id fœdus consensisse, nec mandatum dedisse, nec talem protectionem acceptasse, nec acceptare velle, licet ad id parte vestræ Sanctitatis interpellatus, ac instanter requisitus extiterit, se pacis, quam semper efflagitavimus, mediatorem offerendo. Gallus vero & si cum vestra Sanctitate ac aliis Italiæ Potentatibus fœdus percusserit, ut eo medio mitiores si possit, quam jam ex nostro fœdere obtinuerit, a nobis pacis conditiones exhauriat, liberosque obsides recuperet: retulit tamen aperto ore, quod vestræ Sanctitatis impulsu, ac suasu, etiam prius, quam liber in regnum suum remitteretur, de ipso novo fœdere inundo sollicitabatur. Et

sunt qui affirment, ut ex quibusdam literis percepimus, quod vestra Sanctitas, ipso etiam Gallorum rege non petente, eidem juramentum relaxaverat, quod nobis præstiterit pro fœdere nobiscum prius inito (quod tamen credere nolumus, quando quidem res talis omnino a pastore Christi vicario aliena esse deberet, ne ipsius jusjurandi fine causa spreta religio ad deteriora incentivum præberet) merito tamen vestra Sanctitas his verbis utitur, dimissis consiliis, et conspirationibus, si verbis additum effectus, si vere omnis conspiratio dimittatur, quum secundum rectam intelligentiam crimen deneget. Quo autem ad ea conventionum capitula, quæ attulit Herrera, videamus qualiter vestra Sanctitas prætendat illa paucis in locis leviter immutata. Si enim bene cuncta rimentur, omnes articuli, qui cum ipsius legato, sic compositi, remanserant cum vestra Sanctitate concludendi, licet ipsam conclusionem vestræ Sanctitati reservandam assereret, ejus potestate, postquam ad nos pervenerat, resecata, atque restricta, mutati penitus ad nos remissi fuere, ita ut nullus fere remaneret intactus, qui non aliam substantiam, aliumque sonum pro se ferrent. Omnes tamen hujusmodi mutationes, non quidem leves admisimus, in quatuor duntaxat articulis hujusmodi conventionum, duodecimo, decimotertio, decimoquarto & decimoquinto moderationem petentes. In duodecimo enim ipsorum articulorum, qui nem Ducis Ferrariæ complectebatur, licet omnis substantia ultra quam tractatum esset, mutari videretur, consensimus tamen nos effectum, cum eo fœdu, quod eadem Sanctitas vestra intra præfixum tempus, dum sibi expediret videretur, sine cujuspiam resistentia, sineque armorum apparatu, recuperare posset possessionem Rhegii & Ruberiæ, tenendam & possidendam, prout antea tenebat, ita ut non intelligeretur præjudicatum juribus Imperii, aut cujuslibet alterius prout eadem Sanctitas admittebat: id solum addidimus, quod ad alliciendum ipsum Ducem Ferrariæ ad ipsius fœderis contributionem, ut nulla subsisteret in Italia turbationis causa, vestra sanctitas eidem Duci concederet investituram Ferrariæ, remittendo eidem quascunque pœnas, & jus commissi, ac absolvendo eum a censuris forsan incursis: quod profectionem nisi ad majorem quietem Italiæ petebamus, non ignorantes ipsum Ducem non aliter sine armis cogi posse, ut Rhegium, & Ruberiam dimitteret, ac Sanctitati vestræ restitueret, in quibus & jure feudi Imperialis, & ratione prioris spolii se potius tuendum censebat. Unde ad præcidendos novos belli tumultus, & ne remaneret cujusvis incendii scintilla, sed universa Italia in eo fœdere sine quovis scrupulo concurreret, id ita agendum necessario censentes, ni prout nunc agit vestra Sanctitas, nos etiam sub specie defensivi fœderis jam percussi ad ipsius Ducis Ferrariæ offensionem astringere voluissemus. In qua re novos bellorum tumultus timebamus quos tamen effugere nequivimus, qui dum ab offensione nos abstinere curamus, defensioni status, dignitatis, & autoritatis nostræ intendere cogimur, & invitis ruamur. Qua de re huiusmodi nostram additionem nequaquam respuendam a vestra sanctitate putabamus. In hoc enim nec vestræ Sanctitatis autoritati derogabatur, nec a veri Patris officio declinabatur, sed potius publicæ quieti consulebatur. In tertiodecimo ipsius fœderis, seu Capitulationis articulo illam ibi distributionem in statu Mediolani continuante, cui quinque correctionibus per vestram Sanctitatem factis, omnes admisimus, eo duntaxat excepto, quod ubi vestra Sanctitas deleverat illa verba, ad ejus vitæ decursum, sanagens illinc jus sibi & successoribus perpetuare, nos qui duntaxat personæ Sanctitatis vestræ, ejus vitæ comites, gratificari volebamus, non ita constitutum ipsum Mediolani ducatum imperii feudum perpetuo ecclesiæ Romanæ astringere, & tali libertate semper gravatum remanere sine spe libertatis, nolentes, etiam ipsum Serenissimum Archiducem fratrem nostrum jure sibi in ea re concesso, perpetuo exclusum remanere, nullimode illam cancellationem approbare, sed verba illa, ad ejus vitæ decursum, pro ut in capitulatione, quam attulit Herrera, firma manere censuimus. Ex ultimo demum ipsius articuli correctione admisimus eam partem additionis ibidem per vestram Sanctitatem factæ, ut esset illa correctio absque præjudicio juris sedis Apostolicæ. Ea autem verba, quæ his subjungebantur, videlicet de jure ipso in Ducatu Mediolani distribuendo, quum viderentur relativa ad subsequentia ad jura sedis Apostolicæ, videremus quo fieri jus esse Apostolicæ sedi illius distributionis, nolumus admittere, nec fateremur quod numerata in quo ex hujus articuli correctione nulli vestræ Sanctitati fiebat injuria, sed potius nimis & fratrem nostrum, ac Sanctam Romanam Imperium ab injuriis existimabamus, & non sub verborum involucro disceptationis causam relinquere volebamus, sed clare, & aperte dubium omne tollebamus. In quartodecimo autem articolo ipsius Capitulationis unde illæ lachrymæ, illæ angustiæ prodierint, addiderat vestra Sanctitas in fine ipsius articuli disponentis de statu Mediolani, & de Duce Francisco Sfortia, hæc verba sequentia. Et quia ipsi Francisco Mariæ Duci nonnulla imputantur contra Cæsarem, aut a sua majestate sibi concessam investituram, & feudum perpetratæ, cupiens eadem majestas quantum in se est, sobere Italiæ quietem, quæ servari non posse creditur cum ejusdem Ducis a statu, & Ducatu remotione, ideo conventum est, quod idem Dux in statu ipso permaneat, & quatenus opus sit, in eo per Cæsarem de novo confirmetur, non obstantibus quibuscunque per eum contra majestatem suam, ut supra dictum est, attentatis, etiam si saperent crimen læsæ majestatis. Cæsar namque Ducem ipsum pro innocente haberi vult, & ex mera liberalitate sua, ac totius Italiæ intuitum, totum sibi remittit, & indulget, si etiam plus quam dicitur aut creditur, erraſſet. Videat quæsumus Sanctitas vestra quam levis existimanda foret hæc immutatio, quam justa, & quam honesta petitio, quam optimum esset exemplum ad Respublicas bene gerendas, ad vasallos, & subditos in debita

bita fide, & erga dominos obedientia continendos: Quam egregiam præberet formam augendi, ac conservandi Sacrum Romanum imperium à Deo institutum, à prophetis prædictum, ab Apostolis prædicatum, & ab ipso Domino nascente, vivente, & moriente approbatum. Nos tamen qui nil aliud, quam pacem, quam quietem Christianæ Reipublicæ cupiebamus, & quantum fas esset, vestræ Sanctitati satisfacere, nullumque rectæ nostræ intentionis testimonium intactum, aut dubitationis scrupulum in vestræ Sanctitatis mente relinquere putabamus, reformavimus dictum quartumdecimum articulum ipsius capitulationis in hæc verba. Ut autem nihil dubietatis, seu suspitionis in hoc fœdere relinquatur, sed omnis scrupulus de medio tollatur quum in priori fœdere potius sub nomine proprio, quam appellativo includi videatur Illustris Franciscus Sfortia Dux Mediolani, qui aliquibus jam mensibus gravi vexatus ægritudine, & in summo vitæ discrimine constitutus fuit etiam de felonia, ac læsæ majestatis crimine accusatus, seu inculpatus. & si hunc aut naturali morte, aut civili (justicia prævia) ab ipso Ducatu Mediolani excidere contingeret, hæsitari posset, an fœdus ipsum ad alium in eodem Ducatu ex Cæsaris concessione vel dispositione, succedentem protenderetur: Ideo ad ampliorem ipsius fœderis declarationem, actum extitit, quod sive ipse Illustris Franciscus Sfortia vitam obierit, & ab hoc seculo migraverit, sive per viam justiciæ dicto ducatu fuerit privatus, in eum casum Cæsarea majestas pro Italiæ quiete, & contemplatione Sanctissimi domini nostri, ipsius Ducatus Mediolani investituram concedit illustri Carolo Duci Borbonii, & Alruenie, ita ut Sanctissimus dominus noster, ac cæteri confœderati, qui in hoc fœdere voluerint comprehendi, sint, & censeantur astricti ad defensionem ipsius status Mediolani, etiam ad opus dicti Illustris Ducis Borbonii, dum de ipso ducatu Mediolani fuerit investitus. quo casu quantum ad omnia in fœdere contenta, tanquam suffectus in locum dicti Illustris Francisci Sfortiæ, fungatur omnibus honoribus, & oneribus, quibus ille vivens, & in tali statu permanens fungi debuisset. Hæc est immutatio, quam in hoc articulo fecimus, quam velut justiciæ, & æquitati consonam approbandam, & nequaquam respuendam censebamus, minimeque in mentem nostram cadere poterat summum Pastorem vices Dei gerentem in terris adeo pertinaciter insistere debuisse: quod si Dux Franciscus tanti criminis reus appareret, impune evaderet, cogeremurque inviti illi indulgere, ac eum in statu illo conservare, sic incentiuum majoris ingratitudinis majorisque delicti illi præstando. Arbitrabamur enim vestræ Sanctitati sat esse debere, si Ducatu illo ad nos & sacrum Imperium devoluto, consentiebamus vestræ Sanctitatis intuitu, ut nec illum retineremus, nec proprio fratri concederemus, si personam quam vestra Sanctitas antea ad id gratam habuerat, nobisque nominaverat, moriente Duce Francisco providendam, non minus gratam esse putaremus ipso Duce Francisco per justiciam privato, ut quod in naturali morte consenserat, in illius etiam morte civili recusatura non esset. In quintodecimo vero ipsius Capitulationis articulo continente prætensas novitates contra Ecclesiasticam libertatem in Regno nostro Neapolitano, quum vestra Sanctitas fere totum articulum in verbis dispositivis delevisset, & cancellasset, his duntaxat verbis pro dispositione dicti articuli additis, & cummutatis, quod circa hujusmodi observentur, quæ investitura regni Neapolitani ipsi Cæsari concessa continentur. Nos hanc etiam correctionem & mutationem pro Sanctitatis vestræ nutu admisimus, additis duntaxat in fine articuli verbis sequentibus, his modis & formis, quibus per Ferdinandum Regem catholicum ejus antecessorem observata, fuere, & juxta ipsius Regni privilegia, ac jura. Quid enim in hoc immutatum, quod respuendum videretur, si antecessoris rectos tramites insequendos putamus, si jura, ac privilegia Regni nostri servare studemus? Qualiter aut ex his mutationibus tam justis rationibus suffultis, sumat vestra Sanctitas illud perspicuum, ut ait, indicium se a nobis illudi, & pro nihilo haberi, qualiter inferat ex his facultatem concessam Herreræ uberiorem fuisse, & quod facta concordia cum Christianissimo, restrictiora, & ieiuniora transmiserimus, qualiter & quo colore ex his prætendat indicari eandem sanctitatem postremam esse, & a nobis contemni, ubi nobis cum aliis amicitia convenisset, quicunque recti sensus, & passione alienus facile judicare poterit. Nos enim semper recti, integrique propositi remansimus, prius cum vestra Sanctitate quam cum quovis alio conveniendi. Nos & ante, & post fœdus cum Rege Gallo initum, semper in eodem proposito permanentes, vestram Sanctitatem ejusque ministros pro hujusmodi foedero ineundo sollicitavimus, pulsavimusque, nec quicquam unquam habuimus in ore, quod non haberemus in corde. Nos Herreram ad vestram Sanctitatem pro eo fœdere ineundo misimus longe ante, quam cum ipso Rege Gallo concluderemus, citiusque illum, aut alium misissemus, in vestræ Sanctitatis legatum Reverendissimum venientem, ut aiebant, cum amplissimo mandato nobiscum concludendi, præstolandum censuissemus: ni etiam post illius ad nos adventum, viso mandato, quod a vestra Sanctitate habebat, & confisi, quod illo uti posset, diutius cum eo de ipsius fœderis capitulis tractantes, tempus inaniter consumptum esse cognovissemus, ubi Capitulatione jam formata, & cum eo prope concordata, dum de conclusione ageretur, nobis insinuaverit, quod ex quo post ejus a vestra Sanctitate recessum, mutata essent negocia, intenderet conclusionem differre, donec vestram Sanctitatem consuluisset: ob quod sanctius putavimus, capitulationem ipsam, prout formata fuerat, ad vestram sanctitatem per Herreram transmittere, putantes rem ibidem celerius posse concludi, licet spe nostra frustrati fuerimus, vestra Sanctitate ad alios fines tendente, prout exitus demonstravit. Nunc ad literas manu Sanctitatis vestræ conscriptas, de quarum responsione con-

que-

Digitized by Google

queritur, deveniendum est, ut etiam inde omnem a nobis repellamus culpam. Ea enim per vestram sanctitatem ejus responsionis culpa nobis in tribus impingitur primo quod ubi sanctitas vestra clementiam Duci Mediolani petebat, nos rigorem justiciæ obtulerimus, ad quod satis diffuse responsum dedimus, dum ipsius ducis negocium antea discussimus, ut sic repetitione non egeat: id solum hic adiciendum censemus, non videri in hoc justam vestræ Sanctitatis querelam, si justiciæ viam amplectendam censuimus, siue qua vera pax esse non potest, quum justicia & pax se invicem deosculentur. & ut ad clementiam deveniatur, prius veritas est habenda. Sunt enim (teste psalmista) quatuor sorores concatenatæ: Justitia & pax osculatæ sunt, misericordia & veritas obviaverunt sibi. Qui igitur misericordiam expectat, reatum fateatur oportet: qui pacem vult, justiciam amplectatur: nec ita passim utendum est clementia, ut delinquendi incentiuum præbeatur, sed potius ad bonum regimen spectat, parcere subjectis, & debellare superbos. Non enim indulgendum videtur his, qui contumaciter in rebellione persistunt, his qui in arcibus munitis se continent, his qui justiciæ exequutionem satagunt evitare. Secundo redarguitur nostra responsio, quod pro culpa quam vestra Sanctitas in quibusdam esse ducebat, vestram Sanctitatem quodammodo criminaremur, illos immunes criminis fatendo. Sed adsit tantus error, quia nil in ipsa responsione, quam propria manu conscripsimus, legi poterit, quod criminationem sapere videatur, sed potius veneratiónem, & observantiam vestræ Sanctitatis, quam semper velut in verum patrem & pastorem præcipuam habuimus. At si id vestra Sanctitas criminationem putet, quod ea asserente Ducem Franciscum in aliquem forsan errorem, alios quosdam in veram, ut aiebat, ribalderiam incurrisse, ex quibus aliquis forsan jam Deo computum reddebat, nos intelligentes hæc a Sanctitate vestra referri ad criminandum Marchionem Pischariæ tunc vita functum, qui ut præfertur, antea vivens nobis illius factionis practicas detexerat: respondimus de mortuis modeste loquendum esse, ac in dubio potius bene, quam male prosumendum, hominemque mortuum qui per se respondere non poterat, potius laudandum, quam accusandum, seu culpandum: nosque cupere mortuum vivere, ut de se ipso rationem redderet. In Duce autem non errorem, qui in facto proprio cadere non poterat, sed si ea quæ illi erant obiecta, vera apparerent, crimen potius aterrimum, ac exemplari punitione dignum censeri. Hæc quippe nullam in vestram Sanctitatem criminationem asferunt, nisi forsan vestra Sanctitas seipsam dijudicans, fateri vellet (quod non credimus) se ejus factionis consciam, auctoremque fuisse, pro ut Marchio vivens nobis retulerat. quem forsan ob id de ribalderia arguendum censeret, quod præter fidem datam, illius factionis decreta detexisset, quæ tamen ex eo fidelitatis debito, quo nobis prius astringebatur, tacere non poterat, quin seipsum ejusdem criminis reum faceret, ubi propalando tale facimus, veniam, præmiumque & laudem, jure ita disponente, consequebatur. Tertio redarguitur eadem nostra responsio, quod quæ vestra Sanctitas nobis benigne, & large pollicebatur, ea nos tanquam debita, & obligata flagitaremus. Sed videamus qualia essent ejusdem Sanctitatis pollicita, qualisque fuerit responsio nostra, ut etiam hanc culpam diluamus, Hæc enim vestra Sanctitas in suis literis sub silentio pertransit, aliis causam deterius cogitandi relinquens. Ut igitur horum veritas clare patet, offerebat nobis vestra Sanctitas, si illius votis, quo ad ipsum Ducem Franciscum, annueremus, se nobis non solum decimas, & cruciatas ac pileos, & quicquid per spiritualem, ac temporalem potestatem facultatis haberet, præstiturum, sed etiam sanguinem, & vitam ad nostram exaltationem & satisfactionem exhibiturum, respondimus non convenire Christianæ Reip. cruciatam tali conditioni perstringi, sed potius libere, ac sponte offerendam, nec congruum videri, ut illa differretur. Petieramus enim illam in nostris his regnis concedi eo ordine, quo nostri prædecessores illam semper a vestris antecessoribus obtinuerant pro promontoriis in Aphrica quæsitis adversus hostes fidei tuendis ac propugnandis, quibus ad eum effectum nusquam fuerat denegata, & minus nobis hujusmodi Ecclesiæ thesaurum a vestra Sanctitate denegandum, seu differendum censebamus, qui ultra res Aphricanas, prout vestræ Sanctitati insinuavimus cupiebamus etiam cum ea pecunia, quæ ex ipsa cruciata colligeretur, rebus Hungaricis adversus Turcas succurrere, prout & religionis, & officii nostri, & sanguinis ratio nos incitabant, pollicebamurque eam pecuniam nequaquam in alios usus implicandam. Quod si ex ipsius cruciatæ denegatione, seu dilatione quid sinistri Christianitati contingeret, hostesque fidei quicquam molirentur, quum jam tot bellis contra nos, & statum nostrum tentatis, exhausti essemus, nec sine ipsa cruciata occurrere possemus, protestati fuimus id nequaquam nostræ culpæ ascribendum, sed potius eidem imputandum, qui id denegaret, quod sibi non noceret, & toti Christianæ Reipubl. summe prodesse poterat. De pileis autem diximus unum duntaxat a vestræ fœlicis promotionis exordio a nobis petitum, quem non putabamus tandiu differendum, quum esset prima gratia a vestra Sanctitate manu etiam nostra conscriptis literis petita, ac instanter flagitata. Alter vero pileus petitus non fuerat, sed ultro a vestra Sanctitate oblatus, nostroque consensu acceptatus: sicque alienum censebamus, eos nunc pileos tali conditione perstringi, quos tamen vestræ Sanctitatis arbitrio tunc relinquendos putavimus, pollicentes nos de cætero pro his, nec pro aliis quibuscunque pileis ullam facturos instantiam. Reliquas autem ipsius Sanctitatis vestræ oblationes non solum gratas & acceptas habuimus, pro hisque gratias, ut decebat, egimus sed etiam reciproce quicquid facultatis haberemus, vitam quoque & sanguinem pro vestræ Sanctitatis honore, & incremento libere obtulimus. Hæc sunt, Pater sancte, quæ illis literis vestræ Sanctitatis manu conscriptis, nostra etiam manu in effectu respondimus, quas in lucem prodire

Digitized by Google

dire cupimus, ut utriusque nostrum scriptis bene perspectis, plane discerni possit, an justa sit culpa, quæ de his nobis ascribitur, anne hujusmodi nostra responsio talem redargutionem & criminationem mereatur. Ad eam autem accusationem & querelam, quam ut præfertur, vestra Sanctitas proponit de nostrorum in Italia agentium iniquitate, & contumeliis, ac obloquutionibus: id teste Deo affirmandum censemus, nil tale a nobis, nostro jussu prodiisse, nec sub generali nostro mandato comprehendi potuisse quicquam quod crimen seu delictum saperet. Quod si tale quid nobis legitime constitisset, fuissemusque de his, ut decet, edocti, vel etiam adhuc edoceremur, non remanerent hæc impunita, taliterque pro justiciæ cultu provideremus, ut nulla nobis horum culpa ascribi posset. De re autem Senensium non recte taxamur, nulla enim justa culpa nobis impingi potest, quia ad ipsius civitatis quietem stabiliendam, ac bene regendam egimus quicquid vero, ac justo Principi convenire videretur. Est enim civitas illa antiquissima illiusque Respublica Imperiali ditioni subjecta & supra alias omnes Italiæ civitates adeo ab omni ævo sacro Imperio Romano addicta, illiusque devotioni affecta, ut nil ultra desiderari queat: haberque propterea ab ipso sacro Imperio, a nostrisque prædecessoribus amplissima privilegia etiam per nos confirmata, quibus ipsa Resp. regenda ac gubernanda conceditur. Et quum plurimis jam annis, præter ipsorum privilegiorum mentem ejusdem Reip. regimen & gubernium esset a tyrannis usurpatum, qui non amore, sed timore, non jure, sed potentia, ac potius ut illius rebellis continebant, quorum primus fuit Pandulphus Petrucius, inde eo mortuo, Borghesius ejus filius, ac eo postea autoritate Leonis pontificis a regimine expulso, falcem in alienam messem immittendis cum sua Sanctitas novum tyrannum immisisset Cardinalem Petrucium, qui eo prætexto quotannis decem aureorum millia eidem Sanctitati persolvere convenerat, sic eandem Reip. Senensium unire satagendo Reip. Florentinæ, ut inde magis Imperii vires in Italia debitam, seu versus enervari possent, quem Cardinalem tyrannum nos etiam quamdiu vixit, ut potius Leoni & ipsi vestræ Sanctitati, quam nobis & sacro imperio, ac illi Reip. satisfaceret, in eodem regimine passi sumus. Eo autem Cardinale mortuo, dum inter nostros esset contentio, quid magis illi Reipublicæ conveniret, an sub solo gubernatore forent regendi, an sub ordine civium ex nationibus dictæ civitatis erigendo, rem vestræ Sanctitatis consilio & ordinationi remittendam censuimus, ut nostrorum contentionem tolleremus: quorum pars una ad unum illius civitatis regimen deferendum putabat, altera vero pars civibus, & populo id committendum satagebat, electa est tandem inter eos media via, ut nec unus solus, nec reliqui sine capite gubernarent, atque per cives nostrorum autoritate præfectus exiit primo Franciscus Petrucius Borghesii patruus. Et quum is vestræ Sanctitati minus idoneus ad id munus esse videretur, vestra Sanctitas cum Fabio Petrucio Borghesii fratre ultimate contracta, hunc ipsius civitatis regimini præficiendum putavit, ut Franciscum Petrucium illius patruum excludere, illamque Rempub. ad suæ voluntatis libitum in manu haberet. Consenserunt in id nostri, qui nil aliud quam vestræ Sanctitati in his, & aliis omnibus occurrentibus nostro jussu morem gerere studebant. Admissus est Fabius ipse Petrucius vestræ Sanctitatis intuitu, qui intrans ut agnus, & cum omni humanitate receptus, adveniente Duce Albaniæ Gallorum Duce, illius præsidiis fretus, se non agnum, sed lupum ostendit, ipsamque Remp. non Imperiali sed Gallicæ factioni adjicere conatus est: eam cogendo, ut Gallis & pecuniam & tormenta bellica ad regnum nostrum Neapolitanum invadendum erogarent, ipsique Duci Albaniæ contra nos, & statum nostrum faverent, ac ad illius nutum extorres, ac seditiosos Gallicæ factionis autores in civitatem reducerent. At quum annuente altissimo, de nostrorum victoria certiores effecti Senenses, ipsi a jugo hujusmodi servitutis se excutere curarent, Franciscus & Fabius, eorumque adhærentes, civium ac populi intentione perspecta, civitatem cum regimine pro derelictis habent, seque ab ipsa civitate absentant. Proceditur contra culpabiles, aliqui (ut aiunt) justicia prævia plectuntur, aliqui certis limitibus proscribuntur, & confinantur, resque eo deducitur, ut civitas, & Respub. Senens. per seipsam in libertatem proclamet, Reipubl. quieti juxta suorum privilegiorum formam intendat, nostræque ditioni (ut par erat) se totaliter devoveat. His vestra Sanctitas, ut aiunt, percita, conquestaque tuos turbari, malaque tractari, remedium a nobis expostens. Nos qui nihil aliud cupiebamus, quam vestræ Sanctitati in his, & longe majoribus satisfacere, nostrorumque in Italia agentium opiniones pro debito justiciæ concordare, commissimus commendatori Herreræ, quem ad vestram Sanctitatem, ut præmittitur, mittebamus, ut is per dictam civitatem Senensem transeundo in accessu aut reditu in se informaret de ipsius civitatis gubernio, & regimine tam antiquo, quam moderno, tam cum ipsis civibus in civitate manentibus, quam cum extorribus ante expulsis: quid magis civitati, & Reipub. convenire videretur, an uni soli regimen conferendum esset, an pluribus civibus ex Decurionum decreto hujusmodi regimen esset concedendum, ut hujusmodi informationibus secrete sumptis, & sub debito sigillo secreti ad nos transmissis, opportune provideremus. Interea tamen extorres ad suorum bonorum possessionem & fructus, prout prius tenebant, restituendos censuimus. Adimplevit Herrera quod ei commissum fuerat: sumpsit informationes ab utrisque tam civibus, quam extorribus, provide extorribus super suorum fructuum perceptione, juribus Reip. salvis. Missæ ad nos informationes omnes claras, & figillatas, comperimus melius Reip. convenire præsens civium gubernium, quam unius tyrannide uteretur. Duximus nil immutandum, donec aliter rebus omnibus bene perspectis, ordinandum censeremus. Interim in lucem prodeunt aliquorum factiones, qui pecunia corrupti, & civitatem prodere, & extorres, ac factiosos in eam inducere, & ipsam Remp. subvertere conantur, viam per sub-

ſubterraneos cuniculos, perque alia media hoſtibus & Rebellibus ad civitatis ingreſſum præparantes: inter quas tres apertiſſimæ conſpirationes, & ut aiunt, proditiones detectæ ſunt, compertis in factioſorum domibus, meatibus, foveis, ſcalis, armis, munitionibus ac aliis omnibus ad id facinus perpetrandum diſpoſitis: Deprehenduntur, ut audivimus, hi facinoroſi in flagranti crimine, capiuntur, fatentur delictum, detegunt factionis practicas, damnantur juſticia prævia, debitoque plectuntur ſupplicio. Si hos veſtra Sanctitas inter ſuos amicos, & benevolos annumerandos cenſuerit, ſi pro his quæ in eos geſta ſunt, querelas prætendat, ſi ex his contumelias, & opprobria impingi putat, ſi cum his omnem nobilitatem exterminatam cenſeat, quæ potius in ipſa virtute conſiſtit, animadvertat veſtra Sanctitas ne gravius pondus humeris ſuis imponat, neve hujusmodi factionum ſe conſciam tacite fateatur, quod nequaquam illius dignitati, & officio convenire videretur, quum potiſſime autore Deo, cujus nutu cuncta reguntur, ipſa Reſp. Senenſis ſuæ juſtæ cauſæ apertum præſtiterit teſtimonium, a tot invaſorum congreſſibus ſe ſuis ſolis viribus liberando. Ad illam autem querelam, quam veſtra Sanctitas profert, quod contra promiſſum, & fidem datam, tot mala per noſtros in ſanctæ Rom. eccleſiæ terris & locis, ut ait, patrata fuerunt: et ſi noſtrorum militum inſolentias, resque injuſte geſtas ſi quæ ſint, ne quaquam approbare nec excuſare velimus, quin potius ubi fas erit, debita caſtigatione compeſcere, non poſſumus tamen non mirari, quod hic veſtra Sanctitas ſe promiſſis & fide data juvare velit, quibus antea contradixit, & quæ etiam per nos ratificata veſtra Sanctitas reſpuit, atque rejecit, noſtram ratificationem impugnans ſuamque, ut prædiximus, denegans, indeque ad fœdus omnino contrarium tranſitum faciens. In quem caſum non tantum exacerbandum videretur, ſi noſtri Duces & milites, qui ſua virtute & viribus Parmam, & Placentiam Eccleſiæ reddidere, ac ab hoſtium faucibus evulſere, totiensque tutati ſunt, in illis victum quærerent, ac de his, prout de reliquis ab hoſtibus recuperatis diſponendum cenſerent, potiſſime quum ita hæ civitates eſſent eccleſiæ ex fœdere Leonis conſignatæ, tenendæ duntaxat eo jure, quo ante per ipſum Leonem tentæ fuerant: quod jus nullum erat, quandoquidem ad feudum pertinerent Imperii, eſſentque pars Ducatus Mediolani, & de illis nullum Eccleſia Romana validum titulum nec ab Imperio, nec ab eo qui dare poſſet, obtinuerit: Quæ autem de Legato, & nuncio obiiciuntur, quantum illa a veritate diſtent, etiam ex ipſorum Legati & nuncii aſſertione patebit. Quamprimum enim Legatus in curiam noſtram pervenit, quum jam nuncius ſe mandatum non habere profiteretur, ut in pace cum Gallo inunda, & tractanda interveniret, interrogatus Legatus, ſi ad id mandatum haberet, reſpondit ſe non habere mandatum tractandi niſi nobiscum, cum Gallo autem non habere quid tractaret, niſi ut ſe mediatorem inter nos & Gallum pro pace componenda interponeret, ſi ita nobis expedire videretur. Egimus illi gratias, nec ejus operam ubi opus eſſet, refutandam cenſuimus, & cum illo de fœdere inter veſtram Sanctitatem & nos ineundo, ut prædiximus, tractantes, non ceſſavimus interim conſilia noſtra, & ea quæ inter nos & Gallum dicim gerebantur, ipſis Legato & nuncio communicare, ut de his veſtra Sanctitas moneretur: in quo profecto non ſecus, quam in patre plene confidebamus, nihil omnino ei occultandum cenſentes, fecimusque primo eidem Legato copiam fieri earum pacis conditionum, quas nos primo obtuleramus, dum adhuc ipſe Rex Gallus in Italia detineretur, ſimul & earum, quæ parte ipſius Gallorum Regis per Don Hugonem de Montecateno nobis allatæ ſunt, quibus Rex ipſe Gallus in Italia novos belli motus ad noſtrum, ut aiebat, commodum, ſuſcitare ſatagebat, quos tamen reſpuimus, nil aliud quam univerſorum pacem, & quietem appetentes. Dedimus illi pariter copiam aliorum pacis articulorum moderatius noſtri parte propoſitorum, poſtquam Rex ipſe in Hiſpaniam deductus fuerat, & poſtquam rem cum Duciſſa Alanzonii ejus ſorore communicavimus, ſimul & copiam reſponſionum, novarumque oblationum parte ipſius Regis factarum. Communicavimus etiam eidem Legato diſputationes & fundamenta noſtra, & Gallorum Regis circa jus ducatus Burgundiæ, & aliarum rerum noſtri parte petitarum, ut ſane intelligeret eos optimo jure ſuffultos eſſe, nihilque injuſtum petere. Et inde quum ejus negocii concluſio delata fuerit usque in tertium decimum diem Januarii, omni negociatione interrupta ob receſſum ipſius Duciſſæ Alanzonii, non deſtitimus, quin mox ipſum Legatum de ſingulis moneri faceremus, omnem ſubſtantiam negocii eidem detegendo. Et quidem ſi deſiderasſet originaliter videre omnia capitula fœderis per nos cum dicto Rege Gallo initi, & copiam eorum omnium, quæ ſibi viderentur, extrahi facere, id nequaquam ei denegatum fuiſſet. Et ſi adhuc veſtra Sanctitas, ad omnem tollendam ſuſpitionem, cuperet ipſius fœderis capitula videre, erimus adhuc nunc contenti, hujusmodi fœdus originaliter communicare veſtræ Sanctitatis nuncio, & illius etiam copiam eidem ex integro concedere veſtræ Sanctitati transmittendam. Non enim erubeſcimus, ſed potius ſumme cuperemus, ut fœdus ipſum in lucem prodeat, utque actiones noſtræ omnibus palam fiant, ex quibus etiam clare liquebit, nil ibidem actum, tractatum, vel cogitatum, quod ſum veſtræ Sanctitatis, tum noſtræ, & aliorum dignitatibus non congruat, nil quod non tendat ad Apoſtolicæ ſedis, Chriſtianæque religionis incrementum, infidelium que, & hæreticorum extirpationem, nil etiam quod non dirigatur, & diſponatur ad univerſalis pacis, & quietis beneficium: nec unquam conſtare poterit, ipſos Legatum, aut nuncium impeditos, ſeu prohibitos fuiſſe, quin pro eorum libito ad veſtram Sanctitatem quicquid eis videretur, perſcriberent, quum de his nil mali ſuſpicaremur, veſtræque Sanctitati in omnibus deferre cuperemus, ut in nobis nullum unquam ſignum alienæ voluntatis, ſeu fidei derogationis elici potuerit. Ad illa igitur multa alia, quæ veſtra Sanctitas dicit ſe omittere, non poſſumus divinando reſpondere, licet tanquam noſtrarum actionum conſcii, nil putemus nobis objici poſſe, quin & intellecta, congruum reſponſum, prout in ſuperioribus objectis,

accom-

accommodare valeamus. Non habet igitur ex his vestra Sanctitas significationem aliquam nostri erga eam animi non bene dispositi, non causam justam de nostra in eam voluntate diffidendi, non rectam rationem præsumendi, quod aliquorum ex nostris perversitas, seu maligna suasio tantum apud nos possit, ut nos a recto tramite deviare compellat: Hæc enim rectius, & rationabilus (si fas sit dicere) in eandem vestram Sanctitatem nos, vel illius ministros retorquere possemus. Minusque potuit vestra Sanctitas de nostra voluntate dubitare ex pragmaticis in Hispania edictis, quæ, prout a nostris etiam consiliariis accepimus (quibus in his quæ juris sunt, merito credere debemus) conformari videntur & antiquis Regnorum nostrorum privilegiis, moribus, & consuetudinibus, ac etiam Bullæ Adriani nobis pro patronatibus, ipsorum regnorum concessæ, ut his provideretur ne in ipsa Rom. Curia ipsa jura nostri patronatus, prout dietim tentabatur, supprimi possent. Erat tamen in illis capitulis, quæ attulit ad vestram Sanctitatem Herrera, unus articulus per Legatum, & inde per vestram Sanctitatem approbatus, in quo deputabantur Judices, seu arbitri, qui de hujusmodi pragmaticarum viribus, deque forma conservandi patronatus Regis cognoscerent, atque componerent. Quam viam etiam sine fœdere semper libenter amplectemur, parati semper æquitati, & rationi jura nostra subiicere, itidem facturi de his, quæ ad Regnum Neapolitanum pertinent, pro quibus nec ab investitura, nec a privilegiis Regni quovis modo recedere intendimus, nec illis derogare. Viceregis etiam in Gallia remansio, quicquid vestræ Sanctitati persuasum fuerit non ad tractandum quicquam occultum, nec publicum, sed ad perlistendum in observatione promissorum: & licet nova per Gallos media proponerentur, ut fieret novatio, nunquam tamen id admissum fuit, nec a priori fœdere recedendum putavimus. Et si idem Vicerex ad vestram Sanctitatem venire nequiverit, id quia noluit Gallus eidem transitum per regnum suum permittere, sed eum ad nos redire coegit, prout ipsemet Rex Gallorum, suique ministri testati sunt, actum dicitur, ne fœderati in suspitionem aliquam inducerentur, quod rex ipse non ita syncere in fœdere procederet, si talem Ducem cui tanti regni sarcina incumberet, qui inde pecunias ex eo regno ad nostri exercitus sustentationem colligere poterat, in id regnum ire permitteret, ubi, totius expeditionis in nos paratæ turbari, aut impediri posset executio. Aiunque quod vestra Sanctitate & Venetis, eorumve ministris id flagitantibus, & sollicitantibus impeditus fuerit ipsius Viceregis in Italiam transitus, qui etiam ut fertur, si Don Hugo intra limites ipsius Regni Franciæ eo tempore repertus esset, illum pariter detineri curabant, ut ad vestram Sanctitatem pervenire nequiret, sicque magis colorari posset animi Sanctitatis vestræ a nobis alienatio, & apertius incusari posset ipsius Don Hugonis tardatio, quam etiam vestra Sanctitas sine justa ratione accusare nititur, ubi bidduo duntaxat in curia Regis Gallorum apud Viceregem se continuit, ad quem missus erat ad eum duntaxat finem, ut ipsum, si fas esset, ad iter illud Italicum secum peragendum excitaret. Quod si illum ad id dispositum, seu præparatum non reperiret, reciperet ab ipso Vicerege uberiorem instructionem de his, quæ in Regno Neapolitano post expeditum cum vestra Sanctitate negocium acturus esset, & inde ipse Don Hugo Vicerege dimisso, solus ad exequenda commissa in Italiam transiret, ut sic non recta videatur illatio, quod ibidem se continuerit, ut rerum specularetur eventum. Minusque incusanda videtur ipsius Don Hugonis mora in Mediolano facta, quæ quintum diem non excessit, cujus etiam mora potius coacta censetur, quam voluntaria, quum in illius ad Mediolanum primo accessu apparuerint ipsius Ducis Suessæ vices nostras in Urbe agentis literæ, quibus nunciabat fœdus jam per vestram Sanctitatem cum cæteris esse concluſam, eamque potuisse induci, ut ipsius Don Hugonis adventum per aliquot dies præstolaretur: quinimo resolute respondisse, quod nec per diem, nec per horam ipsius fœderis conclusionem differret: nunciabat etiam arma jam parata, exercitum ad iter dispositum ut nostros adorirentur. Erat quoque rumor publicus & fama, quod clausi essent passus, & aditus ad Urbem, quod nostri cursores sive euntes, sive venientes ubique detinebantur, nullusque erat tutus accessus ad vestram Sanctitatem. His rationibus coactus fuit Don Hugo ibidem supersedere, ac iter suum per eos dies differre donec a vestræ Sanctitatis Ducibus, ac ministris salvum conductum impetrasset, prout fecit. Qui sic interim cum Duce Francisco tractare visus est, ut si posset, illum inducere nostris, ut tenetur, obediret mandatis, utque omni rebellione cessante, se nostræ justitiæ & gratiæ, ut par erat, subiiceret: nosque & Duces nostros de arce in qua continebatur, securos faceret, ne inde rebus nostris, ac exercitui nostro damnum aliquod emergeret, seu incommodum afferri posset: Non est igitur cur de his vestra Sanctitas conqueri debeat, cui nulla ob id fiebat injuria quinimo ipso Duce nobiscum, vel cum dicto Don Hugone, nostro nomine transigente, facilior reddebatur nostra cum vestra Sanctitate conventio, tollebaturque principalior difficultas illius novi fœderis, quod inter nos tractabatur, & quod cum vestra sanctitate inire putabamus, ni forsan vestra Sanctitas suis cogitationibus atque conatibus obuiam iri putaret, si Franciscus Sfortia sine vestræ Sanctitatis autoritate in gratiam nostram reciperetur, illumque sibi obnoxium non haberet. Quod autem asseritur nostros interim Parmam occulta proditione eripere tentaviſſe, id quum nobis penitus ignotum sit, nec arbitremur Duces nostros rem tam arduam nobis inconsultis ausos fuisse tentare, credimus potius ab aliquo maligno spiritu ad discordiam seminandam adinventum atque confictum: quandoquidem ubi nos Parmam, simulque Placentiam recuperare, feudumque Imperii, prout antea fuerat, retinire, & redintegrare voluissemus, id non occulta proditione, sed palam, & juste, ac per juris tramites exequendum fuisset: licet nos semper ita a cupiditate alieni fuerimus, ut potius nostra, & Imperii jura negligere, quam publicam quietem turbare maluerimus & potissime illam Sanctam apostolicam sedem, & Catholicam ecclesiam, cui semper, ut par est, deferre conati sumus. Sicque nostros a prætensa proditione omnino immunes censemus, quum potissime nil aliud,

quam de eorum defensione cogitare viderentur adversus invasionem contra eos præparatam, prout rei exitus demonstravit. Unde ex his omnibus criminationibus, & querelis in nos adductis, recto super his sumpto judicio, resultare non possunt tales injuriæ, seu causæ, quibus vestra Sanctitas invita, ac gemens, ut ait, de nobis desperare, aut diffidere debuerit, nec ob id, ut asserit, suam amicitiam & benevolentiam a nobis repudiatam censere, quam potius semper in summo precio habuimus: nec propterea necesse fuerat vestræ Sanctitati se tot magnis, ut ait, regibus adjungere, nec hos in odium nostri convertere, qui non his minorem in Christianam rem, & sedem Apostolicam animum semper habuimus. Et profecto si vestra Sanctitas ab his fœderibus, & colligationibus contra nos & statum nostrum, ac dignitatem tentatis abstinuisset, non propterea Pastoris, seu communis patris laudem amisisset, sed potius magis confirmasset & auxisset, sicque merito cum Psalmista dicere possumus, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus, non inquam Dominum, & Christum, sed adversus ministrum, & agnum divinitus institutum ab ipsomet Christo, a quo omnis nostra pendet auctoritas & potestas, qui propterea disrumpet vincula & ligam eorum, & proiiciet a nobis jugum ipsorum, prout in sua divina benignitate, & clementia, recta nostra intentione & conscientia freti, plene confidimus. Subjungit vestra Sanctitas, quod quum esset res gesta, & fides inuicem data, eademque Sanctitas fœdere a stricta cum eis regibus, accessit tum demum itineribus lente, & tarde confectis, dictus Don Hugo, eidem Sanctitati conjunctionem, & conditiones eas afferens, quas quum vestra Sanctitas tam sæpe, tamque vehementer petiisset, toties, ut ait, repulsa & repudiata fuerit, quarum tunc accipiendarum occasio, & tempus præterierant. Duo hic, Pater Sancte, consideranda intuendaque videntur, quæ profecto non vos tantum, sed omnes recte sentientes in summam admirationem debent inducere, & pro quibus nos in Sanctitatem vestram justiores querelas possumus prætendere. Alterum quod vestra sanctitas sciens Don Hugonem præsto venturum, & jam diu ad iter accinctum cum amplo mandato, & grata resolutione, noluerit per aliquot dierum spacium nostris id summe flagitantibus, ac cum omni instantia requirentibus, illius adventum præstolari, sed solam illius tarditatem incusando, non habito respectu, quod is etiam cursoris more, per equos ad id dispositos, quantum illius ætas, ac personæ qualitas ferre poterat, die noctuque iter suum festinabat, adeo voluntarie proruperit in hujus damnosi, ac scandalosi fœderis præcipitationem. Alterum vero, quod eodem Don Hugone jam ad vestram Sanctitatem perveniente, & (ut vestra Sanctitas profitetur) optatas eidem conditiones nostro nomine offerente, priusquam aliqua armorum exequutio tentaretur, eadem sanctitas vestra illas ita rejiciendas censuerit, ut earum accipiendarum occasionem, & tempus præteriisse assereret, nec animadvertens, quam difformiter nobiscum egisset, fœdus quod antea cum nostris oratoribus defensivum inierat, jam hinc inde publicatum, & per nos ratificatum, ac approbatum respuendo, sineque ulla justa ratione ejus literas ratificatorias nostris reciprocas concedere denegando: nunc e contrario fœdus aliud illi repugnans, sub defensionis nomine penitus offensivuum, sub colore universalis pacis disponendæ, pacem jam ubique contractam disrumpens, atque perturbans, & loco pacis bellum, ac arma commovens, adeo inviolabiliter sustinere conetur vestra sanctitas, ut etiam optatas, ut fatetur, conditiones armorum causam submoventes recipere recusaverit. Dura quidem hæc difformitas in ipso Pastore, & communi patre, qui omnibus æqualis esse debuisset. Esto enim quod in nobis nostrisve ministris mora aliqua argui potuisset, prout revera non poterat, non tamen ipsius moræ purgatio in re tanti momenti erat deneganda, ubi potissime nullum erat ad id tempus præfixum, nec dies qui interpellaret pro homine, nullaque pœna ad id adjecta, quæ moræ excluderet purgationem, nec etiam aderat contrahentium interesse, ubi armorum, motibus nondum exequutis, radix præcidebatur, ubi publica quies facilius parabatur. Hæc enim Beatissime pater, non ad propulsandum, ut ait, Italiæ servitutis periculum, Christianitatisque turbationem, sed potius ad effectus penitus contrarios dispositа videntur, non pro sede Apostolica armis, & exercitu munienda, quæ illis non indiget, ubi nullus adest offensor, sed potius pro ipsius Apostolicæ sedis munitionibus profundendis ecclesiæ, que thesauro exhauriendo, & effundendo contra ipsummet Christum, ac in Christianæ Reipublicæ detrimentum inventa sunt, non ad justiciæ & pacis viam ut inquit, inter omnes æquis conditionibus parandam, sed potius ad omnem justiciam perturbandam, pacemque jam partam infringendam, ac quasi desperandam. Non etiam videntur hæc consilia, seu gesta, quibus vestra Sanctitas nec coram Deo, nec coram hominibus rectam justificationem recipere debeat, sed potius, si fas est dicere, scandalum, ecclesiasticique status gravem turbationem peperisse videntur. At si omnia vestra Sanctitas recto intellectus sui oculo, diligentique circumspectione perlustraverit, comperiet profecto nullum esse Regem, aut Principem nobis recto ordine anteferendum, nullum cui Apostolica sedes magis debeat, quemve magis tueri, fovereque deberet, nullum a quo plus filialis observantiæ, ac devotionis ipsa Apostolica sedes receperit, seu recipere possit, nullum qui magis Romanam Ecclesiam, Apostolicamque sedem stabilire, conservare, ac augere cupiat, nullum ex cujus regnis, ac Dominiis magis honoris, commodi, ac pecuniæ ad Apostolicam sedem, Romanamque curiam affluat. Si enim ad ea recte advertat vestra Sanctitas, comperiet quod ex Imperio, regnisque ac Dominiis nostris Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Germaniæ, Galliæ Belgicæ ac superioris Burgundiæ, plus quam ex cæterorum omnium regnis, & Dominiis simul junctis, lucri, ac commodi sedi Apostolicæ, ac Romanæ curiæ accedit. Non enim patiuntur reges alii ita passim & laute ecclesiarum spolia, & annatas ex eorum regnis ad Romanam curiam deferri. Qualia autem sint ea lucra, ex centum illis gravaminibus nationis Germanicæ colligi poterit: quibus tamen ex ea devotione,

Digitized by Google

tione, & obſervantia, qua ſemper veſtræ Sanctitati & Apoſtolicæ ſedi affecti fuimus, nusquam aures præſtare curavimus, nec his animum adjicere: Quod ſi juſta aliqua ratione, vel cauſa, Apoſtolica ſedes his lucris careret, non eſſent claves aureæ, quæ bellorum archinia pro libito aperire, ac claudere ſolent, nec veſtra Sanctitas ex regnorum noſtrorum pecuniis, atque redditibus exercitum in nos conflaret, nec temporalia arma moveret, quibus potius juſtum videretur ad noſtram defenſionem uti. Quod igitur veſtra Sanctitas teſtatur ſe nunc etiam eo animo eſſe, ut ſi ad æquitatem, & humanitatem nos referre voluerimus, illius arma non ſolum nobis non adverſa, verum etiam ad res vere glorioſas propicia ſint futura. Sin autem in occupanda quotidie magis Italia, & aliis partibus Chriſtianitatis perturbandis, nos non tam naturæ noſtræ, quam cupiditati, & conſiliis noſtrorum obſequi perſeveraverimus, veſtram Sanctitatem neque juſticiæ, neque libertati Italiæ, qua illius ſedis tutela continentur, defuturam, ſed juſta, & ſancta arma moturam, non tam ad offenſionem, quam ad defenſionem: Sancta quidem eſt hæc proteſtatio, ſi verbis facta reſpondeant. Habet enim veſtra Sanctitas ex illis juſtificationibus, quas ſuperius adverſus ea quæ nobis objecta fuerant, retulimus, noſtram & æquitatem, & humanitatem, ſimulque admixtam juſticiam, ut ſi talis ejusdem Sanctitatis ſit animus, primam ipſius proteſtationis partem ad effectum deducere valeat. Quod ſi fecerit, & a nobis gratias, & a Deo præmium reportabit. Habet etiam ex eisdem juſtificationibus late oſtenſum, nos ab occupatione Italiæ, ac Chriſtianitatis turbatione, ab omnique cupiditate alienos eſſe, nilque unquam injuſtum, nil Italicæ libertati contrarium, nil quod Apoſtolicæ ſedis tutelæ non conveniret, per nos tentatum, imo nec cogitatum fuiſſe: ſicque merito ceſſabit ſecunda ipſius proteſtationis pars, ut nec arma juſte in nos moveri poſſint, nec offenſione, aut defenſione opus eſſe videatur. Nos enim, ut omnis a nobis abſit ſuſpicio, ſi veſtra Sanctitas, ejusque fœderati pro illorum parte arma deponere conſentiant, eſſemus pariter ad ipſorum armorum depoſitionem promptiſſimi: Veram quippe hanc, & rectam viam cenſentes, ut veſtra Sanctitas in his quæ per viſcera miſericordiæ Dei obſecrat, & per ſpem, quam de nobis, ut inquit, concepit, obviam eat immoderatis cupiditatibus, & magis publico Chriſtianitatis bono condonet, quam ut nos ad id, attrahendos putet. Hæc enim ipſius Chriſtianitatis incommoda & pericula, ſic non noſtra moderatione, ſed rectis veſtræ Sanctitatis clavibus oleo charitatis delinitis ſedabuntur, & ea cura, quam veſtra Sanctitas nobis dicit eſſe communem, quum ambo a Deo, ut recte inquit, in hanc ſollicitudinem pro commiſſis nobis honoribus ſimus vocati, ſic agendo, facillime poterit expediri, in quo pariter officio, & debito noſtro non minus, quam veſtra Sanctitas nos etiam neque defuimus, neque defuturi ſumus, quinimo totis viribus atque conatibus anhelamus, ut hæc duo magna luminaria a Deo inſtituta, ita ſibi invicem debito ordine correſpondeant & miniſtrent, ut inde orbis univerſus rectam illuſtrationem recipiat, nec per ipſorum luminarium objectum eclipſis in Chriſtiana religione, & doctrina cauſari, & generari, ſeu diutius ſuſtineri valeat in maximum Chriſtianæ Reip. detrimentum. Ad quod veſtra Sanctitas in ſuarum literarum calce ſubjungit ſub conditione tamen, quaſi rem dubiam, ſeu incertam proponens, dum inquit, quod ſi, quæ de noſtra in pacem generalem voluntate paſſim ferebantur veras prudentiæ, & pietatis radices habebant, habemus occaſionem declarandi, quæ ſentiebamus, omnia vere nos, & & ex animo ſenſiſſe, atque operibus verba comprobando, ſingularem optimi principis laudem nobis acquirendi: qui ſi tam veſtræ Sanctitati amorem noſtrum cupienti, in liberanda Italia, quam ſuis fœderatis in eorum juſtis petitionibus ſatisfacere inſtituerimus, fore id noſtræ famæ, & ſapientiæ melius multo accommodatum, & paci univerſali, ſecuritatique tam rerum noſtrarum, quam totius Chriſtianitatis magis conſentaneum. Putamus pater Beatiſſime ſatis dilucide, & aperte oſtenſum eſſe, qualis fuerit noſtra in pacem generalem voluntas, ut nec illa in conditione ponenda, nec de eo dubitandum videretur, qui nullo unquam figmento, nullave ſimulatione uſi ſumus, nil unquam in ore habuimus, quod in mente ac voluntate non ſederet, omnia vere ex animo ſentientes quæ loquebamur, operibus verba comprobaturi, ſi hi, quos res tangebat, & ſine quibus pax generalis obtineri non poterat, juſtæ noſtræ inclinationi, ut decebat, correſpondiſſent. Sed quum ea ſit univerſalis pacis natura, atque ſubſtantia, ut in ea omnium conſenſus univerſaliter exigatur, omniumque voluntas neceſſario debeat concurrere, & e converſo ab uno ſolo ex contendentibus, quicunque fuerit, dependeat, & in ſolius poteſtate ac voluntate conſiſtat, ipſam univerſalem pacem impedire, & etiam ſi facta foret, turbare, bellumque movere, & partem alteram etiam invitam ad ipſum bellum trahere, non potuit ob id, aliis renitentibus, noſtra optima voluntas operibus comprobari, qui propterea (tanquam omni culpa carentes) non putamus illam optimi principis laudem a nobis auferendam, ſeu cujuspiam maledicentia ſubtrahendam. Si igitur Sanctitas veſtra, prout flagitare videtur, conſulere intendat publicæ quieti, juſtæque Italiæ libertati, deponat arma, reponatque gladium Petri in vaginam, idque efficiat, ut etiam ſui fœderati arma deponant: Quod & nos, ut prædiximus, viciſſim facturi ſumus, ut ſic juxta canticum Zachariæ, ſine timore ab inimicis noſtris liberati ſerviamus illi. Hoc enim jacto fundamento, poterit facilius veſtra Sanctitas eam ſuperficiem pacis univerſalis ædificare, & laborare (ut inquit pſalmiſta) In congregando populos in unum, & reges ut ſerviant domino. Et quum ea quæ Dei ſunt, cunctis rebus ſint anteponenda, & inde publica privatis juſta ratione præferantur, ne privatorum paſſio perturbet ea quæ Dei ſunt, & quæ ad publicam ſalutem pertinent, conſentaneum videtur, ut prius de hoſtibus fidei a Chriſtianorum cervicibus propulſandis, & ſi fas ſit, ad ovile Chriſti adducendis, deque Lutheranorum aliorumque hæreticorum ſectis & erroribus comprimendis, corrigendis atque ſedandis, & ſi licuerit, ad gremium eccleſiæ reducendis, de illis quoque omnibus quæ Romanæ eccleſiæ, totiusque Chriſtianæ Reipub. ſtatum, ſalutem, conſervatio-

Digitized by Google

nem & incrementum concernere possunt, tractetur & conveniatur. Demum de justis, ut ait vestra Sanctitas, ac a ratione & æquitate non alienis privatorum, seu fœderatorum querelis & petitionibus merito transigi, aut conveniri poterit. In quibus tam publicis quam privatis, si vestra Sanctitas recto ordine intendere, ac ad ea animum adjicere velit, veri patris, ac pastoris officium assumendo, comperiet nos velut devotissimum ac observatissimum filium illi obtemperantem & obsequentem, ita in omnibus juri, rationi, ac æquitati subnixum, ut nil injustum, indebitumve petituri simus, quin potius justis aliorum petitionibus satisfacturi, ac si expedierit, de Proprio daturi, & dimissuri pro ipsius Christianæ Reipub. commodo proque Christianæ religionis augmento, pro quo etiam Imperium, Regna, Dominia, & quicquid nobis Deus & natura concessit, ac denique vitam ipsam exposituri sumus: rursus pollicentes, nos hæc verba nostra (si vestra Sanctitas rem paterno amore complectatur) factis & operibus comprobaturos, nilque omnino pro parte nostra omissuros, quod ad rem ipsam recte disponendam, ac peragendam facere videatur. Quod si secus quam putamus evenerit, vestraque Sanctitas justas nostras rationes & requisitiones obaudiat, protestamur coram Deo & hominibus, quod si quid inde sinistri Christianæ religioni evenerit, id nequaquam nostræ culpæ ascribi posse, a quo omnino nos immunes servare curabimus, nil tamen prætermissuri de his quæ ad nostram necessariam defensionem videbuntur pertinere, quamtoris viribus, atque conatibus persequi cogemur, omnibus illis viis ac mediis, quibus & divino & humano jure nos & nostra tueri licebit, & quibus honor, status, & dignitas nobis salvi, ac illæsi permaneant, & integre conserventur. Obsecramus igitur vestram Sanctitatem ea reciproca obsecratione, qua erga nos utitur, per viscera videlicet misericordiæ Dei nostri, & per eam spem, quam de vestra Sanctitate ad Christiani nominis salutem conceperamus, obsecramus etiam per claves illas, quas Dominus noster Jesus ad parandam Christicolis vitam in regnum cœlorum Petro commisit, quarum etiam administrationem vestra Sanctitas, ut ejusdem beati Petri successor, assumpsit, illis, ut decet, utendo, dignetur Christianitatis incommoda & pericula sua moderatione sedare, ipsamque universalem pacem dirigere, disponere, ac perpetuo fundamento stabilire. Habet nunc vestra Sanctitas veram & apertam actorum & consiliorum nostrorum rationem, habet legitimas excusationes nostras adversus crimina & opprobria, quæ nobis injuste quidem objiciebantur, habet nostram sanam rectamque intentionem, ac voluntatem ad bonum publicum, ad pacem generalem, quietemque universalem: Habet filialem nostram devotionem & observantiam, si vestra S. paterno amore nos ut filium complectendum censuerit, si ipsas excusationes, ac justificationes nostras tanquam veras & legitimas, ratas & gratas habeat, hisque se contentam reddat, ac sibi de culpis nobis objectis satisfactum putet, nosque his culpis carere profiteatur & sua pronunciatione declaret. Id demum supplicantes, ut vestra Sanctitas non putet, cogitet, seu recordetur injuriam, seu offensam nobis fuisse illatam, nec arbitretur nos præteritorum memoriam habituros, sed vestra Sanctitas eorum omnium oblivisatur, ut sic recedant vetera novaque sint omnia, quum & nos itidem facturi simus, si vestra Sanctitas id, prout supplicamus, admiserit. Verum si vestra Sanctitas nos ab his culpis, & objectis immunes non censuerit, nostrasque excusationes, & justificationes pro veris, & legitimis non habuerit, si arma contra nos continuaverit, & illorum depositioni non consenserit, si universalem pacem amplecti nolit, quum tunc non patris, sed patris, non pastoris, sed invasoris officium assumeret, sicque rectus horum judex non censeretur, nullo alio tunc superstite, cui nos & nostra subjicere deberemus, ea omnia, quæ nobis objiciuntur, aut in posterum objici possent, vel tentari, sive personam, sive Imperium, Regnaque & Dominia concernant, simul & ea omnia, quæ nos ex adverso, pro nostra justificatione, & innocentia ad Christianæ Reipub. quietem prætendimus, & prætendere possumus, ad sacri generalis concilii totius Christianitatis cognitionem & judicium remittenda censemus, illique nos, & omnia quæ cum vestra Sanctitate habere possumus, aut deinceps habituri sumus, omnino subjicimus. Supplicantes propterea eidem vestræ Sanctitati, illamque in Domino hortantes, quatenus pro suo pastorali officio, proque cura & sollicitudine gregis sibi commissi, dignetur ipsum sacrum generale concilium indicere, & convocare in loco tuto, & congruo, cum debita temporis præfixione: Nos enim quum ex his, & aliis satis notoriis causis turbari videremus universum Ecclesiæ, & Christianæ religionis statum, ut nobis ac ipsius Reipublicæ saluti consulatur, pro his omnibus ad ipsum sacrum universale concilium per præsentes recurrimus, ac a futuris quibuscunque gravaminibus, eorumve comminationibus provocamus, appellamus, & supplicamus a vestra Sanctitate ad dictum sacrum concilium, cujus etiam officium pervium querelæ, his de causis implorandum censemus: petentes cum ea qua decet instantia, Apostolos, & literas dimissorias, semel, bis, ter, & pluries nobis hominibus, & de hominibus præsentatione testimoniales clausas fieri, ac expediri in ea qua decet forma, quibus suis loco, tempore, ut valeamus. Et quum ad hæc solenniter peragenda ejusdem Sanctitatis vestræ præsentiam nunc habere nequeamus, ut inde futuris forsan gravaminibus occurramus, has nostras ejus nuncio Apostolico penes nos agenti, & legationis munere nomine vestræ Sanctitatis fungenti, per actum publicum coram notario & testibus exhibendas intimandasque censuimus. Datur in nostra civitate Granatæ, die decima septimæ mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Vicesimo sexto, Regnorum nostrorum Romani octavo, aliorum vero omnium undecimo.

CAROLUS Divina favente clementia, electus, Romanorum Imperator, semper Augustus, Rex Germaniæ, Hispaniarum &c. Eratque eadem Epistola in ipsius calce de propria manu, & consueta nota dictæ Sacratiss. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis subscripta & signata: videlicet hisce Hispanicis verbis, El Rey. & inferius per suæ Majesta-

Digitized by Google

jestatis Secretarium ordinarium, sic, Alphonsus Valdesius. Demum vero ita subscripta:

Sanctissimo in Christo patri & Domino, Domino Clementi septimo, Divina providentia Sanctæ Romanæ ac universalis ecclesiæ Summo Pontifici, Domino Reverendissimo. Quam quidem epistolam præfatus illustris & excellens Dominus, Dominus Cancellarius (penes me Notarium infrascriptum, quodam ejusdem conformi exemplo) eidem Secretario Alphonso Valdesio tradidit, illamque coram dicto domino Reverendo nuncio ibidem præsenti, alta & intelligibili voce legere, & recitare, ac deinde Cæsareo Sigillo, quod sua illa excellentia ad hoc deprompsit fecit, obsignare mandavit. Id omne, quod & idem Secretarius officiose exequebatur, reddens exinde eandem Epistolam sic lectam, recitatam, & obsignatam in manus dicti illustris & excellentis Domini Domini supremi Cancellarii. Cujus illust. & excellentia eam deinde ex speciali Cæsareæ & Catholicæ Majestatis mandato, uti asserit, per manus eidem Reverendissimo Domino Apostolico Nuncio, loco & vice Sanctissimi Domini nostri exhibuit, intimavit, insinuavit, & suæ Sanctitati primo quoque tempore transmittendam tradidit, eamque sic pro rite & legitime exhibitam, intimatam, insinuatam & traditam esse, & haberi voluit, ut dixit, ipsius Sacratiss. Majest. Cæsareæ nomine dictus protestans, requirens, appellans, ac alia agens in omnibus & per omnia, prout in dicta Epistola, seu scriptura continetur, respondendo

Itaque eam ipsam Epistolam præfatus Reverendissimus Dominus Apostolicus nuncius acceptavit, simulque per hæc, aut in substantialibus similia verba respondit: se quidem recepisse proxime antecedenti a Sanctissimo Domino nostro omnia quæ illi in literis, quibus sibi mandatum fuisset, illud ipsum Breve, de quo illust. Domino suæ Gallicæ & Catholicæ Majestatis Cancellario mentio facta, & quod sibi cum illa simul transmissum fuisset, eidem Sacratiss. Cæsareæ & Catholicæ Majestati quam primum exhiberet & redderet; id quod finem, ut eadem mandata acceperit, (illius debuerit reverenter ipsamet) omnimoda celeritate, bonaque diligentia & studio fecisse, & adhuc in præsentiarum sua Cæsarea & Catholica Majestas Sanctiss. Domino nostro per dictum Epistolam illi tunc exhibitam & intimatam respondisse. At revera post quidem se quoque recepisse ab eodem Sanctiss. Domino nostro unas alteras quaspiam literas, quibus sibi intercesserat commissum fuisset, nisi jam tempore receptionis illarum ipsarum dictarum, prædictum Breve Cæsareæ & Catholicæ Majestati exhibuisset, id in antea non exhiberet, sed eo penes se aut reverato, aut apprehenso, unum alterum quoddam Breve, quod illi tunc una simul cum illis ipsis secundis literis admissum, unumque tantum diem post prius Breve expeditum, atque datum fuisset, suæ Cæsareæ & Catholicæ Majestati priorem Brevis locum exhiberet, & redderet. Quod quidem tametsi prius Breve eo tempore, quum idipsum alterum subsequens reciperet, suæ Cæsareæ, & Catholicæ Majestati vel iam reddiderit: tamen etiam exhibuisse, atque liqueret ex hujusmodi Sanctissimi Domini nostri posteriori bus literis, ad illum, ut jam fertur datis, juxta certum quendam articulum in eisdem contentum, quem & eodem tempore ex lingua Italica in Latinum interpretebatur (in hæc videlicet verba, quod sua Sanctitas quemadmodum hucusque non dederat causam tractandi arma, sic nunc nolebat dare contentionum quæ scribendo hinc inde fortasis animos utrorumque magis exacerbarent) quod propterea hæc responsio haud conveniens esset. Præterea vero in dicta epistola complurima contineri, ad quæ, si ea ipsi communicata fuissent, antequam hæc responsio a Cæsarea & Catholica Majestate deliberata & conclusa fuisset, habuisset, quidem quæ recte respondisset. At quum id suæ Majestati ita placitum extiterit (tametsi inter Sanctissimum Dominum nostrum, & sacratissimam Cæsream & Catholicam Majestatem quam discordiæ, concordiæ internuncius esse mallet) eam ipsam Epistolam suæ Majestatis responsivam pro rite & legitime sibi exhibitam, intimatam, insinuatam, & traditam haberet, eandem Sanctissimo Domino nostro quam primum transmissurus. Super quibus omnibus & singulis rebus, præfatus Illust. & excellens Dominus Summus Cancellarius, nomine, & mandato, ejusdem affirmavit, Sacratissimæ Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis, & itidem præfatus Reverend. Dominus Dominus Apostolicus prothonotarius & Nuncius, loco & vice Sanctissimi Domini nostri, requisiverunt sibi a me Notario publico infrascripto, tanquam publica & autentica persona, unum aut plura, tot quot forent necessaria, publicum seu publica edi, atque confici instrumentum aut instrumenta. Acta sunt hæc in civitate Granatensi in Hispaniis, domi nobilis viri Stephani Centurionis civis Januensis, ac tunc videlicet hospitio prædicti Illustris & excellentis Domini Domini supremi Cancellarii, anno, indictione, mensis, die, hora, & Pontificatu quibus supra: præsentibus ibidem Magnificis & nobilibus viris & Dominis, Domino Bartholomæo de Gattinaria Regente Cancellariam Cosoæ Aragonum præfatæ Sacratissimæ Cæsareæ Catholicæ Majestati a Consiliis, Domino Joanne Alemanno, Domino de Boudans ejusdem suæ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Secretario primario, & prædicto Domino Alphonso Valdello, etiam suæ Majestatis Secretario ordinario, testibus ad præmissa specialiter vocatis, rogatis, & legitime requisitis.

Et ego Balthasar Schuveys, clericus conjugatus Treverensis Diac. publicus Sacro sancta Apostolica auctoritate Notarius, nec non præfatæ Sacratiss. Cæsareæ & Catholicæ Majestatis Domini nostri Clementis etiam Secretarius ordinarius, quia præfatis Illustris, & excellentis Domini Domini supremi Cancellarii gratiosi Dominationis prædictæ Cæsareæ & Catholicæ Majestatis responsivæ Epistolæ exhibitioni, intimationi, insinuationi, & traditioni: contra autem Reverendiss. Domini Domini Nuncii acceptationi ejusdem, responsionique ad eandem, aliisque omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent, & agerentur, una cum prænominatis Dominis testibus interfui, eaque sic fieri vidi

& au-

& audivi: Idcirco hoc præsens publicum instrumentum, viginti tria scripta in se folia continens, manu alterius fideliter scriptum, exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, signoque, nomine, & cognomine meis solitis & consuetis signavi, in fidem & testimonium omnium; singulorum præmissorum legitime requisitus.

Secunda Pontificis Litera, quas Pontificia Bulla, quod falsò Cæsarem actinsisset, ad eum misit, publicèque hæ primùm literæ emittebantur.

CLEMENS PAPA VII.

CHarissime in Christo Fili noster, salutem & Apostolicam benedictionem. Aliqua sunt quæ nobis præter naturam nostram, præterque voluntatem, cum summa quadam necessitate incumbant: Quæ si prætermittamus, nec boni Pontificis officio, nec justitiæ faventis & patrocinantis principis debito satisfacere posse videamur. Coacti sumus ea inire consilia, per quæ & liberari Italiæ, & periclitanti Sanctæ sedi Apostolicæ præsidio simus: in quibus tam diu jam a nobis expectata, & ab omnibus sperata æquitas virtus & moderatio, si eam medicinam adhibere voluerit, quæ & facilitatem a parte vestra habet, & ut nos quidem recte judicamus, etiam gloriam & utilitatem, magnis erit terroribus exposita Christianitas liberata. De quibus omnibus scribimus largiter ad dilectum filium Baldassarem Castilionem Notarium & nuncium nostrum, ut cum Serenitate tua conferat communicet, Obtestamur per Dominum Jesum patrem omnis misericordiæ Serenitatem tuam, ut animum & curam adhibere ad dictum nuncium auscultandum, & providere publicæ saluti, pacique conditionibus amplectendis, & omnibus suorum cupiditatibus ac injuriis intra legum & æquitatis fines velit, ut reliqui de vita & fortunis suis vivere securis liceat. Quod erit non famæ solum & sapientiæ tuæ melius multo accommodatum, sed tranquillitati etiam tam rerum tuarum, quam Christianitatis totius magis consentaneum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die XX. Junii. M. D. XXVI. Pontificatus nostri anno tertio.

Jacobus Sadoletus.

Charissimo in Christo filio nostro CAROLO, electo Imperatori, Hispaniarum &c. Regi Catholico.

Responsio CAROLI Cæsaris ad secundam Pontificis Epistolam.

BEatissime Pater Domine Reverendissime, non mediocri cordis dolore ad literas Sanctitatis vestræ quas vicesimaquarta Junii ad nos dedit, respiceramus; quum novissime ejusdem Sanctitatis vestræ Nuncius alias literas postridie a priorum data scriptas nobis exhibuit: in quibus licet adhuc videamus Sanctitatem vestram aliam certe opinionem de nostra erga universam Reipubl. Christianam, & sacrosanctam istam sedem animo, atque voluntate retinere, quam actiones ipsæ nostræ promerentur, non latebat, perspicientes in eisdem literis Sanctitatem vestram propensiori, æquioique animo pacem optare, blandiusque quam antea nobiscum agere. Atque utinam ita in potestate nostra esset, labantis Christianæ Reip. rebus consulere, & pacem universalem denuo componere, penitus in aliorum mentibus bellum movere, & pacatam Christianam Reip. corbare extitit. Videret profecto Sanctitas vestra ac cæteri ejus fœderati, quam sit animus noster ab eorum opinione alienus, licet (ut verum fateamur) nequaquam nobis persuadere possimus Sanctitatem vestram (quæ actiones nostras novit) hæc ex animo ad nos scribere, sed potius terroribus quorundam, quibus Christianis tranquillitas minime expedit, perterrefactam ad hæc impulsa videri. Speramus tamen Deum Opt. Max. cujus gratuita benignitate justa nostra causa hactenus appellata est, Sanctitatis vestræ animum mutaturum, ejusque electi populi saluti potius quam privatis quorundam affectibus atque dolis consulturum, & nos, qui & meritis & viribus nostris quodammodo semper diffisi, in solius Dei præsidio spem nostram collocavimus, ejusque clementiæ victorias nobis ab eo concessas acceptas tulimus, nostrosque ita protectum, ut evidentiori adhuc testimonio animus noster cunctis pateat, neque commodius celebrationi ipsius nomen & gloriam, qua nihil nobis charius unquam fuit, promovere valeamus. Sanctitatem igitur vestram quanto possumus affectu rogamus ac per effusum Jesu Christi redemptoris nostri sanguinem obtestamur, ut Christiani populi calamitatibus prospiciat, nec ea oculos, aut animum, neque hoc grande malum in Christi corpus, cujus Sanctitatem vestram caput esse pernecessarium, patiatur. Nos enim, Beatissime Pater, quamvis experiri Sanctitatem vestram de nostro erga Deum animo (quid enim ego Reipublicæ meæ christianæ dicerem, quam quæ quod verum, aut tale est, populos impetere vel ingenuis bellum intulisse) videatur, optimum tamen Deum omnes salutem nostram pro virili semper procurasse, nec Sanctitas vestra, cæteræque Christianæ nobis principes intelligant nihil æquius nobis esse, quam de gloria, ejusque populi salvatoris, fama, & tranquillitate ferventiori studio in dies stabilire. De peculiari vero nostra erga Sanctitatem vestram, voluntate ingenue fatebimur, nos nihil unquam prætermisisse, quod ad obedientis filii officium pertinere posset. Quæ omnia Sanctitas vestra facile experiri poterit, si non pertinacia, sed publicis rebus consulere, nostrumque animum (qui Sanctitatis vestræ observantia, dum eam Christi vicem gentes recolimus, minime abesse potest) tanquam communis pater amplectitur Christianisque rebus ac cæteris prolibentibus, prout latius in aliis literis nostris ad Sanctitatem vestram scripsimus, pro studio adesse voluerit. Quod ut fiat, Sanctitatem vestram etiam atque etiam rogamus. Illique veram a Deo Optimo Maximo felicitatem ex animo optamus. Datum in civitate nostra Gandaven. die XVII. mensis Septem-

tem-

tembris, Anno domini M. D. XXVI. Regnorum noſtrorum Romani octavo, aliorum vero omnium undecimo.

CAROLUS divina favente clementia electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum &c. Rex.

El Rey.

Alphonſus Valdeſius.

Epiſtola CAROLI Cæſaris ad Senatum ſive Collegium Cardinalium, in qua petit, ut negante ſeu differente Pontifice generalis concilii indictionem, ipſi indicant.

CAROLUS divina favente Clementia &c. Reverendiſſimis in Chriſto patribus Dominis N. Sa. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, amicis noſtris cariſſimis, Salutem cum incremento omnis boni. Reverendiſſ. in Chriſto, Patres, amici chariſſimi, tanto profecto animi dolore mens noſtra diſcruciatur, dum ea, quæ Romanum Pontificem ſuæ Pontificiæ dignitatis oblitum, non contra nos tantum (id enim æquiori animo pateremur) verum in maximum Chriſtiani nominis dedecus, contraque totius Reip. (quam induxeramus,) pacem & tranquillitatem moliri audimus, ut tametſi animo certe perturbato, moderatis tamen verbis mentem noſtram vobis aperire, actionum noſtrarum (quanta pro rei magnitudine licebit brevitate) rationem reddere, & a Reverendiſſimis Paternitatibus veſtris noſtro ac totius Chriſtiani populi nomine auxilium implorare cogamur. Quum enim in ipſo Imperii noſtri initio a Deo Opt. Max. in tanti Principatus culmine conſtitutos arbitraremur, non ut Imperii limites cum Chriſtiani ſanguinis jactura extendere, propagareve ſtuderemus, ſed quo Imperialis dignitas autoritate, & potentia decorata, & obſervaretur a multis, & contemneretur a paucis, indeque Chriſtiana Reſp. bellorum injuriis in extremum fere diſcrimen adducta, ſempiterna tandem Cæſareæ dignitatis beneficio pace frueretur. Hoc itaque animo relicta Hiſpania ad Germaniam venimus, ortas ibidem ſeditiones inter quosdam principes, divino favore ſedamus, nihilque omittimus, quod (judicio noſtro) ab optimo Cæſare ſperari poterat. Verum dum nos Chriſtianam tranquillitatem ſtabilire curamus, ecce Gallorum rex, quem uti patrem colebamus, noſtræ dignitati ſubinvidens, in ſtatum, ac honorem noſtrum nihil non moliri conatur: nosque tandem ad arma provocat invitos. Fatetur hoc Summus Pontifex Leo, fatetur Sereniſſ. Angliæ rex, quos pro pace a Gallo obtinenda ſæpius ſollicitari fecimus, quique ſuis viribus, juſtæ noſtræ cauſæ adeſſe non negarunt. Fatetur & hoc divina juſticia, quæ ita nobis adfuit, ut poſt tot partas victorias omni humano tantem auxilio deſtituti, victis hoſtibus, eorumque rege capto victores evaſerimus. Hinc data opportunitate, qua noſtro de Repub. bene merendi ſtudio ſatisfacere liceret, ab ipſis hoſtibus victis pacem primi flagitamus, tantumque petimus, ut quæ a prædeceſſorum noſtrorum manibus eripuerant, & contra jus, fasque occupabant, nobis reſtituerentur. Æquiſſima poſtulata noſtra impetramus, pacem inimus, fœdus percutimus, & nihil in eo cautum volumus, niſi quæ ad Dei gloriam, communem Reipublicæ pacem, Chriſtianæ religionis decorem & augmentum & Sanctæ ſedis Apoſtolicæ veram dignitatem pertinere arbitramur. Percuſſo fœdere, Gallorum regem captivum noſtrum convenimus, omnibus beneficiis, omni humanitate atque benevolentia ejus animum pro Chriſtiana tranquillitate nobis devincire curamus, & mutuo data acceptaque fide, amicitiam firmamus, ac maximo eum honore affectum in Gallliam, datis obſidibus, redire permittimus: Ad Pontificem, cæteroſque Chriſtianos reges ſcribimus, ut ſi Chriſtianam Remp. pacatam optarent, eorum patentes literas ad noſtrum utrunque mitterent, quibus an hujusmodi fœderis beneficio uti vellent, prout conventum fuerat, declararent. Nondum tamen ſempiternam in Chriſti populo pacem firmaſſe gloriari ceperamus, quum novos bellorum tumultus pullulare graviſſima animi noſtri moleſtia ſentimus. At ubi a Pontifice de nobis (ut ajebant) non bene contento, id emanare audimus, Don Hugonem de Moncada oratorem noſtrum mittimus cum facultate ampliſſimisque mandatis, ut omnibus mediis quibus id fieri poſſet, Pontificem de nobis contentum reddere curaret, ita ut homine audito, noſtro animo perſpecto, nil aliud a nobis optaſſe ſuis ipſemet verbis fateretur. Dumque nil ſanto paſtore indignum nobis pollicentes, ejus optimum reſponſum præſtolamur, Pontificis nuncius literas S. ſuæ in forma Brevis proxime elapſi menſis Junii die 23. ſcriptas, 20. Auguſti nobis legendas dedit: quibus perlectis, quum non tantum a Summo eccleſiæ paſtore, a communi omnium patre, Chriſtique Vicario, ſed etiam a Rever. paternitatibus veſtris ſacroque veſtro ordine, quibus Apoſtolorum autoritas tribuitur, emanatas eſſe credamus (nec enim rem tanti momenti vobis inconſultis factam putamus) quo ſimus animi dolore affecti, vos ipſi judicate. Quis enim non miraretur, ſtuperetque videns a tanto Pontifice, a tot tantisque tanta religione pietate, atque prudentia præditis patribus tales literas in Chriſtiani principis Ro. Cæſaris, atque Apoſtolicæ ſedis, protectoris honorem & dignita-

Digitized by Google

tem tam inconsulte prodire? in quibus nihil præter bella, seditiones, proditiones perniciosa consilia, temeraria judicia, improperia, injurias, falsæ criminationes, aliaque hujusmodi tam a Pontificia dignitate aliena tractantur, idque in nos optime de Christiana Rep. meritos, & qui nullum unquam nec Cæsarem, nec Regem, nec principem, nec privatum aliquem fuisse fatebimur, qui majori (nec tanta quidem) side, religione atque observantia sanctam sedem Apostolicam veneratus sit, qui cæteris posthabitis, majori studio ejus ditionem & dignitatem tutatus sit. Parmam enim & Placentiam a Romani imperii feudo disjunctas, Sedi Romanæ, nullo jure coacti, possidendas restituimus, importunasque Germaniæ, & universi Romani Imperii preces contra gravamina & oppressiones, quas a sede Roma. pati, quum in Vvormatiensi conventu essemus, passim conquerebantur, obturatis auribus pro innata nostra erga Apostolicam sedem observantia obaudivimus. Subortæ sunt ea de causa variæ rerum difficultates & incommoda, pullulat indies magis Lutheranorum insania, gravamina ubique divulgantur, omnes unanimes remedium implorant, petunt fieri generale Concilium, in quo & Lutheranæ impietati, & Romanæ curiæ (ut ajunt) oppressionibus obviam iri possit. In civitate Spirensi Conciliabulum indicunt, ut in seditionibus ortis usque ad generalis Concilii decisionem ordo aliquis statueretur. Vidimus Germanorum animos in Sedem Romanam graviter commotos, verentesque ne hujusmodi Conciliabulum Germaniam a Romani Pontificis obedientia diverteret, Spirensem congregationem gravissimis pœnis prohibemus, eis tamen pollicemur quanto citius fieri posset, generalis concilii indictionem fieri curaturos. De re hac ad Pontificem scribimus, ut Germaniam ab imminenti periculo per hujusmodi generalis Concilii indictionem liberare dignaretur, instamus. Ipse vero de conciliabuli prohibitione gratiam habet, generalis tamen Concilii petitionem in tempus, ut ajebat, magis conveniens differendam censuit, ita ut pro nostra erga Sacrosanctam istam sedem observantia maluerimus Pontificis affectibus potius, quam Germaniæ precibus annuere: Nunc vero Sanctitas sua, vestro etiam (si id credendum est) accedente concilio, tot crimina in nos jactitat, ac si penitus Romanæ ecclesiæ adversarii hactenus fuissemus. Hinc enim de nostro erga publicam pacem animo (nullo profecto recto judicio) dubitat, nosque a Christianæ Reip. perturbatione deterret, quasi vero noster erga Rempub. animus clarior non sit, quam ut cujuspiam admonitione egeat: Si enim de C. Cæsare judicatum est, quod maluisset non dimicare quam vincere, eoque victoria adepta pacis autores libenter audiverit, cur de nostra voluntate a communi omnium patre per contrarium discernitur? Ille pacis autores audivit, nos vero hostibus victis pacem primi obtulimus, nec tantum hostem captivum Regiæ dignitati restituisse contenti, Lusitaniæ Reginam sororem nostram natu maximam, & in successionis gradu secundam ipsi matrimonio copulavimus, quod profecto ante victoriam minime a nobis impetrare potuisset. Quanto igitur nostra C. Cæsaris clementiam excedere deberet, vos ipsi judicate. Ad hæc etiam Pontifex consilia nostra ad suæ dignitatis, & ecclesiasticæ libertatis oppressionem tendere, videtur asseverare, quum ea quæ pro Romana Sede præstita commemoravimus, adeo omnibus nota sint, ut inde nonnihil Germanorum animos a nobis alienaverimus. Perpendite igitur Patres Reverendissimi an in hoc Pontificis beatitudo suis, & Apostolicæ Sedis rebus consulat, an sit Pontificiæ dignitatis Christianorum principum animos adversus ecclesiæ protectorem ad arma (ut ipsi ajunt) incitare, ac suis stipendiis tot corporibus atque animabus æternum exitium parare. Causam audite: ut subditum nostrum magni sceleris accusatum, nobis jure prævio punire non liceat: ob idque armis nobiscum certare contendit. Quod tametsi ei ex sententia succederet, quid quæso Christi vicario dignum facturus esset, nisi ut justiciam, quam promovere tenebatur, impediat: ecclesiæ thesaurum in alios certe usus convertendum exhauriat, ac Romanam ecclesiam, & universum populum Christianum in extremum discrimen adducat? Hæc ergo atque hujusmodi aliá ingenti cordis dolore, perturbato animo pensitantes, publicam Christianam calamitatem nobiscum deplorare cœpimus, atque non nostro tantum honori, sed Christi gloriæ, ejusque electi populi saluti consulere ex animo cupientes, ad Pontificis literas rescribimus, justificationem de his quæ nobis falso objiciuntur, damus, petimusque ut generale Concilium indicat, ac alia faciat, quæ ex incluso literarum nostrarum exemplo vobis videre licebit. Quæ omnia Patres Reverendissimi vos latere noluimus, ut si ex literis Pontificis, ejusve suasionibus sinistram aliquam suspicionem animi nostri erga sacrosanctam istam sedem non bene dispositi concepistis, justificationibus nostris, recto judicio, perspectis, pristinum vestrum erga nos animum induatis, ac omnem prorsus iniquam opinionem abjicientes, labanti Christianitati subveniatis. Agite igitur Patres Reverendissimi, & tanti mali causam cognoscite, Romanum Pontificem a tam impio avertite consilio, vestrisque monitis tantum apud eum efficite, ut meminerit se a Deo Optimo

Digitized by Google

mo Maximo non ad perniciem, ſed ad ſalutem ſui populi, non ad arma, ſed patientiam, & humilitatem, in Romani pontificatus ſolio conſtitutum, recordeturque nos eadem ratione in Romani principatus apicem evectos, unde peculiari quodam affectu Chriſtianæ Reipub. rebus conſulere præ cæteris tenemur, ni a Principe noſtro Chriſto degenerare velimus. Si vero beatitudo Pontificis votis noſtris tam pro noſtra juſtificatione, quam pro Chriſtianæ religionis ſalute in generalis concilii indictione annuere negaverit, tunc juxta juris ordinem Reverendiſſimas paternitates veſtras, ac ſacrum veſtrum Collegium hortamur, requirimus, atque monemus, ut quæ de indictione Concilii a pontifice petimus, eo negante, aut plus æquo differente, vos debito ordine procedentes, præſtare non differatis. Proteſtantes apud omnipotentem Deum, ſi quid inde incommodi ac detrimenti Romanæ eccleſiæ, & Reipub. Chriſtianæ acceſſerit, id non noſtra, ſed eorum culpa futurum, qui ſuis affectibus potius quam Chriſti gloriæ, ejusque populi ſaluti inſervire maluerint: Quod de veſtra erga Chriſtianam Remp. animo atque voluntate nobis minime perſvadere volumus: Si vero Reverendiſſimæ Paternitates veſtræ æquiſſima hujusmodi poſtulata noſtra concedere negaverint, eorumve exequutionem plusquam decet, ac dignitatis noſtræ ratio expoſtulat, diſtulerint, nos pro noſtra erga Deum gratitudine, proque dignitate noſtra Imperiali, qua ejus gratuita benignitate fungimur, quibus licebit remediis, ita in his pro virili providere curabimus, ut nec Chriſti gloriæ, nec juſticiæ noſtræ, nec Chriſtianæ Reip. ſaluti, paci, & tranquillitati quovis modo defuiſſe videamur. Datum in civitate noſtra Granatæ, die ſexta Menſis Octobris. Anno domini M. D. XXVI. Regnorum noſtrorum Romani octavo, aliorum vero omnium undecimo.

Yo El Rey.

Alphonſus Valdeſius.

Inſtrumentum Publicum de his quæ Romæ acta ſunt, dum Pontifici & Collegio Cardinalium Cæſaris literæ exhibitæ fuerunt.

IN Dei nomine Amen: Univerſis per orbem terrarum conſtitutis innoteſcat, quod anno ſalutis Chriſtianæ Milleſimo Quingenteſimo Viceſimo ſexto, Indictione quartadecima, die vero duodecima menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini CLEMENTIS, divina providentia Papæ VII. anno quarto, in mei Notarii, teſtiumque infraſcriptorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Reverendus Dominus Joannes Perez Cæſareæ majeſtatis Secretarius, ac Prior Eccleſiæ Oxonienſis Romæ in Palatio Apoſtolico, in aula quæ vocatur del Papagayo, in inferioribus ſtantiis, præfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, una cum Sacro collegio Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium, ad tenendum de more ſecretum conſiſtorium congregato, binas literas ejusdem Cæſareæ Majeſtatis, unas plurimorum foliorum papyri, reliquas vero unius magni folii, cum ſigillis ſuæ majeſtatis in eisdem appoſitis, & eidem Sanctitati hac ſuperſcriptione directas, videlicet, Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Domino CLEMENTI Septimo, divina providentia ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Domino Reverendiſſimo, præfato Sanctiſſimo Domino noſtro Papæ reddit, præſentavit, & conſignavit, quas quidem binas literas præfatus Dominus noſter Papa realiter, & cum effectu manibus accepit & retinuit. Et immediate dictus Joannes Perez Secretarius alias literas plurimorum etiam foliorum, mentionato Collegio Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium directas cum ſigillo dictæ Cæſareæ Majeſtatis in eisdem appoſito, & hac ſuperſcriptione videlicet: Reverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis. N. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, amicis noſtris chariſſimis, Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Franciotto tituli ſanctæ Mariæ in dominica diacono Cardinali de Urſinis nuncupato, nomine totius Collegii Reverendiſſimorum Dominorum Cardinalium ibidem, ut præmittitur, congregatorum, reddidit, præſentavit & conſignavit. Quas quidem literas præfatus Reverendiſſimus Franciottus ſuis manibus quo ſupra nomine, accepit & retinuit. De quibus omnibus & ſingulis præfatus Joannes Perez Secretarius me infraſcriptum Notarium rogavit, & requiſivit, ut unum, duo, aut plura ſibi traderem, & conficerem publicum & publica, Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta fuerunt hæc Romæ ut præfertur, loco, anno, indictione, die, menſe, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus ibidem Reverendis & magnificis viris Dominis, Ramiro Numez de Aguilera, fratre milite militiæ de Calatrava, ac ejusdem ordinis in Urbe procuratore, & Don Petro Sarmiento clerico Burgenſis Dioc. ac Luppo Sencii de Ulloa, procuratore Reverendiſſimi Archiepiſcopi Toletanenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

Et ego Alphonſus de Cuevas clericus Burgenſis publicus Apoſtolica autoritate Notarius, ac in Archivio Romanæ Curiæ matriculatus, qui præmiſſis omnibus & ſingulis una cum prænominatis teſtibus interfui, qui ſuperſcriptiones & ſigilla Cæſareæ Majeſtatis in mei præſentia requiſiti a dicto Joanne Perez Secretario recognoverunt, interfui, vidi, & audivi, ac in notam ſumpſi, ex qua hoc publicum Inſtr. extraxi rogatus & requiſitus.

Digitized by Google

Post Num. XLVI. pag. 191.

Decretum Commissionis Cæsareæ in Comitiis Ratisbonensibus commorantis, de successione in Magnum Etruriæ, ac Parmæ & Placentiæ Ducatus, in omnem eventum confecta, d. d. Viennæ die 22. & dictat Ratisbon. die 27. Mart. Anno 1730. per Moguntinum; cui infimul omnia quæ in eodem Diplomate allegantur Documenta, a Num. I. usque ad Num. XI. sunt annexa.

VOn der Römischen Kayserlichen Majestät unsers allergnädigsten Herrn vvegen Lassen Ihre Hochfürstliche Gnaden, Herr Frobeni Ferdinand, Gefürsteter Landgraf zu Fürstenberg &c. &c. des Heil. Röm. Reichs Fürst, Ritter des Güldenen Vliesses, der Röm. Käyserlichen Majestät vvürcklicher geheimer Rath, und bey fürvvährender allgemeiner Reichs-Versamblung gevollmächtigter höchstansehnlicher Kayserlicher Principal-Commissarius, des Heiligen Römischen Reichs Churfürsten, Fürsten und Ständen versambleten fürtreflichen Räthen, Bottschafften und Gesandten hiemit unverhalten: Mit vvas Reichs-Vätterlicher Sorgfalt und Friedliebendem Gemüht Ihre Kayserliche Majestät so gleich nach dem zu Baaden im Ergau mit der Cron Franckreich errichteten Friedens-Schluss zugleich demmit Spanien damahlen noch obgeschvvebten Unfrieden ein Ende zu machen getrachtet, und endlichen aus Liebe, und zu Beförderung der allgemeinen Ruhe, in vielem nachgegeben, auch so gar mit mercklicher Hindansetzung Ihres Durchleuchtigsten Ertz-Hauses Gerechtsamen der Anno 1718. erstlich von Engelland entvorffenen, sodann von Franckreich und Spanien angenommenen so genannten Londinischen Bündnis beygetretten seyen; Solches vverde Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs aus dem den 18. Augusti 1720. an die allgemeine Reichs-Versammlung erlassenen Kayserlichen Commissions-Decret noch vvohl erinnerlich, anbey auch unentfallen seyn, vvessen sich das gesambte Reich darüber, und zvvar sonderlich, vvas den fünfften Articul erst ervvehnter Londinischen Bündniss, und die darinn über die Gross- und Hertzogthümer, Florentz und Parma, enthaltene künfftige Verordnung betrifft, durch erstattetes förmliches sofort von Käyserl. Majestät gnädigst bestättigtes mithin zu einem gemeinbündigen Reichs-Gesetz ervvachsenes Reichs-Gutachten den 9. Decembr. 1722. mit einstimmiger Bevvilligung erkläret hätte.

Es vväre auch Reichs- ja Welt-kündig, dass Ihre Kayserl. Majestät diesemnach Ihres höchsten Orths nichts hätten ervvinden lassen, vvas nur immer zu Erreicchung des so heylsam-vorgesetzten Endzvvecks der allgemeinen Beruhigung von Europa vveiters hätte dienlich oder beförderlich seyn mögen; Allermassen allerhöchst Dieselbe nicht allein die von denen Bund-schliessenden Mächten beliebte Versamblung zu Cammerich mit Ihrer Kayserl. Majestät gevollmächtigten Gesandtschafften, deren grossen Kosten und Ungemachs ohngeachtet, ganz gutvvillig fort beschicket hätten, sondern auch die erste gevvesen seyn, vvelche mittelst Aushändigung deren in in dem fünfften Articul der Londinischen Bündniss bedungenen Literarum Expectativæ eventualem investituram continentis für den Spanischen Infanten, Don Carlos, mit der vvürcklichen Vollziehung dessen, vvas der Florentin- und Parmesanischen Successions-halber gemeinschafftlich zum Grund geleget, auch so gar endlichen vermittelst förmlicher von Spanien darüber an Kayserl. Majestät ausgestellten- und von Engeland und Franckreich durch verbindlichste Garantie-Instrumenta bestättigte Reversalien, vvie solche in beglaubter Abschrifft mit Num. 1. 2. 3. anliegen, versichert vvorden, Ihres allerhöchsten Orths den Anfang gemacht, mithin dadurch der Welt ein klares Kennzeichen gegeben hätten, dass, gleichvvie Ihrer Kayserl. Majestät Wille die Verheissung zu erfüllen, der bereiteste, also auch Ihre Meinung zur Ruhe und Frieden in Kayserl. und des Heil. Reichs Nahmen die vvahrhafft und aufrichtigste gevvesen, und noch seyen.

Es habe aber all dieses so vvenig verfangen, dass zu gemeltem Cammerich nichts seye zum Schluss gekommen, bis endlich Spanien Anno 1725. den bekannten Anlass dahier gegeben, vvorauf den 7. Junii ejusdem anni der auf den Articulum V. fœderis Quadruplicis allein gegründete mithin gantz unschuldige Friede zvvischen Kayserl. Majestät, als Römischen Kayser, und dem Römischen Reich, so dann der Cron Spanien, vermöge obangezogenen Reichs-Gutachtens, und darinn enthaltenen Vollmacht geschlossen, allerseits gefertiget und förmlich ausgehändiget, dann kurz darauf, zu mehrerer Versicherung des Don Carlos, die vvürckliche Kayserl. Executions- und Immissions-Befehle nachfolgenen Beylagen sub Num. 4. 5. 6. 7. 8, auf dem Fall, da entvveder einer von beyden noch regierenden Gross- und Hertzogen von Florenz und Parma, oder beyde zugleich abgehen sollten, an Dero Kayserlichen Commissarium Plenipotentiarium in Italien aufrichtig und auf das nachdrücklichste ausgefertiget vvorden, also dass, nach so heilig verheissener- und dissеits vvercktätig ervviesener Freundschafft man sich nichts vveniger, dann einer vvidrigen Neurung, hätte versehen sollen.

Diesem ohngeachtet, seye doch gegen alles bessere Vermuthen der zvvischen Franckreich, Spannien und Engeland zu Sevilien heimlich geschlossene neue Bund hervor gekommen, dessen 9ter und folgender Articul, vvie solcher per Extractum mit Num. 9. hiebey lieget, so grössere Aergerniss ervvecken müste, als darinnen die vvesendichen Bande der Menschlichen Gemeinschafft zerreissen, und, vvann man zvvischen Christlichen Mächten super Territorium rebus & personis auf solche Art fortgehen vvolte, alle Treue und Glauben endlich aus dem Grunde zerstöhret vverden müsten. Man kehre

re

re sich am mindesten nicht an dasjenige, vvas man über die vorige Tractaten noch kürtzlich bey Errichtung deren letzteren præliminar-Articuln zum Grund-Stein der allgemeinen Friedens-Handlung unter feyerlichstem Versprechen gesetzet, und für das eintzige Gegen-Gevvicht einer sich in Europa einschleichenden Übermacht jederzeit erkennet hat, man trage keine Rücksicht auf die ausgestellte Reversales und Garantie-instrumenta, handle und verordne noch bey Lebzeiten der jetzig-rechtmäßigen Besitzeren nur nach Belieben über die Reichs-Lande und Gerechtsame eben als vvie über ein Eigenthum, und achte Kayserliche Majestät und das Reich gleichsam zu gering, als daß man von denenselben, als partibus compacisentibus, quarum res principaliter tamen agitur, die in dem Londinischen Bund ausdrücklich bedungene, und für nothvvendig erkannte Einvvilligung auch nur hätte begehren sollen, vvobenebenst diese Mächten ferners auch über andere Domestica Imperii zu handlen, zu verbinden, und neuerlich ohnvermuthete Dinge aufzuvverffen sich nicht entsehen hätten, als da nahmentlich seynd die Ost-Frieslandische Sache, und jene vvegen des Reichs Affter-Lehen von Siena, vvie dann auch keine verächtlichere Arth jemahlen unter gecrönten Häuptern vverde gebraucht vvorden seyn, als jene, mit vvelcher so vvohl da hier, als zu Paris, ohne Vorrede, vvorinnen sonsten die Ursachen einer Bündnis angeführet zu vverden pflegen, und ohne Kayserliche und des gesamten Reichs Mit-vvilligung, oder vvenigstens Beytritt zu begehren, nur schlechter dings Ihrer Kaeyserl. Majestaet Ministris der Seviliſche Tractat seye angekündet, und nur in Copia communiciret vvorden, ob schon Ihre Kaeyserliche Majestaet sich je und allezeit erboten hätten, dergleichen expedientia, so vveder denen Gerechtsamen eines dritten, zumahln des Reichs, abbrüchig vvären, noch denen vorigen Tractaten zu vviderlauffen, die Hand zu bieten.

Wann nun vvider besseres Verhoffen ein solches Verfahren statt haben, und von denen neu-vereinigten Bunds-Genossen darauf beharret vverden solte; so vvürde führohin Gevvalt vor Recht, Willkühr für verbindliche gemeinschafftliche Obliegenheit gelten, und, vvas denen neuen Bunds-Genossen am anständigsten, dasjenige solle auch, ohne vveitere Rucksicht auf Sachen und Personen, das allergerechteste seyn, vvie solches alles und besorglich ein mehrers und gefährlichers bey Gegeneinanderhaltung des Articuli Vti Foederis Quadruplicis & Articuli IVti des Wienerischen Reichs Friedens unter Num. 10. & 11. mit dem Articulo IXno des Seviliſchen neuen Bunds sich vvürde erkennen lassen.

Gleichvvie nun Ihre Kayserl. Majestät sich nicht vorstellen könnten, daß es mit denenselben und dem Römischen Reich zu jener äusserſten Noth gekommen seyn sollte, derley ohne Ihrer Kayserl. Mejestät und des Heil. Röm. Reichs Vorvvissen und Einvvilligung durchzutreiben vermeinte-mithin gegen natürliches Recht und Billigkeit streitende Eingriffe und Vergevvaltigungen in Ihrer Kayserlichen Majestät und des Reichs kundbahre, durch offt-vviederhohlte feyerlichste Schlüsse, ja von denen ausvvärtigen Mächten selbst erkannte Gerechtsame und Befugnüsse gleichsam mit geschlossenen Armen zu dulden, und in einer Kayserlichen Majestät und das Reich am meisten betreffenden Sache allerhöchst denenselben auf eine so unziemliche und verächtliche VVeise bey Seiten gesetzet, so fort zuzusehen, daß ein-mit grosser Gutthat kaum angenommener neuer Vasallus sich gegen Vergleich, Ordnung und Gesetz mit Gevvalt selbst einsetzen vvolle; Also hätten Ihre Kayserl. Majestät, diesen der Sachen Gevvalt drohenden-mithin in der That und künfftiger Folg Gefahr vollen Zustand, Churfürsten, Fürsten und Ständen des Reichs vor Augen zu legen, Ihres allerhöchsten Kayserlichen Amts und Reichs-Vätterlicher Vorsorge zu seyn erachtet, und vvollen dahero, vvas bey so bevvanten Umbständen zu Vertheidigung Ihrer Kaeyserl. und des Heil. Reichs-Hoheit und offenbahren Gerechtsamen, vvie auch zu Beschützung deren noch lebenden, rechtmäßigen Innhaber gedachter VVelscher Reichs-Landen, fürnehmlich aber zu Abvvendung der denen übrigviel und ansehnlichen mit Florentz und Parma vermischten andern VVelschen Reichs-Lehen obsichvvebender nechsten Gefahr zu thun seyn möchte, von denen gesambten Churfürsten, Fürsten und Ständen einen solchen Rath, patriotischen Meynung und Gutachten gevvärtigen, vvie es der Kayserlichen Majestät und des Römischen Reichs Ansehen, Rechte, Nutzen, Beruhigung und Sicherheit allerdings eyffrig erfordern, und Ihrer Kayserl. Majestät vorzügliches gnädigstes Vertrauen zu sammentlicher Chur-Fürsten und Ständen des Reichs und deren vortrefflichen Räthen, Bottschafften und Gesantten patriotischem Sinn und Liebe ohnzvveiffentlich und umb so mehr gesetzet seye, als aus der Sachen bisherigem Verlauff die von Ihrer Kayserl. Majestät für die Erhaltung Ihrer und des Reichs Gerechtsame beständig getragene Reichs-Vätterliche Sorgfalt, zuförderist auch erhellete, daß so gar die Beysorge, Sich von ihren Bunds genossen, der Cron Spanien, verlassen zu sehen, nicht vermögend gevvesen seye, allerhöchst Dieselbe zu etvvas solchem zu verleiten, vvodurch Ihren Kayserl. und des Reichs Hoheit und Rechten der mindeste Abbruch geschehen, oder beygemessen vverden könte, ob hätten Ihre Kayserl. Majestät diese Hoheit und Rechte andern Ihr Ertz-Hauss betreffenden Absichten nachgesetzet.

Ihre Kayserliche Majestät hätten auch in Betracht gegenseitiger vvürcklich gevvaltsamer Vorbereitung zvvar die nöthige Vorsehung gethan, und einige Ihrer Kayserlichen Kriegs-Völcker gegen VVelschland anrücken lassen, vvären auch gesinnet, nach Erheischung der Sachen zu Schutz, Noth und Ehrenrettung der Kayserl. und des Reichs Angelegenheiten

Digitized by Google

und Rechten derer noch mehrere geſtalten Dingen nach zu zuſenden, keines vveges in der Abſicht, einigen Gevvalt vvider Iemand zu gebrauchen, ſondern pur allein für die Feſthaltung derer feyerlichſten Kæyſerl. Reichs-Bündnüſſe und heiligſten Verheiſſungen, mithin für Recht, Treu und Glauben ſtandhafft zu ſtehen, keinen ungerechten Gevvalt gegen des Heil. Röm. Reichs-Lehen und Lande zu leiden, ſo fort auch die unſchuldige Beſitzere derſelben dagegen allenfals zu ſchirmen.

Ihre Kæyſerliche Majeſtæt verſeheten ſich demnach gæntzlich, vvan gegen beſſeres Verhoffen der Ruheſtand in Italien, oder Ihre Erb-Kœnigreiche und Lande vvegen Beſchützung des Heil. Röm. Reichs und deſſen Rechten feindſeelig vvolten angefallen vverden, daſs Dieſelbe in einer ſo gerechten Sache von dem geſambten Reich auf das Kræfftigſte vvürden unterſtützet vverden, vvie dann ein ſtandhaffter recht teutſch-geſinnter allgemeiner Entſcluſs des Reichs das ſicherſte vvo nicht einige Mittel ſeyn vvürde, allen frembden Luſt und Gevvalt gegen der Kæyſerl. Majeſtæt und des Heil. Römiſchen Reichs Rechte und Hoheit, vvovon die vveitausſehende und gefæhrlichſte Folgen gar leicht vorzuſehen ſeyen, mit teutſchem, Hertzen und Muth abzuhalten und zu vertheydigen. VVomit hœchſt-ermelt - Seine Hochfürſtl. Gnaden des Heil. Rœmiſchen Reichs Churfürſten, Fürſten und Stænden vortrefflichen Ræthen, Bottſchafften und Geſanten mit freundlich-geneigt und gnædigem VVillen vvohl zugethan verbleiben. Signatum VVien den 22. Martii 1730.

(L. S.)

Frobeni Ferdinand,
Fürſt zu Fürſtenberg.

(Præſ. den 26. Martii 1730.)

Beylagen,

Literæ eventualis Inveſtituræ.

Copia.

CAROLUS Sextus &c. &c. (tit. Integer. &c.) AGnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quod cum tanto ſolicitudinis ſtudio ad nunc promovendum, qui Cameraci pendere noſcitur, congreſſum feſtinemus, quanto amore Pacis Tractatui Quadruplicis foederis die ſecunda Auguſti Anno Milleſimo Septingenteſimo decimo octavo inito & ſubſcripto acceſſimus, & cum in ejus Articulo quinto conventum fuerit, quod ad priſtina Superioritatis Imperialis jura, Status ſeu Ducatus a Duce Hetruriæ, Parmæque ac Placentiæ Duce modo poſſeſſi, futuris in perpetuum temporibus ab omnibus partibus contractantibus agnoſcantur & habeantur pro indubitatis Sacri Romani Imperii feudis maſculinis. Et nos, quantum in nobis erat, ceu Caput Imperii, inſuper conſenſerimus, ut, ſi quando caſus aperturæ dictorum Ducatuum ob deficientiam hæredum maſculorum contingat, tunc præſentis Sereniſſimæ & Potentiſſimæ Principis Dominæ Eliſabethæ Hiſpaniarum Reginæ, natæ Duciſſæ Parmæ ac Placentiæ filius primogenitus Sereniſſimus Carolus Hiſpaniarum Infans, Conſanguineus & Princeps noſter chariſſimus, hujusque Deſcendentes maſculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus ſecundogenitus, aut alii poſtgeniti dictæ Reginæ filii, ſi qui naſcentur, pariter una cum eorum poſteris maſculis ex legitimo matrimonio natis, in omnibus dictis Provinciis ſuccedant, & quod nos ſolitum Romani Imperii conſenſum deſuper requiſituri, eo obtento Literas Expectativæ, Inveſtituram eventualem continentes, pro dictæ Reginæ filio vel filiis, eorumque deſcendentibus maſculis legitimis, in debita forma expediri, easque Regi Catholico tradi curabimus, absque illo tamen damno aut præjudicio, ſalvaque per omnia Principum, qui dictos Ducatus in præſens obtinent, poſſeſſione. Et poſt nunc exhibitum nobis Sacri Imperii Romano-Germanici conſenſum, cum res in eo ſit, ut, ſi nobis, noſtrisque Succeſſoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, dictoque Romano Imperio præfatus Princeps Carolus, cæterique ejus deſcendentes, aut ipſius fratres & eorum maſculi antedicti, omnia & ſingula debite faciant & præſtent, quæcunque fideles obedientesque Principes & Vaſallos Italicos de jure aut conſvetudine ex antiquis feudorum rationibus ſub Throno Imperiali conſtanter & per omnia præſtare & facere decet.

Nos in conformitate prænominati integri Articuli quinti, & non aliter, atque in ſinceram ejusdem executionem, Gratiæ Expectativæ Inveſtituram eventualem continentis, juxta ritum ac ſtylum Cæſareum ſolitum Diploma Imperiale ea, qua conventum eſt, lege, modo ac forma eidem Principi Carolo concedere & elargiri poſſimus ac debeamus.

Proinde ex certa ſcientia noſtra, animo bene deliberato ac ſano accedente conſilio, deque Cæſareæ noſtræ Majeſtatis poteſtate, noſtro, noſtrorumque in Diademate Imperiali legitimorum Succeſſorum Romanorum Imperatorum ac Regum nomine, præfato Principi Carolo ejusque deſcendentibus, nec non ex dicta Hiſpaniarum Regina fratribus, eorumque poſteris, uti ſupra, legitime natis, aut naſcituris maſculis harum vigore literarum benigne conceſſerimus & hoc decreto ac Diplomate Imperiali Exſpectativam, vim ac robur eventualis Inveſtituræ continentem, clementer elargiti ſumus, Eundemque Principem Carolum pro ſe ſuisque Succeſ-

Digitized by Google

ceſſoribus masculis legitimo ex matrimonio deſcendentibus, nec non pro omnibus & ſingulis ſupra recenſitis ipſius fratribus, & eorum maſculis ex legitimo matrimonio natis aut naſciturîs, prætactis de Ducatibus aut Statibus, tanquam veris feudis Imperialibus Italicis Maſculinis, memoratum in eventum aperturæ & caducitatis, quo ſcilicet præſentes ex domo Medicea ac Farneſia poſſeſſores ſine prole legitima naturali maſcula ſucceſſionis capace vivere deſierint, de Cæſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine, juxta expreſſum legeque Imperiali receptum ordinem primogenituræ eventualiter infeudaverimus, atque inveſtiverimus, quemadmodum tenore præſentium hocce Decreto & Diplomate noſtro Imperiali, vim eventualis Inveſtituræ habente, de jure, lege aut conſuetudine Imperiali eundem Principem Carolum de prædictis Hetruriæ, Parmæ Placentiæque Ducatibus ſeu Statibus, omnibusque ipſis competentibus juribus & pertinentiis ab horum Ducatuum Dominis tempore præfati fœderis Londini ſubſcripti, realiter poſſeſſis infeudamus ac inveſtimus.

Cujus Infeudationis virtute idem hic Princeps Carolus in caſu, ut ſupra, aperturæ dictorum Ducatuum ſeu Statuum immediate poſſeſſionem omnimodam, & adminiſtrationem aſſerere ſibi, & conſequi poterit, nempe Ducatuum ſeu Statuum, nunc a Magno Hetruriæ Duce poſſeſſorum, ſtatim ac proles dicti Ducis maſcula legitima, & Ducatuum ſeu ſtatuum a Parmæ Placentiæque Duce nunc poſſeſſorum, ſtatim ac Proles Farneſia maſcula legitima defecerit, noſtris cæteroqui, & Sacri Imperii, nec non aliorum quibuscunque juribus ſemper ſalvis, ac nominatim hac diſerta ſub conditione, ut in caſu exiſtentis realiter aperturæ, & quoties deinceps ille caſus evenerit, actualem & proprie ſic dictam Inveſtituram a nobis, noſtrisque Succeſſoribus Romanorum Imperatoribus & Regibus, memoratus Princeps, cæterique, ut ſupra, ipſimet, aut per legitimos poſt diſpenſationem Imperialem validos, & ſufficientes Mandatarios, tempore, loco, ſtyloque conſuetis, requirere, debitum homagium facere, ac præſtitis quibuscunque penes Conſilium ac Cancellariam noſtram Imperialem Aulicam præſtandis coram Throno noſtro Cæſareo recipere, & ſolitum deſuper fidelitatis jusjurandum præſtare teneatur, teneanturque, prout in feudis & homagiis Italicis recepti Cæſarei Romano-Germanici juris & moris eſt, ſecus vero in conformitate ejusdem totius Articuli quinti fœderis Londinenſis, hiſce diſertim, & ſub conditione ſine qua non, declarantes nos & Sacrum Imperium ad permittendam continuationem poſſeſſionis nominatorum Ducatuum ſeu Statuum teneri nec velle nec poſſe. Salvo porro, ut præfertur, & dicto in fœdere cavetur, Principum præſentium ac Ducatuum Hetruriæ, Parmæ ac Placentiæ poſſeſſorum, omnimodo jure, inſuper & reliqua hujusdem Articuli quinti ſtipulatione per omnia & ſemper ſalva, quod nempe nullus prædictorum Ducatuum aut Statuum, ullo unquam tempore aut caſu, a Principe, qui Regnum Hiſpaniarum obtinet, poſſideri poſſit aut debeat, & quod nullus unquam Hiſpaniarum Rex tutelam ejusmodi Principis aſſumere poſſit aut gerere valeat.

Ac propterea mandamus & præcipimus omnibus & ſingulis noſtris, Imperii Sacri Electoribus ac Principibus, tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Clientibus, Capitaneis, Vicedominis, Locumtenentibus, Gubernatoribus, Præſidentibus, Præfectis, Caſtellanis, Rectoribus, Magiſtratibus, Antianis, Vexilliferis, Poteſtatibus, Civium magiſtris, Conſulibus, Judicibus, ac generaliter omnibus noſtris, ac Sacri Romani Imperii Regnorum ac Provinciarum noſtrarum hæreditariarum ſubditis & fidelibus dilectis, cujuscunque ſtatus, gradus, ordinis, Dignitatis aut præeminentiæ fuerint, ut ſæpe nominatum Principem Carolum vel ejus Succeſſores & hæredes, aut ex prædicta Regina fratres, ut ſupra, quoad hanc conceſſionem & Gratiam noſtram Imperialem nullatenus impediant vel turbent, ſed potius defendant ac manuteneant, idque etiam ab aliis, quantum in ipſis erit, fieri ſtudeant ac curent, nec turbari aut impediri ſinant.

Si quis vero præſens Edictum hoc noſtrum ac Diploma Imperiale auſu quodam temerario transgredi vel violare præſumpſerit, is præter graviſſimam noſtram, & Sacri Romani Imperii indignationem, mulctam quoque quadringentarum marcarum auri puri, pro dimidio fiſco ſeu ærario noſtro Imperiali & pro altero dimidio injuriam vel damnum paſſi uſibus, toties quoties in contrarium quidquam attentatum factumque fuerit, irremiſſibiliter pendendam noverit.

Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum; Quæ dabantur in Civitate noſtra Vienna nona Decembr. Anno Milleſimo Septingenteſimo vigeſimo tertio, Regnorum noſtrorum Romani, decimo tertio, Hiſpanicorum vigeſimo primo, Hungarici & Bohemici vero pariter decimo tertio.

CAROLUS

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis propr um.

Phil. Wild. N. D. de Georgenthal.

Num.

Digitized by Google

Num. 1.

Copia Reverſalium ad implendas conditiones in literis Inveſtituræ de S. R. I. Ducatibus Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ expreſſas a Rege Hiſpan. Ludovico Madriti 28. Febr. 1724.

LUdovicus Dei gratia Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hieroſolymarum, Navarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murciæ, Giennii, Algarbiarum, Algeziræ, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, Indiarum orientalium, & occidentalium, Inſularum, & Continentis, Oceani Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ & Mediolani, Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tyrolis & Barcinonis, Dominus Cantabriæ, & Molinæ &c. Cum Comes a Santiſtevan, nec non Marchio Berreti Landi, Noſtri in Cameracenſi Congreſſu Miniſtri Plenipotentiarii virtute Plenipotentiæ, qua nixi inveniebantur, & in Articuli quinti Quadruplicis Fœderis die ſecunda menſis Auguſti Anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi octavi Londini ſignati, dieque decima ſexta menſis Februarii anni ſubſequentis milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi a Rege, & Parente noſtro Hagæ-Comitis accepti complementum & obſervantiam acceperint & admiſerint Diploma Cæſareum, ſive Litteras expectativæ eventualem de Ducatibus ſeu ſtatibus Hetruriæ, Parmæ & Placentiæ Inveſtituram pro Sereniſſimo Infante Domino Carolo, Fratre noſtro, Sereniſſimæque Reginæ Dominæ noſtræ natæ Parmenſis Duciſſæ filio, ipſiusque Deſcendentibus, & Succeſſoribus maſculis legitimo matrimonio ſuſceptis, & horum defectu pro cæteris univerſis ejusdem Reginæ Sereniſſimæ Dominæ noſtræ filiis, eorumque Deſcendentibus maſculis, continentes; quod quidem Diploma ipſis a Miniſtris Plenipotentiariis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis die vigeſima quarta Januarii proxime elapſi debita in forma coram Miniſtris Plenipotentiariis Regum Mediatorum rite extraditum fuit, Miniſtrisque Plenipotentiariis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Noſtræ ſubſcriptum, atque ſigillo firmatum tradiderunt inſtrumentum quoddam, cujus tenor ſubſequens adeſt.

Nos infraſcripti Sacræ Regiæ Catholicæ Majeſtatis Miniſtri Plenipotentiarii recipimus in complementum & ſatisfactionem articuli quinti fœderis quadruplicis die ſecunda Auguſti 1718. Londini ſubſcripti, & decima ſexta februarii 1720. a Rege Catholico Hagæ-Comitum acceptati Diploma Cæſareum, ſeu Litteras exſpectativæ Inveſtituram eventualem continentes Ducatuum, ſeu Statuum Hetruriæ, Parmæ, & Placentiæ pro Sereniſſimo Infante Carolo Reginæ natæ Duciſſæ Parmenſis filio, ejusque Deſcendentibus maſculis ex legitimo matrimonio natis, aut poſt deceſſum illorum pro cæteris ejusdem Reginæ Filiis, eorumque deſcendentibus maſculis, quod Nobis a Miniſtris Plenipotentiariis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis hodiè debita in forma coram Miniſtris Plenipotentiariis Regum Mediatorum rite extraditum fuit; Promittimusque nomine Sacræ Catholicæ Majeſtatis, omnes, & ſingulas in prædicto Diplomate expreſſas conditiones, juxta tenorem præfati quadruplicis fœderis erga Sacram Cæſaream Majeſtatem, & Imperium a Sacra Regia Catholica Majeſtate, prout & a Sereniſſimo Infante Carolo, ejusque Hæredibus, & Succeſſoribus maſculis, ibidemque recenſitis ejus fratribus ſancte & inviolate executum & obſervatum iri, in cujus fidem præſens hoc Inſtrumentum virtute Plenipotentiæ a Sacra Regia Catholica Majeſtate Nobis conceſſæ, cujus Apographum ad finem adjunctum eſt, manu propria, ſigilloque noſtro firmavimus; Quemadmodum, & in majus robur a Sacra Regia Catholica Majeſtate ratihabitionibus ſuis rite confirmabitur, ratihabitionumque tabulæ intra ſpatium ſex ſeptimanarum a die ſubſcriptionis, aut citius, ſi fieri poteſt, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Miniſtris Plenipotentiariis Cameraci extradentur: Actum Cameraci die vigeſima quarta Januarii Anni milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi quarti.

(L. S.) El Conte de Santiſtevan.
(L. S.) El Marquis Beretti Landi.

Cumque a prælibatis Comite de Santiſtevan, & Marchione Berreti Landi præfati Inſtrumenti hic ſupra translati & inſerti exemplar Nobis miſſum fuerit, poſtquam illud de verbo ad verbum percurrimus, atque matùre perpendimus omne in illo, contentum, & expreſſum probare atque ratificare decrevimus, ideoque promittimus univerſas & ſingulas conditiones juxta tenorem prædicti quadruplicis fœderis expreſſas in præfato Diplomate quod uno & eodem tempore transmiſſum eſt Nobis, & a Nobis acceptatum prout pariter ratihabita Inveſtitura eventualis in ipſo contenta, adimplendas, & inviolabiliter obſervandas erga Sacram Cæſaream Majeſtatem, & Imperium tam a Nobis, quam a ſereniſſimo Infante Domino Carolo, Fratre noſtro hæredibus, atque ſucceſſoribus ſuis maſculis, ex legitimo matrimonio procreatis, & horum deceſſu ab ipſius fratribus in ipſa præfata Inveſtitura recenſitis, ad quam Nos referimus; In cujus fidem & firmitatem præſentes litteras expedire juſſimus, manu noſtra ſubſcriptas, ſigillo noſtro ſecreto firmatas, atque ab infraſcripto, ſanctioris Conſilii commentarienſi noſtro chirographo adſcriptas, datas Madriti die vigeſima octava Februarii Anni milleſimi ſeptingenteſimi vigeſimi quarti.

(L. S.) Yo El Rey &c.
Joannes ab Orendayn.

Num. 2.

Copia Guarantiæ ſeu Cautionis particularis ad implendas conditiones literis Inveſtituræ S. R. I. Ducatuum Hetruriæ Parmæ, ac Placentiæ inſertas a Rege Britanniæ, In Palatio divi Jacobi 23. ſt. v. Jan. Anno 1724.

GEorgius Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rex, Fidei Defenſor, Dux Brunſuicenſis, & Luneburgenſis, Sacri Romani Imperii Archi Theſaurarius & Princeps Elector &c. omnibus & ſingulis, ad quos præſentes hæ literæ pervenerint, ſalutem. Quandoquidem Inſtrumentum quoddam Guarantiæ, Romanorum Imperatori præſtandæ, inter Nos & bonum fratrem noſtrum Regem Chriſtianiſſimum, per Miniſtros Plenipotentiarios utrinque Mandatos, & authoritate

Digitized by Google

tate ſufficienter munitos Cameraco die vigeſimo quarto Menſis præſentis Januarii, ſtyli novi, concluſum, ſignatumque fuerit, Forma & Verbis, quæ ſequuntur.

Poſtquam in Tractatu Quadruplicis Fœderis die ſecunda Auguſti anni milleſimi ſeptingenteſimi decimi octavi Londini ſubſcripti ac deinde Hagæ Comitum die decimo ſexto Februarii, Anno milleſimo ſeptingenteſimo viceſimo a Rege Catholico ſolemni Ratificatione ſua acceptati, juxta tenorem Articuli quinti conditionem Pacis inter Imperatorem & Regem Catholicum communi omnium Paciſcentium conſenſu, pactum definitumque fuerit, ut Status ſeu Ducatus a Magno Duce Hetruriæ, Parmæque ac Placentiæ Duce modo poſſeſſi futuris in perpetuum temporibus ab omnibus partibus contractantibus agnoſcantur & habeantur pro indubitatis Sacri Romani Imperii feudis maſculinis, ac viciſſim Sua Majeſtas Cæſarea per ſe ceu caput Imperii conſenſerit, ut, ſi quando caſus aperturæ dictorum Ducatuum ob defectum hæredum maſculorum contingat, tunc præſentis Sereniſſimæ & Potentiſſimæ Hiſpaniarum Reginæ natæ Duciſſæ Parmenſis filius primogenitus Sereniſſimus Carolus Hiſpaniarum Infans, hujusque deſcendentes maſculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus ſecundogenitus, aut alii poſtgeniti ejusdem Reginæ filii, ſi qui naſcentur, pariterque una cum eorum poſteris maſculis ex legitimo matrimonio natis, in omnibus dictis Provinciis ſuccedant, eumque in finem Sua Cæſarea Majeſtas obtento Imperii Conſenſu literas expectativæ Inveſtituram eventualem continentes pro dictæ Reginæ filio vel filiis eorumque deſcendentibus maſculis legitimis in debita forma expediras Regi Catholico tradi curaret, ita nunc in executionem & complementum dicti fœderis a Sua Cæſarea Majeſtate realiter id præſtitutum, ac tale deſuper Infeudationis Inſtrumentum in debita forma Regibus Mediatoribus hodie extraditum, ab iisque Regi Catholico transmiſſum fuit, cujus tenor hic ſequitur.

(Locus Inſtrumenti Infeudationis.)

Agnoſcentes igitur Reges Mediatores Imperatorem præfato quadruplicis Fœderis Tractatui ſua ex parte, quo ad expeditionem, exhibitionemque præinſertarum expectativæ literarum ſatisfeciſſe; Ita viciſſim erga ſuam Cæſaream Majeſtatem ſeſe hac ſpeciali ſua Guarantia obſtringunt omnes & ſingulas in præinſertis literis infeudationis expreſſas conditiones a Sereniſſimo Hiſpaniarum Principe Carolo ſæpefatæ Reginæ Filio, ejusque in feuda prædicta nominatis ſucceſſoribus religioſe adimplere debere, ac præſertim, quod in caſu exiſtentis realiter aperturæ, & quoties deinceps ille caſus evenerit ad ſummum intra annum & diem ab adepta poſſeſſione actualem ac proprie ſic dictam Inveſtituram a Sua Cæſarea Majeſtate, ejusque in Imperio Succeſſoribus memoratus Princeps cæteriquæ ut ſupra ipſimet, aut per ſufficientes poſt Imperialem diſpenſationem Mandatarios coram Throno Imperiali præſtitis præſtandis recipere, ac ſolitum deſuper fidelitatis jusjurandum præſtare teneatur, teneanturque.

Proinde Sua Regia Majeſtas Britanica & Sua Regia Majeſtas Chriſtianiſſima conjunctim & ſeparatim pro ſe ſuisque in Regno ſucceſſoribus particulari hac Guarantia & ſponſione promittunt, prout juxta tenorem ſupra memorati quadruplicis fœderis ſeſe jam obligatas agnoſcunt ſe implerionem omnium ſingularumque præinſertæ infeudationis conditionum, dum caſus evenerit, ſerio manutenere, & feudum Cæſari & Imperio ſupra præfatos Ducatus conſtitutum, illibatum conſervare & defendere velle ac debere.

Præſens hoc Guarantiæ Inſtrumentum in majus robus a ſua Regia Majeſtate Britanica & a ſua Regia Majeſtate Chriſtianiſſima ratihabitionibus ſuis rite confirmabitur, ratihabitionumque tabulæ intra ſpatium quatuor ſeptimanarum a die ſubſcriptionis, aut citius, ſi fieri poſſit, ſuæ Cæſareæ Majeſtatis Miniſtris Plenipotentiariis Cameraci exhibebuntur.

In cujus rei fidem Nos infraſcripti ſuæ Regiæ Majeſtatis Magnæ Britanniæ Miniſtri Plenipotentiarii, & ſuæ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Miniſtri Plenipotentiarii ſufficientibus ad id Mandatis muniti, Inſtrumentum hoc duplex ſubſcripſimus, ac ſigillis noſtris communivimus. Actum Cameraco die vigeſima quarta Menſis Januarii ſt. n. Anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quarto.

(L. S.) Polvvarth. (L. S.) de Barbarie de ſaint Conteſt.

(L. S.) Whitvvort. (L. S.) Rottembourg.

Nos viſo & perpenſo Inſtrumento Guarantiæ ſupraſcripto, idem in omnibus & ſingulis ejus articulis & clauſulis approbavimus, & ratum firmumque habuimus, ſicut per præſentes pro Nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus Noſtris, idem approbamus, & ratum, firmumque habemus, ſpondentes & in verbo Regio promittentes, Nos prædictum Inſtrumentum Guarantiæ, omniaque & ſingula, quæ in eo continentur, ſancte atque inviolabiliter præſtituros & obſervaturos, neque paſſuros unquam, quantum in Nobis eſt, ut a quopiam violetur, aut ut eidem quocunque modo in contrarium eatur. In quorum majorem fidem ac robur, hiſce præſentibus manu noſtra Regia ſignatis, magnum noſtrum Magnæ Britanniæ ſigillum appendi juſſimus. Dabantur in Palatio noſtro divi Jacobi die viceſimo tertio ſt. v. Menſis Januarii Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo $\frac{\text{tertio}}{\text{quarto}}$ Regnique Noſtri decimo.

Num. 3.

Copia.

LOuis par la Grace de Dieu Roy de France & de Navarre à tous ceux, qui ces preſentes Lettres veront, Salut. Comme nôtre aimé & feal le Sr. de St. Conteſt, Conſeiller d'Etat ordinaire, & nôtre cher & bien aimé le Sr. Comte de Rottembourg Brigadier de nos Armées, nos Plenipotentiers au Congrés de Cambrai auroient en vertu des pleins pouvoirs, que nous leur en avons donné, conclu, arreté & ſigné en la dite ville de Cambrai le $\frac{24}{13}$ du preſent mois de Janvier avec le Comte Polvvarth, & avec le Baron de Whitvvorth Miniſtres Plenipotentiers de nôtre tres cher & tres aimé Frere le Roy

Digitized by Google

de la grande Bretagne pareillement munis de ſes pleinspouvoirs en bonne forme, l'acte de Garantie, dont la teneur s'enſuit.

Poſtquam in Tractatu Quadruplicis Fœderis die ſecunda Auguſti Anni Milleſimi Septingenteſimi decimi octavi Londini ſubſcripti, ac deinde Hagæ Comitum die decima Sexta Februarii Anno milleſimo Septingenteſimo vigeſimo a Rege Catholico ſolenni ratificatione ſua acceptati, juxta tenorem Articuli quinti Conditionum Pacis inter Imperatorem & Regem Catholicum, communi omnium paciſcentium conſenſu pactum definitumque fuerit, ut ſtatus ſeu Ducatus a Magno Duce Hetruriæ, Parmæque ac Placentiæ Duce modo poſſeſſi, futuris in perpetuum temporibus ab omnibus partibus contractantibus agnoſcantur & habeantur pro indubitatis Sacri Romani Imperii feudis maſculinis; Ac viciſſim ſua Majeſtas Cæſarea per ſe, ceu Caput Imperii conſenſerit, ut, ſi quando caſus aperturæ dictorum Ducatuum ob deficientiam hæredum maſculorum contingat, tunc præſentis Sereniſſimæ ac Potentiſſimæ Hiſpaniarum Reginæ natæ Duciſſæ Parmenſis filius primogenitus, Sereniſſimus Carolus Hiſpaniarum Infans, hujusque deſcendentes maſculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus ſecundogenitus, aut alii poſtgeniti ejusdem Reginæ filii, ſi qui naſcentur, pariter una cum eorum poſteris maſculis ex legitimo matrimonio natis, in omnibus dictis Provinciis ſuccedant, eumque in finem ſua Cæſarea Majeſtas obtento Imperii conſenſu, literas Expectativæ Inveſtituram eventualem continentes, pro dictæ Reginæ filio vel filiis, eorumque deſcendentibus maſculis legitimis in debita forma expeditas Regi Catholico tradi curaret. Ita nunc in executionem & complementum dicti fœderis a ſua Cæſarea Majeſtate realiter id præſtitum, ac tale deſuper infeudationis inſtrumentum in debita forma Regibus Mediatoribus hodie extraditum, ab iisque Regi Catholico transmiſſum fuit, cujusque tenor hic ſequitur:

Locus Inveſtitura.

Agnoſcentes igitur Reges Mediatores, Imperatorem præfato quadruplicis fœderis tractatui ſua ex parte quoad expeditionem exhibitionemque præinſertarum exſpectativæ literarum ſatisfeciſſe, ita viciſſim erga ſuam Cæſaream Majeſtatem ſeſe hac ſpeciali ſua Guarantia obſtringunt, omnes & ſingulas in præinſertis literis infeudationis expreſſas conditiones a Sereniſſimo Hiſpaniarum Principe Carolo ſæpe fatæ Reginæ filio, ejusque in feuda prædicta nominatis ſucceſſoribus religioſe adimpleri debere, ac præſertim quod in caſu exiſtentis realiter aperturæ, & quoties deinceps ille caſus evenerit, ad ſummum intra annum & diem ab adepta poſſeſſione, actualem & proprie ſic dictam Inveſtituram a ſua Cæſarea Majeſtate, ejusque in Imperio Succeſſoribus memoratus Princeps, cæterique, ut ſupra, ipſimet, aut per ſufficientes poſt Imperialem diſpenſationem mandatarios coram Throno Imperiali præſtitis præſtandis recipere, ac ſolitum deſuper fidelitatis jusjurandum præſtare teneatur, teneanturque.

Proinde ſua Regia Majeſtas Chriſtianiſſima, & ſua Regia Majeſtas Britannica conjunctim & ſeparatim, pro ſe, ſuisque in Regno Succeſſoribus particulari hac Guarantiæ & ſponſione promittunt, prout juxta tenorem ſupra memorati quadruplicis fœderis ſeſe jam obligatos agnoſcunt, ſe impletionem omnium ſingularumque præinſertæ infeudationis conditionum, dum caſus evenerit, ſerio manutenere, & feudum Cæſari & Imperio ſupra præfatos Ducatus conſtitutum illibatum conſervare & defendere velle ac debere.

Præſens hoc Guarantiæ Inſtrumentum in majus robur a ſua Regia Majeſtate Chriſtianiſſima & a ſua Regia Majeſtate Britannica ratihabitionibus ſuis rite confirmabitur, ratihabitionumque Tabulæ, intra ſpatium quatuor ſeptimanarum a die ſubſcriptionis, aut citius ſi fieri poſſit, ſuæ Cæſareæ Majeſtatis Miniſtris Plenipotentiariis Cameraci extradentur.

In cujus rei fidem nos infraſcripti ſuæ Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ, & ſuæ Regiæ Majeſtatis Magnæ Britanniæ Miniſtri Plenipotentiarii ſufficientibus ad id mandatis muniti Inſtrumentum hoc duplex ſubſcripſimus, ac Sigillis noſtris communivimus. Actum Cameraci die $\frac{\text{vigeſima quarta}}{\text{decima tertia}}$ menſis Januarii Anno milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo $\frac{\text{quarto}}{\text{tertio}}$

(L. S.) De Barberie de ſaint Conteſt. (L. S.) Polvvarth.

(L. S.) Rottembourg. (L. S.) Whitvvorth.

Nous ayant agreable le ſudit Acte de Guarantie en tous en chacun les points qui y ſont contenus, avons icelui tant pour nous, que pour nos Heritiers & Succeſſeurs, Royaumes, Pays, Terres, Seigneuries & ſujets accepté, approuvé, ratifié & confirmé, & par ces preſentes ſigneés de nôtre Main acceptons, approuvons, ratifions & confirmons, & le tout promettons en fois & parole de Ròy garder & obſerver inviolablement ſans jamais aller, ni venir au contraire directement où indirectement en quelque ſorte & maniere que ce ſoit. En témoin de quoi nous avons fait mettre nôtre ſeel à ces preſentes. Donné à Verſailles le vint huitieme jour de Janvier l'an de grace mill ſept cent vint quatre, & de nôtre Regne le neuvieme.

LOUIS

Par le Roy Fleuriau.

Num. 4.

Copia Plenipotentiæ Cæſ. in forma Patenti cum facultate ſubſtituendi pro Comite Carolo Borromæo ſuper capeſſenda poſſeſſione Ducatus Hetruriæ de dato Vienna die 13. Aprilis 1728.

NOS CAROLUS SEXTUS &c.

NOtum teſtatumque facimus tenore præſentium univerſis: Quod nos, cum ea, quæ nos inter & Sereniſſ. Potentiſſimique Hiſpaniarum Regis Catholici Dilectionem Art. V. foederis quadruplicis Anno 1718. Lugduni Britannorum initi, ac poſtea tabulis Imperialis noſtra Pacis Viennenſis An. 1725. confirmati ad conſervanda priſtinæ ſuperioritatis Imperialis jura

cires

Digitized by Google

circa Magnum Ducatum Hetruriæ, ejusque successionem deficiente Domûs Medicææ stirpe masculina in favorem, Serenissi Principis Caroli Hispaniarum Infantis, modernæ Reginæ Elisabethæ natæ Ducis Parmæ & Placentiæ filii primogeniti ejusque descendentium & ultra annuentibus S. R. I. Electoribus Principibus & Ordinibus, nec non Conventibus Galliæ, Angliæque Coronis suo imposterum ordine ac modo tradendis insuper eventualis Investituræ literis dispositis statuta & sancita sunt, plenæ executioni mandanda statuerimus, Illustrem & Magnificum Carolum Comitem Borromæum &c. cujus fidem, prudentiam atque rerum gerendarum dexteritatem nobis sat probatam novimus, specialiter in Nostrum Cæsareum Plenipotentiarium destinaverimus, nuncupaverimus & constituerimus, prout ipsum hisce ex plenitudine potestatis & authoritatis nostræ Cæsareæ destinamus, nuncupamus & constituimus cum facultate unius vel plures nostro Imperiali nomine substituendi, quem vel quoscunque integræ ac indubitatæ in nos fidei noverit, eo fine, ut subito ac ultimi nunc superstitis Serenissi. Magni Hetruriæ Ducis Joannis Gastonis extrema illi innotuerint, & illico nostris Cæsareis Copiis stipatum, habita tamen omnimodæ exactæ disciplinæ militaris, concilundique populorum amoris ratione in Hetruriæ Ducatum conferat, atque ibidem, simul ac nostram Cæsaream mentem Serenissimi quondam Electoris Principi Viduæ, & Sanctæ Florentinæ, per literas & Decretum, quas, quodque ipsi Plenipotentiario nostro tradidimus, manifestam fecerit, Mandatum nostrum Cæsareum ad Hetruriæ Vasallos officiales milites & Subditos directum ubique locorum affigi, & publicum reddi curet; juxta ejusdem normam, juramentum quod a dictis Vasallis Militibus & Subditis præfatæ Principi viduæ præstitum fuisse fertur, tanquam nostris, Sacrique Rom. Imperii juribus & apertis totius fere Europæ suffragiis contrarium, nullum, vanum, & irritum declaret, ficque Vasallos officiales milites & subditos ab omni juramenti & obligationis vinculo erga sæpe dictam Principem viduam absolvat, ac denique nostro Sacrique Rom. Imperii nomine in favorem sæpefati Principis Caroli Hispaniarum Infantis, tanquam futuri veri & legitimi Domini nostrique Vasalli vigore eventualem supra citatorum veram & realem Ducatus Hetruriæ possessionem, cum omnibus ipsi competentibus juribus & pertinentiis a defuncto Duce tempore foederis Lugduni Britannorum subscripti realiter possessis, capiat, salvis tamen iis, quæ quondam Electoris Palatini Principi viduæ aut aliis vel jure allodii aut alio juris titulo ad feudum Imperii non spectante appertinere dignoscentur: Cœterum omne id vel ipse, per legitimum suum substitutum aut substitutos agat & præstet, quod ad vere & realiter adipiscendam possessionem de jure & consuetudine Imperiali fieri potest ac debet: Promittentes ac spondentes verbo nostro Cæsareo, quod nos omnia ea & singula grata firmaque habituri simus. In quorum fidem ac robur hasce manu nostra subscripsimus & Sigillo nostro Imperiali firmari jussimus, quæ dabantur in civitate Nostra Vienna &c.

Num. 5.

Copia Rescripti Cæsarei ad Principis Electoris Palatini viduam natam Hetruriæ Ducem de permittenda D. Carlo Hispaniarum Infanti possessione in Hetruria Vienna 13. Aprilis 1728.

CAROLUS sextus &c.

(Tit.)

RElatum Nobis quidem humillime fuit dilectionis Vestræ genitorem Serenissimum quondam Magnæ Hetruriæ Ducem Cosmum hujus nominis tertium 26. Novembr. 1713. prætensam quandam fecisse dispositionem, vigore cujus Dilect. Vestra in casum, quo ipse & alius suus Joannes Gaston absque naturali legitimo hærede masculo aliquando decederent, in omnibus ejusdem Provinciis, dignitate Magni, sive Magnæ Ducis & earundem pertinentiis succedere posset debeatque; Quemadmodum autem assertus hujusmodi successionis ordo indubitate & Sacri Romani Imperii in feudalem nostrum Hetruriæ Ducatum ejusque adhærentias superioritati Imperiali, quæ non tantum antiquis & novis, iisque clarissimis citra omnem contradictionem juribus firmiter innixa; sed & solemnibus Lugdunensis foederis, Pacisque Viennensis tractatibus ab omnibus partibus contractantibus jure merito agnita & cauta semper habita est, omnino observatur quippe Nobis, qua Romanorum Imperatori, & supremo Domino, Sacroque Romano Imperio unice competere in comperto est, ut in memorato deficiente ex Domo Medicæa absque naturali legitima prole mascula lineæ casu de futuro nostro & Sacro Romani Imperii legitimo Principe & Vasallo dicti Hetruriæ Ducatus debigne disponamus, prout quoad vigorem spectativæ vim & robur eventualis Investituræ habentis Serenissimo Principi Carolo Hispaniarum Infanti die nona Decembris 1723. clementer concessæ jamtum disposuimus; Ita summo nostræ pro conservandis pristinæ superioritatis imperialis juribus, Cæsareæ potestatis, authoritatisque muneri haud deesse possumus, nec volumus, quin omnia ea agamus, suscipiamus, instituamus, obveramus, & promoveamus, quæ eveniente supradicto casu pro adquirenda & adipiscenda Nostro & Sacri Romani Imperii nomine sæpedicto Serenissimo Principi Carolo, suo respectu, libera, quieta, & plena dicti nostri Ducatus Hetruriæ possessione justa, æqua & opportuna visa sunt, ideoque etiam prætensam supra dicti Serenissimi quondam Magni Ducis Cosmi dispositionem, & quæ ad consequendum ejusdem effectum forsitan, vi, clam, aut precario machinata sunt, & dicuntur, utpote omnia & singula per se nulla, vana, incompetentia, imo & temeraria, etiamsi forsitan juramentum quoque supervenerit, de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine ex integro

gro cassemus, abrogemus & annulemus, prout eadem omnia & singula speciales per patentes & Decreta Nostra Imperialia cassata, abrogata, & annullata declaravimus hincque in effectum Cæsareum nostrum in Italia Commissarium & Plenipotentiarium (tit.) Comitem Borromæum cum facultate unum vel plures Commissarium sive Commissarios, aut Mandatarios nostro Imperiali nomine substituendi benigne instruximus, ut seriam hanc mentem & voluntatem Nostram plenariæ & omnimodæ executioni quantocijus vel per se vel per alium mandare non supersedeat, Dilect. Vestram paterne benevoleque hortantes, ut a præsumpta sæpedicti Ducis dispositione, & desuper fundenda successionis prætensione omnino abstineat, atque Deputatum Nostrum Commissarium, sive per substitutum ejusdem Commissarium, aut Mandatarium ad capiendam dicti Ducatus Hetruriæ, pertinentiarumque possessionem pro tenore Instructionis suæ libere agere sinat, neque in contrarium quidquam attentet, vel attentari curet, hoc enim modo dilect. Vestræ sibi optime consulet, & Provinciis ac subditis Hetruriæ contra imminens ingentis ruinæ periculum saluberrime prospiciet, ea præsertim habita ratione, quod a Mandato nostro, ea, quæ dilectioni Vestræ aut quibuscunque aliis vel jure allodii aut alio justo titulo ad feudum Imperii non spectante, legitime appertinere dignoscentur, exceperimus, Nos quippe sequiorem in casum consentanea Juris feudalis & Imperii legibus remedia adhibere, & prævertere teneremur; meliora de sano in nostras & S. R. Imperii rationes devotionis & obsequii studio a dilect. Vestra præstolantes, benignam gratiæ & benevolentiæ nostræ Cæsareæ affectum eidem de reliquo clementer confirmamus. Viennæ 23. Aprilis 1728.

Num. 6.

Copia Mandati Cæsarei ad subditos & Vasallos Hetruriæ, ut Don Carlos pro Ducatus agnoscant, eidemque præstando præsteni. Viennæ 23. Aprilis 1728.

Nos CAROLUS sextus &c.

UNiversis ac singulis nostri sacrique Romani Imperii Ducatus Hetruriæ, ac singularum Civitatum, Castrorum, villarum, Terrarumque eo pertinentium locumtenentibus, Consiliariis, Prætoribus, vexillifero Justitiae, Senatui, Populoque Florentino, nec non Militiae Tribunis, Centurionibus, Decurionibus, cunctisque Militibus, & omnibus aliis, cujuscunque sunt præeminentiae, dignitatis, conditionis, aut gradus, præsentibus & futuris notum testatumque facimus:

Postquam articulo V. fœderis quadruplicis die 2da Augusti Anno 1718. inita conventum fuit, ut ad pristinae superioritatis Imperialis jura conservanda status, seu Ducatus a Serenissimo Magno Duce Hetruriae modo possessi, futuris in perpetuum temporibus ab omnibus Partibus contractantibus agnoscantur, ac habeantur pro indubitatis S. R. I. feudis masculinis: Nos etiam ceu caput Imperii, annuente sacro Imperio, consensimus, ut, si quando casus aperturae dicti status seu Ducatus, ob deficientiam haeredis masculi contingat, tunc praesentis Hispaniarum Reginæ filius primogenitus Serenissimus Carolus Hispaniarum Infans, hujusque descendentes masculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus, secundo-genitus, aut alii post-geniti ejusdem Reginæ filii, si qui nascentur, pariter una cum eorum posteris masculis ex legitimo matrimonio natis, in dicto toto Ducatu succedant.

Cum igitur res in eo sit, ut si Nobis, nostrisque successoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus legitime intrantibus, & Sacro Romano Imperio præfatus Princeps Carolus, cæterique ejus Descendentes masculi, aut ipsius fratres & eorum masculi antedicti omnia, & singula debite faciant, & præstent, quæcunque fideles, obedientesque Principes & Vasallos Italicos de Jure & Consuetudine, ex antiquis, & continuis feudorum rationibus, sub Throno Imperiali constanter, & per omnia facere & præstare decet, nos in conformitate præmemorati articuli V. & non aliter, atque in sinceram ejusdem executionem, gratiæ exspectativæ, Investituram eventualem continentis, juxta ritum ac stylum Cæsareum, solitum Diploma Imperiale, ea, qua conventum est, lege, modo, ac forma eidem Principi Carolo concedere, ac elargiri promiserimus, eumque in finem pro Nobis & nostris in diademate Imperiali Successoribus Romanorum Imperatoribus, ac Regibus dicto Principi Carolo, ejusque descendentibus, nec non ex dicta moderna Hispaniarum Regina fratribus, eorumque posteris, ut supra, legitime natis aut nascituris masculis, benignissime concesserimus, & decreto, ac diplomate Imperiali de dato 9. Decembr. 1723. exspectativam vim, ea nempe eventualis Investituræ continentem clementer elargiti simus, atque eundem Principem Carolum pro se, suisque successoribus masculis legitime ex matrimonio Descendentibus, nec non pro omnibus & singulis supra memoratis ipsius fratribus, & eorum masculis ex legitimo matrimonio natis, & nascituris, memoratum imminentem apertura, & caducitatis, quo scilicet præsens ex Domo Medicea Possessor sine prole legitima naturali masculi, successionis capace, vivere desierit, de Cæsarea nostra potestatis plenitudine, juxta expressum, legeque Imperii receptum ordinem, & legem primogeniturae eventualiter infeudaverimus, & investiverimus de prædicto magno Hetruriæ Ducatu seu statu tanquam vero feudo Imperiali Italico masculino, omnibusque ipsi competentibus juribus, & pertinentiis nunc realiter & legitime possessis, cujus infeudationis virtute idem Princeps Carolus in casu, ut supra, aperturæ dicti Ducatus seu status, immediate possessionem omnimodam,

Digitized by Google

modam, & administrationem ipsorum asserere sibi, & consequi poterit, nempe Ducatus, statusque hunc ab Hetruriæ Duce possessi, statim ac prolis dicti Ducis masculæ legitima defecerit;

Vicissim autem nobis specialibus Hispanicos per Ministros Plenipotentiarios die 24. Jan. 1724. Cameraci datis, & a Serenissimo quondam Rege Ludovico 28. Februarii deinde ratihabitis, reversalibus, quæ insuper separatis Serenissimorum & Potentissimorum Galliæ, Angliæque Regum sponsionum, vulgo Garantiæ instrumentis jisdem fere mensibus & anno, ac solemni denique Imperialis Nostræ Pacis Viennensis tractatu de anno 1725. in articulo quarto expresse confirmatæ corroboratæque sunt, vice ac nomine Expediti Caroli Hispaniarum Infantis, hinc inde fratrum, ut supra, discretis venustis repromissum, ac sponsum, cautumque fuit, modo dictum Principem Carolum, ejusque fratres ratione prædicti Ducatus seu Status Nobis, & secuturis Romanorum Imperatoribus ac Regibus, sacroque Romano Imperio perpetuo fideles & obedientes futuros contra omnes Homines, neque scientes unquam fore in Consilio, seu tractatu consensu, vel facto, ubi aliquid, quocunque modo, contra Nos, vel personam, honorem, dignitatem, ac statum aut in damnum nostrum vel detrimentum, nostrosve in Imperio legitimos successores agetur, seu concludetur: quin imo nostrum Cæsareum & sacri Imperii honorem & commodum, quantum poterunt, adjuturos & promoturos; præterea si intellexerint in nostram Cæsaream personam sinistri quidpiam attentari, vel machinari, id ipsum etiam pro viribus impedituros, & aversuros, atque ad Nostram notitiam deduci curaturos.

In casu realiter existentis Aperturæ intra annum & diem a tempore apprehensæ possessionis, & quoties ille deinceps casus evenerit, realem, actualem, & propriè sic dictam Investituram a Nobis, nostrisque successoribus Romanorum Imperatoribus, & Regibus memoratum Principem Carolum, cæterosque, ut supra, ipsosmet, aut per legitimos, post dispensationem Imperialem pares, & sufficientes mandatarios, tempore, loco, styloque consuetis requisituros, debitam homagium facturos, ac præstitis quibuscunque penes Consilium, ac Cancellarium Imperialem aulicam præstandis, coram Throno Cæsareo recepturos, & solitum desuper subjectionis ac fidelitatis jusjurandum, præstituros, prout in feudis ac homagiis Italicis recepti Cæsarei-Romano-Germanici juris & moris est;

Ac denique omnia ea sedulo observaturos, quæ obedientes Principes, & Vasallos Nostros, & Sacri Imperii agere, & præstare decet, & convenit, omni simulatione, ac fraude postposita;

Secus vero si fecerint, in conformitate totius articuli V. fœderis Londinensis, Nos, nostrosque Successores Romanorum Imperatores ac Reges, sacrumque Imperium ad permittendam continuationem possessionis nominati Ducatus seu status non obstrictos fore;

Proinde ex suprema potestate Nostra Imperiali vobis omnibus, & singulis nostri, Sacrique Romani Imperii Magni Ducatus seu Status Hetruriae, ac singularum civitatum, castrorum, villarum, terrarumque eò pertinentium locumtenentibus, Consiliariis, Praetoribus, vexillifero Justitiae, Senatui, populoque Florentino, nec non militiae Tribunis, Centurionibus, Decurionibus, cunctisque militibus, & omnibus aliis, cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis, conditionis, aut gradus, præsentibus, & futuris serio mandamus, ut in antememorato casu nostrum ad vos destinatum Cæsareum Commissarium Plenipotentiarium (Tit.) Carolum Borromæum, aut ejus subdelegatum sive subdelegatos, quem aut quos ad capessendam Nostro, sacrique Romani Imperii nomine in favorem expediti Principis Caroli possessionem magni Hetruriæ Ducatus, & pertinentiarum amplis mandatis instruximus, atque plenipotentia munivimus, cum subditis sibi Cæsareis copiis recipiatis, eique in omnibus debitam submissionem & obedientiam præstetis, ea lege, ut, quandocunque sæpe memoratum Principem Carolum ipsum præsentem ad vos venire contigerit, eundem tanquam verum & legitimum Dominum ac Principem vestrum agnoscatis, solitum ipsi homagium, fidelitatis jusjurandum, reverentiam, & obedientiam præstetis, faciatisque omnia ea, quæ fideles, & obedientes Vasallos veris, & legitimis Dominis, & Principibus facere, & præstare decet ac oportet, non obstantibus quibuscunque, quæ alias aut aliter obversari videntur, etiam juramento firmioribusve, si quibus utcunque Serenissimi quondam Electoris Palatini Principi vidue, aut quibuscunque aliis hanc in finem præfatum fuerit, quibus omnibus & singulis ex certa nostra scientia, & de Cæsareæ nostræ potestatis plenitudine expresse derogamus, hocque ob notorium potestatis defectum actusque nullitatem, nullum, vanum, irritum, & non obligatorium declaramus, consequenter omnes vos & singulos a quocunque obligationis & Juramenti vinculo vigore harum absolvimus, prout iis derogatum, hocque annullatum, vanum, irritum, & non obligatorium, declaratum, vosque omnes, & singulos absolutos habere volumus, quatenus nostram, & Sacri Romani Imperii gravissimam indignationem, pœnasque ejusdem constitutionibus insertas evitare volueritis; atque hæc est seria mens & enixa voluntas nostra, harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & Sigilli Nostri Cæsarei appressione munitarum &c.

Viennæ 13. Aprilis 1728.

Num. 7.

Copia Decreti Cæsarei ad Senatum Florentinum de permittenda D. Carlo possessione Hetruriæ de dato Viennæ die 13. Aprilis 1728.

Sacræ Cæsareæ Majestatis Caroli Sexti Domini nostri Clementissimi nomine, Locumtenentibus, Consiliariis, Prætoribus, vexillifero justitiæ, & Senatui, populoque Florentino hisce intimandum.

SUpreme fatam Sacram Cæsaream Majestatem indignante animo percepisse, dictum Senatum indubitata Sacri Romani Imperii feudali Magni Ducatus Hetruriæ & ejusdem prærogativarum ac pertinentiarum qualitate haud ignarum, non tamen erubuisse in grave suæ Cæsareæ Majestatis & pristinæ in dictum Ducatum Imperialis superioritatis præjudicium & damnum prætensum quoddam Successionis Decretum in favorem Serenissimi quondam Electoris Palatini Dominæ Viduæ natæ Hetruriæ Ducis, pro casu deficientis aliquando absque naturali legitima prole Masculina Stirpis Medicæa, circa annum 1713. concludere, & concipere, illudque Serenissimo quondam Magno Duci Domino Cosmo, hujus nominis tertio præfatæ Dominæ Viduæ Genitori porrigere, atque tradere.

Cum vero eadem Sacra Cæsarea Majestas dictum Decretum pro intrinsece nulla & irrito semper habuerit, & etiamnum habeat, adeo, ut pro abundanti solum ex plenitudine potestatis Cæsareæ illud hisce cassare, abrogare, annullare, atque cassatum, abrogatum, & annullatum declarare voluerit;

Hinc etiamsi forsitan juramentum quoque pro illa aucaliis supervenerit vigore hujus præfatum Consilium ac Senatum serio adhortari decrevit, ut existente per obitum Serenissimi Domini Joannis Gastonis ultimi Magni Hetruriae Ducis & possessoris absque prole Mascula casu aperturae ejusdem feudalis nostrae Ducatus Hetruriae, item ab hujusmodi, & omni alia machinatione, quae factae jamtum a Caesarea sua Majestate in persona Serenissimi Hispaniarum Infantis Domini Principis Caroli Successionis dispositioni quoque modo observari possit, eo magis abstinere sciat, quo certius alias gravissimam ejusdem & S. R. Imperii indignationem, & insuper mulctam centum marcarum auri puri irremissibiliter incursurus sit, de qua seria mentis suae voluntate altissime fata Sacra Caesarea Majestas dictum Senatum hocce Decreto suo Imperiali Aulico certiorem reddi jussit. Signatum Viennae sub altissimae Sacrae Caesareae Majestatis Sigillo Secreto &c.

Num. 8.

DEr löbl. Kayserl. Reichs Hof-Cantzley auf Deroselben mit Communicirung des von Ihro Kayserl. Majestät Dero Plenipotentiario Hn. Carlo Conte Borromeo zu Possessnehmung in dem Gross-Hertzogthum Florentz nach etvva erfolgenden Absterben des alldasigen Gross-Hertzogens ertheilten Bevollmächtigung unterm 13. Passato hierüber erlassenes Insinuatum hiemit in Freundschafft zurück zu erinnern; Es hätten zvvar allerhöchst ernennte Kayserl. Majestät Dero dissfältig allergnädigste Intention Ihrem im Mayländischen Staat angestellten Gubernatorn, und General-Capitain Herrn Grafen von Daun schon allbereits unterm 6. Mart. nächsthin allergnädigst eröffnet, und denselben dahin angevviesen, um hierinnfalls mit gedachten Herrn Plenipotentiario sich getreulich einzuverstehen, und ihme ratione militaris assistentiæ nach befindenden Dingen bestens an Hand zu gehen, alles aber der Zeit auss geheimste zu tractiren; Man unterlasse aber gleichvvohlen nicht, ervvehnten Herrn Gubernatori auch von obgemeldten Insinuato die Communication zu geben, und an denselben dasjenige, so die abschrifftliche Anlage des mehreren besaget, sub hodierno zuvescribiren;

So man dannenhero Ihro löbl. Kayserl. Reichs Hof-Canzley in freundschafftlicher Antvvort hiemit gleichfalls anschliessen vvollen, und es verbleibet deroselben der Kayserl. Hof-Kriegs-Rath zu angenehmer Dienst-Ervveisung vvillig und beflissen.

Ex Consilio Bellico

Wien den 5. Maji 1728.

R. F. E. Herr von Pozzo auf Harteneg mpp.

P. P.

WIr beruffen uns auf dasjenige, vvas so vvohl Ihre Kayserl. Majestät unterm 6. Martii nächsthin, als seithero Wir occasione des unverhofften erfolgen dörffenden Ableibens des Gross-Hertzogens zu Florenz an den Herrn - - schon geschrieben; Nachdeme uns nun immittelst von der löbl. Kayserl. Reichs Hof-Cantzley dasjenige so der abschrifftliche Anschluss des mehreren besaget, unterm 13. passato in Sachen hierüber erinnert, und zugleich das Patent communiciret vvorden, vvomit allerhöchst ernennte Kayserl. Majestät Dero (tit.) Carlo Borromeo zu der auf den Fall des sich äusserenden Absterbens gedachten Gross-Hertzogens vvürcklich zu nehmen haben der Possess in dessen Landen bevollmächtiget haben;

Als

Digitized by Google

Als schliessen wir solches dem Herrn - - - hiemit ebenfalls zu umständiger Wissenschafft, und dem Ende hiebey, auf dass derselbe vorhin gemeldter massen mit erst erwehnten Herrn Plenipotentiaro sich hierinnfals vertreulich vernehmen, und ratione der militarischen Assistenz das nöthige nach gemeinsamen Concert (jedoch in möchlichster Stille, und geheim) dergestalten vorkehren wolle, damit eveniente casu die erforderliche Miliz zu Begleit- und Bedeckung wiederholtes Herrn Conte Carlo Borromeo oder dessen Substituti, folglich zu Bewürckung vormentionirter Possesnehmung so gleich gebrauchet werden, mithin ohngesaumt an behörige Orth und Ende abgehen möge, wie dann der Herr - - - - seiner beywohnenden Prudenz und stattlichen Kriegs-Erfahrenheit, auch zu Beförderung Kayserl. Dienstes hegenden rühmlichen Eyfer nach schon von selbsten dieses Werck bestens zu veranstalten wissen würdet, und &c. Wien den 5. Maji 1728.

Nomine Inclyti Consilii Aulæ Bellici

An den Gubernatorn zu Mayland, Herrn Feld-Marschallen Grafen von Daun.

Num. 9.

Extractus Fœderis Hispalensis inter Galliæ, Britanniæ, & Hispaniarum Reges de 9. Novembr. 1729.

Artic. IX.

ON effectuera dés à present l'Introduction des Garnison dans les Places de Livorne, Porto-Ferraio, Parme, & Plaisance, au nombre de six mille hommes de Trouppes de Sa Majestè Catholique, & à sa Solde, lesquels serviront pour la plus grande asseurance, & conservation de la Succession immediate des dits Etats, en faveur du Sereniſſime Infant Don Carlos, & pour être en etat de resister à tout entrepriſe, & opposition, qui pourroit être suscitée au prejudice dece, qui à été reglé sur la dite Succession.

Artic. X.

Les Puissances Contractantes feront dés à present toutes les diligences, qu'Elles croiront convenables à la dignitè, & au repos des Sereniſſimes Grand Duc de Toscane, & Duc de Parme, à fin, que les Garnisons soient recévés avec la plus grande tranquillité, & sans opposition, dés qu'elles se presenteront, à la Veüe des Places, ou elles devront être introduites.

Les dites Garnisons feront aux presents Posseurs le Serment de defendre leurs Personnes, Souveraineté, biens & Etats, & Soujets, en tout ce, qui ne sera point contraire au Droit de Succession reservé au Sereniſſime Infant Don Carlos, & les presents Possesseurs ne pourront rien demander, ou exiger, qui y soit contraire.

Les dites Garnisons ne se mêleront directement, ni indirectement sous aucun pretexte, que ce puisse être, des affaires du Gouvernement Politique Oeconomique, ni Civil, & auront ordres trés exprés de rendre au Sereniſſime Grand Duc de Toscane, & Duc de Parme touts les Respects & honneurs militaires, qui sont dus à des Souverains dans leurs Etats

Artic. XI.

L'objet de l'Introduction des dits six mille hommes de Trouppes de Sa Majesté Catholique, & à sa Solde etant d'assurer au Sereniſſime Infant Don Carlos la Succession immediate des Etats de Toscane, Parme & Plaisance, Sa Majesté Catholique promettant pour Elle, que pour ses Successeurs, qu'aussitôt, que le Sereniſſime Infant Don Carlos, son fils, ou tel autre, qui sera à ses Droits, sera Possesseur tranquille des dits Etats, & en seureté contre toute invasion, & autres justes motifs de crainte, Elle fera retirer des Places de ces Etats les Trouppes, qui seront siennes, & non pas propres à l'Infant Don Carlos, ou à celuy, qui sera à ses Droits en sorte, que par la dite Succession & Possession reste assurée & exempte de tous evenemens.

Artic. XII.

Les Puissances Contractantes s'engagent d'etablir selon les Droits de Succession qui ont êté stipules, & de maintenir le Sereniſſime Infant Don Carlos, ou celuy, à qui passeront les Droits, dans la possession & jouissance des Etats de Toscane, Parme & Plaisance, lorsqu'il sera une fois etabli, de les defendre de toutes insultes contre quelque Puissance, que ce soit, qui penseroit à l'inquieter, se declarant par ce Traité Garantes à perpetuité du Droit, Possession, Tranquillité & repos du Sereniſſime Infant, & de ses Successeurs aux dits Etats.

Artic. XIII.

A l'egard des autres details ou reglemens concernant la manutention des dites Garnisons une fois établies dans les Etats de Toscane, Parme, & Plaisance, comme il est à presumer, que Sa Majesté Catholique & les Sereniſſimes Grand Duc, & Duc de Parme en convien-

Digitized by Google

conviendront par un accord particulier, leurs Majestes Britannique & tres Chretienne promettent, que dés ce, què cet accord sera fait, Elles ratifieront, & garantiront tant envers Sa Majesté Catholique, qu'envers les Sereniſſimes Grand Duc, & Duc de Parme, comme s'il étoit inſeré de mot à mot dans le preſent Traité.

Num. 10.

Articulus V. fœderis Londinenſis de Anno 1718.

QUia vero eo caſu, quo Magnum Hetruriæ Ducem, prout etiam Ducem Parmæ, Placentiæque, eorumque Succeſſores, absque liberis Maſculis decedere contingeret, ipſa ratio Succeſſionis in ditiones ab iis poſſeſſas, novum facile bellum in Italia excitare poſſet, ob diverſa videlicet Succeſſionis jura, quæ præſens Hiſpaniarum Regina, nata Ducisſa Parmenſis, poſt deceſſum propriorum ante ſe hæredum, ex una: ex altera vero parte, Imperator & Imperium, in dictos Ducatus ſibi competere utrinque obtendunt. Quo itaque gravibus ejusmodi contentionibus, & iis, quæ inde naſcerentur, malis tempeſtive obviaretur, conventum fuit ut Status ſeu Ducatus, a præfatis Magno Duce Hetruriæ Parmæque & Placentiæ Duce modo poſſeſſi, futuris in perpetuum retro temporibus, ab omnibus Partibus Contractantibus agnoſcantur, & habeantur pro indubitatis Sacri Romani Imperii feudis Maſculinis. Viciſſim ſua Majeſtas Cæſarea per ſe ceu Caput Imperii, conſentit ut, ſi quando caſus aperturæ dictorum Ducatuum, ob deficientiam hæredum Maſculorum contingat, filius dictæ Hiſpaniarum Reginæ primogenitus, hujusque Deſcendentes Maſculi, ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus, ſecundo aut alii poſtgeniti ejusdem Reginæ filii, ſi qui naſcentur pariter, cum eorum poſteris Maſculis, ex legitimo matrimonio natis, in omnibus dictis provinciis ſuccedant. Quem in finem, cum & Imperii conſenſu opus ſit, ſua Majeſtas Cæſarea, pro eo obtinendo, omnem operam impendet, eoque obtento Litteras Expectativæ, Inveſtituram eventualem continentes, pro dictæ Reginæ filio, vel filiis, eorumque deſcendentibus Maſculis legitimis in debita forma expediri, easque Regi Catholico mox, vel ſaltem poſt duos menſes, a commutatis Ratificationum tabulis, tradi curabit, absque ullo tamen damno aut præjudicio, ſalvaque per omnia Principum, qui dictos Ducatus in præſens obtinent, poſſeſſione.

Conventum præterea inter Sacram Cæſaream Majeſtatem Regemque Catholicum fuit, quod Oppidum Liburni in perpetuum ſit, & permanere debeat Portus liber, eo plane modo, quo nunc eſt.

Virtute Renunciationis ab Hiſpaniarum Rege in univerſas Italiæ ditiones, Regna ac Provincias, quæ olim ad Reges Hiſpaniæ pertinebant, factæ, ipſe Rex præfato Principi ſuo filio Urbem Portus Longi, una cum ea parte Inſulæ Ilvæ, quam in illa actutum tenet, cedet, tradetque, quamprimum dictus Princeps, extincta Magni Hetruriæ Ducis poſteritate Maſculina, in actualem ejusdem Ditionum poſſeſſionem, immiſſus fuerit.

Tranſactum inſuper, ac ſolemni ſtipulatione cautum fuit, quod nullus prædictorum Ducatuum ac Ditionum ullo unquam tempore aut caſu poſſideri poſſit, aut debeat a Principe, qui uno tempore Regnum Hiſpaniæ obtinet, & quod nullus unquam Hiſpaniarum Rex tutelam ejusmodi Principis aſſumere poſſit, aut gerere valeat.

Denique conventum eſt, & in id omnes ſingulæque partes Contrahentes pariter ſeſe obligarunt, nunquam in admiſſum, ut viventibus adhuc præſentibus Ducatuum Hetruriæ, Parmæque Poſſeſſoribus, aut eorum Succeſſoribus Maſculis, ullus unquam miles, cujuscunque Nationis, ſive conductitius ab Imperatore & Regibus, Hiſpaniæ ac Galliæ, aut etiam a Principe, ad eam ſucceſſionem ſupra deſignato, in dictorum Ducatuum provincias & Terras induci, aut ullum ab iis præſidium Urbibus Portubus, Oppidis & Fortalitiis in iis ſitis imponi poſſit.

Ut vero dictus Reginæ Hiſpaniæ filius, ad Magni Ducis Hetruriæ, Parmæque & Placentiæ Ducis ſucceſſionem per hunc Tractatum deſignatus, contra omnes caſus uberiore ſecuritate fruatur, certiorque de executione promiſſæ ſibi ſucceſſionis reddatur, nec non Imperatori & Imperio feudum deſuper conſtitutum illibatum maneat, utrinque placuit, ut Miles præſidiarius, numerum tamen ſex millium non excedens, in præcipua ejusdem Oppida Liburnum ſcilicet, Portum-Ferratum, Parmam, Placentiamque imponatur, ab Helvetiæ pagis, vel ut vocant, Cantonibus, quibus Cantonibus hunc in finem ſubſidium ſolvent tres partes Contrahentes, mediatoris vices gerentes, ac Miles ille ibidem continuetur, uſque dum caſus dictæ Succeſſionis, quo Oppida ſibi commiſſa, dicto Principi ad eandem deſignato, tradere tenebitur, exiſtat, absque ulla tamen moleſtia, aut ſumptu præſentium, poſſeſſorum, eorumque Succeſſorum maſculorum, quibus etiam dicti Milites præſidiarii, juramentum fidelitatis ſunt præſtituri, nec aliam ullam ſibi aſſument authoritatem, præter

Digitized by Google

ter ſolam Urbium tuitionem Cuſtodiæ ſuæ commiſſarum.

Cum autem donec de numero & ſtipendio, & modo talis Militis inſtituendi, cum Helvetiorum pagis conveniatur, longior forte, quam operi tam ſalutari expediat, mora efflagitari poſſet, Sacra Regia Majeſtas Britannica pro ſingulari ſuo in id, tranquillitatemque publicam, ſtudio, & ſcopo citius aſſequendo, interim, ſi reliquis Contrahentibus ita e re viſum fuerit, proprium ſuum Militem ad ſupra memoratum uſum præbere haud denegabit donec Miles in Helvetiorum pagis conſcribendus tuitionem & cuſtodiam dictarum Urbium aſſumere poſſit.

Num. II.

Articulus Quartus Pacis Viennenſis.

SAcra Cæſarea Majeſtas Catholica pro ſe, & Sacro Romano Imperio conſentit, ut, ſi quando Ducatum Hetruriæ, aut Ducatus Parmæ & Placentiæ ceu in Tractatu Londinenſi An. 1718. ad priſtina Superioritatis Imperialis jura, ab omnibus Partibus Compaciſcentibus agnita indubitata Imperii feuda, ex defectu Poſteritatis Maſculinæ vacare contingeret, Filius Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis ex Regina vivente, nata Principe Parmenſi primogenitus hujusque Deſcendentes Maſculi ex legitimo matrimonio nati, iisque deficientibus, ſecundus, aut alii poſtgeniti ejusdem Regis, Reginæque Filii, pariter cum eorum poſteris Maſculis ex legitimo Matrimonio natis. aut naſcituris, in omnibus dictis Ducatibus & Provinciis, juxta datas jam literas Expectativæ, eventualem Inveſtituram continentis ſuccedant:

Oppido tamen Liburni Portu libero, uti nunc eſt, perpetuo permanente.

Promittit inſuper Rex Catholicus, quod eveniente præmemorato caſu Urbem Portus Longi, una cum parte Inſulæ Ilvæ, quam in illa poſſidet, Principi Infanti filio ſuo cedet:

Neque ipſe, aut alius ejus in Regno Hiſpaniæ Succeſſor Tutelam Principis, qui iſtos Ducatus omnes vel alterutrum eorum poſſidebit, unquam gerere, aut ex prædictis Ducatibus, vel in Italia quidquam ſibi acquirere, retinere, aut poſſidere valeat:

Et quæ de non introducendo, viventibus modernis Principibus, Milite proprio, aut conductitio in Dictos Ducatus Articulo V. Tractatus Londinenſis cauta ſunt, religioſe obſervare velit, ita tamen, ut ſi quando caſus aperturæ unius vel alterius Ducatus eveniat, Princeps Infans Don Carolus ſecundum literas Inveſtituræ Eventualis, quarum tenor in omnibus & ſingulis punctis, articulis, clauſulis, & conditionibus hic pro repetito, ac plene inſerto habetur, ejusdem poſſeſſionem apprehendere poſſit.

Poſt Num. XXI. pag. 247.

Caroli IV. Roman. Imperatoris Inſinuatio proceſſus contra Bernabovem, Civitatis Mediolanenſis Imperialem Vicarium inſtituti, omnibus Imperii Principibus facta, An. 1369.

KArolus &c. Nobili &c. Narratio ſcribatur per omnia ut ſupra (Tom. I. hujus Codicis p. 2434. ſq.) incipiendo dudum propter patentes &c. usque ibi Comitibus, Baronibus, Vicariis, Marchionibus, Nobilibus, Militibus, &c. ante dudum precepimus, & nunc iterum per ſpeciales noſtras litteras precipimus, ſic etiam tue fidelitati firmiter injungimus & mandamus ſub pena indignacionis Ceſaree & ſub pena perdicionis omnium jurium ut predicitur per omnia, que & quas hactenus a nobis & divis noſtris predeceſſoribus Romanis Imperatoribus vel regibus & ſacro obtinuiſti & obtines Imperio, quibus omnibus te & quosvis alios qui mandatis noſtris non parueritis vel non paruerint cum effectu infra XV. dies a publicatione literarum noſtrarum quas ſuper hoc fieri fecimus continuo numerandas, auctoritate Imperiali & de certa privamus ſcientia in hiis ſcriptis, volentes, quatenus tanquam Vir Catholicus S. Eccleſie obedientie filius memorato Barnabovi taliter condempnato nec non fautoribus defenſoribus adherentibus auxiliatoribus complicibus & amicis ipſius una cum ipſis ſimiliter condempnatis in nullo communes omnino ac nullum ſeu nullos deſubditis tuis ad eorum ſtipendium ſeu obſequium transire permittas, quinymo ſi qui jam illic actu conſiſtunt illos cum effectu debeas omnino revocare ac illos etiam cujuscunque condicionis aut ſtatus exiſtant. Si qui deinde animo deſperato ad predictorum Barnabovis & fautorum defenſionem adherentes auxiliatorum complicum & amicorum ejusdem ſtipendium vel obſequium ſe transferre voluerint, ad hujusmodi tranſitum non ſolum conſiliis & fidelibus monitis, verum etiam totis ſtudeatis viribus tuis & potentia impedire nullaque ipſis, aut eorum alicui conſilium, auxilium vel favorem per te, alium vel alios directe public vel occulte adverſus ſanctam Romanam eccleſiam, aut ejus auxiliatores, adherentes, fautores, complices, fideles atque devotos preſumas impedire quomodolibet aut prohibere. Nos enim lapſis XV. diebus a publicatione litterarum noſtrarum Imperialium continuo numerandis auctoritate Imperiali & de plenitudine poteſtatis Ceſaree omnes & ſingulos

Digitized by Google

singulos qui mandatis nostris non parueritis, vel non paruerint, in hac parte vel eis reniti presumserint præstando eidem Barnabovi aut defensoribus fautoribus &c. per se vel alios, directe vel indirecte publice, vel occulte adversus dictam sacram Romanam Ecclesiam, vel amicos auxiliatores &c. Consilium, auxilium, vel favorem omnibus & singulis dignitatibus, honoribus, juribus, libertatibus, emunitatibus graciis & indultis quibus a nobis vel supradictis predecessoribus nostris sub quacunque verborum forma vel litterarum sunt muniti auctoritati Imperiali ac de plenitudine potestatis Cesaree velut indignos ex nunc de certa scientia privamus & decernimus esse privatos eosque banno Imperali subjicimus ac bona eorum omnia publicamus liberam universis nostris fidelibus concedendo licenziam eos & eorum quoslibet in personis & rebus eorum omnibus invadendi & velut hostes sancte Dei ecclesie sacrique rebelles Imperii persequendi, capiendi, arrestandi, occupandi ac alios impune in eos tanquam tales juxta sacrorum Canonum sacrarum que legum Imperialium institura animadversiones debitas exercendi. Presencium &c.

Post Num. XXXIIX. pag. 1559.

Caroli IV. Roman. Imperatoris processus contra Pisanos, propter rebellionem Agnelli, factus An. 136--.

KArolus &c. Versans insidians ut Leo absconditus dubia quidem & infidelis illa pisana communitas beneficiorum ingrata que a divorum Cesarum Magnifica largitate recepit ducem cecum itinere obscuro persequitur, ut ceci ducis regimine cecus ipse populus in foveam pariter prolabatur, qui tamen Imperialibus impinguatus & dilatatus beneficiis obstinate mentis maleficio calcaneum rebellionis audet erigere, & pridem infideles animi temeritate presumsit. Nam in eo tempore, quo nostra serenitas Imperiales insulas in urbe Romana susceperat, & ad castam sacri Romani Imperii peculiarem populum nostra celsitudo veniret ipsi instructis insidiis & suarum fraudum commentariis & fraudento dispositionis competentis pretendendo mendacia ad nostrum & nostrorum exicium prodicione laborarunt, & utique per illos non stetit aliquid, quin una cum omnibus nostris vita honoribus & officiis privaremur & iniquitatem iniquitad iniquis cumulantes astuciis in dispendium imo vituperium sacri Romani Imperii quendam sibi Johannem de Agnello vocatum, qui sub omni titulo rapicissimi lupi condicione imbuitur in ducem judicem præsumserunt eligere, que quidem electio quam vana, quam insipiens quamque vituperosa fuerit nunciorum dicte comunitatis testatur assertio, qui in nostre Majest. presencia Mantue in nostro Imperiali palatio virtute sindicatuum quos habebant a reproba communitate predicta publice confessi sunt, ad communitatem Pisani populi non pertinuisse seu pertinere quoquomodo in ducem eligere possint aut dominum & de talibus notorie commissis erroribus a nostre Imperialis benignitatis clementia veniam petierunt, nobis nostrarum civitatum Pisane & Lucane & portinentiarum omnium plenum absolutum & liberum offerentes dominium, & in hac ingeniosa augmentatione fallaci, eo quod in eorum manifestis operibus contrarium apparere videmus, quoniam a gremio nutricis eorum sacri videlicet imperii recedentes ad rebellionis impie se prefidio contulerint, & cum prefata omnia & eorum quelibet in alia quam plurima deteriora premissis adeo notoria fuerint, & tam multorum inculcata noticie, ut nulla possint tergiversacione celari, ne tam ingratus populus inpinguatus & dilatatus beneficiis & clementi bonitate sacri Imperii de tante magnitudinis maleficio in exempli pegoris perniciem aliquando glorietur, sed meritas penas persentiat, & sub pondere temporalis discipline ad gemitum constringatur, & doleat, ut quos divinus timor non retraxit a malo, temporalis saltem coherceat se veritas discipline ad gemitum. Cum igitur in vitis in proximo maneat debite judicium ulcionis, nos enim qui usque modo cum paciencia dissimulatmus insolenciam & perfidiam eorundem ipsos ad conversionem & penitentiam expectantes in eorum ulcionem contra eas a modo potencie nostre brachium totaliter exercemus, ut cujus gratiam contempserunt dignam iram consentiant, & vindictam animo deliberato non per errorem ac improvide sed sano & maturo principum Baronum ac procerum accedente consilio de certa nostra scientia, & de plenitudine Cesaree potestatis decernimus pronunciamus & declaramus prefatas communitates civitatum pisane & lucane, nec non adjutores, complices, valitores, fautores & adherentes earum, etsi Ducis, Comitis, Vicecomitis Baronis, potestatis, ancianitatis seu nobilitatis honore prefulgeant qui eisdem verbo, nutu seu facto consilium, auxilium vel juvamen publice vel occulte prestiterint omnes & illas penas ipso facto incidisse realiter que a sacris legibus promulgate sunt, in eas videlicet qui rei sunt lese majestatis crimine & auctoritate prefata antedictas Communitates & populum civitatum Pisane & Lucane adjutores, complices, valitores, fautores adherentes earum & omnes & singulas supradictas etiamsi Ducis, Comitis Vicecomitis, Baronis potestatis, ancianitatis, judicis, gubernatoris, rectoris communitatis, aut alterius dignitatis seu nobilitatis honore prefulgeant, sicut premittitur eisdem verbo vel facto, consilium, auxilium & juvamen, publice vel occulte prestiterunt, proscribimus, bannimus & forbannimus, in easdem Communitates & cetera expressatos superius omnibus privilegiis, juribus, graciis, indultis, emunitatibus & honoribus si quibus ex indulto princi-

Digitized by Google

principum origine geniture jure ſcripto ſeu aliis quibuscunque titulis gaudebant gaudere poterunt aut hactenus fruebantur, gaudere ſeu frui poſſent quomodolibet in futurum penitus eximimus & privamus, nec non univerſa & ſingula feuda, proprietates bona, poſſeſſiones, redditus & proventus directa & utilia Dominia dictarum communitatum, & omnium illorum qui ſunt expreſſati ſuperius in quibuscunque rebus, ſeu ubicunque locorum noſcantur conſiſtere noſtri Imperialis Erarii ſeu fiſci uſibus applicamus, reſervantes nobis auctoritatem & poteſtatem omnimodam de talibus omnibus & eorum quolibet pro noſtre mentis arbitrio & juxta noſtre voluntatis beneplacitum diſponendi & cum univerſitates & communitates predicte civitatum Piſane & Lucane de meritis tam magnorum exceſſuum fide virtute & honore per amplius mortue computentur decernimus & hoc Imperiali ſancimus edicto, quod a modo in antea ab omnibus Imperii ſacri fidelibus per loca quelibet Clipeus ipſorum verſa ſituatione pingatur ad inſtar mortuorum qui clipei verſus ſepulturam verſatis ſitibus deferuntur, & tam malefici tanquam turpes proditores iniqui, quos tanta ſcelerorum multitudo complectitur ultore gladio feriantur. Omnibus & ſingulis noſtris & Imperii ſacri fidelibus plenam poteſtatem & facultatem omnimodam largimur preſentibus, prefatos noſtros rebelles civitatum Piſane & Lucane & ſequaces eorum ſi Ducis, Comitis, Vicecomitis, Judicis, gubernatoris, rectoris communitatis, aut alterius dignitatis ſeu nobilitatis honore prefulgeant ut premittitur invadendi, occidendi & necandi, & eos & eorum quemlibet feudis, proprietatibus, bonis poſſeſſionibus, redditibus proventibus, directis & utilibus dominiis in quibuscunque rebus, ſeu ubicunque locorum noſcantur conſiſtere que quos & quas tenere poſſidere ſeu occupare noſcuntur impune ſpoliandi, ita ut ex hoc non ſolum formident ſubire ſupplicia verum etiam gratiam implorent uberem a grata munificentia imperatorie largitatis, ut prodirorum hujusmodi uxores ſint vidue, ut filii ipſorum ex patrum demeritis de ſuis habitationibus excludandur. Et ne prefati noſtri & Sacri Romani Imperii hoſtes publici & rebelles adjutores & adherentes eorum ut premittitur ſimulatam ignorantiam conſuetis ſuis fraudibus & doloſis ingeniis pretendere valeant, preſentes noſtras litteras & omnia in eis expreſſata ſuperius hoſtiis & valvis Imperialis noſtre Curie in civitate &c. & foribus Cathedralis Eccleſie & palacii dicte noſtre civitatis ubi ſingulis publica jura reddantur applicari & affigi mandamus & in totius univerſitatis preſentia publicari, ita ut non ſit veroſimile quoad ad notitiam predictorum rebellium rite pervenerit que tam publice tot & tam multorum notitie divulgantur. Nulli ergo hominum cujuscunque gradus, preeminencie ſeu condicionis exiſtant, etiam ſi regia fulgeat dignitate liceat hanc noſtre pronunciacionis, declaracionis, proſcriptionis, Bannicionis, forbannicionis, privacionis, confiſcacionis & licencie conceſſionis paginam infringere, ſub penis expreſſatis ſuperius quas in rebelles ſupradictos tulit noſtra ſerenitas, quas etiam eos qui auſu temerario contrafecerint ad inſtar dictorum rebellium ipſo facto volumus incidiſſe. Preſencium &c.

Ante Num. I. pag. 1763.

Donatio Hugonis & Lotharii, Italiæ Regum, facta Aldramo I. Comiti, ſive Marchioni Montiſerrati, An. 938.

In nomine Domini æterni.

HUgo & Lotharius, divina favente clementia Reges. Si petitionibus fidelium noſtrorum libenter annuimus, ardentiores eos fore in noſtri obſequio nequaquam ambigimus. Quocirca omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum, devotio noverit, Ambroſium Epiſcopum & Heldricum Comitem, dilectos fideles noſtros, ſuppliciter Serenitatis noſtræ poſtulaſſe clementiam, quatenus fideli noſtro Aledramo Comiti quandam Cortem, quæ Forum nuncupatur, ſitam ſupra fluvium Tanar in Comitatu Aquenſi, jure proprietario per hoc noſtræ inſcriptionis præceptum, usque in perpetuum concedere dignaremur; cujus petitioni inflexi, eandem Cortem, cum omnibus rebus a fluvio Tanari usque ad flumen Burmicæ, nec non a loco, qui vocatur Barcile, usque Carpanum perjuratum, ac cum omnibus, quæ dici vel nominari poſſunt, per hoc noſtrum præceptum in integrum concedimus & elargimur, ac de noſtro jure ac dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus & delegamus, una cum caſtris & Capellis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, cultis & incultis, diviſis & indiviſis, maſariciis, ſalicetis, ſationibus, rapinis, molendinis, piſcationibus, portibus, aquis, aquatum reductibus, venationibus, reddibitionibus, diſtrictionibus, cum ſervis etiam & ancillis, Aldionibus & Aldianibus, omnibusque rebus ad prædictam Cortem a jam dicto flumine in flumen; atque a jam nominato Barcile usque ad Carpanum prædictum, pertinentibus vel aſpicientibus in integrum, ut habeat, teneat, firmiterque poſſideat ipſe ſuique hæredes, habeant-

que potestatem tenendi, vendendi, donandi, commutandi, alienandi, pro anima judicandi, vel quidquid eorum decreverit animus faciendi, omnium hominum contradictione remota. Insuper concedimus eidem fideli nostro Aledramo, suisque hæredibus, ut de villa, quæ vocatur Roncho, & de omnibus Arimannis, in ea morantibus omnem distinctionem, omnemque publicam functionem & querimoniam, quam antea publicus nosterque Missus facere consueverat, aut ante nostrorum qualemcunque Missum; ita ante præfati Aledrami nostri fidelis præsentiam custodiant & observent. Si quis igitur hoc nostræ concessionis præceptum infringere vel violare conaverit, sciat se compositurum auri optimi libras 200. medietatem præfato Aledramo Comiti. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis roborantes, annulo nostro subter jussimus insignire. Signa Serenissimorum HUGONIS & LOTHARII Regum; Giseprandus Cancelarius, ad vicem Bolonis Episcopi Archicancellarii recognovi & subscripsi. Data VIII. Idus Februarii, anno Dominicæ Incarnationis VCCCCXXXVIII. Regni vero Domini Hugonis piissimi Regis IX. Lotharii autem filii ejus IV. Indict. VIII. Actum Papie in Christi nomine feliciter Amen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google